BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
37
37 D
7

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIA TREVIRENSIS DIPLOMATICA ET PRAGMATICA.

TOMI TRES.

HISTORIA TREVIRENSIS DIPLOMATICA ET PRAGMATICA,

INDE A TRANSLATA TREVERI PRÆFECTURA PRÆTORIO GALLIARUM, AD HÆC USQUE TEMPORA:

E GENUINIS SCRIPTURIS ERUTA, ATQUE ITA DIGESTA, UT NON SOLUM JUS PUBLICUM PARTICULARE

ARCHIEPISCOPATUS & ELECTORATUS TREVIRENSIS

IN SUIS FONTIBUS PLENISSIME EXHIBEAT, SED ET HISTORIAM CIVILEM & ECCLESIASTICAM GERMANIÆ, EJUSQUE SINGULARIA JURA PUBLICA AC PRIVATA ILLUSTRET.

TOMUS PRIMUS

AB ANNO DOMINI CCCCXVIII. USQUE AD ANNUM MCCCI.



CUM LICENTIA SUPERIORUM.

AUGUSTÆ VIND. & HERBIPOLI,
SUMPTIBUS MARTINI VEITH, BIBLIOPOLÆ.
Anno MDCCL.

Digitized by Google

EMINENTISSIMO
ET
CELSISSIMO
PRINCIPI
AC
DOMINO, DOMINO
FRANCISCO GEORGIO
D. G.
ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI,
S. R. I.
PER GALLIAM ET REGNUM ARELATENSE ARCHI-CANCELLARIO ET PRINCIPI ELECTORI, EPISCOPO WORMATIENSI, PRÆPOSITO PRINCIPI ELVACENSI, ADMINISTRATORI PRUMIENSI PERPETUO &c. &c.

EX S. R. I. COMITIBUS
DE SCHÖNBORN, BUCHAIM, WOLFFSTHAL &c.

DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO.

EMINENTISSIME
ET
REVERENDISSIME
ARCHIEPISCOPE,
CELSISSIME
PRINCEPS ELECTOR,
DOMINE CLEMENTISSIME!

QUo erga patriam ferebar affectu, is mihi jam ab adoleſcentia perſuaſit, dignum eſſe cive facinus, quæ in natali ſolo ante nos geſta ſunt, ſtudioſo oculo requirere, & noſtris aliorúmque uſibus in unum veluti acervum colligere. Eo animo à viginti, & ampliùs, annis, quidquid patriorum monumentorum tum apud privatos, tum apud communitates, ſeu eccleſiaſticas, ſeu civiles, hujus Archidiœceſis delituerat, quoad permittebatur, exſcripſi ipſe, & per alios non modico ſumptu deſcribi curavi; ità, ut ſubductis tandem rationibus, ſaltem in triginta graviorum Voluminum molem hanc meam patriarum re-

rum

rum Collectionem excreviſſe gauderem. Duûm ea fuere generum, quorum aliud ad privatos Scriptores Hiſtoricos referebatur, aliud ad Trevirenſem Diplomaticam. Quæ ad illam partem pertinent, ea ſingulari Diſſertatione, quam ad calcem præſentis Operis edo, recenſenda ſumpſi, fortè non indigna, ut aliorum operâ aliquando collectim in lucem prodeant. Quæ ad hanc ſpectare, aut certè referri poſſe credebantur, tanto numero & ejusmodi fuere, ut Hiſtoriam Diplomaticam Trevirenſem ex iis adornari poſſe, mihi aliísque videretur. Non defuere etiam, qui me precibus rationibúsque non contemnendis ſollicitarent, ut ex tot hanc in rem comparatis præſidiis me ad contexendam hanc Hiſtoriam converterem: quaſi ego, rebus patriis tam diu inutritus, poſſem & accuratiùs quàm multi alij, & faciliùs quàm cœteri, ejusmodi adornare ſpartam, ac perenni beneficio cùm præſentes tum poſteros mihi devincire. Non enim, ajebant, eruditioni tantummodo ex hocce conſilio vaſtus aperitur campus, ſed inſimul conſulitur eorum monumentorum indemnitati, quæ etſi in membranis aliquando deficiant, in libris tamen ſpectari pergunt, diuturnámque vitam ſibi eâ ratione polliceri impoſterum queunt. Addebant, ſcrupuloſâ documentorum occultatione fieri, ut ipſi eorundem poſſeſſores ſua jura ignorent, imò ſæpiùs amittant. Præterea ex lapſorum retrò temporum comparatione tum ventura, quorum avidi ſumus, utcunque attingi & conjici poſſe; tum præſentia, quæ immeritò negligimus, formari ordinaríque; ut ex priſcarum rerum ſcientiâ & agendi methodo non ſolùm voluptas exiſtat in præſens, ſed & in futurum utilitas.

Hæ fuere rationes & anſæ, Eminentiſſime Princeps, quibus permotus, inter eccleſiaſticos & civiles labores, quos ab anno MDCCXXXVIII. ad annum MDCCXLVII. ſive ut Præſes Conſiſtorii, quod in

urbe

urbe Confluentina pro inferiori Archidiœceſi eſt, ſive ùt Conſiliarius intimus in aula Tua Ehrenbreitſteiniana ſuſtinui, ſubceſivis horis ſupellectilem meam diplomaticam non otioſo aſpiciens oculo, ſed manibus volvens, mentéque revolvens, in eum, quo nunc apparet, ordinem formámque, operâ omnino privatâ, redegi. Patere, ut eam ad Electorale ſolium Tuum deponam, tanquam fructum unici ferè otii, quod mihi à Tuis obſequiis vacuum fuit. Continent hæc acta res ùt plurimùm præclarè geſtas à Prædeceſſoribus Tuis, quorum virtute Eccleſia illuſtrata, ſapientiâ Imperium ornatum, pietate ſubditorum felicitas aucta eſt. Quidquid in hoc theſauro ſanctum, dignum eſt Tuâ religione, qua inter adminiſtrandarum ditionum curas cum ſupremo Numine, ſive ad aras, ſive extra eas, perpetuò occuparis. Quidquid in geſtis Archiepiſcoporum noſtrorum doctum, eminenti Tuâ eruditione, eruditæque facundiæ inexhauſtâ facultate dignum eſt. Quidquid magnum, Tua dignum eſt majeſtate, & exquiſitâ in rebus tractandis prudentiâ Schönbornianæ Gentis domeſtico planè ornamento.

Igitur, quo ſubditorum tuorum fortunas complecteris animo, eo excipe Corpus hoc Diplomatum, in ſe quidem ipſo vel ideo omni acceptione digniſſimum, quia piiſſimorum Prædeceſſorum tuorum opera continet; ùt autem hæc ſtudiis meis ac laboribus utcunque illuſtrata niteſcunt, exile munus pro meritis Tuis, & meis debitis, quorum memoriam interius animi mei ſecretum ſingulari fide ac ſanctitate conſervat. Clementiſſimæ gratiæ illud oblatum puta, non judicio: nam quis in ſcenam prodire ſuſtineat judice Roſcio, quo nemo oculatiùs in his ipſis, quæ molior, vitia omnia prævideat? Nihil hìc dignum immensâ illâ Tuâ rerum publicarum ſcientiâ, qua imperium in regno Publiciſtarum tenes; nihil incognitum: unum tantùm, quod cognoſcere poſſis, habet, devotionem animi, qua placere Tibi cupio conatum meum. Conatum in-

quam: quæ enim citato calamo & interpolatis horulis, publico ſubtractis conſarcinavi, & interjectis Diſſertationibus quaſi in unum corpus & ſiſtema colligavi, multùm à perfecto & abſoluto opere abeſſe, ipſe ſatìs ſentio. Sperabam tamen, currente, ſeu potiùs tardante in quintum annum prælo, aliquando futurum, ut propitiâ magìs Minervâ easdem Diſſertationes auctiores & magìs politas, atque nonnulla ejusdem generis alia, uno volumine complexa, ſecundis curis ederem, quæ ad hanc provinciam digniùs exornandam pertinere, & veluti ſupplementum Corporis noſtri Diplomatici ſpectari poſſent. At poſtquam Electorali Tuæ Eminentiæ viſum eſt, mox ab inopinato deceſſu Lotharii Friderici Epiſcopi Emauſenſis, qui die XI. Maji anni MDCCXLVIII. humana reliquit, me Treverico Suffraganeatui immeritum admovere, atque cum eodem tantùm non infinita, eáque angelicis formidanda humeris, onera, debilibus meis imponere, aliud nec Tibi, indulgentiſſime Princeps, nec publico promitto, quàm ut ad Apoſtolicos labores & officia caritatis, munere meo digna, me convertam, & illis totum quantum mancipem; divinum Numen inſimul enixè deprecans, ut Te nobis diutiſſimè ſervato, patrias fortunas novis indies velit cumulare acceſſibus, quoad longæva ſenectute perfunctus, ad præmia Sacerdotalibus & Principalibus Tuis laboribus virtutibúsque repoſita eveharis.

ARCHIEPISCOPALIS & ELECTORALIS EMINENTIÆ TUÆ

Humillimus & obſequentiſſimus

JOANNES NICOLAUS AB HONTHEIM
Epiſcopus Myriophitanus Suffraganeus Trevirenſis.

LECTORI.

TRia ſunt, quorum rationem jure poſtulas : I. Quis ſit hujus noſtri inſtituti modus & diſciplina ? II. Quibus fontibus hauſta ejus materies ? III. Quæ ab eo ſperata, aut nobis propoſita utilitas ?

Hiſtoriæ noſtræ Diplomaticæ FORMA & ORDO ſub primum aſpectum cadunt; atque tribus illam partibus conſtare, mox apparet: ſcilicet Diplomatibus, Annotationibus in eadem, & Diſſertationibus, tum cuivis ſæculo præfixis, tum cuique volumini ante- & poſtpoſitis.

Diplomata, utì per ſe ſancta ſunt, ita à nobis mansêre penitùs intacta; ſi unicam interpunctionum curam excipias, quam ſeponi minimè convenit. Interim non quaſcunque veteres cartas Trevirenſes, quæ temporum edacitatem evaſerunt, ſed multò minùs recentiores omnes, quæ in manus noſtras inciderunt, in hanc collectionem retulimus. Verùm iis præcipuè hìc locum dari, quæ ad definienda Archidiœceſis noſtræ jura, fata, periodos, & memoranda maximè pertinent, prudens & gnarus rerum æſtimator facilè advertet; oneri enim forent, non eruditioni, quæ nihil horum præferunt, leves nempe donationes, aliáque vulgaria acta, à plebeis hominibus, nullâ memoriâ dignis, profecta. Imò ne ea quidem monumenta, quæ ad res patrias egregiè etiam nonnullis in partibus illuſtrandas valere potuiſſent, aut voluimus, aut potuimus exhibere omnia. Unde inepta foret ſequela, qua quis vel ideo jure nos deſtitui exiſtimaret, quòd inpræſentiarum probatio deficiat, quæ ſæpè etiam conſultò prætermiſſa eſt.

Porro Diplomatis nomen adeo ſcrupuloſè ſecuti non ſumus, quin alia quoque monumenta coævásque cartas, tantundem hiſtoricæ fidei promerentes, noſtris miſceremus; multa enim alia, quæ in codicibus deprehendimus, huic ampliſſimo argumento affinia, aut utilia, huc derivavimus, ſpe ducti non levi, fore, ut Lectorum gratiam iniremus, qui tot antiquitatis fruſta in eorum quoque uſum è vetuſtis membranis educimus, certáque impoſterum efficimus vitæ diuturnioris. Quæ omnia, utì Lydius lapis ſunt & dubiorum diremtor, quo certior meliórque non datur, ità (niſì me meus amor fallit) ſi non omninò exprimunt, ſaltem non leviter adumbrant Electoratûs Trevirenſis conditionem ac ſtatum, quà præſentem, quà antiquum, ejúsque avitam formulam à mutationibus, aliàs faciliùs accidentibus, vindicare valent.

In Notis, quæ diplomatibus, ubi ubi opus viſum eſt, ſubjectæ ſunt, *tria* ſpectavimus: *Primùm*, ut antiquiorum documentorum, quorum fides ſuſpecta eſſe poſſet, aut probaremus veritatem, aut

demonſtraremus vitia: unum alterúmque ſummâ fide, & ex probatis artis criticæ regulis. *Deinde*, ut difficiliora cartarum loca illuſtrarentur, ſive vocabulorum barbarorum interpretatione, ſive perſonarum in eis memoratarum, & familiarum, ſive locorum occurrentium accuratâ deſignatione; ſive rerum ipſarum, maximè verò patriorum jurium, declaratione. *Poſtremò*, ut ſenſum diplomatum, ac verborum vim atque uſum ex coævis monumentis & ſcriptoribus explanaremus, firmaremus, &, quantum ad res Trevericas pertinet, produceremus; has verò cum Germaniæ vicinarúmque provinciarum Hiſtoriâ, prout ratio poſtulat, connecteremus. Qua in re equidem nihil ampliùs, quàm neceſſarium, aut admodum utile, præſtitiſſe nobis videmur; ſi tamen abundantiori Notâ in aliquibus nos peccâſſe, in aliis autem, maximè in recentioribus, nimis parcè eis uſos, quis nos exiſtimaverit, ei reſpondemus, in *illo*, ſi quid eſt, Lectoris gratiâ peccatum eſſe, quem in obſoleto ſcriptionis genere, rebúsque vetuſtate obliteratis (quæ enim ad noſtrum ævum propiùs accedunt, tot commentariis non egent) docere ſcientem minus eſt incommodum, quàm neſcientem negligere: in *hoc* verò Notarum raritatem ſuppleri primùm Diſſertationibus, in quibus graviora quæque argumenta, queîs documenta anſam præbent, interpretationem accipiunt; deinde Indicibus cuique Volumini ſubjectis, præſertim in iis, quæ ad intelligentiam vocabulorum exoticorum, ad notitiam illuſtrium perſonarum familiarúmque Nobilium, ad Topographiam, præcipuè etiam ad Jurisprudentiam & uſus patrios, aut res alias memorandas in diplomatibus occurrentes conducunt. Harum quippe beneficio tabellarum (in quibus ſuccus & ſanguis documentorum elicitus eſt, atque plura ſitu diſperſa, eidem tamen ſubjecto vel objecto cohærentia & parallela, ſibíve mutuam lucem præbentia cartarum loca conjunguntur) inutilis reddi viſa fuit ulterior multiplicatio Notarum, quarum numerum ſine his ſubſidiis duplò auctiorem apparere conveniſſet.

In Diſſertationibus hoc unicum ferè ſpectatum eſt, ut ſtatus Trevericæ Archidiœceſis publicus, in- & externus, in Civilibus & Eccleſiaſticis, ejúsque formula, qualis ea quoque ſæculo fuerit, cum ſingulorum jurium origine, incrementis & mutationibus ità exponeretur, ut quæ ſubjunguntur diplomata, ùt plurimùm probationum loco haberi queant. Quanquam tamen ex cartis noſtris etiam haud paucæ ſint, quæ ad partem operis hiſtoricam maximè pertineant, aut particularia ſaltem jura enuntient, atque ità in his Diſcurſibus, tanquam generalioribus Juris publici patrii ſiſtematibus, recenſeri non debuerint. Si cui autem inſipida fortè videatur harum noſtrarum Diſſertationum brevitas & reſpectiva documentorum copia, ei reponemus illud S. Aviti Viennenſis Epiſcopi in Epiſtola II. ad Gundubadum Regem: *Qui recipere pauca faſtidit, non virtute, ſed mole, rem conjicit; quoniam vinci metuens, inſtrui nolens, ad deferendam veri cognitionem volumen potiùs, quàm documenta deſiderans, non cauſas putat rerum magnitudine conſtare, ſed paginis.*

Inde quoque apparet, cur in horum Commentariorum titulo *pragmaticæ* etiam Hiſtoriæ nomine uti libeat. Secuti præceptum Polibii (qui, ſi ab Hiſtoria quis auferat quare, quomodo, quo fine, quid-

quídque actum, & quàm convenientem exitum res geſta habuerit, quidquid in ea reliqui eſt, commiſſionem magis eſſe, ait, quàm opus ad erudiendum Lectorem comparatum; & in præſens quidem oblectationem, impoſterum verò utilitatem nullam allaturum) operam præcipuè dedimus, ut Lectorem continuò ad verum & pragmaticum Hiſtoriæ noſtræ uſum, ejúsque fines, atque inde promanantem patriorum Jurium notitiam deduceremus: unde opus ad publicum uſum & ſtatûs prudentiam maximè inſtructum, pragmaticum appellare, minimè veremur. Scilicet, dum alii virorum ſeu ſanctitate ſeu potentiâ illuſtrium vitas exquiſito ornatu deſcribunt, piorum fundatorum memoriam, laudémque gentis, unde ii orti ſunt, celebrant, ſynodorum, conciliorum, hæreſium, rerúmque ſacrarum alia argumenta in Hiſtoriam referunt; nos initiis, progreſſibus ac juribus potentatûs Civilis & Eccleſiaſtici, ſubalterniorum Jurium anſis & conſtitutionibus, Electionum antiquis & novis formis, patriorum Feudorum naturâ, bellorum modis, Comitiorum, tributorum, commerciorum, monetarum juribus; item Legibus, Judiciis, Reíque publicæ conſiliis; Literarum denique fatis atque ſucceſſibus plumbeo quidem ſtylo, nativo tamen ductu, delineandis occupamur. Quâ quidem in re illud præcipuè deliberatum habemus, ut non tam ſpecioſa in vulgus, quàm vera in orbem divulgemus.

MATERIAM ſuppeditant diverſi fontes: Diplomata, cùm libri typo proſtantes, tum ſcripturæ ineditæ, ità tamen, ut anecdotorum copia, ea, quæ jam in publico ſunt, quadruplo ferè ſuperet. Neque enim illa, quòd ante nos (& quidem variis codicibus, ſanè non cuique obviis) edita fuerint, huic noſtræ Collectioni minùs vindicanda putavimus, mancam aliàs Trevirenſem Hiſtoriam daturi, quam pro inſtituti modo integram meditabamur. Attamen editorum librorum fidem non temerè ſecuti, haud paucas cartas cum probæ notæ ſcripturis contulimus, & ad ea emendavimus. Librum, quo quodque diploma jam proſtabat, in margine indicavimus, non ignari de cætero, à pluribus quandoque eandem cartam editam eſſe; ſed hos omnes recenſere, non putavimus operæ pretium, præſertim cùm id, in multis ſaltem, jam præſtitiſſent cl. Georgiſch Regeſta Chronologico-diplomatica. Quæ nos multo ſtudio, nec minore ſumptu, inde ferè à juvenilibus annis undique conquiſita, partim ex authenticis, partim ex aliis ſcripturis, nullâ fide publicâ munitis, primùm hìc edimus monumenta, ea è quo fonte ſingula deprompta ſint? an ex autographo? an ab exemplis legalibus? an demum è privata ſolùm ſcriptura? ſingulatim indicare, non vacabat: neque id nôſſe Lectoris tanti intereſſe debebat, cui Hiſtoriam damus, non Jurium Deductionem; hiſtoricam verò fidem, quæ ex his noſtris mereantur, quæ minùs? criticæ eſt indagationis, quam Eruditi Lectoris oportet eſſe judicio; eò magis, quòd & improbæ notæ documenta in ipſis etiam archivis authenticorum ſpeciem haud rarò mentiantur, uti non ſemel hoc opere demonſtratum eſt. Nulla certè ætas, nulla provincia ab impoſtoribus vacua fuit, eò autem confidentiùs hi quondam adulterinos ſuos fœtus in publicum effundebant, quòd ſpem fraudis nunquam detegendæ faceret ignorantia literarum, præſertim artis criticæ. Qui illegitimis hiſce mercibus delectati ſunt, duûm fuere generum: alii captandi lucri aut gratiæ causâ eas peſſimâ fide

fabricabant, nihílque falſi ſuſpicantibus obtrudebant: alii nil ſceleris aut improbitatis ſibi tribuendum rati, deperditis antiquis privilegiis, diplomatibus & inſtrumentis, novas cartas ad vetera veráque jura tuenda confingebant; quod in his potiſſimùm regionibus contigit, poſtquam Normannorum Hunnorúmque incurſibus, inteſtinis bellis, atque aliis etiam caſibus tabularia comburerentur, aut cartæ aliò aſportarentur: tunc quippe viri, præſertim Religioſi, ne hujusmodi membranarum jacturâ aliquid ſibi incommodi crearetur, néve improbis ad ſuarum Eccleſiarum bona & jura invadenda aditus aperiretur, nova documenta veteribus ſubſtituerunt. Ab his autem improbus animi affectus aliqua ex parte abſuiſſe videtur, quanquam ab omni planè fraude & malitia excuſandi minimè veniant. Spuriis his mercibus in hac noſtra Collectione omnem locum negandum haud putavimus, non ideò ſolùm, quòd cum Papebrochio ultimo huic falſariorum generi faciliùs ignoſcamus, quatenus nobis teſtes ſunt receptarum & eatenus continuatarum opinionum, quibus licèt multum ſcoriæ permixtum ſit, ſubeſt tamen plerumque aliquid purioris metalli, quod non totum abjici mereatur; ſed eâ maximè cauſâ, ut dubia vel falſa hæc inſtrumenta, toleratâ juſtâ cenſurâ, publico deinceps difficiliùs imponerent. Etenim ea quidem veriſſima certiſſimáque Hiſtoria eſt, quæ coævorum auctorum ſcriptis & publicarum actionum nititur inſtrumentis. Verùm, quàm proſunt hæc, cùm ſincera habentur ac genuina; tam turbant adulterata atque ſuppoſititia. Porro quæ cartæ in unum alterúmve cenſum referendæ, quæ econtra ſanæ ſint & genuinæ, harum rerum ſapiens eâdem facilitate, quin & fiduciâ, cognoſcet, atque antiquam gemmam vel originalem picturam à copia diſtinguet earundem intelligens; quorum uterque notitiam, atque inde reſultantem moralem certitudinem, objecto ſuo proportionatam, omnium accidentium & merirorum, aliorúmque ſignorum ſedulâ diuturnáque obſervatione ſibi comparat. Itaque quem nos regularum artis criticæ uſum fecimus haud infrequenter, quoties ſcilicet juſta ſuſpicionis anſa ſe ſe offerebat, eundem ut alii circa easdem aut etiam alias noſtras cartas, ſicubi ejusdem egregiæ artis præcepta applicari poſſe putaverint, pari ſeveritate exerceant, non ſolùm non prohibemus, ſed ſuademus etiam. Sunt equidem, qui criticam ferulam ad iſta adhibitam, ægrè ferunt; dignos Hercle ſe produnt, quibus falſa ac ridenda quæque propinentur. Fortaſſis etiam falli amant, ne dicam fallere alios, cùm modicum inter verum & falſum diſcrimen amant. Interim non ſunt criticæ hæ animadverſiones in forenſibus negotiis tanti præjudicii, quantùm ſibi quis fortâſſe perſuadeat. Obſervavit hoc Papebrochius *Propylæi Antiquarii P. I. n.* 4. dum exemplo Card. Baronii ad an. CCCXXIV. inſtrumentum Donationis, à Conſtantino M. Romanæ Eccleſiæ prætenſè factæ, ſpurium declarantis ait: *Similia quoque videor poſſe ac debere præfari, de fundationibus, donationibus, privilegiis variis acturus; de quibus cum ſcripta inſtrumenta vel ab initio nulla fuerint, vel abolita autographa ſint, hodiedum monſtrantur chartæ vel prorſus fictitiæ, vel à reſcribentibus audacter interpolatæ. Scilicet antiquæ ac juſtæ poſſeſſioni nihil derogatum iri putamus per ejusmodi chartarum rejectionem, non alio fine inſtitutam, quàm ne temporum vetuſtiſſimorum hiſtoria, ſatis per ſe obſcura, per ipſas inextricabiliter confundatur.*

No-

Notarum demum & Diſſertationum materiam præbent diplomata ipſa, Scriptores coævi & alii probæ notæ. Sed quia in his Scriptorum Hiſtoriæ Trevirenſis, partim rariorum, partim ineditorum, operâ uſi ſumus, neceſſarium duximus; eos ſingulari Diſſertatione recenſere, quam tanquam hiſtoriam Hiſtoriæ Trevirenſis operi noſtro ſub finem adnectimus.

Operæ hujus FRUCTUM quod attinet: audemus uberiorem ex ea polliceri, quàm qui ex Annalibus Trevirenſibus hactenùs prodiit. In his, multo utique encomio dignis, viri eruditi varia deſiderant, in quibus nobis de meliore fortuna blandimur; quanquam Browero, Hiſtoriographo inter paucos clariſſimo, in multis aliis, ingenio præſertim & induſtriâ, palmam facilè porrigamus. Scilicet *in antiquis* Browero parca diplomatum criſis, nimiáque facilitas (dicam, an neceſſitas?) in retinendis iis, quæ poſt Normannicam invaſionem de gentis origine, & antiquiorum Trevirenſium Antiſtitum geſtis, ſive univerſim, ſive ſingularibus Vitis, literis conſignata fuerunt; horum ſanè Scriptorum opuſculis multâ cautelâ utendum eſſe, ab Antverpienſibus Hagiographis, Tillemontio & aliis docti ſumus, & ipſi memoratâ Diſſertatione noſtrâ *de Scriptoribus Hiſtoriæ Trevirenſis* demonſtramus. Cui addenda inopia claſſicorum Chronicorum aliorúmque monumentorum, hoc & ſuperiori ſæculo è membranis magnâ copia eductorum, quæ nobis (ut alia non memorem) genuinas tot Epiſcoporum æras aperuerunt, ut vel in his ſolùm à Browero in decimum usque ſæculum plerúmque à vero aberratum monſtremus. Non ſunt ea levis momenti in veteri Hiſtoria, in qua rebus obſcuris maximum lumen à chronologicis calculis petitur; ad hos quippe revocandum, ſi quid erratum eſt eorum vel incuriâ vel imperitiâ, qui ipſis rebus geſtis poſteriores, eas vel antè deſcriptas ſuo deinde ſtylo ornârunt auxerúntve, vel Majorum neglectas incuriâ, ex tradita ad poſteros famâ aliíſque monumentis compilaverunt. In *media ætate* ab Annalium noſtrorum conditore majorem Juris patrii, quà publici, quà privati, notitiam requirunt; quæ apud Religioſos parcior eſſe ſolet, & ſummatim Broweri ævo minùs adhuc exculta fuit. Item ſtylum rebus patriis genuinè exponendis commodum; ſiquidem communis eruditorum querela eſt, Browerum cum cartarum verbis earum etiam vim & poteſtatem perſæpè immutâſſe; cùm barbariſmi & ſolœciſmi omni curâ in diplomatibus ſervandi, nihílque immutandum fuiſſet de rubigine rudium ſæculorum. In *recentioribus*, quanquam Hiſtoriographo noſtro haud omninò parca fuerit ſubſidiorum ſeges, attamen non putamus, eam in comparationem venire cum illa, quam nobis largior Themis obtulit, quod utraque comparantibus facilè apparebit. His *univerſim* accedit ſcribendi libertas, Browero admodùm conciſa, primùm quidem à ſociis, deinde verò & multò ampliùs ab Electoralibus miniſtris, tum in prima Annalium editione Colonienſi ſuppreſſâ, tum verò iterum magíſque in ſecunda Leodienſi, quâ hodie utimur. Tot veritatis & eruditionis impedimenta doluerunt, doléntque viri cordati & literati, & omnium quaſi nomine Papebrochius in *Actis Ss. menſis Junii Tom. I. pag. 98.* ubi: „ neque
„ enim, ait, Browerus, quæ compoſuerat ipſe, ad ipſius quoque
„ arbitrium fuerunt impreſſa, ſed ad Conſiliariorum Electoralium,

„ in

„ in quibus tunc ſcioli aliqui, judicium correcta & mutata; cúm-
„ que ne ſic quidem placerent ſatis, ſuppreſſa denique fuerunt om-
„ nia. Non tamen ità ſupprimi potuerunt, quin eſſet, unde fieret
„ ſecunda impreſſio; non quidem qualem vellet poſteritas, ex ipſius
„ Broweri authographo, quod nusquam repertum fuit, ſed qua-
„ lem interpolatores prælo ſiverant ſubjici, uti ea nunc haben-
„ tur, allaborante Maſenio, ſub auſpiciis Caroli Caſpari à Petra
„ Archiepiſcopi & Electoris Trevirenſis, curata anno 1670. „ Et non multò pòſt, ſcilicet *pag.* 103. „ Neque proprio, ſed alieno ar-
„ bitrio Annales ſuos texebat Browerus, quos etiam ſub prælo plu-
„ rimùm interpolatos dedignabatur..... Et poſtea.... Maſenius
„ aliud conſecutus non eſt, quàm ut judicaretur orator melior,
„ quàm hiſtoricus, non ſolùm ab exteris, ſed etiam à ſociis ſuis
„ paulò eruditioribus, Wilthemio, Turckio, aliíſque.

Ne autem crambem à Browero coctam iterum apponeremus, ejus Annalium libris parcè adeo uſi fuimus, ut poſſint noſtra Browerianis comparata alia omnia & tantùm non diverſa videri. Sed vel ideo ab eo animo remotiſſimi ſumus, quaſi hoc Annalium opus, bonis omnibus hactenus comendatum, & jugiter comendandum, deinceps ſeponi vellemus, & ſolum hoc noſtrum in rebus Trevirenſibus uſurpari: ſuademus è contrario horum alterum alteri jungi, ad mutuam ſibi lucem ferendam, fovendámque opem reciprocam. Erit hæc, quam optamus, hiſtoricorum noſtrorum Scriptorum cum Browerianis conjunctio harum rerum amantibus eò facilior, quòd in multis & privatis & publicis Bibliothecis ejus Annales ſerventur, ſed & integra exemplarium centuria hodiéque penes officium ſigilliferatûs Curiæ Eccleſiaſticæ Trevirenſis ſuperſit, quæ ibidem levi trium imperialium pretio væneunt, cùm immodici quæſtûs ſtudia pretio tertiùm aucto eadem in bibliopolarum tabernis venundari faciunt. Sed nec illud tamen futurum confidimus, ut ſibi quis perſuadeat, ſupplementa ſolùm in Annales Broweri à nobis edi; quas enim hìc communicamus cartas, annotationes in easdem, ac diſcurſus undique inſperſos, hæc poſſunt & debent talia videri, ut iis ſic junctis integra Trevirenſis Hiſtoria, pragmatica certè, ex fontibus limpidis repurgata, ad rerum monumentorúmque antiquam fidem revocata, ſtabilita, emendata, atque ubi hactenus manca & hiulca erat, ſuppleta, & ad debitum ſplendorem reducta in lucem prodeat.

De generalioribus commodis, quæ habet publicatio omnis ævi monumentorum, præſertim ad rem publicam pertinentium, pauca memoramus, quòd hoc argumentum à præſtantiſſimis viris pertractatum ſit; illud ſaltem non omittimus: in immenſum literaria hæc emolumenta aucta cenſeri, ubi ex ingenti diplomatum congerie, quaſi ex totidem quadris lapidibus palatium conſurgit Juris publici & privati, ſacri & civilis, proprii & beneficiarii, quo ûnius quidem populi res & jura primariò ſervantur, defenduntur, ornantur, ſed vicinorum etiam, atque hìc Germaniæ potiſſimùm, maximè Eccleſiaſticorum & Rhenanorum Statuum, iisdem nobiſcum fatis ſubjectorum, acta illuſtrantur, & ſingulorum quidem nexus inter ſe, tum verò etiam cum Imperio & ſupremo ejus capite, tum denique eorundem ad exteros relatio haud leviter

ter adumbratur; palladium cœleſte ac divinum pulcherrimúmque, quod Romani & Germanici Imperii inſtrumentum dici non immeritò poteſt. Sanè, ſi hominis ratione utentis, maximè verò viri Civilis ſit, non eo ſolùm, quod præſens eſt, moveri, ſed cauſas rerum videre, earúmque progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorare, ſimilitudines comparare, & rebus præſentibus adnectere futuras; illud verò præcipuè in cognitione rerum ſalubre ac fructiferum habeatur, ut omnis exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueamur: atque inde nobis noſtræque Reip. quod imitemur capiamus; hinc quod turpe eſt, aut noxium, vitemus; exiſtimavimus, conſultiùs & patriæ noſtræ beatiùs fieri nullâ ratione potuiſſe, quàm ſi cum continuo rerum patriarum progreſſu exquiſitas formulas daremus, atque typi beneficio ab interitu (nam quid non perdunt atque corrumpunt injuriæ temporum innumerabiles?) vindicaremus, queîs majores noſtri in omni negotiorum genere, & in omni jure uſi ſunt; quibusque tanquam fulcris hæc noſtra Archidiœceſis inter tot turbines hactenùs beata ſtetit, quæque quaſi totidem præcepta ſunt, quibus eadem perpetuò feliciter gubernari valeat.

Cæterùm ſcribimus abſque juſſu & authoritate publicâ, unicè in augmentum & ornamentum Hiſtoriæ & Reipublicæ literariæ. Erga patriam fidem amorémque, quantùm decet, nec ultrà, profeſſi; nulli, ſeu majori, ſeu minori, præjudicium generare aut volentes, aut potentes. Quanquam enim hæc noſtra Hiſtoria, & quæ eadem ſervat monumenta, non omnia incertis fontibus hauſta ſint, nullum tamen in ſpecie, aut perpauca ſaltem, quibus id expreſsè addimus, damus pro authenticis. Et quia tam in juribus, quàm in bónis, à tot annorum, imò ſæculorum ſerie, novis pactis & receſſibus, conceſſionibus & gratiis, donationibus, emptionibus, permutationibus, oppignorationibus, inveſtituris, transactionibus & præſcriptionibus, imò conſuetudinibus & legibus, aliisque infinitis modis innumera immutari potuerunt, & reâpſe mutata ſunt, quorum notitia nos penitùs fugit, non poterunt, quæ non alio, quàm hiſtorico fine à nobis ſcripta fuerunt, cuiquam aliquid vel addere vel demere, eóve fine in jure allegari, quamdiu tritum illud: *Quantum poſſeſſum, tantum præſcriptum*, ad civilium controverſiarum deciſionem potiſſimùm valebit.

In omnibus his, ſi quid errare nobis contigerit, ab humanitate tuâ Lector contendimus, ut leviora peccata & oſcitantiæ non acerbè nimìs exigantur ab eo, qui hæc ſcripſit ſine ſocio, ſine cenſore, illâ vitæ ſuæ periodo, qua occupatiorem in publico & privato, ſacro & civili Jure conſulendo dicendóque non habuit, & alii vix habere ſolent. Eâ præcipuè ratione benignio-

rum judicii & favoris ſecuro , Rempublicam literariam ſtudio ſaltem & labore , ſi minùs ingeniô & doctrinâ demeruiſſe ſufficiet.

Cùm *Diplomaticam* Hiſtoriam edere conſtitutum eſſet, inde ejus initium faciendum fuit, ubi primùm diplomata , & quæ alia coæva monumenta ſub hoc generali nomine concludimus, ſuppetunt, ſcilicet à ſæculo V. Maluimus tamen unicâ Diſſertatione præviâ ante-diplomatica tempora, ùt ùt hæc extra propoſitam nobis ſphæram eſſe viderentur, paucis recolligere, quàm rerum noſtrarum amantes circa Trevirorum origines & primævum libertatis ſtatum , huic ſuccedentem eorum conditionem ſub imperio Romanorum , inde ad Francos tranſitum dimittere ignaros. Illud tamen non una de cauſa, ſive ante ſuſceptum hunc laborem, ſive cùm multo jam tempore hoc opus ſub prælo ſudaret, apud nos nondum conſtitutum fuerat , ut ex profeſſo tractaremus dubiam quæſtionem de origine Chriſtianorum ſacrorum apud Treviros; paſſi tamen tandem ſumus à nobis impetrari disquiſitionem Hiſtorico - Criticam , quam eàdem de materia è monumentis publico partim hactenus ignoratis nuper collegeramus, eámque in ipſo operis limine , loco non omnino incongruo , referri.

De

DE ÆRA
FUNDATI EPISCOPATUS TREVIRENSIS.

SEptem §§. hanc tractatiunculam concludimus, quorum (I.) indagamus, an & qua ratione aſſertionem ſuam probare teneantur, qui primo ſæculo Eccleſiam Chriſti & Epiſcopos in Treviris fuiſſe, ſuſtinent. (II.) Monſtramus, hanc theſin antiquis Martyrologiis non juvari. Sed nec (III.) auctoritate Scholaſticorum S. Matthiæ, qui primi Trevirenſes Hiſtorias compilârunt, probari. Neque id (IV.) fide aliorum Scriptorum, illis juniorum, evinci. Econtra (V.) poſitivè oſtendimus, antiquitati ignoratos fuiſſe Epiſcopos, quos ſequius ævum Maternum inter & Agritium locavit. Hunc verò Maternum, tertium Trevirenſium Antiſtitum, initio quarti ſæculi floruiſſe, (VI.) firmamus. Demum (VII.) exploramus, an & quantum circa fundationem Trevericæ Cathedræ Traditioni tribuendum veniat?

§. I.

Qui primo ſæculo Trevirenſem Eccleſiam fundatam aſſerunt, an, & qua ratione id probare teneantur?

INter extrema ſententiarum, quibus alii æram fidei Chriſtianæ in Gallias introductæ in *primo*, alii in *tertio* ſæculo deſigunt, medium illud (quod neque à primæ ſententiæ patronis impugnatur) rerum geſtarum ordini convenientiſſimum videtur: ſcilicet *religionem Chriſti vix non à ſuo exordio in Gallia quidem prædicatam, lentos tamen in eâdem progreſſus feciſſe.* Ea haud dubiè mens Sulpitii Severi, dum *Hiſt. Lib. II.* de primis Galliæ Martyribus, qui ſub perſecutione Marci Aurelii Lugduni anno CLXXVII. palmas reportârunt, agens, *ſeriùs trans Alpes Dei religionem ſuſceptam*, aſſerit. Eadem ſententia ſeptem Epiſcoporum Galliæ, qui circa annum 570. ad Radegundem ſcribunt: *ipſo quidem catholicæ religionis exortu cœpiſſe Gallicanis in finibus venerandæ fidei primordia reſpirare; ſed adhuc ad paucorum notitiam tum ineffabilia perveniſſe Trinitatis dominicæ ſacramenta.* Concil. Gall. *Tom. I. pag.* 384. Quibus in civitatibus & partibus Galliæ citiùs apparuerint verbi divini præcones, in quibus ſeriùs, difficultatibus & diſputationibus minimè vacat. De Turonenſi ſua urbe refert Gregorius *Hiſt. Lib. X. Cap. ult. Primum Gatianum anno imperii Decii primo à Romanæ ſedis Papa tranſmiſſum eſſe, in qua urbe multitudo paganorum idololatriis dedita commorabatur, de quibus nonnullos prædicatione ſuâ converti fecit ad Dominum. Sed interdum occulebat ſe ob impugnationem potentûm, eò quòd ſæpiùs eum injuriis & contumeliis, cùm repererant, affeciſſent, ac per cryptas & latibula cum paucis Chriſtianis, ùt diximus, per eundem converſis, myſterium ſolemnitatis diei Dominici clanculò celebrabat.* Et poſt pauca: *In hac urbe ſub tali conditione, ùt ferunt, annos quinquaginta commoratus obijt in pace, & ceſſavit Epiſcopatus XXXVII. annis.* Talis eccleſiæ Turonenſis ſtatus anno 337. Ex quo, quis adhuc in pleriſque aliis Galliæ civitatibus eſſet, haud difficulter colligitur.

His non repugnant nonnullæ Conciliorum, Pontificiarúmque epiſtolarum, Euſebii, Tertulliani, quin & Irenæi, generales aſſertiones de verbi divini præconibus à beato Petro & aliis Chriſti diſcipulis in Gallias vicináſque regiones miſſis, aut, ſi mavis, paucis etiam Eccleſiis primò, vel ſaltem ſecundo ſæculo in iisdem fundatis; iis ſiquidem (quatenus de *Gallia* loquuntur) cum Sulpitio, Epiſtolâ ſeptem Epiſcoporum Galliæ, Turonenſi, aliíſque collatis, nunquam conficietur, tam uberes jam ſecundo, minùs primo ſæculo, in ea Evangelicæ prædicationis fructus pullulâſſe, ut plurimi tum in eâdem Epiſcopatus fuerint; id quod & Antverpienſes Hagiographi *Tom. I. Septembris pag. 620. ſeq.* ubi de origine Tullenſis Eccleſiæ agunt, prudenter agnoſcere videntur. Quatenus autem de *Germania* (ad quam tamen, nec cis-Rhenanam quidem, Treviri, Galliæ Belgicæ portio, ſub Romanis non referebantur) quæſtio eſſe poſſet, duo antiquorum loca, ſibi mutuam lucem ferentia, potiſſimùm in conſiderationem veniunt: nempe Tertulliani, non multò poſt annum Chriſti 200. *Libro contra Judæos* ſcribentis: *in Chriſtum jam credere Hiſpaniarum terminos omnes, Galliarum diverſas* (ergo non omnes) *nationes & Britannorum inacceſſa Romanis loca Chriſto jam ſubdita; Sarmatarum item Dacorum & Germanorum.* Deinde Irenæi *Lib. contra hæreticos Cap. X.* circa annum 180. ità diſcurrentis: *Etſi in mundo loquelæ diſſimiles ſint, ſed tamen virtus traditionis una & eadem eſt. Et neque hæ, quæ in Germaniis* (ecce, ùt has gentes à Gallis, interpoſitis Hiſpanis, disjungit!) *fundatæ ſunt eccleſiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hæ, quæ in Iberis* (id eſt Hiſpaniâ) *neque hæ, quæ in Celtis*) in quibus tum Eccleſiæ Lugdunenſis & Viennenſis) *neque hæ, quæ in Oriente; neque hæ, quæ in Egypto; neque hæ, quæ in Lybia; neque hæ, quæ in medio mundi ſunt conſtitutæ.* At hæc Patrum loca, cùm de Germania eis ſermo eſt, ad hanc noſtram, ſeu cis-Rhenanam, minimè pertinent. Id ut ità exiſtimemus, perſuadet illa imprimis, quam Tertullianus ſtudioſè facit, conjunctio *Sarmatarum, Dacorum & Germanorum.* Intueamur pauliſper conjunctum horum populorum ſitum; ex eo facilè apparebit, in quam orbis plagam Tertullianus oculos animúmque intenderit: *Sarmatiæ Europææ*, inquit Cluverius *Introd. in Geograph. vet. Lib. IV. Cap. XXI. §. 2. limites fuerunt ab Occidente Viſtula amnis, Suevicum mare, Finnicus ſinus, & linea ab hoc ſinu ad ſinum Granvicum ſive lacum Album perductâ; quibus à Germania ſeparatur.* Daciam hodiernæ Hungariæ partem, nempe Tranſſilvaniam, Valachiam, & Moldaviam ferè totam complecti, omnibus notum eſt. De Germaniæ autem limitibus ità Cluverius *l. cit. Lib. III. Cap. I. §. 4. Vetuſtiſſimi Germaniæ termini fuêre ab Occaſu Rhenus amnis & oceanus Germanicus; à Septentrione oceanus Hyperboreus; ab Ortu Granvicus & Finnicus ſinus, mare Suevicum, ſive ſinus Codanus, Viſtula amnis, & à fonte ejus linea ad Sarmaticos montes ductæ, qui è Septentrione in Meridiem ad Danubii usque ripam protenſi, ubi oppidum nunc Hungariæ Vacia; dein à Meridie ipſum Danubii flumen &c.* Nec aliter Tacitus & Mela: ille *de Moribus Germ. Cap. 1. pr. Germania ..... à Sarmatis Dacíſque mutuo metu aut montibus ſeparatur.* Hic *Lib. III. Geogr. Germania ..... ab Oriente Sarmaticarum gentium confinio .... obducta eſt.* Ex hac contiguarum gentium topographia

facilè

facilè concludimus, de parte Germaniæ Orientali, Daciæ, Sarmatiæque conterminâ, Tertulliano ſermonem fuiſſe; neque enim de Septentrionali, aut Occidentali cogitâſſe potuit, quas ſeptimo demum ſæculo veræ fidei lumine, à viris Apoſtolicis ex Anglia & Hibernia traductis, illuſtratam eſſe, inter omnes conſtat; quando ex contrario Chriſti religionem in Orientali illa Germaniæ ora, à Tertulliano denotata, ſecundo ſæculo fundatam fuiſſe, aliunde etiam, & concludentibus argumentis probatur. Vid. Hanſiz *German. ſacræ Tom. I, Cap. I. & II.* præſertim *pag.* 20. *n.* 10. ubi hunc Tertulliani locum, declarando, illis partibus applicat. Ex Tertulliano lumen & interpretationem accipit Irenæus, conciſiùs loquens de iis, *quæ in Germaniis fundatæ ſunt Eccleſiæ.* Scilicet *Germaniarum* generale nomen non ſolùm pertinet ad binas illas cis-Rhenanas provincias Romanas, quarum unius Moguntia, alterius Colonia, metropolis erat; à quibus Irenæum in illa populorum enumeratione loquendi initium, inde verò ad Hiſpaniam ſaltum facere, demum hinc ad aliam Galliæ partem redire voluiſſe, ne probabile quidem videtur: ſed univerſim *loca*, *quæ incolebantur à Germanis* (diverſis nationibus in plutes civitates ſegregatis, quæ tamen omnes inſtitutis ac moribus ùt plurimùm iiſdem utebantur) *dicebantur GERMANIÆ*, utì expreſsè docet Hertius *in Notitia vet. German. Part. I, Cap. I.* §. 5. & innumeris exemplis probatur apud Tacitum, ſignanter *Annal. Lib. I. Cap.* 34. §. 5. *Cap.* 46. §. 3. *Cap.* 57. §. 3. *Lib. II. Cap.* 26. §. 7. *Lib. III. Cap.* 46. §. 2. *Lib. XI. Cap.* 19. §. 4. Item *Hiſtor. Lib. I. Cap.* 49. §. 6. *Lib. III. Cap.* 70. §. 5. *Lib. IV. Cap.* 17. §. 1. *Cap.* 18. §. 1. *Cap.* 54. §. 1. Demum *in Vita Julii Agricolæ Cap. XV.* §. 6. *&c.* Neq aliter Plinius *Hiſt. Natural. Lib. XXIII. Cap.* 7. Igitur, ne Irenæum cum omni reliqua Hiſtoria committamus, atque inſuper eas partes, quas Tertullianus ſignatiùs demonſtrat, in recenſu Chriſtianarum regionùm ab illo prætermiſſas dicamus, pronum eſt, ut de iis Germanorum gentibus, quæ Daciam Sarmatiámque reſpiciunt, quáſque interjectâ integrâ periodo à Galliæ populis disjungit, ei quoque ſermonem fuiſſe, ſtatuamus. Sed de hoc Irenæi loco iterum agimus in fine §. *VI.* Nunc ad Galliam, de qua ſola nobis hìc cura eſſe debet, revertimur.

Alia ſanè facies Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Gallicanæ foret, atque hodie ab eruditis omnibus agnoſcitur, ſi vel dimidia pars eorum vera eſſet, quæ uno alteróve ab hinc ſæculo adhuc credita ſunt, & inde à Caroli M. ævo ſcripta fuerant, de immediata miſſione pet Petrum Romanæ & univerſalis Eccleſiæ paſtorem, aut tertium ejus ſucceſſorem Clementem, ſanctorum Eucharii, Valerii & Materni ad Treviros teſpectivè & Ubios Tungróſque, S. Trophimi ad Arelatenſes, S. Clementis ad Viennenſes, Moguntinos & Metenſes, S. Manſueti ad Leucos, S. Santini ad Meldenſes & Virdunenſes, S. Lini ad Veſuntinos, S. Memmii ad Catalaunenſes, S. Sixti ad Remenſes, S. Sinici ad Sueſſionenſes, S. Martialis ad Lemovicenſes, S. Urſini ad Biturienſes, S. Frontonis ad Petracoricenſes, S. Georgii ad Vellaunios, S. Saturnini ad Toloſanos, Ss. Saviniani & Potentiani ad Senenſes, S. Altini ad Aurelianos, S. Gatiani ad Turonenſes, S. Dionyſii ad Pariſios, S. Luciani ad Bellovacenſes, S. Nicaſii ad Rhotomagenſes, S. Exſuperii ad Baïocenſes, S. Taurini ad Ebroicenſes, S. Pauli ad Narbonenſes, S. Eutropii ad Sanctonnenſes, S. Ju-

liani ad Cenomanenſes, S. Auſtremonii ad Avernos &c. &c. *Eſt ea hodie*, inquit Sollerius in Actis Ss. menſis Junii *Tom. VII. pag.* 751. *eruditorum Gallorum receptior opinio, non ſemel in Actis noſtris aſſerta, nempe primos illos Galliarum Apoſtolos, Gatianum, Turonenſem, Trophimum Arelatenſem, Paulum Narbonenſem, Saturninum Toloſanum, Dionyſium Pariſienſem, Auſtremonium Claromontanum, Martialem Lemovicenſem aliósque ad eadem ferè tempora* Fabiani Pontificis (qui anno 238. ad Pontificalem cathedram evectus eſt) *pertinere.* Adversùs ſingulos illos Galliæ Apoſtolos, eorúmque immediatam à diſcipulis Chriſti miſſionem diſputare hujus loci non eſt; aliquid tamen ſub finem hujus Diſquiſitionis de tribus Eccleſiis Trevirenſi Suffraganeis, Metenſi, Tullenſi & Virdunenſi earúmque origine memorabo; illud ſolùm hìc generatim volo: poſſe primò vel ſecundo ſæculo fundatam fuiſſe Eccleſiam Lugdunenſem, aut, ſi vis, Narbonenſem, & non Turonenſem vel Pariſinam; potuiſſe Viennenſem aut etiam Arelatenſem, & non Trevirenſem, Colonienſem vel Tungrenſem &c. atque inde concludo, ſingulis, quod de antiquiſſima & primogenia ſua origine proferunt, idoneis argumentis probandum eſſe. Idque eò magis, quòd memoratarum Eccleſiarum particulares Hiſtoriæ, & primorum Epiſcoporum geſta, quibus tanta eis antiquitas aſſeritur, ſæculis demum X. & ſequentibus compilata fuerint: eo ſcilicet ævo, quo pauca aut nulla arti criticæ laus, & quàm plurimis ſolemne eſſet, ſuis Eccleſiis à Synchroniſmo Apoſtolico commendationem & præcellentiam ancupari, quemadmodum ſolet eſſe iis, qui aut univerſis gentibus & civitatibus, vel particularibus etiam familiis à celebri & antiquiori proſapia prærogativàm conciliare conantur; adversùs quas origines cautum eſſe, prudentiæ potiùs eſt, quàm temeritatis. Quod de urbium originibus ex genuinis Hiſtoriæ Legibus Lambecius ſtatuit, id ad Eccleſiarum fundationes (niſi in his potiùs, quàm in illis, falli amamus) non minùs pertinere credendum eſt; de iis ſic ille in *Præfat. ad Lib. I. Rerum ſive orig. Hamburgen. Primordia urbium, & multis antè ſæculis à Majoribus præclarè geſta conſcribenti nihil prorſus creditur, niſi, unde quæque eruerit, appertiſſimè demonſtret. Neque hîc, æque ùt ſit in Hiſtoriis, orationibus fictis vel probabilibus conjecturis dilatare materiam, & auguſtiorem eam reddere, licitum eſt; ſed ùt quæque in antiquiſſimis monumentis tradita reperimus, ità religioſiſſimè caſtiſſiméque referenda ſunt. Quin etiam, quo omnia certa magìs ac dilucida ſint, & ut cuivis de narrationis fide arbitratu ſuo judicare integrum ſit, ipſa quoque eorum, qui authores citantur, verba neceſſariò adjicienda ſunt.*

In hoc, inquam, argumenti genere, ſi teſtes idonei deficiant, ratiocinationes ad eluctandum parum valebunt. Quâ causâ uni genti vel civitati veræ fidei lumen citiùs illuxerit, alteri ſeriùs (veluti Germaniæ, quatenus Italiæ, Galliæ atque Oceano vicinior eſt, VII. demum vel VIII. ſæculo) inſcrutabili abyſſo divinæ providentiæ, penes quam non eſt acceptio perſonarum aut populorum, abſconditum manet, nec humanæ prudentiæ motivis, ab unius gentis præ alia celebritate ſtatúve acceptis, definiri valet. Síque ab una parte Trevirorum metropolis non indigna videri debet primis aut ſecundis curis Apoſtolorum Principis, ab alia viciſſim difficilius fuit, veram fidem in eâdem præ reliquis ſtabilire, cui ſplendida illa Curia & Senatus, ipſa Imperatorum & Prætorio Præfectorum ſedes,

atque

atque tot alia, quæ in primariis urbibus eſſe ſolent, potenter adverſabantur, quæque vel debuiſſent novi cultûs Nuntios ab hac magis urbe, quàm ab aliis excludere, vel ſaltem tincta eorum ſanguine monumenta in rei geſtæ fidem fundare, qualia tamen Treviri ante Maximiani imperium & annum Chriſti CCLXXXVI. nulla prætendunt. Meretur hæc obſervatio præcipuam conſiderationem circa ſanctos Eucharium, Valerium & Maternum, quos Eccleſia ſemper ut Confeſſores honoravit; cùm haud videatur probabile, tanti zeli Apoſtolos perſecutorum furorem eo ſæculo evaſuros fuiſſe, quo Eccleſia vix alios Sanctos recognoſcit, quàm quibus martyrium hanc gloriam peperit. Sed hæc, & quæ ſunt ejusdem farinæ alia, conjecturæ tantùm ſunt, quæ cauſæ victoriam nec in unam nec in alteram partem ſatis inclinant.

Dignior econtra Hiſtorico, & in hoc argumenti genere ante oculos nunquam non habenda, animadverſio Bucherii, qua, poſtquam *Belgii Rom. Lib. VI. Cap.* 3. primos harum partium Paſtores S. Petri diſcipulos fuiſſe, omni contentione, ſuſtinuerat, denique de perſeverantia in eadem ſententia nos ſuſpenſos reliquit, quando ætate & literarum uſu provectior, occaſione Catalogi Epiſcoporum Metenſium, *Collectionis Chappeauvillii Tomo II. in fin.* ità differit: *Profectò nemo paulò in hisce verſatior non videt, Catalogos plerosque omnes antiquarum ſedium in cenſendis primorum ſuorum Antiſtitum ætatibus, ordine ac numero in incertum ferri, & pleraque Poëtarum fabulis, quàm priſcorum moribus ſimiliora repetere. Nulla, quæ eſt paulò vetuſtior Eccleſia, quæ originem ſuam jam inde à D. Petro arceſſere non conetur. Tantus eſt antiquitatis amor! Hinc maximum Hiſtoriæ chaos inductum, & neſcio, quod vacuum ducentorum pené annorum intervallum, cui ſcilicet explendo tantò brevior Epiſcoporum numerus non ſufficiat. Planè in Gregorii Turonenſis ſententiam concedo, majori Galliarum parti Epiſcopos circa imperium Decii, ſeu anno Chriſti CCL. primùm Româ tranſmiſſos.*

Duæ itaque ſolùm ſunt probationum ſpecies, quæ in hac lite non occupati judicis calculum merentur; 1.) teſtes & monumenta coæva aut ſupparia. 2.) Legitima & conſtans traditio. An horum alterutrum immediatæ miſſioni Ss. Eucharii, Valerii & Materni per S. Petrum, ac fundationi Trevirenſis Cathedræ in primo ſæculo ſuffragium ferat, per ſequentes ʃʃ. ſtudioſiùs disquiremus.

§. II.

Non probatur ea aſſertio fide Martyrologiorum.

INter Martyrologia antiquius Hieronymi vulgò dicitur, quod an huic ſancto Doctori revera tribuendum ſit, modò non diſputamus. Hieronymiana Martyrologia (ſeu pura & ſimplicia, ſeu interpolata) ſex è probæ notæ codicibus edidit Sollerius in *Actis Sanct. menſis Junii Tom. VI. P. I.* In his omnibus de Euchario & Materno, Trevirenſibus Epiſcopis, altum ſilentium, in tribus etiam de Valerio; in tribus reliquis, ſcilicet Richenovienſi, Labbeano & Corbejenſi ad diem XXIX. Januarii nudè: *Treviris Valerii Epiſcopi.* De Petri diſcipulatu ne verbum. Sed nec mirum, cùm antiquiſſimum

mum hoc Martyrologium ſola ferè nomina Sanctorum & locorum, quæ illi ſuâ vitâ aut triumphis illuſtrârunt, exprimat. Primus Martyrologiis compendia hiſtorica addidit Venerabilis Beda, anno 735. defunctus. Attamen & hujus Martyrologium, ſatis adhuc tenue, pluribus vacat. Quare propinquior Bedæ Florus Lugdunenſis Eccleſiæ ſubdiaconus, qui initio ſæculi IX. floruit, Bedam augendum ſupplendúmque ſibi ſumpſit. Utrumque opus, genuinum ſcilicet Bedæ Martyrologium, & Flori auctarium, è variis MSs. edidere Hagiographi Antverpienſes in fronte *Tom. II. menſis Martii.* At in neutro ſeu Eucharii, ſeu Valerii, ſeu Materni ulla mentio. Ad horum tempora proximè accedit Wandelbertus Prumienſis monachus Floro æqualis, qui non ſolùm jam memoratis Martyrologiis Hieronymi, Bedæ, Flori uſus eſt, ſed &, ùt ipſe in præfatione memorat, aliorum codicum ſubſidio metricum ſuum Martyrologium anno 842. ità compoſuit, ut novum propriúmque condidiſſe videatur. Vid. Sollerius *in Præfat. ad Uſuardi Martyrolog. Cap. I. Art. III. §. 1. Act. Ss. Antverp. menſis Junii Tom. VI. Part. II.* Hiſtoire literaire de France *Tom. V. pag* 380. Verùm nec in hoc ulla Eucharii & Materni memoria, & de Valerio nihil, quod primum ſæculum redoleat: ſiquidem ad XXIX. Januarii hoc tantùm:

Tunc & Valerio Treviri pro præſule gaudent.

Eodem planè tempore, nimirum anno 845., Rabanus è monaſterio Fuldenſi anno 847. ad ſedem Archiepiſcopalem Moguntinam vocatus, Martyrologium ſuum edidit, in quo nulla iterum mentio Eucharii & Materni; de Valerio ſimpliciter: *Treviris depoſitio beati Valerii Epiſcopi.* Non multò pòſt, nempe circa annum 858. Ado Archiepiſcopus Viennenſis in Gallia novum Martyrologium compoſuit; atque in eo prima diſcipulatûs Petri memoria B. Valerio adjecta fuit. Videri poſſet Ado Trevirenſium rerum non planè nullam habuiſſe notitiam, cùm è monaſterio Ferrarienſi (in quo puer ſuſceptus, teſte Lupo, coævos ſuos literarum ſtudiis anteceſſit) ad Prumienſe cœnobium rogatu Marcuardi Abbatis directus, ibidem nonnullo tempore commoratus fuerit, donec quorundam invidorum inſidiis impetitus, inde Romam ſeſe contulit. Verùm non cogitavit Ado de Martyrologii compoſitione, dum Prumiæ degeret, ſiquidem poſt quinquennii moram Romæ factam patriam repetens quaſi fortuitò Ravennæ in Flori Martyrologium incidit, illúdque deſcripſit, quod poſtea auctius edidit. Vid. Mabillon. *Sæcul. IV. Benedict. Parte II. p. 262. ſeqq.* Unde concludendum, fidem Wandelberti viri patrii & Rabani vicini (quibus elogia Sanctis addere minimè inſuetum eſt) auctoritati Adonis hac in parte haud concedere, ſed hanc illâ facilè vicini; maximè cùm ipſe Ado in Præfatione, ſe quidem Flori laboribus ùt plurimùm uſum fuiſſe, aſſerat, ſed & *collectos* undecunque paſſionum *codices animum* ejus *in tantum ſuſcitaviſſe,* addat, *ut non ſolùm præteritas* à Floro *dierum feſtivitates, verùm & aliorum, qui per totum annum ibi notati & poſiti erant, latiùs & paulò apertiùs deſcriberet.* Sed ne uno id quidem tempore factum, verùm per diverſas vices Adonis Martyrologio ab ipſomet ſuo compilatore augmenta acceſſiſſe, haud vanè autumat Mabillonius. Quis autem ſponſor nobis erit, Adonem in *latiore ſua & apertiore* elogiorum *deſcriptione,* apographorum Actorum fide aut aliâ ratione nunquam fuiſſe deceptum? Generatim de Adonis operâ, poſt jam laudatos

datos in Martyrologiis locatâ, obſervat Bailletus *Diſcours ſur l' Hiſtoire de la vie des Saints §. XXI.* „ Le nouveau Martyrologe d' Adon „ fut reçu avec avidité, tant, parce qu' il étoit en meilleur ordre, „ & que les jours y étoient mieux fournis, qu' à cauſe principalement des amples extraits, qu' il y avoit inſerés de la vie des „ Saints en pluſiers endroits. *Mais avec toute ſa diligence & ſon diſcernement il n' a pû éviter les actes corrompus & les fauſſes legendes.*

Adonem Gallum immediatè ſequitur Uſuardus pariter Gallus, monachus S. Germani Pariſienſis, qui circa annum 875. Martyrologium ſuum ferè. totum quantum ex Adoniano deſcripſit; quare nec amplius in eo auctoritatis eſſe, quàm ab Adone tranſumpſerit, rectè ſtatuit probátque Sollerius *cit. Præfat. Cap. III. art. 2.* Porro Ado & Uſuardus ad ſæpefatum diem XXIX. Januarii ità: *Eodem die Treviris depoſitio beati Valerii Epiſcopi diſcipuli ſancti Petri Apoſtoli.* Hæc prima mentio diſcipulatûs Petri in Martyrologiis. Neque ullum aliud hiſtoricum monumentum Adone antiquius de eodem exſtare, ex deinceps dicendis apparebit. Uſuardum Adoni jungo, ùt ùt in plurimis Manuſcriptis Uſuardini Martyrologii Valerio qualitatem diſcipuli S. Petri non attribui, Molanus obſervaverit. Quin de ipſiusmet Adonis elogio dubios nos relinquunt juſtæ eruditorum obſervationes: imprimis Mabillonii, toties San-Germanenſe exemplar tanquam germanum Adonis fœtum laudantis, dum nihilominus *l. cit. pag. 266. n. 29.* nonnulla in eo eſſe affirmat, quæ à recentioribus addita ſunt; deinde Dominici Georgii, qui cùm anno 1745. Adonis Martyrologium Romæ è Codicibus Vaticanæ Bibliothecæ ederet, in *Præfat. num. 8.* diſertè monuit „ Adonem qui„ dem ad fidem vetuſtiorum Codicum emendatum & recognitum „ à ſe exhiberi, ſed illud idem, quod Ado ſcripſit, ſe in lucem „ emittere, ſi quis profiteatur, eum in audacis potiùs, quàm pru„ dentis, hominis opinionem venire. „ Quidquid ſit, ad memorata Martyrologii verba ſequentia obſervat Sollerius *pag. 68.* „ Vale„ rius Trevirenſis in omnibus Hieronymianis ità ponitur, ut nequa„ quam adjectitius videatur. Pro Confeſſore recoli oſtendit præ„ fixa formula, *depoſitio*; ità enim habetur: *Treviris depoſitio Vale„ rii*, vel *beati Valerii*, vel *beatiſſimi Valerii Epiſcopi*: quinimo Cor„ bejenſe notanter adjecit *Confeſſoris*, quem titulum in hiſce Codi„ cibus rariùs recurrere, alibi diximus. Hinc Rabanus ſua deſum„ pſit. Sed Adoni proprium eſt, quod de *beati Valerii diſcipulatu* „ in textu noſtro adjungitur, eundémque fontem Notkerus conſu„ luit. Id quo ſenſu intelligendum, non ineptè explicat Caſtella„ nus pag. 451. Etenim in proprio ſenſu aut ſignificatione accipi „ non poſſe, vel ex Hieronymianis colliges, in quibus primi illi „ duorum Eccleſiæ ſæculorum Epiſcopi paſſim gaudent appoſito *de* „ *antiquis*, quod in hoc ipſo laterculo Hippolito tribuitur. Verùm „ hæc operoſiùs diſcutientur aut in ſupplemento Januarii, aut „ XIV. Septembris ad vitam S. Materni, quem ſi tempore Conſtan„ tini magni floruiſſe memineris, Valerii hujus ætatem nullo ne„ gotio deprehendes. Binas noſtras annotationes ſic metricè com„ plectitur Wandelbertus;

„ *Quarto martyrium Papiæ Maurique refulget;*
„ *Tunc & Valerio Treviri pro præſule gaudent.*

Sed nec ſoli Valerio præter fidem antiquiorum Martyrologiorum Ado qualitatem diſcipuli Apoſtolorum tribuit; aliis enim etiam Præſulibus hunc titulum ab eo falsò adjici, occaſione S. Trophimi Sollerius obſervat, hæc addens in Nota ad XXIX. Decembris: *fateri cogimur, errorem iſtum ab Adone potiſſimùm profluxiſſe.* Quod ſanè ejus auctoritatem hac in parte egregiè minuit. Potuit Ado deceptus fuiſſe populari illo rumore, quem ſæculo X. jamtum viguiſſe, ex deinceps dicendis apparebit, quemque juvenis Prumiæ hauſerat, adversùs quem Wandelbertus & Rabanus, viri domeſtici & eruditi, genuinâ traditione, aut ſaltem Trevirenſium Epiſcoporum diptychis, obſirmati erant. Fortè etiam Valerii nomen, quod in S. Clementis Rom. *Epiſt. I. ad Corinthios* legitur, ei anſam præbuit, ut noſtrum, ab illo utique diverſum, B. Petri diſcipulum ſcriberet. At fortaſſe nimiùm Adoni impingimus, qui diſcipulatum Petri eo ſenſu accepiſſe potuit, quo qui à Petri ſucceſſoribus ad fidem & Apoſtolatum inſtituti erant, diſcipuli Petri dicebantur; quanquam ea vox contra nativum ſuum ſenſum deinde ab aliis accepta fuerit, de quo vide Cordeſium in *Diſſert. de tempore miſſi in Aquitaniam S. Martialis. in Actis Sanct. Antverpien. Tom. V. Junii à pag.* 538. *num.* 18. Illud certius, Adoni & Uſuardo incognitam aut parum creditam fuiſſe ſimultaneam miſſionem Eucharii, Valerii & Materni, eorúmque miracula, cùm primum & tertium in ſuis Martyrologiis non memorent, contenti, S. Valerio (quem ſolùm in anterioribus Martyrolgiis præ oculis habebant) qualitatem diſcipuli Apoſtolorum appingere. De Notkero & recentioribus Martyrologiorum compilatoribus vix quidquam attinet memorare, quippe quos jam laudatorum laboribus aut poſteriorum interpolationibus ſuperſtruxiſſe, atque ex iisdem ſua ùt plurimùm hauſiſſe, compertum eſt. Quæ quantáque reverentia habenda ſit Romano Martyrologio, & pientiſſimo, juxta ac doctiſſimo Cardinali, cujus ſtudio illud, quo hodie utimur, debemus, non ignoro. At ipſæ illæ, quas vir Eminentiſſimus antiquis Martyrologiis intulit, quáſque proprio ſuo Martyrologio, pluries jamtum recognito, emendationes adhibere adhuc conſtitutum habebat, ſatìs evincunt, Martyrologiorum definitiones ipſimet irrefragabiles viſas non fuiſſe. Quod Hincmarus apùd Flodoardum *Hiſtor. Remen. Lib. III. pag.* 260. aliâ, non multùm abſimili, occaſione reſpondit, hìc non incongruè applicabitur: *Præfatam Hiſtoriam habemus ad lectionem, non ad proferendam auctoritatem.* In veteri autem Romano Martyrologio, quod Heribertus Rosweidus edidit, nulla omninò Eucharii, Valerii & Materni mentio.

Quàm parum autem Martyrologia primo ſæculo favent, dum de Eucharío, Valerio atque Materno quæſtio eſſe poteſt, tam parum ſubſidii pro hoc ſiſtemate ex iisdem erui poſſe, quando non antiquiora quidem illa, quæ paulò antè recenſuimus, ſed recentiora aliqua, Epiſcopos memorant, qui à Materno ad Agritium Trevirenſem Eccleſiam rexiſſe aſſeruntur, apparebit ex iis, quæ de his *§. V.* recenſemus.

§. III.

Nec auctoritate ſcholæ S. Matthiæ prope Trevirim.

PRimæ Hiſtoriæ Trevirenſes, tam de hujus Eccleſiæ origine, quàm de geſtis & vitis primorum ejus Epiſcoporum, debentur Scholaſticis

ſticis S. Matthiæ. Ante hos neque Trevirenſis Eccleſiæ Hiſtoria, neque Acta Trevirenſium Præſulum, talia ſaltem, quorum ſæculo X. notitia ſuperfuerit. Apparet id ex Vitis Ss. Eucharii, Valerii & Materni, quas Bollandus ad diem XXIX. Januarii edidit, quarum auctor (quem Eberhardum Monachum non verò Golſcherum fuiſſe, probamus Diſſert. *de Scriptor. Hiſtor. Treviren. §. III.*) in fine ait: *ſe hæc ex Geſtis Ss. Patrum poſt* Normannorum *excidium Trevericæ urbis relictos cineres diligentiùs perſcrutantem ſparſim in chartulis ſcripta inveniſſe, quæ in unum redacta utilitati legentium, tam præſentium, quàm futurorum, fideliter commendavit.* In ſchola hujus monaſterii (quam Theodericus mox nominandus, in epiſtola dedicatoria Hiſtoriæ inventionis S. Celſi, à Bollando ad XXIII. Februarii evulgatæ *pag. 396. n. 2. Spirituale B. Eucharii Gymnaſium* vocat) Florbertus, anno 885. defunctus, Trevirorum excidium, quod Normanni paulò antè Moſellanæ regioni intulerant, elegiaco verſu proſecutus eſt. Hujus in eâdem cathedra ſucceſſor Eberhardus, mortuus anno 909., Trithemio *in Chronico Hirſaugienſi ad eund. an.* teſte, *complura ad Hiſtoriam Trevirenſem addidit; vitam quoque S. Eucharii, Valerii & Materni, primorum Trevirenſium Pontificum, tum metrò, tum proſâ conſcripſit.* Hic itaque pro primo Scriptore Geſtorum Trevirenſium, quatenùs Normannorum tempora antecedunt, utì & pro auctore Vitarum dictorum trium Epiſcoporum, cum quorum actis origo Trevirenſis Eccleſiæ pluribus deſcribitur, habendus eſt. Adelbertus earundem ſcholarum præſes, circa annum 980. vitâ functus, ad Geſta Trevirorum ſui temporis Acta adjunxit. Hunc in Magiſterio proximè ſecuti Theodericus, anno 1012. defunctus, Golſcherus, qui anno 1038. & Joannes, qui anno 1076. dies ſuos clausêre, ſinguli ſuorum temporum ſactis patriam Hiſtoriam auxerunt. Inter hos Golſcherus, referente eodem Trithemio *ad an.* 1012. etiam ſcripſit *de Laudibus S. Eucharii primi Trevirorum Epiſcopi, diſcipuli S. Petri Apoſtoli librum unum. De laudibus S. Valerii ſecundi Epiſcopi librum unum. De laudibus S. Materni tertii Epiſcopi librum unum.* Quæ omnia luculentiùs apparent ex hujus ſcholæ Hiſtoriâ, quam ex ejusdem monaſterii monumentis Trithemius in Hirſaugienſi Chronico proſequitur.

Qui poſt Eberhardum in Geſtis Trevirorum operam ſuam locârunt, jam memorati Adelbertus, Theodericus, Golſcherus & Joannes, non egerunt ſinguli nudos Continuatores, ſed unus eorum altérve jam antè compoſita etiam dilatavit, & ad ſuum ſenſum hinc inde immutavit. Quare, quæ hodie in omnium manibus ſunt Trevirorum Geſta, à d' Acherio, Leibnizio & aliis edita, quæque vel Theoderico vel Golſchero rectè tribuuntur, non ſunt originalia & primæva ab Eberhardo primùm elaborata. Antiquiora illa purioráque à ſe viſa aſſerit Abbas Calmetus in Obſervatione prævià ad Geſta Trevirorum *Tomo I. Hiſt. Lotharingicæ edita*: „ Nous avons vû (loquitur hìc primùm de Geſtis ex codice San-Matthiano, nobis pariter viſo, à ſe editis) „ l'origi-
„ nal de cette Hiſtoire à S. Matthias de Treves, & nous l'avons con-
„ fronté avec un manuſcript *plus ancien* & plus court, dont appa-
„ remment le Moine Thierry s'étoit ſervi, & qui eſt comme le fon-
„ dement & la baſe de ſon Hiſtoire. Le commencement & les
„ Vies des premiers Evêques de Treves, Eucaire, Valere & Mater-

„ ne, ſe liſent en même termes dans les deux Manuſcripts; mais „ ailleurs il y a diverſes additions ou corrections, que nous marquerons dans la ſuite. „ Hanc diverſitatem Geſtorum, quorum illa *Eberhardina*, hæc *Theodericiana* voçamus, eorundémque varietates, quas Calmetus editor in margine & ad calcem paginarum annotavit, minimè leviter obſervari cupimus, quippe à quarum unâ, eáque graviſſimâ, magnum rei, quam tractamus, pondus dependet, utì *§. V.* oſtendemus. Attamen miſſionem Ss. Eucharii, Valerii & Materni à D. Petro Eberhardus ac Theodericus in *Vitis* reſpectivè & *Geſtis* (atque omni procul dubio Golſcherus in libris de *Laudibus* horum Sanctorum, ſi hi in lucem prodirent) eâdem planè ratione, & tantùm non eisdem verbis efferunt. Hac causâ maluimus in rubro hujus §. generali nomine ſcholæ San-Matthianæ uti, tanquam ejus, è qua uterque fœtus prodiit, quo nobis primæ origines ſacrorum Chriſtianorum in Treviris datæ ſunt, quas ante ipſos in commentarios nondum redactos fuiſſe, ipſi teſtantur.

At quæ hujus ſcholæ circa has res antiquiſſimas fides & auctoritas? Si grave judicium eruditiſſimorum virorum ſequimur: admodum modica, & ferè nulla. Quàm fidelis ſemper fuit ſchola S. Matthiæ in conſignanda coæva Hiſtoria patriâ, tam credula parúmque cauta invenitur circa res primis ſæculis actas feriúsque conſcriptas. Jacobus Sirmondus *Tom. IV. Oper. pag.* 501. *edit. Venet.* in Epiſtola ad P. Alex. Wilthemium *in Geſtis*, inquit, Pontificum Trevirenſium *fabuloſa permulta.* Lucas d' Acherius *Spicilegii Tom. XII. pag.* 196. *initia hujus Hiſtoriæ mendis futilibus & fabulis reſperſa* aſſerit. Hanc animadverſionem probavit Henſchenius in *Exegeſi hiſt. de Epiſcopatu Tungrenſi n.* 6. *Tom. VII. Maji.* nec non *Tom. IV. Junii pag.* 70. ubi hoc Trevirenſe Chronicon *circa initium fabuloſum* nuncupat, quem & Sollerius ſequitur. Martene & Durand verò *Collect. ampliſſ. Tom. IV. pag.* 141. *Geſta*, inquiunt, *primorum Archiepiſcoporum, quæ in utraque editione* (d' Acheriana & Leibniziana) *aut omnino ſabuloſa, aut valde incerta, aut brevius quidem perſtricta ſunt, prætermittimus, ordiemúrque ab anno DCCCLXXX.*

Si hæc in corpore Hiſtoriæ, an meliora expectabimus à ſingularibus Vitis, quas de tribus primis Epiſcopis noſtris iidem Auctores compoſuerunt ſtylo diffuſiore? Quàm parum credibilia aut poſſibilia in his Vitis, peræque ac in Geſtis, cùm de eisdem Sanctis agunt, narrentur, hìc longiùs recenſere ſuperſedemus; præſtiterunt id ante nos alii, atque inter hos Launojus *Diſſert. de loco Sulpitii Severi vindicato §. XXIX. Tom. II. Operum omn. P. I. pag.* 168. *ſeqq. edit. an.* 1731. Heineccius *de Habitu & inſignibus ſacerdotal. Apoſtolorum Cap. IV. §. 7. ſeqq.* quæ Commentatio Hiſtorica in Sylloge Opuſculorum ejus variorum, anno 1735. Hallæ editorum, primum locum tenet. Illud ſaltem non omittemus, harum Vitarum auctorem, dum *Cap. V.* de S. Valerio agit, tantam circa initia Eccleſiæ ignorantiam oſtendere, ut, quod ei hac in parte confidamus, vix ſuperſit. Dicit nempe ejusd. *Cap. V. num.* 18. Valerii per quindecim annos laboribus perfectum eſſe, ut per Galliam & Germaniam Chriſtiani paganos numero & religione ſuperarent. Omnium loco de harum Vitarum merito eſto judicium acutiſſimi Tillemontii, quod *Monumentorum Eccleſ. Tom. IV. p.* 1082. *edit. Bruxel.* his verbis declarat: „ Nous

„ avons

„ avons une grande Hiſtoire de S. Eucaire , ainſi que de S. Valere
„ & de S. Materne, qu' on fait les compagnons de ſa miſſion &
„ ſes ſucceſſeurs dans l' Epiſcopat: & cette hiſtoire eſt pleine de
„ prodiges, qui auroient dû rendre ſon nom fort celebre. Mais
„ il eſt vrai, que les faits, qu' elle raporte, ſont ſi peu vraiſem-
„ blables, ſi fabuleux, & ſi contraires à ce que les bons auteurs
„ nous apprennent du progrés de la foi en France, qu' il eſt impoſ-
„ ſible d' y avoir aucun égard. Elle eſt d' un Gotsquer moine de
„ Treves; ce qui ne prouve ni ſon antiquité, ni ſa verité.„ Et tamen earundem Hiſtoriarum auctores non ſuſpectos volunt ad ferendum veritatis teſtimonium de rebus, aut *purâ* traditione factorum, quæ ſeptem vel octo ſæculis ante eos eveniſſe, aſſeruntur.

Ergo, inquis, mera Monachorum S. Matthiæ commenta ſunt Geſta Trevirorum, quatenùs Normannorum incurſus antecedunt, & Vitæ Ss. Eucharii, Valerii ac Materni? Minimè: perpauca his Scriptoribus ex anteriori ævo reliqua fuiſſe, ſcriptis conſignata, ipſamet eorundem opera comprobant. Supererant eis, utì quidem colligere licet ex nomine *cartularum ſparſim in cineribus urbis inventarum*, in quas ſub finem Vitarum indigitant, nec non *ex pauciſſimis* illis, de quibus auctor Vitæ S. Felicis Archiep. Trev. ab Antverpienſibus *ad diem XXVI. Martii pag. 622. ſeqq.* editæ, circa eadem tempora, aut non multò pòſt compoſitæ, *Cap. I. n. 1.* loquitur *tanti pelagi* (ſic appellat *ingentia ſanctorum Patrum volumina*, *Normannica vaſtatione*, ùt ait, *conſumpta*, quæ tamen unquam extitiſſe, non eſt veroſimile) *guttis*, *in vetuſtiſſimis aliorum locorum* (ergo non domeſticis) *ſchedulis*, *vel etiam in plumbeis ac marmoreis tabulis*, *terræ penitus infoſſis* (quales ſunt eæ, quæ recenſentur tum in eadem Vita S. Felicis *Cap. II. n. 6.* tum in Hiſtoria inventionis S. Celſi *P. I. Cap. 2.* de qua infrà *§. V.* tum in Vita S. Modoaldi apud Antverpienſes *ad diem XII. Maji pag. 60. n. 38.* &c.) *aliquatenus reformata fuerunt*. Supererant, inquam, eis Epiſcoporum noſtrorum diptycha ſeu indices, pauca monumenta marmorea & plumbea æreáve, nonnulla etiam membranacea diplomata (in quibus tamen binis poſterioribus ſpeciebus monumentorum, ex antiquitate eis ſervatorum, ſe non ſemper bonos criticos probârunt) aliquid Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ & Romanæ Franciceque, ſat infeliciter ab ipſiſmet digeſtæ; demum qualis traditio oralis, ad quam ſub initium ſæpefatarum Vitarum peræque provocant, in qua tamen, pro ejus ſæculi ſtatu, verum à falſo, & purum aurum ab admixta ſcoria diſtinguere non noverant, quámque inſuper peregrinarum rerum admixtione ampliùs deformârunt. Unde evenit, ut ab eisdem vera fictis ſic obſcurarentur, ut ſpongiam eorum ſcriptis graviter adhibendam, nemo unus dubitet.

Inſtas tamen: his nondum impediri, quò minùs fundus & ſubſtantia traditionis, à Monachis S. Matthiæ ſcriptis datæ, retineantur, remotis ab ea ſolùm fabuloſis circumſtantiis, quæ reſidentem in imo veritatem defigurant. Non repugno, ſi per *ſubſtantiam* traditionis intelligatur, verbum Dei per Ss. Eucharium, Valerium & Maternum primùm nobis & vicinis noſtris prædicatum fuiſſe. Renuo autem, ſi circumſtantia temporis hujus prædicationis, ſi qualitas diſcipulorum D. Petri, ad hujus Hiſtoriæ ſeu traditionis ſubſtantiam referri velint; putémque ad hæc poſteriora aſſerenda parùm idoneos

d 3 teſtes

teſtes reputari debere eos, quibus talia obſtant, quæ Scholaſticis S. Matthiæ ex Sirmondo, d' Acherio, Henſchenio, Tillemontio, Martenio &c. paulò antè objecimus. Sed de traditione latiùs agimus ſ. *VII.* Hic unica nobis quæſtio eſſe debuit de fide teſtium, quos jam reprobavimus, quiſque, ſi aliquid adhuc ſibi arrogant, ampliùs prætendere non valent, quàm ut eorum elogia confundantur cum voce vulgaris turbæ, verum à ficto ſecernere non valentis.

§. IV.

Nec teſtimonio aliorum Scriptorum ſæculi X, XI, & ſequentium.

DUm fides Geſtorum Trevirenſium circa res primorum ſæculorum ex ſententia judicum, quorum tribunal in republica literaria imotum perſtat, & usque perſtabit, Sirmondi inquam, d' Acherii, Henſchenii, Sollerii, Martenii, Durandi, Calmeti &c. enervata jacet, procidunt eodem ictu plura alia, eàque fortiora partis adverſæ præſidia; antiquiores intelligo, & Geſtis Trevirorum propinquiores Scriptores omnes: ſcilicet Harigerus Lobienſis Abbas, mortuus anno 1007., Marianus Scotus, anno 1086. defunctus, & Ægidius Aureæ vallis monachus, qui floruit anno 1240. Omnes enim hos ex eodem fonte, ſcilicet ex Geſtis Trevirorum ſcripſiſſe, & eâdem quidem (quod apprime notandum) ſervatâ verborum phraſi, ſingulorum ſcripta comparanti manifeſtum erit. Unde concluditur, hos omnes non niſi pro uno teſte habendos, aut potiùs in unius illius jam reprobati teſtis ruina implicari. Habet equidem ea comparatio plus tædii, quàm amœnitatis; inſtituemus eam tamen veritatis ſtudio.

Verba Geſtorum ex Leibnitii *Acceſſ. Hiſtor. Tom. I. pag.* 33. hæc ſunt: *Anno igitur Incarnationis Dominicæ* 54. *regni autem Claudii Cæſaris IX. Epiſcopatus verò B. Petri Apoſtoli in Roma anno VIII. S. Eucharius tertius in ordine LXX. duorum diſcipulorum Domini cum ſociis ſuis Valerio & Materno ad prædicandum Gallicis gentibus directus, demum Treberem pervenit. Cujus infidelitatis aciem devincens, veræ religionis arcem obtinuit, & ejusdem urbis Pontificatum XXIII. annis tenuit.* Iisdem omnino verbis has res narrat Marianus Scotus à Piſtorio Francofurti an. 1683. editus *pag.* 367. *col.* 2. Pergunt Geſta *l. cit. pag.* 34. & 35. *Dein Auſpicius quidam Eccleſiæ regimen tenuit. Dein inſignes per legitimas ſucceſſiones ſalubritate, ſanctitate & gratia pollentes extiterunt Felix, Manſuetus, Clemens, Moyſes, Martinus, Anaſtaſius, Andreas, Ruſticus, Auctor, Favricius, Fortunatus, Caſſianus, Marcus &c.* Hæc ſic vertit Marianus *pag.* 375. *col.* 1. *Poſt Maternum, qui* 40. *annis Treviri prædicationis regimen tenuit, quidam Auſpicius reſedit. Deinde inſignes per legitimas ſucceſſiones, & ſanctitate & gratiâ pollentes extiterunt ſanctiſſimus quiſque nomine vel meritis Celſus, animo ſublimis, ſed & genere clarus, non ſegnis patriæ, ſemper ubique vigens, affectu pio, honore actúque ſerenus, Felix, Manſuetus, Clemens, Moſes, Martinus, Anaſtaſius, Andreas, Ruſticus & Author, Fabricius, & Fortunatus, atque Caſſianus, nec non & Marcus.* In eo tamen Marianus à Geſtis hìc differre noſcitur, quòd Celſum & varia ejus elogia interſeruerit: ſed de hac additione pluribus differemus *ſ. ſeq.* Revertamur ad Geſtorum *pag.* 33. ubi ità: *Poſt cujus obitum Valerius in miniſterium ſacerdotale ſucceſſit, illúd-*

illúdque per XV. annos ſanctè vivendo, & verbum vitæ prædicando, probatiſſimè rexit. Et deinde *pag.* 34. *Poſt cujus deceſſum B. Maternus pontificalem ſuſcipiens apicem &c.* Quod utrumque totidem verbis apud Harigerum *Collect. Chapeauvil. Tom. I. pag.* 14. & 16. Rurſum Geſta *cit. pag.* 33. *Cujus prædicationis tanta fuit inſtantia, ut jamtunc per Galliam & Germaniam Chriſtiani paganos & numero ſuperarent, & religione.* Sed & totidem iterum literæ apud Harigerum *pag.* 15. Porro ſæpe fata Geſta *pag.* 34. *Hic Tungrenſes & Agrippinenſes ad fidem Chriſti convertit, & bis civitatibus pontificali jure præſedit, in quibus ſingulis fertur uno eodémque paſchali die divinum officium celebrâſſe.* Quæ Ægidius Aureæ-Vallenſis *in Collect. Chapeauvil. Tom. I. pag.* 19. & 20. hisce effert: *Cùm igitur B. Maternus Tungrenſes & Agrippinenſes ad fidem Chriſti convertiſſet, & in his tribus civitatibus.... pontificali jure præfuiſſet, fertur, quòd in ſingulis uno eodémque paſchali die divinum officium celebravit.* Pergunt Geſta *pag.* 34. *Igitur S. Maternus apud Coloniam obijt ſenex* 18. *Kal. Octob. à Domini incarnatione CXXVIII. Cujus obitu Treberi comperto, mox Coloniam profecti ſunt, Paſtorem ſuum repetentes. Aderant & Tungrenſes, qui ſimul cum Coloniis eum ſibi retentare ſatagebant. Certamen diu ab utrisque erat. Interim venerabundus quidam ſenex in urbe apparuit, monens cives, ut à lite deſiſtentes, ſuis parerent conſiliis, & corpus Pontificis &c.* Pergit Ægidius *pag.* 21. *Obiit autem B. Maternus apud Coloniam ſenex* 18. *Kal. Octob. anno Domini* 130. *Cujus obitu Treviri comperto, mox Coloniam profecti ſunt, Paſtorem ſuum repetentes. Aderant & Tongrenſes, qui ſibi cum Colonis eum retentare ſatagebant. Certatum diu ab utriſque. Interim quidam venerandus ſenex in urbe apparuit, monens cives, ut à lite deſiſtentes &c.* Medio ſole cœcutiat, qui hos omnes uno ore, ſcilicet auctoris Geſtorum Trevirenſium, loqui non videt.

Sed, inquis, gratis Mariano ſaltem impingi, quòd ex Geſtis ſua exſcripſerit, cùm econtra ex Methodio ſe hauſiſſe, quæ ex Mariano allegavimus, ipſe expreſsè aſſerat his verbis *pag.* 375. *col.* 1. *Hucusque Methodius.* & *pag.* 368. *col.* 1. *Hucusque Methodius Epiſcopus.* Huic objectioni ut ſatisfaciamus, inquirendum, quâ ætate Methodius floruerit, & quis fuiſſe videatur. Non fuiſſe celebrem illum Epiſcopum Patarenſem, circa annum 300. martyrio coronatum, nec etiam quemcunque alium ex antiquis Scriptoribus inde dignoſcitur, quòd in Chronico Mariani *pag.* 410. *col.* 1. *ad annum* 408. referat mortem S. Auguſtini, quæ quinto ſæculo evenit; quòd citet Hiſtoriam tripartitam, quam Epiphanius ſcholaſticus ſub finem ſæculi VI. ad requiſitionem Caſſiodori compilavit; quòd denique temporum intervalla ab incarnatione Chriſti metiatur, qui mos computandi octavo demum ſæculo uſu receptus eſt. Sed ne ante finem quidem ſæculi X. eum ſcripſiſſe manifeſtum facit verſus ille, quem *pag.* 375. *col.* 1. pangit in laudem S. Celſi, à nobis jam ſuprà relatus his verbis: *nomine & meritis Celſus, animo ſublimis, ſed & genere clarus, non ſegnis patriæ ſemper ubique vigens,* qui totidem literis deſumptus eſt ex lapide ſepulchrali hujus Sancti, circa annum 979. demum detecto, cujus inventionis Hiſtoriam unà cum hoc ſepulchrali titulo à Bollando ad diem XXIII. Februarii editam, ſcripſit Theodericus monachus S. Matthiæ Geſtorum Trevirenſium aut compilator, aut augmentator. Quare cùm ex his appareat, Me-

tho-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

thodium poſt Theodericum ſcripſiſſe, firmum manet, verborum ſuperiùs relatorum in Mariano & in Geſtis pariformiter conſcriptorum auctorem eſſe non Methodium ſed ſæpefatorum Geſtorum fabrum. Atque hæc quidem de hujus Scriptoris ævo ſatìs certa ſunt: optandum autem foret non nobis ſolùm, ſed & reip. literariæ, ut pari certitudine Methodii perſonam ſtatúmque noſceremus. Epiſcopum eum facit Marianus, dum *pag.* 368. *col.* 1. & *pag.* 375. *col.* 1. ait: *hucusque Methodius Epiſcopus.* Verùm an talis reverâ fuerit, grave dubium ingerunt Epiſcoporum indices, qui in omnium manibus ſunt, in quorum nullo circa ea tempora Methodii nomen legitur. Unde gravis animo meo obverſatur ſuſpicio, perſonatum eſſe Scriptorem, ad origines Trevirenſis Eccleſiæ (cujus præcipuam notitiam affectat) ſecundùm ſiſtema Monachorum S. Matthiæ auctoritate ſuâ firmandas theatro datum. Suſpicionem auget alius, nomine tamen verior Methodius, ſub cujus fide Hilduinus Abbas S. Dionyſii, vir multæ eruditionis, ſed majoris audaciæ, Areopagitica primi Pariſienſium Epiſcopi in orbem ſparſit, de quo vid. Sirmondus *Tom. IV. Operum pag.* 248. *edit. Venet.* Launojus *Oper. om. Tom. II. P. I. pag.* 508. *ſeqq. edit. noviſſ.* Scilicet, quod ſub hujus Methodii auctoritate ſucceſſerat ad conciliandam Pariſienſi Eccleſiæ fictitiam antiquitatem, pluribus deinde ſæculis creditam, id anſam Trevericis Hilduinis præbuiſſe potuit, eodem nomine ad gratiam ſuis ſcriptis parandam utendi. Sed hæ, ùt dixi, conjecturæ ſolùm ſunt, & ſuſpiciones, non tamen, utì quidem cenſeo, planè infundatæ.

Gravioris ponderis videri poſſent nonnullæ Romanorum Pontificum Bullæ & Imperatorum diplomata ſæculi X. & XI. quibus B. Eucharius cum Valerio & Materno à S. Petro Treviros miſſus, & ab his Trevirenſis Eccleſia plantata aſſeritur. Eò pertinet Bulla Joannis XIII. de 22. Jan. 969. apud Browerum *Annal. Trevir. Tom. I. p.* 472. & in Bullario magno Rom. *Tom. IX. pag.* 1. *edit. Luxemb.* Alia Bulla Benedicti VII. de 18. Jan. 975. apud Browerum *cit. Tom. I. p.* 476. Tertia Leonis PP. IX. de 13. Aprilis 1049. apud eundem *pag.* 526. Diploma Henrici IV. Imp. de 13. Julii 1066. in Zilleſii *Defenſionali S. Maximini P. III. pag.* 43. Horum primus Joannes XIII. ſe hanc hiſtoriam *pridem audiendo, imo & legendo, compertam habuiſſe*, aſſerit. Potuit nimirum illam facilè legiſſe in ſcriptis Eberhardi monachi S. Matthiæ, anno 909. defuncti; neque enim dicit Pontifex ſe eam *in antiquis ſcriptis* legiſſe. Erat ea ſcilicet ſententia tunc in orbem ſatìs ſparſa; at opinio, quanquam ab uno vel pluribus imò ab omnibus per plura ſæcula credita fuerit, novum per hoc pondus non acquirit, manétque talis, etſi in cartas Principum relata fuerit. Firmabimus id auctoritate Sirmondi *Tom. IV. Operum pag.* 500. in alia quidem cauſa, Treverica tamen, ad P. Alex. Wilthemium ità ſcribentis: *Quod igitur ad Dagoberti pro S. Maximino diploma ſpectat, idem, opinor, judicium eſſe debet, ac reliquorum omnium, quæ à Pontificibus, vel à Principibus prodeunt. Quæ ſingula, in iis quæ ſtatuunt, aut quæ concedunt, vim ac auctoritatem obtinent; in cæteris, quæ ſibi ab aliis expoſita narrant, fidem non aliam faciunt, quàm eorum fuit, qui expoſuerunt. Incerta autem & falſa plerumque ſuggeri, haud dubium eſt.* Quare & nullus eruditorum virorum hactenùs exiſtimavit, memorata Pontificùm & Imperatorum diplomata (quanquam ea jam à centum & ampliùs annis in publica luce ſint) ad hujus quæſtionis deciſionem multum conferre.

Eo-

Eodem ætatis vitio peræque laborare dicendi ſunt reliqui aſſertores miſſionis S. Eucharii in primo ſæculo, ſcilicet Otto Friſingenſis *Chron. Lib. III. Cap. XV. pag.* 62. apud Urſtiſium. Godefridus Viterbienſis in *Pantheo Parte II. pag.* 401. Petrus Cluniacenſis *Lib. I. Epiſt.* 2. Albertus Stadienſis *in Chron. ad annum XLVIII.* Albericus Trium fontium Monachus *Chron. ad an. LII. pag.* 14. &c. &c. Horum quippe duces cùm jam devitaverimus, his ſequacibus minimè offendemur, tanquam viris, quos artis criticæ aut peritos, aut ſtudioſos, nemo harum rerum prudens hactenus exiſtimavit; potéſtque eis ſingulis juſtiore adhuc titulo applicari, quod doctiſſimi Bollandiſtæ *Tom. IV. Auguſti pag.* 38. *Lit. D.* Methodio (ſeu quisquis ſub hoc nomine tegitur) opponendum meritò putârunt, ſcilicet, ejus, tanquam junioris, teſtimonium in hac re ſine ſcrupulo non admitti.

Sed nec illud hìc prætermittendum eſt, eas, quæ Trevitis & Coloniæ baculo D. Petri, in Alſatia ſacello S. Materni traditiones adhærent, antè pro probatione valere, aut hac in cauſa admitti non poſſe, quàm demonſtretur, eaſdem traditiones antiquiores eſſe eo ævo, quo aſſertus diſcipulatus Apoſtolicus Ss. Eucharii, Valerii & Materni vulgariter reciperetur. Conſule interim de pretioſa illa D. Petri reliquia partim Coloniæ, partim Treviris ſervatâ, Cbronica Alberici Trium fontium monachi & Sigeberti Gemblacenſis *ad an.* 953. nec non aliud vetuſtum in Collect. vet. monum. Martene & Durandi *Tom. V. pag.* 988.

§. V.

Epiſcopos Trevirenſes, medios inter Maternum & Agritium, antiquitas ignoravit.

TUrbidos rivos, per quos patria traditio inde à ſæculo X. defluxit, hactenus ſecuti ſumus; nunc videndum, an non ad puriorem aquam, antecedentia ſæcula inſectando, perveniri queat? Hoc utique futurum confido, ubi Scriptores *recentiores* à *veterioribus* cautè diſtinguimus, atque *illorum* quidem initium ab Adone Martyrologo facimus, ad *horum* verò cenſum, quidquid hiſtoricorum monumentorum Adonem antecedit, referimus. Hac epochâ conſtitutâ, facilè deprehendemus, ad debiliorem præſentis Diſſertationis partem pertinere, quidquid præcedentibus tribus §§. hanc in cauſam prolatum eſt; quibus utique puriora, ſimpliciora, certioráque ſunt, quæ deinceps producentur nec ſuſpecti ævi nec ambiguæ qualitatis monumenta.

Ex antiquis primus, quantùm novi, S. Eucharium memorat Gregorius Turonenſis in *Vitis Patrum Cap. XVII.* ibi: *ad unam portam Eucharius obſervat &c.* Cùm verò idem Scriptor Libro *de Gloria Confeſſorum* de Maximino & Nicetio Trevirorum Epiſcopis duo Capita *XCIII.* & *XCIV.* inſtituit, ac Libro de *Vitis Patrum cit. Cap. XVII.* longam orationem comparat, qua præcipuè Nicetii geſta depingit, ſatis indicat, de Euchario ſe præter unum alterúmve illud verbum nihil habuiſſe, quod diceret, qui tamen, ſi ea revera patrâſſet, quæ de ipſo à monachis S. Matthiæ cartis ſeriùs conſignata leguntur, celeberrimus, & Turonenſi etiam in portentoſis his facinoribus debuiſſet fuiſſe non ignoratus. Meminit ejusdem S. Eucha-

 rii,

rii, uti & Ss. Valerii ac Materni Lupus Ferrarienſis in Vita S. Maximini, ſcriptâ anno 839., adeóque ante Adonem & Scholaſticos S. Matthiæ, apud Surium *ad XXIX. Maji* *§. I.* ſed neque is de horum ullo quidquam memorat, quod ad diſcipulatum Petri etiam à longinquo concludat. Quin potiùs, quidquid ſanctorum Præſulum inter Maternum & Agritium ſeriùs locatum eſt, directè excludere videtur, dum *ibidem* *§. IX.* ex ore obſeſſæ, & ad adventum reliquiarum S. Maximini Ivodii dæmoniaco furore agitatæ ità loquitur: *Numquid non ſufficiebant vobis Sancti Dei Eucharius, Valerius & Maternus, & B. Agritius, quos dæmones ut violentos paterentur tortores &c.* Ex quibus non ineptè concluditur, maligno ſpiritui, linguâ hujus mulieris, tanquam organo utenti, aut certè Lupo hæc ſcribenti, alios ſanctos Trevirenſes Præſules non fuiſſe cognitos. Antiquiores his Scriptores non memini me vidiſſe, qui eorundem Ss. Præſulum memoriam fecerint, ſi eademas, quæ de B. Materno *§. VI.* latiùs proſequimur, & ex Martyrologiis jam diximus *§. II.* Verùm hæc, quia ad negativi argumenti ſpeciem declinare, adeoque nonnullis debiliora videbuntur, leviùs tangimus; atque ad poſitiva & magìs concludentia argumenta progredimur.

Primum & graviſſimum huic ſententiæ præſidium præbent Catalogi Epiſcoporum Trevirenſium, non quidem recentiores, poſt receptam opinionem Monachorum S. Matthiæ, ſeu poſt ſuprà à nobis conſtitutam epocham interpolati, quales ſunt ii, quos exhibent Antonius Demochares *de Sacrificio Miſſæ Tom. II. Cap.* 33. Claudius Robertus in *Gallia Chriſtiana.* Petrus Merſſæus Cratepolius in *Annal. Archiep. Trev. &c.* Gabriel Bucelinus *Germaniæ ſacræ Part. I. pag.* 33. Ægidius Bucherius *Belgii Rom. Lib. VI. Cap.* 4. Bartholomæus Fiſen in *Floribus Eccleſiæ Leodien. pag.* 537. &c. Verùm puriores illi & primogenii, quorum primum veſtigium mihi monſtravit Mabillonius *Annal. Ord. S. Benedicti Lib. XV. n.* 58. ubi meminit *veteris catalogi Trevirenſium Epiſcoporum, qui exſtat in bibliotheca monaſterii ſancti Gisleni in Hannonia, cujus prima manus deſinit in Marino.* Hujus Catalogi copiam, qualem factâ amicorum interpoſitione nuper nactus ſum, hiſce communico:

INCIPIUNT PER ORDINEM
NOMINA TREVIRORUM EPISCOPORUM.

EUCHARIUS.	SEVERUS.
VALERIUS.	QUIRILLUS.
MATERNUS.	IAMNECIUS.
AGRITIUS.	EMERUS.
MAXIMINUS.	MARUS.
PAULINUS.	VOLUSIANUS.
BONOSIUS.	MILETUS.
BRITTO.	MODESTUS.
FELIX.	MAXIMIANUS.
MAURICIUS.	FIBICIUS.
LEGONTIUS.	ABRUNCULUS.

RU-

RUSTICUS.	VUIZO.
NICECI..	HE. TI.
MA.........	....GA.DUS.
GUN.......	BERTOLFUS.
....	RA.BODUS.
MODUALDUS.	ROTGERUS.
NUMERIANUS.	RUOTBERTUS.
BASINUS.	HEINRICUS.
LIUTUUINUS.	....EDERICUS.
MILO.	....ER.US.
VUIOMADUS.	o
RIMBODUS.	*RUBERT.

*LUDOLF. In MS. quod quondam Carthuſiæ Conſl. fuit, RUDOLFUS legitur.

Catalogum comitabantur literæ viri religioſi nec ineruditi Domini Petri Baudrii monaſterii S. Giſleni Prioris de 25. Julii 1747. his verbis conceptæ: „ L' ancien Catalogue des Evêques de Treves, „ dont fait mention le pere Mabillon Livre XV. n. 58. de ſes Annales Benedictines, ſe trouve à la fin des actes manuſcrits de Ss. Eucher, Valere & Materne, contenus dans un volume en velin & in folio, repoſant dans nôtre bibliotheque & coté DDD. Tout ce catalogue eſt écrit en même caractere que les dits actes, & je ne trouve pas, qu' une ſeconde main y ait ajouté quelques Evêques de ce dioceſe, comme ſemble le dire le pere Mabillon: *cujus prima manus deſinit in Marino.* Il eſt vrai, comme dit ce ſavant Benedictin, que ce Catalogue ne contient, que les noms nuds de ces Evêques, ſans marquer l'année, ni le ſiecle, dans les quels ils vivoient, ni les années de leur Epiſcopat. Comme ce Catalogue eſt trés ancien, & qu' il ſe trouve au dernier feuillet de ce volume, le tems qui devore tout, & la rudeſſe de la couverture ont tellement mangé le caractere de quelques noms de ces Evêques, qu' il y en a pluſiers effacés entierement, & d' autres jusqu' à demi; je parle de ceux, qui ſont au revers de la page &c. P.S. Je ne trouve pas de *Marinus* dans ce Catalogue, ſi non que ce ſoit un de ceux dont les noms ſont effacés ou mangés, qu' on liſoit peut-être encore du tems du pere Mabillon. „ Hanc epiſtolam cum Catalogo nactus, amplioris dilucidationis ergo nonnullas quæſtiones transmiſi, quibus pari humanitate ſecundis literis de 6. Septembris ejusd. anni idem D. Prior Petrus Baudry ſatisfecit hoc tenore: „ Il eſt viſible que tout le Catalogue, que j' ay envoié aprés l' avoir copié le plus ſcrupuleuſement, eſt de la même main, que j' ay été ſurpris de lire dans les Annales Bened. du P. Mabillon, que cet habile critique ait ſuppoſé le contraire en diſant, que la premiere main finiſſoit à Marin ou Macaire, car il eſt certain à en juger par la même encre & l' uniformité des caracteres, qui ſe rencontrent dans tous les noms de ces Evêques de Treves, que leur Catalogue a été écrit par le même. Pour ce qui eſt du ſiecle, au quel ce Catalogue a été ecrit, il me ſemble que c' a été au plus tard dans le onzieme, tant par le parchemin, qui eſt aſsés épais, moins degraiſſé & moins poli, que dans les ſiecles ſuivans, que par l' antiquité du caractere. Dans le volume, à la fin du quel ſe trouve le dit Catalogue, il n' y a que deux ouvrages, dont le premier

 eſt

„ eſt intitulé *Diadema Monachorum* composé par Smaragde Abbé de
„ S. Michel en Lorraine, qui floriſſoit ſous l' Empereur Louis le
„ debonnaire. Puis s' en ſuivent les Acts de Ss. Euchaire, Valere &
„ Materne, & enfin le Catalogue. Le prologue commence ainſi:
„ *Quamvis beata Sanctorum apud Omnipotentem* &c. les Acts com-
„ mencent par ces paroles: *Igitur beatiſſimus Petrus Apoſtolus Antio-*
„ *chenam eccleſiam prima confeſſione Chriſtiani nominis &c.*

Quantum momenti eidem ſententiæ adferat juſta elimatio Epiſcopalium nominum, quæ Trevirenſibus diptychis inter Maternum, tertium Antiſtitem noſtrum, & quartum Agritium ſequius ævum intercalavit, dudum adverterunt harum rerum ſapientes, qui hujus elimationis neceſſitatem ſubodorati quidem, eandem idoneis argumentis non poterant evincere. *Viderunt*, inquit Sollerius *Act. Ss. menſis Julii Tom. II. p. 538. n. 5. pridem eruditi res iſtas involutas eſſe* (ſcilicet ſucceſſionem & ordinem Epiſcoporum Trevirenſium primis tribus ſæculis) *at nemo falcem appoſuit, qua ſuperflua reſecaret.* Præſtatur id modò tum beneficio præmiſſi San-Guilenſis Catalogi, nunc demum hìc producti è tenebris, in quibus illum liquerat Mabillonius, tanquam ſuo inſtituto Annalium Benedictinorum minùs profuturum; tum ſubſidio aliorum veterum monumentorum, quæ *hoc §.* memoramus. Purum eſſe hunc Catalogum & genuinum, non ſolùm probat ejus comparatio cum junioribus illis, quos paulò antè recenſuimus, ſed cum illo etiam, quem non ſemel citant Hagiographi Antverpienſes è Codice Reginæ Sueciæ editum à nobis Diſſertatione *de Scriptoribus Hiſtoriæ Treviren. §. I.* qui úsque ad Egilbertum, anno 1078. electum, pertingit, cùm noſter ad Ludolphum tantùm perveniat, qui ànno 994. Trevericam cathedram aſcendit, & ſolis XIV. annis in ea ſedit. Hoc itaque è San-Guilenſi Codice certum eruimus, ſub Ludolphi Archiepiſcopatu tales fuiſſe Trevirorum indiculos, quales ibi conſpiciuntur, ſcilicet ab adjectitiis illis Præſulibus vacuos; neque tum ſolùm, ſed multò magìs antè, quando ab Eberhardo condebantur Acta Ss. Eucharii, Valerii & Materni, quibus ille Catalogus ſubjectus eſt. Sed illud etiam binorum memoratorum Catalogorum inter ſe factâ collatione docemur, inter annos 994. & 1070. primùm tentatam fuiſſe eam, de qua querimur, viginti & ampliùs Epiſcopalium titulorum illationem in antiquos & puros Eccleſiæ noſtræ indices; quæ additionis epocha ſequentibus etiam confirmabitur.

Quæ hac ratione Diptychis illata eſt plaga, ea eodem ferè tempore etiam Geſtis Trevirorum, ſub finem ſæculi IX. ab Eberhardo Monacho primùm exaratis, incuſſa deprehenditur. Primævi hujus Eberhardini exemplaris, ceu autographi, Abbati Calmeto viſi, & cum Theodericiano collati, meminimus *hujus Diſſert. §. III.* in eo totùm illud Caput XXVII. quod deinde intercalatis Præſulum nominibus deſtinatum eſt, deſideratur; adeo, ut à ſepultura Materni, quæ Caput XXVI. claudit, ſine medio tranſeatur ad martyrium Thebæorum, quo Caput XXVIII. inchoatur, ne minimâ factâ mentione Epiſcoporum, de quibus agimus. Quo loco antiquius hoc MS. Calmetus viderit, non exprimit: ego in illud in monaſterio S. Matthiæ non ità pridem, ſed fruſtrà, inquiſivi; fortè ex hoc ſuo natali ſolo aliò translatum eſt cum aliis codicibus, non enim omnes

ibidem

ibidem hodieque exſtare, ſed plures, nec ignobiliores quidem, in aliorum, peregrinorum etiam, manus delapſos eſſe, mihi hujus cœnobii Religioſi declarârunt. Fortaſſe & adhucdum ibidem latet, non facilè reperiendum inter manuſcriptorum voluminum copiam, nullo ordine conſiſtentium, nullis numeris aut titulis diſtinctorum, ſed ne in catalogos quidem ſeu indices relatorum. Ut ùt ſit, de viri Ampliſſimi & religioſiſſimi fide eò minùs hæreo dubius, quòd alius vir Eximius, & harum rerum prudentiſſimus, ſimile MS. Geſtorum exemplar, in quo pariter nulla Epiſcoporum nomina inter Maternum & Agritium media ſunt, alio loco à ſe viſum, mihi retulerit. Invenit uterque apud me eò faciliorem fidem, cùm in communibus illis Geſtis, ex anterioribus usque ad annos 1152. 1212. &c. continuatis, quæ ter quaterque jam repetito typo in omnium manibus ſunt, in illis ipſis inquam, quæ ſub ea, quam incuſamus, interpolatione gemunt, priſtinæ ingenuitatis expreſſiſſimum veſtigium adhucdum noſcatur in *Cap. LXVII*, ubi in Geſtis Brunonis Archiepiſcopi (qui ab anno 1102. usque 1124. Trevericam ſedem tenuit) à ſynchrono continuatis, in hunc usque diem hæc verba leguntur: *Agritium QUARTUM Trevirenſium Epiſcoporum, quorum nomina habeantur cognita.* Adeò nempe incauti fuêre illius interpolationis amatores, ut hanc antilogiam minimè devitarent, quam ante bina jam ſæcula obſervavit Kyriander *Annal. Treviren. Parte III. pag.* 40. Aut, ùt rectiùs loquar, tam tenui fortunâ ſæculo XII. hæc interpolatio adhuc gavisa fuit, ut etiam poſt Brunonis Epiſcopatum à ſanioribus, certè non ab auctore Geſtorum hujus Archiepiſcopi in eam creditum ſit. Non dubito, quin ab ingenuo hoc Scriptore ſuſpendentia illa verba: *quorum nomina habeantur cognita*, in gratiam popularis illius rumoris de immediata miſſione Eucharii per S. Petrum, nec non in reverentiam Theoderici & Golſcheri, quorum novos Epiſcoporum catalogos ignorare malebat, quam eis apertè contradicere, uſurpata fuerint; eo modo, quo Helinandus, *ſeq. §.* à nobis referendus, ſub initium ſæculi XIII. de S. Evergiſlo Colonienſi ſcribens, *hujus ſedis cognitorum tertium Antiſtitem* dixit.

Sumpſit ſibi equidem Commentator Antverpienſis in Acta S. Auctoris *Tomo IV. Auguſti pag.* 38. refutandam Calmeti de primis Trevirorum Epiſcopis Diſſertationem, & ea etiam, quæ de antiquiſſimo Geſtorum Trevirenſium exemplari nunc memorata ſunt: Opponit nempe 1.) Scriptorem horum Geſtorum tantæ auctoritatis, & ejus ætatis non eſſe, ut ei objici non poſſit Marianus Scotus anno 1086. defunctus, & Mariano antiquior Methodius, qui quindecim Epiſcopos inter Maternum & Agritium medios nominant, qui cum pluribus aliis ante ſæculum IV. Trevirenſi Eccleſiæ præ- & profuerint. Quibus conſentit ſæpe nominatus Catalogus, ſervatus in Codice Reginæ Speciæ. Addit 2.) eâ fortaſſe causâ in iisdem Geſtis vel omitti vel ignota credi nomina eorum, qui inde à Materno Agritium anteceſſerunt, quia licèt Antiſtites intermedios fuiſſe conſtaret, non tamen Scriptoribus peræque cognitum certúmque fuerit, quinam revera interceſſiſſent; ſiquidem ex viginti & ampliùs Epiſcopis, quos Treviri eo loco collocant, octo ad Tungrenſem Eccleſiam ſolùm pertinere Henſchenius in *Exegeſi de Epiſcopatu Tungren. n.* 3. *&* 6. oſtendat. Dubito ſanè, an hæc vir doctiſſimus objecturus fuiſſet, ſi ea hábuiſſet perſpecta, quæ tum de tempore,

 tum

tum de diverſitate ſcriptionis Geſtorum, tum de diſcrimine Catalogorum juniorum & veterum, tum denique de reſpectiva ad ea omnia fide & auctoritate Mariani & Methodii hactenus probavimus. Quis autem ſibi perſuadeat, primos Scriptores Geſtorum, in rebus primorum ſæculorum ſcrupuloſiùs examinandis non adeo ſollicitos, aut peritos, tam anguſti pectoris fuiſſe, ut, poſtquam originem Trevirenſis Eccleſiæ in primo ſæculo locaverant, ſeriem & ſucceſſionem Epiſcoporum à Materno ad Agritium prætermiſſuri fuiſſent, ſi horum nomina in indicibus ſeu diptychis inveniſſent? Si verò ea de re dubium aliquod ſcribentium animis obverſaretur, eccur illud ne verbo indicant? Aut quare tanto hiatu turbati *Cap. XXVII.* ſtatuunt, poſt Materni deceſſum *Treviros rectæ fidei credulitatem amiſiſſe, & ad priſtinum paganiſmi vomitum rediiſſe?* In quo eos ſequitur Auctor nec antiquior nec accuratior Vitæ S. Agritii à Bollando editæ die XIII. Januarii *Cap. III. & VI.* qui tanto tempore, paganis civitatem obtinentibus, ſedem Epiſcopalem vacaviſſe, aſſerit. A quibus ne ipſum quidem Trevirenſe Breviarium, quo in hunc usque annum 1748. utimur, recedit, dum in feſto B. Helenæ pro quarto Reſponſorio ità canit: *Gentem Trevirorum poſt converſionem ad idololatriæ prolapſam errorem per beatum Agritium ad fidem & Chriſti gratiam revocavit.* Quanquam poſterior ætas, eodem ferè modo, quo id Geſtis Trevirorum accidit, Breviario & Officiis Eccleſiaſticis nonnulla feſta Sanctorum, de quibus hìc agimus, interſeruerit, ſed de his ſingulis paulò infrà diſſeremus.

Poſitiva ſunt hæc argumenta & affirmantia, ſed liceat etiam in gratiam veritatis negante uno uti: ſi recta eſt regula Cæſ. Baronii, qua in ſuis obſervationibus ad Martyrologium identidem utitur, ſcilicet: *Quod à recentiori auctore de rebus adeo antiquis ſine alicujus vetuſtioris auctoritate profertur, contemnitur;* utì juſtam eam eſſe, minimè ambigitur: an non Theodericum Scholaſticum S. Matthiæ & alios ſæculi XI. Scriptores, tanquam recentiores reſpectu factorum, de quibus agimus, jure interrogabimus: à quibus auctoribus hæc Epiſcoporum nomina hauſerint? Poſſunt, inquis, ii fontes inde à Theoderici & Golſcheri nec non Mariani ævo, id eſt, à ſæculo XI. intercidiſſe, aut nobis eſſe incogniti. Sed qua ratione etiam fuerunt ignorati Eberhardo Theoderici & Golſcheri Magiſtro? quare Romanis Pontificibus & Imperatoribus ſæculi X. & XI., quorum diplomata ſuperiore §. allegavimus, qui omnes, dum Trevirenſi Eccleſiæ benefaciunt, ſe id meritis Ss. Eucharii, Valerii, Materni, Agritii, Maximini, Paulini, Severi agere declarant, neutiquam in honorem Auſpicii, Celſi &c. Quo modo evenire potuit, ut ſub Brunone Archiepiſcopo, hoc eſt, initio ſæculi XII. horum nominum notitia interierit, aut ea ſaltem pro genuinis habita non fuerint? Si hinc retrò pedem referimus ad tempora Normannorum invaſionem antecedentia; ſunt nobis, non diffiteor, per hanc ablata haud pauca antiquitatis monumenta: at illud his tumultibus effectum non eſt, quin aliorum verorum Antiſtitum notitia nobis ſervata ſit in documentis ſuo ævo venerabilibus, & quidem totius Eccleſiæ communibus: Eucharium loquitur Gregorius Turonenſis; Valerium Hieronymi & alia claſſica Martyrologia; Maternum Euſebius, Optatus Milevitanus, aliáque; Agritium Acta Concilii Arelatenſis; Maximinum Athanaſius, Hieronymus & cœteri; Paulinum iidem cum Hila-

Hilario; Britonium Concilia Valentinum & Romanum; Felicem Sulpitius Severus &c. Et ſolos illos XXII. intermedios, atque unâ quidem, quod notandum, ſerie, tacebunt omnes? quis credat, aut abſque idoneis teſtibus perſuadeat vel parum prudentibus?

Poſtquam univerſim probavimus non fuiſſe Epiſcopos inter Maternum & Agritium medios, ſupereſt, ut pro ulteriori ejuſdem poſitionis firmamento de ſingulorum, qui contra fidem veterum documentorum eo loco ſeriùs collocati ſunt, nominibus, ſtatu, & cultu, quantùm Hiſtoria ſuppetit, diſquiramus. Eorum nomina, juxta fidem Scriptorum ſæculi XI., quos §. *præced.* laudavimus, hæc ſunt:

AUSPICIUS.	FORTUNATUS.
CELSUS.	CASSIANUS.
FELIX.	MARCUS.
MANSUETUS.	NATUITUS.
CLEMENS.	MARCELLUS.
MOYSES.	METROPOLUS.
MARTINUS.	SEVERINUS.
ANASTASIUS.	FLORENTIUS.
ANDREAS.	MARTINUS.
RUSTICUS.	MAXIMINUS.
AUCTOR.	VALENTINUS.
MAURITIUS.	

Ex his, qui omnes Sanctis, & plerique quidem Martyribus annumerantur, in hodierno Breviario & officiis Eccleſiæ Trevirenſis occurrunt: 13. Febr. S. Celſus, 10. Junii S. Fortunatus, 7. Julii S. Natuitus ſeu Navitus, 8. ejuſdem S. Auſpicius, 16. ejuſdem S. Valentinus, 19. ejuſdem S. Martinus, 4. Septembris S. Marcellus, 8. Octobris S. Metropolus, 24. ejuſdem S. Severinus. Sed juvat hæc altiùs, & ex ipſa, quantùm fieri poteſt, origine reſumere.

Servatur in bibliotheca S. Simeonis Treviris Pſalterium, ſæculo XI. quantùm ex forma literarum, membranâ, aliiſque colligere licet, ſcriptum, quodque ex primis libris choralibus fuiſſe creditur, quibus eadem Collegiata, circa annum 1042. fundata, uſa fuit. Huic præfixum Calendarium eâdem manu cum ipſo Pſalterio exaratum. Cùm in eo plurimi dies vacarent, poſterior ætas neque unâ manu, neque eodem tempore, feſta ſeriùs introducta eidem inſeruit. E novem Sanctis, quos mox memoravimus, quatuor ſolùm in hoc Calendario conſpiciuntur, & inter hos unus tantùm primævo caractere ſcriptus, ſcilicet X. Kal. Novembris *Severini Epiſcopi*, ſine addito tamen *Trevirenſis*, aut etiam *Martyris*. Eodem die Eccleſiæ Colonienſis & Burdigalenſis feſtum S. Severini, tanquam proprii utriusque earum Antiſtitis, ſub initium ſæculi V. vitâ functi, celebrant; haud dubio argumento, eundem eſſe Sanctum, qui in Trevirenſi etiam eodem die colitur. Equidem Treviri hodie feſtum S. Severini die ſequenti (impedimentum ferente Translatione S. Materni, quæ nunc X. Kal. Novemb. ſolemniùs celebratur) & qui-

quidem tanquam de *Epiſcopo & Martyre* ſub Maximiano (utì in noviori lectione recitatur) Treviris coronato, agunt. At identitatem feſti & Sancti ſalvat aliud Calendarium ſæculi XIII. quod Manuſcripto San-Maximiniano (in quo Martyrologium, Regula S. Benedicti & Menologium continentur) præmittitur, in quo ad ſæpefatum diem X. Kal. Novembris ſimul legitur: *Severini Epiſcopi. Translatio S. Materni.* in Martyrologio autem ejusdem Codicis eodemmet die: *Coloniæ Severini Epiſcopi.*

Recentiori econtra manu in prælaudato Calendario San-Simeoneo ad VII. Kal. Martij: *Inventio Celſi Epiſcopi Trevirenſis*; ſed de hoc mox latiùs acturi ſumus. Item IV. Idus Junii: *Fortunati Epiſcopi.* Denique pridie Nonas Septembris: *Marcelli Martyris.* Quando econtra in Directorio perpetuo, quod à Baldewino Archiepiſcopo medio ſæculo XIV. præſcriptùm, deinde verò ſub finem ſæculi XV. ſub titulo *Ordinarii perfecti ſecundùm Eccleſias & Dioceſim Trevirenſem &c.* Coloniæ apud Hermannum Bungart impreſſum eſt, novem illa feſta omnia continentur, vix dubitabili indicio, ea quidem medio ſæculo XIV., nondum verò ſæculo XI. ſed ne omnia quidem ſæculo XIII. Treviris celebrata eſſe. His adde, quæ de *S. Martino I.*, Moyſis, ùt ajunt, ſucceſſore, ſcribunt Antverpienſes *Tomo IV. Julii pag.* 582. Unde facilè concluditur, non eſſe antiquum horum Sanctorum cultum in Eccleſia Trevirenſi; quod & Martyrologia confirmant. Hinc Sollerius in Actis Ss. menſis Julii *Tom. II. pag.* 454. occaſione *S. Naviti*: *mirum planè*, inquit, *fateor, tot Sanctos Trevirenſes Epiſcopos, qui ſolis tribus primis ſæculis ad unum ſupra viginti numerantur, à Martyrologis iſtis claſſicis, qui de aliis circumvicinis Sanctis meminerunt, negligi potuiſſe, ſi verè omnes ſedem illam cum ſanctitatis gloria occupaverint.* Adde eundem *cit. Tom. II. pag.* 538.

De S. Celſo ſpecialiora habemus, quæ in medium proferamus. Scripſit Theodericus San-Matthianus Monachus, à nobis toties nominatus, quique nobis hæc otia potiſſimùm fecit, juſſu Abbatis ſui Richardi Hiſtoriam inventionis S. Celſi, cujus ſepulchrum & omnia ejus geſta, quin & ipſum nomen anterioribus ſæculis ignorata fuerant. Hanc Hiſtoriam Bollandus ad XXIII. Febr. edidit. Quidquid notitiæ unà cum Sancti oſſibus retectum fuit, imò quidquid in hunc usque diem de eo habetur, his ſex verſibus tumbæ, anno 979. in cœmiterio S. Eucharii erutæ, inſculptis abſolvitur:

Sollicitus quicunque cupis cognoſcere tumbam,
Præclarus jacet hic nomine vel meritis
Celſus, quem Dominus vero inſignivit honore,
Non ſegnis patriæ ſemper ubique vigens.
Qui genus atque ortum claro de ſtemmate traxit,
Affectúque pio eſt conditus hoc tumulo.

Nihil hìc, unde concludas, Celſum *Epiſcopum*, multò minùs *Trevirenſis Eccleſiæ* fuiſſe. Sed & (quod hìc potiſſimùm volumus) Theodericus ſcriptor Hiſtoriæ hujus inventionis, tam in eadem, quàm in ſubjuncto ſermone in ejusdem Sancti ſolemnitate legendo, nec verbulo inſinuat, Celſum Trevirorum unquam Præſulem extitiſſe, ùt ùt Theodericus intentiſſimus eſſet, ad argumentum ſuum omnibus partibus augendum, & Heroem quibus demum cunque titulis

tulis ornandum; quod etiam obſervavit Tillemont *Monum. Eccleſ. Tom. IV. p. m.* 1084. ſed vel inde etiam certò concludas, Celſum à Theoderico pro Trevirenſis Eccleſiæ Paſtore habitum non fuiſſe, quòd in eis, quæ ſub illius nomine in Abbatia S. Matthiæ ſervantur Geſtis Trevirorum (quæ Calmetus primùm edidit, atque in obſervatione prævià, autographum, neſcio quo titulo, vocat; niſi *Theodericianum* autographum intelligat, ad diſtinctionem *Eberbardini* exemplaris, quod indubiè antiquius eſt) in contextu, ſeu in ſerie interpolatorum Epiſcoporum Celſus non compareat, ſed margini ſolùm cum parte elogiorum ſuorum ſepulchralium recentiori manu, fortè ex Mariano, aut, ſi Superis placet, ex Methodio, adſcriptus cernatur, quod Calmetus non ſolùm obſervavit, ſed ego quoque in ipſo San-Matthiano Codice vidi; licèt poſtea in tranſcriptis exemplaribus, ſignanter & meo San-Pauliniano, prima manu in annum 1261. procurrente, ea additio in ipſum Geſtorum corpus ab imperitis Scriptoribus illata fuerit.

Hunc Celſum nobis Henſchenius in Exegeſi de Epiſcopis Tungrenſibus recusâ ante Tomum VII. Maji *Cap. I.* largâ manu tribuit, veluti in compenſationem octo poſtremorum, qui in ſerie paulò ſuprà editâ conſpiciuntur, quippe quos nobis penitus abjudicat, & ſolis Tungrenſibus addicit, contra fidem Geſtorum Trevirenſium, quæ *Cap. XXVII.* eosdem in numerum Trevirenſium Præſulum ità referunt, ut tamen *Tungrenſi Eccleſiæ etiam præfuiſſe noſcantur.* Adversùs quæ non niſi juniores Scriptores, Marianus, Harigerus & Ægidius Aureæ-Vallenſis) qui Geſta, uti vidimus, expilârunt) in medium proferuntur, quibus tamen ii ne contrariantur quidem. Poſſent etiam in ſubſidium cauſæ Trevirenſis, vocari recentiora Martyrologia, antiquiora enim de his omnibus ſilent. Verùm ſi advertimus, nullum juſti ævi monumentum alterutri harum Eccleſiarum hac in parte ſuffragari, & Maternum, certum ambarum Eccleſiarum Epiſcopum, his omnibus juniorem eſſe, evaneſcit omnis inter utrámque Eccleſiam de his Epiſcopis contentio, quam Henſchenius excitavit. Antequam tamen communes iſtos Præſules, aut tales ſaltem ab initio ſæculi XI. creditos, dimittamus, juvat, ad harum rerum inanitatem ulteriùs comprobandam, comparationem Chronologicam inſtituere annorum, quibus iidem Epiſcopi à celebrioribus harum Eccleſiarum Hiſtoriographis, Browero inquam & Fullonio (cujus poſterioris computus Henſchenio *cit. Cap. I. n.* 5. quoad ſubſtantiam, aut, ut rectiùs loquar, quoad finem à nobis intentum, ſatis probatur) utrique ſedi præſediſſe ſcribuntur.

Series Epiſcoporum Treviren. juxta Browerum.		Series Epiſcoporum Tungren. juxta Fullonium.	
S. Materous mort. an. . . .	130.	S. Maternus mortuus an. . . .	130.
XV. Epiſcopi intermedii usque ad Navitum.		*Hujus immediatus ſucceſſor ponitur S. Navitus.*	
S. Navitus mort. an.	283.	S. Navitus mort. anno. . . .	180.
S. Marcellus anno	287.	S. Marcellus mort. an. . . .	190.
S. Metropolus an.	303.	S. Metropolus an.	217.
S. Severinus an.	307.	S. Severinus an.	236.
S. Florentinus		S. Florentinus an.	251.
S. Martinus		S. Martinus an.	276.
S. Maximinus an.	321.	S. Maximinus an.	289.
S. Valentinus		S. Valentinus an.	300.
S. Agritius *interfuit Concilio Arelatenſi an.* 314.		S. Servatius *intervenit Concilio Sardicenſi an.* 347.	

Scilicet in talia prolabimur, ubi in Hiſtoria conjecturis nimiùm indulgemus, aut Auctores ſequimur, qui ab omni criticæ artis ſubſidio nudi, de rebus ante ſexcentos annos actis ſcribere ſuſcipiunt.

Omnium itaque minimum, quod poterant, ingenuè fatentur fratres Sammarthani *Gall. Chriſt. Tom. I. pag. 715. primæ edit. Obſcuram admodum primis ſæculis usque ad Agritium, vel parvam omnino in eccleſiaſticis diptichis eſſe mentionem Epiſcoporum Trevirenſium, per quæ ſucceſſio legitima probetur.* Hanc ſcilicet obſcuritatem & legitimæ ſucceſſionis Epiſcoporum interruptionem invexit amor antiquioris proſapiæ, quam non captare imprudentiores homines ſibi & Eccleſiæ ſuæ magis turpe exiſtimabant, quàm ducentorum annorum defectionem à vera fide, antè ſolemniter agnitâ; malentes ea de cauſa hoc probro notare majores noſtros, licet ne minimum ejusdem in antiquitate veſtigium occurrat: quod etiam hodie eruditi viri omnes, patrii & exteri, meritò averſantur.

Nihilominus eorum Præſulum, etiamſi tanquam Epiſcopi Trevirenſes aut Tungrenſes non agnoſcantur, ſanctitas minimè controvertenda eſt; ſed cùm ſeriùs nobis aſſerti fuerint, facilè apparet, eorum plures è vicinis Eccleſiis adlectos fuiſſe. Huic conjecturæ non obſcurè prælufit quisquis ſub Methodii nomine à Mariano tegitur, quando quindecim Epiſcopos quidem nominetenus, plures verò in folle referens, de omnibus ait, eos *non ſolùm in propria provincia, ſed & in extremis & ultimis* etiam *induſtrios* fuiſſe. Sic facilè arbitramur, Auſpicium & Manſuetum ab urbe Tullenſi, Marcellum Cabillonio in Burgundia (ubi etiam 4. Septembris, & quidem juxta plura Martyrologia ùt Epiſcopus & Martyr colitur accerſitos; Felicem & Fortunatum à S. Irenæo Valentiam ad prædicandum miſſos; Clementem, Felicem & Auctorem eos eſſe, quos Merenſis Eccleſia tanquam Antiſtites ſuos veneratur. De Manſueto & Clemente nobiſcum ſentiunt Antverpienſes *Tomo I. Sept. pag. 634. ſeq. num. 76. & 77.* uti & de Marcello *Tom II. Sept. pag. 104.* De Auctore ipſi latiùs agimus Diſſertatione *de Scriptoribus Hiſtoriæ Treviren. §§. XI. & XLIV.* Unde verò Celſus & Severinus deſumpti fuerint, ſuprà inſinuavimus.

Atque his quidem ſimul ſatisfactum eſſe poterit deſideriis laudatiſſimorum Hagiographorum, qui tum aliàs, tum in cit. Exegeſi *Cap. I. n. 7.* nec non *Tomo II. Julii pag. 464. & pag. 538.* eruditos Trevirenſes invitârunt, ut certiorem viam monſtrarent, qua hujus Eccleſiæ ſtatus & Antiſtites trium primorum ſæculorum in debita luce locari valeant. Quanquam quam ego hìc bonâ fide, & rationum pondere victus, pando, omnino privatus, nec eruditi nomine dignus, ſed nec primus quidem aperiam.

§. VI.

Maternus Trevirenſis, idem cum Colonienſi & Tungrenſi floruit initio ſæculi IV.

POterant ea, quæ ſuperiore §. dicta ſunt, ſufficere ad probandam connexionem inter Epiſcopatum Materni & Agritii; ſed hanc nunc ulteriùs & planè irrefragabiliter firmamus, dum, quo uterq; ævo ſederit, certis monumentis evincimus. De Agritio nulla eſt dubitandi materies, utpote qui Concilio Arelatenſi an. 314. tanquam *Epi-*

ſcopus

ſcopus de civitate Trevirorum unà cum *Felice Exorciſta* de eadem urbe interfuit & ſubſcripſit. Vid. Labbei *Concil. Tom. I. Col.* 1421. 1424. 1430. & 1434. De Materno autem omnem, quæ eſſe poteſt, difficultatem ſuperabimus, ubi quatuor hæc capita, ad quæ tota ea quæſtio reduci debet, legitimis argumentis demonſtraverimus: ſcilicet 1. Colonienſes non niſi unum Maternum habuere. 2.) Is floruit initio ſæculi IV. Sed & 3.) Treviris Tungriſque unicus Materni nomine Antiſtes fuit, 4.) non diſtinctus perſonâ à Colonienſi.

De primo puncto dubitavit Baronius in *Obſervat. ad XIV. Septembris.* ubi, *miramur*, inquit, *vehementer; quomodo in Tabulis Epiſcoporum Colonienſium, quas deſcripſit Demochares Libro de Sacrificio Miſſæ, unus tantùm adnumeretur Maternus, qui ſi (ùt in illis idem ponit Demochares) præceſſit Euphratem, qui ùt Arianus damnatus eſt in Concilio Agrippinenſi, manifeſtè conſtat, illum non vixiſſe temporibus Apoſtolorum, ſed potiùs Conſtantini M. ùt apparet ex actis prædictorum Conciliorum.* Non erat, cur unitatem Materni adeo miraretur Baronius: unum ſolùm agnovit antiquitas; de eo Helinandus, qui ſub initium ſæculi XIII. uti ſanguinis nobilitate & vitæ ſanctimonia, ità & ſingulari eruditione in Ordine Ciſtercienſi floruit; is in Actis S. Gereonis (quæ teſte Baronio *ad Martyrol. Rom. die X. Octob.* ex antiquis tabulis excerpta fuerunt) apud Surium *X. Octob. §. 12.* ità: *Igitur S. Maternus Trevirorum Epiſcopus Agrippinæ Coloniæ Eccleſiam primus Paſtor dignis gubernaculis rexit, cujus vitam multis claruiſſe virtutibus, geſtorum ejus ſcripta commemorant. Hujus ſedis Antiſtes, nobis cognitorum tertius, S. Severini* (omiſſo Enphrate admodum incerto) *ſucceſſor nomine Evergislus* &c. Unus, inquam, Maternus legitur 1.) in antiquis Catalogis Colonienſibus, 2.) in veterioribus Chronicis, 3.) in omnibus juſtæ ætatis monumentis. De antiquis *Catalogis* luculentus teſtis eſt Ægidius Gelenius de *Coloniæ Agripp. magnitudine Lib. I. ſyntagm. VI. p.* 38. De Colonienſibus *Chronicis* hæc ad me vir planè eximius, patriæque ſuæ antiquitatum ſtudioſiſſimus Joſephus Hartzheim S. J. Doctor Colonienſis familiaribus literis perſcripſerat Coloniâ 5. Januarii 1744. „ Chronica MSs. Colonienſia antiquiora ſeptem habeo, nondum „ edita: unius Materni meminêre, dein lacuna trium ſæculorum; „ porro Severinus comparet quarto ſæculo. Quare, ſi iis ſtandum, „ confiteri cogemur vægrande intervallum & quidem Epiſcopis „ vacuum inter Maternum & Severinum.„ Pari ſinceritate de omnibus generatim *antiquis monumentis* P. Michael Mörckens Carthuſiæ Colonienſis alumnus, in qua teſte Bibliotheca Colonienſi mox laudati P. Hartzheim *pag.* 232. quinquaginta octo annis ſacræ aſceſi Hiſtoriæ Colonienſis culturam conjunxit; is inquam Mörckenſius in *Conatu Chronologico ad Catalogum Archiep. Colon.* anno 1745. cum approbatione Ordinarii Coloniæ edito *pag.* 5. *Nec poſt Maternum*, ait, *quicquam reperio, ne nomina quidem ſucceſſorum: & ea, quæ poſterior ætas adinveniſſe ſe jactat, melior mens in erudito hoc & critico ſæculo non admittit.* Cui autem alteri cauſæ tribuemus vægrande illud in diptychis Colonienſibus vacuum, de quo Eximius Hartzhemius queritur, quàm pari cum Trevirenſibus ſtudio antiquioris proſapiæ? Fuêre equidem, qui conati ſunt hanc lacunam implere, ſed quatuor ſolis capitibus, cùm Treviris ad idem illud vacuum tollendum XXII. Præſules exteros in medium vocare viſum ſit; duorum ſcilicet ſæcu-

lorum & ampliùs intervallum illi apud Ubios occupari faciunt per Aquilinum, neſciunt quem, & tres anonymos; pro quorum uno alii Paulinum, æque incompertum, ſubſtituunt. Vid. Gelenius *cit. Syntag. VI. p. 37.* Mörckens *l. cit. p. 18. ſeqq.* Hermannus Crombach *Hiſt. Urſulanæ Lib. I. Cap. XLVII. p. 139.* Sed talia referre, ea refutare eſt. Hic certè illud uſuvenit, quod à multis aliis, quorum acre ſtudium fuit, tabulis ſuorum Antiſtitum præſcribendi aliquem aut Apoſtolum aut Apoſtolorum diſcipulum, uſurpatum deprehenditur, ut ſcilicet, quando certa non ſuppetunt, conjecturis & traditionibus, ſæpè etiam commentis expleatur inopia. Fingere Eccleſiam ducentis annis Paſtore carentem, cum ratione pugnat; dicere cùm Merſſæo Cratepolio in *Annal. Archiep. Colon. pag. 8. edit. an. 1736.* Ubios poſt primam converſionem ad idololatriam reverſos, à perſuaſione Colonienſium quàm maximè alienum eſt, in quorum templis hi verſus decantatiſſimi ſunt;

Poſtquam fidem ſuſcepiſti Civitas prænobilis,
Recidiva non fuiſti, ſed in fide ſtabilis.

Igitur ſi Colonienſes bonâ fide agere & loqui volunt, nunquam prætendent, duos eis Maternos *ab antiquis* aſſeri; ad ſuſtinendum autem ſiſtema, quod inter dubiè ſentientes eligimus, noviter & *ſine ulla probatione* ſecundum fingere aut ſupponere, non decet. Quæ de unitate Materni Colonienſis probamus, ea de unitate Tungrenſis Materni ab omnibus agnita ſunt. Vid. Sammartani *Gall. Chriſt. edit. nov. Tom. III. pag. 810. Lit. B.*

Porro unum illum Maternum nec ad primum, nec ad ſecundum, ſed ad finem tertii, & quantùm ad Ubios peculiariùs ſpectat, ad initium quarti ſæculi pertinere, & cum ſequentibus legitimè cohærere, apparet. Probant id Epiſtola Conſtantini ad Miltiadem Papam apud Euſebium *Hiſtor. Eccleſiaſt. Lib. X. Cap. 5.* Optatus Milevitanus *Lib. I. adversùs Parmenianum.* Concilium Romanum ſub Miltiade apud Baronium *ad annum CCCXIII. n. 25.* Concilium Arelatenſe anni CCCXIV. apud Labbeum, Harduinum & alios. In quibus omnibus Maternus apparet tanquam Epiſcopus *Agrippinenſis.*

Neque tamen eâ de cauſa Materni *Trevirenſis* Epiſcopatus, tertio inter hujus Eccleſiæ Præſules loco, pro minùs certo habendus eſt. Et quidem (ut tertiam theſin hoc §. propoſitam cum quarta conjungamus) unicum ſolùm Maternum in Trevirenſibus tabulis ſemper lectum fuiſſe, hodiéque legi perinde ac in Tungrenſibus, omnibus compertum eſt; unicum verò hunc eundem eſſe cum Agrippinenſi, probant cultus & traditio Eccleſiarum Trevirenſis, Colonienſis & Leodienſis conſtantiſſima ac legitima, non talis, qualem de interpolatis Epiſcopis impugnamus, quámque antiquitati adverſari probavimus; faciúntque de hujus, memoratis tribus Eccleſiis communis, Antiſtitis cultu fidem earundem Eccleſiarum breviaria & lectionaria, Martyrologium Romanum Galeſinii, Molanus, Baronius laudans Bedam, auctum tamen, & alii *ad diem XIV. Septembris*, quo die feſtum communis hujus patroni in tribus illis Eccleſiis peræque celebratur, Baillet *Vies des Saints in S. Materno n. 3.* eâ ſolâ differentiâ, quòd Colonienſes & Leodienſes eum pro primo ſuo Paſtore, Trevirenſes pro tertio colant. Hunc recenſent Catalogi

logi Trevirorum antiquiſſimi ; quibus (ut recentiora prætermittamus) conforme eſt teſtimonium non Lupi ſolùm in Vita S. Maximini, anno 839. editâ, ſed & Anonymi ejuſdem Vitæ conditoris, qui Pipini Regis ætate vixit & ſcripſit, atque adeo integro ferè ſæculo Lupum antevertit, apud Antverpienſes *Tomo VII. Maii pag.* 22. *Lit. E. & F.* Item incerti Auctoris, qui ante medium ſæculi IX. Geſtis Ludovici pii Imp. per Theganum Chorepiſcopum Trevirenſem conſcriptis duorum annorum, nempe 836. & 837. eventus addidit, editi à Lambecio *Comment. Lib. II. c. 5. p.* 391. Is, æque ac bini mox laudati, de communi, nec certè recenti Trevirorum traditione atque exiſtimatione fidem facere cenſendus eſt, quando Hettonem Trevirenſem Antiſtitem à S. Materno, *qui erat tertius Trevirorum Archiepiſcopus*, monitum refert, ut monaſterium in Confluentia conſtrueret, & in eo corpus S. Caſtoris conderet. Integra Auctoris verba recitavimus *Diſſertatione ſæculo VI. præmiſſâ §. XI.* Sanè hunc tribus populis communem, nec inſtabili, aut aliàs ſuſpecta traditione nixum, Materni præſulatum Tungris multò citiùs quis eripiet, quàm Treviris ; his autem omnium minimè ii, qui eundem primò ſæculo in iisdem Eccleſiis floruiſſe ex ſolâ traditione (ſed quali!) contendunt. Equidem Henſchenius & Papebrochius in Actis Sanct. menſis Junii *Tom. I. pag.* 103. *Lit. D. not. F.* Maternum Tungrenſibus potiùs adſcribendum autumant, quod ille etiam facit in *Exegeſi Hiſtor. de Epiſcopatu Tungren. Cap. I. num.* 3. Attamen Colonienſibus & Trevirenſibus eum omninò negare non audet; quin *ibid. num.* 7. expreſsè addit, potuiſſe Maternnm poſt Eucharii & Valerii obitum aliquam horum populorum curam ſuſcepiſſe, ſicque dici Coloniæ obiiſſe, ac Trevirim eſſe translatus. At hæc ſufficiunt ad identitatem perſonæ, quam hìc intendimus, probandam. Quin manet tota argumento vis, ſi vel pro Tungrenſi ſolùm Epiſcopo habeatur Maternus aliquis huic populo cum Ubiis communis, eò quòd pari ratione unum hoc nomine ſibi fuiſſe Tungri ritè agnoſcant, Ubii verò ex prædictorum fide fateri cogantur.

Quòd autem idem ille B. Maternus quà Agrippinenſis ſolùm, non quà Trevirenſis Antiſtes in prælibatis monumentis ſæculi IV., Epiſtolâ ſcilicet Conſtantini M., Optato, Conciliis Romano & Arelatenſi appareat, minimè mirandum eſt : antequam Conſtantinus, Chriſti ſacra circa annum 311. amplexus, pacem Eccleſiæ dediſſet, & Agritium, Materni in Treverica cathedra ſucceſſorem, Treviros anno circiter 313. adduxiſſet, (pone etiam, ſi mavis, cum Henſchenio *cit. Cap. I. n.* 7. hunc Treviris aliquot annis citiùs præfuiſſe) nondum fuerant celebrata ea concilia, aliáque pro univerſalis Eccleſiæ bono ſolemniter acta, quæ de utroque hoc Antiſtite, Materno & Agritio, in hunc usque diem in communibus & coævis univerſalis Eccleſiæ monumentis leguntur, quæque reapſe conſiderari debent tanquam fructus protectionis, quâ Eccleſia jam à pauco ſolùm tempore fruebatur ſub chriſtiano Conſtantini M. imperio. Memini, à nonnemine etiam objectum fuiſſe: difficulter credi poſſe, Maternum ad Colonienſem Cathedram tranſiiſſe, relictâ Trevirenſi; eò quòd tranſitus ille videatur repugnare mori iſtorum temporum. His reponebam : exulare hìc omnem propriè dictam Materni translationem, quæ ſtatui non poteſt, ubi ante converſionem Conſtantini ne diœceſis quidem in propria ſignificatione noſtris in partibus ap-

 paret,

paret, ſed hactenus indefinitus nullíſque limitibus circumſcriptus ager, verbo Dei per Eucharium & Valerium arctioribus, per Maternum latioribus terminis excultus & irrigatus, demúmque ſub hoc pro majori nunc exultantis Eccleſiæ bono diviſus. Pone tamen, hanc translationem dici debere: fuiſſet ea optimis ſaluberrimíſque conſiliis ſuſcepta, non talibus, queis Arriani aliíque hæretici uſi ſunt, ambitionis nimirum & avaritiæ, quorum facinora anſam dedère Patribus Concilii Nicæni adverſùs Epiſcoporum translationes ſtatuendi Canonem, qui vel ipſe ſatis probat, minimè raros eo ævo fuiſſe tranſitus Epiſcoporum de una Eccleſia ad aliam, ſed frequentes potiùs.

Habemus itaque Maternum utrumque populum Trevirenſem & Colonienſem imò & Tungros primùm in ſpiritualibus regentem, deinde verò, Agritio unis Treviris dato, in ſolis illis inferioribus partibus remanentem, ac quà Agrippinenſem Epiſcopum eidem Concilio Arelatenſi anni CCCXIV. ſubſcribentem, cui quà Trevirenſis unà cum Felice Exorciſta de eâdem urbe intervenit Agritius. Unde communem hunc Maternum Conſtantino Imp. & ſucceſſori ſuo Agritio æqualem fuiſſe, apparet. Idem ævum ei tribuit Sollerius in Obſervationibus ad Uſuardi Martyrologium *pag. 68.* cujus verba recitavimus ſuprà §. *II.*

Materno noſtro, Agritii proximo anteceſſore, juſto ſuo ævo ità reſtituto, ſublatis inter utrumque viginti & ampliùs Epiſcopis, ſæculis X. XI. & antecedentibus planè incognitis, binorum Materni deceſſorum Valerii & Eucharii Epiſcopatus ad eam facilè æram pertingent, quæ ab eruditiſſimis viris ùt genuina agnoſcitur celebriorum Eccleſiarum in Galliis ortarum; præſertim ſi ſupponamus, ante pacem per Conſtantinum Eccleſiæ datam ſedem Trevirenſem inter Eucharium & Valerium, inter hunc & Maternum, manſiſſe nonnullis, aut fortè pluribus annis interceptam, quemadmodum id in Turonenſi Eccleſia ſub paganis Imperatoribus eveniſſe, hujus diſquiſitionis *§. I.* è Gregorio Turonenſi probavimus, quódque hodie uſuvenit in converſione gentium apud Indos, aliósque Orientis & Occidentis pópulos, quorum exemplum omnibus, qui de originibus Eccleſiarum cogitant, ob oculos habendum eſſe, rectè monet Hanſiz *Germ. ſacræ Tom. I. pag.* 11.

Directæ illæ probationes, quibus hoc & præcedente §. uſi ſumus, vix relinquunt locum effugio, ac ſi probationes ſolùm deficerent, quibus duorum ſæculorum continuus Epiſcopatus inter Maternum & Agritium demonſtrari valeat. Igitur ſive Maternus Agritio proximè jungendus eſt, quod omnino arbitramur; ſive toto illo tempore, quo illos disjungunt, Treviri & Ubii à verâ fide deſecerunt, quod minimè exiſtimamus, neutro caſu ad hos illóſve pertinere poterit Irenæi circa annum 180. ſcribentis locus ex *Cap. X. Lib. contra Hæreticos*, cujus *§. I.* meminimus, cuíque primi ſæculi patroni ceu clavæ Herculis innituntur.

§. VII.

An & quantum circa originem Epiſcopatûs Trevirenſis probet traditio?

CUm nemo hactenus gloriari potuerit, immediatam miſſionem B. Eucharii per D. Petrum coævo vel ſuppare *teſtimonio* à ſe probatam eſſe, ſic quæ hunc in finem ex *traditione*, tanquam altero pro-

probationis medio, allegari ſolent, aut poſſunt, præſentis Diſſertationis §§. *II. III. & IV.* ſatis quidem eliſa exiſtimamus; juvat tamen pro confutatione ejusdem theſeos, quæ hactenus relata ſunt, brevibus hìc repetere, & aſſertæ traditioni propiùs applicare. Pugnamus adversùs traditionem ſæculo X. communem, atque tunc à Monachis S. Matthiæ ſcriptis mandatam; eò enim referendum eſt, quod auctor Vitarum Ss. Eucharii, Valerii & Materni *Cap. I. num.* 1. his memorat: *Unde & ea, quæ de geſtis ſanctorum Patrum Trevericæ urbis certiſſimâ majorum relatione agnovimus, ſilentio ſegniter prœterire non debemus.* At cùm eo ævo vix ulla artis criticæ notitia vigeret, potuit facillimè *relatio majorum* ſpuria pro certa & legitima adoptari. Quare, quia *Veritati nemo præſcribere poteſt: non ſpatium temporum, non patrocinia perſonarum, non privilegium regionum,* utì ſcitè Tertullianus *de Velandis virginibus.* nobis, ad ſanioris critices præcepta quodammodo formatis, licet, imò certâ ratione incumbit, id præſtare, quod Scholarchæ S. Matthiæ agere debuiſſent.

Solet, quod in rebus fidei & religionis traditioni debemus obſequium, nimiâ facilitate ad res merè hiſtoricas plerumque trahi. Inde evenit, ut etiam hâc noſtrâ ætate Hiſtoria tantâ difficultate à popularibus illis præjudiciis purgetur, quæ cum veris traditionibus commiſceri amant. Vix eſt civitas aut provincia, quæ quoad origines ſuas, aliáque, quibus exiſtimatio conciliari poteſt, ſub certarum traditionum pondere non fatiſcat, aut aliquando ſaltem non gemuerit. Harum traditionum primæ anſæ ſunt innatus amor rerum admirandarum, ſtudium præcellentiæ, quæ ex antiquiori origine & ſimilibus aucupatur, &c. Evenit tandem, ut viri ad credendum faciles, atque omnis critices ignari, hos vulgi rumores cartæ committant; unde illud denique conſequitur, ut horum ſcripta, quæ primùm non niſi popularis ſonûs imago fuerant, poſt paucas generationes ejusdem præſidium fiant, & veluti ſuſtentaculum. Quare minimè mirandum, quòd ſuccedente tempore his populi præjudiciis, nunc quoque ſcripto firmatis, ipſi etiam provinciarum & civitatum Præſides Eccleſiaſtici & ſæculares inficiantur; ſcilicet defectu artis criticæ, cujus ignorantia his cum aliis omnibus communis erat. Hac ratione ad nos usque tot fabulæ hiſtoricæ pervenerunt, à quarum jugo orbis literatus nunc, renatis literis, paulatim ſolvitur. Vereor, ut Treviris aliter evenerit; tam circa fundationem *Civilem*, quam à Trebeta derivant, quàm circa *Eccleſiaſticam*, de qua hìc agimus. Utramque hanc traditionem ſuo modo antiquam eſſe, vel inde intelligimus, quòd utramque Monachi S. Matthiæ ſæculo X. Geſtis Trevirorum conſignaverint. Videntur & Treviri utriusque ſervandæ peræque tenaces: ſicque, quod de *illa* Papebrochius, præeunte Henſchenio, *Tomo I. Junii pag.* 103. *Lit. D.* notat, fortè & ad *hanc* pertinebit, ſcilicet: *Lector ſuperioris ſæculi credulitati libentiùs ignoſcet, cùm intelliget, quòd ne hoc quidem cultiori ævo ſatìs excuti ex animis Trevirenſium poſſit.*

Interim illud à nobis longè abeſt, ut omne id, quod à Scholaſticis San-Matthianis circa origines Eccleſiaſticas Trevirenſes in ſcripta relatum eſt, à falſa traditione profectum exiſtimemus. In traditionibus duo diſtinguenda ſunt: ſubſtantia vel accidentia. Ad *ſubſtantiam* ea refero, in quibus traditiones difficiliùs alterantur, qualia

lia ſunt nomina Antiſtitum, dies obitûs Sanctorum, locus depoſitionis, cultus eorum publicus. *Accidentibus* adnumero, quæ augmentis & acceſſionibus à pierate vel imprudentia, ſæpè etiam à vanitate hominum magìs expoſita ſunt; inter quæ meritò numerantur miracula, plura portentoſa facinora, &(quod hujus rei caput eſt) nobilioris proſapiæ gloria, aliáque ſimilia. Quæ circa hanc poſteriorem ſpeciem per quinque vel ſex ſæcula ore circumferuntur, antequam literis conſignentur, rarum eſt, ut in primæva ſua puritate & ſimplicirate, quam veritas amat, ad poſteros transmittantur, ſed ùt plurimùm peregrinarum & admirandarum acceſſione qualitatum ac circumſtanriarum augentur. Id revera eveniſſe Hiſtoriæ primorum noſtrorum Antiſtitum in multis, *§. III.* demonſtratum eſt; quid ni & in circumſtantia temporis ac ſyncronismi Apoſtolici, quem medii ævi ſaſtus ranto ſtudio ambivit?

Sanè plura ſunt, quæ tum univerſim in *modo & circumſtantiis*, quibus Hiſtoria fundatorum Trevirenſis Eccleſiæ conſcripta ſuit, deſiderentur; tum ſingulatim in ultimò memorato illo *acci lenti temporis*. Illa hanc hiſtoriam pluribus partibus ſuſpectam reddunt; hæc diſcipulatum Apoſtolicum directè evertunt. Ad *illa* referendum eſt, quòd a) eadem hiſtoria palpabilibus fabulis reſperſa ferretur b) eo ævo, quo multa ſimilibus merces, quæque c) primùm ſcriptis tradita fuit à viris adversùs talia minimè cautis. Ad *hæc* pertinet 1.) lentus ille, in hodierna Hiſtoriæ luce plerumque agnitus, Chriſtianæ fidei progreſſus in extremas has Galliæ oras; atque inde conſequens 2.) ſilentium tot venerandæ antiquitatis Scriptorum, quos per decurſum hujus Diſſertationis recenſuimus: nempe Gregorii Turonenſis, dum de S. Euchario tractaret; Hieronymi conſuetam formulam *de antiquis* S. Valerio negantis; Wandelberti & Rabani virorum patriorum reſpectivè & vicinorum, in ſuis Martyrologiis non ſolùm Valerio diſcipulatum Petti haud tribuentium, ſed & cum præteritione Eucharii & Materni aſſertam horum ſocietatem itineris & laborum ignorare viſorum; item claſſicorum Martyrologiorum omnium, quæ tot ſanctos Epiſcopos ſæculi II. & III. præterire non debuiſſent nec potuiſſent: Lupi Ferrarienſis primos tres ſanctos Præſules nominantis quidem, ſed nec minimo addito indicio, quod primum æræ Chriſtianæ ſæculum reſpiret; atque aliorum, apud quorum unum ſaltem aliqua ejus facti, ſanè plurimum memorandi, memoria ante vel ſub Caroli M. imperio veroſimiliter occurrere deberet, eò quòd multis ejus referendi occaſio, quin & neceſſitas, ſe ſe obtulerit. 3.) Infandus ille ducentorum annorum hiatus, cui tam in noſtra, quàm Colonienſi & Tungrenſi Eccleſia nulla probabilis ratio ſuffragari poteſt. 4.) Materni, tertil Trevirenſis, & primi Colonienſis Epiſcopi, ævum certis documentis ſtabilitum. His non injuſtè moveri poſſumus, ut, quod de Scholaſticorum S. Matthiæ uno opere, de originibus Trevirenſis Eccleſiæ exarato, nempe de *Geſtis Trevirorum* judicat Sollerius in Actis Sanctorum menſis Julii *Tom. IV. p.* 582. nos & alteri eâdem de re ab eisdem Monachis compilato, nempe *Vitis Ss. Eucharii, Valerii & Materni* cum Tillemontio *Monum. Eccleſ. Tom. IV. pag.* 1083. perinde applicemus, ſcilicet: *hæc recentiora eſſe, quàm ut ex eorum auctoritate quidquam ſtatuere liceat, utpote quæ vel Chronico ab Henſchenio ſæpe convulſo, vel hujusmodi traditionibus adhæreant, ex quibus non niſi ambigua & incerta erui*

poſ-

poſſunt. Non fruſtra Sollerius addit *traditionibus*: his enim, nec ſat antiquis, quin potiùs veræ antiquitati & priſcæ ſanctæque Majorum traditioni adverſantibus, moles illa, quam impugnamus, maximè ſuperſtructa fuit, rudibus illis atque fabellarum amantibus ſæculis. Prudentiæ regulis & factorum ordini econtra conforme, ac Trevirenſi Eccleſiæ convenire videtur ſequens ratiocinium P. Longueval *Hiſt. Ecclef. Gall. Tom. I. Diſſ. prelim. p. 49.* „On ſavoit, que la foi avoit été „portée dans la Gaule par les Apôtres, ou par leurs diſciples: nous l'„avons montré par la premiere propoſition. De cette tradition veri„table il s' en eſt formé pluſieres fauſſes, qui ont donné pour fondateurs „à la plû-part de nos Egliſes des Evêques envoyés par les Apôtres. Ces „opinions, qui parurent flâteuſes, furent reçus ſans trop d'examen; „& quoi qu' elles furent aſſés recentes, on leur donna bientôt le beau „nom de Tradition. Mais ces prétendues Traditions de quelques Egli„ſes particulieres ſur leur origine, ne ſont guéres plus infallibles, que „celles des familles ſur l'ancienneté de leur Nobleſſe. &c.

Ex quibus omnibus illud concluditur, adverſariorum Theſin duobus fulcris inniti; altero *generaliori*, & quàm plurimis Eccleſiis Galliæ æque applicando, adeóque nimis vago, quàm ut in defectu aliarum legitimarum probationum huic vel illi in ſpecie ſuffragari valeat, quemadmodum *§. I.* demonſtratum eſt. Altero *particulari* & Trevirenſi Eccleſiæ proprio, at juxta deducta *§. §. II. III. IV. & VII.* admodum ſuſpecto, quódque ipſum non ſolùm propriis ſuis qualitatibus, adverſùm ſe pugnantibus, infirmatur, ſed cujus contraria, *§. §. V. & VI.* probata, inſuper primum illud, atque cum eodem totum ædificium in ruinam trahunt; ædificium, inquam, non honorificum: ſi enim de Trevericæ & Colonienſis Eccleſiæ vero honore quærimus, minùs utrique glorioſum eſt, primo ſæculo veræ fidei lumen à diſcipulis Apoſtolorum accepiſſe, illúdque deinde per duo ſæcula amiſiſſe, quàm ſæculo III. demum ſuſceptum, nunquam deſeruiſſe. *Arcani & divini fuit conſilii, ſerius an ocyus ad nos Chriſti fides pervenerit: ſummi beneficii, quod ſuſceptam hactenus conſervamus.* Ità Sirmondus *in Præfat. ad Diſſert. de Dionyſio Pariſienſi.*

Dum Trevirenſis Eccleſiæ antiquitas ſic ad juſtos ſuos terminos reducitur, ejus gloria infra reliquas Belgicæ primæ Eccleſias, Trevericæ Metropoli ſuffraganeas, nequidquam deprimitur. Quanquam enim & his aliàs perſuaſum fuerit, primos ſuos Paſtores ab ipſis Apoſtolis in hanc Galliæ partem directos fuiſſe, attamen viri illorum Epiſcopatuum eruditi omnes, à ſana criſi veriora edocti, hodie planè alia, & pleríſque Galliæ Eccleſiis hac in parte conformia ſentiunt. Scilicet cùm juxta antiquum *Metenſis* Eccleſiæ chronicon quatuor primi Præſules Clemens, Cœleſtus, Felix & Patiens eam ſedem 97. annis tenuerint, quintus verò, Victor, concilio Sardicenſi anno 347. ſubſcripſerit; hinc rectè concludunt, S. Clementem primum Mediomatricum Paſtorem circa annum 247. miſſum fuiſſe. Confer de hujus Eccleſiæ origine pluribus agentem Auguſtinum Calmet *Hiſt. Lothar. Tom. I. Diſſ. prælim. pag. XIII. ſeqq. ſecundæ edit.* Similiter quintus *Tullenſium* Epiſcopus S. Auſpicius fuiſſe perhibetur, ad quem Sidonius Appollinaris, anno 482. defunctus, epiſtolam ſcripſit, quæ eſt *Lib. VII. Epiſt.* 10. quique ipſe aliam circa annum 475. ſcripſit ad Arbogaſtem Comitem Trevirorum. Dum itaque ſingulis Auſpicii prædeceſſoribus 25. regiminis Paſtoralis anni aſſignantur, primi eorum, S. Manſueti, miſſio ultra annum 360. extendi nequaquam poteſt. Quæ latiùs & eruditè, uti aſſolent, exequuntur Hagiographi Ant-

verpienſes *Tomo I. Septemb. pag. 620. ſeqq.* S. Santinum *Virdunenſis* Eccleſiæ fundatorem S. Dionyſii primi Pariſienſium Epiſcopi diſcipulum fuiſſe, inter omnes conſtat. Poſtquam itaque inter eruditos confeſſum eſt, S. Dionyſium Areopagitam diſtinctum eſſe à Pariſienſi, húncque tertio demum ſæculo in Galliam veniſſe, ſic S. Santinum quarto ſæculo antiquiorem non eſſe, hodie Virdunenſes fatentur, quo etiam ſæculo, anno ſcilicet 346., Colonienſi Concilio, ſeu vero, ſeu ſuppoſititio, ſubſcripſiſſe legitur. Vide de his plura in Hiſtoria Eccleſiaſtica & Civili Virdunenſi anno 1745. Pariſiis edita *Differt. præ-lim. de Epocha Eccleſiæ Virdunen. pag. XIII. ſeqq.* Hæc nuper paulo diligentiùs elucubravi, dum juſſu Eminentiſſimi D. Archiepiſcopi Electoris Principis mei clementiſſimi in emendatione Breviarii Trevirenſis operam locarem. Attamen nec conſulendum, nec monendum tum quidem duxi; ut in eodem acta primorum Antiſtitum noſtrorum ad iſta exigerentur; hac potiſſimùm ratione motus, quòd Eccleſiaſticas Legendas, quouſque convincentia argumenta falſitatis, ſuppoſitionis aut abſurditatis earundem habeantur, retineri conveniat, quippe quæ (præſertim ſi antiquæ ſint) ab uſu plurium ſæculorum & approbatione Epiſcoporum probabilitatem obtinent. Cúmque haud raró eveniat, ut quæ ætate ſuâ penitus obliterata credebantur, novâ fortunâ lucem revideant, cautos nos eſſe decet in Majorum finibus movendis, quos hoc & ſuperiore ſæculo à viris criticis cum ſubitaneo plurium applauſu ſublatos, ab aliis deinde ex novis firmioribúsque argumentis pari, imò majore, eruditorum approbatione reſtitutos nonnunquam vidimus. Nimis ſanè multa convelli oporteret, ſi hodiernus artis criticæ rigor, qui pias traditiones cum erroribus popularibus facilè confundit, & ſæpe bonum ſemen cum zizanio evellit, exerceretur in Breviaria, Martyrologia, & eas etiam Sanctorum Vitas, quæ hodieque à prudentioribus ſinceræ exiſtimantur.

Nihilominus, cùm Hiſtorici (cujus partes hìc ſuſtineo) ſit, uſque adeo de omnibus dubitare, donec veritas pateat per idonea argumenta; atque inveſtigatione monumentorum, nobis ex antiquitate relictorum, horúmque juſtâ ponderatione viam parare emendandis Legendis Eccleſiaſticis, ſi quâ in parte eæ defectuoſæ invenirentur; hæcque opera, bonâ fide ſuſcepta, ſupremo rerum moderatori (qui ipſe veritas eſt, & mendaciis aut malè fultis figmentis oblatum ſibi ſuiſque honorem averſatur) ingrata videri minimè debeat: hinc quæ de eorum, quibus ſanctam religionem noſtram debemus, ævo ac geſtis ſtudioſo oculo conquiſiveram, neque temerè quidem (tanquam ampliori adhuc luce egentia) evulganda, nec tamen etiam omnino negligenda, aut in præjudicium veri occultanda exiſtimavi; quin ea potiùs cum viris eruditis communicanda cenſui, præſertim cum Hagiographis Antverpienſibus; qui poſtquam mihi manu Joannis Stiltinghii Collegæ ſui 27. Septemb. an 1748. reſcripſiſſent, operam meam hac in re locatam, non ſolùm ſibi probari, ſed & diſertè addidiſſent, *Epocham prædicati primùm apud Treviros Evangelii, in hac meâ, Diſſertatione aſſignatam ſibi aut certam, aut quaſi certam videri, ità, ut gaviſuri ſint, ſi ea lucem quamprimùm aſpiciat*: idémque Stiltinghius, vir humaniſſimus, anterioribus ſuis de 6. Augusti ejusd. an. jam declaráſſet, *ſe non dubitare, quin veſtigia mea ſecuturi ſint, dum acta S. Materni venient illuſtranda*; non hæſi ampliùs diſquiſitionem meam publici juris facere, haud alio fine, quàm ut viri eruditiores me, præſertim verò laudati Hagiographi ad diem XIV. Septembris (quem proximè attingunt) mea trutinent, ſua proferant, ut ſic tandem in ancipiti hac quæſtione eluceſcat veritas. Ad-

Addenda & emendanda Tomi I.

P*Ag.* 34. *in fine* §. *XXVIII. adde.* Illud ſolùm hìc ſubjungimus, tum pro confirmatione eorum, quæ jam dicta ſunt, tum ad dignoſcendum, quo fundamento nitantur, quæ per temporum lapſum & rerum mutationes quodammodo obſcurata, de Trevirenſi Primatu explicatiùs à nobis traduntur Diſſertationibus in ſæcula IX. & XI. ſcilicet: ſtante Imperio Romanorum, Epiſcopos Galliarum unum ſynodi corpus conſtituiſſe, ex Conciliis Agrippinenſi an. 346. Arelatenſi an. 353. Pariſienſi an. 363. &c. probat de Marca *de Concordia Sac. & Imp. Lib. VI. Cap.* 17. *n.* 2. 3. Cùm autem penes Epiſcopum Trevirorum, ob ſedem Præfecturæ Galliarum eâ in urbe locatam, atque inde reſultantem dignitatem *Metropolis Galliarum*, eſſet auctoritas primi Metropolitani; ei tunc quoque fuiſſe jus corpus illud Epiſcoporum Galliæ convocandi, inde deducit Marca *ibid. n.* 4.

Pag. 37. *ab initio inſeratur ex* Cheſnii *Tom. I. Script. Franc. pag.* 852. alia Epiſtola ejuſdem Floriani Abbatis ad Nicetium Archiepiſcopum Trevirenſem, qua eum rogat, ut Inſulam Larienſem Theodebaldo Regi commendet, *hoc tenore:*

Circa 548. (*a*)

DOmino ſuo beatiſſimo & Apoſtolico Patri Nicetio (*a*) Archiepiſcopo, Florianus ſervus Chriſti. Egregiam veſtræ ſanctitatis famam audivimus, quæ ubique celeberrimo ſermone vulgatur. Unde gratias agimus bonorum omnium largitori Deo, qui te talem opportuno prævidit tempore, quando confluentes de toto orbe captivi tranquilliſſimum te portum ſalutis inveniunt. Captivos enim redimis, oppreſſos ſublevas, ſaturas eſurientes, puſillanimos conſolaris. His ditatus mercibus (*b*) Maximinianam Paulinianámque beatitudinem promereris, qui angelicam vixerunt vitam in ſeculo. Hii te locu ſuo digniſſimum propagaverunt hæredem, quorum fidem atque conſtantiam veſtra nobis ſanctimonia repræſentat. Quapropter ſalutationis obſequium famulanter inſinuans, precor per eum, qui vos ſacravit, ut pro me humillimo peccatore innumerabilibus malis afflicto, divinam clementiam jugiter imploretis. Illud autem ſuppliciter quæſo, ut domino filio veſtro glorioſiſſimo regi Theodebaldo (*c*) inſulam Larienſem, quæ Chriſtopolis dicitur, plurimum commendetis, ut Romanis ſervis ejus ſacramenta quæ data ſunt, omnimodis conſerventur, ut regnum ipſius Deus augeat & defendat. Quia vero non egent, qui ſani ſunt, medico, ſed qui male habent: iterum vos iterumque rogabo, ut me me, quem ſæva iſtius mundi procella mortificat, quoniam multa flagella peccatoris, tua Dominus oratione vivificet, ac vobis pro me impetrantibus prophetica pollicitatio compleatur, quæ ait: Dominus mortificat & vivificat; deducit ad inferos, & reducit: quatenus miſericordiſſimæ Trinitati, & Beatitudini veſtræ perpetuas referre gratias mereamur. Rogo vos per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ut pro me ſic oretis, ut ſentiam & merear per Deum conſolari.

N O T Æ.

(*a*) *Archiepiſcopo.*] Occurrit equidem nonnunquam apud Francos ſæculo ſexto nomen *Archiepiſcopi*; attamen pauciſſimos eſſe, qui ante ſæculum IX. hunc titulum ſibi ipſis tribuant, obſervavit Mabillonius *de Re diplom. Lib. II. Cap.* 2. *n.* 13.

(*b*) *Maximinianam Paulinianámque beatitudinem.*] Maximini & Paulini, Nicetii in Treverica ſede deceſſorum.

(*c*) *Inſulam Larienſem.*] Prope Comum Gallorum Inſubrium urbem. Hanc Italiæ portionem tunc poſſidebat Theodebaldus rex.

Pag. 42. *col. b.* ℣. 9. pro *Sura* lege *Sara.*
Pag. 43. *col. a.* ℣. 11. pro *Vties* lege *Vites.*
Pag. 73. *lin.* 20. *Adalberti*, lege *Arnoldi.*
Pag. 77. *in fine Notæ addatur*: Attamen tertium Zylleſii argumentum minùs probo, cùm non promiſcuè omnes Merovingicæ ſtirpis reges monogram-

 mate

mate uſi fuerint, ſed ii ſolùm, qui præ imperitiâ nomen ſuum ſcribere ignorarent, uti Chlodovei II. & III. Quibus Dagobertum I. minimè adnumerandum probat Mabillonius *de Re Diplom. Lib. II. Cap. X. n.* 10. Adde Eckard *Introduct. in Rem Diplom. ſect. II.* §. 38. Porro hoc diploma allegatur in alio Friderici I. quod ad annum 1157. edimus.

Pag. 79. *in fine Notæ addatur:* Confer, quæ de hoc documento ampliùs dicturi ſumus Diſſertatione noſtra *de Scriptoribus Hiſt. Trevirenſis* §. *XLIII.*

Pag. 82. *Add.* Hoc privilegium, quod non niſi informi & cancellatâ copiâ extare, P. Benedictus Picard Capucinus in *Hiſtoria Urbis & Diœceſis Tullenſis* aſſeruerat, vidit deinde Auguſtinus Calmet, qui *Hiſtor. Lothar. Tom. I. pag. XLIV.* & *Tom. II. in Addit. ad Tomum I. ſecundæ edit.* refert, illud apud Eccleſiam S. Deodati ſibi oblatum in copia membranaceâ, planè illæſâ, non raſâ, nec interpolatâ, ſeptem vel octo ſæculorum antiquitate conſpicuâ.

Pag. 89. *col. b. in Not. lin.* 1. ✠ anno 778. lege: ✠ *anno* 678.

Pag. 95. §. 2 *Add.* Sicut autem Precariis Eccleſiarum noſtrarum patrimonia aucta ſunt, ità & viciſſim eodem titulo haud raro imminuta fuere. Videlicet præpotentes viri per Precarias fundos & curtes Eccleſiarum, poſt vitam aut paucos annos reſtituendus, impetrabant; at vel ipſi, vel eorom hæredes fidem facilè obliti, quod ſemel impetraverant, ægrè aut nunquam dimittebant: ſive, quòd novis muneribus novos Paſtores ſibi obſtringerent, ſive quòd invitis prædia eripi ultrà non poſſent.

Pag. 120. *Nota* (*a*) *in fin. addatur:* Nec non in decreto Friderici Imp. de anno 1157.

Pag. 140. *Not. b. col. a. lin.* 21. *addatur:* Alterius nummi Carolini imberbis meminit Freherus Programmate de ſtatura Caroli M. circa fin.

Pag. 151. §. *VIII. lin.* 20. poſt verba: *valde diſtrictum.* adde: Ipſe verò Valfridus Strabo Augienſis Abbas, anno 849. defunctus, in præfatione ad Thegani Geſta Ludovici pii teſtatur, eum fuiſſe *virum multa lectione inſtructum, ſed prædicationis & inſtructionis ſtudiis occupatum.* Mabillonio *Annal. Benedict. Lib. XXX. n.* 8. non alius videtur à Theganberto, qui SS. Martyrum Chryſanti & Dariæ reliquias, à Marcuardo Abbate in monaſterium Prumienſe Româ allatas, tranſtulit VIII. Kal. Novembris anno 844. Sic non doctos ſolùm viros hoc ſæculo habuimus, ſed Doctores etiam & Magiſtros in ſcholis docentes, quos antequam deſignemus, nominandus nobis venit Servatus Lupus Ferrarienſis Abbas. Is antequam eo gradu emineret, Fuldæ à Rabano in divinarum ſcientiarum rudimenta traditus eſt. Magna illi deinde cum Marquardo, Egile, & Ansbaldo Prumienſibus Abbatibus neceſſitudo, crebris alita literis, quarum ſpecimina edimus ad annos 847. & 849. His amicitiis implicitum Waldo S. Maximini Abbas ſibi facilè jungere potuit, atque ab eodem impetrare, ut anno 839. Vitam S. Maximini elegantiùs ſcriberet. Hanc enim Lupo Ferrarienſi plures viri literati tribuunt; quamvis alii aliter ſentiant. De qua controverſia nos agimus Diſſertatione *de Scriptor. Hiſtor. Trevir.* §. *XLV.*

Pag. 152. *in fine addatur:* Cùm anno 1581. menſe Julio tribus campanis conflandis ſcrobes formarum in area cœnobii D. Maximini foderentur, erutæ arcæ lapideæ ſunt, quarum una grandior, ubi tegumentum amotum, hominis ſupinè cubantis oſſa & cineres claudebat. Capiti ſaxum pro cervicali ſuberat. Jacebant transverſim impoſitæ cadaveri litui lignei diffracti duæ partes, carie tantùm non exeſæ. Erant, qui lituo diffracto caſſum Reginonis magiſtratum, cùm munus Abbatis Richario cedere coactus eſt, oſtendi, non ineptè putarent. Quæ porro litui pars in ſpiram leniter recurva convolutabatur, ferro erat præmunita. Arcæ adſcripti verſus erant, ſed ætate trunci:

. . . . . . foſſa. Reginonis. continet. oſſa.
. . . .
. . . .
Abbas. egregius. præfuit. ipſe. pius.
Cœnobio. quondam. Prumienſi. moribus. almis.
Poſtquam . . . .
☉ . . . . DCCCCXV.

Faſti

Faſti cœnobii D. Huberti in Arduenna, cujus quoque Regino Abbas fuit, diem, qua obierit, edunt V. Kal. Junias.

Pag. 175. ab initio inſeratur ex Scriptor. Rer. Francicar. *Tom. VI. pag.* 371. Epiſtola Eginhardi Abbatis, quibus Hettoni Archiep. Treviren. mittit reliquias Sanctorum ad dedicationem novæ baſilicæ. *hoc tenore:*

Circa 824. DOmino ſancto & meritò vener. Hetti rever. Archiepiſcopo Eghinardus peccator. Sicut ex litteris Sanctitatis veſtræ vos velle cognovimus, ita ſine dilatione facere curavimus; (*a*) mittendo videlicet vobis Reliquias, quas vos habere velle ad dedicationem novæ Baſilicæ veſtræ ſcripſiſtis. Et quidem libenter id fecimus, qui talem fiduciam in vobis habemus, ut quæcumque particula de ſacris beatorum Martyrum cineribus ad vos pervenerit, talis ei honor exhibeatur, qualem totis eorum corporibus exhibere debueramus, niſi deſidia & negligentia à debitó illis honore retardaret. Quod autem per nos cognoſcere voluiſtis, minimè vos de his certiores reddere valemus, qui pene nihil inde ad noſtram notitiam ſcientis pervenire: neque nos de his magnopere curioſi ſumus, de quorum cognitione nullam utilitatem, & parvam percipimus voluptatem. Optamus Sanctitatem veſtram noſtræ imbecillitatis memorem in Chriſto ſemper bene valere, ſanctiſſime & reverendiſſime Pater.

N O T A.

(*a*) *Mittendo vobis Reliquias ad dedicationem novæ Baſilicæ veſtræ.*) Mirabitur quis, ecquid cauſæ, ob quam Hettus aliunde ſacras reliquias expetierit, quarum ipſa Metropolis tam dives, maximè exuviarum tot ſanctorum Præſulum noſtrorum? Scilicet jam ab Imp. Theodoſio cautum erat: *Humanum corpus nemo ad alterum locum transferat, nemo Martyrem diſtrahat, nemo mercetur. Leg. fin. Cod. Theod. de Violat. ſepulch.* Perduravit, uti hinc colligitur, apud nos ſeriùs optimæ legis vigor, quem in aliis Galliæ partibus jam antè laxatum, & ſub Ludovico Pio & Carolo Calvo ferè penitùs abolitum fuiſſe, probat Bailletus *Diſcours ſur l' Hiſtoire de la vie des Saints* §. 101.

Pag. 176. Inter documenta Num. LXXVI. & LXXVII. ponenda ſequens Epiſtola Frotharii Epiſcopi Tullenſis ad Hettum Archiepiſcopum Trevirenſem ex Bouquetii *Scriptor. Rer. Francicar. Tom. VI. p.* 393.

Circa 828. DOmino beatiſſimo & unicæ dilectionis affectu colendo Hetti ſuprema largiente providentia Treverorum Eccleſiæ Archiepiſcopo Frotharius Epiſcoporum extimus in Chriſto ſalutem. Tanto ardore æſtuo veſtræ paternitatis ſublimitatem intuendi atque affandi, ac ſi multorum jam temporum labantur volumina, quibus veſtro aſpectu vel veſtris conloquiis perfrui nequiverim. Nam & inde me usquequaque fateor anxiari, quòd nuper mihi de Palatio regredienti defuit facultas vobiscum loquendi. Unde & inexplebilibus deſideriis ora dulcedinis veſtræ his in partibus citiùs inviſere opto. Quapropter veſtris literis mihi ſignificari expeto, quando huc pro legatione vobis injuncta venire, vel quando ſynodale Concilium juxta modernam conſtitutionem debeatis convocare. De his ob id præcipuè ſollicitus maneo, quia & ipſe ſecundùm Imperiale præceptum ad providendas manſiones, in quibus Legati ſuſcipi debent, ſcilicet à Monte Jovis usque Palatium Aquis ire debeo, & infra menſem Octobrem egrediens ante ſolemnitatem beati Andreæ domum regredi cupio. Sed ſi vos infra eundem menſem has in partes proficiſci cognovero, præſens adeſſe curabo, ut veſtri famulator & adjutor in omnibus exiſtens, à vobis rurſus & in ſpiritualibus rebus congruum ſupplementum recipere merear. Noſtri in omnibus reminiſcentem vos in Chriſto bene opto valere.

Pag. 197. col. b. linea antepenult. pro *de ſuo Sicuvarintes* lege *de ſuo hic warintus.*

Pag. 203. ad Notam a.) Similes etiam literas Nicolaus Papa dedit ad Epiſcopos regni Ludovici, quibus illos reprehendit, quòd Theutgaudum & Guntharium ſuis gradibus reſtitui cupiant. In iisdem etiam exponit, quàm

graviter deliquerint, tum in ſuſcipienda Ingeltrude Boſonis conjuge refuga & excommunicata, tum in adſtruendo & defendendo Lotharii repudio; & quòd propterea meritò fuerint depoſiti. Quare hortatur, ut deſinant, & ut Lotharium ad exſequenda juſſa Pontificis inflectant. Exſtant eæ literæ *Tom. VII. Scriptor. Rer. Gallicarum Martini Bouquetii pag.* 432.

Pag. 209. *ab initio* inſerantur tres ſequentes Epiſtolæ.

A.

Epiſtola Nicolai PP. I. ad Ludovicum Regem Germaniæ, in qua de Lothario conqueritur, quòd nihil eorum præſtet, quæ promiſit. Prohibet, ne Lotharius Romam veniat priusquam Waldradam, ùt juſſus eſt, eò dirigat, & Theutbergam tractet ùt Reginam; & Treviris atque Coloniæ legitimi Epiſcopi ordinentur.

867. 19. Octob.

Bouquet *Scriptor. rerum Francicar. Tom VII. pag.* 428.

NIcolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Hludovico glorioſo Regi. Syllabarum veſtrarum tenore panditis, vos una cum dilecto filio noſtro Karolo glorioſo Rege, fratre videlicet veſtro ad commune colloquium veniſſe: cui quia defuit Hlotharius Rex, nepos ſcilicet veſter, perhibetis vos ad eum jam dictum fratrem veſtrum Karolum Regem, adjuncto ſibi quodam ex Epiſcopis regni veſtri, miſiſſe: quatenus, prout vobis per epiſtolas ad vos directas injunximus, ab illis admoneretur, ut in omnibus juſſionibus noſtris obediens exiſteret. Quod quia tam, utpote pii Principes, juſtitiam diligentes, quàm proximi ſalutem per caritatem quærentes, noſtriſque nihilominus adhortationibus obſecundantes, egiſtis, debitas gratias agimus: quantum tamen lucri efficacia veſtra vel noſtra monita penes eundem Regem Hlotharium impetrârint, fateor, hactenus non elucet. Sed dicitis eum, tam abſentem, quàm poſtea præſentem, à vobis illam admonitionem benignè ſuſcepiſſe; denique profeſſum fuiſſe, in omnibus ſe noſtris præceptionibus pariturum. Quod quia ſæpe audivimus, non tamen hinc effectum percepimus, ſatis lugemiſcimus, & hujus rei gratia ultrà quàm dici poſſit affligimur: nimirum qui etiam pro ſua ipſius ſalute quotidie laborantes, apud ipſum nihil omnino proficimus, dum quod ſermone dicit, facto non perficit: & præcipue cum verba ejus, ùt arborum folia ſonare quidem poſſint, ſaturare verò, cùm ſint ſine fructu, non poſſint. Quamobrem dum quærimus, cui hujusmodi vir valeat comparari, nullus menti convenientiùs occurrit, quam ille filius, cui apud Matthæum pater dixiſſe legitur: *Fili, vade hodie, operare in vinea mea. At ille reſpondens ait: Eo, Domine; & non ivit.* Unde etiam meritò figuram Judaici populi exprimit. Ipſe quippe promittebat Moyſi dicens: *Cuncta, quæ locutus eſt Dominus, faciemus:* non tamen quæ verbis repromittebat, rerum effectibus adimplebat. Ita, proh dolor! & iſte nepos veſter quidem noſtra monita velle audire, ſemper adimplere cupere proteſtatur: non tamen quod ore, quod ſcriptis opportunè, importunè ſæpiſſime profitetur, operibus exercere, vel factis exhibere contendit; & paternis monitis noſtris non tanquam obediens filius paret, ſed tanquam ingratus poſt tergum repedavit. Siquidem in quo aliquando apparuit Rex Hlotharius nobis obediens? aut quid ab illo exegimus niſi ſalutem ſuam? niſi curationem quam læſit Eccleſiæ? niſi Theutbergæ Reginæ conjugis ejus apud ſanctum Petrum præſidium requirentis ſecuritatem? niſi noſtram etiam poſt tot labores aliquando requiem? Nam hinc inter innumeras alias curas præcipuè laboramus; hinc omnimodam de una Waldrada mœcha & excommunicata ſuſpicionem adimendam ſæpe decrevimus: hinc etiam ut novi Treverenſi & Colonienſi Eccleſiis Antiſtites darentur injunximus, videlicet qui nec per Theutgaudi & Guntharii dudum Epiſcoporum, nec per jam fatæ Waldradæ favorem proveherentur, ſed canonicè à filiis & de filiis jam nominatarum Eccleſiarum electi, ab his, qui earundem Eccleſiarum Antiſtites ſoliti ſunt conſecrare, regulariter ordinarentur. Sed cum hæc omnia nos opportuna eſſe ac neceſſaria proſpicientes, ipſi Regi Hlothario crebrò mandâſſemus, quo noſtræ

ſtræ

ſtræ inſtitutionis executor effectus, ut hæc conſummarentur annueret, immo ut ſua prorſus executione perpetrarentur inſiſteret; aliquid horum effectum quemlibet accepiſſe, nos profectò nondum cognovimus; & tamen ille ſe noſtra velle perficere in omnibus monita profiretur.

Denique Waldradam ad nos non ſolùm non miſit, ſicut ſæpius illum hortati ſumus; verùm etiam Ticinum, dum ad uos tendere crederetur, jam profectam, in Gallias reducere procuravit: filiam verò noſtram Theutbergam Reginam, quæ beati Petri ſe tegmine ſemper muniri popoſcit, non ſolùm ſicur Reginam ſecundùm præſtitum juramentum non tractat, verùm etiam uec pro timore Dei, nec pro ſancti Petri reverentia, nec pro conjugali fœdere, uec etiam pro eodem collato juramento, ſaltem in minibus quibusque negotiis ſuam hanc eſſe participem recognoſcit: quippe quam omni egeſtati, omni opprobrio, omni prorſus abjectioni ſubmittit. Porro de præmemoratis Eccleſiis ordinandis non ſolùm mandata noſtra contemnit; ſed & ſacrorum Canonum præcepta conculcat; dum videlicet viduatis Eccleſiis uon compatitur; ſed has tanto rempore ſine rectore manere permittit. Ecce, fili cariſſime, quomodo Hlotharius Rex inſtituta noſtra cuſtodir; ecce quomodo verum eſt, quod dicit, noſtra ſe velle in omnibus obſervare decreta: & adhue ad nos ſe properare velle demonſtrat, cum id ne ſine noſtra licentia præſumeret, uos ei ſæpe diſtrictiùs injunxerimus & prohibuerimus. Verum quamobrem Hlotharius Romam proficiſci geſtiat, miramur, ſi veſtram latere potuit prudentiam.

Itaque impleat priùs cuncta quæ præmiſimus; totius occaſionis vel ſiniſtræ iuſpicionis fomitem à ſe procul abjiciat, immo verò à noſtris meutibus amputer; & tunc, ſi ei ſit huc veniendum, à uobis eſt ſollicitè providendum: ſiquidem etiamſi cuncta, quæ nos ei ſuprà memoravimus injunxiſſe, penitus adimpleta potuiſſet oſteudere, nec ſic ei contra interdictum uoſtrum iter Romam ſuerat properandum; quantò minùs uunc, quando toties à nobis admonitus, nihil de his conſummâſſe convincitur? Igitur Dilectio veſtra illum nunc venire Romam, quæſo, prohibeat: alioquin, mihi credite, ſi contra propoſitum noſtrum fortè præſumpſerit, minimè cum qua cupit honeſtate vel hic ſuſcipietur, vel hinc profectò regredietur. Nam ſicut mulier Domino fide proximana tangit, turba verò licèt tangit, tamen comprimit; ſic, proh dolor! iſto in tempore quidam etſi tangere, etſi approximare videntur, tactus tamen eorum, quia non ex fide, preſſuram gignit, & approximatio turbationem adducit. Ergo neceſſe eſt, ut talem ſe in cuuctis exhibeat Rex Hlotharius, ut nos eum gratanti animo primitus ſuſcipere delectemur, & ita demum venientem expanſis brachiis amplexemur. Quod aliter fieri non porerit, uiſi Waldrada Romam, ſicuti cœptum fuerat, dirigatur; ut videlicet nos cauſam ejus ad finem legitimum perducamus, qui de ipſius prævaricatione ſemel initium judicandi ſuſcepimus; & uiſi Reginam Theutbergam ſecundùm tenorem juramenti ab ipſo audiamus Rege Hlothario conjuge ſuo tractari; videlicet ut talem ſe circa illam mente demonſtret & opere, qualem diligens Rex erga dilectam conjugem ſuam ſe debet demonſtrare Reginam: & niſi de proprio Clero in Agrippinenſi Colouia & Treverenſi Eccleſiis Epiſcopos ordinari permiſerit, eos ſcilicet, qui nec Waldradæ, nec Guntharii, nec Theutgaudi favore vel eligantur, vel etiam conſecrentur. Hæc ſunt, cariſſime, quæ ſi Hlotharius nepos veſter callide non perfecerit, hunc veraciter nos audire nolle procul dubio poterunt indicare. Aque ſi ſaluti ejus veſtra caritas conſulit, eum magnopere ſuadeat incitare; & non ejus foris perſtrepentibus verbis facilè credat; ſed operum facta ſecundùm perſpicaciſſimam proprii affluentiam ſenſûs conſideret. Dicit enim Johannes Apoſtolus: *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate.* Nam ſi noſſe libet, Excellentiæ veſtræ quid ſit unde Hlotharius jactat ſe noſtram in omnibus adimplere voluntatem, nos evidenter aperiemus: videlicet, quia nobis, immo Deo noſtro obediens, Theurbergam conjugem ſuam recepit; Waldradam verò, utpote adulreram, meritò ſequeſtravit, nec ad illam poſt reverſiouem Legati noſtri acceſſit. Sed prudenria Gloriæ veſtræ jam valet advertere, quid proſit, ſi ad eam nou pedibus corporis, ſed tamen paſſibus mentis accedit. Quid prodeſt, quod forinſecus ab il-

la ſeqneſtratus cernitur, qui tamen ei valde conglutinatus intrinſecus intelligitur? Quid autem proficit dilectæ filiæ noſtræ Theutbergæ Reginæ, quia non ex toto ab illa videtur corpore prolongatus, dum tamen eſſe cum ea mente minimè probatur annexus? Quid ei prnficit conjugalis fœderis vel regiæ dignitatis nomine ſolo frui, quæ caret omnibus, quæ ad perſectæ dilectionis & conſimilis ditionis pertinere videntur inſignia? Nam quis, niſi æmula ejus, Waldrada ſcilicet, quæ nnn ſolùm pro adulterio commiſſo, ſed & pro impœnitenti corde vinculis eſt excommunicationia innexa, regni cum Hlothario culmina poſſidet, gloriâ fruitur, jura tenet, & omnia ſuo diſponit arbitrio? quæ licèt à colloquio ejua ſejuncta ſpecie tenus videatur exiſtere, per internuntios tamen & diverſos ſatellites tantundem penes ipſum, vel etiam magis valet, quam ſi legitima conjux haberi quoquomodo potuiſſet. Nam nemo apud regium apicem eſt adjutus, niſi per illam; vix nsqnequaque læſus niſi per illam, qnisquam eſſe refertur: illa quippe penes eum gratiam poſcentibus impetrare, illa ſola, qnibus mavnlt beneficia parare cnnſuevit. Jam verò, ſi ita non eſt, ùt dicimns, ſi vel Theutberga Regina tantam apud ipſnm incommoditatem & dehoneſtatem non patitur, nec VValdrada mœcha gloriâ tantâ non fruitnr; quare nobis ſcribens, vel aliis ſatisſaciens, ſicut indicat de VValdrada, quod poſt Miſſi noſtri reverſionem non ad eam acceſſerit; ita non de conjuge ſua Theutberga, quòd eam ſecundùm datorum tenorem juramentorum tractet atque retineat, niſi quia non habet, unde glorietur? nec agit ſic erga eam, ut nobis id veraciter referens, gratiarum à nobis inde percipere valeat actiones? dum non ſolùm illa nullâ munificentiâ, ipſo largiente, potitur, verùm etiam omnibus opprobriis, &, ùt prætulimus, egeſtate ſummâ tabeſcit.

Dicite ergo illi vos, cariſſime, & veſtra ſagaci conventione ſuadere contendite, nt quando nobis mittit ad VValdradam poſt reditum Miſſi noſtri contra interdictum noſtrum ſe nullatenus acceſſiſſe, mittat etiam, quòd Theutbergam uxorem ſnam juxta præſtita juramenta benignè tractet, & ſecundùm regiam dignitatem retineat; ita dumtaxat nt quod mittit, veritate fulciri, aliis etiam atteſtantibus, cognoſcamus. Mittat nihilominus nobis, quòd in præfatis Eccleſiis ordine, quem ſnprà dictavimus, Epiſcnpi ſint regulariter ordinati; & tunc perhibenti ſe noſtra velle juſſa perficere credemus, & condignas Deo gratias referemus. Nam quamdiu Theutbergam regio cultu & conjugali dilectione non retinet, & Theutgaudum vel Gunthariam Eccleſias dudum ſibi cum ſacerdotio ablatas obtinere permiſerit occupatas, licèt VValdradam non videat; hæc tamen gradus ſunt, quamvis ad ima mergentes, per quos illnm ſenſim ad ipſam tendere prndens quiſque patenter agnoſcit; dum & illos fovet, quos ad proneſas ductores habuiſſe claret, & eam affligit, quam debitâ correctione præmiſsâ, Chriſto juvante, recepit. Accuſatores antem habere Hlotharium, nonniſi illnm, qui accuſator fratrum in Apocalipſi Joannis appellatnr, & opera ejus, quæ & ipſa ejusdem antiqui hoſtis inſtinctu patrantur, profectò comperimus. Quæ verò Hlotharius Rex veſter nepos operatur, accuſatore non indigent. *Manifeſta quippe*, Apoſtolo teſte, *ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, luxuria; & reliqua.* Optamus Gloriam veſtram nunc & ſemper bene valere, dilectiſſime fili. Data IV. Kal. Novembris. Indictione prima.

B.

867. 30. *Octob.*

Nicolai PP. I. epiſtola ad Ludovicum Germaniæ Regem, ut deſinat tandem intercedere pro Teutgaudo & Gunthario Archiepiſcopis Trevirenſi & Colonienſi.

Bouquet Scriptor. rerum Francicar. Tom VII pag. 435.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Hludovico glorioſo Regi. Epiſtolam Serenitatis veſtræ pro Theutgaudn & Gunthario dudum Epiſcopis nos nbnixè precantis accepimus; & quamobrem pro illis tot veſtra Celſitudo labores aſſumat, admodum, fateor, miramur & obſtupeſcimus. Quanta nempe mala nos perpeti, quanta incommoda ſuſtinere ſæpe audiſtis, & liquidò nunc cognoviſtis: nusquam tamen, quia cauſa noſtri doluiſtis, apparuit; &, quod cum caritate veſtra dicimus, ſic

Eccle-

Eccleſiæ matris veſtræ ſemper damna duxiſtis, tanquam ſi nihil ad vos inde quoquo modo pertineret, & veluti ejus non eſſe filii per omnia videremini. Quantos autem ſudores, quantáque certamina pro recidendo malo, cujus Guntharius & Theutgaudus auctores & conflatores inventi ſunt, pertulimus, immo verò indeſinenter perferimus; & ne rediviva iterum radice ſuccreſcat, inceſſabilibus laboribus fatigamur: nunquã tamen vos in his omnibus concertantes aut collaborantes nobis adhæreſcere conſenſiſtis. Sed nunc pro reconciliandis Theutgaudo & Gunthario totius hujus mali fabricatoribus ſatagitis, curritis, anxiamini, & nobis crebrò id ipſum mittere minimè recuſatis: quóſque neſcio quomodo amaricatos appelletis, dum certè illi penè quotidie potum amaritudinis propinare nobis non deſinunt. Nam quotiens eorum facti memoria inter aliorum dura quæq; nobis ingerentium infertur, totiens nos abſque multi mœroris amaritudine remanere nequimus.

Ceſſet itaque veſtræ Gloriæ jam nos ſuper hoc pulſare ſublimitas; & quod fieri non poteſt, tandem aliquando prætermittat: dum enim non poſſumus adipiſci quod volumus, neceſſe eſt, ut hoc omnino velimus conſequi quod poſſumus & debemus. Nam Sedis Apoſtolicæ ſententia tantâ ſemper conſilii moderatione concipitur, tantâ patientiæ maturitate decoquitur, tantáque deliberationis gravitate profertur, ut retractatione non egeat, nec immutari neceſſarium ducat, niſi fortè ſic prolata ſit, ut retractari poſſit, vel immutanda ſecundùm præmiſſæ tenorem conditionis exiſtat. Theutgaudus igitur & Guntharius hujus ſanctæ & Apoſtolicæ Sedis ſententiâ perculſi, ſi patienter egerint, & malorum, quorum plantatores fuere, eradicatores extiterint; atque ſi hæc perfectâ in ſe humilitate, digniſque pœnitentiæ fletibus abolere ſtuduerint, poterunt utique alia miſerationis Eccleſiaſticæ beneficia præſtolari; prioris autem miniſterii, aut cujuscunque ſacerdotalis officii dignitatem fruſtra quidem ſperare poterunt, reſumere autem in æternum non poterunt. Sed quia caritas Excellentiæ veſtræ pro his dolet, laudamus: quia & nos, ſicut ad eorum detrimentum tunc, zelô & juſtitiâ Dei commoti, gementes devenimus; ita & nunc quotiens ingenti cruciatu mentis accendimur, atque de ipſorum diſcrimine illis valde compatimur & condolemus, ſecundùm Apoſtolum; Namque *ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* Verùm ſi de his, vel de actibus eorum, vel quæ ſit penes nos de ipſis fixa ſententia, pleniter, ùt innuitis, cognitum vobis fieri cupitis, ad Epiſtolæ tenorem, quam ad venerabiles Epiſcopos regni veſtri tranſmiſimus, ſi placet, induſtria Sublimitatis veſtræ recurrat. Optamus Gloriam veſtram in Chriſto nunc & ſemper bene valere, ô dilectiſſime filii. Data III. Kal. Novemb. Indictione I.

C.

867. 31. *Octobr.*

Nicolaus I. PP. reprehendit Epiſcopos regni Ludovici Regis, quòd Teutgaudum & Guntharium ſuis gradibus reſtitui cupiant, exponendo quàm graviter deliquerint, quódque propterea meritò fuerint depoſiti.

* Bouquet *Scriptor. rerum Francicar. Tom. VII. p.* 438.

NIcolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverendiſſimis & ſanctiſſimis confratribus noſtris Archiepiſcopis & Epiſcopis in regno Hludovici glorioſi Regis conſtitutis. Gaudemus quidem, Fratres, & planè vobis non immeritò congaudemus, quoniam per caritatem vos Theutgaudo & Gunthario dudum damnatis compati & condolere conſpicientes, etiam pro recuperandis his in priſtinum dignitatis gradum non modicè ſatagere contemplamur: ſed triſtamur & valde triſtamur, cariſſimi, quia ſic pro duorum hominum dejectione ſatagitis, ut plurimæ multitudini Chriſtianæ plebis per eos læſæ minimè conſulatis; ſic pro duorum hominum reſtaurando ſtatu, pro criminibus manifeſtis eliſo, certatis, ut tot fidelium caſum, qui eos per præcipitia ſunt ſecuti, nullo modo perpendatis. Sed quid mirum? quando etiam, cum eſſetis vicini locis illis, in quibus Theutgaudus & Guntharius Eccleſias Chriſti ſibi commiſſas videbantur quidem regere, non autem regebant; in quibus etiam licenter, ac ſine quavis prohibitione, tam Waldradæ quàm Ingeltrudis uxor Boſonis proſtitutionis ſuæ

ſibi lupanaria quodammodo præparaverant; uec contra inſurgentem morbum medicinale ſerrum exacuiſtis, nec ad excitandos ſopore noxio oppreſſos eosdem tunc fratres, caritatis pedibus cucurriſtis, ſapientiſſimo Salomone de talibus admonente atque dicente: *Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum.* Quod non ſolùm tunc minimè vos egiſſe liquet, verùm etiam nec poſtquam nos erecti ſagittas divinæ pharetræ jaculare adversùs hujusmodi pronefas longè latéque cœpimus, nobis collaborare ſollicitè procuraſtis. Denique ubi ſuper hoc labor veſter apparuit? ubi concurſus, vel ubi ſacerdotale ſtudium claruit?

Quod ſi uihil horum egiſtis, nec in ullo nobiſcum convenire voluiſtis; ſed ſicut laboribua noſtris diverſo tempore, pro deſtruendis, quæ viri prædicti fabricaverant, impenſis minimè communicaſtis; ita & dolorum noſtrorum participes fieri recuſaſtis: quid nunc ſatagitis & anxiamini, & pro duorum virorum reſtauratione innumerorum prævenire vultis ſubverſionem? An plurium interitum parvipenditis, & duorum virorum caſui ſolummodo condoletis? Et ſola quidem illorum vobis ruina gravis; noſtra verò & totius Eccleſiæ, cui Deo auctore ſervimus, quotidiana ſollicitudo, & pro eradicandis, quæ ipſi plantavere, maiis inceſſabilis cura & intolerabilis profectò vexatio, levis & contemnenda videtur? Sed nos quæ pertulimus, immo quæ de ſactorum ipſorum origine quotidie toleramus, non coutemnenda ducimus, nec levia poſſumus æſtimare; quorum graviſſima nos cernimur, & nou vos, pondera bagulare: quamvis & caritatem veſtram incommodis noſtris cognitis compati minimè diffidamus, & nunc expoſita nequaquam perſunctoriè noſſe poſſe credamus.

Ordiamur ergo hiſtoriam Theutgaudi & Guntharii, ſi tamen non tragœdia potiùs ſit dicenda: & ut partim ſaltem, quæ nos experti ſumus de illis, vos quoque ſcire valeatis, quantùm Epiſtolæ caventes prolixiorem ſermonem, curſim diſſerere poſſumus, texentibus nobis advertite. Igitur cùm Ingeltrudis uxor Boſonis Comitis ad Gallias, relicto proprio viro, cum adultero adultera transmigrâſſet, & vir ejus eam cum multo labore reducere voluiſſet, nec tamen aliquo modo potuiſſet, Eccleſiaſtica cœpit auxilia poſtulare; ordinémque ſervans, primam in toto terrarum orbe Sedem appellans, ut Eccleſiaſtico decreto eam ab his, qui illam muniebant, eruì & ſibi reddi præciperet, ſupplicavit. Unde deceſſor noſter ſanctæ memoriæ Benedictus Papa, quousque ſuperſtes extitit, apud Imperatorem & Reges ac Principes interveniens & concertans, atque Epiſcopis & cunctis fidelibus ſcribens, ut revocaretur, ſuadere & auctoritate Apoſtolicâ jubere non deſtituit. Cui decedenti, effectu nullo percepto, per Chriſti gratiam nos in Epiſcopatu ſubrogati, ſucceſſimus etiam in labore, cui licèt longè meritis impares ſucceſſimus in honore: qui, ut revocaretur eadem femina, & verbis & frequentibus litteris ad omnes perſonas in omnes partes miſſis, ad quas neceſſitas poſtulabat, non deſtitimus agere. Sed & ſic minimè nobis proficientibus, cœperunt hinc inde à Pontificio noſtro Epiſcopales litteræ deſtinari, ſuggerentes videlicet, ut tam morbida ovis, ne totum gregem contaminaret, Eccleſiaſtico judicio de ipſo grege Dominico pelleretur, maximè quia tot ſalubribus monitionum medicamentis ſanari minimè conſenſiſſet. Decretóque & auctoritate præmiſſâ, juſſum eſt Mediolani Epiſcoporum Concilium fieri; ad quod ipſa vocata, ſi certo tempore nou occurreret, ab ipſo ſacrato Collegio vinculis anathematis vinciretur. Quódque, illâ ſtatuto tempore non occurrente, patratum eſt; ſententiámque in ipſam à ſynodo auctoritate noſtrâ convocata [prolatam] nos quoque, ut ſacri Canones præcipiunt, conſenſu noſtro firmavimus.

Inter hæc verò cognoſcentes eamdem feminam in regno degere Hiotharii Regis, nou ſatis babuimus, quæ de ipſa geſta femina ſuerant: ſed ad hanc revocandam prioribus noſtris laboribus adhuc quærendi ſtudium appoſuimus, reminiſcentes videlicet Domini, qui de cœlis ideo in terram deſcendit, ut quæreret quod perierat, juxta quod à Pſalmiſta rogabatur confitente atque dicente: *Erravi ſicut ovis, quæ periit, require ſervum tuum.* Miſsáque epiſtola noſtra, Fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum in regno prædicti Regia conſtitutorum & præcipuè Theutgaudi atque Guntharii, in quorum diœceſibus eadem

per-

perdita mulier liberè morabatur, tot porem validè redarguimus; & quamobrem inter eos licenter illam degentem minimè ad virum proprium redire coëgerint, non mediocriter increpavimus, indicantes etiam hanc nobis anathematis vinculis innodatam, & ab omni Chriſtiana communione remotam. Sed Theutgaudus & Guntharius tunc Epiſcopi, & præcipuum locum & familiaritatem apud Principem obtinentes, non ſolùm eam, cùm poſſent, nequaquam ad conjugem proprium reverti ſuaſione fecerunt, aut auctoritate Canonicâ, juxta quod à Sede Apoſtolica crebrò fuerant adhortati, minimè compulerunt; præſertim cùm in diœceſibus eorum commorari ſæpe commemorata & damnata femina videretur: verùm etiam ut licitè poſſet omnium frui communione, atque in refuga obſtinatione ſine cujusquam contradictione vel impedimento ſubſiſtendi, valeret potentum quorumcunque potiri ſolatiis, hanc abſolvere, quantùm in ipſis fuit, atque recipere temerè præſumpſerunt. In quo etiamſi Sedis Apoſtolicæ judicium à quovis retractandum eſſet, etiamſi ab inferioribus potiorum ſententia ſolvenda protſus exiſteret; quantùm Theutgaudus atque Guntharius contra ſacros Canones, & præcipuè Nicænos, qui luculenter innuunt, non debere, qui ab aliis rejiciuntur, recipi, contumaces extiterint, ipſi, quæſumus, ſolerter advertite. Sed ne tale quid eos commiſiſſe dubitetis, ſcitote, coram omni Eccleſia noſtra illos hoc ſe peregiſſe confeſſos.

Interea flagitium in Theutbergæ Reginæ dejectione & admiſſione Waldradæ à Rege Hlotario perpetratum, horum cœpit adulationis & iniquæ defenſionis fomentis creſcere, atque latiùs diffamari. Qua de re hoc nos agnoſcentes, quantâ potuimus inſtantiâ, ne tantum ſcelus committeretur, inhibuimus, & per fideles quosque, nec non & ſcripta noſtra ſuadere contendimus. Mittit Rex Hlotharius duos ad nos Comites, per quos in ſcriptis & verbis innuit, Epiſcopos regni ſui cum aliis quibusdam ſibi dare auctoritatem Theutbergam repellendi & Waldradam in matrimonium ſortiendi: ſed ſe, ut ordo cuſtodiretur, à nobis hujusmodi potiùs auctoritatem & judicium petere, atque conſilium præſtolari. Quo nos audito, Miſſos quidem deſtinare tam concitè nos pro hujusmodi negotio non poſſe reſpondimus: miſſuros tamen eos poſtea certiſſimè repromiſimus, admonentes etiam nullatenus interim à quoquam de hujusmodi cauſa quidquam penitus deliberandum. Sed ille horum Theutgaudi & Guntharii tunc Epiſcoporum, ùt poſtea claruit, auctoritate fretus, Legatos noſtros non præſtolans, publico feſtóque nuptiarum ritu celebrato, VValdradam ſibi jure matrimonii ſociavit. Verumtamen Miſſi Sedis Apoſtolicæ, qui jam profecti fuerant in Gallias, atque ad Hlotharium pervenientes, quòd ad illum fuerant miſſi ſecundùm pollicitationem noſtram dixerunt; & quòd binos ex regno glorioſiſſimorum Regum Hludovici ſcilicet, Karoli majoris & Karoli junioris, convenire ſecum pariter cum Epiſcopis regni ſui faceret juxta præceptionem noſtram, ipſi Regi ſuggerere ſtuduerunt; & quod Theutbergam Sedem Apoſtolicam appellantem, datâ idonea ab ipſo Rege Lothario ſecuritate, eidem Conventui adeſſe præcepimus, verbis aſſeruerunt. Non enim Epiſtolas, quas ad vos veſtrorúmque regnorum Epiſcopos miſeramus, ſecum habere poterant; quippe quas ſibi ab amicis Hlotarii Regis jam conſtabat ablatas.

At verò Rex Hlotharius horum duorum magiſterio uſus, nec Theutbergæ indubitatam de ſervanda juſtitis, vel de non inſerenda violentia certitudinem tribuere voluit, nec alios præter regni ſui Antiſtites, videlicet quos vel beneficiis vel minis jam ad votum ſuum deflexerat, ad illum Conventum, qui penes urbem Metenſium congregabatur, penitus exſpectavit: ſed corruptis, immo & ad favorem ſuum traductis Legatis noſtris, quod libuit, nullo reſiſtente patravit. Factóque conventu, Antiſtites qui convenerant, inter quos præcipuum Theutgaudus atque Guntharius faſtigium retinebant, & eminentiori poteſtate vigebant, prævenientes, immo ſibi uſurpantes atque vindicantes judicium noſtrum, videlicet quod & Reginæ Theutbergæ primùm appellatione, ac deinde Hlotharii Regis petitione permoti, jam nos laturos repromiſeramus, inchoatúmque tam per Miſſos quámque per epiſtolas noſtras habere luce clariùs videbamur, Theutbergam Reginam obnoxiam crediderunt, atque condemnandam in abſentia putaverunt. Scriptóque de his, quæ illic

pro voto Regis iniquâ ſunt fauce deprompta, quodam proſsno libello, ea ſic cenſentes illibata perſiſtere, propriis ſubſcriptinnibus roboraverunt, Theutgando primitus & Gunthario in ipſis ſubſcriptionibus, ſicut & in ceteris geſtis, præcellentibus, & alios ſe ſequi peſtiferè compellentibus. Qui mox Romam venturos, ac nobis de his, quæ geſſerant, rationem poſitnros ſe per omnia ſpoponderunt: tandémque pervenientes, noſtru ſunt conſpectui coram omni Eccleſia præſentati, & dum ab eis, qusliter illa fuerint geſta, requireremus, jam memorarum libellum offerentes, perhibuerunt nec plus, nec minus, nec aliter quidquam ſe geſſiſſe, niſi ùt oblatus videbatur continere libellus. Quo accepto, ac cnram Epiſcoporum noſtrorum cœtu, qui nobiscum aderant, atque coram ipſis Theutgaudo ſcilicet & Gunthario recenſito, quàm multipliciter hunc reprehendimus, ac per omnia reprehenſibilem judicavimus; & quæ in eo geſta legebantur, qualiter inimica juſtitiæ Deóque peroſa conſiſterent, audientibus Epiſcopis, eliminatiùs expoſuimus. Quamvis nec tunc omnia reprehenſionum ejus loca in ipſis profanis geſtis inventa ſint, nec rurſus omnia, quæ inventa ſunt, nunc ad memoriam noſtram valeant repedare; tanta tamen ac talia fuere, ur pro his meritò Canonicam depoſitionis Theutgaudum & Guntharium oportere ſubire ſententiam, ſancta mecum ſynodus reſidens ſæpius exclamaret. Qua de re zelo divino (ecce coram Deo dicimus) permoti, nec aliud niſi juſtum judicium exercere cupientes, communi cnnſenſu, caſſato primùm adulteris favente Concilio, quod apud Metenſium urbem congregatum fuiſſe ſuprà commemoravimus, in eos (qnod gementes memoramus) depoſitionis ſententiam dedimus, & ſi juxta præcedentem conſuetudinem aliquid de miniſterio ſacro deinceps fortè tetigiſſent, excommunicavimus......

Verùm in ipſo jam ſuæ proſecutionis exordio, quod penes crebrò dictum pernicioſum Metenſem Conventum habuerunt, talem ſe gerere animum liquidò monſtraverunt. Nam licèt poſtea ibidem Miſſi noſtri deviſverint, dicendi tamen principium ſatis pacificè orſi ſunt. Sed hi, quia modicum qnid redargntionis contra ſe ſonuiſſe audierunt, protinus in furorem proruperunt, & verba, quæ nos de illis minimè dixeramns, nos dixiſſe perhibuerunt; ſéque fautores, plantatores & rigatores vitiorum appellare aſſeveraverunt. Et certè nos ea, quæ de illis dolenda ſuprà deſcripſimns, nondum cognita tenebamus, ut de ipſis tunc iſta ſecurè fateri poſſemus: & tamen hi jam, conſcientiâ ſtimulante, nos aſtruere garriebant, quæ nos, utpote incognita, minimè dicere convenerat. Quid eſt hoc, niſi quia, nobis etiam tacentibus, Spiritus ſanctus jam quod plantatores & rigatores vitiorum eſſent, non per aliena, ſed per propria ipſorum ora oſtendere voluit? .... Jam verò ſi ludibria ipſorum & ſcenica vultis acta liquidò noſſe, geſta prædicti Metenſis Concilii, quod nos tanquam adulreris favens, proſtibulum, dum caſſaremns, duximns nuncupandum, quærite & revolvite. Favit ſanè idem proſtibulum adulteris, dum Hlothario, VValdradæ & Ingeltrudi cuncta pro voto conſenſerit, & aliis hoc ſequentibus adulterandi exempla præbuerit.....

Quia ipſi præcipuè capnt noſtrum in repulſione innocentis feminæ & admiſſinne mœcbæ ad iracundiam provocaverunt, illos plangimus & deflemus: adeo ut in memoratorum ſcriptis geſtorum ab his interlocutio facta ſolummodo memoretnr, &, nt omittamus alia, in eisdem geſtis apertè ſcriptore dicente, reperiatur: *Theutgaudus & Guntharius, qui cauſam Theutbergæ recognoverant & judicaverant:* & rurſus Rege Hlothario de iſtis adſtruente: *Quidquid in iſta cauſa feci, horum ſanctiſſimorum Epiſcoporum uſus ſum conſilio.* Quin etiam dum jam dictis fœtidis geſtis inter innumera deteſtanda, quæ ad confirmationem ipſius facinoroſæ mœchæ hinc inde compilare præſumpſernnt, Epiſcopi qui cnnvenerant ſubſcribentes, eadem geſta, immo per ea flagitium roborarent; ventum eſt ad quendam Fratrum & Coëpiſcoporum noſtrorum, qui tantùm usque ad nnſtram deliberationem ſubſcripſit eadem eſſe geſta ſervsnda. Quod cernentes Theutgaudus ſcilicet & Guntharius, arrepto cultello, omne qnod Antiſtes providus ad deliberationem noſtram ſervandam eſſe deſcripſerat, raſerunt, nomine ſolo Epiſcopi relicto, cætera, ſicut illi voluere, temerè perſcribentes. Quod nobis idem Epiſcopus intimavit; & id ita geſtum eſſe in ipſis authenti-

cis geſtis luce clariùs patet: nam ubi ſanum eſt, evidentiſſimè claret. In tantum quippe ad roborandum flagitium cor & linguam & calamum acuerunt, ut quæ ſemel vel dicto vel ſcripto in ejus confirmatione definierant, etiam coram nobis omni ſua virtute, quousque ceciderunt, defendere niterentur.....

Malum adhuc imminet; adhuc foveri non deſiit; adhuc libertatis aditum & licentiæ tempus expectat. Probat hoc Waldradæ etiam poſt adulterii publicum ſcelus gloria vigens, atque Reginæ Theutbergæ dilectæ filiæ noſtræ, etiam poſt præſtita juramenta, nec ancillarum qualitati coæquata dejectio. Denique quando Hlotharius Rex uxorem ſibi debitam, ſæpefatam ſcilicet Theutbergam, in præſentia Miſſi noſtri reſumpſis, duodecim, ſicut audiſtis, illuſtres Comites juramenta ſuâ vice repromittere juſſit, ſe de cetero ita Theutbergam ſore retenturum & tractaturum, quemadmodum Regem legitimam conjugem ſuam Reginam retinere convenit & tractare. Sed proh dolor! tanto nunc, quod vos fortè non latet, hanc ſubmittit opprobrio, tantæque deteſtationi, tantæque (quod ſolo dictu grave eſt) inopiæ ſubjicit, ut non dicamus aliquem penes ipſam virum neceſſitatem patientum adjuvare; verùm nec ſibi, nec propriis queat homunculis omnino præſtare. Sed econtra Waldrada mœcha, & omni communione privata, licèt à Hlothario ſolo corpore videatur excluſa, cujus tamen cordi nunquam deeſſe multis exhibetur indiciis, & cacumen regium, & nocendi vel adjuvandi quos vult omnimodam obtinet poteſtatem. Ecce Fratres germina, ecce fructus, qui de Theutgaudi & Guntharii jacto ſemine ſunt exorti: de quibus tamen ſi Fraternitas veſtra veraciter ac utiliter dolet, & aliquod eis vult impertiri ſuffragium, curet, neceſſe eſt vulnus, quod ipſi non ſolùm minimè ferro juſtitiæ reſecârunt, verùm etiam oleo iniquæ adulationis & perſuaſionis foventes creſcere longè latéque fecerunt, nobiſcum pariter incidere, ac ſtudioſè mederi: quamvis ipſi jam fati viri, ùt prætulimus, quantùm ad ſacerdotium ſpectat, recipiendi nullam valeant habere fiduciam.....

Revertimini ergo, Fratres, ad vos, & redite ad cor, & recognoſcite contra vitia miniſterium veſtrum; ipſum, per quem tantum Eccleſia Dei ſcandalum patitur, Hlotharium ſcilicet Regem, zelo ferventiori & majori corripientes & admonentes inſtantiâ, quò ſubveniat ſibi, ſubveniat & miſeris illis, quos pro ſe juramento conſtrinxit; Reginam videlicet Theutbergam conjugem ſuam, juxta tenorem præſtiti ſacramenti, tractans, & ſe à reatu vice ſuâ jurantium tegens. Mittat etiam ad nos Waldradam, ut per hoc & ipſe ſecuram de cetero vitam ducat, & nos causâ illius tantis ulteriùs laboribus non ſubdamur. Non enim juſtum eſt, ut legitima tantam apud ipſam incommoditatem & dehoneſtatem patiatur, & ab adultera gloria ejus ſurripiatur. Quòd ſi Rex Hlotharius ita fieri denegat, & ſe veraciter audire ac perficere velle monita noſtra fatetur, quemadmodum nobis dilectus filius noſter Hludovicus Rex inclytus ex ipſius aſſertione ſignificavit; quæſumus interrogetur vel à vobis, vel ſtudio veſtræ ſuggeſtionis à jam fato pio Rege, quare nobis ſcribens, vel aliis ſatisfaciens, ſicut indicat de Waldrada, quòd poſt Miſſi noſtri reverſionem non ad eam acceſſerit, ita non indicat de conjuge ſua Theutberga, quòd eam ſecundùm datorum tenorem juramentorum tractet atque retineat; niſi quia non habet unde glorietur, nec agit ſic erga eam, ut nobis id veraciter referre poſſit, & gratiarum inde à nobis recipere valeat actiones: dum non ſolùm illa nullâ munificentiâ, ipſo largiente, potitur; verùm etiam omnibus opprobriis & egeſtate ſummâ tabeſcit. Dicatur ergo ei à pio Principe, vel à veſtra ſacerdotali ſuadeatur induſtriâ, ut quando nobis mittit ad VValdradam ſe nequaquam contra interdictum noſtrum accedere, mittat etiam, quòd & Theutbergam uxorem ſuam juxta præſtita ſacramenta benignè tractet, & ſecundùm regiam dignitatem retineat; ita duntaxat ut quod mittit veritate fulciri, aliis etiam atteſtantibus, agnoſcamus.

Denique quando, illâ repulsâ, ipſe Rex Hlotharius Theutbergam uxorem ſuam reduxit, diffinitum fuiſſe conſtat, ut eadem VValdrada in Italiam mitteretur, quatenus utrùm Romam nec ne pervenire potuiſſet, noſtræ cenſuræ decreto præſtolaretur. De his quippe perſonis, quarum Sedes Apoſtolica ſpecialiter inchoat agitare negotium, ſicuti nos Hlotharii & Theutber-

bergæ Reginæ atque VValdradæ pellicis exſequi controverſiam cœpimus, nulli fas èſt alii vel removere, vel aliquid diffinire, niſi fortè cui ipſa præceperit. VValdrada ergo, quam noſtris hortatibus noſtríſque decretis à Hlotharii conſtat remotam eſſe lateribus, noſtris quoque ſpecialiter debet ad congruam Eccleſiæ, quam læſit, ſatisfactionem ſubmitti judiciis. Quod quamdiu Hlotharius non egerit, ſicuti nec nobis requies, nec Theutbergæ ſecuritas; ſic nec ipſi poterit tuta pax, aut aliqua ineſſe ſalutis fiducia. Tantò igitur ſollicitiùs ad correctionem illius operam date, tantóque inſtantiùs non ſolùm illum, ut in his nobis obediat, admonete; verùm etiam & dilectum filium noſtrum Hludovicum excellentiſſimum Regem, quò eum ad audienda noſtra monita ſemper incitet, cohortamini; quantò attentiùs legitis, quia *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ ſuæ, liberabit animam ſuam à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* Non ſolùm autem hunc glorioſiſſimum Regem veſtrum adite, verùm etiam ſpecialiter deprecamini, ut admoneat & ſuadeat eidem Hlothario, quatenus Romam non niſi purgatus, & quando nos annuerimus, venire præſumat. Nam niſi nobis obediens, ſuſpicionum & malæ famæ ſordes diluere primùm curaverit, videat ne fortè leproſorum more de caſtris Dominicis cum maxima confuſione pellatur. Quomodo verò ipſas poſſit deponere ſordes, breviter intimamus, videlicet ſi Theutbergam uxorem ſuam juxta præſtita juramenta benignè tractet, & ſecundùm regiam dignitatem retineat, VValdradámque ad nos accelerare compellat, atque in prædictis Eccleſiis [ſecundùm] ordinem, quem ei dictavimus, Antiſtites ordinari permittat. Nam quamdiu VValdradam ſic manere dimiſerit, ſicut omnibus liquet, Theutbergámque nec regio cultu, nec conjugali dilectione tractaverit, quamdiu etiam Theutgaudum vel Guntharium Eccleſias dudum ſibi cum ſacerdotio ablatas obtinere permiſerit occupatas; nec à lepra injuſti criminis, nec à ſordibus peſſimi odoris, id eſt, malæ opinionis vel ſuſpicionis liber eſſe poterit; nec puris Eccleſiam greſſibus intrare valebit; nec Sacerdotibus Chriſti libera eum vel ſecura tangendi, vel intra caſtra recipiendi profectò quibit eſſe facultas.

Ergo laborate in hoc nobiſcum cariſſimi decertare pariter Fratres; quia ſicut labor eſt multiplex in terris, ita nos merces copioſa manebit in cœlis. Nec dubium eſt, hunc juvenem plurimos habere nunc pro ſua potentia vel dominatu ſibi conſentientes: de quorum omnium profectò converſione ac ſalute omnes ſimul lætabimur, ſi horum Princeps, Dei gratiâ præveniente, communibus noſtris ſudoribus perfectiùs emendabitur. Præterea noverit Sanctitas veſtra jam memoratum ſublimiſſimum Regem veſtrum pro Theutgaudo & Gunthario ea, qua vos, nobis affectione ſcripſiſſe: cui ſola ſuper hoc brevi ſcripto reſpondimus, ſi pleniùs nôſſe placet, quæ de illis ſit penes nos fixa ſententia; induſtriam ejus ad hujus Epiſtolæ, quam Fraternitati veſtræ deſtinavimus, tenorem ſcrutandum direximus. Quamobrem agat Sanctimonia veſtra, ut ipſius piis ad legendum obtutibus cum debita reverentia, ſeu celeri diligentia deferatur.

Porro ſi aliqui fortaſſe ſunt, qui dicant liberam eſſe Waldradam, & ideo huc proficiſcendi ei non debeat imponi neceſſitas; noverint non eſſe liberam, quæ à peccato ſuperata, ipſius & ancilla addicta eſt, Petro dicente Apoſtolo: *A quo enim quis ſuperatur, ejus & ſervus addictus eſt:* & rurſus alibi: *Qui facit peccatum, ſervus eſt peccati.* A quo videlicet iſta nondum liberata, ejus profectò & adhuc ancilla credenda; ac per hoc noſtro eſt judicio ſpeciali purganda, cujus decreto iniquitas ejus agitari cœpit, & Chriſto propitio abolitionem percipere. Nam niſi illam nondum à crimine liberam eſſe ſciremus, nequaquam eam pro liberatione tam ſuâ, quàm fautorum ejus in Italiam venire quoquomodo faceremus, licèt eam per miniſtros ſuos poſtea, ne huc perveniret, ſatanas impedierit. Jam verò ſi juſſa noſtra vel ſanctiones impleverit, ideo ſe putat ancillam; ergo Hlotharius Rex ſervus dici debet, qui utcumque noſtra feciſſe mandata dinoſcitur: ergo iſta teneatur pro domina, quæ inobediens permanet: & dominetur Hlothario, qui utcumque noſtris ſtuduit obedire decretis: quod abſurdiſſimum eſt & omnino nefandum. Verùm ſi tantâ Rex Hlotharius intentione Waldradam voluiſſet mœcham ad nos mittere, ad ejus ſcilicet à nobis cauſam legitimè diffiniendam, quantâ voluit legitimam Theutbergam deſtinare conjugem ad falſa contra ſe extorta ſce-

lera

ſera profereoda, fortè jam nobis qualiſcuoque pax, vel reddita quies haberetur. Atque utinam ſic ſtudeat Waldradam ad nos mittere, quæ habet de ſcelere ſuo quod pandat, ſicuti geſtiebat Regioam Theotbergam, quæ uon quidem habebat qood de crimine panderet, ſed quod de violentia & jugi pœna illata ſibi multipliciter enarraret; & qoam injuſtis minis, ut cootra ſe falſum crimen coram nobis depromeret multifariè compellebat. Optamus Fraternitatem veſtram in Chriſto nooe & ſemper bene valere. Data pridie Kal. Novemb. Indictiooe I.

Pag. 215. *Ad privilegium Ludovici Balbi col. b. lin. 9. verb. Tam de hominibus Francis, quàm Eccleſiaſticis ſeu ſervientibus.*] *ſubjungatur ſequens Nota:* Per *Francos* hic intelliguntur homines *liberi*, qoibus oppoountur *ſervientes;* hoe enim ævo, nondum introductis manumiſſionibus, ioter *liberos* (quo titulo omnis generis Nobiles intelligebantur) & ſervos oulla erat conditio media. *Eccleſiaſtici* autem Nobilium jure quoad bona gaudebaut. Coofer Diſſertat. in ſæculum XI. §. VI.

Pag. 221. 223. 225. lineâ primâ ſeu in ipſo titulo colum. *CAROLUS CRASSUS REX*, lege *IMPERATOR.*

Pag. 240. *lin.* 25. poſt verb. *confirmantibus.* Add. Albericus Trium foutium Monachus *in Chron. ad an.* 923. *pag.* 258. ibi; *Cùm Trevirenſis Eccleſia cum ſuis Suffraganeis fuiſſet hucusque ſub Regibus Franciæ, mediante Epiſcopo Ruperto* (leg. Rutgero) *pertractata pace reddita eſt Regibus Alemanniæ. Unde Sigebertus* &c.

Pag. 247. *lin.* 9. pro *anno* 1034. lege *anno* 1047.

Pag. 248. §. *X. lin.* 17. poſt verba: *Et imprimis quidem.* inſeratur: Theoderici I. eruditionem probant Glorioſæ Dei Matris ſemper Virginis Laudes, edito ab eodem libro celebratæ. Narratio itemvitæ S. Ediltrudis, ſeu potiùs Luidtrudis, quam teſte Trithemio compoſuit. Poſt hunc & *reliqua.*

Ibid. lin. 21. poſt verb. *diſpoſuit.* addatur: Theodericus Scholaſticus, de quo *in fine* §. *ſeq.* in Hiſtoria ioventionis S. Celſi apud Bollandum *Tom. III. Febr. pag.* 399. *n.* 16. de Egberto ſermonem habens, *ejus*, loquit, *memoria, quamdiu hodie dicitur, ſemper eſt in benedictione habenda, quia piis ejus ſtudiis adſcribitur, quod ſuæ Eccleſiæ Clerus ſcientia ac religione nobilitatur.*

Pag. 259. *col. b. in Nota marginali*, loco Archiepiſcopi *Moguntini* lege *Saliſburgenſis.*

Pag. 267. *col. b. Not. b.* deleatur verbum *Cumbrarii.*

Pag. 270. *col. b. Not. c. in fin.* Adde Compoſitiouem inter Abbatem S. Maximini & Comitem Guntrannum, quam ad annum 1084. recenſemus, ibique *Not. c.*

Pag. 275. *Not. a. lin.* 3. poſt *concedit*, adde: In membranaceo codice monaſterii S. Maximini breves rerum geſtarum uotæ, ad oram laterculi Dionyſii exigui, à ſcriptore æquali aſperſæ, ità habent: DCCCCXXXI. ORDINATIO RUODPERTI EPISCOPI.

Pag. 313. *col. b.* ad verba: *ſicut & ante Ravennatem Archipræſulem ubi ubi geratur.*] addatur ſeqoens Nota e *. Antiqous ritus erat Crucis ante Romanos Pontifices ferendæ. Quemadmodum verò hooris causâ Præſules Romani olim conſoevere inſigoia & ornamenta quædam, ipſis & Romanæ Eccleſiæ propria, illoſtrioribus aliarum etiam Eccleſiarum Præſulibus elargiri; ità nonnullos Archiepiſcopos Crucis ante ſe præferendæ privilegiis decorârunt. In Italia Raveonates Metropolitæ hoc privilegio potiſſimùm dooti ſoot. Horum ad exemplum ſimile Trevirenſibus Benedictus PP. induiſit, Quamvis autem hodiedum de Ravennatium privilegio nulla per hæc Benedicti VII. tempora in ejusdem Eccleſiæ tabulis legantur; attamen antiquam conſuetudioem Crucis *usque ad tertium ab Urbe milliarium* ejusdem Archiepiſcopo præferendæ, Honorius III. anno 1224. confirmavit apud Ruberum

Hiſtor. Raven. Lib. VI. pag. 391. his verbis: *Porro conſuetudinem, quam in portando Crucem & tintinnabulo cum prædeceſſoribus tuis usque ad hæc tempora ſervaſti, videlicet, quod quocunque iveritis, excepta Urbe, & tribus milliaribus prope à loco ubi fuerit Romanus Pontifex, Crucem & tintinnabulum, ſine qualibet conditione, de Sedis Apoſtolica licentia deferatis .... auctoritate Apoſtolica confirmamus.* Ex quibus de qualitate & amplitudine privilegii Trevirenſis, ad imitationem Ravennatenſis dati, judicari poteſt.

Pag. 317. *Notæ (a) addatur in fine:* Browerus *Annal. Lib X. n.* 24. deceſſum Theoderici in anno 917. minùs rectè deſigit. Maluimus cum Trithemio *Chron. Hirſaugien. ad an. DCCCCLXXV.* hunc ipſum annum 975. ejus vitæ poſtremum ſtatuere, perſuaſi, inter alia, donatione Egberti ſucceſſoris, quam anno 979. exhibemus, data anno Epiſcopatûs ejus quinto. Diem obitûs Theoderici definiunt Faſti Maximiniani hac ratione: NON. JUN. Θ THEODERICUS TREV. ARCHIEPS. Locum deceſsûs & ſepulturæ ità referunt Geſta Trevir. *Cap. XLIV. Moguntiæ defunctus ſepultus eſt in baſilica ſancti Gangulfi Martyris, quam ipſe de proprio ſuo conſtruxit, ac XII. fratribus ibidem Domino famulantibus neceſſaria vitæ inſtituit.* Confer Serarium *Rerum Mogunt. Lib. IV. ſub Ruperto* §. 2. Johannis *Rer. Mogunt. Tom. II. pag.* 711.

Pag. 343. *circa medium, ubi de quatuor prædiorum claſſibus agitur, poſt verba:* quæ hodie eſt, enata. *ſubjungatur:* Præter hos nemini quidquam proprium; populus enim ſervilis conditionis erat, ſolis civibus magnarum Urbium (in quibus Trevirim præcipuè numeramus) exceptis. Etenim undecimo demum ſæculo & ſequentibus, his in partibus, illimitatæ ſervituti rusticæ gentis, ruri degentis, renuntiatum eſt; neque id unâ vice, aut uno modo: ſcilicet determinatâ onerum ratione manumiſſis impoſitâ.

Pag. 344. *lin.* 6. *poſt verbum:* audit. *Adde:* Theodericus Monachus, qui ab anno 980. ſcholæ S. Matthjæ præfuit, in Hiſtoria inventionis S. Celſi apud Bollandum *Tom. III. Febr. p.* 398. *ſeq. n.* 16. *Non multò pòſt* (ſcilicet circa annum 979.) *corrogata eſt imperiali edicto ſolemnis ſynodus quàm plurium Epiſcoporum atque Abbatum, Patrum videlicet Belgicæ, apud regale palatium, quod Engilenheim vocitatur ...... cui neceſſariò interfuit Treverica Eccleſiæ Metropolitanus benemeritus Egbertus .... qui inter omnes Primatum tenuit.*

Pag. 345. *lin.* 24. poſt *Beda* ponatur * & in margine; * *Hiſt. Angl. Lib. I. Cap.* 21.

Pag. 359. *Not. b. deleantur poſtremæ quatuor lineæ bujus Notæ, & earum loco ponatur:* Quam rationem ſi in 6656. manſos, Maximinianis ademptos, ſubducamus, jugera 425984. efficiemus, vix credibilem terrarum quantitatem. Sed nec illud ſolum eſt, quod diplomatis fidem difficilem reddat. Suſpicionem auget, quod ſub finem cartæ de appellatione ad ſedem Romanam additur, cui Monaſterium tempore Conſtantini M. immediatè ſubjectum gratis prætendunt.

Pag. 364. *Not. (d) lin. ult.* pro *Speichbild*, lege *Weichbild.*

Pag. 369. *ad Notam (b)* Effeſtucationis modum & effectum diſtinctiùs notatum legi in Inſtrumento donationis Eccleſiæ de Deudesfelt ad prænobile monaſterium S. Thomæ ad Gelhim de 27. Junii an. 1185. quod mihi nuper in manus incidit, hoc tenore: *Notum impoſterum volumus præſentibus & futuris cunctis fidelibus, quod Ludovicus miles quidam de Deudesfelt & uxor ſua Ida totam ſuam terram, quam babebant in loco, qui dicitur Irrensburrc, Eccleſiæ B. Thomæ absque omni contradictione contulerunt, filiis & filiabus & omnibus bæredibus conſentientibus; & calamum projiciendo, ut mos eſt, in populo, ſe in eadem terra quidquam juris ulterius babituros omnimodo reſpuerunt* &c.

Pag. 384. *Not. (d) lin.* 5. anno 1080. *lege* anno 1084.

Pag. 400. *col. b. lin.* 10. bavarii, *lege* bovarii,

Pag. 407. *Diplom. CCLXII. Col. b. lin.* 7. pro *quam novem* .... *diurnales dicunt.* lege: *quaſi novem, quos diurnales dicunt.*

Pag. 412. *Not.* (*a*) *in fine:* Adde Haglographos Antverpienſes ad diem 1. Junii.

Pag. 431. *in rubrica Diplomatis* pro *Regis* lege *Imperatoris.*

Pag. 442. *Not.* (*f*) *lin.* 2. *quorum,* lege *quocum.*

Pag. 444. *col. b. in margine* legendum *vid. Not. b.*

Pag. 466. *in fine* §. *I. addatur:* Quamdiu penes populum & Clerum ſimul erat eligendi poteſtas, vix certa & canonica ſervabatur electionis forma. Apparet id præcipuè ex Epiſtola Cleri Trevirenſis de electione Alberonis, quam ad annum 1131. exhibemus. Potiùs per tractatus inter ſæculares ex una, & Clericos ex altera parte negotium finiebatur; contentionibus autem ſubortis, vel ſchiſmate enato, provocabatur pro negotii finitione tum ad Imperatorem, tum ad Rom. Pontificem, maximè tamen ad hunc: idque non hoc ſolùm ſæculo, ſed jam uno alteróve præcedente. Vid. Diſſert. *in ſæcul. IX.* §. 6. Inde Sigefridus Moguntinus Archiep. in Epiſt. ad Alexandrum PP. II. quam anno 1066. proferimus, in cauſa Cunonis deſignati Archiepiſcopi Trevirenſis: *ſacris Canonum decretis,* inquit, *ſancitum eſt, ut ſicubi Epiſcopus ordinetur, qui vitâ & moribus à tanta diſcrepet dignitate, vel qui ad tantum aſcendat apicem ſubreptione, non electione, ei audientiam non negari, ſed hoc tamen propter* (præter) *ſententiam Romani Pontificis non debere fieri. In qua re ſi ſe Clerus vel populus cujuslibet civitatis ſingulari potentia viderit prægravari, ad ſacram Sedis defenſionem habeat confugium, cui præcipiente Domino delegatus eſt Primatus omnium Eccleſiarum.*

Pag. 469. *lin.* 10. pro *Humabe* legendum *Limache.*

Pag. 473. *lin.* 11. *poſt citationem Broweri add.* Confer etiam Notam noſtram ad Bullam Innocentii PP. II. de 6. Maji 1140.

Pag. 503. *Notæ* (*a*) *addatur:* Hanc Epiſtolam non primogenilis ſuis literis, ſed ad Broweri ſtylum accommodatam ab eodem hic edi, facilè eſt ad dignoſcendum. Quod & de Literis Calixti PP. an. 1120., nec non Epiſtola Wilhelmi Comitis Luxemburgenſis an. 1122. monitum cupimus.

Pag. 533. *col. b. lin.* 10. pro *Luxemburch,* lege *Lurenburg.*

Pag. 547. *col. a.* ad verba: *Illud juris, quod cariſſimus filius noſter Conradus Rom. Rex ſive anteceſſores ejus in Abbatia S. Maximini habuiſſe noſcuntur.*] ſubdatur ſequens NOTA. Hinc apparet, totum illud, quod ſub Alberone, & ejus ſucceſſore Hillino, de Abbatia S. Maximini actum eſt, ad temporalem, non autem ad eccleſiaſticam ſuperioritatem pertinere, háncque Archiepiſcopo ab Imperatore fuiſſe attributam, eidémque à Romano Pontifice confirmatam. Conf. notata ad Bullam Innocentianam de 6. Maji h. an.

Pag. 557. *Not.* (*a*) *col. b. lin.* 5. pro *anno* 152. lege 1152.

Pag. 600. *Not.* (*d*) *lin.* 8. pro *Moguntino* legendum *Moguntinâ.*

Pag. 621. Carta Joannis Archiepiſcopi de non exſtruendo caſtro infra Advocatiam de Berncaſtel ſeriùs recenſenda venit, ſcilicet ad annum 1198. vel 1199.

Eodem Diplom. CCCCXXXIV. lin. 9. *col. a.* ad verba: *Nobilem virum Folmarum Comitem de Caſtelle*] addatur ſequens NOTA: Haud rarò in hujus ævi monumentis occurrunt Comites & Comitatus de *Caſtelle* ſeu *Caſtris.* Fuiſſe hunc Comitatum hodiernum dominium de Blies-Caſtel (nunc à Comitibus de Petra poſſeſſum, & feudali titulo ab Electoratu Trevirenſi recognitum) ſolidis argumentis evincit Calmet *Hiſtor. Lothar. ſecundæ edit. Tom. II. inter Diſſertationes prævias pag. XXIII. ſeqq.* Ubi inſimul poſſeſſores hujus Comitatûs ab anno 960. ad annum 1478. recenſet. Quibus adde Cartam noſtram de 3. Maji 1356.

Pag. 632. §. *II. lin.* 8. pro *Caroli M.* lege *Caroli IV.*

Pag. 640. Viris literatis Trevirenſibus addatur: Abſalon è S. Victoris Canonia Pariſienſi ad Springirsbacenſis Abbatiæ regimen anno 1215. evocatus, qui eloquentiæ ſacræ monumenta ſanè egregia reliquit in quinquaginta Sermonibus per ſolemnia anni tempora diſtributis, quorum inſigne ſpecimen videri datur in Broweri *Annal. Trev. Lib. XV. n.* 105. Item Adelbertus Andernacenſis Abbas Medioiaci, anno 1242. electus, qui *Vitam S. Lutwini Archiepiſcopi Trevirenſis* edidit; de quo Hartzhemius *in Biblioth. Colonien. pag.* 6. Porro Henricus de Colonia, primus circa annum 1265. Carmeli Trevirenſis Prior, Ss. Theologiæ Profeſſor, ac ſubinde utriúsque Alemanniæ Provincialis, demum Epiſcopus Rhedeſtonenſis; cujus potiſſimùm induſtriâ prima Treverici Carmeli fundamenta jacta ſunt, ſe ſéque non infelicibus principiis extulere. Vivit hujus viri memoria in catalogo Scriptorum illuſtrium Ordinis Carmeli ab Auberto Myræo vulgato.

Pag. 720. *Decretis Concilii provincialis Trevirenſis ſequens præponatur NOTA:* Ex hujus Concilii ſtatutis facilè dignoſcitur perverſitas morum ejus ævi, quo omnia ſordebant raptoribus, incendiariis, uſurariis, falſariis, aliisque enormium exceſſuum reis; quibus diſſoluta Clericorum vita ſuffragabatur. Adversùs hæc omnia Antiſtites Trevirenſis provinciæ ſpiritualem gladium ſtringebant, maximè contra Eccleſiaſticorum bonorum invaſores. Pro hujus executione Clerus major Trevirenſis equidem anno 1242. providam unionem pactus fuit, quam ad eundem annum edimus. Erat in hac aliquid repaguli adversùs ingruentem malitiam, ſed debiliorum ferè ſolùm; potentiorum enim violentiæ armis obſiſti oportebat. Hinc tot deinceps conquiſita vaſaliagia, & arces undique Caſtrenſibus viris munitæ.

Pag. 751. & 752. Executio mandati Apoſtolici per Abbatem S. Martini & Joannem Cantorem N. DXXI. præponenda eſt mandato Urbani Pontificis, quod N. DXX. locatum cernitur.

Pag. 765. *ad Notam (a) in literas Confluentinorum adde:* Colitur B. Riza die XXX. Auguſti, ad quam nonnulla ejus miracula aliáque referunt Antverpienſes Hagiographi; ſed his certiora ſunt, quæ hìc edimus.

Pag. 791. Data literarum Apoſtolicarum, quæ in margine tribuitur anno 1271. referatur ad annum 1272. Proinde eædem literæ poſtponantur Pactis dotalibus Robini de Coverna, quæ proximè ſequuntur.

Pag. 800. *in Inſtituto Monialium de Engelport col. a. lin.* 21. pro *Wietenbergh* lege *Wiltenbergh.*

Pag. 818. *col. b. in Nota lin.* 1. loco *mere oblato*, lege: *ex libera conventione oblato.*

S E-

SERIES
ARCHIEPISCOPORUM
TREVIRENSIUM
ET
DIPLOMATUM
HOC VOLUMINE CONTENTORUM.

EUCHARIUS

Primus Trevirorum Paſtor. Vid. Diſſert. præced. nec non Hiſtor. noſtram Diplom. *pag.* 10.*b. pag.* 29. *a. pag.* 31.*a.*

Quo ſæculo ipſe & bini ejus ſucceſſores floruerint, cit. Diſſertatione disquiſitum eſt.

Colitur inter Sanctos VIII. Decembris. Uſuardini Martyrologii Auctaria apud Sollerium in *Act. Ss. Antverpien. Tom. VII. Junii p.* 729.

VALERIUS.

Ejus feſtum celebratur XXIX. Jannarii. Martyrologia Hieronymi, Rabani, Wandelberti, Adonis & Uſuardi. Vid. Diſſert. præced. §. *II.*

MATERNUS.

Feſta ejus dies agitur XIV. Septembris. Auctaria Martyrologii Uſuardini apud Sollerium *l. cit. p.* 534.

Conjunctas Eucharii, Valerii & Materni *Vitas* ſæculo X. ſcripſit Eberhardus Monachus S. Matthiæ. Sæculo ſequenti Goiſcherus, ejusdem Aſceterii ſcholaſticus, de *Laudibus* eorundem Sanctorum tres libros compoſuit. Utrum horum operum Bollandus ad XXIX. Januarii ediderit, examinamus Diſſertatione *de Scriptoribus Hiſtoriæ Trevirenſis*, quam Operis noſtri Tomo III. inſerimus. *§. III.*

AUSPICIUS.
CELSUS.
FELIX.
MANSUETUS.
CLEMENS.
MOYSES.
MARTINUS.
ANASTASIUS.
ANDREAS.
RUSTICUS.
AUCTOR.
MAURITIUS.
FORTUNATUS.
CASSIANUS.
MARCUS.
NAVITUS.
MARCELLUS.
METROPOLUS.
SEVERINUS.
FLORENTIUS.
MARTINUS.
MAXIMINUS.
VALENTINUS.

Ex his XXIII. vel (ſi cum nonnullis MSS. Codicibus Geſtorum Treviren. Florentium omittimus) XXII. Epiſcoporum nominibus, octo poſtrema aliunde accerſita, contendit Henſchenius in *Exegeſi de Epiſcopatu Tungrenſi Tom. VII. Act. Ss. menſis Maji n.* 3. *&* 6. quibus Manſuetum & Clementem adjungunt Henſchenii in Hagiographia ſucceſſores *Tom. I. Septemb. pag.* 634. *ſeq.* Omnia ſæculo X. in Indicibus Trevirenſium Præſulum deſiderata ignorataque fuiſſe, nos probamus Diſſert. de *Æra fundatæ Eccleſiæ Treviren.* §. *V.*

AGRITIUS.

Præfuit Trevirenſi Eccleſiæ ab anno 313.

Subſcripſit, quà Trevirorum Epiſcopus, Concilio Areiatenſi anno 314. Vid. *pag.* 17. *b.*

Obiit 13. Jan. an. 332. Bollandus *ad diem XXIX. Maji pag.* 23. *Lit. c.*

Colitur in die obitûs. Martyrologia Rabani & aliorum apud Sollerium *pag.* 30.

Vitam, ſeriùs ſcriptam, edidit Bollandus ad XIII. Januarii, quam carpunt Bollandi ſucceſſores *XXXI. Auguſti pag.* 668. *Lit. ſ.* & Tillemont *Monum. Eccleſ. Tom. VI. P. I. p.* 79. *edit. Bruxel.*

MAXIMINUS.

Aſſumptus ad ſedem Trevirenſem 13. Auguſti an. 332. Vid. Tillemont *Monum. Eccleſ. Tom. VII. p.* 1243.

Interfuit Concilio Sardicenſi an. 347. Harduini *Collect. Concil. Tom. I. p.* 670. *Lit. b.*

Deceſſit 12. Septemb. an. 349. Bollandus *XXIX. Maji pag.* 20. *Lit. ſ. pag.* 22. *Lit. a. pag.* 23. *Lit. c.*

Colitur XXIX. Maji. Martyrologia parvum Romanum, Bedæ, Rabani, Flori, Uſuardi &c.

Vitam anno 839. adornavit Lupus, ſeu Ferrarienſis Abbas, ſeu Epiſcopus Catalaunenſis; de quo diſputatur. Hanc Surius edidit ad 29. Maji. Antiquiorem, ſæculi VIII., eodem die Antverpienſes evulgârunt, uti & Miracula S. Maximini, quæ Sigehardus anno 963. compilavit. Certiora his leguntur apud Baronium *Annal. Eccleſ. Tom. III. ad ann.* 336. 346. 347. Tillemontium *cit. Tom. VII. p.* 432. *ſeqq. p.* 1241. *ſeqq.* Bailletum & alios.

PAULINUS.

Electus anno 349. Tillemont. *cit. Tom. VII. p.* 1243. *ſeq.*

A Conciliabulo Arelatenſi anno 353. in exilium miſſus. S. Athanaſius *Epiſt. ad Monachos de Hiſt. Arianorum n.* 76. Antverpienſes *Tom. VI. Aug. pag.* 671.

Ad meliorem vitam abiit an. 358. Antverpien. *ibid.*

Colitur XXXI. Auguſti. Martyrologia Hieronymi, Wandelberti, Rabani, Adonis, Uſuardi &c.

Vitam ex anonymo ſcriptore, ſæculi circiter X., Antverpienſes ediderunt *cit. Tom. VI. p.* 676. *ſeqq.* Sed præſtat de S. Paulini actis ſcrutari Athanaſium, Hilarium, Hieronymum, Sulpitium Severum, & ex recentioribus Joannem Pinium in *Commentario prævio cit. Tom. VI. Auguſti p.* 668. *ſeqq.*

BONOSIUS.

Electus anno 358.

Decedit circa annum 373. die XVII. Febr.

Eodem die inter Sanctos colitur. Uſuardi Martyrologia aucta apud Sollerium *pag.* 109. Hagiographi Antverpienſes *Tom. II. Febr. p.* 11.

BRITO.

Præfuit ab anno circiter 373. usque 386.

Sedit in Concilio Valentino anno 374. Labbei *Collect. Concil. Tom. II p.* 1807.

Nec non in Romano an. 382. Tillemont *Monum. Eccleſ. Tom. X. P. I. p.* 248.

Colitur V. Maji. Martyrologia Uſuardina apud Sollerium *p.* 255. *ſeq.*

FELIX.

Archiepiſcopus ordinatur in Trevirenſi ſynodo an. 386. Sulpitius Severus *Dial. XVI. pag.* 562.

Relicto Epiſcopatu anno 398. in monaſterium, quod nunc S. Paulini Collegium eſt, ſe abdit.

Vitam

Vitam peregit circa annum 400.
Colitur XXVI. Martii, quo die ad cœlites abiiſſe creditur. Henſchenius *in Actis SS. Martii Tom. III. p.* 621. *Lit. c. f.* & Martyrologia ibi relata.
Ejus acta, poſt ſæculum X. ſcripta, edidere Antverpienſes ad diem 26. Martii. At curatiora memorat Tillemont *Tom. VIII. p.* 852. *ſeqq.*

MAURITIUS.*

Electus anno 398.

		Pag.
Anni 418.	*I. Conſtitutio Honorii & Theodoſii AA. qua præfectura Prætorii Galliarum Treviri Arelatem transfertur.*	15.

LEONTIUS.

Colitur XIX. Febr. Martyrologia Uſuardi apud Sollerium *pag.* 112. Antverpienſes *Tom. III. Febr. p.* 131.

AUTOR.

Deſideratur in Catalogo S. Gisleni, quem in Differt. de *Æra fundata Eccleſiæ Treviren.* §. *V.* edimus.
Vitâ exceſſiſſe dicitur circa annum 446. Acta Ss. Antverpien. *Tom. IV. Auguſti pag.* 41. *Lit. a. b.*
Vitam ejus apocrypham, & varia Translationis acta, edunt Hagiographi Antverpienſes *cit. Tom. IV. pag.* 39. *ſeqq.*

SEVERUS.

Præfuit anno 447. Antverpienſes *Tom. III. Julii pag.* 197.
Inter Sanctos honoratur XV. Octobris. Martyrologia aucta Uſuardina apud Sollerium *p.* 602. *ſeq.*

CYRILLUS.

Deceſſit circa annum 458. Antverpienſes *Tom. IV. Maji p.* 331. *Lit. b.*
Colitur inter Beatos XIX. Maji. Martyrologia Uſuardina apud Sollerium *p.* 283. & alia ab Antverpienſibus relata *cit. pag.* 331.

JAMBLICHUS.

In Catalogo S. Gisleni JAMNECIUS; in Geſtis Trevirorum JAMNERICUS; apud alios JAMNERIUS, quod ex *Januario* detortum, ſuſpicatur Sirmondus *Oper. Tom. IV. pag.* 512. *edit. Venet.*
Sedit circa annum 475. Vid. Hiſtor. noſtram Diplomat. *pag.* 20. *a, b.*

		Pag.
467.	*II. Privilegium Silveſtri Papæ de Primatu Trevirenſis Eccleſiæ, quod Voluſianus Archiepiſcopus reſcribi juſſit.* **	17.
470.	*III. Epiſtola Apollinaris Sidonii ad Arbogaſtem Comitem Trevirorum.*	18.
475.	*IV. Auſpicii Ep. Tullenſis epiſtola ad eundem Arbogaſtem.*	19.

EVEMERUS.

In Catalogis EMERUS,
MARUS.

Colitur XXVI. Januarii. Martyrologia relata ab Antverpienſibus *Tom. II. Jan. p.* 730. De

* Hunc & ſequentes Præſules antiquiſſimi Catalogi (à quibus rariùs, & non niſi gravibus argumentis permoti, recedimus) uti & Geſta Archiep. Trevirenſium eo, quo collocamus, ordine edunt, paucis exceptis, quos ſingulariter notamus. Brovverus ſingulis certos annos aſſignat, ſed planè incertis ad medium usque ſæculum X. conjecturis. Nos usque ad MODOALDUM, fide veterum monumentorum haud rarò deſtituti, maluimus annos ordinationis & obitûs nonnunquam omittere, quàm conjectando nos aliósque in errorem inducere.

** Ut aliquem prætenſo diplomati Silveſtrino, ſub Voluſiano reſcripto, annum datemus, retinuimus eum, quem Brovverus & Maſenius, hujus privilegii aſſertores, aſſignant, non quaſi credamus, eo anno Voluſianum ſediſſe, cùm potiùs perſuaſum nobis ſit, Jamblichum præfuiſſe anno 467.

Anni | Pag.

De miraculis ejus aliqua è MS. Abbatiæ S. Maximini, non admodum vetuſto, ediderunt Antverpienſes *cit. pag.* 730. *ſeq.*

VOLUSIANUS.

Hoc loco in omnibus Catalogis apparet. Conf. Hiſt. noſtram Diplom. *pag.* 17.

MILETUS.

Colitur XIX. Septemb. Martyrologia Uſuardi aucta apud Sollerium *pag.* 545.

MODESTUS.

Præfuit circa annum 486. Vid. Antverpien. *Tom. III. Febr. pag.* 464.
Solemnis ejus memoria fit XXIV. Febr. Antverpienſes *l. cit. p.* 463.

MAXIMIANUS.

FIBICIUS.

Cathedram Trevirenſem tenuit circa annum 511. Vid. Diſſert. noſtram *de Scriptor. Hiſt. Treviren.* §. *XLIV.*
Coliur V. Novemb. Martyrologia apud Sollerium *pag.* 653.

RUSTICUS.

Hoc loco recenſendus; quanquam in Catalogis Aprunculum inter & Nicetium ponatur. Vid. Hiſt. noſtram Diplom. *pag.* 52. & Diſſert. *de Scriptor. Hiſtor. Trevirenſis* §. *XIII.*
Colitur XIV. Octob. Martyrologia apud Sollerium *pag.* 600.

APRUNCULUS.

Immediatus Nicetii anteceſſor. Gregorius Turonen. in *Vit. Patr. Cap. VI.* & Geſta Trevirorum *Cap. XXXVII.*
Deceſſit anno 527.
Inter Beatos honoratur XXII. Aprilis. Martyrologia Sollerii *pag.* 227.

NICETIUS.

Electus anno 527. juxta calculum Caroli le Cointe *Annal. Eccleſ. Franc. Tom. I. h. an.*
Intervenit Concilio Averneſi I. anno 535. Harduinus *Collect. Concil. Tom. II. p.* 1183. *Lit. c.*
Tullenſi anno 540. Hiſt. noſtra Diplom. *pag.* 38. *a. b.*
Aurelianenſi an. 544. Sirmondi *Concil. Gall. Tom. I. p.* 284.
Arvernenſi II. paulo pòſt habito. Sirmondus *ibid. p.* 291.
Pariſienſi II. anno 555. Harduinus *Tom. III. p.* 336. *Lit. a.*
Migravit à ſæculo 5. Decemb. an. 566. Mabillon. *Annal. Ord. S. Benedicti Tom. I. p.* 194. *in Not.*
Feſta ejus dies agitur I. Octobris. Martyrologia recentiora Uſuardina apud Sollerium *p.* 571.
Vitam ſcripſit Gregorius Turonenſis in *Vitis Patrum Cap. XVII.* & de *Gloria Confeſſ. Cap. XCIV.*

544. *V. Epiſtola Floriani Abbatis ad Nicetium Archiep. Trevirenſem.* . 35.
549. *VI. Rufi epiſtola ad Nicetium.* . . . 37.
550. *VII. Mappini Remenſis Ep. epiſtola ad Nicetium.* . . 38.
561. *VIII. Incerti epiſtola gratulatoria ad Nicetium ab exilio reducem.* . 40.
562. *IX. Venantii Fortunati poëma de Nicetio Archiep.* . 41.
Eod. *X. Ven.* Fortunati *iter Moſellanum Metis Andernacum.* . . 42.
563. *XI. Ejusdem carmen de caſtello Nicetii ad Moſellam.* . . 45.
Eod. *XII. Epiſtola Nicetii ad Juſtinianum Imp. qua eum ab hæreſi reducere ſtudet.* . . . . 47.
565. *XIII. Nicetii epiſtola ad Clodoſuindam, ut Alboinum maritum ad orthodoxam fidem permoveat.* . . 49.

MAGNE-

Anni

MAGNERICUS.

Præfuit circa annum 573. Vid. noſtra *pag.* 52.
Obiit circa annum 596. Antverpienſes *Tom. VI. Julii pag.* 178. *n.* 59.
Colitur XXV. Julii. Martyrologia apud Sollerium *pag.* 425.
Vitam compoſuit ſæculo XI. Eberwinus Abbas S. Martini, quam Antverpienſes ediderunt.

573. *XIV. Venantii Fortunati poëma de Magnerico Archiep.* - 52.

GUNDERICUS.

Aliàs GANGERICUS, diverſus à *Gaugerico*, Magnerici diſcipulo, pòſt Epiſcopo Cameracenſi. Vid. Hagiograph. Antverpien. *XI. Auguſti pag.* 671. *n.* 28. 29.

SEBAUDUS.

Juxta Calendarium S. Simeonis ſæculi XI. inter Divos honoratur XXVI. Novemb.
Eum Vita S. Modoaldi, quam Browerus ſequitur, Severino poſtponit. Horum alteruter in Catalogo S. Gisleni deſideratur.

SEVERINUS.

De Vita ejus apocrypha agimus Differt. *de Scriptoribus Hiſtoriæ Treviren. §. XIV.*

MODOALDUS.

*** Præfuit ab anno 612. ad annum 640. Vid. Hiſt. noſtr. Diplom. p. 75. *a. b.*
Intervenit Concilio Remenſi anni 625. vel 630. Harduinus *Tom. III. p.* 571. *Lit. d.*
Colitur XII. Maji. Martyrologia apud Sollerium *pag.* 270. & Henſchenium *Tom. III. Maji p.* 50.
Vitam, à Stephano Abbate S. Jacobi Leodien. ſæculo XII. conſcriptam, publicârunt Surius & Antverpienſes.

630. *XV. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis epiſtola ad Modoaldum Archiep. Trev.* 75.
633. *XVI. Dagobertus I. R. bona & poſſeſſiones Trevirenſis Eccleſiæ firmat.* 76.
Eod. 4. April. *XVII. Ejusdem Dagoberti decretum & donatio favore monaſterii S. Maximini.* - - - 78.

NUMERIANUS.

Sedit ab anno 640. usque 666. Vide noſtra *pag.* 82. *b.*
Colitur V. Julii. Martyrologia Uſuardina apud Sollerium *p.* 383.

644. *XVIII. Fundatio monaſterii Caſeguidinenſis per Sigebertum III. Regem.* 80.
653. *XIX. Sigebertus III. R. poſſeſſiones Trevirenſis Eccleſiæ ab improborum injuriis vindicat.* - - - - 81.
664. *XX. Privilegium Numeriani Archiep. pro monaſterio S. Deodati ad Vogaſum.* - - - 82.

HILDULFUS.

Hoc loco collocandus. Vid. noſtra *p.* 84.
Electus anno 666.
Abdicato Archiepiſcopatu anno 671. in ſolitudinem montis Vogaſi ſeceſſit. Belhommeus *Commentario prævio in Acta S. Hildulfi §. IV. n.* 54.
Obiit anno 707. Colli-

*** Browerus, ſicut in plerisque præcedentibus, annos Epiſcopatûs nudâ ferè conjecturâ determinavit, ità in multis ſequentibus, genuinis documentis deſtitutus, à veris annis aberravit. Nos ejus Chronologiam à MODOALDO vix non ad POPPONEM usque, adeoque per quatuor pene ſæcula, ex ſinceris monumentis emendamus.

Anni — Pag.

Colitur X. Julii. Martyrologia apud Sollerium *p.* 395.
Vitam, circa annum 964. ex antiquiori compoſitam, ediderunt Antverpienſes *Tom. III. Julii pag.* 221. *ſeqq.* cui binas alias recentiores addunt, unà cum erudito Commentario prævio Belhommei Abbatis. Conf. Diſſert. de Scriptoribus Hiſtor. Treviren. §. *XVII.*

670. *XXI. Privilegium, quod monaſterio S. Deodati in Vogaſo conceſſit Hildulfus Archiep. Trevirenſis.* . . . 84.

BASINUS.

Electus anno 671.
Dimiſſo Archiepiſcopatu anno 695. ad cœnobium D. Maximini redit. Vid. noſtra *pag.* 86. & 90.
Feſtum ejus agitur IV. Martii. Martyrologia apud Sollerium *p.* 138.
Vitam ſæculo XI. ſcripſit Nizo Abbas Mediolacenſis, ab Antverpienſibus publicatam. Adde Diſſert. noſtram de Scriptoribus Hiſtor. Treviren. §. *XVIII.*

675. 24. Aug. *XXII. Diploma Dagoberti II. Regis conceſſum monaſterio S. Irminæ in Horreo.* . . . 86.
690. 1. Apr. *XXIII.* **** *Teſtamentum Adelæ filiæ Dagoberti II. R. favore monaſterii Palatiolenſis.* . . . 88.

LEOTWINUS.

Aſſumptus anno 695. Vid. *pag.* 90. *b.*
Deceſſit anno 713. *pag.* 108. *a.*
Colitur XXIX. Decembris. Martyrologia apud Sollerium *pag.* 565. *ſeq.*
Geſta deſcripſit prælaudatus Nizo Abbas, hactenus inedita. Antverpienſes *Tom. I. Martii pag.* 319. *n.* 19.

698. 3. Nov. *XXIV. Donatio S. Irminæ facta S. Willibrordo de medietate Epternaci & baſilicis ibidem.* . . . 90.
1. Dec. *XXV. Teſtamentum S. Irminæ favore monaſterii Epternacenſis.* . 92.
699. 1. Julii. *XXVI. Irmina Epternacenſi monaſterio villam Montem largitur.* 93.
704. 23. April. *XXVII. Hedeni Ducis donatio facta monaſterio Epternacenſi.* . 99.
8. Maji. *XXVIII. Irmina Epternacenſibus concedit quidquid poſſidet in villa Stancheim.* . . . 101.
2. Oct. *XXIX. Carta Æginbaldi favore Epternacenſium.* . . 102.
706. 13. Maji. *XXX. Carta Pipini Ducis Auſtraſiæ favore ejusdem monaſterii.* 103.
Eod. *XXXI. Pipinus Epternacenſis monaſterii fundationem confirmat &c.* 104.
709. 21. Maji. *XXXII. Ægelbertus S. Willibrordo tribuit quidquid apud Alſheim poſſidet.* . . . 105.
710. 29. Julii. *XXXIII. Bertilindis S. Willibrordo inſignem donationem facit.* 106.
711. 25. Oct. *XXXIV. Ansbaldus S. Willibrordo quædam prædia largitur.* . 107.
712. 4. Mart. *XXXV. Ægelbertus, quidquid in Ebresloch poſſidet, S. Willibrordo donat.* 108.

MILO.

Trevirenſem cathedram anno 713. occupat. Nos *pag.* 108. *a. b.*
Moritur anno 753. *pag.* 121. *a.*

714. 5. Mart. *XXXVI. Pipinus Dux monaſterium de Sweſtra Epternacenſibus tradit.* 109.

XXXVII.

**** Hoc Teſtamentum Heuſchenius *II. de Tribus Dagobertis Cap.* 14. Mabillonius *in Actis SS. Ord. S. Benedicti Sæc. III. P. I. pag.* 499. *edit. Venet.* & alii ad annum 732. referunt, datum cartæ, quod eſt: *anno Theoderici Regis duodecimo*, de Theoderico IV. capientes. Qui econtra illud de Theoderico III. intelligunt (uti videtur Eckhart *Rerum Francic. Lib. XV.* §. 11. juncto ejusdem Libri §. 4.) annum 690. nobiſcum ſervant.

Anni Pag.

716. XXXVII. *Arnulphus Dux eisdem donat, quidquid habet in villa Bolana.* 110.

18. Apr. XXXVIII. *Hedeni Ducis ulterior donatio facta monaſterio Epternacenſi.* 111.

720. 13. Jun. XXXIX. *Prima dos monaſterii Prumienſis per Bertradam.* - 112.

716. 20. Oct. XL. *Donatio facta monaſterio Epternacenſi per Robingum.* - 114.

Eod. XLI. *Teſtamentum S. Willibrordi favore monaſterii Epternacenſis.* 115.

729. .. Jan. XLII. *Gregorius II. PP. monaſterio S. Maximini cavet de immunitate, & ejus Abbati, per monachos eligendo, dat uſum Mitræ, Dalmaticæ & Sandaliorum.* - - - 117.

750. 1. Maji. XLIII. *Donatio Pipini Regis facta Epternacenſibus.* - - 119.

WIOMADUS.

Electus anno 753. *pag.* 121. *a.*
***** Deceſſit 8. Novemb. an. 791.
Colitur in die obitûs. Martyrolog. apud Sollerium *pag.* 661.

761. 17. Jun. XLIV. *Pipinus R. Wiomado & Eccleſiæ Trevirenſi confirmat Eccleſias S. Maximini, Paulini, Eucharii, ad Horreum, S. Martini &c.* 120.

762. 13. Aug. XLV. *Teſtamentum S. Salvatoris, quod Pipinus R. Abbatiæ Prumienſi fieri fecit.* - - - 122.

761. 3. Aug. XLVI. *Immunitas Abbatiæ Prumienſi per Pipinum Regem conceſſa.* 126.

764. 14. Febr. XLVII. *Egidius, vir illuſter, dum habitum regularem Prumiæ induit, inſignem eidem monaſterio donationem facit.* - - 127.

765. .. Jan. XLVIII. *Pipinus R. monaſterium S. Maximini in ſpecialem ſuam protectionem recipit.* - - - 129.

770. .. Maji. XLIX. *Karolomannus monaſterio Prumienſi juſtitiam reddit de loco Benutfeld.* - - - 130.

771. 6. Sept. L. *Contractus precariæ inter Sigefridum & Aſuerum Abbatem Prumienſem.* - - - 131.

773. 1. Sept. LI. *Caroli M. præceptum favore Wiomadi Archiepiſcopi & Eccleſiæ Trevirenſis.* - - - 132.

775. .. Nov. LII. *Immunitas monaſterio Prumienſi à Carolo M. conceſſa.* 134.

Eod. LIII. *Ulterius privilegium Caroli M. pro monaſterio Prumienſi.* 136.

776. 18. Aug. LIV. *Villa Caciaco in pago Andegavenſi Prumienſibus acquiritur.* 137.

779. LV. *Carolus M. monachos S. Maximini in ſuam defenſionem recipit, & eis liberam Abbatis electionem tribuit.* - - 139.

786. LVI. *Wichertus ab Aſuero Abbate Prumienſi nonnullas villas in pago Wabrinſe precariò accipit.* - - 141.

790. LVII. *Carolus M. varia prædia Prumienſibus donat.* - - 142.

RICHBODUS.

Electus anno 791.
Defunctus 1. Octob. an. 804. Vid. *pag.* 155. *a. b.*

792. LVIII. *Alcuini epiſtola ad Richbodum Trevirenſem Archiepiſcopum.* 138.

LIX. *Alia ejusdem epiſtola ad eundem.* - - 141.

LX.

***** Equidem Wiomadi obitûm cum Mabillonio in annum 776. conſignavimus *pag.* 136. *b.* At certiora edocemur à Codice MS. San - Maximiniano, Caroli M. ævo exarato, in quo hæc: *Anno DCCLXXXXI. perrexit dominus Carolus cum Francis & Saxonibus, cum Baiowariis & Alemannis, & cum cæteris populis ſuis in Pannoniam ultra Omundesdorf, & cum triumphi gloria rediit, & hyemavit in Raganesburc. Egilrammus, WIOMADUS, Sindpertus epiſcopi obierunt.* Hunc Wiomadum noſtrum eſſe, cum Alexandro Wilthemio in *Annal. MS. S. Maximini* aſſeremus in Differtat. *de Scriptor. Hiſt. Treviren.* §. 45. Diem obitûs Faſti Maximiniani exprimunt. Ad hanc obſervationem Chronologiam noſtram emendari volumus; atque ità Richbodi Pontificatum unà cum Alcuini ad eundem Epiſtolis, quas edimus, proportionatim retrahi.

Anni — Pag.

791. LX. *Carolus M. donationem à Karolomanno germano ſuo Epternacenſibus factam confirmat.* - - - 143.

197. 17. Febr. LXI. *Carolus M. villas Lauriacum & Caciacum in pago Andegavenſi Prumienſibus tribuit.* - - - 144.

802. 1. Sept. LXII. *Carolus M. confert Archiepiſcopo & Eccleſiæ Trevirenſi Cerviam cum foreſta.* - - - - 153.

804. 8. April. LXIII. *Hartvicbus villam Odonam Prumienſibus donat.* - 154.

Eod. LXIV. *Eadem donatio geſtis municipalibus Curiæ Andegavenſis inſeritur.* 155.

W A Z O.

Electus anno 804.
Intervenit Concilio Theodonis-villano anni 805. *pag.* 155. *b.*
Vitam cum Epiſcopatu poſuit an. 809. *pag.* 155. *b.*

806. 20. Jan. LXV. *Carolus M. monaſterio Prumienſi Walemaris-villam donat.* - 156.

807. 28. April. LXVI. *Idem Prumienſibus varias res in pago Andegavenſi concedit.* 157.

AMALHARIUS.

Aſſumptus ad Archiepiſcopatum anno 809. *pag.* 163. *b.*
Obiit anno 814. *pag.* 169. *a.*
Vitam ejus edidit Conſtantinus Caetanus Congregationis Caſinenſis Decanus. Vid. Sirmondi *Opera varia Tom. IV. pag.* 461. *Venet.*

812. LXVII. *Amalarii epiſtola ad Carolum M. Imp. de Cæremoniis Baptiſmi.* 158.

814. LXVIII. *Ludovicus Pius monaſterium S. Maximini à cujusque dominatione eximit, cum facultate eligendi proprii Abbatis.* - 164.

H E T T I.

Electus anno 814. *pag.* 169. *a.*
Intervenit Conciliis: Aquisgranenſi an. 819, Vid. *pag.* 171. *a. b.*
Theodonis-villano an. 821. *pag.* 169. *a.*
Moguntino an. 834. Sirmondus *cit. Tom. IV. p.* 462.
Obiit anno 847. *p.* 184. *b. pag.* 195. *a.*

815. 5. Febr. LXIX. *Ludovicus Pius Imp. Abbatiæ Prumienſi immunitatem concedit.* 166.

816. 27. Aug. LXX. *Eccleſia Trevirenſis à poteſtate judicum ordinariorum, teloniis & exactionibus per Ludovicum Imp. eximitur.* - - 167.

817. LXXI. *Hetti Archiepiſcopi mandatum ad Frotharium Epiſc. Tullenſem, ut diœceſanos ſuos, militiæ deſtinatos, ad Italicam expeditionem paratos habeat.* - - - 169.

Eod. 8. Nov. LXXII. *Ludovicus Imp. Prumienſibus ſylvam reſtituit, ejusdemque fines determinat.* - - - 170.

819. LXXIII. *Hetti Archiep. epiſtola ad Epiſcopum Tullenſem de executione ſtatutorum Concilii Aquenſis.* - - - 171.

820. 30. Jan. LXXIV. *Præceptum Ludovici Imp. de Sylva, quam dedit ad S. Goarem.* 172.

822. 2. Apr. LXXV. *Ludovicus Imp. monaſterio S. Maximini novas exemptiones concedit.* - - - 174.

826. 26. Jan. LXXVI. *Præceptum immunitatis, quod monaſterio Prumienſi fecerunt Ludovicus & Lotharius Impp. & Ludovicus Rex.* - - 175.

830. LXXVII. *Epiſtola Thegani Chorepiſcopi Trevirenſis, qua Hattoni librum Alcuini de Trinitate mittit.* - - 177.

835. LXXVIII. *Donatio à Ludovico Imp. monaſterio Prumienſi facta.* - 178.

841. 17. Febr. LXXIX. *Lotharii Imp. præceptum immunitatis pro Abbatia Prumienſi.* 179.

842. 22. Nov. LXXX. *Res Richardi Comitis, auctoritate Lotharii Imp. per Bivinum Prumienſibus traduntur.* - - 181.

Anni — Pag.

844. 17. Febr. *LXXXI. Lotharii Imp. donatio villæ Bettingen, quæ deinde monaſterii S. Maximini facta eſt.* 182.

25. Maji. *LXXXII. Lotharius Imp. Prumienſibus exemptionem ab omnibus telonii concedit.* 183.

846. 1. Jan. *LXXXIII. Permutatio auctoritate Lotharii Imp. inter Hettum Archiepiſcopum & Marcuardum Abbatem Prumienſem facta.* 184.

847. *LXXXIV. Epiſtola Lupi Abbatis Ferrarienſis ad Marcuardum Abb. Prumienſem, ut ad comitatum Regis veniat.* 185.

TEUTGAUDUS.

Sedem Archiepiſcopalem conſcendit anno 847. *pag.* 195. *a.*
Ab ea depoſitus an. 863. *pag.* 201,
Obiit anno 868. *pag.* 206. *a. b.*

849. *LXXXV. Lupi Ferrarienſis epiſtola ad Marcuardum Abbatem & Egilem monachum Prumien. de recipiendo monacho lapſo.* 186.

853. 25. Febr. *LXXXVI. Lotharius Imp. Prumienſibus ad petitionem Egilis Abbatis quædam prædia concedit in Wallemaris-villa.* 187.

1. Apr. *LXXXVII. Erckanfridæ in monaſterium S. Maximini liberalitas.* 188.

3. Julii. *LXXXVIII. Lotharii Imp. præceptum de vineis in urbe Trevirenſi, quas Sigefrido conceſſit.* 189.

854. 10. Julii. *LXXXIX. Præceptum Lotharii Imp. de villa Havans Prumienſibus conceſſa.* 191.

Eod. *XC. Lotharius Imp. Prumienſi monaſterio dat leudem de Gozbelmo interfecto.* 192.

855. 29. Sept. *XCI. Lotharius Imp. ſibi ſepulturam in Prumienſi monaſterio eligit.* 193.

856. 11. Febr. *XCII. Præceptum immunitatis, quod Lotharius Rex monaſterio Prumienſi fieri juſſit.* 194.

860. *XCIII. Teutgaudi Archiep. Trev. epiſtola Formata ad Franconem Ep. Tungrenſem.* 195.

Eod. *XCIV. Teutgaudi Archiep. epiſtola generalis ad Carolum Calvum R. Epiſcopos & alios univerſim pro Hegilone Presbytero ad loca Sanctorum peregrinante.* 196.

861. *XCV. Nicolaus I. Papa Teutgaudum Archiepiſcopum & Clerum Trevirenſem à juramento abſolvit.* 197.

28. Julii. *XCVI. Lotharius Rex Abbatiæ Prumienſi concedit mercatum & monetam in Romari-villa.* 198.

862. *XCVII. Adventii Metenſis Epiſcopi epiſtola ad Teutgaudum Trevirenſem, de Concilio, in cauſa divortii Lotharii Regis, proximè Metis habendo.* 199.

863. *XCVIII. Epiſtola Nicolai I. Papæ ad Epiſcopos Germaniæ, adverſùs Teutgaudum Trevirenſem & Guntharium Colonienſem, in negotio divortii Regis Lotharii.* 200.

Eod. *XCIX. Decretum depoſitionis Teutgaudi Trevirenſis & Guntharii Colonienſis Archiep. per Nicolaum Papam in Concilio Romano.* 201.

864. *C. Lotharii Regis commendatitiæ ad Nicolaum Papam pro reſtitutione Teutgaudi & Guntharii.* 202.

29. Julii. *CI. Carolus Calvus Rex Prumienſibus immunitatem à teloniis in ſuo regno tribuit.* 204.

865. 3. Mart. *CII. Lotharius R. Prumienſibus Vilantiam villam, à Richardo illuſtri viro conceſſam, confirmat.* 205.

866. *CIII. Nicolaus Pontifex in locum depoſitorum Teutgaudi & Guntharii novos Archiepiſcopos, niſi factâ praviè ad ſummam ſedem relatione, eligi vetat.* 206.

Eod. *CIV. Epiſtola Nicolai Papæ ad Epiſcopos provinciæ Bituricenſis de excommunicatione Teutgaudi & Guntharii.* 207.

868. *CV. Ludovicus Rex Eccleſiam de Neccranvia concedit ad Prumiam.* 209.

25. Apr. *CVI. Exemptio monaſterii S. Maximini per Lotharium Regem.* 210.

BERTULFUS.

Nominatus Archiepiſcopus an. 869. *pag.* 213. *a. b.*
Sedit in Concilio Colonienſi an. 873. Harduinus *Tom. VI. P. I. p.* 139. *d.*
Moritur 10. Febr. an. 883. *pag.* 222. *a. b.*

Anni		Pag.
870. 12. April.	*CVII. Ludovicus Germanicus tuetur Prumienſes in bonis per Nobilem virum Herericum donatis.* - - -	211.
Eod.	*CVIII. Nonnullorum Galliæ Metropolitanorum epiſtola ad Ludovicum Regem pro Bertulfo Archiep. Trevirenſi adversus Waldonem.* -	212.
871. 15. Febr.	*CIX. Ludovicus R. Prumienſibus concedit jus piſcandi in Rheno.* -	214.
878. 24. Mart.	*CX. Privilegium Ludovici Balbi favore Prumienſium.* -	215.
Eod.	*CXI. Joannis PP. VIII. epiſtola ad Bertulfum Archiep. ut Ludovicum Germaniæ Regem ejúsque fratres moneat, ut ad ſynodum veniant.*	216.
6. Sept.	*CXII. Walo Metenſis Epiſcopus, pallium certis diebus deferendi privilegium, à Joanne Papa ad vitam impetrat.* - -	217.
880. 17. Nov.	*CXIII. Willicherius Abbas S. Maximini à Ludovico Rege Capellæ regiæ Francofurtenſi præficitur.* - -	218.
882. 22. Maji.	*CXIV. Carolus Craſſus Prumienſi monaſterio, à Normannis vaſtato, curtem ſuam Neckrauwam largitur.* - -	220.
Eod.	*CXV. Tabula indicans ſitum reliquiarum S. Paulini & Ss. Martyrum Trevirenſium.* - - -	221.

RATBODUS.

Electus 7. Aprilis an. 883. *pag.* 222. *a.*
Fuit in Concilio Triburienſi anno 895. *pag.* 235. *b.*
Defunctus 30. Martii an. 915. *pag.* 262. *a. b.*

Anni		Pag.
884. 21. Maji.	*CXVI. Immunitas à Carolo Craſſo Imp. Prumienſibus conceſſa, præſertim quoad liberam Abbatis electionem.* - -	222.
885. 1. Oct.	*CXVII. Carolus Craſſus monachis S. Maximini jus eligendi Abbatis reſtituit.* - - -	223.
886.	*CXVIII. Ragenarius Comes confirmat donationem decimarum factam Eccleſiæ S. Dagoberti in Stenaco* - -	224.
888. 23. Jan.	*CXIX. Arnolphus Rex monachis S. Maximini donat villam Rübenach.*	226.
11. Jun.	*CXX. Præceptum immunitatis Arnolphi Regis pro monaſterio Prumienſi.*	227.
889. 1. Julii.	*CXXI. Arnulphus R. Trajectenſem Abbatiam S. Servatii Trevirenſi Eccleſiæ donat.* - - -	229.
891. 1. Oct.	*CXXII. Immunitas Abbatiæ Prumienſi ab Arnolpho R. conceſſa.* -	230.
893. 11. Febr.	*CXXIII. Ejusdem in monaſterium S. Maximini nova liberalitas.* -	231.
895. 28. Jan.	*CXXIV. Zwentipoldus Rex Ratbodo Archiepiſcopo foreſtem facit de bonis S. Maximini, intra fines Hiedrabæ, Dhronæ, Moſellæ & Losmæ.*	232.
1. Jun.	*CXXV. Idem Rex Abbatiæ Prumienſi monaſterium de Sueſtra confirmat.*	233.
28. Oct.	*CXXVI. Confirmatio nonnullorum bonorum Abbatiæ Epternacenſi per Zwentipoldum Regem.* - -	234.
896.	*CXXVII. Rotgerus monaſterio S. Maximini Capellam in Lintgen parochiæ Mariſcenſis donat.* - - -	ibid.
897.	*CXXVIII. Zwentipoldus R. bona & poſſeſſiones S. Maximini confirmat.*	235.
898. 3. Febr.	*CXXIX. Ejusdem præceptum de immunitate Trevirenſis Eccleſiæ, quam in Comitatum erigit.* - -	236.
13. Maji.	*CXXX. Idem Ratbodo Archiepiſcopo Trajectenſem Abbatiam reſtituit.*	237.
13. Nov.	*CXXXI. Idem Abbatiæ Prumienſi concedit jus monetæ & telonii.*	238.

CXXXII.

Ann. — Pag.

899. CXXXII. *Idem Ratbodum Archiepiſcopum cum civitate Trevirenſi à Comitum aliorúmque poteſtate eximit.* 239.

902. 19. Sept. CXXXIII. *Ludovicus Infans Eccleſiæ Trevirenſi monetam, telonium, cenſuales, medenam & reliqua Comitatûs jura reſtituit.* 253.

905. 15. Octo. CXXXIV. *Ratbodi Archiep. Trevirenſis epiſtola Formata ad Robertum Metenſem Epiſcopum.* 254.

906. 11. Maji. CXXXV. *Dadonis Ep. Virdunenſis epiſtola ad Ratbodum Trevirenſem pro Adruino Presbytero, ut in ejus parochia huic manere liceat.* ibid.

909. 1. Jan. CXXXVI. *Permutatio prædiorum inter monachos S. Maximini & Roricum Trevirenſis Eccleſiæ vaſallum.* 255.

Eod. CXXXVII. *Contractus precariæ inter eosdem de rebus antè permutatis.* 256.

910. 10. Febr. CXXXVIII. *Ludovicus Infans R. Eccleſiæ Limburgenſi ad Lahnam curtem Brechen in dotem dat.* 258.

15. Oct. CXXXIX. *Ejusdem decretum ſuper rebus quibusdam ſitis in villa Domni-Apri.* 259.

912. 1. Jan. CXL. *Idem poſſeſſiones S. Maximini firmat.* 261.

913. 13. Aug. CXLI. *Idem ſtatuit, ut Clerus & populus Trevirenſis ſibi deinceps Archiepiſcopum eligant.* 262.

RUTGERUS.

Electus anno 915.
Concilium provinciale coëgit Treviris anno 927. Calmet *Hiſt. de Lorraine Liv. XVII. n.25. not. z.*
Vixit adhuc anno 929. vid. *pag.* 273.
Obiit 27. Jan. anno 930. *pag.* 275. *a.*
Mabillonius *Tom. III. Annal. Benedict. pag.* 397. fide append. Reginonis & Chron. Saxonici anno 928. mortuum contendit.

916. 19. Jan. CXLII. *Carolus Simplex Prumienſi monaſterio Abbatiam Sueſtra adjudicat.* 263.

919. 9. Julii. CXLIII. *Idem Rutgero Archiepiſcopo & Eccleſiæ Trevirenſi Trajectenſem Abbatiam reſtituit.* 264.

920. 20. Aug. CXLIV. *Idem Prumienſibus omnia Regum prædeceſſorum privilegia confirmat.* 265.

923. .. Jun. CXLV. *Contractus precariæ inter Gozbertum virum Illuſtrem & monaſterium S. Maximini.* 267.

926. CXLVI. *Novæ acquiſitiones monaſterio S. Maximini ex manibus Bernacri factæ.* 268.

30. Dec. CXLVII. *Nortpoldus, Franco & Humbertus, viri Nobiles, locum munitioni aptum ad Syram amnem à Maximinianis acquirunt.* 269.

Eod. CXLVIII. *Contractus permutationis inter eosdem.* 270.

927. CXLIX. *Profundus rivus juxta ripam Gelbis in marca Bodardi-villaris unà cum ædificio ad Eccleſiam Trevirenſem pertinere dignoſcitur.* 271.

928. CL. *Giſelbertus Dux Rutgero Archiepiſcopo villam Burtz in Arduenna, nec non Burg & Güls, atque Talſanc concedit pro Commenda S. Servatii Trajectenſis.* ibid.

929. CLI. *Rotgerus Archiep. villam Senebredde in Elſacenſi pago pro villa Bevera in Bedenſi cum Alberto permutat.* 273.

Eod. CLII. *Contractus precariæ inter monachos S. Maximini & Megingaudum.* ibid.

ROTHBERTUS.

Electus anno 930. *pag.* 275. *a.*
Ordinatus anno 931. Vid. Addenda ad *pag.* 275.
Interfuit Concilio Erfordienſi anno 932. ubi loco *Rutgeri* leg. *Rotbertus* apud Harduinum *Tom. VI. P. I. p.* 583. *b.*
Nec non Virdunenſi an. 947. Harduin. *ibid. p.* 604. *a.*
Obiit anno 956. *pag.* 290. *a.*

Anni | Pag.

936. *CLIII. Rotbbertus Archiep. Adæ nepti Rutgeri prædeceſſoris ſui concedit utilitatem Eccleſiæ Theodonis-villanæ pro manſo cum terris indominicatis in villa Bruch.* 275.

938. *CLIV. Bona in Erlont aliáque in Wabrenſi pago Trevirenſi Eccleſiæ acquiruntur.* 276.

940. 3. Jun. *CLV. Immunitas & protectio monachis S. Maximini ab Ottone I. Imp. decreta.* ibid.

943. 18. Jan. *CLVI. Idem Imperator Maximinianis denuo cavet jus eligendi Abbatis.* 278.

Eod. *CLVII. Gozilinus monaſterio S. Maximini donat villam Hunzilinesthorp.* ibid.

945. *CLVIII. Albus monachorum S. Maximini.* 279.

17. Dec. *CLIX. Otto M. Imp. Franconi fideli ſuo quædam prædia in pago Nachgowe donat, quæ deinde fiunt monaſterii S. Maximini.* 280.

29. Dec. *CLX. Idem Imp. Trajectenſem Abbatiam Trevirenſi Eccleſiæ reddit.* 281.

947. 27. Jan. *CLXI. Idem Rotbbertum & Eccleſiam Trevirenſem à placitis, teloniis & omnibus talliis eximit, Comitatúmque tribuit.* 282.

948. 1. Junii. *CLXII. Idem Ingramno Abbati Prumienſi Sueſtrenſem Abbatiam confirmat.* 283.

950. 27. Febr. *CLXIII. Idem monaſterio S. Maximini bona & poſſeſſiones confirmat.* 284.

28. Febr. *CLXIV. Agapitus II. PP. confirmat ſententiam Ottonis Imp. favore Abbatiæ S. Maximini in materia immunitatis.* ibid.

952. 28. Febr. *CLXV. Rotbbertus Archiep. Widoni villico ſuo in cenſum dat bona ſupra Liſuram.* 285.

953. 20. Aug. *CLXVI. Sententia Ottonis M. Imp. pro immunitate monaſterii S. Maximini adversùs Archiepiſcopum Trevirenſem.* 286.

955. 21. Nov. *CLXVII. Permutatio bonorum in Biwra prope Trevirim & Janilergeio pro bonis in Comitatu Wabrenſi ſitis, inter Rotbbertum Archiep. & Gremboldum militem.* 287.

956. 10. Mart. *CLXVIII. Otto M. Imp. monaſterio S. Maximini cavet, ut ſalicæ ejus decimæ impoſterum dominicales ſint.* 288.

HENRICUS I.

Electus anno 956. *pag.* **290.** *a.*
Deceſſit anno 964. *pag.* **301.** *a.*

959. 1. Nov. *CLXIX. Bovo offert monaſterio S. Maximini bona ſua in villa Dundeba.* 289.

960. *CLXX. Henricus Archiepiſcopus fines parochiæ Mariſcenſis determinat.* 290.

Eod. 8. April. *CLXXI. Luitgardis, Henrici Comitis ſoror, monaſterio S. Maximini tradit prædium Manibra.* 291.

961. 29. Maji. *CLXXII. Otto M. Imp. quædam prædia ad Labnam (quæ deinde Eccleſiæ Trevirenſis facta ſunt) Theoderico Præpoſito Moguntino donat.* 292.

962. *CLXXIII. Idem Imperator Abbatem S. Maximini Imperatricis Capellanum conſtituit.* ibid.

Eod. *CLXXIV. Thiedo S. Maximino offert prædium Dalheim.* 294.

963. 17. April. *CLXXV. Sigifridus Comes contractu permutationis Luxemburgenſe caſtellum à Maximinianis acquirit.* 295.

18. Maji. *CLXXVI. Voda Comitiſſa S. Maximino dat prædium Friſingen cum aliis bonis.* 297.

21. Julii. *CLXXVII. Otto II. Rom. Rex monaſterio S. Maximini privilegia ſancit, eíque tutelam more majorum addicit.* 298.

Eâd. *CLXXVIII. Prodigium interceſſione S. Maximini factum, in tabulas relatum auctoritate Ottonis Regis.* 299.

Eâd. *CLXXIX. Judicium Ottonis II. Regis Rom. inter monachos S. Maximini & eorum Advocatum de juribus in Swegerbach.* 300.

CLXXX.

Anni — Pag.

964. 16. Sept. *CLXXX. Henricus Archiep. Treviren. Sigifrido Comiti Luxemburgenſi pro Lucia* (Leucken) *Sarburgum ad vitam concedit.* - 301.

THEODERICUS I.

Electus anno 965.
Defunctus anno 975. Trithemius *Chron. Hirſaugien. ad h. an.* 5. Julii juxta Necrologium S. Maximini.

966. 7. Jan. *CLXXXI. Otto M. Imp. Abbatiæ S. Maximini firmat regiam Capellam Theodonis - villæ.* - - - 302.

Eâd. *CLXXXII. Idem Imp. eidem monaſterio villam ad Valles confirmat.* 303.

4. Febr. *CLXXXIII. Idem confiſcata prædia Megingaldi & Reginzonis fratrum in pago Nachgowe Trevirenſi Eccleſiæ aſſignat.* - - 304.

969. 22. Jan. *CLXXXIV. Joannes PP. XIII. firmat Primatum Trevirenſis Eccleſiæ.* 305.

970. 29. Mart. *CLXXXV. Otto M. Imp. Maximinianis concedit jus conſtituendi & deſtituendi Advocatum, habitandi & contrahendi in civitatibus, immunitatem à telonio & operis publicis.* - - 306.

971. 15. Mart. *CLXXXVI. Idem monachos Ord. S. Benedicti in Epternacenſe monaſterium reſtituit.* - - - 308.

973. 27. Aug. *CLXXXVII. Idem monaſterio S. Maximini varia bona reſtitui jubet.* 309.

974. 26. Jun. *CLXXXVIII. Otto II. Imp. Theoderico Archiepiſcopo & Eccleſiæ Trevirenſi foreſtam in Kylwalt, definitis ejusdem finibus largitur.* 310.

25. Jul. *CLXXXIX. Ejusdem præceptum de immunitate rerum Trevirenſis Eccleſiæ.* - - - ibid.

27. Aug. *CXC. Idem Archiepiſcopo & Eccleſiæ Trevirenſi dat monetam in Ivodio & Longuione.* - - - 312.

975. 18. Jan. *CXCI. Benedictus PP. VII. Archiepiſcopo & Eccleſiæ Trevirenſi jus legationis pontificiæ, privilegia equitandi cum Nacco & Cruce &c. confirmat.* - - - ibid.

Eâd. *CXCII. Idem Eccleſiæ Trevirenſi cellam quatuor* Coronatorum *Mart. donat.* - - 314.

Eâd. *CXCIII. Monachi S. Benedicti in monaſterium S. Martini Treviris reintroducuntur.* - - - 316.

EGBERTUS.

Electus anno 975. Vide *Datum inſtrumenti Donationis villæ Langſur anni* 979.
Interfuit Concilio Ingelheimenſi anno 979. Theodericus in Hiſt. Inventionis S. Celſi *Cap. II. n.* 17. apud Bollandum *Tom. III. Febr. p.* 399.
Moritur anno 993. 9. Decemb.

975. *CXCIV. Henricus* Comes *monaſterio S. Maximini villam Okisheim cum Eccleſia, quam ab eo beneficiariam habuit, reſtituit.* - 317.

Eod. *CXCV. Wichfridus Trevirenſis Archidiaconus monachis S. Maximini dat paræciam Reiferſcheid, deſcriptis ejusdem ad Aram fl. finibus.* 318.

978. *CXCVI. Udo & Gisla conjuges fundos ſuos in Gundelavinga per precariam in monaſterium S. Maximini transferunt.* - 319.

979. *CXCVII. Egbertus Archiep. monaſterio S. Matthiæ donat villam Langſur.* - - - 320.

981. *CXCVIII. Idem Collegium S. Paulini opibus auget.* - - 321.

983. *CXCIX. Epiſtola Gerberti ad Egbertum Archiepiſcopum de mittendis in Italiam ſcholaſticis.* - - - 323.

984. *CC. Adalberonis Remenſis Archiep. epiſtola ad Egbertum Trevirenſem ratione motuum Germaniæ.* - - 324.

Anni | | *Pag.*
986. *CCI. Gerberti epiſtola ad Egbertum occaſione pacis inter Lotharium Regem Galliæ & Ottonem III. Imp.* 324.
Eod. *CCII. De eodem pacis negotio ejusdem epiſtola ad eundem.* 325.
987. 8. Jan. *CCIII. Joannes PP. XV. confirmat exemptionem monaſterii S. Maximini.* 326.
990. 16. Jun. *CCIV. Otto III. Imp. privilegiis S. Maximini firmatis illud adjicit, ut ſcarariis Abbas, non Advocatus, jus dicat.* 327.
992. 3. April. *CCV. Idem Epternacenſi Abbatiæ jus monetæ concedit.* 328.
Eod. *CCVI. Sigifridus Comes Luxemburgenſis fundat Hoſpitale Epternacenſe.* 329.
29. Maji. *CCVII. Otto III. Imp. monaſterio S. Maximini reſtituit bona in Nachgowe, Wormatienſi & Spirenſi pago, quæ Heribertus Comes occupaverat.* 330.
993. 18. Apr. *CCVIII. Idem Trajectenſem Abbatiam Trevirenſi Eccleſiæ reſtituit.* 331.
Eod. *CCIX. Sigifridus Luxemb. Comes Maximinianis partem fundi Mariscenſis donat.* 333.

LUDOLFUS.

Electus anno 994.
Aſſedit Concilio Moſomenſi an. 995. *pag.* 249. *a.*
Francofurtano anno 1007. Harduin. *Tom. VI. P. I. p.* 769. *d.*
Obiit anno 1008. Notatus in Necrologio S. Maximini ad diem 6. Decemb.

996. *CCX. Irminardus fundum Heisdorfenſem, fructu, dum viveret, retento, Maximinianis donat.* 334.
Eod. *CCXI. Volemari Comitis vidua monaſterio S. Maximini villam Muodenfurt dat lege precarii.* 335.
997. 14. Oct. *CCXII. Otto III. Imp. varia bona cum curtili apud ſedem Aquisgrani Epternacenſibus donat & confirmat.* 337.
1000. *CCXIII. Idem monaſterio S. Maximini concedit jus mercatûs in Waſſerbillich.* 338.
1003. *CCXIV. Inventarium ſacræ ſuppellectilis Eccleſiæ Prumienſis.* 348.
1005. 9. Apr. *CCXV. Henricus II. Imp. immunitates & privilegia, à prædeceſſoribus monaſterio S. Maximini conceſſa, innovat.* 350.

MEGINGAUDUS.

Electus anno 1008.
Obiit anno 1015. juxta Hermannum Contractum *ad eum an.* Juxta Ditmarum *Annal. Lib. VII. p.* 406. autem anno 1016. die 24. Decembris, quo etiam die in Necrologio S. Maximini apparet. ******

POPPO.

Electus anno 1016.
Conſecratus 1. Jan. 1017.
Intervenit Concilio Aquisgranenſi an. 1023. *Harduinus Tom. VI. P. I. p.* 834. *e.*

Ad

****** Cùm conſtet, Popponem Kal. Januarii 1017. Treviris conſecratum eſſe, debuit neceſſariò Megingaudus longè antè Vigiliam Nativitatis anni 1016. fuiſſe defunctus: ſiquidem Henricus II. Imp. mortis ejus nuntium Paderbornæ accepit, unde quidem feſtinato itinere Popponem ſecum Treviros adduxit; at fieri per rerum naturam non potuit, ut à 24. Decembris 1016 ante Kalendas Januarias 1017. omnes Treviris convenirent, eâque controverſia ab Imperatore definiretur, quam de Popponis conſecratione inter Moguntinum, Virdunenſis, inter Suffraganeos ſenioris, licentiâ nixum, & Metenſem natam, Ditmarus *cit. pag.* 406. memorat. Unde confidentiùs Hermannum Contractum ſequimur, qui anno 1016. Megingaudum inter vivos deſiiſſe, memorat.

Anni | Pag.

Ad beatiorem vitam tranſiit 16. Junii an. 1047. *******
An Sanctis accenſendus? Vid. Diſſertat. noſtram de Scriptoribus Hiſtoriæ Treviren. §. *XXIV.*

1016. *CCXVI. Henricus II. Imp. Popponi de immunitate Eccleſiæ Trevirenſis cavet.* - - - 351.

1017. 8. Apr. *CCXVII. Benedictus PP. VIII. Popponi pallium impertitur.* - 352.

17. Oct. *CCXVIII. Fundatio Collegiatæ Eccleſiæ Prumienſis, Henrici II. Imp. auctoritate firmata.* - - - 353.

1018. *CCXIX. Idem Imperator Popponi & Eccleſiæ Trevirenſi curtem Confluentiam cum pertinentiis confert.* - - 354.

1020. *CCXX. Idem Prumienſi monaſterio prædium Butenbart concedit.* 355.

102-. *CCXXI. Comes Cadelo curtem Prunzevelt cum pertinentiis titulo precariæ in Eccleſiam Trevirenſem transfert.* - - 356.

1022. 11. Nov. *CCXXII. Henricus II. Imp. prædium Hormunze in Archid. Trevirenſi, quod à Poppone Archiepiſcopo acceperat, Bambergenſi Eccleſiæ donat.* 357.

1023. 18. Jun. *CCXXIII. Idem Epternacenſi monaſterio jus monetæ confirmat.* 358.

10. Dec. *CCXXIV. Idem ab Abbatia S. Maximini 6650. manſos in beneficium accipit, quos Ezzoni Comiti Palatino & Henrico Duci nec non Ottoni Comiti largitur.* - - - ibid.

1026. 11. Jan. *CCXXV. Conradus II. Imp. jura, poſſeſſiones & libertates S. Maximini confirmat.* - - - 361.

1030. *CCXXVI. Jutta Marchioniſſa Lotharingiæ monaſterio S. Matthiæ villam Momendorff donat.* - - - 363.

103-. *CCXXVII. Popponis Archiep. conventio cum vicinis ratione terminorum ſylvæ Kylwald.* - - - 364.

1033. *CCXXVIII. Poppo Trevirenſi Eccleſiæ varia prædia vindicat.* 365.

1035. *CCXXIX. Commutatio quorundam bonorum inter Abbatias S. Maximini & Malmundarienſem, auctoritate Conradi II. Imp.* - 366.

1036. *CCXXX. Thiefridus Trevirenſis Advocatus dat XII. manſos, ut conſanguineam, quam duxerat uxorem, ſibi retinere liceat.* - 367.

Eod. *CCXXXI. Adalbero S. Paulini Præpoſitus monaſterio S. Matthiæ varia donat.* - - - 368.

1037. 10. Jun. *CCXXXII. Altera donatio villæ Momendorff facta monaſterio S. Matthiæ per Adelbertum Marchionem Lotharingiæ & Juditam ejus uxorem.* 370.

Eod. *CCXXXIII. Adelbero Præpoſitus eidem monaſterio donat villas Nennich, Falſen, Dilmar & Helifeld.* - - - 371.

1038. *CCXXXIV. Poppo Archiep. à Rom. Pontifice Epiſcopum Suffraganeum petit, & B. Simeonem ſanctum declarari.* - - 373.

1039. 13. Sept. *CCXXXV. Henricus III. Imp. Trevirenſi Eccleſiæ Comitatum de Marivelis confirmat.* - - - 374.

1041. *CCXXXVI. Henricus Comes Luxemburgenſis Epternacenſi monaſterio curtem Epternacum reſtituit.* - - 375.

1042. *CCXXXVII. Benedictus PP. IX. Popponi Archiep. Trev. adjutorem in pontificalibus, quem petierat, mittit, & B. Simeoni honores Sanctorum decernit.* - - - 376.

Eod. *CCXXXVIII. Bulla Canonizationis S. Simeonis recluſi Trevirenſis.* 377.

Eod. *CCXXXIX. Poppo Archiep. Trev. dat Collegio S. Simeonis, à ſe nuper fundato, telonium in Confluentia.* - - - 379.

104-. *CCXL. Idem curtem Höningen in utilitatem Canonicorum S. Simeonis acquirit.* - - - 380.

1044. *CCXLI. Henricus III. Imp. jura & privilegia Abbatiæ S. Maximini ampliſſimè confirmat.* - - - ibid.

CCXLII.

******* Purior ex nunc Brovveri Chronologia, quam deinceps tutiùs ſequimur, niſi aliter ſubinde notemus.

Anni | | Pag.
1045. 13. Aug. | *CCXLII. Idem confirmat Eccleſia Trevirenſi immunitatem à judiciaria poteſtate, telonia, monetam &c.* | 382.
1047. | *CCXLIII. Everberus Nobilis bona ſua in villa Frenkinka Maximinianis donat.* | 383.
Eod. | *CCXLIV. Qualiter coloni Bilacenſes monaſterio S. Maximini cenſus ſolvere aliáque obſequia præſtare debeant.* | 384.

EBERHARDUS.

Electus anno 1047.
Defunctus 15. Aprilis 1066.

1048. | *CCXLV. Eberhardus Archiep. bona Eccleſia S. Simeonis, à Poppone prædeceſſore data, confirmat, aliáque addit.* | 385.
1049. 13. April. | *CCXLVI. Leo PP. IX. Primatum Trevirenſem ſtabilit.* | 386.
1051. 16. Jan. | *CCXLVII. Idem Pontifex poſſeſſiones & immunitates S. Maximini firmat.* | 387.
21. Jan. | *CCXLVIII. Henricus III. Imp. eidem monaſterio curtem Prichinam reſtituit, cæteráſque poſſeſſiones & Eccleſias firmat.* | 389.
23 Julii. | *CCXLIX. Ejuſd. Imperatoris privilegium ſuper Clotteno, aliiſque bonis in tractu Moſellano, ad monaſterium Brauweiler datis.* | 390.
1052. | *CCL. Contractus precariæ inter Eberhardum Archiep. Trev. & Comitem Walramum de Arlo.* | 392.
Eod. | *CCLI. Eberhardus Archiep. novis prædiis facultates S. Simeonis auget.* | 394.
1053. | *CCLII. Henricus III. Imp. monaſterio S. Matthiæ, è quo corpus S. Valerii acceperat, Vilmariam donat.* | ibid.
Eod. | *CCLIII. Anſelmus Eccleſiæ S. Simeonis villam Leiwen variis conditionibus tradit.* | 395.
1054. | *CCLIV. Henricus III. Imp. Advocatorum S. Maximini inſolentiam coërcet.* | 396.
1056. 26. Maji. | *CCLV. Idem confirmat immunitatem Epternacenſis Abbatiæ* | 398.
30. Jun. | *CCLVI. Quod idem Imperator adversùs Advocatos S. Maximini nuper decreverat, nunc, adjectis aliis, innovat.* | 399.
28. Sept. | *CCLVII. Idem Canonicis S. Simeonis villam Mertloch tribuit.* | 402.
5. Decemb. | *CCLVIII. Henricus IV. Rex Rom. privilegia & poſſeſſiones monaſterii Prumienſis confirmat.* | ibid.
1061. | *CCLIX. Eberhardus Archiep. S. Simeoni dat nonnullas villas in pago Nachgowe.* | 404.
1063. 1. Nov. | *CCLX. Ejuſdem Archiepiſcopi decretum, quo monaſterio Prumienſi confirmat plurium Eccleſiarum reſtitutas decimas.* | 405.
1065. | *CCLXI. Henricus IV. Imp. ſtabilit jura & libertates S. Maximini.* | 406.
Eod. | *CCLXII. Commutatio bonorum in marca Witliacenſi ſupra Lyſuram in curte Altrey inter Eberhardum Archiep. & Nepulonem.* | 407.
Eod. | *CCLXIII. Henricus IV. Imp. Advocatorum S. Maximini officium & poteſtatem novis legibus conſtringit.* | 408.

CONO.

Deſignatur Archiepiſcopus anno 1066.
Trucidatus 1. Junii ejuſd. anni.
Acta ejus & miracula ſcripſit Theodericus monachus Tholejenſis, coævus, edita ab Antverpien. *Tom. I. Junii p. 127. ſeqq.*

1066. | *CCLXIV. Sigefridi Archiep. Moguntini epiſtola ad Alexandrum II. PP. de nece Cononis deſignati Archiep. Trevirenſis.* | 410.

UDO.

U D O.

Eleɛtus anno 1066.
Interfuit Concilio Moguntino an. 1071. Harduin. *Tom. VI. P. I. pag.* 1169. *Lit. c.*
Obiit anno 1077. Necrologio S. Maximini ad diem 11. Novemb. inſertur.

1066. 13. Jun. *CCLXV. Henricus IV. Imp. occaſione conjugii ſui cum Bertha confirmat Abbati S. Maximini decretum, ut ipſe ejusque ſucceſſores ſint Capellani Auguſtarum.* . . . 412.

1067. 11. Apr. *CCLXVI. Liberalitas Gerardi Ducis Lotharingiæ in Epternacenſe monaſterium.* . . . 414.

1069. *CCLXVII. Godefridus Bullionius monachos Gorzienſes ad Prioratum S. Dagoberti in Stenaco tranſfert.* 415.

1070. *CCLXVIII. Alexandri PP. II. epiſtola ad Udonem Archiep. de pœnitentia perpetua inceſtuoſi ſacerdotis.* . . 416.

1071. *CCLXIX. Alexandri PP. II. epiſtola ad Udonem Trevirenſem & Theodoricum Virdunenſem Epp. ut ei, qui in gravi ægritudine Ordinem religioſum ſe amplexurum promiſerat, beneficiáque reſignaverat, ſi deinde reconvaleſcens monachus fieri nollet, beneficia reſtituantur.* . 417.

1074. 6. Maji. *CCLXX. Gregorius PP. VII. ad Udonem Archiep. ſcribit ratione inobedientiæ Theodorici Epiſcopi Virdunenſis.* . . ibid.

1075. *CCLXXI. Udo Archiep. Eccleſiæ S. Simeonis prædium Olckenbach aſſignat.* . . . 418.

1076. *CCLXXII. Gregorius VII. Udonem Archiepiſcopum ejúsque Suffraganeos hortatur, ut Schismaticos devitent, & Tullenſem ad obedientiam permoveant.* . . . 419.

16. Oct. *CCLXXIII. Ejusdem breve ad Udonem, ut in controverſias inter Epiſcopum Tullenſem & quendam ejus diœceſis Clericum inquirat.* 420.

1077. 30. Sept. *CCLXXIV. Ejusdem breve ad Udonem & ejus Suffraganeos in materia diſſenſionum inter Rom. Pontificem & Imperatorem Henricum IV.* 421.

Ibid. *CCLXXV. Udo Trev. Archiep. Bambergenſem Epiſcopum invitat ad aſſiſtendum, de mandato Rom. Pontificis, conſecrationi Epiſcopi Spirenſis.* 422.

Eod. *CCLXXVI. Clerus & populus Spirenſis eundem in finem preces ſuas jungunt invitationi Archiep. Trevirenſis.* . . 423.

1078. 9. Mart. *CCLXXVII. Epiſtola Gregorii VII. PP. ad Germanos, ut cum Trevirenſi Archiep. & alio Præſule de loco & tempore conventûs, in Germania habendi, ſtatuant.* . . . ibid.

Ibid. *CCLXXVIII. Ejusdem breve ad Udonem, ut pacem in Germania reſtituere modis omnibus allaboret, & Romam veniat.* . . 424.

E G I L B E R T U S.

Eleɛtus 6. Jan. anno 1078.
Obiit 5. Septemb. anno 1101.

.. Jun. *CCLXXIX. Theodorici Virdunenſis Epiſcopi epiſtola ad Status Imperii adversùs Gregorium VII. PP.* . . 425.

1079. *CCLXXX. Idem Theodoricus ſe excuſat, quòd ipſe ab ordine ſuſpenſus non poſſit intereſſe conſecrationi Egilberti Archiep. Trevirenſis.* 426.

22. Oct. *CCLXXXI. Gregorii VII. PP. epiſtola ad Herimannum Ep. Metenſem de expurgatione Epiſcopi Tullenſis.* . . 428.

1080. *CCLXXXII. Henricus IV. Imp. Sigeberto Comiti Wadegotiam donat.* 429.

1082. *CCLXXXIII. Egilberti Archiep. Trev. epiſtola adversùs Gregorium VII. Pontificem.* . . . 430.

1083. *CCLXXXIV. Epiſtola Henrici IV. Imp. ad Theodoricum Virdunenſem, ut Egilbertum Treviren. Archiepiſcopum ſacret.* . . 431.

Eod. *CCLXXXV. Theodorici Virdunenſis epiſtola ad Gregorium VII. PP. pro Egilberti conſecratione.* . . . . 432.

Anni		Pag.
1083. 6. Julii.	*CCLXXXVI. Conradus Comes Luxemburgi Abbatiam Munſterienſem ibidem fundat.*	433.
1084.	*CCLXXXVII. Compoſitio inter Theodericum Abbatem S. Maximini & Guntrannum Comitem de feudo Pricbine.*	434.
5. Oct.	*CCLXXXVIII. Henricus IV. Imp. Abbatiæ S. Maximini prædium Gunterihauſen reſtituit.*	435.
1085. 16. Jun.	*CCLXXXIX. Egilbertus Archiep. Eccleſiæ S. Simeonis donat prædium Muſchenbach in territorio Moguntino.*	436.
1088.	*CCXC. Godefridi Ducis Bullonii præceptum, quo Cella S. Dagoberti prope Stenacum, ab Arnulpho Comite occupata, Gorzienſibus reſtituitur.*	437.
1090.	*CCXCI. Hermanni III. Colonienſis Archiep. diploma ſuper Clotteno ad Moſellam.*	438.
1091. 1. Febr.	*CCXCII. Urbani PP. II. epiſtola ad Adalberonem, tunc Primicerium Metenſem, pòſt Trevirenſem Archiepiſcopum, de conſecratione electi Epiſcopi Metenſis.*	439.
1092. 4. Jun.	*CCXCIII. Poppo Præpoſitus S. Simeonis in commodum Eccleſiæ ſuæ Höningenſe prædium auget.*	440.
1093.	*CCXCIV. Henrici de Lacu Comitis Palatini litera fundationis monaſterii Lacenſis.*	441.
1095.	*CCXCV. Henrici Comitis Luxemburgenſis ordinatio de juribus Abbatiæ Epternacenſis.*	443.
1096.	*CCXCVI. Gerardus vir Nobilis eidem Abbatiæ Geichlingen donat.*	445.
Eod.	*CCXCVII. Liberalitates Godefridi Bullionii & fratris ejus Balduini, Ecclſiæ S. Dagoberti in Stenaco factæ.*	446.
19. Julii.	*CCXCVIII. Urbanus II. PP. bona Abbatiæ Juveniacenſis confirmat.*	447.
1097. 21. Julii.	*CCXCIX. Poppo Præpoſitus Eccleſiæ S. Simeonis variorum bonorum donationem facit, quæ banno ſuo Egilbertus Archiep. firmat.*	449.
Eod.	*CCC. Arnulphus Comes Chiniacenſis in caſtro ſuo Prioratum erigit, cujus regimen Abbati S. Arnulphi Metis committit.*	450.
Eod.	*CCCI. Egilbertus Archiep. Wilhelmo Comiti Luxemburgenſi ſexcentos manſos pro ſervitio & auxilio confert.*	ibid.
1098.	*CCCII. Idem Eccleſiæ S. Simeonis prædia in pago Bedenſi aſſignat.*	451.
1100.	*CCCIII. Epiſtola Trevirenſium ad Leodienſes Clericos de jejunio Quatuor temporum.*	452.
Eod.	*CCCIV. Leodienſium epiſtola Trevirenſibus reſcripta de differentia Quatuor temporum.*	453.
Eod.	*CCCV. Epiſtola Trevirenſium ad Leodienſes, cur regulam Bernonis modò creſcere, modò decreſcere arguant?*	461.
Eod.	*CCCVI. Sigeberti Gemblacenſis monachi reſcriptum ad Trevirenſes pro Leodienſibus de regula Bernonis.*	462.
1101.	*CCCVII. Thiofridi Abbatis Epternacenſis epiſtola ad Henricum IV. Imp. ut eccleſias in Hollandia, ſuo monaſterio ablatas, reſtitui faciat.*	475.
26. Mart.	*CCCVIII. Henricus IV. Imp. monachis S. Maximini curtes Suabenheim & Ebernsheim reſtituit.*	ibid.
3. Aug.	*CCCIX. Ejusdem Imp. carta pro Prumienſibus, de prædii Prumisfeld, ab Henrico de Limburgo ablati, reſtitutione.*	476.

BRUNO.

Electus anno 1102.
Adfuit conventui Moguntino an. 1102. Harduin. *Tom. VI. P. II. p. 1880. Lit. e.*
Obiit 25. April. 1124.

1102.	*CCCX. Abbatia S. Maximini cedit Stabulenſi decimam in Marcha.*	478.
Eod.	*CCCXI. Henrici IV. Imp. judicium adversùs Prumienſis monaſterii Advocatum, quo ſingula hujus jura deſignantur.*	479.

CCCXII.

Anni — Pag.

1104. 5. Jun. *CCCXII. Idem Imp. Eccleſiæ S. Simeonis telonium Confluentinum confirmat, ejúsque quantitatem pro ſingulis navibus & mercibus determinat.* 482.

1107. *CCCXIII. Fundatio Abbatiæ Springirsbacenſis per Brunonem Archiep. Trevirenſem.* 483.

2. Maji. *CCCXIV. Henricus V. Imp. curtem Mandendal, à Cunone de Suevia detentam, Maximinianis reſtituit.* 485.

Eâd. *CCCXV. Idem plura bona eisdem facit reſtitui.* ibid.

25. Maji. *CCCXVI. Alia rurſum prædia Abbatiæ S. Maximini auctoritate Henrici V. Imp. evendicat.* 487.

11. Nov. *CCCXVII. Paſchalis PP. II. Brunoni Archiep. Trevirenſi committit abſolutionem Epiſcopi Leodienſis ab excommunicatione.* 488.

1110. *CCCXVIII. Leodienſis Eccleſiæ epiſtola de Canonico Trajectenſi facto monacho in diœceſi Trevirenſi & ibidem ordinato.* ibid.

Eod. *CCCXIX. Epiſtola Clerici Trajectenſis ad Brunonem Archiep. de eadem materia.* 491.

1112. *CCCXX. Secunda litera fundationis monaſterii Lacenſis per Sifridum Comitem Palatinum Rheni.* 492.

8. Aug. *CCCXXI. Henricus V. Imp. iuri Advocatorum S. Maximini fines ponit, eorúmque inſolentiam coërcet.* 494.

Eod. *CCCXXII. Idem Imperator Brunoni Archiep. committit, ut Abbatem S. Maximini de Abbatia S. Arnulphi Metenſis inveſtiat.* 497.

1113. *CCCXXIII. Brunonis Archiep. Trev. epiſtola ad Reinaldum Archiep. Remenſem, de ſocietate Eccleſiarum Treviren. & Remenſis.* ibid.

6. Apr. *CCCXXIV. Henricus V. Imp. bona, quæ Emicho Comes & Gerlacus filius ejus uſurpoverant, Maximinianis reſtituit.* 498.

1115. *CCCXXV. Brunonis Archiep. Trev. epiſtola ad Rodulphum Archiep. Remenſem de vexationibus Monialibus B. Mariæ V. Treviris à quibusdam Nobilibus illatis.* 499.

Eod. *CCCXXVI. Alia ejusdem ad eundem ſimilis argumenti.* ibid.

Eod. *CCCXXVII. Friderici Archiep. Colonienſis litera Formata ad Brunonem Archiep. Trevirenſem.* 500.

1116. 1. Julii. *CCCXXVIII. Henricus V. Imp. monaſterio S. Moximini immunitatem aliáque privilegia ſancit.* 501.

1118. 3. Jan. *CCCXXIX. Idem eidem monaſterio vaſallum ſuum Anſelmum de Molsberg cum Feudo ſuo Brechina & Seltris reſtituit.* 502.

Eod. *CCCXXX. Brunonis Archiep. Trevirenſis ad Henricum V. Imp. epiſtola, qua ſua in eum merita recenſet.* 503.

1120. 3. Jan. *CCCXXXI. Calixtus PP. II. Brunonem Archiep. ab omnis Legati, niſi à latere dirigatur, poteſtate liberum declarat.* 504.

Eâd. *CCCXXXII. Idem Pontifex Brunoni jus Metropolitanum aliáque priſca ornamenta conſtabilit.* ibid.

Eod. *CCCXXXIII. Bruno Archiep. novem amas vini ad capellam caſtri Arras annuatim tribuit.* 505.

Eod. *CCCXXXIV. Calixti PP. II. ad Brunonem literæ de ſuo in urbem Romanam adventu.* 506.

1122. *CCCXXXV. Bruno Archiep. raptores bonorum eccleſiaſticorum excommunicat.* ibid.

Eod. *CCCXXXVI. Wilhelmi Comitis Luxemburgenſis epiſtola deprecatoria ad Brunonem Archiep. Trevirenſem.* 507.

Eod. *CCCXXXVII. Idem Wilhelmus Comes fundationem Abbotiæ Münſterienſis confirmat.* ibid.

1123. 7. Oct. *CCCXXXVIII. Bruno Archiep. ejusdem Abbatiæ jura & poſſeſſiones ſtabilit.* 509.

GODEFRIDUS.

Electus anno 1124. menſe Auguſto.
Exauctoratur anno 1127. Vid. *pag.* 514. *a. b.*
Moritur 24. Novemb. 1128.

1124. 30. Sept. *CCCXXXIX. Otto Comes de Chyny Abbatiam Aureæ Vallis fundat.* 511.

Anni — *Pag.*

1125. 7. Maji. *CCCXL. Henricus V. Imp. varias curtes & Eccleſias à Godefrido Comite Palatino occupatas Maximinianis reſtituit.* - - 512.

Eod. *CCCXLI. Godefridus Archiep. ex novem particulis vinearum in Grach quinque villæ Berncaſtellanæ, & quatuor villæ in Altreya attribuit.* 514.

MEGINERUS.

Eligitur anno 1127. menſe Junio.
E vivis abit anno 1129. Vid. *pag.* 515. In Necrologio S. Maximini ad 1. Octob. adſcriptus.

1129. 17. Jun. *CCCXLII. Donatio clauſtri Schiffenburg per Meginerum Archiepiſcopum confirmata.* - - - 515.

ALBERO DE MONSTEROL.

Electus anno 1131.
Obiit 15. Jan. anno 1152.
Vitam ſcripſit Baldericus Alberonis Secretarius, hactenus ineditam.

1131. 24. April. *CCCXLIII. Lotharius II. Imp. Epternacenſi Abbatiæ jus fluminis in Sura concedit.* - - - 516.

Eod. *CCCXLIV. Epiſtola Cleri Trevirenſis ad Innocentium PP. II. qua Alberonem à ſe in Archiepiſcopum electum nuntiat.* - - 517.

1132. *CCCXLV. Simon Dux Lotharingiæ in conventu Theodonis-villano, Præſide Alberone Archiepiſcopo, uſurpatas in S. Deodati Eccleſiam pravas conſuetudines remittit.* - - - 519.

Eod. *CCCXLVI. Alberonis Archiep. literæ de Ducis Simonis abſolutione in eodem conventu.* - - - 520.

Eod. *CCCXLVII. Epiſtola Joannis monachi ad Alberonem Archiep. de tribus miſſis in Nativitate Domini, & feſtis infra eandem Octavam.* 521.

1133. *CCCXLVIII. Innocentii PP. II. epiſtola ad Gerardum S. Maximini Abbatem, qua eum de ſimonia & dilapidatione arguit.* - 523.

1134. 20. Jan. *CCCXLIX. Ejusdem Innocentii PP. epiſtola ad Alberonem, ut Abbatem S. Maximini, ſi vera ſunt ei objecta, deponat.* - - 524.

30. April. *CCCL. Alia ejusdem ad eundem epiſtola, qua huic dilatam hactenus cauſam Abbatis S. Maximini terminandam defert.* - - ibid.

Eod. *CCCLI. Epiſtola Almerici Cardinalis ad Alberonem, ut quosdam Monachos S. Maximini ſuis præbendis reſtituat.* - - 525.

1135. *CCCLII. Carta fundationis monaſterii Wadegotienſis per Alberonem Archiep.* - - - ibid.

Eod. *CCCLIII. Conradus Comes Luxemburgenſis ſua, quà Advocati S. Maximini, Miniſterialium, & ipſius Eccleſiæ jura definit.* - - 527.

Eod. *CCCLIV. Henricus Comes Salmenſis auctoritate Alberonis Archiep. in concilio provinciali Senonenſi Abbatiæ ſatisfacit.* 529.

Eod. *CCCLV. Concordia inter Abbatias S. Apri & Calmoſiacenſem mediante Alberone Archiep.* - - - 530.

1136. 20. Jan. *CCCLVI. Albero Præmonſtratenſes in Abbatia S. Pauli Virduni confirmat.* - - - 531.

Eod. *CCCLVII. Compoſitio de decima in Höningen inter Canonicos S. Simeonis Treviris & S. Georgii Bambergæ, auctoritate Alberonis.* 532.

Eod. *CCCLVIII. Wilhelmus Comes Palatinus Rheni varia prædia Springirsbacenſibus donat.* - - - 533.

Eod. *CCCLIX. Epiſtola S. Bernardi ad Innocentium PP. II. pro defenſione auctoritatis Archiepiſcopalis Trevirenſis adversùs appellationes ad Curiam Romanam.* - - - 534.

1137. *CCCLX. Innocentius II. PP. Alberonem S. Sedis Legatum conſtituit per Archidiœceſes Trevirenſem, Moguntinam, Colonienſem, Salisburgenſem, Bremenſem & Magdeburgenſem.* - - 536.

1138. *CCCLXI. Albero queritur ad Innocentium PP. de impoſito ſibi paſtorali munere, & qualiter in ejus executione, non ſine ipſius Pontificis culpâ, impediatur.* - - - 537.

CCCLXII.

Anni		Pag.
1138.	CCCLXII. *Fundatio clauſtri Hemmerodienſis per Alberonem Archiepiſcopum.*	538.
Eod.	CCCLXIII. *Idem Archiep. S. Simeoni prædium Kyle reſtitui facit & firmat.*	540.
1139.	CCCLXIV. *Albero Innocentio PP. per Tullenſem Archidiaconum nuntiat, Eccleſias Germaniæ & Galliæ graſſante ſchiſmate, ei eſſe devotas, ſe verò maximè.*	ibid.
Eod.	CCCLXV. *Conradus III. Rex Rom. Abbatiam S. Maximini Archiepiſcopatui Trevirenſi reſtituit.*	541.
1140.	CCCLXVI. *Innocentius II. PP. jura & immunitates S. Maximini firmat, præſertim, ne alteri Eccleſiæ ſubdatur.*	543.
Eod.	CCCLXVII. *Epiſtola S. Bernardi ad Innocentium PP. pro jure Archiepiſcopi Trevirenſis in Abbatiam S. Maximini.*	546.
Eod	CCCLXVIII. *S. Bernardus Innocentio PP. cauſam Archiepiſcopatûs Trevirenſis adversùs Abbatiam S. Maximini iterum commendat, & ut, quod à monachis ſubreptum eſt, revocetur.*	ibid.
20 Dec.	CCCLXIX. *Innocentius PP. confirmat ſententiam in cauſa S. Maximini favore Archiepiſcopatûs Trevirenſis à Conrado III. Rege Rom. latam.*	547.
Eid.	CCCLXX. *Idem Pontifex jura & exemptiones neo-fundati monaſterii Hemmerodienſis confirmat.*	548.
1142. 30. Sept.	CCCLXXI. *Ejusdem bulla pro confirmatione monaſterii Arnſteinenſis.*	ibid.
1144. 1. Aug.	CCCLXXII. *Privilegium Conradi III. R. quo facultates, & poſſeſſiones Springirsbacenſis monaſterii firmat.*	550.
1146.	CCCLXXIII. *Ejusdem Regis diploma, quo donationem Comitis Ludovici de Arnſtein, ad fundationem monaſterii Præmonſtratenſium factam, probat.*	552.
4. Jan.	CCCLXXIV. *Controverſia de Abbatia S. Maximini, per Innocentium II. R. P. & Conradum III. Reg. R. pro Archiepiſcopo Trevirenſi deciſa, nunc etiam favore ejusdem cum Henrico Comite Luxemburgenſi & Namurcenſi auctoritate dicti Regis componitur.*	554.
1147. 7. Maji.	CCCLXXV. *Eugenius III. PP. hanc transactionem confirmat.*	556.
1148.	CCCLXXVI. *Wibaldi Abbatis Stabulenſis epiſtola ad Baldricum Magiſtrum ſcholarum Trevirenſium, ut ingenium ſuum exerceat.*	557.
Eod.	CCCLXXVII. *Albero Archiep. Friderico Comiti Viennenſi partem caſtri Arras in feudum concedit, qui illi viciſſim jus aperturæ in omnibus caſtris ſuis tribuit.*	ibid.
Eod.	CCCLXXVIII. *Epiſtola Helderici Præpoſiti S. Simeonis ad S. Hildegardem.*	559.
Eod.	CCCLXXIX. *Reſponſum B. Hildegardis ad Heldericum, ut bonis operibus mortem præveniat.*	560.
1149.	CCCLXXX. *Epiſtola S. Præpoſiti in Confluentia ad eandem, qua conſolationem quærit de iis, quæ interiùs exteriùsque cruciant.*	561.
Eod.	CCCLXXXI. *Reſponſum B. Hildegardis.*	ibid.
1150. 30. Jun.	CCCLXXXII. *Eugenii PP. III. epiſtola ad Alberonem Archiep. Treviren. & alios, ut Matthæum Lotharingiæ Ducem de fortalitio prope urbem Tullenſem deſtruendo moneant.*	ibid.

HILLINUS
DE FALLEMANNIA.

Eligitur anno 1152.
Adfuit conciliabulo Papienſi an. 1160. Harduin, *Concil. Tom. V. Parte II. pag.* 1572. *Lit. d.*
Vitam poſuit 23. Octob. 1169.

1152.	CCCLXXXIII. *Wibaldi Abbatis Stabulenſis epiſtola ad Hillinum, qua ei de adepto Trevirenſi Archiepiſcopatu gratulatur &c.*	562.

Anni		Pag.
1152. 27. Maji	CCCLXXXIV. *Eugenius PP. III. poſſeſſiones Hemmerodienſis monaſterii confirmat.*	563.
Eadem.	CCCLXXXV. *Idem Pontifex poſſeſſiones monaſterii Wadegotienſis, & in eo jura Trevirenſis Eccleſiæ ſtabilit.*	564.
26. Aug.	CCCLXXXVI. *Concilium provinciale Trevirenſe, in quo Matthæus Lotharingiæ Dux Romaricenſi Eccleſiæ conciliatur & ablata reſtituit.*	567.
Eod.	CCCLXXXVII. *Eberbardus & Henricus Comites Saynenſes caſtrum ſuum Sayne Archiepiſcopo Trevirenſi in feudum offerunt.*	569.
Eod.	CCCLXXXVIII. *Becelinus prædia in Noviant, Maring & Lyſer Eccleſiæ S. Simeonis donat.*	570.
Eod.	CCCLXXXIX. *Matthæus Dux Lotharingiæ Abbatiæ S. Matthiæ exactiones venationum in Mamonis-villa remittit.*	571.
1154.	CCCXC. *Epiſtola Richardi Abbatis Springirsbacenſis ad S. Hildegardem, quam de dimittendâ paſtorali cura conſulit.*	572.
Eod.	CCCXCI. *Reſponſum S. Hildegardis.*	ibid.
Eod.	CCCXCII. *Monachorum S. Michaelis ad Moſam querela ad Hillinum Archiep. Trevirenſem de injuriis à Comite Barrenſi Rainaldo perpeſſis.*	573.
1155. 14. Mart.	CCCXCIII. *Adriani PP. IV. præceptum, ne quis Sanctimoniales Horreenſis monaſterii Treviris ſub clauſura vivere impediat.*	574.
Eod.	CCCXCIV. *Nicolaus Epiſcopus Cameracenſis Jonam, hæreſis Cattorum in Curia Archiepiſcopali Trevirenſi convictum, à poſſeſſione Altaris Hembecæ depellit.*	ibid.
1156. 29. Oct.	CCCXCV. *Fundatio Abbatiæ in Arnſtein Ordinis Præmonſtratenſis.*	575.
1157. 6. Jan.	CCCXCVI. *Fridericus I. Imp. Hillino Archiep. Abbatiam S. Maximini confirmat.*	577.
7. Oct.	CCCXCVII. *Adrianus PP. IV. provinciæ Trevirenſi præcipit, ut Hillino, tanquam per univerſam Germaniam Legato, obediat.*	580.
Eod.	CCCXCVIII. *Friderici I. Imp. Literæ ad Hillinum Archiep. Trev. adversùs Adrianum Papam, in quibus fit ampliſſima mentio Treverici Primatûs.*	581.
Eod.	CCCXCIX. *Hillinus, tanquam Apoſtolicæ Sedis Legatus, fundationem Abbatiæ de Bello-Campo confirmat.*	583.
1158. 9. Mart.	CCCC. *Caſtrum & Curtis Naſſau permutationis titulo Trevirenſi Eccleſiæ acquiritur.*	585.
1. Apr.	CCCCI. *Hillinus Archiep. idem Caſtrum Comitibus Lurenburgenſibus dat in feudum ligium & aperibile.*	586.
16. Apr.	CCCCII. *Fridericus I. Imp. Hillino Archiep. jus Argentariæ in Ulmiz & aliis locis territorii Trevirenſis concedit.*	588.
1160.	CCCCIII. *Conditiones, quibus Epiſcopus Virdunenſis caſtrum Muſſi ab Archiepiſcopo Trevirenſi in feudum tenet.*	590.
Eod.	CCCCIV. *S. Hildegardis, à Clero Trevirenſi conſulta, ei magna mala prænuntiat.*	591.
1161.	CCCCV. *Hillinus Archiep. privilegia, ab Epiſcopo Tullenſi Stigavienſi Abbati Rembaldo conceſſa, confirmat.*	592
Eod.	CCCCVI. *Idem Spinalenſi Eccleſiæ prædia ſua confirmat.*	593.
1. Sept.	CCCCVII. *Conradus Comes Palatinus Eccleſias de Loinſtein, Kemmeta & caſtrum Sidelinge Trevirenſi Eccleſiæ reſtituit, caſtrum Ebrenberg ligium agnoſcit, & conjurationem civium Trevirenſium agnoſcit.*	ibid.
Eod.	CCCCVIII. *Idem Conradus, quà Trevirenſis Eccleſiæ Advocatus mandat civibus Trevirenſibus, ut à novitatibus abſtineant.*	595.
1162.	CCCCIX. *Alia confirmatio bonorum & jurium Spinalenſis Eccleſiæ per Hillinum Archiep. Trevirenſem.*	596.
Eod.	CCCCX. *Idem Archiepiſcopus bona Abbatiæ S. Crucis Metis conceſſa tuetur.*	ibid.
Eod.	CCCCXI. *Idem Eccleſiæ S. Simeonis Trev. confirmat telonium in Confluentia, tam de navibus, quàm in foro.*	598.

CCCCXII.

Anni — Pag.

1163. CCCCXII. *Idem nonnulla bona confirmat monaſterio in Arnſtein* - - 599.

1166. CCCCXIII. *Henricus Comes Luxemburgenſis & Namurcenſis eccleſiam S.Nicolai Luxemburgi confert Abbatiæ B. Mariæ V. Münſterienſi.* 600.

1167. CCCCXIV. *Hillinus Archiep. Hemmerodienſibus varia prædia largitur, nec non immunitatem à precariis & exactionibus.* - - 601.

1169. CCCCXV. *Idem eisdem confirmat partem ſylvæ de Lütgen.* - ibid.

ARNOLDUS I.

Electus anno 1169.
Sedit in Concilio Lateranenſi an. 1179. Harduinus *Collect.* Concil. *Tom. VI. P. II. p.* 2059. *Lit. b.*
Obiit 25. Maji an. 1183.

1169. CCCCXVI. *Ludovici Abbatis ad S. Matthiam Treviris epiſtola ad S. Hildegardem.* - - - 602.

Eod. CCCCXVII. *Reſponſum B. Hildegardis ad Ludovicum Abbatem, qua eum docet, quomodo erga ſuos ſubditos ſe gerere debeat.* - 603.

1171. CCCCXVIII. *Henricus Comes Luxemburgenſis & Namurcenſis Wittliacum & Macheram, feuda Trevirenſia, Bertholdo Duci de Cheringa certis conditionibus cedit.* - - - ibid.

1177. CCCCXIX. *Arnoldus Archiep. Trevirenſis mandat, ne monaſterium S. Trudonis à telonario Cardonenſi gravetur.* - - 604.

1178. CCCCXX. *Unio Abbatiæ S.Mariæ Luxemburgi ad Abbatiam S.Vitoni Virduni, auctoritate Arnoldi Archiep.* - - 605.

1179. 11. April. CCCCXXI. *Alexander PP. III. jura monaſterii Wadegotienſis, & in eodem Archiepiſcopi Trevirenſis confirmat.* - - 606.

22. Apr. CCCCXXII. *Bulla Alexandri Papæ pro confirmatione libertatum & bonorum monaſterii Romersdorff.* - - 608.

1181. CCCCXXIII. *Origo caſtri Monclair, feudi Trevirenſis Eccleſiæ; nec non jura Arnoldi Archiep. in Sargavia.* - - - 609.

Eod. CCCCXXIV. *Arnoldus Archiep. Hemmerodienſibus prædium Langſcheid ab omni jure Advocatiæ liberum donat.* - - 611.

1182. 31. Maji. CCCCXXV. *Fridericus I. Imp. firmat bona & poſſeſſiones monaſterii S. Maximini.* - - - 612.

Eod. CCCCXXVI. *Compoſitio inter Canonicos S. Simeonis Trev. & cives de Confluentia ratione telonii ibid. auctoritate Arnoldi Archiep.* 613.

SEDES VACANS.

A 25. Maji an. 1183.
Usque ad annum 1190.

1185. CCCCXXVII. *Canonici S. Simeonis Monachis Eberbacenſibus immunitatem à telonio Confluentino indulgent.* - - - 614.

1187. CCCCXXVIII. *Gerardus Præpoſitus S. Simeonis montem quendam in curte Lehmen à jure Præpoſituræ in jus Capituli transfert.* - 615.

1188. CCCCXXIX. *Eccleſia de Muſchenbach in manus Capituli S. Simeonis erga annuam penſionem duarum librarum reſignatur.* - - 616.

JOANNES I.

Electus anno 1190.
Defunctus 19. Julii an. 1212.

1190. CCCCXXX. *Fundatio monaſterii Nobilium Dominarum in inferiori Prumia.* - - - 617.

Eod. CCCCXXXI. *Joannes Archiepiſcopus fundationem inferioris Prumiæ confirmat.* - - - 618.

119-. CCCCXXXII. *Guiberti Abbatis Gemblacenſis epiſtola ad Abbatem S. Matthiæ Treviris, qua ſuffragiorum participationem poſt obitum petit.* 620.

119-. CCCCXXXIII. *Reſponſoria Abbatis S. Matthiæ ad præcedentem,* 621.

Anni		Pag.
119-.	*CCCCXXXIV. Ut infra advocatiam de Berncaſtel nullum caſtrum exſtruatur, inter Joannem Archiep. & Comitem de Caſtel convenitur.*	621.
1193. 28. April.	*CCCCXXXV. Henricus VI. Imp. monaſterii Springirsbacenſis poſſeſſiones confirmat.*	622.
119-.	*CCCCXXXVI. Joannes Archiep. ſuâ & Imperatoris auctoritate firmat Eccleſiæ S. Simeonis telonium Confluentinum, ſcilicet de ſingulis mercatorum ſummariis quatuor denarios.*	623.
1194.	*CCCCXXXVII. Epiſtola Conventûs Epternacenſis ad Henricum VI. Imp. de negotio permutationis ejusdem Abbatiæ inter Imperatorem & Archiep. Trevirenſem.*	ibid.
1195.	*CCCCXXXVIII. Gerlacus de Iſenburg caſtra de Aldenburg & Covernæ inferioris feuda Trevirenſia recognoſcit.*	628.
1197. 6. April.	*CCCCXXXIX. Henricus Comes Palatinus Rheni advocatiam Eccleſiæ & Urbis Trevirenſis Archiepiſcopo Trevirenſi reſignat.*	629.
Eod.	*CCCCXL. Petrus miles de Veldenz ſe bona ſua in Marceto ab Eccleſia Trevirenſi tenere recognoſcit.*	630.
1202.	*CCCCXLI. Litera fundationis Abbatiæ Saynenſis per Joannem Archiep. Trevirenſem.*	641.
Eod.	*CCCCXLII. Literæ Guidonis Cardinalis Legati Apoſtolici pro confirmatione ejusdem fundationis.*	642.
24. Mart.	*CCCCXLIII. Wickardus Eccleſiæ S. Simeonis vineam donat propè Confluentiam.*	643.
1206. 4. Maji.	*CCCCXLIV. Bulla Innocentii Papæ III. ſuper fundatione Saynenſis Abbatiæ.*	644.
Eod.	*CCCCXLV. Villa Rore prope Confluentiam monaſterio Hemmerodienſi donatur.*	646.
1209.	*CCCCXLVI. Permutatio curtis Gladbach cum vineis in Weis, inter Collegiatam S. Simeonis Trev. & Abbatiam in Romersdorff.*	647.
1210. 2. Maji.	*CCCCXLVII. Carta Ottonis IV. Imp. Abbatiæ Romersdorff benefacientis.*	648.
1211.	*CCCCXLVIII. Joannes Archiep. Trevirenſis Hemmerodienſibus ruinas Trevirenſis Amphitheatri donat.*	649.
1212. 11. April.	*CCCCXLIX. Ottonis IV. Imp. privilegium pro civitate Trevirenſi.*	650.
Eod.	*CCCCL. Joannes Archiep. prædia Eccleſiæ S. Simeonis in Grach, Cuſe, Liſer & Keſten ab exactionibus Comitis de Caſtris libera declarat.*	651.

THEODERICUS II. COMES DE WEDA.

Electus anno 1212.
Interfuit Concilio Lateranenſi an. 1215. Geſta Trev. *Cap. CII.*
Moritur 28. Martii 1242.

1216. 27. April.	*CCCCLI. Fridericus Rex Rom. Gerardo de Sinzich procurationem ſuam ad inferiores partes Moſellæ committit.*	651.
Eod.	*CCCCLII. Theodericus Archiep. eccleſiam de Höningen refectorio Collegiatæ S. Simeonis incorporat.*	652.
1218.	*CCCCLIII. Laudum Decani S. Pauli Wormatienſis de jure patronatus eccleſiæ in Höningen, inter Capitulum Cathedrale Wormatienſe & Collegiatam S. Simeonis Trev.*	653.
Eod.	*CCCCLIV. Theobaldus Dux Lotharingiæ Curiam Maimendorff monaſterii S. Matthiæ ab omni Officialium ſuorum vexâ liberam ſtatuit.*	654.
1219. 7. Aug.	*CCCCLV. Conſtitutio Honorii PP. III. favore Hemmerodienſis monaſterii.*	ibid.

CCCCLVI.

Anni — Pag.

1220. 26. Apr. CCCCLVI. *Conſtitutio Friderici II. Imp. de non uſurpandis reliquiis defuncti Principis Eccleſiaſtici. Item de novis telonis, ædificiis, caſtris non conſtituendis; feudis vacantibus non occupandis &c.* - 657.

Eod. CCCCLVII. *Cæſarii Heiſterbacenſis epiſtola ad Hartmanuum Priorem Hemmerodienſem de Transfiguratione.* - - 659.

Eod. CCCCLVIII. *Ejusdem epiſtola ad Priores Hemmerodienſem & S. Mariæ, in expoſitionem moralem ſuper paſſionem Chriſti ſecundùm omnes Evangeliſtas.* - - - ibid.

1221. CCCCLIX. *Regiſtrum bonorum Prumienſis Eccleſiæ cum explicatione alterius Heiſterbacenſis Cæſarii olim Abbatis Prumienſis.* - 660.

1223. 7. April. CCCCLX. *Decretum Honorii PP. III. ut nullus de provincia Trevirenſi teneotur reſpondere, ubi non eſt copia Juriſperitorum.* - - 699.

29. Nov. CCCCLXI. *Irmegardis Comitiſſa & liberi ejus feuda ſua Luxemburgenſia & Arlunenſia ab Eccleſia Trevirenſi recognoſcunt.* - ibid.

1225. 3. April. CCCCLXII. *Theoderici Archiep. Trevirenſis ordinatio de ſchola Luxemburgi habenda.* - - - 700.

12. Sept. CCCCLXIII. *Wernerus de Hunolſtein ſe, tanquam Advocatum in Bernca-ſtel, nihil juris in bonis S. Simeonis ibidem ſitis habere recognoſcit.* 701.

1226. 21. Nov. CCCCLXIV. *Permutatio annui censûs inter Archiepiſcopum Trev. & Capitulum S. Simeonis.* - - - ibid.

1227. CCCCLXV. *Theoderici Archiep. Trev. Hugonis Ep. Leodienſis & Ludovici Comitis Palatini judicium adversùs Ermeſendam Comitiſſam Luxemburgenſem, quo caſtrum de Longia & domus de Comblenz Abbatiæ Stabulenſi aſſeruntur.* - - - 702.

1228. CCCCLXVI. *Theoderici Archiep. confirmatio bonorum & jurium monaſterii Saynenſis.* - - - ibid.

1229. 2. Jan. CCCCLXVII. *Henricus Comes Saynenſis Hemmerodienſibus decimam in Mettrich donat.* - - - 703.

1230. .. Julii. CCCCLXVIII. *Henricus Comes de Caſtris advocatiam de Minheim Archiepiſcopo Trevirenſi obligat.* - - - 704.

Eod. CCCCLXIX. *Statuta generalia Ordinis S. Benedicti pro monachis Archidiæceſis Trevirenſis.* - - - ibid.

Eod. CCCCLXX. *Henricus Germaniæ Rex & Theodericus Archiep. Trev. miniſteriales ſuos Gerardum de Sinzich & Theodericum de Vallender invicem permutant.* - - - 706.

1231. 23. Jan. CCCCLXXI. *Henricus VII. Rex Rom. probibet fœdera ſeu colligationes quascunque ſine auctoritate Imperialis Majeſtatis factas.* - ibid.

.. Mart. CCCCLXXII. *Abbatia S. Maximini fundum pro exſtructione parthenonis Marienthal Theoderico de Merſch vendit.* - - 707.

1. Maji. CCCCLXXIII. *Henricus VII. Rex Rom. Principibus Germaniæ privilegium concedit, ejusdem ferè argumenti cujus eſt illud Friderici II. de menſe Majo anni* 1232. - - - 708.

Eod. CCCCLXXIV. *Gerardus de Sinzig allodium ſuum Vallender Eccleſiæ Trevirenſi, præſcriptis conditionibus in feudum offert.* - - 709.

Eod. CCCCLXXV. *Transactio inter Eccleſiam S. Simeonis & Abbatiam Hemmerodienſem, de variis juribus & prædiis monaſterio vicinis, auctoritate Theoderici Archiep.* - - - 710.

1232. .. April. CCCCLXXVI. *Fridericus II. Imp. conſuetudines Germaniæ, quibus communia conſilia vel quæcunque alia officia ſine Eccleſiaſticorum Præſulum voluntate ſtatui receptum erat, irritat.* - - 711.

Anni | Pag.

1232. CCCCLXXVII. *Idem promittit, nullum à ſe caſtrum erigendum, aut mone-*
.. Maji. *tam cudendam, aut feuda vacantia conferenda in præjudicium Domini territorialis, nec homines proprios detineri permiſſurum &c.* 712.

1234. CCCCLXXVIII. *Abbatia S. Cornelii in Inda à Capitulo S. Simeonis liberum*
.. Decemb. *declaratur à ſolvendo telonio Confluentino.* - - 714.
Eod. CCCCLXXIX. *Theodericus Archiep. fundationem Abbatiæ de Bona-via confirmat.* - - - ibid.
1235. CCCCLXXX. *Fundatio Abbatiæ de Tiſſertingen auctoritate Theoderici*
... Maji. *Archiepiſcopi.* - - - 715.
Eod. CCCCLXXXI. *Variæ acquiſitiones Trevirenſi Eccleſiæ per Theodericum Archiep. factæ.* - - - 716.
1238. CCCCLXXXII. *Idem Archiepiſcopus privilegia Prioratûs de Marienthal confirmat.* - - - 718.
21. Sept. CCCCLXXXIII. *Statuta Concilii provincialis Trevirenſis.* - 720.

.. Nov. CCCCLXXXIV. *Waleramus Dux Limburgenſis Comes Luxemburgenſis partem ſuam caſtri Mailberg ab Archiepiſcopo Trevirenſi ligiam tenet.* 723.

26. Nov. CCCCLXXXV. *Hermannus Comes de Virneburg varia prædia Hemmerodienſibus donat.* - - - 724.
3 Dec. CCCCLXXXVI. *Henricus Comes de Naſſau Haſelbach ab Eccleſia Trevirenſi in feudum tenet.* - - - ibid.
1239. CCCCLXXXVII. *Archiepiſcopus Trevirenſis poteſt ſe juvare de Bidburg con-*
24. Julii. *tra quoscunque, & Comes Luxemburgenſis eſt Caſtrenſis in Kilburg &c.* 725.

1240. CCCCLXXXVIII. *Dominus de Falckenſtein de conſenſu Theoderici de Isen-*
25. Mart. *burg mediam partem decimæ in Meſſerich Archiepiſcopo Trevirenſi obligat pro reſidentia in Kilburg.* - - ibid.
18. Dec. CCCCLXXXIX. *Pars redituum Canonicalium S. Simeonis auctoritate Theoderici Archiepiſcopi in diſtributiones quotidianas convertitur.* 726.

ARNOLDUS II.
AB ISENBURG.

Electus anno 1242.
Obiit 5. Novemb. anno 1259. Vid. *pag.* 740. *a.*

1242. CCCCXC. *Conradus Rex Rom. Abbatiam S. Maximini in ſuam & Imperii*
.. Mart. *protectionem recipit.* - - - 726.
17. Apr. CCCCXCI. *Unio ſeptem majorum Eccleſiarum urbis Trevirenſis.* - - 727.

14. Julii. CCCCXCII. *Conradus Rex cives Trevirenſes in ſuam & Imperii ſpecialem protectionem recipit.* - - - 729.
1243. CCCCXCIII. *Arnoldus Archiep. Trevirenſis beneficia ante adeptum Archiepiſcopatum poſſeſſa ex diſpenſatione Apoſtolica retinet.* - ibid.
1244. CCCCXCIV. *Idem Archiepiſcopus collationem feudi, ab anteceſſore ſingu-*
26. Nov. *lari jure factam, ratam habet.* - - 730.
1245. CCCCXCV. *Patribus Dominicanis in urbe Confluentina domicilium datur.* ibid.
26. Jun.
1246. CCCCXCVI. *Commiſſarii Apoſtolici Eccleſiam de Höningen Collegiatæ S. Si-*
28. Nov. *meonis adjudicant.* - - - 731.
1247. CCCCXCVII. *Breve indulgentiarum monaſterio Epternacenſi pro feſto Pen-*
2. Jan. *tecoſtes conceſſarum.* - - - 732.
1248. CCCCXCVIII. *Reconciliatio Archiepiſcoporum Trevirenſis & Colonienſis*
27. Sept. *cum Comite Palatino Rheni ratione caſtri Touron.* - 733.
1251. CCCCXCIX. *Everhardus de Lapide tenetur aſſignare prædium valoris CC.*
23. Sept. *librarum ab Eccleſia Trevirenſi in feudum tenendum.* - 734.
1. Oct. D. *Arnoldus Archiep. Abbatiæ Clari-fontis eaſdem exemptiones tribuit, quibus alia Ciſtercienſium monaſteria gaudent.* - - 735.
1254. DI. *Monaſterium S. Mariæ de Throno ad aram S. Martini Moguntiæ pro*
1. Julii. *donata ſibi eccleſia in Werheim cenſum trium librarum ceræ offert.* 736.

Digitized by Google

Anni Pag.
1255. *DII. Inſtitutum Monialium S. Agnetis Treviris.* - - 736.

1256. 21. Febr. *DIII. Supplicatio ac monitio Eccleſiarum Trevirenſium ad Arnoldum Archiepiſcopum, ut eas permittat ſuis libertatibus uti, & exceſſus ſuos emendet.* - - - 737.

.. Apr. *DIV. Inſtitutio parochiæ in Vianden.* - - - 739.

1260. 18. Dec. *DV. Gerardus Comes Luxemburgenſis Trevirenſibus dat inducias.* 740.

HENRICUS A VINSTINGEN.

In diſcordi aliorum electione à Rom. Pontifice Archiepiſcopus creatus 19. Nov. an. 1260.
Moritur 26. Aprilis an. 1286.

1261. 5. Nov. *DVI. Urbanus IV. Papa revocat gratiam à ſuo prædeceſſore Henrico Archiepiſcopo factam.* - - - 740.

22. Nov. *DVII. Idem Pontifex Epiſcopis Wormatienſi & Spirenſi nec non Abbati in Rodenkirchen committit, ut adverſùs Henricum Archiep. Trev. inquirant.* - - - 741.

21. Dec. *DVIII. Literæ Hugonis Cardinalis Pænitentiarii ad Priorem PP. Dominicanorum Treviris, ut Henricum Archiep. ad cautelam à cenſuris abſolvat.* - - - 742.

1262. 6. Apr. *DIX. Urbanus IV. Wilhelmo & Rorico Fratribus de Ordine Minorum mandat, ut in Henricum Archiep. inquirant.* - - 743.

8. April. *DX. Literæ Prioris FF. Prædicatorum, mandatum Hugonis Cardinalis Pænitentiarii exequentis.* - - - 744.

9. April. *DXI. Commiſſio Apoſtolica ad Plebanum Eccleſiæ S. Mariæ in Confluentia, ut ſuper negotio novi telonei ibidem ab Archiepiſcopo impoſiti informet.* ibid.

23. Maji. *DXII. Proceſſus Epiſcoporum Wormatienſis & Spirenſis nec non Abbatis in Rodenkirchen adverſùs Henricum Archiep.* - - 745.

27. Maji. *DXIII. Secundæ literæ Cardinalis Pænitentiarii ad Priorem Dominicanorum poſt recidivam Henrici Archiep.* - - 746.

30. Nov. *DXIV. Papa Fratribus Minoribus iteratò & ſub pœna excommunicationis mandat, ut in negotio inquiſitionis procedant.* - - 747.

1263. 23. Jan. *DXV. Richardus Rex Rom. Odam de Trys Miniſterialem Imperii Trevirenſi Eccleſiæ donat.* - - - 748.

29. Mart. *DXVI. Papa monet Fratres inquiſitores, ut inquiſitionem adverſùs Archiepiſcopum ad finem proſequantur.* - - ibid.

.. April. *DXVII. Appellatio Prioris S. Matthiæ à decreto Archiepiſcopi contra ſuum Abbatem inquirere volentis.* - - 749.

17. Apr. *DXVIII. Urbanus Papa Fratres Wilhelmum & Roricum iteratò monet, ut ab inquiſitionis negotio non remittant.* - - 750.

.. Maji. *DXIX. Appellatio Monachorum S. Matthiæ à decreto Henrici Archiepiſcopi, quo Abbatem ſuâ dignitate privare intendit.* - - 751.

13. Sept. *DXX. Archiepiſcopum adhuc rebellem Pontifex anathemate feriri præcipit.* - - - ibid.

.... *DXXI. Executio prædicti mandati Apoſtolici per Abbatem S. Martini & Joannem Cantorem.* - - - 752.

20. Sept. *DXXII. Rom. Pontifex Wilhelmi Meiſenburgii intruſi Abbatis S. Matthiæ contractus omnes nullos declarat.* - - 753.

24. Sept. *DXXIII. Literæ papales adverſùs Henricum Archiepiſcopum, quòd negotio diſcordis electionis Metenſis ſe ſe immiſcuerit.* - - 754.

Pag.

Anni 1263. 27. Sept. *DXXIV. Urbanus Papa Arnoldo Archidiacono Trevirenſi committit, ut eos; ad quos ſua mandata adversùs Archiepiſcopum direxit, adjuvet.* 755.

Eod. *DXXV. Compoſitio de damnis in Schwarzenberg cum duplici feudo.* ibid.

10. Nov. *DXXVI. Jura Archiepiſcopi Trevirenſis in Saargaw, Contz & Monclair.* 757.

23. Maji. *DXXVII. Papa nullas declarat ſententias ab Archiepiſcopo contra Abbatem S. Matthiæ latas.* 758.

. . . *DXXVIII. Abbates ab Henrico Archiepiſcopo intruſi per Commiſſarios Apoſtolicos exauctorantur, & ejecti reſtituuntur.* 759.

6 Julii. *DXXIX. Gerardus de Orleij renuntiat bonis in Reulant favore Eccleſiæ Trevirenſis, & fit Caſtrenſis in Novo-caſtro.* 760.

9. Sept. *DXXX. Literæ ſummi Pontificis ad Scabinos & civitatem Trevirenſem de negotio Abbatum S. Matthiæ & S. Mariæ ad Martyres.* ibid.

1264. 18. Jan. *DXXXI. Urbanus Papa literas ſuas, in gratiam Abbatis S. Matthiæ hactenus relatas, adversùs falſarum literarum fabricatores, veras declarat.* 762.

1165. 27. Martt. *DXXXII. Literæ oppidanorum Confluentinorum ad Rom. Pontificem, de miraculis B. Rizæ, in eccleſia S. Caſtoris Confluentiæ ſepultæ.* 764.

1267. 5. Jan. *DXXXIII. Interrogatoria Clementis PP. IV. Henrico Archiep. Trevirenſi facta.* 765.

6. April. *DXXXIV. Reverſales fratrum de Hunolſtein, de non vindicanda injuria, ſibi à Civibus Trevirenſibus illata.* 767.

Eod. *DXXXV. Excuſationes Archiepiſcopi Trevirenſis Clementi Papæ oblatæ.* ibid.

Eod. *DXXXVI. Refutatio reſponſionum & excuſationum Henrici Archiepiſcopi.* 773.

19. Dec. *DXXXVII. Clemens PP. IV. Henricum Archiepiſcopum ab officio & beneficio ſuſpendit.* 784.

1269. 24. Sept. *DXXXVIII. Compromiſſum Capituli S. Simeonis & Gerlaci de Arrenfels in Archiepiſcopum Trevirenſem ſuper exactionibus in Höningen.* 788.

8. Oct. *DXXXIX. Compoſitio inter eosdem ſuper diverſis juribus in Höningen.* 789.

1271. 5. Aug. *DXL. Gregorius X. PP. ſuſcipit cauſam Theoderici Abbatis S. Matthiæ adversùs Henricum Archiep. reſcribendo eapropter ad Abbatem S. Martini Glandarienſis.* 791.

1172. 26. Maji. *DXLI. Contractus matrimonialis inter Robinum de Coverna & Eliſabetham de Eppenſtein.* 792.

21. Sept. *DXLII. Laudum duorum Cardinalium, quo Henricus Archiep. Trev. Theoderico Abbati S. Matthiæ conciliatur.* 794.

Eod. *DXLIII. Suſpenſio Henrici Archiepiſcopi relaxatur, eique libera Trevirenſis Eccleſiæ adminiſtratio conceditur.* 796.

Eod. *DXLIV. Inſtitutum Monialium de Engelport.* 800.

1273. 9. Jan. *DXLV. Rudolphus Imp. cavet, ne quis Advocatus S. Maximini advocatiam, aut alia ad monaſterium pertinentia, ſine Abbatis conſenſu alienare præſumat.* 801.

23. Aug. *DXLVI. Feudum ligium & aperibile caſtri Molsberg.* ibid.

11. Sept. *DXLVII. Caſtrum Biſchoffſtein ligium Trevirenſis Eccleſiæ.* 802.

1275. 23. Febr. *DXLVIII. Poynce Troyſin de Maleroth totum alodium ſuum in Elaynges & Bevanges, ſub ſigillo Henrici Comitis Luxemburgenſis, ab Eccleſia Trevirenſi in feudum recipit.* 803.

DXLIX.

Anni — Pag.

1277. 21. April. DXLIX. *Feudum caſtri Kempenich.* - - - 803.

8. Nov. DL. *Wernerus de Trys caſtrum ſuum ab Eccleſia Trevirenſi ſe habere recognoſcit.* - - - 804.

Eâd. DLI. *Fridericus Dominus Novi-caſtri partem advacatiæ Monaſterii Meinfeld pro 500. marcis obligat.* - - - 806.

Eâd. DLII. *Idem recognoſcit, quòd caſtra Coverna, inferius & ſuperius ſint ligia Trevirenſis Eccleſiæ.* - - - 807.

1278. DLIII. *Feudum caſtri Henzemberg per W. de Lapide receptum.* - 808.

1279. 4. Jan. DLIV. *Nicolaus PP. III. Monialibus Juviniacenſibus concedit, ut in agnatorum ſuorum bonis ſuccedere valeant.* - - 809.

15. Jan. DLV. *Hugo & Joannes Domini de Vinſtingen Eccleſiæ Trevirenſi vendunt caſtrum Mailberg & advocatiam de Wittlich cum pertinentiis.* ibid.

18. Febr. DLVI. *Feudum XV. librarum Trevirenſium in Griveldingen.* - 811.

1280. 1. April. DLVII. *Henricus Comes Salmenſis Archiepiſcopo Trevirenſi vendit, quidquid habet in Berncaſtel & Moutervills, & caſtrum Hunolſtein ſe in feudum habere recognoſcit.* - - - 812.

1281. 30. Jan. DLVIII. *Robinus de Coverna Eccleſiæ S. Simeonis vendit advocatiam, juriſdictionem, aliáque jura in Lehmen.* - - 813.

24. Maji. DLIX. *Concordia inter Henricum Archiepiſcopum Trevirenſem & cives Confluentinos.* - - - 815.

1282. 10. Julii. DLX. *Curtis in Coverna auctoritate Archiepiſcopi Trevirenſis Eccleſiæ S. Caſtoris in Confluentia contra Robinum de Coverna adjudicatur.* - 816.

25. Oct. DLXI. *Theodericus de Indagine allodium ſuum in Huntzienbach monaſterio Tholeyenſi in feudum offert.* - - 817.

1283. 2. Febr. DLXII. *Henricus Archiepiſcopus dominium directum Curiæ Manweiler ab Enbrichone de Löwenſtein acquirit.* - - 818.

3. Sept. DLXIII. *Theodericus Reizer miles Eccleſiæ Trevirenſi homagium præſtat pro XXX. libris den. Trevirenſium, & partem prædii ſui in Ezheim in feudum offert.* - - - ibid.

1. Oct. DLXIV. *Confluentinorum corpus & res in manibus Archiepiſcopi ſint, ſi quis illorum contra hunc ejúsque jura agere probetur.* - 819.

1284. 12. Apr. DLXV. *Feudum Joſridi ab Aixe de Winterich & Liſer.* - 820.

BOEMUNDUS I.
A WARNESBERG.

Electus in ſchismate anno 1286.
Confirmatus anno 1289. Papebrochius *Tom. II. Aprilis pag.* 703. *Lit. c.*
Non anno 1280. ùt volunt Serarius & Browerus.
Deceſſit 9. Decemb. an. 1299.

1287. 26. Mart. DLXVI. *Eccleſiæ S. Simeonis per Officialem Archidiaconi ſylva de Nalbach adversùs Boëmundum de Sirsberg, loci Advocatum, adjudicatur.* 820.

1289. 6. Dec. DLXVII. *Gerardus Comes eccleſiam de Dietz Archiepiſcopo Trevirenſi reſignat.* - - - 823.

1291. 1. Jun. DLXVIII. *Rudolphus Rex Rom. oppidum Meyen libertate donat.* ibid.

1292. 13. Jan. DLXIX. *Joannes de Mailberg bona ſua in Retzenroth & Grimeldroch pro CC. libris Eccleſiæ Trevirenſi in feudum aſſignat.* - 824.

Anni — Pag.

1292. .. Febr. *DLXX. Fundatio PP. Carmelitarum Arluni.* - - 825.

21. Febr. *DLXXI. Placitum ſuper juribus & reditibus Eccleſiæ S. Simeonis in Igel.* ibid.

1293. 2. Oct. *DLXXII. Hermannus de Saurshauſen caſtrum Wiltberch ligium ab Eccleſia Trevirenſi agnoſcit.* - - - 826.

1294. 13. Jan. *DLXXIII. Godefridus Comes Viennenſis pro receptis CCCC. libris Trevirenſibus ſit vaſallus Eccleſiæ Trevirenſis, aſſignans in feudum terras annui reditus XL. librarum.* - - 827.

22. Julii. *DLXXIV. Adolphus Rex Rom. Boëmundo Archiep. Cochem & Clotten pro 4553. marcis Colomenſibus oppignorat.* - - 828.

1298. 25. Aug. *DLXXV. Albertus Rex Rom. Boëmundo caſtrum Cochem in proprietatem concedit.* - - - - 829.

1299. 1. Aug. *DLXXVI. Fœdus inter Boëmundum Archiep. & Fridericum Ducem Lotharingiæ de caſtro Schwartzenberg communibus viribus obſidendo.* 830.

DYTHERUS
A NASSOVIA.

A Romano Pontifice pro Archiepiſcopo Trevirim initio anni 1300. miſſus.

Deceſſit 23. Novemb. anno 1307.

1300. 17. Jan. *DLXXVII. Dytherus Archiep. Fridericum de Duna caſtro Manderſcheid inveſtit.* - - - 831.

20. Oct. *DLXXVIII. Albertus Rex Rom. Ulricum de Hanau Imperii Advocatum & Præfectum provincialem per Wetteraviam ac in civitatibus Boppardienſi & Weſalienſi conſtituit.* - - - 832.

27. Dec. *DLXXIX. Fundatio Hoſpitalis in Bidburg.* - - 833.

DIS-

DISSERTATIO
PRÆVIA

De vario Trevirorum ſtatu usque ad exitum Sæculi quinti.

§. I.

Trevirorum, origine Germanorum.

GErmanicæ eſſe originis, tanta videbatur *Trevirorum gloria*, ut, teſte Tacito *de Mor. Germ. Cap. XXVIII.* circa eam *ultro ambitioſi* fuerint. Eandem originem firmat Strabo *Lib. IV. Geogr.* dum ait: *Treviris cohærere Nervios, qui ETIAM natione Germani ſunt.* Græco legitur: καὶ τοῦτο Γερμανικὸν ἔθνος. Scilicet parum *obſtabat* Rhenus *amnis, quominus, ut quæque gens evaluerat* (ità, de Treviris & Nerviis tractando, Tacitus *l. cit.* differit) *occuparet permutarêtque ſedes, promiſcuas adhuc, & nulla regnorum potentia diviſas.* Anſam transferendæ cis Rhenum habitationis Cæſar *de Bell. Gall. Lib. II. C.* 4. exprimit, nempe: *loci fertilitas.* Quo autem tempore Treviri fluvium, Germaniæ Galliæque limitem, tranſierint, obſcurum. Illud pronum eſt judicare, eos nomen ipſum ſecum attuliſſe, genti proprium, dediſſéque Urbi, aut à ſe conditæ, aut certè à novis habitatoribus egregiè auctæ. Nomen, inquam, TREVIRORUM, vel TREVERORUM; utrumque enim omni ferè ævo perinde loquuntur lapides, nummi, diplomata, ſigilla. *Triverorum* etiam & *Triberorum* nomina eis data ſunt, ſed minùs frequenter. Prima felicis populi dos: Libertas. Inde Plinii *Hiſt. Nat. Lib. IV. C.* 17. dictum: *Treviri liberi antea*, id eſt, ante Romanorum adventum. Sed & ſeriùs; utì *§. IX. in fin.* referemus. Altera: Finium latitudo.

Nomen unde?

Primitùs liberi.

II.

Populi fines: ad Orientem.

Peramplos fuiſſe Trevirorum fines, ex eorum determinatione apparebit. Quod ad *Orientem* reſpicit: Rheno clauſos, ex variis Jul. Cæ-

Cæſaris *de Bell. Gall.* locis intelligitur. Et imprimis quidem ex *Lib. III. Cap.* 11. ubi ipſe Cæſar *T. Labienum Legatum in Treviros, qui proximi Rheno flumini ſunt, cum equitatu mittit. Lib. IV. C.* 10. autem ſcribit, quòd Rhenus *per fines Nantuatium, Helvetiorum, Sequanorum, Mediomatricum, Tribocorum, Trevirorum citatus feratur.* Et *Lib. VI. C.* 9. narrat, ſe pontem ſtruxiſſe in Rheno apud Ubios, firmo præſidio in Treviris ad pontem relicto. Ibi: *Cæſar poſtquam ex Menapiis in Treviros venit, duabus de cauſis Rhenum tranſire conſtituit, quarum erat altera, quòd* (Germani Trans-Rhenani) *auxilia contra ſe Treviris miſerant; altera, ne Ambiorix* (qui ex Eburonibus fugam ad Germanos meditabatur) *receptum ad eos haberet. His conſtitutis rebus paulum ſupra eum locum, quo antea exercitum trausduxerat, facere pontem inſtituit. Notâ atque inſtitutâ ratione, magno militum ſtudio paucis diebus opus efficitur; firmo in Treviris præſidio ad pontem relicto, ne quis ab iis ſubito motus oriretur, reliquas copias equitatúmque trausduxit.* Denique *Lib. V. C.* 3. diſertè in hæc verba Treviros ad Rhenum usque extendit. *Hæc Civitas* (Trevirorum) *longè plurimùm totius Galliæ equitatu valet, magnásque habet copias peditum, Rhenúmque, ùt ſuprà demonſtravimus, tangit.* Cæſari in his ſimillimus eſt Strabo *Lib. IV. Geogr. pag.* 194. ubi: *Poſt Mediomatrices,* inquit, *& Tribochos Treviri juxta Rhenum habitant, apud quos Romani contra Germanos nunc belligerantes conſtruxerunt pontem.* Et mox: *Ulteriùs autem circa hunc locum incolebant Ubii, quos ad interiorem Rheni ripam volentes traduxit Agrippa.* Unde apparet Ubios & Treviros fuiſſe conterminos. Quod tamen de Trevirorum exigua parte, vel de eorum clientibus Condruſis, qui Ubios inter & Treviros exiguo tractu jacebant, intelligendum.

§. III.

ad Occidentem. *Occidentalis* Trevirorum limes fuit Moſa fluvius, cum Rhemis Nerviiſque, populis adverſam Moſæ ripam habitantibus. Et de *Rhemis* quidem diſertè Ptolomæus *Lib. II. Geogr. Cap.* 9. *Orientales ſunt tam Treviri, quàm Mediomatrices; illi quidem ad ſeptentrionem magis declinantes, hi verò ad meridiem.* Expreſſiùs Strabo *Lib. IV. Geogr. cit. p.* 194. *Treviris & Nerviis Senones & Rhemi ad occidentem cohabitant.* Deinde: *Treviris cohabitant Nervii &c.* eâ utique parte, qua hi trans Moſam Rhemis ſubnectebantur. Cohærent ſanè eâ parte, qua trans Moſam Rhemis ſubnectebantur. Itaque ut Rhemi initio quidem ſint Nerviis meridionales, mox tamen, quia limes Rhemorum ponè Nervios ad Septentrionem curvatur, fiunt iisdem Nerviis ſecundùm extremas partes paulatim occidentales Rhemi. Et hoc erat, quod Strabo priori loco Rhemos occidentales poſuit Nerviis.

§. IV.

ad Meridiem. Limes Trevirorum *Meridionalis* fuêre Mediomatrices, qui à Rhemis, utì ex jam dictis licet colligere, ad Rhenum usque pertingebant. Et primò quidem, quòd Rhemos attingerent, patet ex loco Ptolomæi pro Trevirorum limite occidentali *ſ. præced.* relato. Quòd verò deinde adversâ parte Rheno aſſederint, clarè innuunt Cæſar *Lib. IV.* & Strabo *Lib. IV.* locis pro limite Trevirorum orientali *ſ. II.*

cita-

citatis. Amplum quondam & potens erat Mediomatricum dominium. Eſtque vero per omnia ſimile, ante Cæſaris tempora, priusquam Triboci, Nemetes, Vangiones Rhenum tranſirent, ad Sequanos usque pertinuiſſe, & à finibus Trevirorum ſecundùm Rheni ripas ſe ſe Argentoratum usque extendiſſe. Cæſaris verò ævo, Orientem versùs, Rheno fuiſſe circumſcriptos, at vix ultra Moguntiacum; inde porro inter Meridiem & Orientem reſtrictos pauliſper, quoad linea obliquior, fines Mediomatricum meridionales perſtringens, ad Moſam reciperetur, finésque eorundem occidentales ſecundum fluminis alveum deſcriberet, & tandem fines communes Mediomatricum & Trevirorum attingeret; illorum quidem ſeptentrionales, horum verò meridionales. Difficultatem tamen pariunt Cæſar & Strabo *locis citt.* circa Rheni accolas hunc ſervantes ordinem, ut primo loco nominent Mediomatrices, deinde Tribocos, demum Treviros; adeò, ut Treviris propinquiores videantur Triboci, quàm Mediomatrices. At non videtur Cæſar in his populis attendiſſe tam ad locorum, quàm ad temporum ſeriem. Antè enim, quàm Triboci & poſt eos Vangiones & Nemetes, Rhenum transmitterent, creduntur Mediomatrices omnem cis-Rhenanam ripam à Treviris ad Sequanos usque occupâſſe. Quod fortè etiam innuit Strabo *l. cit.* ſcribens: *poſt Helvetos Sequani & Mediomatrices Rhenum accolunt.* Et ſanè Cæſar ſuis adhuc temporibus cum Arioviſto Tribocos, Nemetes, Vangiones, adversùs ſe militâſſe fatetur *Lib. I. de Bell. Gall.* Unde videtur hos vel exiguam aliquam portionem cis Rhenum habuiſſe, vel trans Rhenum adversâ ripâ adhuc conſediſſe, ſive omnes, ſive aliquam partem, idque è regione Mediomatricum, ut ſic conſtet lectio tam Cæſaris, quàm Strabonis, & inſimul locorum habeatur accurata ratio, fluátque Rhenus per fines Mediomatricum, juxta Treviros conſidentium, & per fines Tribocorum, trans Rhenum, ex oppoſito, habitantium.

§. V.

Demum *Septentrionales* Treviris fuêre Pœmani, Ceræſi, Segni, Condruſi, qui omnes à Moſa, & finibus Nerviorum continuabantur usque ad Rhenum. Rheno quidem contigui Condruſi. Siquidem Cæſar *Lib. IV. de Bell. Gall. Cap.* 6. tradit, Germanos, Rhenum transgreſſos, ſtatim Condruſorum fines invaſiſſe. Condruſis proximos, Orientem versùs, jungimus Segnos, quia & Cæſar eos jungit, addens *Lib. VI. C.* 32. eosdem in bello Eburonico ab armis adversùs Cæſarem abſtinuiſſe, Legatósque ad eum miſiſſe. *Segni*, inquit, *Condruſique ex gente & numero Germanorum, qui ſunt inter Eburones Trevirósque, Legatos ad Cæſarem miſerunt, oratum, ne ſe in hoſtium numero duceret, néve omnium Germanorum, qui eſſent citra Rhenum, cauſam eſſe unam, judicaret: nihil ſe de bello cogitâſſe, nulla Ambiorigi* (erat is dimidiæ Eburonum partis Rex) *auxilia miſiſſe.* Oportere autem hos populos ſecundùm longitudinem ab Oriente & Occidente inter Treviros & Eburones extendi, ipſe perſuadet Cæſar, dum *cit. Cap.* 32. Segnos & Condruſos manifeſtè hinc, ſcilicet à Meridie, claudit Treviris, inde verò, à Septentrione, Eburonibus. ad Septentrionem.

VI.

Treviris in Arduenna.

His finibus circumſcriptam Trevirorum Gentem totam, quantam, Arduennæ ſilvam incoluiſſe cognoſcet, qui amplitudinem hujus ſilvæ versùs Occidentem à Rheno ad Moſam, versùs Septentrionem ad Scaldim & mare usque decurrentis, expenderit. Primam deſcribit Cæſar *de Bell. Gall. Lib. V.* C. 3. ubi, *Indutiomarus*, inquit, *equitatum peditatúmque cogere: iíſque, qui per ætatem in armis eſſe non poterant, in ſilvam Arduennam abditis, quæ ingenti magnitudine per medios fines Trevirorum à flumine Rheno ad initium Rhemorum pertinet, bellum parare inſtituit.* Et deinde *Lib. VI. C. 29. Ipſe cùm matureſcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis per Arduennam ſilvam, quæ eſt totius Galliæ maxima, atque ab ipſis Rheni, finibúsque Trevirorum, ad Nervios pertinet, millibúsque ampliùs D. in longitudinem patet, L. Minutium Baſilium cum omni equitatu præmittit.* Alteram deſignat idem Cæſar, dum *Lib. VI. C. 33. partito*, ait, *exercitu T. Labienum cum legionibus tribus ad Oceanum versùs, in eas partes, quà Menapios attingunt, proficiſci jubet: C. Tribonium cum pari legionum numero, quæ Atuaticis adjacet, depopulandum mittit; qui cum reliquis tribus ad flumen Scaldim, qui influit in Moſam, extremáſque Arduennæ partes ire conſtituit.* Et adhuc expreſſiùs Strabo *Lib. IV. Geogr. pag. 194. Treviris hærent Nervii, & hi Germanica Gens; poſtremi ſunt Menapii, qui utrimque ad oſtia fluminis inhabitant paludes & ſaltus, ſilváſque non altas, ſed denſas & ſpinoſas.* Et paulo pòſt: *Similis verò Menapiorum regioni Morinorum, & Atrebatum & Eburonum Regio. Silva enim eſt, non altarum valde arborum; multa quidem, non verò tanta, quantam aliqui ſcriptores dixerunt, quatuor millium ſtadiorum; vocant eam Arduennam.*

VII.

Decora Trevirenſis.

Multa certè ſunt, quæ primævam populi Trevirenſis magnitudinem commendent. Et *imprimis* quidem amplitudo finium, de qua jam actum eſt. *Deinde* pedeſtris & equeſtris militiæ claritas. Cæſar *Lib. V. C. 3. Hæc Civitas* (Trevirorum) *longè plurimùm totius Galliæ equitatu valet, magnáſque habet copias peditum.* Idem *Lib. II. C. 24. Equites Treviri, quorum inter Gallos virtutis opinio eſt ſingularis.* De equis Trevirorum vide locum ſingularem Plinii *Hiſtor. Natural. Lib. XI. C. 49. Porro* bella, quæ tanquam cis-Rhenanorum & Gallorum principes populi pro libertate tuenda adversùs Romanos geſsêre; de quibus paſſim Cæſar & Tacitus. *Nec minùs* animi, quibus ſe ſe illis oppoſuerunt. Quare Hirtius *Lib. VIII. de Bell. Gall. C. 25. Labienum cum II. Legionibus in Treviros mittit, quorum civitas propter Germaniæ vicinitatem quoditianis exercitata bellis cultu & feritate non multum à Germanis* (trans-Rhenanis) *differebat, neque imperata unquam, niſi exercitu coacta, faciebat.* Unde à Cæſare ad Conventus cum cæteris cis-Rhenanæ Germaniæ & Galliæ populis vocati venire, cum pauculis aliis, recusârunt. Ipſe Cæſar *Lib. V. C. 2. cum legionibus expeditis quatuor, & equitibus octingentis, in fines Trevirorum proficiſcitur; quod hi neque ad conſilia veniebant: neque imperio parebant.* Eadem ferè rurſus Cæſar *Lib. VI. His accedunt* clientelæ Eburonum, Condruſorum, aliorúmque populorum, quas Treviri adversùs Trans-Rhenanos, his populis infeſtos, ſuſceperunt, de quibus Cæſar *Lib. IV. C. 6. Præterea* potentes Optimatum factiones, præſertim illæ Indutiomari & gene-

generi ejus Cingetorigis, qui Principes civitatis (ſic vocat Cæſar) in diverſa ſtudia populum diſtrahebant. Idem *de Bell. Gall. Lib. V. C.* 3. 4. *Poſtremò* Nobilitatis & Principum Civitatis frequentia: ſiquidem una vice cum Civili centum & tredecim Trevirorum Senatores Rhenum tranſiêre, ſponte patria exules, ne in manus Cerealis inciderent, à quo caſtris fuerant exuti; majori nihilominus numero apud ſuos remanente. Tacitus *Lib. V. Hiſt. C.* 19. Rerum ſumma in Civitate maximè penes unum erat. Cæſar *Lib. V. Cap.* 3. *De principatu* Trevirorum *inter ſe contendebant Indutiomarus & Cingetorix.* Scilicet ex more reliquarum Galliæ Civitatum & Pagorum, de quo Cæſar *Lib. VI. C.* 11. Defuncti autem imperium ejus propinquis plerumque tradebatur. Hinc Cæſar *Lib. VI. C.* 2. *Interfecto Indutiomaro* (qui à Floro *Lib. III. C.* 10. etiam *regis* titulum adeptus eſt) *ad ejus propinquos à Treviris imperium defertur.* Videtur tamen Principis majeſtatem Optimatum ex Nobilitate auctoritas nonnihil temperâſſe. Eâ ratione Indutiomarus apud Cæſarem *Lib. V. C.* 3. *ſe ſe idcirco à ſuis diſcedere & ad Cæſarem venire noluiſſe, quò faciliùs Civitatem in officio contineret, ne omnis Nobilitatis diſceſſu plebs propter imprudentiam laberetur.* Tanta autem Nobilium auctoritas, ut & ipſi à Cæſare *eod. Cap.* 3. appellarentur *Principes.*

& forma regiminis ante Romanos.

§. VIII.

Sub Romanorum in Galliam adventum Rhenum utriusque populi limitem habitum fuiſſe, jam dictum eſt. At *Gallia omnis*, ùt ait Cæſar *de Bell. Gall. Lib. I. init. diviſa eſt in partes tres* (erat ea prima Galliæ diviſio) *quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipſorum linguâ Celtæ, noſtrâ Galli appellantur.* Addit Cæſar: *horum omnium fortiſſimi ſunt Belgæ: propterea, quòd à cultu & humanitate Provinciæ* (Narbonenſis, quæ & poſtmodum Vienenſis) *longiſſimè abſunt, miniméque ad eos mercatores ſæpe commeant, atque ea, quæ ad effœminandos animos pertinent, important. Proximíque ſunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bella gerunt.* Demum ait *ibid.* Cæſar: *Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.* In hac itaque diviſione inter Belgas fuimus Treviri, nec ſine laude; quippe quòd Mela *Lib. III. C.* 2. *Treviros Belgarum clariſſimos* vocet. De priſtinis Trevirorum moribus, utpote quos cum reliquis Belgis communes habuêre, hìc nihil memoramus; illud tamen cum Pontano *Epiſt. XVI.* apud Mathæum *Analect. Tom. V. pag.* 999. *edit. nov.* non omittimus: *Trevirorum idioma ſive dialectum fuiſſe Teutonicam, utì & reliquorum Belgarum, nemo dubitabit.* Hoc idioma à Romanis devicti, ſaltem in vulgari ſermone, retinuerunt. Inde Auctor Panegirici Conſtantino Auguſto Treviris recitati (is Nazarius fortaſſe fuit) hæc anno Chriſti 313. verba protulit: *Neque enim*, inquit, *ignoro, quanto inferiora ſint ingenia noſtra Romanis: ſiquidem Latinè & diſerte loqui illis ingeneratum eſt; nobis elaboratum.* Add. S. Hieronymus in *Præfat. ad Lib. II. in Epiſt. ad Galat.*

Treviri inter Belgas. clariſſimi. eorum. lingua.

IX.

Clariſſima hæc Belgicæ Civitas Julii Cæſaris, Galliam ante æram vulgarem 58. intrantis, amicitiam quidem coluit, auxilia etiam ſubmiſit. Cæſar *Lib. II. C.* 24. Attamen ad ejus concilia nec venie-

bat, nec imperio parebat. Idem *Lib. V. C.* 2. Donec contendentibus inter ſe de Trevirorum principatu Cingetorige & Indutiomaro, ille ad Cæſarem, cum legionibus in fines Trevirorum pergentem, iiſſet, ſe ſuóſque in officio futuros confirmans; hic contrà bellum pararet.

Romanis tandem ſubditi;

Veritus autem Indutiomarus, ne (quod jam aliqui fecerant) ab omnibus Civitatis principibus déſereretur, ſe quoque cum Civitatis fortunis Cæſaris fidei permiſit. Cæſar *cit. Lib. V. C.* 3. & 4. Aſt, fidei oblitus, bellum renovavit, & Cingetorigem in armato Gallorum concilio hoſtem judicandum curavit. Cùm verò T. Labieni Cæſaris Legati caſtra tentaret, in fugam conjectus, & interfectus eſt, Urbis principatu Cingetorigi reſtituto. Cæſar *Lib. V. C.* 56. *ſeqq. Lib. VI. C.* 2. 5. 6. & 8. Dio Caſſius *Lib. XL. p.* 125. 134. *ſeqq.* Non diu pòſt Labienus denuo Trevirorum copias ſtratagemate (quod Jul. Fronto *Lib. II. Cap.* 5. refert) fudit, Civitatémque recepit, propinquis Indutiomari, qui defectionis auctores fuerant, cum Germanis trans Rhenum migrantibus. Ex tunc Labienus ipſe anno ante Æ. V. 50. Treviris & omni Galliæ togatæ à Cæſare præfectus eſt. Hirtius *de Bell. Gall. Lib. VIII. C.* 45. & 52. ſícque Romanis Treviri tandem ceſſêre, tanto minore dedecore, quòd cum orbe ferè toto.

cum temperamento libertatis.

Datum tamen, ut quantùm fas, liberi remanerent: non ſubditi, ſed *ſocii* à Romanis appellati apud Tacitum *Hiſt. Lib. I. C.* 63. Videatur autem præcipuè *Lib. VI. C.* 74. Hoc titulo Senatus Romanus anno Ch. 275. literas ad Treviros dedit, quas Vopiſcus in *Acta Floriani Aug. Cap.* 5. retulit hoc tenore: *Senatus ampliſſimus Curiæ Trevirorum* ſalutem dicit. *Ut eſtis liberi, & ſemper fuiſtis, lætari vos credimus: creandi Principis judicium ad Senatum rediit; ſimul etiam Præfecturæ Urbanæ appellatio univerſa decreta eſt.* Unde nec Treviri in ſecunda Galliæ diviſione, & Belgicæ ſubdiviſione) ab Auguſto anno ante Æ. V. 28. *cenſu agendo*, ut Dio *Lib. LIII. p.* 512. loquitur, factâ) comprehendebantur; ſícque ad tertiam demum diviſionem pertinent, quæ §. XIII. referemus. Conf. Maſcov *Geſchicht der Teutſchen Lib. III.* §. 5.

X.

Trevirorum ſplendor: Sedes Imperatorum,

Tanta ſub Romanis Trevirorum decora, ut illis ſubfuiſſe vix fuerit pœnitendum. Et primus quidem Civitatis ſplendor, ſedem præbuiſſe Imperatoribus, etiam tempore Cornelii Taciti, in cujus *Lib. IV. Hiſt. cap.* 74. hæc vox Petilii Cerealis de Romanis ex Treviris: *Laudatorum principum uſus ex æquo.* Ammianus Marcellinus *Lib. XV. Cap.* 11. ſcribit: *Belgica prima Mediomatricos prætendit, & Treviros domicilium principum clarum.* Adde eundem *Lib. XXVII. & Lib. XXIX.* Auſonius *in Moſella* appellat ℣. 369. *Auguſtos muros.* ℣. 467. *Urbem dominam.* ℣. 24. *Dignata imperio mœnia.* ℣. 380. *Imperii ſedem.* Et *in claris Urbibus*: *ſolium.* Præcipuè autem Trevirim frequentârunt, aut adeò etiam incoluerunt, multùm minúsve alii, atque alii, Conſtantius Chlorus, Maximianus Herculeus, Conſtantinus Maximus, Conſtantius & Conſtans filii ejus, Magnentius & Decentius, Julianus, Valentinianus & Valens fratres, Gratianus & Valentinianus junior, Maximus cum Victore filio, Theodoſius Magnus, Avitus; & ante hos Tyranni: Poſtumus imperante Gallieno, Victorinus Aureliano, Tetrici duo pater & filius &c. Ubi Cæſar ibi omnia. Sed per ſingula curſim eatur.

Auguſta,

Auguſta jam appellabatur à Cæſare Auguſto, qui

ibi-

ibidem *Romanorum Coloniam inſtituit.* Vid. Gruterus *Inſcript. p.* 3. *n.* 9. *p.* 225. *n.* 48. *p.* 482. *n.* 5. ubi COL. AUG. TREVER. Golzius ex nummi antiqui inſcript. apud Cluver. *Germ. Lib. II. Cap.* 14. *p.* 383. Cellar. *Geogr. Lib. II. c.* 3. *p.* 315. Nummus Veſpaſiani cum inſcriptione: COL. AUG. PAT. TREVIROR. id eſt: *Colonia Auguſta paterna* (alii *patritia*) *Trevirorum.* Add. Mela *Lib. III. Cap.* 2. Ptolomæus *Lib. II. Cap.* 9. Colonias populi Romani *effigies parvas ſimulacráque* dixit Aulus Gellius. In iis ſenatorius & equeſter Romanus ſanguis, ſacerdotalia Romana, Senatus & Magiſtratus; ſtudia belli & pacis, artium, omnia ex diſciplina Romana. Romanorum Colonia.

Curiam & Senatum ſplendidum apud Treviros, jam Aureliano imperante, ex Vopiſco tenemus, & antè, Tacitus oratione Petilii Cerealis ad Treviros, imperium, arma & provincias communia cum Romanis tradidit: *Ipſi plerumque legionibus noſtris præſidetis, ipſi has aliáſque provincias regitis, nihil ſeparatum clauſúmque.* Trevirenſis Senatus maximos dedit viros. Unde Auſonius *in Moſella* ℣. 381, *ſeqq.* Curia & Senatus.

Salve magne parens frugúmque virúmque Moſella,
Te clari Proceres, te bello exercita pubes,
Æmula te Latiæ decorat facundia linguæ.
Quin etiam mores & lætum fronte ſerena
Ingenium natura tuis conceſſit alumnis.
Nec ſola antiquos oſtentat Roma Catones,
Aut unus tantum juſti ſpectator & æqui
Pollet Ariſtides, veteres qui illuſtrat Athenas.

Tum deinde Poëmati finem impoſiturus, laudes Senatorum, Juriſprudentum, Cauſidicorum, Oratorum & Profeſſorum Rhetoricæ ita differt, ut egregiè prædicet ℣. 399. *ſeqq.*

Quis mihi tum non dictus erit? memorabo quietos
Agricolas, Legúmque catos, fandíque potentes,
Præſidium ſublime reis, quos Curia ſummos
Municipum vidit Proceres propriúmque ſenatum,
Quos prætextati celebris facundia ludi
Contulit ad veteris præconia Quintiliani,
Quiſque ſuas rexere urbes, purúmq tribunal,
Sanguine & innocuas illuſtravere ſecures,
Aut Italûm populos, Aquilonigenóſque Britannos,
Præfecturarum titulo tenuêre ſecundo, &c.

A Senatu & civilibus Magiſtratibus ad literas & doctrinam, maximè verò ad Juriſprudentiam, ſinè qua Curia & Senatorum ſplendidiſſimus Ordo ne cogitari quidem poteſt, prona conſequentia. Accedunt argumento Leges Treviris conditæ à Conſtantino M. Criſpo, Conſtantino juniore, Conſtante, Valentiniano, Gratiano, Valentiniano juniore, Theodoſio, Arcadio &c. quas numero bene multas, ex Codice Theodoſiano & Juſtinianeo extractas Meelbaum *in Silvam academicam pag.* 125. *ſeqq.* & ex eo Maſenius *in Addit. ad Annales Broweri Tom. I. pag.* 561. retulêre; ex quibus non minimam lucem Trevirenſium Hiſtoriæ accreſcere, diverſáque ibi degentium perſonarum nomina, officia, ſtudia &c. cognoſci, ritè obſervat Zech *de* Juriſprudentia.

Pri-

alia artes & literæ. *Primat. Germ.* C. *II.* *ſ.* 16. *in not.* Neque minùs aliæ artes & ſcientiæ Treviris excultæ, nempe Grammatica, Rhetorica, Poëtica, Dialectiea, Geometria & reliquæ partes Matheſeos; ſed de his *ſ. XXI.*

XI.

Urbis magnitudo, Nunc urbem ipſam intueamur. Zoſimus *Lib. III. Hiſt. pag.* 708. *Trevirorum*, inquit, *Civitas omnium trans- alpium populorum maxima.* Auſonius *de Claris Urb.* formam quoque pinxit:

Lata per extenſum procurrunt mœnia collem.

ubi nempe modò vitiferi collium tumuli, ab urbe, qualis nunc eſt, ad D. Medardi templum longè latéque explicantur, hìc, Auſonio canente, Civitatis pars potior; nunc ſuburbanum. Nec minùs tamen tenuêre Romani intra hodierna mœnia, exclufo, qui nunc quoque

Largus tranquillo prælabitur amne Moſella,

& ultra portam Nigram campo Martio. His regionibus, ita terminatis, addita planities litoralis, & portio campeſtris amphitheatro vicina, quæ inexhauſto terræ ſinu antiquitatis innumera cimelia & rudera fodientibus recludit, indubitabili urbis argumento. Alibi circum, tale nihil; ſed quæ eruuntur, ſepulchra ſunt, aut res funebres, utì circa baſilicas S. Paulini, & S. Maximini, quod genus rerum urbibus prohibuêre ſemper mirâ ſeveritate Leges, jam inde à XII. Tabulis. Magnitudini Urbis accedunt claritas & opulentia. Claritatem oſtendit Auſonius, dum in claris urbibus locum dedit Auguſtæ Trevirorum. Sed multò luculentiùs Valens, Valentinianus & Gratianus, eam vel *clariſſimam* appellantes, ùt §. *XXI.* videbimus. Claritatis pediſſequa *Excellentia*, quam in Treviris laudavit Salvianus *Lib. VI. de Provid. pag.* 140. *Utramque opes ſuſtinent.* Hæ quoad bonam, ſi non primam partem, obtentæ ex ſpoliis Germaniæ. Hinc fortè Cerealis de Treviris apud Tacitum *Hiſt. Lib. IV. C.* 72. & 74. *penes quos aurum & opes.* Et Romanus miles prædæ avidus: *ſtare in confinio Germaniæ integram ſedem Treviros, ſpoliis exercituum & ducum cædibus ovantem.* Pomponius Mela *de Situ Orbis Lib. III. C.* 2. *Urbes opulentiſſimæ in Treviris Auguſta, in Æduis Auguſtodunum &c.* Nec ſpoliis tantùm, ſed mercimoniis paratæ opes. Auſonius *in Clar. Urb.*

(margin: claritas, — opulentia,)

Largus tranquillo prælabitur amne Moſella,
Longinqua omnigenæ vectans commercia terræ.

Adde his tributa quinque Civitatum, de quibus hæc inſcriptio apud Kyriandrum *in Præfat. Annal. Trev. pag.* 16. JOVI. VINDICI. TREBERORUM. EX. CENSU. QUINQUE. CIVITATUM. RHENI. PER. TRIA. DECENNIA. DENEGATO. SED. FULMINE. ET. TERRORE. COELESTI. EXTORTA. FACTUM. ARTE. MECHANICA. Ut etiam ſerò *Urbem Trevirim opulentiſſimam* dixerit Salvianus *l. cit.* Et multò antè, hoc aliiſque titulis, *fortunatiſſimam* prædicaverit Eumenius in Panegyrico ad Conſtantinum. Ex opibus, privatim luxus, publicè magnificentia; cujus & hodie ſuperſunt veſtigia. Sed quæ nunc ruinæ manent, quid ſunt de majeſtate illa antiquæ Civitatis? Ubi *Circus Romano æmulus*? ubi *baſilicæ & forum opera Regia?* ubi *ſedes juſtitiæ in tantam altitudinem ſuſcitata, ut ſe ſyderibus & cælo digna & vicina promittat?* Quales moles à Conſtantino Maximo ſtructas laudat Panegyriſta Eumenius. Hiſce accedit *Porta Nigra*, magnifica moles, quæ hodie integra perſtat, quáque ad campum Martium pergitur. Item *Porta vetus*, opus quadrilaterum cum projecturis totidem

(margin: magnificentia.)

ſemi-

ſemicircularibus; quarum, quæ urbem ſpectant, vix hodie apparent ruinæ, ſolo depreſſæ. Materia ejus later coctilis ſesquipedalis, interjecto corio; genere ſtruendi à Vitruvio tradito. Porro *pontem*, qui pluribus arcubus vaſtâ mole Moſellam domat, Tacito *Hiſt. Lib. IV.* memoratum, quoque ad magnificentiam pertinere, arbitramur. *Medius*, inquit idem, *Moſellæ pons, qui ulteriora Coloniæ annectit.* Haud procul infra pontem *horrei publici* reliquiæ, ne nunc quidem abludente nomine: *Oehren* ſiquidem appellant, nobile Virginum Monaſterium. Arcus ibidem patribus noſtris paſſim viſi cocto latere, muris cœmentitiis inſerti, columnæ alicubi marmoreæ, fornices, porticus, cæteráque magni operis veſtigia. Tangit hoc horreum Auſonius *in claris urbibus; de Auguſta Trevirorum:*

Imperii vires quod alit, quod veſtit, & armat.

Præfuiſſe ei magnæ dignitatis Magiſtratum, *Comitem horreorum*, minimè dubitandum. Ab horreo tranſeunti forum proxima ſurgit *baſilica maxima D. Petri*, quondam D. Helenæ Auguſtæ domus, cujus veterem formam Diſſertatione in Sæculum VI. §. 21. deſcribimus. Haud longè à baſilica ſtat alia moles cocto latere in immenſum conſurgens, *Palatium* jam à pluribus ſæculis dixêre majores, & verò nunc eſt Archiepiſcopis Electoribus Trevirenſibus. Romanum eſſe ædificium, prodit integrum latus occidentale, è cœmiterio S. Laurentii omnium maximè conſpicuum.

§. XII.

Pauca hæc, quæ urbs concludit, Romanæ magnificentiæ veſtigia ad ſpeciem enarrare libuit. Plura alia, ea maximè, quæ extra urbem ſuperſunt, Romani faſtûs monumenta recenſere, hujus loci non eſt; præſertim, quòd hanc provinciam jam expleverint alii. Browerus *Annal. Trev. Proparaſc. Cap. XIV. & ſeqq.* Alex. Wilthemius *in Luxemb. Romano. Lib. IV.* Meelbaum *de Antiquit. Urbis & Acad. Trev. pag.* 190. *ſeqq.* De amphitheatro tamen, ſuis adhuc in ruinis extra urbem ſuperſtite, agendi nobis occaſio dabitur ad annum 1211. Romana rudera extra urbem.

§. XIII.

Magnificam hanc, & verè Auguſtam, Trevirorum Urbem in Belgis ſitam fuiſſe, jam diximus ſuprà §. *VIII.* Tertia autem illa Galliæ pars (quam Belgii nomine inſignem, Sequanâ, Matronâ, Oceano, Rheno, à reliquis duabus diſcrevit Cæſar *Lib. I. de Bell. Gall.*) in quatuor deinde ſubdiviſa fuit, nempe in Belgicam primam & ſecundam, in Germanicam primam ſeu ſuperiorem, & in Germanicam ſecundam ſeu inferiorem. Hujus diviſionis (quæ propriè tertia eſt, facta ſub medium Sæculi IV. aut non multò poſt) meminêre Ammian Marcellinus *Hiſt. Lib. XV.* Libellus Provinciarum, Notitia Imperii, S. Hilarius *in Lib. de ſynodis*, quem ab exilio ad Epiſcopos Gallicanos miſit annô Chriſti 358. cui hoc exordium præfigitur: *Dominis & beatiſſimis Fratribus & Epiſcopis Provinciæ Germaniæ primæ, & Germaniæ ſecundæ, primæ Belgicæ, & Belgicæ ſecundæ.* Primæ autem hujus Belgicæ Metropolim fuiſſe Trevirim, conſtat ex memorato libello Provinciarum, ubi *n. IV. Provincia Belgica prima: Metropolis Civitas Treverorum.* Treviris Metropolis Belgicæ primæ,

§. XIV.

At non ſtetit intra hos fines urbis Trevirorum decus & ſplendor. Quin conſtat, jam ſub Conſtantino M. univerſæ Galliæ eam imò Galliæ univerſæ.

fuiſſe Metropolim; utì ſolidè demonſtrat Pagi *in Crit. Annal. Baron. ad ann.* 332. *n.* 5. 6. ex his, inter reliqua, verbis S. Athanaſii *in Hiſt. Arianor. ad Monachos. C. XXXIII. Ex quorum numero clariſſimæ ſunt confeſſionis viri religioſi, & Epiſcopi boni, Paulinus Epiſcopus Trevirorum, quæ Galliarum Metropolis eſt: Lucifer Metropolitanus Sardiniæ: Euſebius Vercellis civitate Italiæ: Dionyſius Mediolani, quod & ipſum eſt Italiæ Metropolis.* Quibus ſimilia Theodoretus ſcribit *Lib. II. cap.* 15. Ideo autem maximè dicebatur, & erat, Galliæ Metropolis, tum quòd Treviris ſedes Imperatorum eſſet, utì præter jam relata docet auctor Græcus Anonymus, qui paulò ante annum 350. ſcripſit, cujus verba Pagius *ad an.* 369. *n.* 14. recitat; tum quia Præfectus Prætorio Galliarum (ſub quo erant Diœceſes tres, Hiſpaniæ, Galliarum & Britanniarum) ibi dem reſideret, ſuos habens in Provinciis Vicarios & Præſides. Conf. Pagium *ll. cit.* Maſcovs Geſchichte der Teutſchen. *Lib. VI. §.* 29. Tillemont *Hiſt. des Empereurs. Tom. IV. P. I. p.* 24. *edit. Bruxel.* Dubos *Hiſt. de l' établiſsement de la Monarchie Françoiſe. Tom. I. Liv. II. Ch.* 5. *pag.* 357. *ſeqq.* Bucherii *Belg. Rom. Lib. VIII. cap.* 4. *n.* 7.

Sedes Præfecti Prætorio.

§. XV.

Trevirenſis Eccleſia ſub Romanis;

Sed à civilibus tranſeamus ad ſacra. In his, quàm certum eſt, Chriſtianam fidem jam ſub Romanorum Imperio Treviris viguiſſe, tam videtur incertum, quo tempore ea ibidem fuerit introducta. S. Agritium (ſeu ut alii ſcribunt Agrœcium) Epiſcopum Trevirenſem fuiſſe, & ùt talem anno 314. Concilio Arelatenſi interveniſſe, fidem facit Epiſtola Synodica inter monumenta vetera Optato Milevitano ſubjuncta *pag.* 183. Hujus immediatos ſucceſſores, S. Maximinum, S. Paulinum &c. demonſtrant monumenta & coævi ſcriptores, de quorum fide nemo unquam dubitavit. Non minùs præterea indubium eſt, Agritium non fuiſſe primum Trevirenſis Eccleſiæ Antiſtitem, ſed (ut de aliis jam nobis ſermo non ſit) prædeceſſores eum habuiſſe Eucharium, Eccleſiæ noſtræ fundatorem, & deinde Valerium ac Maternum. Id quod traditio firmat, ſuis ita conſtans requiſitis, ut nulla poſſit magìs; cujus argumenta proſtant apud omnes utriusque ſententiæ auctores, quos mox recenſebimus. An autem S. Eucharius, primo mox Æræ Chriſtianæ ſæculo, Trevirenſem plantârit Eccleſiam: An verò id ab eodem exeunte ſecundo, aut inchoante tertio, factum ſit, graviter diſputatur. Primam ſententiam cum magno argumentorum numero tenent Browerus *Annal. Trev. Lib. II. à n.* 1. *ad* 11. Bucherius *Belg. Rom. Lib. V. c.* 1. & *Lib. VI. c.* 3. & 4. La Guille *Hiſt. d' Alſace. Liv. I. p.* 44. *ſeqq.* Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. I. Diſſ. I. pag.* 288. *ſeqq.* Item *Tom. VI. pag.* 374. *ſeqq.* Alteram ſententiam non minore rationum apparatu propugnant Launoius *Opp. Tom. II. P. I. Diſſ. de Loco Sulpitii Severi Vindic. §.* 29. *p.* 139. *ſeqq. edit. an.* 1731. Tillemont *Memoires pour ſervir à l' Hiſt. Eccleſiaſt. Tom. IV. p. m.* 1082. *ſeqq.* Item *Tom. IV. pag.* 43. & 410. Heineccius *Comment. Hiſt. de habitu & inſignibus ſacerdotal. Apoſt. Cap. IV. à §.* 6. *ad* 17. D. Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. I. Diſſert. ſur les premiers Evêques de Treves.* Longeval. *Hiſt. de l' Egliſe Gallic. Tom I. Diſſert. prelim. ſur le temps de l' établiſſement de la Religion Chrêtienne dans les Gaules.* Ad quos magni nominis Criticos lectorem remitto, duram litem meâ ſententiâ hìc non finiturus. Poſtquam autem ſub Imperio Conſtantini M. ſacra Chriſtiana Treviris *publicè* recepta eſſent, ſummum ibi orthodoxiæ ſtudium viguit. Hinc *ARCADIO & BAUTONE COSS*

quo ſæculo fundata?

Primævus in ea pro puritate fidei Zelus.

Pri-

Priſcillianus, in ſynodo Burdigalenſi damnandum ſe intelligens, ad Imp. Maximum quidem *provocavit:* attamen *auditus Triveris ab Euodio Præfecto Prætorio, a Maximo gladio addictus eſt, cum Euchroſia Delphidii Rhetoris conjuge, & Latroniano aliisque erroris conſortibus.* Adfuit tum Treviris S. Ambroſius, tanti rigoris inſuetus, qui eâdem occaſione *Epiſt. 56. Tom. V. p.* 321. de ſe ipſo hæc memorat: *Cum videret* (Maximus Imp.) *me abſtinere ab Epiſcopis* (Galliæ, Treviris congregatis) *qui communicabant ei, vel qui aliquos, devios licet a fide, ad necem petebant, commotus eis, juſſit me ſine mora regredi.*

§. XVI.

Cùm tantus in civilibus fuerit Urbis Treverenſis ſub Romanis ſplendor, minimè dubitandum, quin & Eccleſiaſtica jura his non fuerint inferiora. Equidem ante Conſtantini M. tempora nullas in Galliis fuiſſe Metropoles Eccleſiaſticas, tenendum eſt cum Pagi *in Crit. Baron. ad an.* 401. *n.* 50. Du Pin *de antiq. Eccleſ. diſciplin. Diſſ. I.* §. 7. Cùm autem ſub hoc Imperatore ad ſummum excreverint Trevirorum decora, ità, ut totius Galliæ Metropolis effici mereretur; nemo unus dubitat, quin & eodem tempore conformiter ad decreta Canonum *Concilii Nicæni Can. 6. & 7.* nec non *Antiocheni Can. 9.* (quos rectus rerum ordo, ex moribus jam antea receptis, dictaverat) Metropolis Eccleſiaſticæ, imò Primatûs honore fuerit decorata. Eóque certo modo ſpectat, quod jam ſuprà §. 14. ex S. Athanaſio retulimus, pertinens ad Sæculum quartum: *Paulinus Epiſcopus Trevirorum, quæ Galliarum Metropolis eſt.* Pertinent & deinceps referenda verba illa Auſpicii Tullenſis ad Comitem Arbogaſtem ex Sæculo quinto: *Noſtrúmque Papam Jamblychum &c.* Sed de hoc Trevirenſi Eccleſiaſtico Primatu per decurſum hujus Operis ſæpiùs. Vid. interim Zech *de Primatibus Germaniæ, cap. II.* §. 16. *ſeqq.* Maſcovs Geſchichte der Teutſchen. *Lib. VI.* §. 32. Moſer Chur Trieriſches Staats-Recht. *Cap. VIII.* §. 15. Et quæ nos ad Sæculum VI. ampliùs de hac re præfaturi ſumus.

Metropolitana tempore Conſtantini M.

& Primatialis.

§. XVII.

In tanto quoad ſacra & profana flore, ſub Romanorum Imperio, perſtabant Treviri, cùm Belgico toto à Vandalis, Alanis & Suevis multùm preſſo, ipſa Belgicæ primæ Metropolis, Auguſta Urbs Trevirorum, quaterna vaſtatione tantùm non penitus deleretur. Quaternam hanc Urbis everſionem memorat Salvianus *Lib. VI. de Gubernat. Dei. cap.* 8. 13. 15. S. Hieronymus *Epiſt. XI. ad Ageruchiam viduam.* Gregorius Turonenſis *Hiſt. Lib. II. c.* 9. Horum excidiorum primum eveniſſe an. 410. inchoante, alterum eodem exeunte; tertium an. 411. poſtremum an. 415. ſolidè demonſtrat Bucherius *in Belgio Rom. pag.* 424. 430. 435. & 444. Planum eſt, eâ occaſione Auguſtam Urbem notabile aliquod decus amiſiſſe: videntes namque Romani, Rhenum, Imperii ſui limitem, defendi à ſe adversùs Trans-Rhenanos populos vix ampliùs poſſe, Præfecturam Prætorii Galliarum, hactenus Treviris reſidentem, anno 418. Arelatem transferunt, edicto Honorii & Theodoſii AA. quod hic exhibemus. Necdum tamen Romanorum in Treviros imperium penitus extinctum. Quin ſub Theodoſio Juniore, quando Burgundionibus deletis, Aremoricis aut prorſus aut ferè ſubactis repreſſisve, Gothísque jam graviter & valde attritis, Ro-

Treviris quater vaſtata

amittit Præfecturam Prætorii.

mani, quaſi victores, novam Imperio faciem, pacémque pene generalem, reduxiſſe ſibi videbantur; atque ita circa annorum (uti veriùs videtur) 437. & 438. confinia Notitiam Imperii ediderunt, in qua *Treviris* memorantur *Fabricæ Scutaria, & Baliſtaria; Procurator theſaurorum Triberorum; Procurator monetæ Triberorum; Procurator Gynecii Triberorum Belgicæ primæ; Præpoſitus Brambaricariorum, ſeu Argentariorum Triberorum; Procurator rei privatæ Gynecio-rum Triberorum.* Item *Præfectus Lætorum Actorum Epuſo Belgicæ primæ* (hodie *Ivois*) Denique *Præfectus Lætorum Lingonenſium, per diverſa diſperſorum, Belgicæ primæ.*

§. XVIII.

cedit Francis

Tandem autem ſub Childerico Francorum Rege, ubi is cum Saliis ſuis Aurelianos cepiſſet, alii Franci, qui in inferiori Germania palabantur, ſub aliis Principis ductu, Ægidio Præfecto Romanorum pulſo, Coloniam, *Treviróſque*, meliorem nempe Belgii partem, Romanis eripuerunt. Qua de re ſic Geſta Francorum *Cap. VIII. In illis* (Childerici R.) *diebus ceperunt Franci Agrippinam civitatem ſuper Rhenum, vocaverúntque eam Coloniam, multúmque populum Romanorum à parte Ægidii occiderunt ibi. Ægidius verò exinde per fugam lapſus evaſit. Venerunt autem Treviris civitatem ſuper fluvium Moſellam, vaſtantes terras illas: ipſámque Urbem ſuccendentes ceperunt.* Eadem ferè proferunt Codex Geſt. Franc. Cameracenſis, Hincmarus *in Lib. de vita S. Remigii*, & Sigebertus Gemblacenſis. Quæ cùm

circa annum CCCCLVIII.

circa annum Chriſti 458. eveniſſe credamus cum Dubos *Hiſt. Crit. de l' établiſſement de la Monarchie Françoiſe. Tom. II. Liv. III. Ch. 7. p. 122.* hunc ipſum annum conſtituemus Epocham Imperii à Romanis ad Francos in Trevirorum Urbem & provinciam tranſlati; ùt ùt alii, & ipſe quidem jam nominatus Dubos, hanc tranſlationem aliquantò ſeriùs factam, opinentur.

§. XIX.

Treviris ſub Francis Ripuariis.

Ex nunc igitur illa portio Francorum, *qui Coloniam Treviróſque ceperant*, proprium & à reliquis Francis ſeparatum regnum ſibi condidiſſe videtur, in regione Ripuariorum, qui, à *ripa Rheni* ſic vocati, primùm à Romanis ad defenſionem limitis adversùs Germanos ibi conſtituti fuêre, variis temporibus variis finibus extenſi, nunc (Sæculo ſcilicet quinto) ab Agrippina Colonia Moguntiam uſque porrecti ſunt; versùs Occidentem Moſellâ, Moſâ, Scaldi & ſylva

horum leges.

Carbonariâ terminati. Hi, cùm Regem ſibi elegiſſent, leges etiam particulares condiderunt, in quibus frequens *Romanorum* occurrit mentio. Unde plures Romanos in Ripuariis, quàm alibi, ſuperfuiſſe, & ſuis eos legibus vixiſſe, concluditur. In has Ripuariorum Leges doctiſſimum Commentarium ſcripſit, & anno 1720. edidit, clariſſimus Eckhard.

§. XX.

Metropolis Colonia Agrippina.

Urbem autem *Coloniam* Metropolim ſuam conſtituêre Riparii noſtri. De eorum Regibus vid. Hertius *in Notit. Regn. Franc. vet. Cap. I. §. 10.* Eckhard *Rer. Francic. Lib. II. §. 13.* & *Lib. III. §. 5.* Sub his igi-

Treviris per Comites regitur.

tur tunc Treviri; ipſa autem Trevirorum civitas Comitibus regebatur. Quorum unum in chartis noſtris exhibemus, Arbogaſtem Francum,

cum, Arigii clariſſimi & doctiſſimi viri filium, Romanis fidum, ſed poſt Trevirim occupatam, ad Francos ſuos concedentem. Præerat is Treviri, ubi ſucceſſor Jamblycho Archiepiſcopo, voce publicâ, deſtinabatur. Contendit equidem Dubos *Hiſt. de l' établiſſement de la Monarchie Franç. Liv. III. c.* 15. Arbogaſtem pro Romanis adhuc rexiſſe Treviros. At eo tempore, quo Sidonii & Auſpicii ad eum dabantur Epiſtolæ, nempe circa annum 472., Francorum in Coloniam & Treviros jam fuiſſe imperium, tum patet ex præcedentibus; tum verò egregiè confirmatur ex his Sidonianæ Epiſtolæ verbis: *Etſi ad limitem ipſum Latina jura ceciderunt &c.*

§. XXI.

Liberales artes prioribus his Sæculis Treviris viguiſſe, jam dictum eſt. Sed celebrem Urbis noſtræ ſcholam juvat curatiùs intueri. Eam altero Æræ Chriſtianæ Sæculo fundatam, non vanis argumentis adſtruunt Scriptores Hiſtor. Literariæ Gall. *Tom. I. P. I. p.* 244. & 316. In eodem Sæculo III. floruit ſummus Orator *Claudius Mamertinus*, vir indigena, qui ibidem etiam panegyricum dixit Imp. Maximiano Herculi. Hunc ſub initium Sæculi IV. excepit, eâdem in ſchola enutritus, Conſtantini M. *Panegyriſta Anonymus*, cujus, inter reliqua, ſuperſunt binæ Orationes Treviris dictæ, altera anno 307. præſentibus Maximiano Hercule & Conſtantino M., altera, menſe Jan. 313. coram eodem Conſtantino. His annumerandus *Eumenius*, qui quatuor nobis reliquit Sermones, quorum alter circa an. 297. honori Conſtantii Chlori Treviris, tertius ibidem an. 309. vel ſeq. Conſtantino M. habitus eſt. Sub Valentiniano I. *Urſulum* & *Harmonium* Grammaticam aliáſque liberales artes Treviris docuiſſe, teſtis eſt inſigne illud Trevirenſium Muſarum decus *Auſonius Epiſt. XVIII.* cui magna cum illis familiaritas. Hic, Auſonius nempe, è Burdigalenſi cathedra à Valentiniano I. ad inſtituendum filium Gratianum, jam anno 367. Auguſtum renuntiatum, Treviros evocatus, ibidem non ſolùm egregium poëma, quod *Moſella* inſcribitur, compoſuit, ſed &, cùm Conſulatu, quem Treviris anno 378. adierat, abiret, panegyricum ibidem dixit Gratiano. Plurimum ſanè contulit ad ſcholæ noſtræ florem tum frequens illud Imperatorum Treviris domicilium, tum lex Gratiani Aug. Treviris lata, & in Cod. Theodoſ. *Lib. III. Tit.* 3. *l.* 11. relata, ubi: *Trevirorum vel clariſſimæ civitati uberius aliquid putavimus deferendum, Rhetori ut triginta: item viginti Grammatico Latino, Græco etiam, ſi quis dignus reperiri potuerit, duodecim præbeantur annonæ.* Ludum autem literarium, imò & bibliothecam, in ipſo Imperatorum Trevirenſi palatio fuiſſe, firmant prælaudati Auctores Hiſtor. Literar. Gall. *Tom. I, P. II. p.* 10. 11. De illo Auſonius in *Moſella* ỳ. 403. *ſeq.*

Quos prætextati celebris facundia ludi
Contulit ad veteris præconia Quintiliani.

Tanta Academiæ celebritas S. Hieronymum ejúſque familiarem Bonoſum excitavit, ut literarum, quas Romæ didicerant, excolendarum causâ, ſe circa annum 370. Treviros conferrent. Vid. S. Hieron. *Epiſt.* 1. *pag.* 3. & *Ep.* 4. *p.* 6. retulítque Hieronymus Treviris non ſcientiarum ſolùm & eruditionis fructum, ſed, de quo ipſe *cit. Epiſt.* 1. *p.* 3. gloriatur, Chriſtianæ etiam virtutis & ſanctæ Religionis propoſitum. Adeò autem bonæ literæ radices Treviris egerant, ut urbe quater exciſâ, ſub Barbarorum dominatu nequiverint penitus evelli, teſte

Celebris Trevirorum ſchola profana.

etiam ſub Francis.

Epiſtolâ Apollinaris Sidonii ad Arbogaſtem Comitem Trevirorum, quam ex Sirmondo integram edimus ad annum 472.

§. XXII.

Equidem ante Sæculum quartum indignum videbatur Chriſtiano nomini paganorum ſcholas adire, & in eis profanas literas diſcere; at eo Sæculo publicas has ſcholas à Chriſtianis non fuiſſe ſolùm frequentatas, ſed & in iis cathedram conſcenſam, vel ſolo Auſonii noſtri exemplo compertum eſt. Imò ne ullus quidem dubito, quin, quos ſub Conſtantino M. & inſecutis Imperatoribus vidimus in Trevericis ſcholis Profeſſores publicos, ii omnes Chriſtiani fuerint. At præter ſæculares has ſcholas erant & eccleſiaſticæ, quas ipſi regebant Epiſcopi; ad horum quippe paſtorale munus pertinuit, non modò populum, ſuæ curæ commiſſum, verbo paſcere, ſed & clericos, juniores præſertim, in ſacris Literis & Patrum traditione inſtituere, & ad divinum miniſterium ità efformare, ut ex eorum numero Levitæ, Presbyteri, quin & Epiſcopi optari poſſent. In ſacris his ſcholis inſignes Magiſtri fuère ſancti noſtri Sæculo IV. Antiſtites; & imprimis quidem *Agroecius* ſeu Agricius, qui poſtquam anno 314. Concilio Arelatenſi interfuiſſet, eâ ſanctitatis & diſciplinæ Eccleſiaſticæ famâ effloruit, ut inter alios *S. Maximinum*, ſuum in Trevirenſi cathedra deinde ſucceſſorem, in diſciplinam & ſacram ſcholam ſuam ex Aquitania traduxerit. Vita S. Maximini apud Surium 29. *Maij pag.* 323. *edit. Colon. an.* 1618. Eâdem ratione Maximinus *S. Paulinum* ſucceſſorem in ſua ſchola formâſſe legitur in vita S. Agricii apud Bollandum 13. *Jan. pag.* 780. *n.* 35. Ambo autem, Maximinus & Paulinus, utì ſanctitate, apud Principes auctoritate, & in retundendis Arianorum moliminibus conſtantiâ inſignes, ita & literis illuſtres fuêre; ab his nonnulla, ùt ùt hodie deperdita, ad defenſionem orthodoxæ fidei adversùs Arianos ſcripta eſſe, haud obſcurè colligitur ex S. Athanaſii *Epiſt. ad Epiſc. Ægypti n.* 8. Sed alia ſacri hujus magiſterii, ab Antiſtitibus noſtris exerciti, exempla deinceps recurrent.

Schola ſacra ibidem;

hujus Magiſtri.

SÆCU-

SÆCULUM V.

I.

CONSTITUTIO

HONORII & THEODOSII AA.

Qua

418. 17. *April.* Præfectura Prætorii Galliarum Treviri transfertur Arelatem. (*a*) (*a*)

Sirmondus in notis ad Sidonium pag. 147.

HOnorius & Theodoſius Auguſti, V. I. Agricolæ Præfecto Galliarum. Saluberrima Magnificentiæ * ſuæ ſuggeſtiooe inter reliquas Reip. utilitates evidenter inſtructi, obſervanda Provincialibus noſtris, id eſt, per ſeptem provincias manſura in ævum proſperitate decernimus, quod ſperari planè ab ipſis Provincialibus debuiſſet. Nam, cum propter privatas ac publicas neceſſitates, de ſingulis civitatibus, non ſolùm de proviociis ſingulis, ad examen Magnificentiæ tuæ, vel honoratos confluere, vel mitti legatos, aut poſſeſſorum utilitas, aut publicarum ratio exigit functionum: maximè opportunum, & conducibile judicamus, ut ſervata poſthac aonis ſingulis conſuetudine, conſtituto tempore in (*b*) Metropolitana, id eſt, Arelatenſium urbe, incipiant (*c*) ſeptem provinciæ habere concilium, in quo planè tam ſingulis, quàm omnibus conſulimus in commune. (*b*) (*c*)

* tuæ.

Primùm, ut optimatum conventu ſub illuſtri præſentia Præfecturæ, ſi id tamen ratio publicæ diſpoſitionis obtulerit, ſaluberrima de ſingulis rebus poſſiot eſſe conſilia. Tum quidquid tractatum fuerit, & diſcuſſis ratiociniis conſtitutum, nec latere potiores provincias

NOTÆ.

(*a*) Infeſta Civitati Trevirorum bella, & barbarorum incurſus, motiva fuêre Imperatoribus, ut de ſervanda ab omni injuria Præfecti Prætorio auguſta dignitate cogitarent, etiam ante præſentis edicti publicationem. Julium certè Prætorio Præfectum jam circa annum 414. Ædui (*Autun*) morantem videmus. Laccarii *Hiſt. Gall. ſub Præf. Prætorio pag.* 126. *Conſtantius Presbiter in vita S. Germani Autiſſiodorenſis, ait Amatorem deceſſorem Germani in Epiſcopatu Autiſſiodorenſi non longè ante obitum Æduum profectum eſſe, & à Julio Præfecto Galliarum Germanum ſucceſſorem petiiſſe.* Sed creſcente circa Rhenum tumultu, Julio, ejúsque ſucceſſori opportunius viſum, ſedem ſuam removere amplius à Germanorum finibus, ad tempus ſaltem, & usque dum feliciora ſidera regreſſum permitterent in Treviros, priſtinam ſedem. At ſecundiora hæc fata non illuxêre Romanis; ſede Præfecti permanente in Arelatenſi urbe usque ad annum 537. quo Franci in ejus poſſeſſionem mittebantur per Oſtrogotos.

(*b*) *Metropolitana, id eſt, Arelatenſium urbe.*] *Hanc Arelatem clementiſſimæ recordationis Valentinianus & Honorius feliciſſimi Principes ſpecialibus privilegiis, &, ut verbo ipſorum utamur, Matrem omnium Galliarum appellando decorârunt.* Ità nonnulli Galliæ Epiſcopi ad S. Leonem M. Rom. Pontificem anno 440. electum. *Opp. S. Leonis Tom. I. p.* 537. Porro cùm ævo Valentiniani Treviris eſſet Metropolis univerſæ Diœceſeos Præfecti Prætorio Galliarum, ſcilicet Galliæ propriè dictæ, Hiſpaniarum & magnæ Britanniæ, non potuit Valentinianus Arelatem Metropolim dixiſſe, niſi Galliæ ſtrictiùs acceptæ.

(*c*) *Septem Provinciæ.*] Septem has Provincias ita deſignat Hincmarus *Epiſt. 6. Cap.* 17. *Edit. Mogunt. p.* 111. *Quæ temporibus Theodoſii & Honorii Imperatorum, Pontificatu Papæ Zoſimi per ſeptem Provincias, ſcilicet Viennenſem, Lugdunenſem, Narbonenſem primam* &

I.

vincias poterit, & parem neceſſe eſt inter abſentes æquitatis formam, juſtitiæque ſervari: ac planè præter neceſſitates publicas, etiam humanæ ipſi converſationi non parum credimus comoditatis accedere, quod in Conſtantina * urbe jubemus annis ſingulis eſſe concilium. Tanta enim loci opportunitas, tanta eſt copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quidquid uſquam naſcitur, illic commodius diſtrahatur. Neque enim ulla provincia ita peculiari fructus ſui felicitate lætatur, ut non hæc propria Arelatenſis ſoli credatur eſſe fœcunditas. Quidquid enim dives Oriens, quidquid odoratus Arabs, quidquid delicatus Aſsyrius, quod Africa fertilis, quod ſpecioſa Hiſpania, quod fortis Gallia poteſt habere præclarum, ità illic affatim exuberat, quaſi ibi naſcantur omnia, quæ ubique conſtat eſſe magnifica. Jam verò decurſus Rhodani, & Thirreni recurſus, neceſſe eſt, ut vicinum faciant, ac pene conterminum, vel quod iſte præterfluit, vel ille quod circuit. Cùm ergo huic ſerviat civitati, quidquid habet terra præcipuum, ad hanc remo, vehiculo, terra, mari, flumine deferatur, quidquid ſingulis naſcitur; quomodo non multum ſibi Galliæ noſtræ præſtitum credant, cum (*d*) in ea civitate præcipiamus eſſe conventum, in qua divino quodammodo munere commoditatum, & commerciorum opportunitas tanta præſtatur! Siquidem hoc rationabili planè probatóque conſilio, jam & vir illuſtris Præfectus Petronius obſervari debere præceperat, quod interpolatum vel injuriâ temporum, vel deſidiâ Tyrannorum, reparari ſolitâ authoritate decernimus, Agricola parens cariſſime atque amantiſſimè!

* h. c. *Arelatenſi.*

(*d*)

Unde illuſtris Magnificentia tua, & hanc præceptionem noſtram, & priorem ſedis ſuæ diſpoſitionem ſecuta, id per ſeptem provincias in perpetuum faciet cuſtodiri, ut ab Idibus Auguſti, quibuſcumque mediis diebus in Idus Septembris in Arelatenſi urbe noverint honorati, vel poſſeſſores, judices ſingularum provinciarum annis ſingulis concilium eſſe ſervandum. Ita ut de Novempopulania, & ſecunda Aquitania, quæ provinciæ longius conſtitutæ ſunt, ſi earum judices certa occupatio tenuerit, ſciant legatos juxta conſuetudinem eſſe mittendos. Qua proviſione plurimum & Provincialibus noſtris gratiæ, nos intelligimus, utilitatiſque præſtare, & Arelatenſi urbi, cujus fidei ſecundùm teſtimonia atque ſuffragia parentis Patriciique noſtri multa debemus, non parum adjicere nos conſtat ornatui. Sciat autem Magnificentia tua, quinis auri libris judicem eſſe mulctandum, ternis honoratos, vel curiales, qui ad conſtitutum locum intra definitum tempus venire diſtulerint. Data XV. Kal. Majas. Accepta Arelate X. Kal. Junias. DD. NN. Honorio duodecimum, & Theodoſio octavum. Augg. Coſs.

II. PRIVI-

N O T Æ.

& ſecundam, Alpinam, Novempopulaniam & Aquitaniam ſecundam emanavit, ut de his Provinciis Honorati & poſſeſſores, Judices & Epiſcopi præfatarum Provinciarum ab Idibus Auguſti quibuſcunque mediis diebus in Idus Septembris in urbe Arelatenſi, quæ & Conſtantina vocatur, ad Concilium forenſe, vel Eccleſiaſticum convenirent; ità, ut de Novempopulania & de ſecunda Aquitania, quæ Provinciæ longius conſtitutæ ſunt, ſi eorum Judices & Metropolitanos occupatio certa detineret, Legatos ſuos ad conſuetudinem mitterent, ſicut in edicto præfatorum Imperatorum, & in Epiſtolis Apoſtolicæ Sedis Pontificum continetur. Hincmarum his verbis in præſens noſtrum Imperiale edictum intendere, manifeſtum eſt. Fidem autem hac in parte non denegabimus doctiſſimo Præſuli, qui ſub Ludovico Pio floruit; quo ævo necdum interiiſſe memoriam Status Civilis Galliæ Sæculi V. vero eſt ſimillimum. Add. Dubos *Hiſt. Critique de l'établiſſement de la Monarchie Françoiſe. Tom. I. Liv. II. C. 5. p. 352. ſeqq.*

(*d*) *In ea Civitate præcipiamus eſſe conventum, in qua divino quodammodo munere &c.*) Quæ hic fuſiùs recenſentur motiva translatæ ſedis Præfecti Prætorio, tegumenta ſunt ſiniſtræ fortunæ, quâ Romani jam utebantur in Gallia, illâ præſertim, quæ Rheno erat vicinior. Eâdem politicâ ratione maluere Auguſti præſenti Edicto non nominare Treviros; ne hæc Metropolis jam deſerta videretur, Franciſque derelicta.

II.
PRIVILEGIUM SILVESTRI PAPÆ,

Circa 467.

Quod Voluſianus Archiepiſcopus reſcribi juſſit. (*a*)

Maſenius Epitome Annal. Trev. p. 71.

SIlveſter Papa Treberenſi Eccleſiæ. Sicut in gentilitate propria virtute, fortire & nunc Trebir primas, ac ſuper Gallos & Germanos prioratum, quem tibi præ omnibus harum Gentium Epiſcopis in primitivis Chriſtianæ Religionis Doctoribus, ſcilicet Euchario, Valerio & Materno, ac per baculum caput Eccleſiæ Petrus ſignavit habendum, ſuam quodammodo minuens dignitatem, ut te participem faceret. Quem ego Silveſter ejus ſervus, ſucceſſionéque indignus, per Patriarcham Antiochenum Agricium renovans confirmo. Ad honorem patriæ Dominæ Helenæ Auguſtæ, Metropolis ejusdem indigenæ. Quam ipſa felix per Apoſtolum Mathiam à Judæa translatum, cum tunica & clavo Domini, & dente S. Petri, & ſandaliis S. Andreæ, & capite Cornelii Papæ, ceterisque reliquiis magnifice ditavit, ſpecialitérque provexit. Hujus privilegii conſcii nocivi æmuli communione dirrimantur, quia anathemate maculantur. (*b*)

III. EPI-

NOTÆ.

(*a*) Talis huic privilegio ſuperſcribitur rubrica, in antiquiſſimo ejus, de quo conſtat, exemplari, quódque, teſte Alexandro Wilthemio in epiſtola, quam edidit Papebrochius *Propylai Antiquarii Part. I. C. 5.* à Sirmondo communicatum habetur in antiquiſſima, quæ Virduni eſt, collectione Conciliorum. Concordant etiam huic rubro Geſta Trevirorum, quæ ſub Voluſiano Epiſcopo, Marci ſucceſſore, ſic ſcribunt: *Hic privilegium, dudum à B. Silveſtro Papa huic urbi per B. Agricium deſtinatum, ſed, proh dolor! jam ſua tempore neglectum & deletum, à Pontifice Max. Romanorum renovari & robarari curavit.* Paria ex ipſis, uti videtur, Geſtis Cuno Archiep. in ſuo Chronico: *Hic privilegium dudum à Papa Silveſtro huic urbi per B. Agricium delegatum, ſed jam ſuo tempore deletum, à Rom. Pontifice reſcribi fecit, & honorem priſtinum ſua civitati renovavit.* Ut igitur, quod vero propinquius eſt, ſtatuamus; diploma hactenus pro Silveſtrino dare non poſſumus: ſed, ſive ſpurium, ſive genuinum (quod mox examinabimus) cum laudato Wilthemio, tanquam vel ex protocollis Silveſtri deſumptum, vel verbis ad ejus ſententiam Pontificiâ Auctoritate ſub Hilario PP. de novo accommodatis, exhibemus, & ad hujus Rom. Pontificis tempora referimus.

(*b*) De diplomatis authentia triplex eſt ſententia. *Prima* plurium, illud cum Maſenio *Epit. Annal. Trev. Lib. IV. init.* pro genuino venditantium. Ait autem Maſenius, ſe illud ex Archivo Trevirenſi edere. Atque in ſententiæ ſuæ confirmationem Sirmondum laudat, qui id paucis immutatum e Virdunenſi tabulario depromſerit. *Altera* eſt Brovveri, qui *Annal. Trev. Lib. IV. n. 2.* Silveſtrinum diploma nuſquam integrum inveniri, ſuſam autem ejus ſententiam vetuſtiſſimis ſchedis ſervatam, tradit. *Tertia* Petri Boſchii *in Hiſt. Patriarch. Antiochen. p. 19.* edita in *Act. SS. Antverp. menſ. Julii Tom. IV.* qui illud tanquam ſpurium rejicit; cujus ſententiæ & noſtram addimus, his moti rationibus: (1.) Quòd certiſſimum ſit, Agricio inter Patriarchas Antiochenos locum non inveniri. Sed nec deſignatus quidem (quæ eſt modeſta & timida Brovveri conjectura) Antiochenæ cathedræ à Silveſtro eſſe potuit; cùm Silveſter non ſederit ante Kal. Februarii anni 314. ab anno autem 313 Tyranno Patriarchæ Antiocheno jam ſucceſſerat Vitalis, qui ad annum usque 318. præfuit. Imò ne civem quidem Antiochenum, ſed Gallum potiùs, & Aquitanum quidem, fuiſſe Agricium, facilè perſuadent ea, quæ profert Bolandus *in Comment. prævia ad Vitam S. Agricii n. 1. & 4. in Act. SS. Antverpien. ad diem 13. Jan.* Nec non *in Vita S. Hadelini ab init. Cap. 1. ad diem 3. Febr.* (2.) Silveſter Agricium minimè conſtituit Trevirorum Antiſtitem: quippe quòd hic, quà Præſul Trevirenſis, jam interfuerit Concilio Arelatenſi primo, quod anno 314. coactum eſt. Vid. Labbei *Tom. I. Concil. col.* 1421. & 1434 ubi & in inſcriptionibus Epiſtolæ Synodicæ ad Silveſtrum Papam cernitur *col.* 1425 Iterùmque *col.* 1437. ibi: *Agroecius Epiſcopus, Felix Exorciſta, de civitate Treverorum.* Apparet autem & ex numero Epiſcoporum, qui poſt Agricium, tanquam ſeniorem, ſubſcripſerunt, eum à pluribus jam tum annis ſedem tenuiſſe, quod rectè obſervavit Henſchenius *in Exegeſi hiſtor. de Epiſc. Tungren. Cap. 1. n. 7.* Ex qua Chronologia porro ſequitur (3.) Agricium dudum antè Trevirenſem Eccleſiam tenuiſſe, quàm Helena ex Oriente reverſa eſt cum clavo Domini, quem ibidem anno demum 326. reperit; à qua tamen ab hoc itinere reduce Agricium inde Treverim perductum volunt. Quod autem (4.) de Archivo ſcribit Maſenius, ex quo hanc cartam ſe memorat eruiſſe, id non ſine cautela accipiendum eſt. Non omnia, quæ in tabulariis Principum ſunt, æqualem fidem obtinent; ſed, ut hanc plenè mereantur, neceſſe eſt, ut ea ſcriptura inter authenticas repoſita ſit. Quod, qua ratione de hac noſtra aſſeri valeat, non video, cùm ipſe Baldevvinus noſter in celebri illa documentorum collectione, de qua nos in Diſſertatione Sæculo XIV. præmiſsâ §. *XII.* hanc cartam inter eas referat, quas *non ſigillatas* nominat, quaſque ab authenticis ſolliciè ſeparavit. Cæterum (quod etiam obſervat Boſchius *l. cit. pag.* 40.) nihil hæc faciunt ad hiſtoriam reliquiarum Trevirenſium, quas S. Helena florenti jam tum Trevirorum Eccleſiæ, poſt ſuum è Palæſtina reditum, per S. Agricium deſtinaſſe potuit, tametſi is ejusdem jam pridem eſſet Antiſtes. Sed nec ea Primatûs noſtri antiquitati officiunt, quippe quem hoc jam ſæculo exſtitiſſe certioribus argumentis evincimus.

III.

Circa 472.

EPISTOLA APOLLINARIS SIDONII

Ad Arbogaſtem Comitem Trevirorum.

(a) *SIDONIUS ARVOGASTI ſuo ſalutem.* (a)

(b) Sidonius *Lib. IV. Epiſt.* 17.

EMinentius amicus tuus, (b) Domine Major, obrulit mihi, quas ipſe dictâſti literas literatas, & gratiæ trifariam renidentis cultu refertas: quarum utique virtutum caritas prima eſt, quæ te coëgit in nobis vel peregrinis, vel jam latere cupientibus, humilia dignari: tum verecundia, cujus inſtinctu dum immeritò trepidas, meritò prædicaris: tertia urbanitas, quâ te ineptire facetiſſimè allegas, & Quirinalis impletus fonte facundiæ, (c) potor Moſellæ Tiberim ructas: (c) ſic barbarorum familiaris, quod tamen neſcius barbariſmorum: par ducibus antiquis linguâ, manûque; ſed quorum dextera ſolebat non minus ſtylum tractare, quàm gladium. Quocirca ſermonis pompa Romani, ſi qua adhuc (d) uſpiam eſt, Belgicis olim ſive (d) Rhenanis abolita terris, in te reſedit: quo (e) vel incolumi vel perorante, (e) etſi ad limitem ipſum Latina jura ceciderunt, verba non titubant. Quapropter alternum ſalve rependens, granditer lætor, ſaltem in illuſtri pectore tuo vaneſcentium literarum remanſiſſe veſtigia, quæ ſi frequenti lectione continuas, experiere per dies, quanto antecellunt belluis homines, tanto anteferri ruſticis inſtitutos. De paginis ſanè ſpiritualibus, vis ut aliquid interpres improbus garriam. Juſtius hæc poſtulabuntur à ſacerdotibus loco propinquis, ætate grandævis, fide claris, opere vulgatis, ore promptis, memoriâ tenacibus, omni denique meritorum ſublimium dote potioribus. Nam ut (f) (f) Antiſtitem civitatis veſtræ relinquam, conſummatiſſimum virum, cunctarúmque virtutum conſcientiâ & famâ juxta beatum, multo opportunius de quibuſcunque quæſtionibus tibi interroganrur incluti Galliarum Patres & Protomyſtæ. Nec ſatis poſitus in longinquo Lupus, nec parum in proximo Auſpicius; quorum doctrinæ abundanti eventilandæ nec conſultatio tua ſufficit. Proinde quod ſuper hac precum parte non parui, benignus quidem, ſed & juſtus ignoſce: quia ſi vos imperitiam fugere par eſt, me quoque decet vitare jactantiam. Vale.

IV. EPI-

N O T Æ.

(a) Reverſus in Epiſcopatum ſuum Averoenſem Sidonius, priores ſeptem Epiſtolarum libros (in quibus hæc noſtra eſt 17. *Lib. IV.*) publicos fecit, anno 477. Quod abunde probantur Epiſtolis 10. & 23. *Lib. IV.* & 3. *Lib. VIII.* Sed nec dubitandum, fuiſſe ſcriptam hanc noſtram, antequam, Avernenſi urbe à Gothis captâ, in exilium iret Sidonius; id eſt, non ſeriùs anno Chriſti 475. vel 474. Conf. Bucher, *in Belg. Rom. Lib. XVIII.* C. 10. Quam Chronologiam accuratiùs figere neceſſe erat, eorum gratiâ, quæ ad hanc & ſequentem epiſtolam annotabimus.

(b) *Domine Major &c.* Hæc ſalutationis formula Sidonio familiaris, quam ille Viris illuſtribus plerumque dedit; ſed Francorum quoque magiſtratibus ea perſeveravit.

(c) *Sic barbarorum familiaris, quod tamen neſcius barbariſmorum &c.* In hæc & alia hujus epiſtolæ verba hanc ſcripſit notam Sirmondus *Tom. I. pag.* 944. *edit. Venet.* „ Ex „ Sidonii verbis docemur, Arbogaſtem ſtylum „ inter arma tractâſſe, domo Belgam fuiſſe, ha„ bitaſſéque ad Moſellam, non procul ab Auſpi„ cio, Tullenſium videlicet Leucorum Epiſcopo: „ cujus nuperrime ad Arbogaſtem edita eſt epi„ ſtola, quæ hæc omnia confirmat. Docet enim „ Arigii filium fuiſſe, Comitem Trevirorum, è „ ſtirpe Arbogaſtis alterius Franci, qui comes „ fuit Valentiniani junioris. Barbaros ergo, qui„ buſcum verſabatur, Francos interpretor, qui „ jam tum in Belgica prima dominabantur; Antiſtitem Civitatis, Epiſcopum Trevirenſem; „ Lupum verò Tricaſſinum, ad quem non ſemel „ Sidonius.

(d) *Rhenanis abolita terris. &c.* Et hinc quoque apparet, Trevericis potiùs, quàm remotioribus Moſellæ potoribus, ſive Leucis ſive Mediomatricibus, civem adſcribi Arbogaſtem. Hanc noſtram notam nimiùm firmat expreſſi limitis, id eſt Rheni, vicinitas, cui proximus habitator aſſedit.

(e) *Etſi ad limitem ipſum latina jura ceciderunt, verba non titubant. &c.* Præter alia, quæ de antiqua Trevirorum lingua doctiſſimè commentatus eſt Brovverus in *Proparaſc. Annal. Trev. Cap. X. N.* 11. huc pertinent ſequentia: „ Neque enim viciſſe Imperii magnitudine con„ ſentus Romanus, ni linguæ ſuæ quoque termi„ nos, quàm latiſſimè propagâſſet. Data eſt „ opera, ait S. Auguſtinus *de Civit. Dei Lib.* „ *XIX.* C. 7. ut civitas imperioſa non ſolum ju„ gum, verùm etiam linguam ſuam domitis gen„ tibus per pacem ſociatis imponeret. . . . . . „ Hinc ea lingua, mirum! quàm alias, in vul„ gi conſuetudine, radices egit; cum Belgicæ „ etiamnum, ſicut & cæterarum Galliarum pars „ maxima poſt illam barbarorum effuſam in has „ provincias peregrinitatem, Romani ſermonis „ veſtigia tanto intervallo retineat, & nulla id „ re magis, quàm literis ac ſcriptura prodat. Adde tamen, quæ de Trevirorum idiomate retulimus in Diſſertatione prævia §. *VIII.*

(f) *Antiſtitem civitatis veſtræ &c.* Jamblychum ſcilicet. de quo ad ſequentem Auſpicii Tullenſis epiſtolam plura.

IV.
EPISTOLA
AUSPICII EPISCOPI
TULLENSIS
Ad
Arbogaſtem Comitem Trevirorum.

Circa 475.

Bucherius Belg. Rom. p. 170.

PRæcelſo & ſpectabili his Arbogaſto Comiti
Auſpicius, qui diligo, ſalutem plurimam.
Magnas cœleſti Domino rependo corde gratias,
Quod te Tullenſi proximè magnum in urbe vidimus.
Multis me tuis actibus lætificabas antea,
Sed nunc feciſti maximo me exultare gaudio.
Major enim ſolus apparuiſti omnibus,
Ut poteſtatis ordinem illuſtri mente vinceres.
Cui honor debitus majori nobis gaudio,
Nondum delatus nomine, jam eſt collatus meritis.
Plus eſt enim laudabilem virum fulgere actibus,
Quàm prætentare lampada, ſinè ſcintillæ lumine.
Sed tu, qui totis gradibus plus es, quàm eſſe diceris,
Erit credo velocius, ut reddant merita.
Clarus enim genere, clarus & vitæ moribus,
Juſtus, pudicus, ſobrius, totus illuſtris redderis.
(a) Pater, in cunctis nobilis, fuit tibi Arigius;
Cujus tu famam nobilem, aut renovas, aut ſuperas.
Sed tuus honor ejus eſt, ejúſque tibi permanet,
Et geminato lumine, ſic tu præclaris omnibus.
Cujusque nemo dubitet felicitati præſtitum,
Ut ſupereſſet genitrix tibi laudanda omnibus,
Quæ te ſic cunctis copiis replet, & ornat pariter,
Ut ſis abundans uſibus, & ſis decorus actibus.
Congratulandum tibi eſt, ô Trevirorum civitas,
Quæ tali viro regeris, antiquis comparabili,
De magno origo ſemine deſcendit tui nominis:
Certè virtutis ejus eſt, ut Arbogaſtis legitur.
Scribantur in Annalibus hujus triumphi pariter,
Sicut & ejus ſcripti ſunt, quem ſupra memoravimus.
Sed hoc addamus meritum huic, qui verè major eſt,
Quod (b) Chriſti nomen invocat religioni deditus.
Fuit in armis alacer, ille antiquus; verum eſt:
Sed infidelis moritur, & morte cuncta perdidit.
Hic autem noſter ſtrenuus, belligeroſus, inclytus,
Et quod his cunctis majus eſt, cultor divini nominis.
Nunc autem, fili ſapiens, quæſo dignanter accipe
Tui cultoris paginam, quam ex amore porrigo.

Pri-

NOTÆ.

(a) *Pater, in cunctis nobilis, fuit tibi Arigius &c.* Chriſtianus hic noſter Arbogaſtes ab altero Ethnico originem duxit, qui Eugenii tyranni partes contra Theodoſium magnum, Valentinianúmque anno Chriſti 391. ſecutus eſt. De quo multa Zoſimus *Lib. IV.* & alii apud Bucherium *in Belgio Rom. Lib. XII. C.* 11. 12. Bünau Reichs-Hiſtorie *P. I. pag.* 840. *ſeqq.*

(b) *Chriſti nomen invocat religioni deditus &c.* Inde Bucherius *Belg. Rom. Lib. XIX. C.* 6. *n.* 13. infert, Francos pleroſque, etiam ante Chlodovæi baptiſmum, Chriſti fidem amplexos, palámque profeſſos; & eo quidem numero, ut Procopius *Lib. I. Gothic. pag.* 267. cùm de primo Francorum cis Rhenum ingreſſu, primâ cum Arborichis Gallis ſocietate agit, *utroſque Chriſtianæ fidei ſectatores* exiſtimaverit: licet Reges adhuc idololatriâ occæcarentur. Quod argumentum latiùs exequitur idem Bucherius *cit. Lib. XIX.*

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

IV.

Primùm depoſco, cupias collatas tantas gratias
In te reſerves integras, & bonis multis afflues.
Unum repelle vitium, ne corda pura inquinet,
Quod eſſe ſacris ſcribitur radix malorum omnium:
Cupiditatem ſcilicet, quæ in alumnos deſævit,
Nec ſæva parcit rabiem, quorum amore paſcitur:
Hos, inquam, ſemper devorat, famem edendi perferens:
Et velut ignis addito ſuccenſa creſcit pabulo.
Sed hæc non ità dixerim, quod te hoc damnem crimine;
Tamen depoſco diligens, ut nec ſcintilla vulneret.
Quam ſi fortè improvidus quandoque ineſcaveris,
Citò flagrabit nimium augendum incendium.
Tende per mundum oculos, cerne primates ſæculi,
Aut interire cupidos, aut in perîclis vivere.
Corradunt, quærunt, inhiant, velut canes avidi,
Et hæc nec ſibi poſſident, ſed nec relinquunt poſteris.
Tamen non generaliter iſta de cunctis dixerim;
Sed ut paucorum dedecus ſit multis emendatio.
Tu autem, vir eximie, judex multorum providus,
Tui repente pectoris ſecreta judex perſpice.
Hujus ſi ullam ſenſeris parvam veneni guttulam,
Dulci perfunde oleo, ne ſerpat in viſceribus;
Nec hoc ignoras oleum pro tua ſapientia,
Quod eſt cunctorum pauperum mercatum eleemoſynis.
His te exerce ſtudiis, hæc cuncta bona perage,
Ut mea tibi maneant, & perſeverent gaudia.
Nam parum eſſe noveris, ſi quisquam nulla rapiat,
Et obdurata pectora ſua præcludat miſeris.
Non multum ſibi conſulit, qui ſic evitat rabiem
Cupiditatis, ut ſimul incurrat avaritiæ.
Nam iſta duo crimina, velut cognata genere,
Et geminata ſpecie nimis conjuncta permanent.
Hæc qui ſectantur miſeri, hoc uno diſtant vitio;
Quod unus horum malus eſt, & ille alter peſſimus.
Unde, mi chara dignitas, tu quæſo, fili unice,
Sic ab alienis abſtine, ut tua ſanctis tribuas,
Illúdque ſuper omnia memor in corde retine,
Quod te jam ſacerdotio præfiguratum teneo.
Hanc, quæſo, ſerva gratiam, & illis creſce meritis.
Ut prælocuta * populis vox cœlo ſacra veniat. * populi.
Sanctum, & primũ omnibus (c) noſtrúmque Papam Jamblychum (c)
Honora, corde dilige, ut diligâris poſtmodum.
Cui quidquid tribueris, tibi in Chriſto reparas,
Hæc recepturus poſtmodum, quæ ipſe ſeminaveris.

SÆCU-

NOTÆ.

(c) *Noſtrúmque Papam Jamblychum &c.* Cùm Jamblychum in Catalogis Trevirenſium Præſulum non inveniamus, alterutrum ſtatui oportet: *vel*, ut in his præteritum dicamus, uti vult Bucher. *cit. Lib. XIX. C. 6 n. 12. vel* quòd alius, qui per eos dies præfuit, quales ſunt *Himerius* & *Evemerus* (qui & in vulgatis indicibus *Jamnerius* dicitur) alio nomine *Jamblychus* vocatus fuerit; quæ eſt ſententia Maſenii *in not. ad Brovveri Annal. Trev. Tom. I. pag.* 597. Quænam autem inter has ſententias verior ſit, arduum eſt definire. Ut autem in poſteriorem magis inclinemus, facit, quòd ab Agricio ſat fidos ſe probaverint Trevirenſium Præſulum catalogi, nullum ſub Jamblychi nomine prodentes. Inter hos indices exſtant aliqui, quos ſæculo ſeptimo, vel octavo ſaltem, non credimus inferiores.

Inde autem, quòd Auſpicius Tullenſis Trevirenſem Jamblychum *Papam noſtrum* vocat, Bucherus & Maſenius *ll. cc.* concludunt, eo jam tempore Trevirorum Præſulem in Metas, Tullum, Virdunúmque Metropolitanam obtinuiſſe auctoritatem.

SÆCULUM VI.

§. I.

Reges Franciæ majores.

PHaramundus anno Chriſti 418. (quantùm conjicere licet) in Francorum Regem electus eſt, regni ſucceſſorem anno circiter 428. relinquens filium Clodionem. Poſt hunc deinde regnârunt, ab anno 448. Meroveus I. Anno 458. Childericus I. Anno 481. Clodoveus Magnus. Non tamen Francis univerſim omnibus Pharamundus, Clodio, Meroveus & Childericus imperârunt. Ut enim eos, qui in diverſis aliis Franciæ partibus minora regna tenebant, hìc prætermittamus, in Ripuariis ſucceſſivè regnârunt, atque adeò è *Colonia Agrippina*, Ripuariorum Metropoli, Treviris imperitabant *Clodebaudus*, *Sigiſmeres*, & hujus demum filius *Sigebertus*, qui Clodoveum, Franciæ ex majori parte Regem, adversùm Alemannos juvit. Poſtquam autem Clodoveus cognatos ſuos, hunc *Sigebertum*, Ripuariorum & Germaniæ Rheno propioris Regem, cum filio *Clodérico*, *Chararicum* in Morinis, *Ragnacharium* Cameraci, & *Regnomerem* apud Cenomannos regnantes, cum tota eorum familia, occidiſſet, omnium Francorum ſe fecit Monarcham, & Ripuariorum quidem anno 509. vid. Gregor. Turon. *Hiſt. Franc. Lib. II Cap* 40. *& ſeqq.*

Reges Ripuariorum, ſub quibus Treviri.

An. 509.

§. II.

Treviris unita Franciæ magnæ.

Univerſa itaque Francia ſub Clodoveo M. in unum coaleſcente regnum, cujus ſolium *Pariſiis* conſtitutum eſt, Treviri pari, cum omni reliqua Francia, ſorte uſi ſunt. At non ſtetêre diu Francorum res eodem ſtatu. Clodoveo enim v. Kal. Decembris anno 511. vitâ functo, *quatuor ejus filii Theodoricus*, *Chlodomirus*, *Childebertus atque Chlotarius regnum inter ſe æqua lance dividunt. Et Theodoricus quidem ſedem regni ſortitus eſt Metis, Chlodomirus Aurelianis, Chlotarius Sueſſonis, Childebertus Pariſiis, quo & pater eorum.* ſunt verba Aimonii *Lib. II ineunte.* Quibus ſimilia Gregorius Turon. *Lib. III. cap.* 1. Sed *lance* non adeò *æqua* diviſionem factam fuiſſe, vel inde colligitur, quòd meliorem & majorem regni partem obtinuerit Theodoricus. Nimirum diviſa tunc univerſim fuit Francia in *Orientalem* & *Occidentalem*. Illa *Auſtria*, ſeu *Auſtraſia*, hæc *Neuſtria*, vocabulo ex *Weſtria* corrupto, appellabatur. Integrum Auſtraſiæ regnum tenuit *Theodoricus*. De hoc regno Pontanus *Orig. Franc. Lib. VI. Cap.* 7. » protendebatur, inquit, quo terrarum ſpatio, noſtro nunc » ævo comprehenditur, Lotharingia, Elſatia, Wormatia, Mo» guntia, *Treviri*, Palatinatûs pars, Comitatus Salmenſis, Hanno-

511.

Partitio regni inter liberos Clodovei.

Diviſio Franciæ in Neuſtriam & Auſtraſiam.

Sub hac Treviri.

BIBL. ROMA

„ nia, Cameracum, Namurcum, Limburgum, Leodium, Brabantia, Flandria, Clivia, Juliacum, Gueldria, Hollandia, Zelandia, „ Trajectum. Aliis incrementis Auſtraſiæ regnum deinde auctum eſt, ſed hæc aut fructus fuêre belli, aut hæreditariæ ſucceſſionis. Hujus regni ſedes cùm in urbe Metenſi, utì jam dictum eſt, conſtitueretur, ſic inde deinceps, tanquam à Metropoli civili, leges profluebant in Treviros. Atque hinc ſub *Metenſibus* Regibus vivere dicebamur Gregorio Turonenſi *Lib. IV. Cap.* 23.

§. III.

Reges Auſtraſiæ Sæculo VI.

534. 547. 554. 561. Theodorico Auſtraſiæ Rege anno 534. vitâ functo, ſucceſſit filius *Theodebertus*, qui & ipſe anno 547. regnum cum vita reliquit. Patrem Theodebertum excepit *Theodebaldus*, ſine liberis anno 554. defunctus. Ejus hæres *Chlotarius*, poſtquam, partim ſucceſſione, partim vi, univerſæ Franciæ Monarcha fuiſſet effectus, an. 561. diem ſuum obiit, quatuor poſt ſe relinquens filios, Charibertum, Guntenaramnum, Sigebertum & Chilpericum; qui regnum eâdem ferè ratione inter ſe diviſère, atque Clodovei liberi illud partiti fuerant. Inter hos Auſtraſiæ regnum *Sigeberto* obtigit, quod antea Theodorici Regis, ejúsque poſterorum fuerat; qui & ipſe *Metis* reſediſſe traditur à Gregorio Turonenſi, Fredegario & Paulo Diacono. Quanquam Geſta Regum Francorum *Rhemos* veluti ſedem hìc nominent; Rhegino autem, eum *Rhemis*, & *Metis* habitâſſe, referat. Tenuit Sigebertus Auſtraſiam annis quatuordecim, à fratre Chilperico, miſſis per-
575. cuſſoribus, anno 575. interemptus. Ei ſucceſſit *Childebertus*, qui
596. poſtquam annis omnino viginti in Auſtria regnâſſet, vitam anno 596. finivit.

§. IV.

De forma regiminis in Auſtraſia remiſſivè.

Quæ ſub Auſtraſiæ Regibus fuerit politici regiminis forma, aut in univerſum, aut ſpeciatim in Treviris, non attinet hìc exponere, occupaverunt jam hoc argumentum, & dignè executi ſunt, Hertius in *Notitia regni Francorum veteris, à prima ejus origine ad exceſſum usque Ludovici pii.* Dubos *Hiſtoire Critique de l' Etabliſſement de la Monarchie Françoiſe dans les Gaules.* & alii. At quamvis prima hujus regni noſtri ſedes fuerit in urbe Mediomatricum, nihilo tamen feciùs ſolebant Reges noſtri non Francorum ſolùm, ſed & deinde Imperatores Germanici usque ad Ludovicum Bavarum, ob quotidiana regni negotia ſingulas obire provincias. Unde & in iisdem certas ſibi manſiones conſtituerunt, in quibus pro commoditate temporis poſſent divertere & ipſi, & eorum *Miſſi*, in adminiſtrandis regni negotiis occupati. Appellatæ fuerunt manſiones hujusmodi frequentiori nomine *Palatia*, aliàs etiam *Comitatus*, *villæ Regiæ* &c. Locis his & palatiis attributi varii & ampli reditus, ut familia Regia de condigno in eisdem aleretur. Curtes inde regiæ, fiſci regii, nuncupati, ex quibus reditus hujusmodi deſumebantur, quorum deinde plures etiam in hac noſtra Archidiœceſi, vel fundandis, vel dotandis Eccleſiis applicati fuerunt. Intereſt omnino, non unâ de causâ, noviſſe palatia regia, quæ olim in Treviris fuerant, & in quibus Reges noſtri & Imperatores frequenter morabantur; quare ſingula accuratè recenſum ibimus.

Palatia regia.

In Archidiœceſi Treviren.

§. V.

§. V.

Primum & princeps regiorum noſtrorum palatiorum fuit in ipſa Treviris, Trevirorum Metropoli, quod ita deſcribit Scheckmannus in *Medulla Geſt. Trev. Cap. II. Eſt & alia vetuſtiſſima habitatio intra urbis mœnia, quod Palatium appellatur, altis muris, magnis, perſpicuis feneſtris ex duris lapidibus, quos lateres nominant, ædificatum, in quo locus eſt habitationis & reſidentiæ D. Archiepiſcopi Trevirenſis &c. Idem palatium, ut priſca docent ſcripta, Regalis ſedes fuit & habitatio, quod maximè ex Epiſtola quadam D. Ambroſii elicitur, ubi refert, ſe Maximum Imp. requiſiviſſe in palatio ubi manebat.* Pipinum Majorem Domus in hoc palatio habitâſſe tradit antiquus catalogus manuſcriptus Archiepiſcoporum Trevirenſium apud Freherum *in Orig. Palat. P. I. p.* 12. qui *in Anaſtaſ. Imp.* tradit: *Pipinus ſenior, Major Domus, id eſt, Palatii Treverici obiit.* Et in Chlodolpho LVIII. Archiepiſcopo: *Karolus Martellus Pipini filius Major Domus, à Palatio Trevirenſi ſic dictus, obiit.* Ditmarus *Lib. VI. Chron. p.* 68. illud *Palas* nominat. *Propter hoc*, inquit, *ſubdolæ Generationis furor accenditur, Palas à Trevirenſibus contra Regem firmatur, ac terra hæc, hactenus pacifica, crebris concremationibus quatitur.* Occupatum fuit Palatium hoc violenter anno 1008. ab Adelberone Præpoſito S. Paulini, uti *in Annal. Treviren. fol.* 103. annotavit Kyriander. In eodem ſub Francorum Regibus, & diu pòſt, Palatini Comites ſedem habuerunt, quamdiu Urbis advocatiam gerebant; à qua regionem illam urbis circa palatium die Graffſchafft (Comitatum) vulgò appellari, tradit quidem Freherus *cit. p.* 12. at minùs accuratè. Auf den Gra- wen vocatur locus à palatio non multùm remotus, & inde via ad palatium ipſum die Palas-Gaß.

§. VI.

Diſtinctum ab hoc, quanquam in ipſa urbe ſitum, fuit Regale ad Horrea. Palatium *ad Horrea*; cui mutato à Francis Regibus in Palatium veteri Romanorum horreo, *Horreenſis* nomen relictum eſt. Ubi deinceps nobilem Parthenona Modoaldus Trevirorum Antiſtes in gratiam Irminæ & Modeſtæ Regiarum Virginum erexit. Conf. Prower. *Annal. Trev. Lib. VII. n.* 49. Mabillonius *de Re diplom. Lib. IV.* §. 145.

§. VII.

Unâ horâ ab Auguſta Trevirorum, ad ſiniſtrum Moſellæ litus, Palatiolum. in amœna ſitum planitie conſpiciendum ſe offert *Palatiolum*, germanicè Pfaltzel, Romanorum jam temporibus palatium, deinde ſub Francis prædium Majorum Domus factum, in pago Bedenſi ſitum; tandem ab Adela Dagoberti II. Regis Franciæ filia in Abbatiam Virginum mutatum, uti videbimus infra ad annum 690. Damus ad an. 895. Diploma Zwendiboldi R. ubi: *actum apud Palatiolum fiſco noſtro in Arduenna.* Hodie locus bipartitam Urbeculæ imaginem præfert, quarum prima triangulari propemodum ſpecie ab anguſtiis ſenſim excreſcens, civium pleroſque complectitur, muris leviter munita: altera deinde extremum trianguli latus claudens, amplis foſſis, denſiſque vallis, ac turrium munitarum præſidio longe firmior, duo latera recta, circulari pene figurâ, conjungit; ita quidem, ut ex turrium propugnaculis, mutuæ defenſioni ſimul, & urbis juſto intervallo aptatis, non contemnendæ munitionis ſpeciem præbeat. Certè

valla

valla XII. pedum latitudinem complexa, inſigni altitudine conſpicua, & fornicatis ſubtus operibus concava, præcincta denſiſſimis muris mœnia, poſt tergum ſurgentia, firmo & ad propugnationem idoneo opere tueri potuiſſe viſa ſunt. Joannes à Mezenhauſen Archiep. Trev. cœptam olim labantémque munitionem adverſus urbem potiſſimùm inſtauravit, egregióque ad habitationem Principalem palatio circa annum MDXXXVIII. inſtruxit; quæ poſtquam à Brandenburgico vaſtatore inflamata ſubverſáque eſſet, ac Trevirenſe palatium ab Archiepiſcopis habitari cæpiſſet, ſuis reliquiis abſtracta, traductiſque aliò lapidibus, nunc ſolis murorum ruderibus ſuperſtat, munitione urbis neglectâ. Reliquias mœnium turriúmque pleraſque Galli anno MDCLXXIV. everterunt. Nunc Collegium inibi Canonicorum præcipuum loci ornamentum eſt.

§. VIII.

Epternacum. Sed hinc referamus pedem ad Suræ fluvium, ubi duobus ab urbe Trevirorum milliaribus Germanicis ſe Epternacum offert: *fiſcus* certè *Regius*, uti ritè Alex. Wilthemius *in Luxemb. Rom. Lib. VIII. Cap. 1.* Viri doctiſſimi verbis propriis libenter utimur. Ea hæc ſunt: „ Eſternacum (idenim verum, purúmque vocabulum, quod „ deformavêre poſteri, primò in *Ephternacum*, deinde *Epternacum*) „ *Eſternaca* porro *villa*, quaternis Divæ Irminæ Dagoberti Regis „ filiæ Tabulis (quas nos hoc Opere exhibemus) inſcribitur, cujus „ partem inſigni condendo cœnobio D. Willibrordo donavit, *quamtumcunque*, inquit, *ex poſſeſſione & ſucceſſione paterna vel materna* „ *mihi obvenit.* Portionem alteram Pipinus Dux, cognomento Heriſtallius, & Bliċtrudis uxor ejus addidêre, acceptam à Ducibus „ Theotario, ejúſque filio Theodardo, quos Irminæ ſanguine junctos oportuit. Claro tam illuſtrium poſſeſſorum argumento, Eſternacam ex villis fuiſſe, quas dixêre publicas. Ut non injuriâ „ Thiofridus Abbas, quinque ab hinc ſæculis, *Fiſcum* appellaverit. Inde ad Moſellam viam reflectimus.

§. IX.

Decima. Ad hunc, quatuor circiter infra Trevirim horarum itinere, in litore dextero occurrit *Decima*, hodie Detzem, *Curtis Regia*, amplis villis inſtructa. Memoratur illa in ſpurio diplomate Dagobertino, quod ad annum 633. exhibemus, his verbis: *mea ex parte prædiis augeri curavi, quorum nomina hæc ſunt: Kamin, Creſſiacum, Lonewich, Regiodola, Vellis, Polch, Bedeliacum, Talovano, Loavia; hæc loca ad Regiam Curtem, quæ dicitur Decima pertinent.* Sed & occurrit eadem Curtis in genuino noſtro diplomate Ottonis I. de anno 940. Conf. Chron. Gottwic. *Tom. prodrom. p. 467.*

§. X.

Schönecken. Antequàm ſecundo flumine deſcendamus longiùs, dirigamus tantiſper viam ad Arduennæ fines. In his, loco Abbatiæ Prumienſi vicino, inveniemus regium Palatium *Scolinare* ſeu potius *Scolinacke*: in quo Lotharius Imp. anno 855. die 9. Septembris exiſtens, in eccleſia Prumienſi, cui amplam inſimul donationem fecit, ſepulturam elegit. Eundem locum hodiernum *Schönecken*, caſtrum antiquum & ſatis elegans dominii Trevirenſis, eſſe tradimus infra ad diploma Lotha-

Lotharii de memorato die. Non procul inde *Manderſeld*, *palatium* Manderfeld.
Regium; in quo datum Diploma noſtrum Lotharii Imp. de anno 854.
In eadem pariter regione *Areſchotum*, in quo, tanquam in *villa pub-* Arſchot.
lica, exaratum eſſe teſtamentum S. Salvatoris de anno 762. non eſt improbabile.

§ XI.

Sed redeamus in viam, ad noſtrum nempe Moſellam. Ad [illegible]
quem, ubi ejus aquæ Rheno miſcentur, occurrit Archidiœceſis inferioris urbs primaria *Confluentia*, celebre Regum Franciæ palatium, Theotiſco vocabulo *Cophelenci* dictum, apud Ditmarum *Chron. Lib. VII. p.* 406. *Cobolence* in carta Fuldenſi de an. 840. in *Corp. Trad. Fuldenſ. n.* 447. *p.* 179. hodie Coblentz. Præſidiaria olim fuerat Romanorum ſtatio, & arx ſimul adversùs Germaniam magnam ſpeculatoria, in antiquis Geographicis tabulis notiſſima. Locus deinde crebrâ primorum Regum Francicorum præſentiâ honoratus, qui ſub nomine Caſtri occurrit apud Gregorium Turonenſem *Lib. VIII. Cap.* 13. ubi, *inter Legatos*, inquit, *de Guntelchranno ad nepotem ſuum Childebertum Rex dirigit, qui tunc morabatur apud Confluentes Caſtrum, quod hoc nomen cepit, pro eo, quod Moſella Rhenúſque amnes pariter confluentes in eodem loco jungantur.* Variis item Principum conventibus, Placitis, Synodíſque celebris. In hoc Caſtro, ſinè dubio, morabatur Ludovicus Imp. cùm evenirent, quæ, ex Appendice ad Theganum Lambeciana, de translatione S. Caſtoris intelligimus his verbis: *Eodem anno* (836.) *Hetti beatus Trevirenſis Archiepiſcopus divino juſſu inſtinctus aſportavit corpus S. Caſtoris de loco, in quo antea requieſcebat, qui vocabatur Caradona, ad locum, qui vocabatur Confluentes, ubi Moſella in Rhenum intrat, ad Monaſterium quod ipſe ſupradictus Archiepiſcopus à fundamento conſtruxerat, ſicut ei in viſu præcepit Maternus, qui erat tertius Trevirenſis Archiepiſcopus; & in feſtivitate S. Martini venit ſanctum Corpus ad Confluentes cum magno honore: & in craſtinum die Dominico* (dies XII. Novembris hoc anno in Dominicam cadit) *conſecravit ſupradictus Pontifex illam Eccleſiam in honore S. Caſtoris & omnium Sanctorum Confeſſorum. Et poſt Conſecrationem ſuſcepit ſanctum corpus, & collocavit illud in eccleſia honorificè, ſicut dignum erat. Octavo verò die poſt conſecrationem, quod eſt XII. Kalend. Decembris die Dominico venit Dominus Imperator cum* Conjuge *& liberis, & poſt Miſſarum ſolemnia obtulit ibi maxima dona in auro & argento, & manet ibi duos dies, & totidem noctes, & honoravit eum ſupradictus Pontifex cum conjuge & liberis, & omni cum familia ſua donis innumeris.* De ſynodo ibidem anno 865. habita, Annales Bertiniani *ad h. an. Ad quam Ludovicus Rex & Carolus frater ejus nepóſque eorum Hlotharius cum primatibus ſuis convenientes pacem inter ſe & fidelitatem mutuam ſinguli ſacramento firmaverunt.* De alio Conventu ſub Henrico II. de an. 1012. ſequentia ad eum annum profert Annaliſta Saxo Eckhardinus *p.* 424. *Poſt feſtum S. Martini Confluentiæ Synodum habuit, Theodoricum Metenſem Epiſcopum, cæteróſque ſuos rebelles causâ dominandi &c.* Generalem hic Conventum electionis Conradi III. Imp. anno 1138. inſtitutum fuiſſe, teſtantur Otto Friſingen. *Chron. Lib. VII. C.* 22. Dodechinus *in Append. ad Marian. an.* 1138. *pag.* 472. &c. Curtem hanc regiam Archiepiſcopo Trevirenſi an. 1018. ab Imperatore donatam videbimus infrà ad eum annum.

§. XII.

Anderna-cum.

Confluentiâ deſcendimus *Andernacum*, in Venantii Fortunati Hodoporico, *infrà ad annum* 562. dictum *Antonacenſe Caſtellum.* Romanis etiam *Antoniacum*; & *Antunacum* in Itinerario Antonini. Eo loco domicilium & Aulam Auſtraſiæ Regum fuiſſe, diſertè Fortunatus *l. cit.* Inter claras & celebres olim Germaniæ ſecundæ civitates. Ammian. Marcell. *Lib. XVIII. Cùm Alemanni ripâ Galliarum occupatâ, plurima Romani ſoli loca pervaſiſſent, Julianus hoc oppidum hoſtibus ereptum & munitionibus inſtruxit, & mœnibus reparatis ornavit. Regius fiſcus* ab Annaliſta Saxone Eckhardino *Tom. I. Corp. Hiſtor. ad ann.* 885. *p.* 222. appellatur, ibi: *Hugo mittit ad Imperatorem, ut largiretur ſibi Confluentes, Andernacum, Sincicha & nonnullos regios fiſcos propter vini copiam.* Ejusdem ſub *Caſtelli* nomine meminêre ſæpiùs Annales Franc. Fuldenſes *ad ann.* 876. & ſcriptores alii complures. Nec minùs variis Principum conventibus is locus frequens fuit. Ità Godefridus Colonienſis *ad an.* 1198. *pag.* 263. *Colonienſis & Trevirenſis Archiepiſcopi habito concilio apud Andernacum cum Bernhardo Duce Saxoniæ & aliis Epiſcopis & Comitibus, Nobilibus pluribus, Curiam omnibus Principibus in Colonia habendam præfigunt in dominica.* Item Annales Corbejenſes *ad an.* 1200. *pag.* 399. *Metropolitanus noſter Curiam Principibus indicit inter Andernacum & Confluentiam, cui interfuit Wedechindus noſter.* Andernacum hodie Trevirenſium Præſuli in ſacris, Agrippinenſium in civili ditione, paret.

§. XIII.

Sentiacum.

Non prætermittamus hìc vicinum Andernaco *Sentiacum* (Sintzich) ut ut Treverici territorii non ſit. *Fiſcum Regium* illud appellatum; jam vidimus *§. præced. Villa Regalis* dicitur Ottoni Friſingenſi *de Reb. Geſt. Friderici I. Lib. II. Cap.* 3. *Rex*, inquit, *cum multa jocunditate feriâ quintâ naves ingreditur, ac per Mogum & Rhenum navigans, in villa Regali Sinciche applicuit* &c. Conf. Mabillonium *de Re Diplom. Lib. IV. p.* 324. ubi, quod *de Heſentiaco Palatio, à Moſella flumine octo ferè millibus conſtructo*, loquuntur Annales Bertiniani *ad annum* 842. rectè de hoc noſtro intelligit.

§. XIV.

Octenduno.

Sed ne ad extera dilabamur, referamus pedem, & quidem per amœna Meinfeldiæ arva, ubi Palatium *Octendunc* occurrit in Trevirenſi ſolo. Meminit ejusdem Chron. Gottwic. *Lib. III. p.* 499. ex Hiſtoriola fundationis ædis Frawenkirchen in Diœceſi Trevirenſi non multùm ab Octendunc remotæ. Edidit eam Hiſtoriam Freherus *in Origin. Palat. in Append. p.* 18. in qua hæc verba: *Temporibus B. Hildolphi Trevirenſis Archiepiſcopi, qui in Palatio Octendunc reſidebat, factum eſt paſſagium contra paganos. Erat autem in Palatio Trevirenſi nobiliſſimus Palatinus nomine Sifridus.* Teneo ipſe manuſcriptum exemplar memoratæ Hiſtoriæ, in qua hæc paulò aliter, ſic nempe: *Divo Hildulpho, Trevirorum Archipræſule illuſtriſſimo, in Caſtello Ocththinyngo reſidente, facta eſt expeditio validiſſima, quod paſſagium vocant* &c. Et deinde: *mandavit, ut generoſiſſima Virguncula Genoveſa conſiſteret in Palatiolo Sæmerio, quod conſtructum eſt in quodam*

pago

pago Meynfeldenſi. Palatium Sœmerium juxta oppidum *Mayen* ſtetiſſe autumo, ubi mons, quem accommodata ad hæc ſæcula loquendi ratione, Sonnenberg vocant. Quæ ad notitiam tantùm hujus palatii refero, quanquam de cætero cum ævo S. Hildulphi non conveniant.

§. XV.

Inde ad Rhenum relabimur, ubi tertio ſupra Confluentes lapide occurrit *Renſe*; locus à Principum Electorum conventibus & inaugurationibus ſolemnis: vulgò der König-Stuhl dictus. De eo Freherus *in Origin. Palatin. Lib. II. Cap.* 8. „ Hic ſedes Regni Germanici, „ & Thronus Imperialis adhuc viſitur, cui electus Rex, more ma- „ jorum, primò imponitur, & voce præconis (cujus tuba ibi à „ quatuor Electoribus Rhenenſibus in ſingulorum propriis Caſtellis „ exaudiri poteſt) publicè pronuntiatur. „ De eodem loco Epiſtola Electorum Imperii ad Papam Benedictum XII. ſuper Ludovico Bavaro apud Freherum *Tom. I. ſcript. Rer. Germ. p.* 427. hæc: *XV. die menſis Julii, anni* (MCCC.) *XXXVIII. in Reinſe, ſuper alveo Rheni, ubi Principes Electores ſuper negotiis Imperii tractandis convenire conſueverunt ab antiquo, cum omnibus Principibus Electoribus in unum fuimus congregati.* Carolum IV. ibidem electum fuiſſe, teſtatur Rebdorf *ad an.* 1346. Celebrata etiam ibi fuit unio Rhenenſis an. 1332. apud Schilterum *Tom. II. Inſt. Jur. Publ.* Sedes ipſa, der König-Stuhl, ſpeciem parvi theatri præ ſe fert, quod hactenus certorum impenſis ſub dio inter pomiferas arbores conſervatur. Renſe.

§. XVI.

Duabus ſupra Renſam horis occurrit *Bopardia*, Romanis *Bobtobriga, Baudobrica;* ſequioribus temporibus etiam *Babardia.* Locus, Regali veterum Principum palatio inclitus, de cujus ruderibus, quæ in hunc uſque diem ſuperſunt, ita Freherus *Origin. Palatin. Cap. II. p.* 8. „ Viſuntur & hodie Regalis Palatii apud Bodobricam re- „ liquiæ, in ipſis ruinis majeſtatem veterem loci teſtantes: das „ Königs-Hauß bey Boppard. Accubat in littore milliaribus circi- „ ter quatuor ſupra Confluentiam, parétque hodiedum Electori Tre- „ virenſi. „ *Villa Regalis* appellatur ab Ottone Friſingenſi *de geſtis Friderici I. cap.* 62. *edit. Urſtiſ. p.* 445. *Cúmque*, inquit, Conradus Rex *ad Bobardiam, villam Regalem, in territorium Trevirorum ſuper Rhenum poſitam, veniſſet, legatos obviam habuit.* De Henrico quoque, Friderici II. filio, Godefridus Colonienſis *ad an.* 1234. *pag.* 299. ita ſcribit: *Rex Henricus Bobardiæ conventum quorundam Principum habuit, ubi à quibusdam nefarium conſilium accepit, ut ſe opponeret Imperatori patri ſuo, quod & fecit.* Bopardia.

§. XVII.

Eodem tramite adverſus Rhenum itinerantibus occurrit *Weſalia ſuperior;* ſitum ejus ſic deſcribit Rabanus *in Martyrologio* : *II. Nonas Julii depoſitio B. Goaris Presbyteri & Confeſſoris, qui in ultimos Galliæ fines, in provinciam, quæ Rheno contiguam, Frigoria* (Trigoria) *vocatur, & ad diœceſin pertinet Trevirorum, intra terminos Vaſaliacenſes, pervenit.* Quod autem Regia villa fuerit, teſtatum facit Wandelbertus Prumienſis Diaconus in miraculis S. Goaris apud Weſalia.

Mabillon *Sæcul II. Benedict. p.* 290. & 292. ubi ita: *Sub eodem Aſſuero* (primo Prumienſi Abbate) *quidam major Regiæ villæ, quæ non longè* (à monaſterio S. Goaris) *poſita Weſalia dicitur* &c. & inferiùs: *Per idem tempus accidit Rheni fluminis aquam nimio frigore congelaſcere . . . erat autem Regiæ villæ colonus, quam ſupra Weſaliam diximus appellari, cujus vinea haud procul à monaſterio, vineis S. Goaris adhærebat.*

§. XVIII.

Iſenburgum.

Sed nec trans-Rhenana noſtra Archidiœceſis palatiis Regiis vacua fuit. Ibi etenim, ſex aut ſeptem milliaribus à Confluentia ad rivum Biſena ſitum eſt *Iſenburgum.* Ubi hanc lucem primùm aſpexiſſe Dagobertum filium putat Henſchenius *de tribus Dagobertis. Cap. V. p.* 86. Regium ibi fuiſſe palatium docet Caroli M. Diploma, Maſſilienſi S. Victoris Cœnobio conceſſum *Iſemburgi in Palatio Regio*, pro jure vectigalis, quod penſitarent naves in porta Maſſiliæ juxta monaſterium ſub anchora reſidentes, cujus meminit Mabillonius *de Re Diplomat. Lib. IV. p.*289.

§. XIX.

Weilburg.

Eodem tractu, ubi amnis, die Weil, ſe in Lahnam exonerat, ſitum eſt Naſſovicæ ditionis, Trevericæ Diœceſis, oppidum *Weilburg.* Locus à Conrado I. Germaniæ Rege frequenti habitatione nobilitatus. Ejuſdem mentio fit in diplomate dicti Conradi I. de an. 914. apud Hedam *in Epiſc. Ultrajectin. p.* 72. ibi: *Actum apud Willinaburg.* Eundem Conradum I. ibidem ſepultum eſſe, nos ad an. 910. dicemus. Idque teſtatur Witichindus *Lib. I. annal.* ubi: *ſepelitur*, inquit, *Conradus in civitate ſua Wilinaburg.*

§. XX.

Archiepiſcoporum Trev. opulentia.

Ut, ut omnis hactenus poteſtas civilis penes Reges noſtros propriè reſideret; detegimus tamen aliqua in imo jacentia, potentiæ & politicæ magnitudinis, Archiepiſcopis noſtris jam competentis, fundamenta, ſuper quibus altius deinde civilis potentiæ ædificium ſtructum fuit. Occurrit nempe in Venantii Fortunati carmine, quod ad annum 563. exhibemus, ſanctiſſimi Archipræſulis noſtri Nicetii caſtellum, *turribus terdenis incinctum.* Conſpicua eſt in eodem *aula, marmoreis columnis ſuſpenſa*, è qua gratus erat in præterlabentem Moſellam proſpectus; cujus, & aliorum non minùs ſplendidorum ædificiorum cauſâ Rufus anno 549. Nicetio *artifices ex Italia* ſubmiſerat cum commendatitiis, quas ad dictum annum referimus. Quæ vel ideo potiſſimùm obſervari merentur, ut fidei detrahatur eorum, qui horum temporum Antiſtites noſtros in ultima egeſtate vixiſſe, & cuncta eccleſiarum patrimonia eorum ſucceſſoribus à Ducibus demum, & Comitibus obveniſſe contendunt. Hæc quippe caſtra, *muris, turribus, baliſtis* ad defenſionem *Gregis* inſtructa, *marmorea* illa *columnarum*, aliáque decora ad Italicum morem magnificè formata, abunde habent lucis, non minus opum fuiſſe ac potentiæ, quàm ſanctitatis, illorum etiam temporum, Præſulibus noſtris, & Nicetio quidem, tanto Gallicanæ Eccleſiæ lumini.

§. XXI.

§. XXI.

Antiquiſſimæ baſilicæ Trevirenſes:

Plures jam in urbe Trevirenſi exſtabant baſilicæ. Earum meminit Gregorius Turonenſis *in Vitis Patrum Cap. XVII. p.* 1940. his verbis: *Cùm autem lues inquinaria Trevericum populum in circuitu civitatis valde vaſtaret, & ſacerdos Dei* (Nicetius) *pro ovibus commiſſis Domini miſericordiam imploraret aſſiduè: factus eſt ſonus de nocte magnus, tanquam tonitruum validum, ſuper pontem amnis, ita, ut putaretur urbs ipſa abſorberi. Cúmque omnis populus exterritus in lectulis reſediſſet, letiferum ſibi interitum opperiens: audita eſt in medio vox una cæteris clarior, dicens: Et quid hic, ô ſocii, facimus? ad unam enim portam* ***Eucharius*** *Sacerdos obſervat, ad aliam* ***Maximinus*** *excubat, in medio verſatur* ***Nicetius****, nihil hîc ultra prævalere poſſumus, niſi ſinamus hanc urbem eorum tuitioni. Hac audita voce, ſtatim morbus quievit, nullúſque ab ea ultra defunctus eſt. Unde non ambigitur, virtute memorati Antiſtitis fuiſſe defenſam.* Hîc ſub nomine *S. Eucharii*, ejus tumbam & templum, quod ſub titulo S. Mathiæ ad meridionale urbis latus exſtat; ſub nomine *S. Maximini* hujus ſepulchrum & baſilicam ad Orientem comprehendi; demum *S. Nicetium* in medio urbis Metropolitanæ ſuæ Eccleſiæ cohæſiſſe, extra omne dubium eſt. Sed neque tamen nuper admodum exſtructa fuiſſe hæc templa, vel ex eo colligitur, quòd Nicetius Archiep. illa jam vetuſta reparari curavit, juxta verſum Venantii Fortunati *Lib. III. Poëmat.* 9. ℣. 21. *ſeq.*

Templa vetuſta Dei renovaſti in culmine priſco,
Et floret ſenior, te reparante, domus.

§. XXII.

Metropolitana;

Sed ut de ſingularum origine paucis diſtinctim agamus, de baſilica Metropolitana D. Petri, ſic Hincmaro Rhemorum Epiſcopo, id eſt ſæculo IX. ab æquali illius temporis in acta D. Helenæ relatum eſt: *B. Helena, oriundo Trevirenſis, tantæ fuit nobilitatis ſecundùm honeſtatem & dignitatem præſentis vitæ, ut penè tota ingentis magnitudinis civitas computaretur in agrum ejus prædii; quod usque hodie demonſtrat domus ejus facta Eccleſiæ pars maxima, in honore B. Petri Apoſtolorum Principis, in ſedem Epiſcopalem Metropolis dicata, adeò, ut vocetur, & ſit prima ſedes Galliæ Belgicæ. Nec non eſt cubile Regiæ ambitionis factum in eadem urbe opere mirabili; ſiquidem pavimentum variis marmoribus, velut Regia Perſis cognominata Aſſueri, pario fuit lapide ſtratum, & parietes auro fulvo, velut hyacinthino textu perlucidi fuerint facti (ſicut tempore Salomonis aula ejus de lignis ſetinis compoſita) & laquearia in modum cryptæ pretioſis marmoribus celatæ & anagliphæ, nec non & cubile aureis zetis inſtructum atque inſignitum fuit, omnibus portendentibus ſpeciem veritatis futuræ, ut cum ea tranſirent in ornatum Eccleſiæ.* Eadem ferè verborum ſerie Henrico V. Imp. ſcripſit Berengozus Abbas S. Maximini. *Lib. III. de Cruce.* Ubi Helenæ genus dilaudat argumento, inter cætera ædium ejus: *Nobilitatem*, inquit, *ejus apud Treviros ædificiorum ſuorum adhuc antiqua teſtatur gentilitas, ubi pavimentum domus illius vario marmore & pario quodam lapide ſtratum. Dein planities parietum fulvo auro, velut hyacinthino textu depictæ.* Tandem: *cubile aureis zetis inſtructum & inſignitum.* Hæc tum credita Treviris, nec eſt, cur famæ tam veteri, quoad originem & locum pervetuſtæ baſilicæ, fidem derogemus; additâ tamen hac obſervatione: ædium Helenæ ſpeciem (cubilia ſeu cubicula & zetas, ſeu conclavia ſi demas) jam Conſtantino Maximo condente ſacras Trevirorum baſilicas, præcipua parte eſſe abolitam, ſuccedente formâ tem-

pli, cujus ornatum juverint detracta majori parte cubilibus Helenianis marmora & ſculpturarum artificia. Sed nec ipſius adeò à Conſtantino ſtructæ baſilicæ cuncta ornamenta impoſterum duravêre.

§. XXIII.

Clerus Metropolitanus.

Archidiaconus.

Nicetio in Metropolitana ſua magni ſacerdotis officio fungenti ſuum fuiſſe Clerum, & Chorum Metropolitanum, nemo dubitaverit. Quin & diſtincta jam fuiſſe Canonicorum officia, deprehendimus. Sanè Gregorius Turonen. *de Gloria Confeſſ. Cap.* 93. Trevirenſis Archidiaconi ſub S. Nicetio Archiepiſcopo & Theodeberto Rege pluribus meminit. Ille autem non membrum tantùm erat, utì adhucdum eſt, Cleri Metropolitici, ſed præcipuus præterea Epiſcopi miniſter, & ejus Vicarius *Eccleſiaſticis negotiis præpoſitus*, utì inquit S. Leo *Epiſt.* 85. *edit. ult.* Quam ampliſſimam Archidiaconorum authoritatem hoc ſæculo VI. verbis ſpecificis expreſſit S. Iſidorus Hiſpalenſis, quæ referuntur apud Gratianum *Diſt.* 25. *Can.* 1. Porro ſequenti ſæculo binos in Eccleſia noſtra Archidiaconos obſervamus: nempe *Cunibertum*, in *not.c.* ad diploma Sigeberti R. de an. 640. & *Garibertum* in ſubſcriptione privilegii Numeriani Archiep. de an. 664.

§. XXIV.

Baſilica S. Maximini.

Tumuli & Eccleſiæ S. Maximini etiam meminêre hujus Sæculi Scriptores. *Templum S. Maximini* vocat Gregorius Turonenſis *de vitis Patrum. Cap.* 17. qui perjuros ad ejus *tumulum* divinitus caſtigatos fuiſſe dicit *de Gloria Confeſſ. Cap.* 93. Idem de S. Nicetio, in eadem eccleſia ſepulto, commemorat *ibid. Cap.* 94. Aſt antiquiſſimi monaſterii origines obſcuræ ſunt. Conſtantiniana fundatio non probatur ſpurio diplomate Dagobertino, quod ad an. 633. exhibemus. Quæ alia nobis de hujus Cœnobii ortu, ipſâ ſuâ antiquitate incerto, dubia occurrunt, ea exponemus verbis Jacobi Maſenii *in Archidiœceſi Trevirenſi M. S. Lib. III. Cap.* 2. „ Agmen ducit inter Abbates, majorum „ traditione (ſi tamen illam Monaſticæ caniciem exteri Treviris in„ dulgebunt) Joannes Antiochenus, qui hoc monaſterium (an Cle„ ri Cænobium) legibus orientalibus adminiſtrâſſe proditur, ſed, „ ejus ùt adventus nulla certa temporum & adjunctorum notatione „ finitur, ità & ſucceſſorum, præter ipſa nuda, corruptáque, ùt ap„ paret nomina, poſteris nihil ferè literis dignum eſt relictum. Quod „ verò ad Rheginonis ſententiam, qui *Lib. I. Chron. ad an.* 243. „ narrare videtur, ſub Conſtantino Treviris inchoatum cœnobium „ ſervorum Dei, ejuſdem Principis aſſenſu inter contiguos urbis mu„ ros, * cui Joannes Abbas, miræ ſanctitatis vir, initia dederit, & „ cujus quoque B. Auguſtinus in libris Confeſſionum meminerit, de „ hac inquam ſententia, ait Browerus * judicium olim protuli me„ um; ſcilicet à Rheginonis prototypo & pervetuſto manuſcripto „ Prumienſi codice longè abeſſe eam narrationem, ſed recentiore „ manu adſcriptam. Nec in hujus loci celebritatem illam conveni„ re Auguſtini caſam, quæ per hortos civitatis, tunc ampliſſimæ, „ muris contiguos temerè vagantes Palatinos excepit. Regulam „ verò S. Baſilii hìc ullo tempore receptam, veterum, quòd ſciam, „ nemo affirmat. Nuperi conjiciunt; fortè quia orientalium diſci„ plinâ Joannes hìc cum ſuis vixerit, ſed longè ante Baſilii leges „ emanatas.

* hortos, ùt S. Auguſtinus *Lib. VIII. Cap.* 6.

* *Annal. Trev. Lib. IV. n.* 186.

§. XXV.

§. XXV.

Vidimus ſuprà *§. XXI. S. Eucharii* tumulum & templum ad meridionale urbis latus, Gregorio Turonenſi notum. Deprehendimus & ejus veſtigia inde ab anno 330. in vita S. Maximini apud Surium 29. *Maij p.* 323. *§.* 1. Nunc ſub invocatione Apoſtoli S. Mathiæ, cujus oſſa ibidem quieſcunt, Ordinis S. Benedicti celebre monaſterium eſt. Ejus ſi originem inveſtigemus, fas eſt credere, ab eadem, qua Maximini hanc ducunt, antiquitate eſſe petendam; proinde, & pari cum illa, obſcuritate tegi. Hoc tamen ex veteri hiſtoria magis exploratum eſt, quod poſt ultimam graviſſimámque vaſtationem Treviris illatam, de qua nos in Diſſertatione ad ſæculum præcedens *§. XVII.* S. Cyrillus Archiepiſcopus circa annum Chriſti 455. templi ſacrorúmque cladem & excidium miſeratus, cum illuſtri baſilica religioſorum iſtic hominum monaſterium ſub aſcetica, non quidem Benedicti, eo tempore nondum nati, ſed Baſilii M. ùt videtur, diſciplinâ excitaverit, qui ſub Archimandrita monaſticen cum honeſtiſſimis artium liberalium ac ſcientiarum ſtudiis excoluêre. Conf. Broweri *Annal. Trev. Lib. V. n.* 82. Certiorem in ſexto hoc ſæculo ortum habet noſtræ Archidiœceſis Eccleſia S. Wolfilaci, hodie *S. Walfroy*, prope Ivodium; de qua Gregorius Turonenſis *Hiſt. Franc. Lib. VIII. Cap.* 2. *Erat*, inquit, *villa in pago Vabrenſe, cui imminebat mons arduus, in cujus cacumine baſilicam in honore ſancti ac beatiſſimi Martini conſtruxit Childebertus.* Conf. Acta S.S. Antwerpien. *Menſis Julii. Tom. II. p.* 478. Collegiatam S. Martini in Munſter-Meynfelt incertæ, & antiquiſſimæ originis, Clodovei Francorum Regis, nepotúmque ipſius ætate memorandam in tabulis donationum inclareſcere ſcribit Maſenius *Archidiœc. Treviren. M. S. Lib. II. Cap.* 20. Nos tabulas, quibus ea nobis primùm occurrit, exhibemus ad annum 761. & 771. Aliam S. Martini eccleſiam, nunc Ordinis S. Benedicti, *ad Litus* à majoribus nuncupatam, extremos urbis Trevericæ muros & Moſellæ oram ſtringentem, S. Magnericus Archiep. extruxiſſe traditur, in qua & ipſe, expleto vitæ curſu, humatus eſt. Hanc monachis conceſſit an reſtituit, ſæculo X. Theodoricus Archiepiſcopus. Vid. interim Mabillon. *Annal. Benedict. Tom. I. Lib. VI. n.* 29. Tribus his poſterioribus antiquiorem originem damus baſilicæ S. Paulini cum Browero *Annal. Trev. Lib. IV. n.* 209. quem conſule.

S. Eucharii. Alia templa.

§. XXVI.

In his ergo Eccleſiis (fortè & aliis, quarum memoria non ſuppetit) *Diœceſana* ſua jura potiſſimùm exercuere noſtri, hujus & præcedentium ſæculorum, Antiſtites; ſed *Metropolitica* intra fines multò ampliores, de quibus Diſſertatione ſequenti agemus curatiùs; *Primatialia* verò inter terminos longè vaſtiſſimos. Ut, ut enim urbs noſtra jam deſierit eſſe Metropolis *civilis*, Francorum ſolio primitus Coloniam, deinde Metas translato; non ceſſavit tamen eſſe & permanere *Eccleſiaſtica*. Quare & Fortunatus in Poëmate, quod ad annum 562. referimus, ſanctiſſimum Præſulem noſtrum Nicetium *Pontificum Caput* jure vocat; & deinde Magnericum ad annum 573. *Patrum Patrem*, & *Archiſacerdotem*. Quibus ſanè confirmatur, Primatum & Archiepiſcopatum noſtrum à Romanorum jam temporibus, id eſt, à florenti Trevirorum ævo deſcendere; cùm vix probabile ſit, Treviri ſupra Metas eo demum tempore ſuperioritatem eccleſia-

Jus Primatiale & Metropoliticum Trevirenſe.

ſticam fuiſſe attributam, quo illa his, tanquam Metropoli civili, pareret. Conf. Differt. noſtram præcedentem *§. XVI.*

§. XXVII.

Primatûs noſtri origo & fundamentum.

Porro non piget huc referre, quæ ſicut de fundamento & origine, ità & de progreſſu Primatûs noſtri, poſt abſolutum Annalium Trevirenſium Opus, quaſi poſthumarum curarum loco, & citra omne partis ſtudium, notavit Browerus ad citata Venantii Fortunati *Lib. III. Poëmat.* 9. verba: *Pontificum Caput.* ſunt enim ea notamina ſervitura inſtar baſis iis, quæ de Treverico Primatu per decurſum Operis tradimus ſæpiùs, quamquam his non omnino conformiter. „ Quomodo autem, inquit, Caput Epiſcoporum? ſcilicet, ſicut „ *Metropolitanus* Provincialium. Unde clariſſimus vir * *Tom. VII.* „ *ſuorum Annalium* ad annum Chriſti DXXIX. hoc proferens poëma, „ *iccirco*, ait, *Nicetium* Pontificum Caput hìc appellari, quia nobi- „ liſſimæ præfectus eſſet Eccleſiæ Trevirenſi, cui complures ſubja- „ cerent Epiſcopi. Addo vetus etiam & ſolemne eſſe Eccleſiæ Tre- „ vericæ, Primatum adeò Galliarum omnium ab antiquo ſibi vindi- „ care, eámque in rem cum Arelatenſi certamen dignitatis, dome- „ ſticæ laudis ſtudio, haud defugere. Id quod olim ex Athanaſii „ non uno loco pervinci poſſe, mihi perſuadebam, qui *Maximinum* „ & *Paulinum*, celeberrimos Trevirorum Epiſcopos, ſimpliciter „ *Galliarum* appellare ſolet *Metropolitas.* Eoſdem quoque ſatis liquet, „ prærogativâ loci, & inclytæ Urbis, præ cæteris Galliæ clariſſimis „ Eccleſiis, in cauſa religionis fermè unos extitiſſe Duces, & in Pan- „ nonia Græciáque legationis adversùs Arrianos ſuſceptæ Principes. „ Accedebant tam luculenta egregiáque à variis Pontificibus teſtata „ Diplomata, quibus Primatus hic confirmabatur Eccleſiæ Treve- „ ricæ, ut fidem haud difficile facerent homini non valde pertinaci. „ Omninóque hanc Primatus dignitatem à S. Euchario Petri Diſci- „ pulo ad ſe allatam, poſteáque, Helenæ & Conſtantini favore, „ Agritio de novo, Sylveſtri Pontificis authoritate, ſancitam po- „ ſteri gloriantur omnes, perantiquis etiam verſiculis Sylveſtri be- „ neficium & verba referentes.

* Baronius.

„ *Accipe primatum poſt Alpes Trevir ubique,*
„ *Quem tibi Roma novâ lege dat & veteri.*

„ Hæc in illa parte erant, quæ rem prorsùs efficerent probabilem; „ neque ulla me de Primatûs Excellentia, tot inſpectis diplomatis, „ ratio fugere poterat, cùm ſcrupulus interea haud omnis eximere- „ tur, quòd eam Primatûs amplitudinem, Galliâ transalpinâ totâ „ diffuſam, etſi jure traditam, poſſeſſam tamen exemplis oſtendi vix „ poſſe cernerem. Singulæ namque Metropoles in Gallia jus diœ- „ ceſeos, quæque ſuum Ordinarium, retinuere mordicùs. Etſi cui „ Eccleſiæ munus vicarium, ùt Arelatenſi v. g. ſumma Sedes delega- „ vit, id extra ordinem, & ſalvâ ſemel initâ partitione diœceſeon, „ contigit. Neque verò ad alteram ſententiam probandam ſatis „ mihi habere momenti viſa ſunt, *quod Treverici Epiſcopi, eidem & Galliarum*, tam amplo interdum nomine, appellentur. Nam & „ Gelaſius Papa Epiſt. ad Dardanos, quæ numero XI. eam Treviris „ laudem conceſſit, *quod ipſorum Epiſcopi modeſtiæ cauſâ ſui faſtigii*

„ *gloriam*

„ *gloriam cum urbis etiam Imperii ſede florentis gloria ac magnitudine* „ *haud cupiiſſent exæquari.* Habet hoc præterea conſuetudo veterum „ ſcriptorum, & ſermo familiaris, ut infinitè quædam exprimat, „ cùm hoc ſcilicet non agitur, ut loco, tempore aliiſque conditio„ nibus res afficiantur. Obſervatum id memini in pereruditis illis „ Scholiis, quæ nuper Auguſtæ Vindelicorum cum B. Severini Pan„ nonii vita ab Eugippio ſcripta in lucem exierunt. Ubi *C. XLI.* „ Valentinus dicitur Rhætiarum Epiſcopus; id eſt, certæ in Rhe„ tiis ſedis. Sic apud Sozom: Euireas Epiri Epiſcopus, Rodanius „ Galliarum, Gregorius Hiſpaniarum, apud Severum & B. Hiero„ nymum in Chronico; Dionyſius etiam Italiæ dicitur Athanaſio, „ qui Mediolani. Cui quidem tam generali appellationi par pote„ ſtas ſubjecta non fuit. Sed conditionem, inquies, urbium ſecuta „ Metropolitarum dignitas; cùm itaque Treviris olim ſedes Imperii, „ ejus Antiſtitem urbis par eſt ſentire omnino Galliarum fuiſſe Patri„ archam. Non ſum neſcius, ſic quondam contra Gelaſium Papam „ pro Acatio argumentatum Euphemium Patriarcham Conſtantino„ politanum.... Sed quia à doctiſſimo Turriano, aliiſque contro„ verſiæ ſcriptoribus, hoc negotium jam dudum expeditum eſt, & „ exempla vetuſtatis, ùt alibi copioſius oſtendi, hanc nebulam fa„ cile diſpellant, non faciam hìc longiùs. Nec inficias ibo tamen, „ quod B. Clementis & Anacleti Pontificum Epiſtolis tam perſpicuè „ traditur, in Metropolitanarum & illuſtrium ſedium aſſignatione „ multo maximè priſci ſplendoris & potentiæ habitam rationem, ut „ nobiliores fermè urbes authoritate ſacrorum, cæteris ejuſdem pro„ vinciæ & diœceſis longè anteirent. Quare nec æſtimem impro„ babile, haud paulo ampliorem antiquitus Trevericæ ſedi Diœ„ ceſin attributam, multáque extra ordinem, ùt ſolet, eidem vel „ Cæſarum gratiâ, vel Romanæ Sedis indulgentiâ, contigiſſe, quæ, „ uti nec perpetua, ita genere quodam ſuo dicere auſim extitiſſe „ reſtrictiora.

§. XXVIII.

Pergit deinde Browerus: „ Pandam nunc etiam, quid hac „ in re teneam comperti & explorati. Florenti quidem iſtic & incolu„ mi Imperio Romano, Trevirorum Epiſcopum pro certò affirmamus „ fuiſſe *Patriarcham* & Belgicæ utriusque tenuiſſe *primas.* Id quia „ exhibitis Pontificum Romanorum tabulis & exemplis ab anti„ quitate repetitis alibi demonſtrare conatus ſum, illud ſolùm in „ præſens afferam, eo de jure Rhemorum Præſuli adeò nihil Tre„ virenſem Archiepiſcopum voluiſſe concedere unquam, ut incli„ natis etiam rebus, cum jam Franci potirentur Galliarum, Rhe„ mósque B. Remigii ſanctitas vehementer attolleret, eo utrinque „ ſit deſcenſum, ut æqualiter inter ſe partitâ dignitate in ſynodis „ & ordinationibus unà jus dicerent, ipſæque eccleſiæ ſe tan„ quam ſorores agnoſcerent; quo nomine B. Remigius ipſe ſuo in „ teſtamento, quod legitur apud Barnabam Briſſonium, Treveri„ cam dignatus eſt. At enim verò, ùt rarum, nedum diuturnum, „ in ſummo faſtigio eſt conſortium, ſubinde commutatâ hac ſpe„ cie Gubernationis, ità utrimque jus temperare placuit, ut, quiſ„ quem Ordinationis ætate ſuperâſſet, is alterum publicis in cœ„ tibus & conventibus anteiret; quod jus vetus ſcriptor apud

,, Aymoinum *Lib. V. Cap.* 21. diſertè quoque in Regis Conſecra-
,, tione præſente Hincmaro obſervatum annuit. Meminimus
,, etiam nos ſub Eugenio Pontifice in Concilio Rhemenſi hac ipſa
,, de cauſa ab Adelberone Trevirenſi Archiepiſcopo, qui tum ipſi
,, præſens aderat, acre fuiſſe ſuſceptum certamen, quod nec ſinè
,, vulneribus & pugna, adeò non ſine rixa abiit & jurgiis. Jam
,, verò, cùm Belgicæ II. attributæ fuerunt urbes Epiſcopis impri-
,, mis claræ, ùt Sueſſiones, ubi Regia Francorum, Catalaunum,
,, Belluacum, Ambianum, Auguſta Veromanduorum, aliæque
,, quamplures, hiſque accederent nonnullæ Germaniæ I. & Bel-
,, gicæ I. quæ ſolo in obſequio perſtiterunt, facilè apparet, non
,, abs re dictum à Fortunato, Nicetium fuiſſe *ſummum quendam*
,, *Paſtorem, & Caput tot Pontificum*, quot Eccleſiæ Belgicæ tum
,, egregios Epiſcopos numerabant. Hanc opinionem noſtram ea
,, denique Pontificum privilegia ſtabiliunt, quibus etiam inferio-
,, ribus ſæculis Epiſcopo Trevirorum non Galliarum universè, ſed
,, Galliæ Belgicæ primatus conceditur. ,, Placuit diffuſiorem Broweri noſtri obſervationem huc transſcribere. Quæ autem ultra hæc nobis de Trevirenſi Primatu eſt ſententia, eam alibi depromimus.

S. NICETIUS
ARCHIEPISCOPUS.

V.
EPISTOLA
FLORIANI ABBATIS
Ad
Nicetium Archiepiſcopum Trevirenſem.

(*a*) Domino ſuo Nicetio Papæ (*a*) Florianus ex Monaſterio Romano.

Cheſnius T. I. p. 851. BEnedicitur una Trinitas, Deus noſter, qui vos ponrificalibus meritis pontificali locavit in vertice, ut non beatitatem dignitas, ſed beatitudo præcederet dignitatem. Nec immeritò; cùm ab ineunte pueritia dominicis militaveris in caſtris, ut illic tutius & validius diſceretis, quibus jaculis intelligibilis ille proſternitur Amalech, ſcilicet quando & ipſe victor es nomine. Sic enim eſtis Deo præſule in ſtatutis cœnobialibus eruditi, ut per mare ſeculi ſine ſecularibus fluctibus inoffenſo veſtigio tranſireris, & triumphalem hymnum cum Moyſe merito concineritis: Cantemus Domino, glorioſè enim honorificatus eſt, equum & aſcenſorem projecit in mare. Sic individuus comes Eliæ, ut nequaquam deſereres alriora, quo humilitare conſcenderas, unde cum Apoſtolis in monte glorificatum * aſpiciens Dominum Salvarorem. Quia igitur tanra ſanctimoniæ veſtræ prærogativa ſuffulcat, quæſo, ut pro me, qui impetraſtis, oretis. Quoniam Deus præſcius futurorum, qui fecit, quæ vêntura ſunt, ſciens me ſolatio ſanctorum indigere virorum, ut bonus dominus præparavit auxilia. Vide ergo, quantis adjutoribus uteris, cùm pro me cœperis exorare: ſanctæ memoriæ dominum Ennodium Pontificem Ticinenſis Eccleſiæ, qui generoſi ſanguinis nobilitatem humilitate provexit ad gloriam, ut in cœleſtis patriæ ſenatu ſieret & ipſe Senator, cujus incomparabilem doctrinæ facundiam non ſolùm reſtatur Occidens, ſed & Oriens inſtructa miratur, Neſtorii fulmen, Eutychetis extinctor, quo gloriam dominam meam, inviolabilémque MariamChriſtotocon & Theorocon Apoſtolicâ auctoritate perdocuit. Ipſe ergo eſt parer meus lavacro, quem credo apud æternum patrem per filium intervenire pro filio. Sed & coronæ veſtræ ſocium beatæ memoriæ Cæſarium Arelatenſem Epiſcopum, qui vixir inter barbaros pius, inter bella pacatus, pater orphanorum, paſtor egentium, qui tanti cenſûs effuſione nil perdidit,

* *an aſpiceres?*

N O T Æ.

(*a*) *Florianus &c.* Erat Florianus domo Mediolanenſis, Abbas Monaſterii Romani juxta Lacum Larium (Vid. D. Calmet *Hiſtoire de Lorraine Lib. VII. n.* 32.) poſt Theodatum, à quo adoleſcens ritu monachorum attonſus fuerat. Vir multis titulis illuſtris; quippe quem conſanguineus ejus Ennodius, ex gente Conſulari Meſſalorum (Conf. Baronium *ad ann.* 506. *n.* 1.) Epiſcopus Ticinenſis, maximis rebus in Eccleſia geſtis clarus, per baptiſmum adoptaverat, & quem Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus latinè docuerat.

V.

didit, catholicæ regulam diſciplinæ dictis, factiſque demonſtrans. Ipſe igi-
(b) tur mihi (b) latinis elementis impoſuit Alphabetum, ſed & hunc pro famulo, diſcipulóque ſuo impetrare confido. Addo & tertium, imparem quidem dignitate, ſed meritis coæqualem, ſanctæ memoriæ Theodatum, Abbatem meum & Archimandritam, ſeculi hujus inimicum, cui crucifixus eſt mundus, templum verè digniſſimum Trinitatis, plenum reverendæ Chriſtianitatis, ex placida bonitate mitiſſimum, jejuniis caſtigatum, orationibus refectum, puritate mundiſſimum, qui mihi ſacras expoſuit ſcripturas,
(c) (c) & flores teneræ lanuginis ipſe ſuſcepit, qui pro filio & diſcipulo, ſucceſſoréque ſuo, licet indigno, non ambigo, quod lætus exoret. Vincunt ergo Domine mi tanti juſti orationem peccatorum. Igitur quia converſatio veſtra in cœlis eſt, ſicut dicit Apoſtolus: veſtra autem converſatio in cœlis eſt, orate cum his, & rogate illum meum ſacratiſſimum Confeſſorem Ambroſium, quatenus me ut peculiarem famulum tueatur, ut proprium eivem foveat, ut familiarem alumnum eruat, qui apud Dominum JEſum, quod oraverit, exorabit. Quocirca ſalutationis obſequium famulanter inſinuans
precor, ut pro beatiſſimo viro (d) (d)
Domino meo Datio Epiſcopo fratre veſtro ſemper oretis; æquum eſt enim, ut pro eo, quem monaſterii ſepta ſa-
crarunt, ſucceſſorem, etiam (e) Con- (e)
feſſorum ſucceſſor egregius beatorum exorare non deſinas. Et hoc ſi dignum ducitis ſupplicamus, ut beatitudinis veſtræ ſoſpitatia parvitatem noſtram faciatis, ſicut petimus, certiorem.

VI. EPI-

NOTÆ.

(b) *Latinis elementis impoſuit Alphabetum &c.* Cæſarius latinarum literarum & dicendi peritiſſimus fuit, quippe qui Pomerio Afro inſigni temporum illorum Rhetore, uſus ſit magiſtro; quamquam à Deo plus, quàm à Pomerio non tantùm in Divinis ſcientiis, ſed etiam in latinis literis didicerit. Vid. Cyprianum *in vita S. Cæſarii Lib. I. Cap.* 3.

(c) *Et flores teneræ lanuginis ipſe ſuſcepit &c.* Vetus mos fuit, capillos & lanuginem primam Diis conſecrare. Ità Suetonius *in Nerone Cap.* 12. tradit, eum primam barbam in pixide aurea gemmata Jovi Capitolino dicâſſe. Chriſtiani morem temperantes primos pilos ac crines amicis atque honoratis offerre conſueverunt; ſebátque ſuſceptor capillorum aut barbæ pater adoptivus adoleſcentis attonſi. Sic legitur apud Paulum Diaconum *Lib. VI. Cap.* 53. de Carolo Martello; *Circa hæc tempora Carolus Princeps Francorum Pipinum filium ſuum ad Luitprandum direxit, ut ejus (juxta morem) capillum ſuſciperet. Qui ejus cæſariem incidens, ei pater eſt effectus, multíſque eum ditatum regiis muneribus genitori remiſit.*

(d) *Domino meo Datio &c.* Duæ pro eo orandi cauſæ: una, quòd fuerit ſucceſſor Nicetii in Abbatis munere; altera, quòd Datius, tum forte à Gothis Mediolano exactus, Conſtantinopoli agebat, ubi deinde adversùs tria Capitula circa celebres illas olim in Eccleſia, diúque agitatas poſitiones egregiam operam navavit. Conf. Baron. *ad ann.* 539. *n.* 20. *ann.* 547. *n.* 16. *&* 43.

(e) *Confeſſorum ſucceſſor &c.* Præſertim S. Maximini & S. Paulini.

VI.

EPISTOLA RUFI
Ad
NICETIUM ARCHIEPISCOPUM
TREVIRENSEM.

549. Domino ſemper ſuo & Apoſtolico, Domino Papæ Nice-
(a) tio (a) Rufus Epiſcopus.

DUm ſuaviſſimis pietatis veſtræ imperiis plenâ devotione famulari contendo, harum portitores (*b*) artifices, de partibus Italiæ accitos, & (*c*) ſacramentorum legationi ſecuritate traditos ad vos (Deo ducente) transmiſi; ad quos præſentandos Venerationi veſtræ, fratrem meum Amabilem presbyterum deſtinavi. Salutem ergo humillimam & omnem ſuavitatis dulcedinem vinculis colligatam perſolvens, ſuggero mihi multum divinitus præſtitum, dum in occurſum veſtrum me ambulâſſe congaudeo, ut tantum decus, ornatúmque Eccleſiæ, ſanctitate ſummum, caritate benignum, humilitate egregium, puritate ſerenum, humilitate largum, largitate munificum, pietate laudabilem, ſcientiâ laudandum, humilitatis noſtræ conſpectibus noſter Deus præceperit non fraudari. Quæ omnia dum recordor, amplius mihi, dum elongans abſentor, quàm gaudii fecerant, mœroris ingeſſerunt. Hoc tantum conſolationis remanſit, quod vos inter arcana pectoris mei, quamlibet carcereo pectoris habitaculo, integre tamen concludens, me gaudeo conſolari. Nam tantum jam deſiderio cogor, ut me nec itineris longinquitas, nec viarum vaſta contritio, nec labentium aquarum congeſtu moles, nec ſævientium indiſciplinatorum timenda injuria retineat. Si fieri poſſet, pennifero vellem volatu veſtris adſtare conſpectibus, ut ſanctis obtutibus præſentatus, advolutus genibus, manibúſque deoſculatis, non minus mihi & modo, quàm antea collatum fuerat, (Chriſto præſtante) gauderem, dum cum famulis meis, quos veſtrâ congaudeo eruditione dulcatos, vobiſcum pariter lætabamur, dum (*d*) mero temporalis excludebatur lætitia ſpiritualis, ipſo adjuvante excoleretur. (d) Sed quia ad præſens, quod opto, implere non poſſum, fruantur illi aſſiduè, vel longo tempore, quod pro veſtris meritis, vel ſuâ meruerunt habere benignitate; & nos, ſi non meremur præſentiam, vel nuncio currente de vobis (Chriſto propitiante) lætemur. Faciat enim Divina potentia, ut quæ vos talem pontificem juſſit inſtitui, pro omnium profectu uſque ad ſummum ſenectutis jubeat culmen perduci. Omnes ſancto lateri veſtro adhærentes, præcipuè conſervos meos Sunnovehum & Catellionem, ſi propitii permittitis, ſalutari rogo. In ſanctis orationibus veſtris mei meminiſſe dignemini, Domine ſancte & Apoſtolicæ Sedis digniſſime, & meus peculiaris Domine.

VII. EPI-

NOTÆ.

(*a*) *Rufus Epiſcopus &c.* Octodurenſis; niſi multa me fallant. Siquidem (1.) iis temporibus inter Gallicanos Epiſcopos & Belgas ac Germanos nullum alium Rufum invenio (2.) Hic Rufus Aureliæ & Averni in Conciliis Nicetio adfuit. Vid. *Acta Concil. Aurel. & Avern. II.* apud Sirm. & Binium, quod huic epiſtolæ convenit, in qua Rufus ait, ſe alicubi converſatum cum Nicetio. (3.) Octodurum ad Rhodanum ſupra Lugdunum vicinum eſt Italiæ, adeò, ut artifices Italos ejus curâ evocatos & miſſos, non inveroſimile eveniat. (4.) Rufus Octodurenſis longinquitate itineris, & viarum vaſta contritione, & labentium aquarum congeſtis molibus, ùt eſt in hac epiſtola, diviſus erat.

(*b*) *Artifices de partibus Italiæ &c.* Utebatur horum artificum ope Nicetius, tum ad inſtauranda templa Trevirenſia, barbarorum incurſu, partim multùm lacera, partim planè diruta; ſic enim Fortunatus *Lib. III. Carm.* 11. *ad Nicetium:*

Templa vetuſta Dei renovâſti in culmine priſco,
Et floret ſenior, te reparante, domus.

tum ad ſtructuram arcis Biſchoffſtein de qua Fortunatus *eod. Lib. III. Carm.* 12.

(*c*) *Sacramentorum legationi ſecuritate traditos &c.* vel intelligit artifices juráſſe, ſe ad Nicetii obſequium profecturos; vel certè (quod vero videtur ſimilius) venire illos inſtructos ſolemni Formatâ, quæ fortaſſe hæc ipſa eſt Epiſtola.

(*d*) *Mero temporalis excludebatur lætitia ſpiritualis &c.* Nicetius & Rufus, dum nuper ſuaviſſimo convictu fruerentur, videntur uno eodémque mero extinxiſſe humanam omnem lætitiam, cœleſtem verò & divinam illam inflammaſſe. Ea nimirum ars eſt ſummorum illorum virorum, ut rebus cæteroquin illecebroſis ad peccandum fomenta virtutis faciant.

VII.

EPISTOLA MAPPINII RHEMENSIS EPISCOPI AD NICETIUM TREVIRENSEM.

550.

Domino ſancto & in Chriſto beatiſſimo Fratri Nicetio Papæ Mappinius Epiſcopus.

Sirmondus Concil. antiq. Gall. Tom. I, p. 291.

EVangelicæ lectionis doctrina teſtatur, regnum in ſe diviſum ſtare non poſſe. Si hoc de mundi amatoribus, & terrena cupiditate manentibus, rectè & meritò credatur, indubitanter rectius de ſacerdotum perſonis ſentitur, ſi diſcortantibus votis ac ſtudiis inter ſe dividi comprobentur. Aut quâ fiduciâ conditori noſtro, qui nos in unitate compagis, quod eſt corpus ſuæ Deitatis, vivere præcipit, preces oblaturi ſumus, ſi nos invicem mutuâ caritate ſeponimus? Ut quodam loco deificus ſermo docet, ſtudere nos convenit, ut frater fratrem adjuvans, ſicut civitas munita & fortis, inconcuſſo fundamine ſtare poſſit; ſcilicet, ut unius fratris mœſtitiæ omnes æquanimiter compatiendo participemus, mutuiſque nos laboribus ſublevemus. Pro qua re piiſſime ac multum diligende Domine & frater indicamus, nos literas filii noſtri Domini Regis Theodobaldi excepiſſe, ut (a) in Tullenſium urbe die Kalendarum Juniarum adeſſe deberem; & nullam cauſam evocationis declarantes reciprocante paginâ indicavimus, nos illuc accedere non debere, quia cauſam conditionémque nos conſtabat ignorare. Iteratis ſcriptis edocuit, beatitudinem veſtram, dum aliquos Francorum pro zelo divini timoris corripit, ac pro inceſtis conditionibus à communione eccleſiaſtica removit, ſcandala ſeu anxietates multimodas ſuſtinere. De qua re non mediocriter ingemiſcimus, quod nos relatione (a)

NOTÆ.

(a) *In Tullenſium urbe die Kalendarum Juniarum adeſſe deberem &c.* Cauſa & occaſio avocationis hæc: Nicetius pro eo, quo ferebatur, Apoſtolico zelo Francos nonnullos ob inceſtas nuptias diris devoverat. Id illi indignè ferentes, Nicetium non modò ipſi contumeliis onerârunt, verùm factione ſuſcitatâ alios quoque in eum concitavêre. Res in eas flammas exarſit, ut iis extinguendis Theodebaldus Rex Concilium Antiſtitum, Tulli Leucorum advocandum, curaverit. Circa annum 550. convocatum eſſe hoc concilium, eruditis placuit. Porro Tullum cum cæteris Patribus Mappinius Rhemenſium Pontifex regiis literis in diem Kalendarum Juniarum ad concilium excitus eſt, clam habitâ evocandi cauſâ. Mappinius literis viciſſim à Rege ſciſcitatus eſt, qua cauſa concilium haberi placeret? Cauſam autem ab Rege edoctus, ſcripſit ad Nicetium, amicè cum eo expoſtulans, cur potiùs per ambages regalium nunciorum, quàm, quod oportebat, ipſiuſmet Nicetii literis, ad Senatum Antiſtitum invitaretur.

Digitized by Google

VII.

(b) latione veſtrâ ſcire non feceritis, (b) utrum ex Canonica lectione damnantur, an pro paſtorali diligentia de mediocribus reatibus corrigantur? Licet nihil novi de his rebus invenire poſſe cognoſcimus, quod priſca Patrum ſolertia non potuit reperire; tamen abſurdum eſſe videtur, ut à nobis recipiantur, qui à vobis ſecundùm ſeriem Canonum eccleſiaſticâ ſeveritate abdicantur. Novimus enim, ſi ſcienter hoc gerimus, quod criminibus aliorum miſceamur: ſi ignoranter, reatui non ſubdamur. Quapropter ſalutantes caritate debita, indicamus, ſimul ac ſuademus, ut nos in omnibus participes tam tribulationum veſtrarum incommodis, quàm proſperitatum commodis fieri ſtudeatis. Nam nos mediante capite noſtro, quod eſt Chriſtus, nullis adverſitatibus à veſtra anxietate dividimur. De qua re, ſi tamen præſumptuoſi non exiſtimus, judicare præſumimus. Decuerat, ut veſtra conſolatio pro hujuſmodi conditionibus potius, quam Regiæ evocationis, nos conſerere debuiſſet: quia pari modo ſi nobis aliquid ſimile (quod impoſterum arbitramur poſſe fieri) contigiſſet, ſtatim ad veſtram fraternitatem ſcripta direxiſſemus, ut nos congruo tempore & loco coram poſiti videremus. Quanquam parere nos regiis præceptis in bonis rebus & conveniat, & libeat; tamen non veſtris minus ſcriptis; ſtudio caritatis, non ſupercilio diſpectionis. Quia amaritudo veſtra dulcedo noſtra eſſe non poterit, nec abjectio veſtra abſque abjectione noſtra conſtabit; & veneratio vobis debitè impenſa à nobis non dinoſcitur procul poſita. Itaque utinam (ut præfati ſumus) caritate ſuadente ac paginâ decurrente veſtra nobis patefierent. De ſcriptis animorum moleſtiam cognoveratis, utrum compatimur moleſtiis veſtris, an delectamur: nam tacens (ut ipſi ſcitis) Divinitas ſola, loquens verò humanitas intelligere poteſt. Hoc tamen plenius noverit veſtra perfectio: ſi ad nos iterata ſcripta Domini Regis ante quinque vel ſex dies Kalendarum Juniarum perveniſſent, in die præfata præſentiam humilitatis noſtræ in loco habueratis conſtituto.

VIII. IN-

NOTÆ

(b) *Utrum ex Canonica lectione damnantur &c.* In Concilio Agathenſi habito anno 506. *Can.* 61. inceſti jubentur orare inter Catechumenos; ſeu, ùt explicat poſtea Ilerdenſe, ad miſſam tantùm Catechumenorum admitti; hoc eſt, usque ad Offertorium. In Concilio Averuenſi, habito anno 535. *Can.* 11., cui ſubſcripſit Nicetius; & in Aurelianenſi III. anno 538. celebrato, *Can.* 10. planè excommunicantur inceſti.

VIII.

INCERTI

EPISTOLA GRATULATORIA

AD

561. # NICETIUM

ab exilio reducem.

HUmilitati meæ corona veſtri Apoſtolatûs veniam dare dignetur, quia tanta fuit meæ præſumptionis audacia, ut vobis Dominis auderem per paginam inferre faſtidium. Sed quia pietas & benevolentia ſanctitatis veſtræ apud me exercita manet, non aufertur, ut meritò gaudeam, quia etſi terrarum ſeparemur ſpatio, vel literarum ſermonibus per ſtudium conjungamur caritatis affectu. Quis non gaudet in vobis angelicos vultus aſpicere? Quis non admiretur fontem nobis lucidiſſimum potentiæ Domini oſtenſum eſſe, per quem poſſet ſcientia bonis operibus adimpleri, ad cujus amœnitatem currerent multæ generationes hominum, ut ad ſalutem gloriæ pervenirent? Dignam ergo nobis Dominus arborem palmarum fructibus adimplevit, ut nos de inferis revocaret. Oſtendit cujus umbraculi protectione ſalvemur, ad cujus bonæ ſuavitatis favum quàm melleis ſimul benedictionibus ſatiemur. Laudari non ſufficit veſtræ ſanctitatis imperium, quod non ex hominibus, ſed ex Dei benedictione eſſe comperimus. Gaudet ergo patria, quæ tale meruit poſt tenebras accipere lumen; gaudet & terra donis cœleſtibus jucunditate repleta. Quis non potuit ſub tua protectione auxilium promereri; ibi non eſſe proſperatus, ubi interceſſio ſanctitatis remedium conſecuta eſt, quod jam videbatur in deſperationem redactum? Fluvius Moſellæ congratulatur, vos poſt tempora iterum videre, quia ante adventum veſtrum ſe homines ibi commanentes gaudii exultatione præferre non ceſſant. Multa tamen fuerant, quæ de veſtræ clementiæ fama præclarari debuerant: ſed quia tempus itineris labebatur, & portitor vehementiſſime feſtinabat, date prolixitati veniam, quod non potuit omnia brevitate complecti. Saluto igitur Dominum meum, ſi præſumptio non offendit, & Apoſtolicam benedictionem jugo montium erectum Hieruſalem illius cœleſtis gloriæ conſecuta es. * Precor uti me ſervulum veſtrum orationum veſtrarum aſſiduitate foveatis, per quarum interceſſionem poſſimus gratiam Domini & Dominorum noſtrorum feliciter adimplere. * Locus corruptus.

IX. VE-

Nicetius apud Clotarium, quòd libidinem Regi exprobrans ſtrenui & interriti Epiſcopi munus minimè deſereret, majorem indies invidiam paſſus, tandem anno 560. Eccleſiâ ſuâ deturbatus, in exilium it; quod quo loco tolerârit, hactenus incompertum eſt. Clotario autem anno ſequenti mortuo; quatuor ejus filiis, Chariberto Pariſiorum, Guntramno Burgundionum, Chilperico Sueſſionum, Sigeberto Auſtraſiorum regna capeſſentibus, Nicetio ſubiti fauſtique nuntii venêre, quibus ſignificabatur, nolle Sigebertum regnandi initia facere, niſi conciliato antè Nicetio. Itaque maturaret, in ſedem dignitatémque priſtinam reverti. Gregor. Turon. *de Vitis Patrum. Cap.* 17. Treviri autem intellecto, Paſtorem ſuum ſibi redditum iri, quanto exultârint gaudio, hæc epiſtola haud obſcurè teſtatur.

IX.

VENANTII FORTUNATI POËMA DE NICETIO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI. (*a*)

Circa 562.

(*a*)

Lib. III. Poëm. 9.

(*b*)

SPlendor, apex fidei, veneranda mente Niceti,
Totius orbis amor, (*b*) Pontificúmque caput.
Summus Apoſtolico præcellens paſtor ovili,
Auxiſti meritis, quidquid honoris habes.
Divino inſiſtens operi, terrena relinquis,
Cui moritur mundus, non moriture manes.
Vita brevis cunctis, ſed non brevis illa beatis,
Cùm bona non pereant, jure perennis erit.
Dum tibi reſtrictus maneas, & largus egenis,
Quod facis in minimis, te dare crede Deo.
Captivus quicunque redit ſua limina cernens,
Ille lares patrios, tu capis inde polos.
Hic habet exul opem, jejunans invenit eſcas,
Qui venit eſuriens, hinc ſatiatus abit.
Triſtibus imponis curas purgando querelas,
Et ſanat cunctos una medela viros.
Pauperis hinc lacrymas deſiccas, gaudia præſtans,
Qui prius ingemuit, vota ſalutis habet.
Te paſcente greges, nunquam lupus abripit agnos,
Sunt bene ſecuri, quos tua caula tegit.
Templa vetuſta Dei renovaſti in culmine priſco, (*c*)
Et floret ſenior, te reparante, Domus.
Hinc populis longos tribuas pia vota per annos,
Et maneas paſtor, ne lacerentur oves.

X. VE-

N O T Æ.

(*a*) Venantius Fortunatus, origine Italus, Epiſcopus deinde Pictavienſis, cùm in Gallias veniſſet, Nicetium inter primos in Auſtraſiæ regno coluit, & amicitiâ ſibi junxit, quem his, aliísque carminibus proſecutus eſt.

(*b*) *Pontificúmque caput &c.* Rectè hoc de qualitate Metropoliticâ imò de Primatu Trevirenſis Eccleſiæ intelligit Brovverus *in Not. ad Venant. Fortunat. h. l.* cujus integram obſervationem dignam judicavimus, quam Diſſertationi, huic Sæculo præmiſſæ, *in fin.* inferremus.

(*c*) *Templa vetuſta Dei renovaſti &c.* Conf. cit. Diſſert, §. *XX.*

X.

VENANTII FORTUNATI HODOPORICON,

Quo iter ſuum ſecundo Moſella, ab Urbe Mediomatricum, per Treviros & Confluentes, Antonnacum uſque navigiô factum deſcribit. (a)

Circa 562.

Lib. X. Poem. 12.

Regibus occurrens, ubi Mettica mœnia pollent,
Viſus & à Dominis ipſe retentor equo.
Muſellam hinc jubeor percurrere navita remo,
Accelerans tremulis pergere lapſus aquis.
Aſcendénſque ratem gracili trabe nauta cucurrit;
Nec, compulſa Nothis, prora volabat aquis.
Interea locus eſt per ſaxa latentia ripis;
Littore conſtricto plus levat unda caput.
Huc proram implicitam rapuit celer impetus actam,
Nam prope jam tumidas ventre bibebat aquas.
Ereptum libuit patulos me cernere campos,
Et, fugiens pelagus, ruris amœna peto.
Gurgite ſuſcipior ſubter quoque fluminis Ornæ,
Quo duplicata fluens unda ſecundat iter.
Inde per excluſas cautâ rate pergimus undas,
Ne veluti piſcem me quoque naſſa levet.
Inter villarum fumantia culmina ripis,
Pervenio, qua ſe volvere Sura valet.
Inde per extantes colles & concava vallis,
Ad Suram pronis labimur amnis aquis.
Perducor Trevirum, quà mœnia celſa pateſcunt, (b)
Urbs quoque nobilium, nobilis æque caput. (c)

Duci-

NOTÆ.

(a) Quæ Brovverus *Annal. Trev. Proparaſc. Cap.* 25. ex hoc poëmate in gratiam Moſellæ delibavit, conſultò hìc prætermittimus; alia tamen, obſervatu non indigna, in has notas referimus.

(b) *Perducor Trevirum, qua mœnia celſa pateſcunt &c.* Mirum certè, quòd hoc ſæculo, & poſt tot ruinas, *celſa* adhuc potuerint dici Trevirorum mœnia: niſi eâ ratione illa celſa dicamus, qua cecinit Auſonius *in claris urbibus:*

Læta per extentos excurrunt mœnia colles.

Inter horum enim mœnium ruinas ſæculo Fortunati adhuc fuit Caſtellum S. Crucis, ubi ejuſdem nunc ſacellum in monte cernitur; monſtrantúrque mœnium veſtigia in auſtrali colle, ubi modò Carthuſiæ vineta, & ſtationes ad S. Crucem ſupplicantium. Fortunati autem ævo veterum horum mœnium plus extitiſſe indubium eſt. Sic itaque prono Moſella labentibus aperiebatur vallis, in qua Treviris ità ſubſidebat, ut tamen ejus mœnia ab extentis collibus etiam prominerent.

(c) *Urbs quoque Nobilium, nobilis æque caput &c.* Non repetam, quæ alibi de antiqua Trevirorum nobilitate retuli. Sufficiant hìc pauca, hujus poëtæ ſæculo viciniora. Mela *Lib. III. Urbes opulentiſſimæ: in Treviris Auguſta.* Ammian. Marcell. *Lib. XV. Treviris domicilium Principum clarum.* Auſonius *in Cl. Urb. Armipotens.*

Imperii vires, quod alit, quod veſtit, & ornat.

Salvianus *Lib. VI. de Provid. Urbs Gallorum Trevir opulentiſſima.* Idem: *Non agitur in Trevirorum urbe excellentiſſima.* Et poſtea: *vidi Treviros domi nobiles, dignitate ſublimes, licet jam ſpoliatos atque vaſtatos, minus tamen everſos rebus & moribus.* Quodſi exangues & ſpolio proximi tales erant Treviri, ſubjice tibi (pi-

ritus

X.

Ducimur hinc fluvio per culmina priſca ſenatus,
(d) Quo patet indiciis ipſa ruina potens.
(e) Undique proſpicimus minantes vertice montes,
Nubila quo penetrans ſurgit acuta ſilex.
Quà celſos ſcopulos prærupta cacumina tendunt,
Hiſpidus & tumulis creſcit ad aſtra lapis.
Nec vacat his rigidis, ſinè fructibus eſſe lapillis;
Denique parturiunt, ſaxáque vina fluunt.
Palmite veſtitos hîc reſpicis undique colles,
Et vaga pampineas ventilat aura comas.
Cautibus infeſtis denſantur in ordine vties,
Atque ſupercilium regula picta petit.
Culta nitent inter horrentia ſaxa colonis,
In pallore petræ vitis amœna rubet.
Aſpera mellitos pariunt ubi ſaxa racemos,
Et cote in ſterili fertilis uva placet.
Quo vineta jugo calvo ſub monte comantur,
Et tegit umbroſus ſicca metalla viror.
Inde coloratas decerpit vinitor uvas,
Rupibus adpenſis pendet & ipſe legens.
Delicias oculis habui, dapibúſque cibatus,
Hæc jocunda tenens navita regna ſequens.
Hinc quoque ducor aquis, (f) qua ſe rate contrua complet; (f)
Quo fuit antiquum nobilitate caput.
Tum venio, qua ſe duo flumina conflua jungunt, (g)
Hinc Rhenus ſpumans, inde Muſella ferax.
Omne per illud iter ſervibant piſcibus undæ,
Regibus & dominis copia fervet aquis.

Ne

NOTÆ.

ritus eorum, de quibus Tacitus *Hiſtor. Lib. IV.* ubi frendens miles Romanus: *Hanc eſſe* Claſſici, *hanc* Tutoris *patriam, horum ſcelere clauſas caſáſque legiones: Inſuper ſtare in confinio Germaniæ integram ſedem, ſpoliis exercituum & Ducum cædibus ovantem.* Et Cerealis apud Tacitum, ad Treviros & Lingonas in communi: *Ipſi plerumque legionibus noſtris præſidetis, ipſi has, aliáſque provincias regitis. Nihil ſeparatum clauſúmve &c.* At ô mortalium conditionem! fuêre.

(d) *Quo patet indiciis ipſa ruina potens*] De quaterna Trevirorum everſione jam egimus. Videtur autem Conſtantini ævo urbi ſua jam tum gravis fuiſſe ſenecta. Unde in Panegirico, Conſtantino Treviris dicto: *Inde tot incuſſis arietibus & flammis injectis an non periret?*

(e) *Undique proſpicimus*] Faciem Moſellæ hic graphicè depingit, & vitium culturam, ſuo etiam tempore, accolis fuiſſe ſtudio, docet. Id quod & Auſonius *in Moſella.* duobus ante Fortunatum ſæculis cumulatè præſtiterat.

(f) *Qua ſe rate contrua complet*] Per hunc Fortunati verſum illuſtriſſimæ familiæ Leyanæ Gentilitiæ Domûs antiquitatem probari, ſuſtinet L. B. à Reiffenberg *in M. S. Notis & addition. in Annal. Trev. Brovv. Lib. VI. n.* 35. Vult quidem Brovverus, vocabulum *Contrua*, de torrente, qui apud Cunam infra Dievvelich eſt, interpretari. At Reiffenbergio minùs probabile eſt, Venantium de rivulo hoc ſcripſiſſe, qui nulla ratione rate compleri potuiſſet. Sed neque, quæ ibidem eſt, ruinoſa Hedesdorffiorum domus, tantam ſapit antiquitatem, ut ad hæc tempora referri valeat. Multò igitur ei verius videtur, Venantii ævo contextas trabium & lignorum compages per amnem Gondorfienſem in Moſellam, & deinceps ad Confluentes, fuiſſe divectas, locúmque qui jam *Gondorff* an der Ley dicitur, *Condorſa* vel *Conterava* fuiſſe appellatum. Quod nomen, ſi ad antiquam linguam & pronuntiationem reſpicimus, leni mutatione Poëta carmini aptavit. Sed ad hoc etiam, ut Gondorfianus ille rivus lignorum ratibus ſufficiat, cataractis aquaticis, quibus aqua retineri & emitti poſſet, opus fuiſſe apparet. Si igitur *Contrua* Fortunati hodiernum Gondorff eſt, uti eſſe non improbabile videtur; *antiquum illud nobilitate caput*, erit antiquiſſimum illud & originarium ac gentilitium Caſtrum Leyanum, Contruæ impendens. Adde Differtat. ante Sæculum XI. §. 6. Et fundationem Clauſtri Hemmerodienſis an. 1138. *not. h.*

(g) *Tunc venio, qua ſe duo flumina jungunt*] Id eſt, ad palatium & Curtem Regiam Confluentinam, de qua in Diſſertatione huic Sæculo præmiſſa §. *XI.*

F 2

X.

(*b*) Ne tamen ulla mihi dulcedo deeſſet eunti,
Paſcebar muſis, aure bibente melos.
Vocibus excuſſis pulſabant organa montes,
Reddebántque ſuos pendula ſaxa tropos.
Laxabat placidos mox ærea tela ſuſurros,
Reſpondit cannis rurſus ab alpe frutex.
Nunc tremulo fremitu, modò plano muſica cantu,
Talis rupe ſonat, qualis ab ære meat.
Carmina diviſas jungunt dulcedine ripas,
Collibus & fluviis vox erat una tropis.
Quo recreet populum hoc exquirit gratia Regum,
Invenit & ſemper, quo ſua cura jubet.
(*i*) Antonnacenſis Caſtelli promptus ad arces,
Inde prope accedens, ſarcina pergo ratis.
Sint licet hic ſpatiis vineta in collibus amplis,
Altera pars plani fertilis extat agri.
Plus tamen illa loci ſpecioſi copia pollet,
Alter, quod populis fructus habetur aquis.
Denique dum præſunt Reges in ſedibus aulæ,
Ac menſæ officio prandia feſta colunt,
Retibus inſpicitur, quo ſalmo faſce levatur,
Et numerat piſces, cum ſit in arce ſedens.
Rex favet, immenſâ reſilit dum piſcis ab unda,
Atque animos reficit, quod ſus præda venit.
Illuc fauſta videns, huc læta palatia reddens,
Paſcens ante oculos, pòſt ſovet ipſe cibis.
Præſentatur item menſæ Rheni advena civis,
Turbáque quo reſidens, gratificatur edens,
Iſta diu Dominus dominis ſpectacula præſtet,
Et populis dulces detis habere dies.
Vultibus ex placidis tribuatis gaudia cunctis,
Veſter & ex veſtris lætificetur apex.

XI. VE-

N O T Æ.

(*b*) *Ne tamen ulla mihi dulcedo*] Iter hoc è Treviris, vel præſente ipſo Rege Sigeberto, aut ejus ſaltem ſumptu, additóque comitatu, peregiſſe creditur Fortunatus. Nam tubarum & cornuum cantus, quibus montes, paſſim provocati, adparatum arguunt majorem, quàm pro privatis.

(*i*) *Antonnacenſis Caſtelli*] De hoc vide Diſſert. huic Sæculo præmiſſam §. *XII.*

XI.

VENANTII FORTUNATI CARMEN DE CASTELLO NICETII ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS ſuper Moſellam.

Circa 563.

Lib. III. Bolnat. 10.

(a) MOns in præcipiti ſuſpenſâ mole tumeſcit,
Et levat excelſum ſaxea ripa caput.
Rupibus expoſitis, intonſa cacumina tollit,
Tutus & elato vertice regnat apex.
Proficiunt colli, quæ vallibus arva recedunt,
Undique terra minor vergit, & iſte ſubit.
(b) (c) Quem (b) Muſella tumens, (c) Rhodanus quoque parvulus ambit,
Certat uterque ſuo paſcere piſce locum.
Diripiunt dulces alibi vaga flumina fruges,
(d) Hæc tibi parturiunt (d) Mediolane dapes.
Quantum creſcit aquis, piſces vicinus offert,
Exhibet hinc epulas, unde rapina venit.
Cernit frugiferos congaudens incola ſulcos,
Vota ferens ſegeti fertilitate gravi.
Agricolæ paſcunt oculos de meſſe futura;
Ante metit viſu, quàm ferat annus opem.
Ridet amœnus ager, tectus viridantibus herbis,
Oblectant animos mollia prata vagos.
Hæc vir Apoſtolicus Nicetius arva peragrans,
Condidit optatum paſtor (e) ovile gregi. (e)

Tur-

N O T Æ.

(a) *Mons in præcipiti*] Montem, in cujus præcipiti, Nicetius hanc ſuam locavit arcem, Brovverus tam *h. l.* quàm *Annal. Lib. VI. n.* 85. eum ſtatuit, qui, ad levam Moſellæ ripam, paulò infrà Caradunum ab Epiſcopi-ſaxo, patriâ linguâ Biſchoffs-Stein vocatur. Conjecturam (certitudine enim deſtituimur) probabilem faciunt ea, quæ ſequentibus notis referemus. Dubiam econtra mihi reddunt verſus, qui in omnibus exemplaribus Geſtorum Trevirenſium in laudem Arnoldi Archiepiſcopi & in actis ejus inveniuntur, inter quos hi ſunt:

Stolzfels firmavit, Biſchoffſtein primitiavit,
Hartenfels emit &c.

(b) *Muſella*] Non *Moſella*. Illud enim habent omnia vetera manuſcripta, quæ Brovverus, Fortunati Poëmata editurus, conſuluit. Fuêre autem manuſcripti hi codices, unus, iſque perinſignis, Metropolitanæ Eccleſiæ Trevirenſis. aliud fragmentum ex eadem. ſimile fragmentum Caſanum. probæ notæ codex ex Abbatia S. Galli, demum alius Abbatiæ Sigebergenſis. Et manet hodie ea pronuntiatio in accolis, qui, *Muſel*, dicunt; non, *Moſel*.

(c) *Rhodanus quoque parvulus*] Non procul à colle, cui caſtellum *Biſchoffſtein* inſidet, abeſt rivulus, qui hodiéque *Rhon* vocatur. Hunc non infeliciter *parvulum Rhodanum* reddit Fortunatus, ſumptâ denominatione à majore, & cognomine Galliæ fluvio.

(d) *Mediolane*] Proximus caſtro, Occidentem versùs, occurrit pagus Magniacenſis, præcipuæ fertilitatis ager, cui in vulgari linguâ nomen manet Meinfeldt. Judicat Brovverus, Fortunatum, hominem Italum, otioſiùs hoc excepto nomine, quod incolas audiebat proferre Meinfeldt, ſeu Meyenland, tranſtuliſſe in *Mediolanum*; eâdem ratione, quâ Mediolanum in Italia etiamnum Meyland ſonat.

XI.

(*f*) Turribus incinxit ter denis undique collem,
Præbuit hæc fabricam, quo nemus ante fuit.
Vertice de ſummo demittunt brachia murum,
Dum Muſella ſuis terminus extet aquis.
Aula tamen nituit conſtructa cacumine rupis,
Et monti impoſito mons erat ipſa domus.
Complacuit latum muro concludere campum,
Et prope Caſtellum hæc caſa ſola facit.
(*g*) Ardua (*g*) marmoreis ſuſpenditur aula columnis,
Qua ſuper æſtivas cernit in amne rates.
Ordinibus ternis extenſáque machina crevit,
Ut poſtquam aſcendas jugera, tecta putes.
Turris ab adverſo, quæ conſtitit obvia clivo,
Sanctorum locus eſt, arma tenenda viris.
Illic eſt etiam gemino balliſta volatu,
Quæ poſt ſe mortem linquit, & ipſa fugit.
Ducitur in rigidis ſinuoſa canalibus unda,
Et qua fert populo hic mola rapta cibum.
Blandifluas ſtupidis induxit collibus uvas,
Vinea culta viret, quo fuit ante frutex.
Inſita pomorum paſſim plantaria ſurgunt,
Et paſcunt vario floris odore locum.
Hæc tibi proficiunt, quidquid laudamus in illis,
Qui bona tot tribuis, paſtor opime, gregi.

XII. EPI-

NOTÆ.

(*e*) *Ovile gregi*] Obſervavit etiam Baronius *Annal. Eccleſ. an.* 489. *n.* 13. Epiſcopos his temporibus arces ſtruxiſſe, ut ſe, & gregem ſuum, adversùs incurſiones hoſtium tuerentur. Præſens autem Nicetii caſtrum primum eſt, quod occurrit, Trevirenſium Præſulum propugnaculum, vel ſæcularis militiæ præſidium, aut hujus etiam indicium.

(*f*) *Turribus incinxit ter denis*] Opponenti, quod tantæ amplitudinis nec rudera hodie detegantur ampliùs, reſpondet Brovverus illo Rutilii:

Agnoſci nequeunt ævi monumenta prioris;
Grandia conſumit mœnia tempus edax.
Sola manent interceptis veſtigia muris,
Ruderibus latis tecta ſepulta jacent.
Non indignemur, mortalia corpora ſolvi;
Cernimus exemplis, oppida poſſe mori.
Pars tamen arcis hodiéque conſpicua ſupereſt.

(*g*) *Marmoreis ſuſpenditur aula columnis*] Argumento ſumptuoſæ in ædificio magnificentiæ, de qua in Diſſertatione huic Sæculo præmiſsâ §. *XIX.*

XII.

EPISTOLA NICETII

ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS AD IMPERATOREM JUSTINIANUM,

563. qua eum ab hæreſi retrahere ſtudet.

(a) Domino ſemper ſuo Juſtiniano Imperatori Nicetius cum ſuis humilis, ſed miſericordia Domini, Epiſcopus. (a)

Sirmondus Concil. antiq. Gall. Tom. I. p. 320.

IN noviſſimis temporibus jam, ut ſermo Evangelicus prædixit, proſpicimus, & cum tempus noſtrum ſit paratum, tamen finem, ut ſcriptura denuntiavit, venire ſentimus. Sed beatus ille homo, quem, cum venerit Chriſtus, invenerit ipſum vigilantem. Sol vertetur in tenebras ab Oriente, id eſt, ab alto; hoc eſt, à vita ſancta. In integro mundo ſplendebas ut ſol; & cum omnes inde gratiâ Domini rectores Eccleſiæ cuncti conſilii ipſius gauderemus, devulgante fama ex lapſu veſtro, ad quem nunquam pervenire debuimus, contriſtati & humiliati usque in terra ſumus. Dulcis noſter Juſtiniane! quis te ſic decepit? Quis, ut talia proſequereris, ſuaſit? Quis, (b) ut Chriſtum purum hominem fatereris, docuit? Quis, ut in Judæ conſortium te tranſcriberes, circumvenit? Quis, ut illum, qui dixit: Ego à Patre exivi, & veni in hunc mundum per circumciſionem, per baptiſmum, per paſſionem, ut crederes, dedocuit? Quis, qui cor miſerum non habebas ante, repente oppreſſit? Quis, ut, quod Patres, quos venerari debuiſti, ad cædes, ad diverſas cruces mitteres, provocavit? Quis, ut illa, propter quæ Chriſtus crucifixus eſt, & Apoſtoli omnes pertulerunt, deſtrueres, provocavit? Quis, ut quod jam ſemel, bis, & tertio ab omnibus Rectoribus Eccleſiæ condemnatum fuerat, velles adorare, commonuit? Neſtorii & Eutychis, ut diximus, jam anathematizata quotiens atque quotiens, ut te de ipſa interimeres, quis imperavit? Ille, ille, qui Adam, ut contingeret arborem vitæ, ſuaſit, qui ſtudio ſuo mortem adinvenit, cir-

N O T Æ.

(a) Nicetii zelus, ſanctitas & auctoritas eum Apoſtolum fecere maximorum Principum, quibus non verebatur extrema Dei judicia interminari, ubi à ſemita ſalutis eos deviare animadverteret. Quare cùm Lactantius ex Oriente in Gallias, ut ad Divorum ibi templa pacem Dei depoſceret, profectus, Treviros veniret, & Nicetio referret, Juſtinianum Imp. in hæreſin prolapſum; hoc præſentibus literis, zelo verè ſancto, egit Nicetius, ut Imperatorem ad ſaniora reduceret. An autem hæ literæ in tempore? certè, an cum fructu redditæ ſint? parum compertum eſt. Ferunt ſiquidem Juſtinianum proximo ab hinc anno, dum idibus Septembris intempeſtâ nocte libellum exilii Anaſtaſii Epiſcopi Antiocheni dictaret, ſubitò extinctum. Evagr. *Lib. IV. C.* 40. Nicephor. *Lib. XVI. C.* 31.

(b) *Ut Chriſtum purum hominem fatereris &c.* Conſtat Juſtinianum lapſum in hæreſim *Incorruptibilium*, qui aſſerebant Chriſtum nec ſiti, nec dolori, nec cæteris ærumnis corporis, aut paſſionibus iræ, triſtitiæ, timoris, ſubditum fuiſſe, niſi cùm vellet. A quo errore longè differt doctrina Catholica, quâ docemur Chriſtum iis quidem rebus omnibus fuiſſe ſubjectum, ſed eas ità domitas, ſubditâſque habuiſſe, ut non niſi, quando, & quantum ipſi liberet, inſurgerent. De lapſu Juſtiniani & Incorruptibilium hæreſi legantur Euſtachius ſcriptor vitæ S. Eutychii Epiſcopi Conſtantinopolitani coævus Juſtiniano apud Baronium *ad ann.* 564 *n.* 4. & Evagrius *Lib. IV. Cap.* 38. Porro hæc hæreſis diverſa videtur à *Neſtoriana*, quæ Chriſtum purum & merum hominem facit. Impingit nihilominus Neſtorianam hæreſim

XII.

circumvenit; qui Judam, cum Chriſtum purum hominem fecit, & pro homine tradidit, in ignem, quem præparavit Deus diabolo & angelis ejus, miſit. Dulcis, & dulcis noſter Juſtiniane! rememorare, quæ promiſiſti, cum baptizatus es, quid per ſingula te credere dixiſti? Unum Filium manentem in duabus ſubſtantiis, cum Patre & Spiritu ſancto, non duos Chriſtos teſtatus es. Cum exceſſiſti, quid feciſti? quid tibi præparâſti? Diſcute, & bene te proſpice, & vide ſi non in loco perditionis te obligâſti? Adhuc, ſi vis, vivis: ſi vis, revertendo gaudes. Convertimini, inquit, ad me; & convertar ad vos. Patres, à quibus benedictionem exſpectare debuiſti, in exilium transmiſiſti. Tu, cùm in ultima ætate tua componere & conjungere te ad Redemtorem tuum debuiſti, ipſe te, & non alter, ſed tu & te & tuos decepiſti. Cum Lactantius, ut dicit, presbiter, loca ſancta per Gallias propter Domini miſericordiam viſitaret, ante nos apparuit, quæ legis, deprecavimus & per JEſum Chriſtum Redemtorem noſtrum conjuravimus. Ergo literis præſentibus Dominum noſtrum conjuramus, inſuper & conteſtamur, ut & tu revertaris, & quantos perire ſuaſiſti in horrenda perſecutione, revertere provoces. Quod ſi non feceris, ſit judex ille inter nos & te; ſed quantum citius, cui tu honores * tuliſti, & purum hominem feciſti, cum legiſti: Ego & Pater unum ſumus; ſed talis Pater, qualis & Filius, quia ita Pater, ut Filius. Quoniam verum eſt, quomodo ad circumciſionem veniendo, ad baptiſmum, ad martyrium, meliora reprobantur in eo, qui Deus & creator omnium eſſe convincitur. Feſtina, feſtina, ſed protinus. Nam ſi te ſic ultimus dies invenerit, qualis nunc hodie appares, deſcendes ad inferiora terræ, & ad partes vulpium eris. Lætetur ſancta Eccleſia de regreſſu tuo. Gaudere nos in ultimo ſeculo poſitos facias, quos lugere poſt lætitiam de perditione tua feciſti. Ne dicas vel in corde tuo: feci, feci; vici, vici: victns eſt & vinctus, ſed inde unde filius diaboli & inimicus juſtitiæ. Nam totum tibi ſit, quod tota Italia, integra Africa, Hiſpania vel Gallia conjunctæ nomen tuum cum deperditione tua plorant, anathematizant. Et ſi non, quæ docuiſti, dextruxeris, & publica voce clamaveris: erravi, erravi; peccavi; anathema Neſtorius, anathema Eutyches, cum ipſis te ad ſupplicia ſempiterna tradidiſti. Salutamus plurimum, conjurantes per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum; per illum, qui in uno trinus apparet, & in tribus unus agnoſcitur, ut te de horrenda ſecta, & abominabili perſecutione ſemoveas, & illos, qui te ſuadente in ipſam ceciderunt, ad meliorem viam venire ſtudeas.

* abſtuliſti.

XIII. EPI-

NOTÆ.

hæreſim Juſtiniano Nicetius: imo & *Eutychetis* errorem, qui tamen à Neſtorianiſmo multum diſfert. Nam Eutychetis error inde ortus eſt, quòd, dum Neſtorii errorem fugere voluit, nimis fugit, & in alterum extremum abivit. Neſtorius enim duas in Chriſto perſonas ponebat, Eutyches unam tantùm; ſed ſic, ut diceret, verbum per converſionem mutatum fuiſſe in carnem Chriſti, quæ caro non eſſet vera, ſed phantaſtica caro. Ut in re difficili aliquid ſtatuamus, puto dicendum, aliquo modo poſſe tres hæreſes *Neſtorii*, *Eutychetis*, & *Incorruptibilium* convenire in uno. Siquidem Neſtorius dicebat, Chriſtum eſſe purum hominem; Eutyches, verbum per converſionem factum carnem Chriſti, ſicut vinum mixtum aquæ fit aqua; adeóque Divinitatem à Chriſto viſus eſt tollere, convertens eam in carnem & corpus Chriſti, quod phantaſticum eſſe volebat. Incorruptibilium ſententia non longè hinc aberat, dans Chriſto corpus impaſſibile, ſed phantaſticum, unde & Phantaſiaſtæ appellati ſunt; quin & ab Eutychetis erroribus pullulâſſe produntur.

XIII.
EPISTOLA
NICETII TREVIRENSIS
Ad
CLODOSUINDAM
LONGOBARDORUM REGINAM,
Ut Alboinum maritum ab Arianiſmo ad orthodoxam fidem permoveat.

565.

Dominæ Clementiſſimæ in Chriſto filiæ Clodoſuindæ Reginæ Nicetius peccator. (a)

(a)

Sirmondus *Concil. antiq. Gall. Tom. I. p.* 32.

CUm Legatos veſtros per Francorum Reges, Germanos tuos, ire conſpicimus, de proſperitate veſtra ſolliciti ſumus; ſed alia inde audimus, quæ ſemper ſonare, etiam & reſonare confitemur: quam magna, quam alta, quam laudabilis, quam utilis, quam humana vel munifica, quomodo de pauperibus ſollicita, quomodo de religione * aſtuta; quomodo in cuncto populo pia converſatione ſplendida. * Ille hoc porro concedat, qui ſpiritum ſapientiæ & intellectus jam dedit. Gaudemus ex hoc, gaudere nos Chriſtus faciat de Alboino Rege, quem habes, & de felicitate ſua triumphare. ſtupentes ſumus, cùm gentes illum tremunt, cùm Reges venerationem impendunt, cùm poteſtates ſinè ceſſatione laudant; cùm etiam ipſe * imperiis ipſum præponit, quod animæ remedium non feſtinus requirit. Scriptum legimus: Quærite primùm regnum Dei, & omnia apponentur. Qui ſic, quemadmodum ille, ſulget famâ, miror, quod de regno Dei, & animæ ſuæ ſalute nihil inveſtigare ſtudet; ſed illos recipit, illis acquieſcit, qui potius animam in gehennam perdunt, quàm ad vitam ſalutis adducunt. Duos Deos eſſe prædicant, alium in Deitate Patrem, alterum in Deitate, ſed pro creatura, Filium. Cùm ſcriptura dicat: Ego ſum Salvator, & non eſt alius præter me. Te Domina Clodoſuinda per tremendum diem judicii conjuro, ut hanc epiſtolam & bene legas, & bene illi & frequenter exponere ſtudeas; & ut ipſum interroges: Quis eſt ſalvator? Patrem dicunt eſſe ſalvatorem, an Filium? Quomodo duos eſſe, cùm unus eſt, & alius non eſt, denuntiant? Si dicent Filium, ergo Pater ſalvator non eſt. Et ſi dixerint Patrem, ergo Filius non eſt ſalvator, quia ſalvare, qui ſalvator non eſt, nullum poteſt. Si dixerint, duo ſunt ſalvatores, iſtud ſcriptum nunquam invenient, niſi: Ego & Pater unum ſumus, hoc eſt, Pater in Filio, & cum Filio, & Filius in Patre, & cum Patre. Deus præ magnitudine & ſplendore ab homine videri non poteſt, qui tantum grandis, tantum fulgens, tantum etiam igneus eſt. Legimus, in circuitu cœli & terræ tabernaculum ejus, quod etiam præ iſta magnitudine & ſplendore ab homine videri non poteſt. Expreſſit de ſe, quem ſemper habuit apud ſe, qui latibulum ſibi de carne fecit; & ideo ſcriptura dicit: Poſuit tene-

* tuenda

* ſis

* Deus

NOTÆ.

(a) Alboino Longobardorum Regi conjux erat Clodoſuinda, Clotarii Francorum Regis filia, pleriſque Sigeberti Auſtraſiæ Regis ſoror. Gregor. Turon. *Hiſt. Franc. Lib. IV. C.* 3. Chriſtiana fuit Clodoſuinda; at Alboinus cum pleriſque ſuæ gentis (nam cæteri idolis immolabant) Arii placitis adhæreſcebat Gregor. Mag. *Lib. III. Dial. C.* 26. & 28. Cæterùm per Nicetium non ſtetit, quo minus Alboinus Catholicam fidem amplecteretur. Siquidem cùm Legatos Alboinus circum quatuor Reges Francorum, ſororios ſuos, ſcilicet Charibertum, qui Pariſios, Guntramnum, qui Aureliam, Chilpericum, qui Sueſſionem, Sigebertum, qui Rhemos ſeu Auſtraſiam, regebant, miſerat, hanc nactus opportunitatem S. Archiepiſcopus præſentem Epiſtolam, ſanè luculentam, ad Clodoſuindam dedit, ſuadens, ut marito orthodoxæ religionis hortatrix atque auctor fieret. Quanquam intentum minimè aſſecutus eſt. Quando Alboinus vir militaris de terreno magis regno, quàm cœleſti occupando amplificandóque ſollicitus, dum in Italiam victor arma transferret, Clodoſuindam morte amiſit, aliámque Roſimundam, cujus patrem Chunimundum prælio interemerat, ſpecie captus, ſubſtituit.

XIII.

tenebras latibulum ſuum. Ideóque in Evangelio ait verbum Dei, quod Joannes dicit, quia in principio erat verbum: Verbum caro factum eſt, & quod de Maria erat, ſic illud apud ſe junxit,ut eſſet unum. Et per ſcripturam dixit: Ego ex Patre exivi, & veni in hunc mundum. In quadrageſimo ſeptimo pſalmo dixit: diſtribuite gradus ejus. Ejus dixit, non eorum: quoniam unus eſſe, ſed nec ſolus, apertiſſimè ſcitur, ut enarretis in progenie altera. Nam in die reſurrectionis nec narrare, nec apparere poterit, qui Trinitatem in unitate non crediderit. Et pro eo omnis militia angelorum per ſingulos dies clamat: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Zebaoth. Non tres ſancti, ſed ter ſanctum dixit Dominum Deum Zebaoth, ſanctus Pater, ſanctus Filius, ſanctus Spiritus: unus ſanctus, ſicut unus Dominus. Unde & Joannes Evangeliſta dixit: Ipſe eſt qui eſt, & qui erat, & qui venturus erat Salvator. Si ter nominavero, gradus eſſe videntur. Cum Patrem audis nomine, major eſſe videtur; & ideo dixit: Pater major eſt me; ſed nomine tantum: in Deitate autem evidentiſſime per Chriſtum & per Apoſtolos ejus unus eſſe agnoſcitur. Quia ipſe, cum à diſcipulo interrogaretur: Domine, oſtende nobis Patrem. Et ille: Me vides, & de Patre interrogas? Vides, quia in Trinitate invocatur, & in una Deitate eſſe invenitur. Cum Patrem audis, ſinè Filio eſſe non credas; cum audis Filium, cum Patre eſſe non dubites. Nec dubites tres in perſonis, cum unus in Deitate eſſe agnoſcitur. Et ideo ad diſcipulos dixit: Ite, baptizate in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. In nomine dixit, non in nominibus, quia unam Deitatem dixit, non tres. Spiritus autem ſanctus ſeparari non poteſt, quoniam unde eſſe ſcitur gratia Dei, inde donum Dei eſſe cognoſcitur. Ab eo ſpirant bona omnia, ſicut Apoſtolus dixit: Tu ſolus altiſſimus. Sed ſolus altiſſimus in omni terra Salvator. Jeſu Nave ipſum conſpexit, & ideo dixit: Noſter es, an adverſariorum? Ille autem reſpondens ait: Ego ſum qui ſum, & alius præter me non eſt. Abraham, qui dicitur amicus Dei, & probatur, tres vidit, & unum credidit; cùm tres adorat, Trinitatem, ſicut dixi, commemorat; cùm unum in domum intrare deprecatur, unam poteſtatem denuntiat. Nam Moyſi quoties dixit: Ego ſum qui ſum, & alius præter me non eſt. Quid nos ire per ſingula neceſſe eſt? ad duodecim diſcipulos, quos habuit, veniamus. (b) Quia ipſi Gothi (b) hodie ipſis venerationem impendunt, & reliquias eorum furtim tollunt. Sed nihil illi habent, quia fidem illorum ad nulla præſumunt. Quid eſt, quod in Baſilicis eorum corpora ipſorum hodie venerantur, non ingrediuntur? Quid eſt, quod nihil ibidem præſumere audent, niſi furtivè, ut canes à foris. Animas decipiunt. Cum illis Rex Alboinus ſibi demittat, & ad domini Petri, Pauli, Joannis, vel reliquorum Sanctorum limina perducatur; ibidem miſſas facere, ſi audent, deliberent. Sed non audent, quia domini Petri diſcipuli non apparent, & contrarii Chriſti eſſe probantur. Quia quod per crucem ipſe redemit, infelices inveniuntur. Quâ causâ venena eorum talis rex, & talis ætas percipit? hic, ſi lubet ad dominum Martinum per feſtivitatem ſuam, quam undecima die facit November, ipſos mittat, & ibi, ſi audent, aliquid præſumant, ubi cæcos hodie illuminari conſpicimus, ubi ſurdos auditum, & multos ſanitatem accipere. Nam quid dicam de leproſis, aut de aliis quàm plurimis, qui quantacunque debilitate percuſſi ſunt, ibidem per ſingulos annos alii & alii ſanantur. Fortaſſe dicunt, confingunt vel cæcos, qui cæci à nativitate eſſe videntur. Quid dicunt, cùm inde illuminatos conſpicimus, & ad propria, Deo miſerante, ſanos reverti videmus? Nam quid dicam adhuc (c) de Domino Germano, (c)
Hilario, vel Lupo Epiſcopis? ubi tanta mira-

N O T Æ.

(*b*) *Quia ipſi Gothi hodie ipſis venerationem impendunt &c.* Quomodo Alaricus Gothorum Rex, dum Romam caperet, Baſilicis SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, aliiſque ſacris locis, omnibúſque ad ea confugientibus pepercerit, lege apud Auguſtinum *de Civit. Dei. Lib. I. C.* 1. Oroſium *Lib. VII. C.* 19. Ità etiam cùm Vitiges Gothorum Rex Romam obſideret, toto obſidionis tempore licuit Romanis impunè templum S. Pauli, decem ſtadiis ab urbe diſſitum, venerationis causâ adire. Procopius *de Bello Goth. Lib. II.* Baronius *ad ann.* 538. *n.* 3.

(*c*) *De Domino Germano, Hilario, vel Lupo &c.* S. *Germanum* Antiſiodorenſem Epiſcopum intelligit. De ejus miraculis à morte patratis, multa Conſtantius, gravis vitæ ejus ſcriptor. *S. Hilarii* Epiſcopi Pictavienſis miracula poſthuma prole-

XIII.

mirabilia hodie apparent, quantum nec
dicere vobis valeo. Ubi tribulantes,
id eſt, dæmonia habentes in aëra ſu-
ſpenſi torquentur, & Dominos, quos
dixi, eſſe confitentur? Nunquid in
Eccleſiis eorum ſic faciunt? Non faciunt,
quia Deum & Dominos Sanctos ibi habi-
tare non ſentiunt. Dæmon dæmonem
non exorciſat. Nam ubi Sancti habitant,
dæmon vagari non dimittitur. Id eo
fit, ut locus, ubi Deus eſt, oſtendatur.
Quid de Domino Remigio, & de Domi-
(d) no Medardo Epiſcopis, (*d*) quos tu,
credo, vidiſti? Non poſſumus tanta
exponere, quanta mirabilia per illos
(e) Deum videmus facere. (*e*) Audiſti ab
avia tua, domina bonæ memoriæ Rod-
hildi, qualiter in Franciam venerit,
quomodo Dominum Clodovæum ad le-
gem Catholicam adduxerit. Et cum
eſſet homo aſtutiſſimus, noluit ac-
quieſcere, antequam vera agnoſceret.
Cum iſta, quæ ſupra dixi, probata
(f) cognovit, (*f*) humilis ad Domini Mar-
tini limina cecidit, & baptizari ſe ſine
(g) mora permiſit. Qui baptizatus (*g*) quan-
ta in Alaricum vel Gundobaldum Re-
ges fecerit, audiſti; qualia bona vel
filii ejus in ſeculo poſſederunt, non
ignoratis. Talis ornatus, talis vir, qua-
lis Alboinus Rex eſſe dicitur, talis fa-
mâ, quem mundus ſic præponit, quare
non convertitur? aut quare tardus
ad requirendam viam ſalutis apparet?
Deus bone, qui es Sanctorum gloria
& omnium ſalus, tu te in illum mitte.
Et tu Domina Clodoſuinda, cùm ver-
bum facis, ſolatium tribue, ut omnes
de tali ſtella, de tali gemma ſic gaudea-
mus, qualiter Deo placere poſſimus.
Saluto tantum quantum valeo, de-
precor, ut otioſa non ſis; inceſſan-
ter clama, inceſſanter canta. Audi-
ſti dictum: Salvabitur vir infidelis
per mulierem fidelem. Nam ſcias,
prima ſalus prima remiſſio eſt, qui con-
verti fecerit peccatorem ab errore ſuo.
Vigila, vigila, quia Deum propitium
habes. Rogo, ut ſic agas, ut & gen-
tem Longobardorum fortem ſuper ini-
micos facias, & nos de ſalute tua, vel
viri tui gaudere concedas. (*h*) (h)

S. MAGNE-

NOTÆ.

proſecutus eſt Venantius Fortunatus *Lib. II. ejus vitæ. Lupum* puto eſſe celeberrimum illum Trecentem Epiſcopum. Refert duo inſignia miracula ad ejus tumulum patrata Gregorius Turon. *de Gloria Confeſſ. Cap.* 67. & 68. Argumentum hoc à miraculis, quæ in Catholicorum, non verò Arianorum eccleſiis, patrantur, magis accommodum eſt Barbarorum genio, quàm ea, quæ ex S. Scripturæ textibus & ratione in primæ epiſtolæ ſuæ parte deprompſeras Nicetius. Quod etiam obſervavit C. Fleury *Hiſt. Eccleſ. Lib. XXXIV. n.* 7.

(*d*) *Quos tu, credo, vidiſti*] Viſum ab ea S. Medardum, ſatis liquet, cùm hic anno 561. obierit, S. Remigius 13. Januarii 533. poſt ſeptuaginta quatuor annorum Epiſcopatum, vitâ functus eſt; adeò ut Clodoſuinda illum etiam videre potuerit, ſenem juvencula.

(*e*) *Audiſti ab avia tua, domina bona memoria Rodhildi*] Quæ & Chrodigildis, Chrotildis, & Clotildis, filia fuit Chilperici, mater Clotarii, qui ex Ingunde ſuſcepit hanc noſtram Clodoſuindam. Vid. Gregor. Turon. *Lib. II. Cap.* 28. & *Lib. IV. C.* 3. Quomodo autem S. Clotildis marito Clodovæo Chriſtum prædicaverit, & quomodo Clodovæus in prælio Tolbiacenſi contra Alemannos expertus ſit opem Chriſti, quem ei Clotildis evangelizaverat, refert idem Gregorius *Lib. II. cit. C.* 29. & 30.

(*f*) *Humilis ad Domini Martini limina cecidit*] Aimoinus *Lib. I. C.* 16. ſcribit, Clodovæum ex pugna Tolbiacenſi veniſſe Tullum, inde Rhemos perexiſſe; inſinuátque Rhemis à Rhemigio baptizatum. At Gregorius Turonenſis *Hiſt. Franc. Lib. II. C.* 31. Hincmarus *in vita S. Remigii.* Flodoardus *Lib. I. Hiſt. Rhemen. C.* 13. Baldricus *in Chron. Cameracen. & Atrebaten. Lib. I. C.* 6. agentes de Baptiſmo Cludovæi, non produnt, quo loco baptizatus ſit. Albinus tamen Alcuinus *in vita S. Vedaſti.* diſertè tradit, Clodovæum baptizatum Rhemis. Nicetius, omnibus his antiquior *hoc loco* non obſcurè indicat, Clodovæum poſt victoriam Tolbiacenſem humilem ad S. Martini limina Turonis cecidiſſe, & ibi baptizari ſe ſinè mora permiſiſſe. Idque videtur confirmari *primo*, quòd Tolbiaco, Tullo nullo modo rectè eatur Rhemos, ſed rectiùs Turones. *Deinde*, quia Clodovæus multùm alioqui addictus fuit D. Martino, ùt patet ex Gregorio Turonenſi *Lib. II. C.* 37. Dici tamen fortè poſſet, Clodovæum à victoria Tullo quidem Turones ad D. Martini limina, tunc longè celeberrima, venerationis ergo properaſſe, ac inde Rhemos profectum eſſe, ibique à S. Remigio baptizatum.

(*g*) *Quanta in Alaricum, vel Gundobaldum Reges fecerit*] Clodovæus Gundobaldum Burgundionum Regem Arianum prælio victum, & parte regni mulctatum, tributarium fecit, teſte Gregor. Turon. *cit. Lib. II. C.* 32. & 33. Alaricum autem Gothorum Regem etiam Arianum memorabili illâ pugnâ Vocladenſi fudit; fuſum victúmque vitâ ſuis ipſe manibus exuit, & magnâ parte regni privavit. Gregor. Tur. *ibid. C.* 37.

(*h*) Edidit Lucas d'Acherius *Spicilegii Tom. I. pag.* 221. & 223. *edit. nov.* binos Tractatus Nicetii Epiſcopi, alterum *de Vigiliis ſervorum Dei*, alterum *de Pſalmodia bono.* Utrumque Nicetio noſtro tribuit d' Acherius, motus ſimilitudine doctrinæ, animi, ſtyli, quæ in binis, quas hìc damus, Nicetii Epiſtolis prominent. Accedit teſtimonium Gregorii Turonenſis, qui *in Vitis Patrum Cap. XVII.* & *Lib. X. Hiſt. Franc. Cap.* 29. Denum *de Glor. Confeſſ. Cap. XCIV.* Nicetii ſanctitatem, eruditionem ac facundiam extollens, aſſerit, monaſticis inſtitutis à puero imbutum, atque Abbatis munere functum. Ut facile ſit ad credendum, eum tum hoſce tractatus, quo Fratres ſuos, quos Dei ſervos appellat, de Vigiliis & pſallendi modo inſtitueret, protuliſſe.

S. MAGNERICUS ARCHIEPISCOPUS.

XIV. VENANTII FORTUNATI POËMA DE MAGNERICO ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI. (*a*)

Circa 573.

(*a*)

Lib. III. Poëm. 11.

(*b*)

Culmen honorificum, (*b*) patrum pater, Archiſacerdos.
Pontificale decus proficiente gradu.
Quem fidei titulus meritis erexit in altum,
Eccleſiæque caput, diſtribuente Deo.
Diſcipule egregii bone Magnerice Niceti,
Nominis auſpicio Magne canende tui.
Clare ſacro merito tanto informante magiſtro,
Quem reparas operum fructificante loco.
Cujus opime ſequax, ſancta & veſtigia ſervans,
Rite miniſter agens, ecce magiſter ades.
Autorisque pii ſucceſſor dignus haberis,
Hæredisque ſui frugiparénſque manet.
Crevit poſt obitum pater; & te creſcere fecit,
Dum capit ille polum, tu capis arce locum.
Grex alitur pro te, vice præceſſoris alumne,
Nec ſua damna dolet, dum tua lucra tenet.
Fratribus optandus, jucundus honore miniſtris,
Carius & populis paſtor amore places.
Te panem eſuriens, tectum hoſpes, nudus amictum,
Te feſſus requiem, ſpem peregrinus habet.
Hæc faciens intende magis venerande Sacerdos,
Ut commiſſa tibi dupla talenta feras.
Pro Fortunato exorans quoque dulcis amator,
Spem mihi dans veniæ, ſit tibi palma pater.

SÆCU-

NOTÆ.

(*a*) Nicetium inter & Magnericum Brovverus *Annal. Trev. Lib. VI. n.* 40. Ruſticum collocat in Trevirenſi ſede, ſolâ fide Wandelberti *in Actis S. Goaris.* Cùm tamen Geſta Trevirorum *Cap.* 37. Vita S. Magnerici per Eberuinum Abbatem *in princip.* (unde hoc carmen in reliqua Venantii Fortunati Opera primus intulit Chriſtoph. Brovverus) & quidquid aliàs eſt venerandæ antiquitatis, Magnericum faciant immediatum Niceti magiſtri ſui ſucceſſorem. Quod certè Venantius hoc carmine velle videtur; verbis, uti ego quidem judico, omni luce clarioribus. Adverſùm quæ facilè mihi non perſuadebunt, qui ex Wandelberto, longè his temporibus inferiore ſcriptore, conjectant.

(*b*) *Patrum pater, Archi-Sacerdos.*] Hæc expreſſio non obſcuriùs firmat Præſulis Trevirenſis jus ſeu Primatiale ſeu Metropoliticum, quàm illa, qua Nicetium *Pontificum Caput* antè ſalutaverat Fortunatus. Vid. *Supra ad ann.* 562. Conf. Mabill. *de Re diplom. Lib. II. C.* 2. *n.* 13.

SÆCULUM VII.

§. I.

CHildeberto II. anno Chriſti 596. vitâ functo, in Auſtraſiæ regno ſucceſſit *Theodebertus II.* qui ejus habenas geſſit usque ad 613. Eodem porro anno *Clotharius II.* Auſtraſiam ſimul cum Burgundia occupat, ac demum univerſæ Franciæ Rex efficitur. Cùm autem Neuſtraſiam prædiligeret; ità, ut in eâ plerumque moraretur, Auſtriæ, & Burgundiæ proviſurus, Pro-Reges conſtituit ſub nomine *Majorum-Domus*. Unde mox ipſorum Regum tutores, & poſtremò Reges ipſi evaſerunt. Et in Auſtraſia quidem *Rado* ad hunc honoris gradum primus evectus eſt. Cúmque magnæ nihilominus molis eſſet, univerſa Francorum regna gubernare, ſic Clotharius anno 622. filium ſuum Dagobertum Imperii fecit conſortem, & Auſtraſiis Regem præpoſuit. Clothario verò anno 628. fatis cedente, *Dagobertus I.* ſolus in tota Francia regnavit. Conſtituit autem & ipſe anno 633. Sigebertum filium Auſtraſiæ Regem; útque Metis Sedem Regiam occuparet, jubet, mortuus deinde die 9. Jan. 638. *Sigebertus III.* Auſtraſiæ Rex, ex defuncti Patris voluntate, poſſeſſionem aggreſſus Aquitaniæ, Provinciæ, aliarúmque Galliæ regionum, hæc omnia anno 656. cum morte commutavit. Hujus filius *Childebertus III.* in Auſtraſia quidem poſt parentem regnavit; at non niſi menſibus ſeptem, quibus patri ſupervixit. Sequenti igitur anno 657. *Clotharius III.* Auſtraſiâ, imò univerſâ Franciâ potitur. Paucis poſt annis, ſcilicet 660. *Childericus II.* Auſtraſiæ regnum tenuit, occiſus anno 673. Quo anno Childerici fratrem *Theodericum III.* Franci ſibi Regem ſtatuunt. Poſt hujus perbreve regnum anno 674. ante Kalend. Auguſti *Dagobertus II.* ad ſolium evehitur, cæſus menſe Martio anni 678. Succeſſit itaque in Auſtraſia *Theodericus III.* hactenus Neuſtriæ, & Burgundiæ Rex, ſub quo Pipinus, & alii poſt hunc Majores-Domus, Reges Franciæ quaſi captivos habere, & ipſi tantùm non pleno jure dominari cæperunt. Obiit autem Theodericus anno 691. cui quaſi ex beneficio Pipini Majoris-Domus ſuccedit defuncti Regis filius *Clodoveus III.* Hócque ſub initium anni 695. inter vivos eſſe deſinente, *Childebertus III.* Rex Francorum efficitur, qui vitam cum regno ad annum usque 711. protraxit.

Reges Auſtraſiæ hoc Sæculo. Anno 613. — 622. — 628. — 633. — 638. — 656. — 657. — 660. — 673. — 674. — 678. — 691. — 695.

§. II.

Diviſio regni in Pagos: Pagi Archidiœceſis Trevirenſis.

Hoc jam Sæculo univerſum Auſtraſiæ regnum, in *Pagos* diviſum, Reges noſtri per Comites, ex nobilitate electos, in civilibus regebant. Singulos hos pagos, in quos tum noſtra Archidiœceſis diſtributa fuit, nôſſe, & ex coævis tabulis perſpectas habere plurimas in eis ſitas villas, vicóſque, hodiedum ſuperſtites, multum ſanè eſt hiſtoriæ patriæ momentum. Unde non veremur poſt eruditos Freheri Paullini, Præſulis Gottwicenſis, aliorúmque in hac provincia locatos labores ſpicilegium inſtituere, haud pœnitendum. Quâ eâdem occaſione etiam plurimos noſcemus Comites, qui patriis his noſtris pagis (Pflegen und Gawen) non hæreditario quidem jure, ſed Regis nomine & officii titulo, præerant. Unde & Pagi quandoque *Comitatus* vocabantur, quamvis in majoribus pagis plures nonnunquam Comitatus eſſent, & in his ſparſæ villæ ac vici, ruſticam multitudinem infra caſas, & nullo ambiente muro, colligentes. Omnibus reddebatur jus è pagi principe vico: hinc leges, hinc ſtatuta, hinc controverſiarum finis, ſcilicet per Comitem.

§. III.

Pagus Wabrenſis.

Quodſi itaque Archidiœceſis noſtræ (quæ per Luxemburgenſium fines ad Moſam fluvium usque ſe extendit) pagos à capite percurrere incipimus, occurrit primùm *Wabrenſis*, Ardennenſi, agro Arlunenſi, Pulmenſi, Virodunenſi, Harpolenſi, Moſelenſi, & Bedenſi cinctus. Wabrenſem hunc ità denominatum volunt à caſtro Vabrenſi, quod prope Ivodium in edito monte ſitum erat: ubi poſtmodum monaſterium cum baſilica S. Wulfulacii fundatum fuit. Quali & nomine ſylva (*le bois de Vojure*) prope Stenacum deſignatur, atque integer illorum locorum diſtrictus *le Pays de Vojure* hodieque dicitur. Memoratur hic pagus antiquis tabulis admodum frequenter, & imprimis quidem ejusdem meminit Gregorius Turonenſis *Hiſt. Franc. Lib. VIII. C.* 11. cujus verba retulimus Diſſert. *ad Sæcul. VI. §.* 25. Veteris Caſtri reliquias Gregorius *ibid. Caſtrum Vaprenſe* dixit, *villæ Urſionis* (quod *Fertejacum* interpretatur Alex. Wilth. *Luxemb. Rom. Lib. II. C.* 8.) *propinquum.* Occurrit idem pagus in tabulis diviſionis regni Lotharingici de anno 870. in portione Caroli: *Vavrenſe Comitatus II.* Leguntur in hoc pago in cambio noſtro Rothberti Archiep. de an. 958. *vinea & molendinum Aduna in Comitatu Ivotio inter Boura & Lamuley.* Deinde in diplomate Ottonis II. Imp. de an. 982. apud Mabillon. *de Re diplomat. Lib. VI. pag.* 575. *Amella* (Amel) *& Geldulfi-villa* (Gondreville, non longè ab Amella) *vocata, in pago Webra dicto, & in Comitatu Reinhardi Comitis.* In diplom. Henrici. II. Imp. de an. 1015. *in pago Waprenſi in Comitatu de Caſterici prædium Ballodium*; Ballieu à Matois. In Tabulis Wallonis Epiſcopi Metenſis, Luitgardis, & hujus quoque filii Nithardi de anno 876. *Barcelinga ſuper fluvium Aliſontiam in pago Wabrinſe.* Cartâ Blitehari de an. 769. *Bertulfi-villa* (Breuville) *in pago Wabrenſe, in Comitatu Virdunenſe ſuper fluvium Senode.* Cartâ Podæ & Adelradæ circa annum 901. *in pago Waborenſe, in villa, quæ dicitur Betebergh ſuper fluvio Simere.* Cartâ Alſarai de anno 851. *Bibonis mons* (Bomont) *in pago Wabrinſe ſuper fluvium Orna.* Tabulis Chrodegangi Epiſcopi Metenſis an. 763. *Bonnone-Curtis*

(Bon-

(Boncourt) *Cincillone-villa* (Sponville) *Waſnavilla* (Waville) *& Bertardo-Curtis* (Bertoncourt) *in pago Wabrenſe.* In Cartis Stabulenſibus ſub Carolo Simplice: *in pago Wauerenſe in Comitatu Evodienſe, in loco, qui vocatur Charboch;* Charboz. Cartâ Vulnerañi ſeu Vilnerañi an. 1052. *Careica* (Cherey) *in pago Wabrenſe.* Cartâ Wigerici Abbatis Gorzienſis circa annum 915. *Confluentis* (Conflan) *in pago Wabrinſe, in Comitatu Virdunenſi ſuper fluvium Horne.* Cartâ Ramberti & Renildis ſororis ejus, an. circiter 795. *in pago Wabrinſe in villa quæ vocatur Grufta.* Tabulis Warnildis an. 822. *Dodoni-Curtis* (Doncourt aux Templiers) *in pago Virdunenſe ſive Wabrinſe.* Cartâ Adalberonis Epiſcopi Metenſis an. 933. *Eccleſia ad Domnum Martinum* (Dom-Martin) *in pago Wavrenſe.* Cartâ Magdalgradæ de an. 777. *in pago Wabrenſi villam nuncupatam Epuegen.* Cartâ Wegerici Comitis circa 905. *in pago Wabrinſe, in villa vel marca Eptiaco;* Itzich. Tabulis noſtris Rotberti Archiep. Trev. de an. 938. *villa Erlont vocatâ in pago Waprenſi.* In iisdem: *villa quæ vocatur Perdaitten, in pago & Comitatu Waprenſi.* Cartâ Arnulfi Ducis de an. 701. *Floriacum* (Fleuri au Meſſin) *ſitum in pago Wabrenſe in Comitatu Scarponinſe.* Diplomate Ottonis M. an. 960. *Frencia* (Fraine en Waivre) *Villare* (Viller) *Sennet, in pago Waverenſi.* Tabulis Barnardi & Ermigaudi Abbatis Gorzienſis an. 885. *in pago Virdunenſe ſive Wabrinſe in loco qui dicitur Gandiliſia* (Tandeliſe ad fl. Ornam) *hoc eſt in Teutero prato, Ancingam unam, in una fronte fluvius Ornus currit.* Cartâ Angilrami Epiſcopi Metenſis ann. 770. *Gaudiacum* (Ivoy, ſupra Divodurum, ubi aquæductus) *de ratione S. Stephani in pago Wabrenſe.* Tabulis Godefridi ſæculo X. exeunte: *Gerardi-foſſa, inter duos torrentes Lotoſam & Horontem, ſitam in pago Warrenſi in Comitatu Scarboninſe.* Cambio Rothberti Archiepiſcopi noſtri de an. 958. *in Comitatu Waprinſe in villa Giniurei.* Cartâ Homelini & Dadæ conjugum circa ann. 795. *in pago Wabarinſe in loco, qui dicitur Gondridingen ſuper fluvio Sumera.* Tabulis Aldalini an. 867. *in pago Waberenſe in loco nuncupante Haſmaringa-marca;* Heſpringen. Tabulis Bentrudis de an. 895. *in pago Webracenſi, in villa vel marca, quæ dicitur Heimmeingeſtal;* Hemſtal. Cartâ Bertranni circa 768. *in pago Wabrenſe, ſcilicet in Heldingen* (Hellingen) *& in Friſingen.* Tabulæ Berengarii Epiſcopi Virdunenſis de an. 952. *ad Herbodi-villam, in Vepera, Eccleſiam unam.* Cartâ Erembaldi circa 803. *Hilde in pago Wabrinſe ſuper fluvio Alſautia.* Sub Pipino Rege Cartâ Caſilonis: *in loco, qui dicitur Hunnaren & Crucinach* (Creuſenach) *in Wabrinſe.* Cartâ Leutfridi an. 771. *in pago Wabrenſi ſuper fluvio Feuta, in loco, qui dicitur Huvelendal.* Membranâ vetere Juviniacenſi circa 874. *Juveniacum* (Juvigny) *in pago Wabrinſi.* Add. Brow. *Annal, Lib. VIII. n.* 161. & notas noſtras ad Bullam Urbani II. de anno 1096. Cartâ Adalwini an. 862. *in pago Wabarinſe in villa Linciren* (Linſter) *ſuper fluvio Arantia,* Erenz. Precariâ Wicberti de an. 786. *in villis, quæ vocantur Lullingas & Addeobace & Acalia, ſitas in pago Wabrinſe.* Tabulis Erkanfridæ uxoris Comitis Nithardi an. 852. *Mariſch*

(Merſch)

(Merſch) *in pago Wabrinſe*, quod tamen etiam pago Arduennenſi attribuitur. Tabulis Mauritii de an. 771. *in pago Wabrenſe in villa, quæ dicitur Maringen; in alia villa, quæ dicitur Erupſa.* Hildrada in tabulis ſuis ſub Carolo M. exaratis: *in pago Wabrinſe, in villa, quæ dicitur Methringen.* Diplomate noſtro Epternacenſi Ottonis III. an. 997. *Locum quemdam nominatum Munderchinga* (Monderich) *in pago Wavarienſi.* Tabulis Pipini Heriſtalii, & Billitrudæ conjugis ejus, de an. 679. *Nugaretum* (Nauroy) *ſitum in pago Wabrenſe.* Tabulis Godonis circa 800. *Ottringas* (Oetringen) *in pago Wabarenſe.* Cartâ Boſonis Comitis an. 770. *Quinciacum* (Quincy) *in finem Waurenſe, ſuper fluvium Azenna;* Azence. Tabulis Ratheri de an. 771. *in pago Wabrenſe ſuper flubium Aliſontia, in villa, quæ vocatur Roldingen.* Cartâ Henrici cujusdam circa an. 795. *in pago Wabrinſe ſuper fluvio Alſantia, in loco, qui dicitur Schuffelinga;* Schifflingen. Cartâ Adalini an. 866. *in pago Wabrinſe, in loco nuncupante Wilre* (Lorenz-Weiler) *in marca Waldalingas ſuper fluvio Alſantia .... & Eccleſia, quæ eſt conſtructa in honore S. Laurentii.* Demum tabulis Garbani & Radſindæ uxoris ejus circa 790. *in pago Wabarinſe juxta Caſtellum nomine Zolveren* (olim etiam dictum Colobrium, nunc Zolver) *in villa, quæ vocatur Hagenen.* Igitur Wabrenſis hic pagus his facilè limitibus circumſcribetur: *Hemſtal, Linſter;* tum ad Aliſontiam fluvium *Heſpringen, Izich;* & receſſu aliquanto à flumine, *Hellingen* & *Friſingen,* ſed trans eum. Sequitur impoſitum flumini *Schifflingen.* Mox recedunt ultra hanc ripam dextrorſum *Monderich* & *Zolver.* Dein ad Ornam *Conflan;* ad Moſellam *Gaudiacum*, ubi aquæductus. Pòſt, Moſellâ relicto, *Fleuri au Meſſin, Quincy, Jouvigny, Carboz.* Exinde ager Aralunenſis lævorſum diffuſus. Hinc ad Alſontiam inferum *Merſch*, & deinde *Cruſta;* unde reflexus in *Hemſtal.*

§. IV.

Metingovv. Hæc pagi Wabrenſis finitio vetuſtiſſima. Poſteri illum diviſêre, aut novè excogitatos ei incluſêre *Metingowenſem* & Alſonenſem. Illum Paullini, Præſul Gottwicenſis, & alii plerumque confundunt cum *Metenſi*; à quo planè diſtinctus eſt. In hoc noſtro præcipuè occurrit in Carta noſtra Sigfridi Comitis de an. 963. *Caſtellum Lucilinburhut* (Luxembourg) ubi deinde: *poſita eſt hæc munitio in pago Methingowi in Comitatu Godefridi Comitis ſuper ripam Alſunciæ fluminis.* Tabulis noſtris Luitgardis Comitiſſæ de an. 960. *quoddam meæ proprietatis prædium Màmbra* (hodie Mameren, non procul ab urbe Luxemburgenſi) *nuncupatum, in Comitatu Mithegowe, cui Godefridus Comes præeſſe videtur.* In novis acquiſitionibus monaſterio S. Maximini an. 926. factis: *in pago Alſecenſi, in Comitatu Methingovinſe, in villa cognominata Wimaris-Eccleſia;* Weimerskirchen juxta Luxemburgum. Quod autem Methingovenſis hic pagus à *Metenſi* diſtinguatur, vel ipſa hæc Carta probat, ubi in pago *Metenſi* occurrunt alia loca: *Syrin, Radinga &c.* Porro ad manum nobis ſunt plures aliæ tabulæ de pago *Metenſi* loquentes, in quo collocant villam, quæ vocatur *Almaz*; villam, quæ vocatur *Ares*, ab arcubus, qui *ibi* reliqui ex aquæductu, quo rivulus olim Gorzia trajecto

ex

ex hoc in oppoſitum litus Moſella, Divoduro influebat Recenſem pagum; villam *Barnu*; locum, qui dicitur *Contrain*, id eſt, Guſtingen haud procul Theodonis-villa; *Radingam*, in Comitatu Matfridi an. 926. Villam nuncupatam *Vigiacum*, hodie Vigy. &c.

§. V.

Alſoncenſis nomen nactus eſt ab Alſontia rivo permeante. Alſoncenſis P gus. De eo tabulæ Theodorici Archiepiſcopi Trevirenſis de anno 1223. *Petriſola* (Steinſel) *in pago Alſontiæ*. Nec non Bulla Honorii III. P. M. de an. 1224. *Eccleſia Steinſeles in pago Alſontiæ*. Item carta Bernacri an. 926. *In pago Alſencenſi, in Comitatu Methingowinſe in villa cognominata Witmari Eccleſia*; Weimers-Kirchen, vetuſtiſſima civitatis Luxemburgenſis parochia.

§. VI.

Porro è regione Wabrenſis pagi cis Moſellam ſiti ſunt Judiciacenſis, Judiciacenſis. Albegowenſis & Bleſenſis. *Judiciacenſis* (qui tamen & pars Moſellenſis erat) ſedes primaria eſt in *Jeuz*, quod *Judicium* appellant, ad Moſellam in conſpectu Theodonis-villæ. Mentio ejus aliquoties fit in actis publicis, & imprimis quidem in diplomate Ottonis M. de an. 973. *In villa Baganetd ſita ſuper fluvio Moſella in pago Moslenſi, & in Comitatu Judiciacenſi*. In Capitulis Caroli Calvi de an. 844. *Capitula quæ acta ſunt in Synodo ſecus Theodonis-villam habita in loco, qui dicitur Judicium, quando fratres glorioſi principes Hlotharius videlicet & Hludovicus & Carolus ſimul convenerunt anno V. regni Caroli, menſe Octobris Ind. VII.* Porro in alia carta Ottonis M. de anno 960. *In Comitatu Judicii Petravillare* (Pierſwiler) *& Vilare, & Semetrici Curtem*.

§. VII.

Judiciacenſi pago proximè conterminat Nithachova, à fluvio Nitachovva. Nita ſeu Nidda ſuperiore (qui Moſellam inter & Saravum fluens, huic ad caſtrum Sigeberti miſcetur) dictus; memoratur in diviſione regni Lotharienſis de an. 870. in portione Ludovici, ubi interpres Miræi *Opp. diplom. Tom. I. p. 30.* addit: *ager ad Nidam fluvium in Lotharingia*. In charta noſtra permutationis San-Maximiniana anni 909. occurrit *in pago Nedinſe in Comitatu Luitbardi, locus qui dicitur Burmeringas*, ubi vide notata, in quibus & villam *Nitel* ad hunc pagum referimus. In eo quoque *Beſonis-villa*; hodie *Boſendorff*, vel *Boſenville* ad Niddam, Monaſterium Ordinis S. Benedicti, Trevirenſis Archidiœceſis. Chron. Gottwicen. *Tom. prodrom. p. 708.*

§. VIII.

A Nitachowe proximè abeſt Sarackowa, pagus à fluvio *Sara*, Sarachovva cui aſſidet, nominatus: ob amplitudinem diviſus in *ſuperiorem*, & *inferiorem*, uti apparet ex diviſione regni Lotharingici in portione Ludovici R. *Saragowa ſuperior confinis Elſatio; Saragowa inferior paulò ſupra Treviros*, inquit Browerus *Annal. Trev. Lib. VIII. n. 17.* & recte. Hinc ad *ſuperiorem* referimus, quidquid ad confinia Alſatica in

Waſgowia uſque ad confluentes Saræ & Bleſæ ſitum eſt; uti & tractum Voſagi Saravo confinem. Ad inferiorem, quidquid inde ad Moſellam uſque protenditur. In *inferiore* notamus ſequentia: *Lucia;* hodie Leucken, in diplomate noſtro Sigifridi Comitis de an. 964. ubi: *in pago Saronenſi, in villa, quæ vocatur Odevvines-Lucia.* *Mediolacum,* celebris & antiqua Ordinis S. Benedicti Abbatia, ad dextrum Saræ litus. Brow. *in Proparaſc. Annal. Trev. Cap. XXV. n.* 19. *Pons Sarræ;* hodie Saarbrücken ad Saravum, Antonini itinerario, & Comitum Sarbruckiorum antiquâ ſtirpe non obſcurum oppidum cum caſtro. Brow. *l. cit. n.* 18. *Sarburg,* Trevirenſem civitatem cum caſtro, quatuor ab urbe Trevirenſi horis, etiam ad hunc pagum referrem, niſi memoratum diploma Sigefridi eam Bedenſi attribueret. *Sigeberti caſtrum;* hodie Siersberg, ad confluentes Nidæ cum Saravo. Chron. Gottwicen. p. 764. *Skiva* vel *Skina* caſtrum, poſtea Monclair dictum, haud procul Mediolacu, memoratum Browero *Annal. Trev. Lib. XI. n.* 11. & diplomatibus noſtris ſæpius. *Tabena;* hodie Taven, Præpoſitura S. Maximini infra Mediolacum; *Cella in Tavena* nominatur in diplomate noſtro Ottonis M. de an. 962. *Wadengoza* villa; hodie Wadgaſſen, Abbatia Ordinis Præmonſtratenſis paulò ſupra Sara-Ludovicum, ibi datum diploma noſtrum Ludovici Regis anno 902. *Walderſinga,* oppidum infra Sara-Ludovicum. Brow. *in Proparaſc. cit. n.* 18.

In ſuperiore pago Saragowenſi hæc inter cætera loca memorantur: *Finſtinga* caſtrum, & cognomine ſtirpe clarum antiquitus oppidum ad Saravum ſupra Sarwerdam. *Heribodesheim;* hodie Herbizheim, Abbatia, memorata in diviſione regni Lotharii anno 870. in portione Ludovici R. ſita ad Saravum infra Saar-albam ſpectans ad Comitatum Saarbrucken. *Salembrucca,* caſtrum Epiſcopatûs Metenſis, hodie Saltzbruck ſupra Herbisheim, memoratum in carta Adelberonis Epiſcopi Metenſ. de anno 1065. apud Miræum *Opp. diplom. Tom. I. p.* 63. *Saraburgum* Lotharingicum, ferè in Alſatiæ confinibus &c.

§. IX.

Albegovva. Juxta hunc, Albegowæ pagus in Lotharingia, ſitus inter Seliam (hodie die Seile) Nitam, & Saaram fluvios. Memoratur quoque in diviſione regni Lotharienſis de anno 870. in portione Ludovici. ibi: *Bleſitchouva, Selme, Albechouua, Suentiſium* &c. quæ ſic vertit eruditus notator Miræi. *Opp. diplom. Tom. I. pag.* 30. *Blis* versùs Treviros; *Salme* ad Saram fl. *Sar alben,* & *Sanctoy* in Lotharingia.

§. X.

Bleſenſis. Albegowæ adjacet *Bleſenſis* pagus, poſitus ad fluvium *Bleſa* (die Blieſ) quæ apud *Gemundam* (Saar-Gemünde) Saræ miſcetur. Et hic recenſetur in diviſione regni Lotharingici an. 870. in portione Ludovici R. *Bleſitchovva.* In eâ ſunt *Blies-Caſtel* apud Eckhart. *Rerum Franc. Lib. XXXII. n.* 114. In diplom. Ottonis II. Imp. de anno 982. apud Mabillon *de Re diplom. p.* 575. *Curtis Ernuſtehvvuiler* (Ernſt-

(Ernſtweiler, apud civitatem Bipontinam) *vocitata in pago Blieſichowe.* Porro *Altoſtate* (Alteſtad) *Limpach*, *Ottvvillare* (Oſtweiler) &c. apud Auctorem Chron. Gottwicen. *pag.* 560. & alios pagorum deſcriptores.

§. XI.

Sed antequam ſecundo Moſellâ deſcendamus, transmittamus fluvium. Ubi ex altera ejus parte, qua Wabrenſem pagum finivimus, occurrit *Ardennenſis.* Hic pagus & Comitatus, quem & *Oſninckam* appellatum invenio (nos modò Oesling) inter Ducatum *Moſellicorum*, & Comitatum *Condruſto*, juxta ſylvam, & in ipſa ſylva, *Arduennâ* ad utrumque latus fluvii *Moſæ*, usque ad fluvium *Erpabam* (die Erf) & verſùs meridiem usque ad fluvium *Samoyam* (Semoy) & *Suram* in Moſellam extenditur. vid. Valeſii *Notit. Gall. voce Arduenna ſilva. fol.* 37. Occurrit in eodem imprimis *Ambra*, de qua Cantatorium S. Huberti: *In pago Arduennenſi quondam Ambra caſtrum.* In diplomate Ottonis M. de an. 960. *In Comitatu Ardennenſi villam Argilinga.* In tabulis Bernuini cujusdam circa annum 779. *In villa Babinga, in pago Ardennenſi, ſuper fluvio Urva. Baſtonia;* hodie Baſtoigne in Ducatu Luxemburgico, apud Valeſium *l. cit. fol.* 38. Diplomate noſtro Karolomanni R. de an. 770. *in loco, qui dicitur Benutfelt, infra Centina Belslango, infra vaſta Ardennæ.* In inſtrumento Leudæ circa annum 787. exarato: *In pago Ardennenſe, in villa, quæ vocatur Bollingen.* Anno 936. Ada dat Archiepiſcopo Rothberto in carta, quam nos exhibemus, bona *in villa Bruch vocata, in pago Rizogohenſi & in Comitatu Ardennenſi.* Giſelbertus Dux in Carta noſtra de anno 928. *tradit ad altare B. Petri quandam villam, vocabulo Burtz, in pago & Comitatu Ardunenſi.* In cartâ Dagalindis, circa an. 783. exarata, occurrit *in pago Ardennenſi locus vel villa, quæ vocatur Conſtum;* h. e. Conſteim prope Vianden. Diplomate Bruſtberti & uxoris ejus Cuonigundis de an. 901. recenſet *Ettelbruckam* (Ettelbruck) *quod nobis ex sereniſſimi Arnulphi Regis largitione advenerat, in pago Ardinenſi, in Comitatu Odacri.* Tabulæ Leutheri de an. 768. memorat *villam, cui nomen Hagamatilinga, ſitam in pago Ardinenſi. Havre, in pago Harduenna, in Comitatu Gietbaldi*, occurrit in donatione Henrici Imp. de anno 1098. Apud Miræum *Opp. diplom. Tom. I. p.* 367. quod notator *ibidem* ait eſſe *Herve* vicum Ducatûs Limburgenſis, in quo optimi caſei conficiuntur. In carta noſtra San-Maximiniana de anno 996. refertur *in Comitatu Ardennenſi, qui Henrici Comitis ſubjacet procurationi, villa Heckesdorff;* hodie *Heisdorff*, haud procul Luxemburgo. Tabulæ Godetrudæ circa an. 802. exaratæ: *in pago Ardennenſe in villa, quæ dicitur Hingersdorff, & in alio loco nuncupante Conteſtum.* Tabulæ Ottonis Efſternacenſis de an. circiter 771. *in pago Ardinenſi in loco, qui dicitur Houlingen.* Villa *Ledernaus*, ſeu *Letbernachus* (hodie *Liernu* haud procul à Stablo, prope Salm) præter villas *Sernon* & *Graisda* occurrit in Cartis Lotharii R. circa an. 84- apud Lunig *Spicileg. Eccleſ. Tom. III. p.* 784. *& ſeq.* Ad hunc quoque pagum referendum *Lemburg* hodie *Limburg;* unde Comites Lemburgenſes, poſtmodum Duces, ſeſe Comites Ardennenſes vocârunt. Valeſius *Notit.*

Ardennenſis.

Gall. voce Lemburgus. p. 267. Diploma Ottonis M. de an. 947. *In pago Arduenna dicto, in villa Longolax* (quondam, nunc *Longier*) *nuncupata, in Comitatu Rudolphi Comitis in Oſninge ſita.* Præceptum Caroli Simplicis pro Abbatia Prumien. de an. 920. *Actum in pago Arduennaria in villa nuncupata Longramp.* Diploma Ottonis II. de an. 982. *Curtem Lunglar nuncupatam, in pago Oſninge nominato, in Comitatu Gozilonis.* Carta, inter noſtras, Sigifridi Comitis Luxemburgenſis de anno 993. *In valle Alſoncenſi in villa Mariſch* (aliàs Marſallum, Mörſch) *in Comitatu Ardennenſi, qui regimini filii noſtri Henrici ſubjacet.* Acta Divi Mononis Sæculo VIII. conſcripta: *Ardennenſis pagus in ſylva, quæ dicitur Fridieres ſuper fontem Naſſoniam.* Huc & auctor Chron. Gottwicen. *p.* 548. rectè refert celeberrima monaſteria *Stabulenſe* & *Malmundarienſe. Villa Theoderica in pago Ritzogobenſi in Comitatu Ardennenſi* nominatur in Carta Adæ de anno 936. quam ſupra occaſione villæ *Bruch* allegavimus. Tabulæ Richardi Comitis fratris Bivini de anno 842 memorant *villam in pago Ardennenſi ſitam, quæ dicitur Vilantia*; Vilance. In quodam diplomate Ottonis M. de anno 966. legitur: *in pago Arduenna ſuper fluvio Aiſona in Comitatu Waudrici, villa, quæ dicitur Villaco.* Carta Sigifridi Comitis Luxemb. anni 963. *in Comitatu Giſelberti Comitis, in pago Arduennæ, in villa, quæ dicitur Viulna;* Feilen. Demum in Carta S. Irminæ de anno incirca 782. *in pago Ardennenſi in villa, quæ dicitur Wietz;* nota modò Comitum, hujus nominis, ſedes.

§. XII.

Nudochi. Ardennenſi attribuerunt pagum *Nudochi*, incompertæ hactenus originis, unicíſque conſignatum tabulis Gotrici de anno 783. ubi: *in pago Nudochi, in loco, qui dicitur Urva*; Ouren modò dicimus, vicum arce Oureniorum Equitum in Ducatu Luxemburgico notum.
Surenſis. Addidere & *Surenſem* nomine ſuo notum. De eo tabulæ Hardowingi de anno 793. *in pago Surenſe, ſuper fluvio Sura, in villa, quæ dicitur Gelesdorff;* modò Gilsdorff.

§. XIII.

Caroſgovv. Alius Ardennenſi pago proximus, & ejus quaſi pars, eſt *Coraſcus.* Nomen C*aros* ab antiquo Cæreſorum (fortè *Cæroſorum*) populo huic diſtrictui remanere creditur. vid. Henſchenii *Exegeſin de Epiſc. Tungren. & Trajecten. Apend.* 3. Memoratur hic pagus tabulis Prumienſibus non infrequenter, & imprimis quidem Diplomate Pipini de anno 762. ubi: *Res proprietatis noſtræ in pago* C*haros in villa, quæ dicitur Rumeresheim* (Rumersheim) *in cujus termino ipſum monaſterium S. Salvatoris eſt fundatum; & illum manſionalem ſuper Prumiam, qui eſt conſtructus ſuper terminum prædictæ villæ.* Et deinde nonnullis interpoſitis: *tradimus alia duo loca in* C*araſcouw ad idem* M*onaſterium Wathilendorph* (Wetteldorff juxta Schönecken, cujus parochia eſt) *& Birgisburias* (Biresborn) *cum omnibus adjacentiis ſuis.* In tabulis Ludovici pii de an. 830. *In pago* C*aroſcow in villa, quæ dicitur Huoſca;* Oos. Demum in Diplomate Lotharii Imp. de an. 852. *quaſdam*

dam res Fiſci noſtri, conſiſtentes in Ardenna, quas quondam Rotmarus Comes, & poſtea filius ejus Etmarus, habuerunt, ſitas ſcilicet in pago Caroſcow in Wallimaris villa (Walmersheim) *non longè ab ipſo monaſterio.* Si has quinque omnes hodiéque ditionis Prumienſis villas, eorúmque ſitum ſpectamus, facilè advertimus, *Prumienſe Monaſterium*, uti & Caſtrum, oppidúmque *Schönecken* in eorum medio poſitum, proinde & utrumque hujus pagi fuiſſe.

§. XIV.

Bedenſis.

Ardennenſi majori pago, & minoribus ejus aſſeclis, quos nominavimus, proximè cohæret *Bedenſis.* Memoratur is imprimis generatim in diviſione regni Lotharienſis de an. 870. ubi in portione Ludovici: *Bedagowa;* & deinde in utraque portione: *ſicut recta via pergit in Bedenſi.* Hujus pagi ambitum ex majori parte deſcribit Otto II. Imp. in diplomate, quod damus ad annum 974. ubi: *Quidquid in ambitu videntur habere eccleſiæ Trevirenſis atque Prumienſis in Comitatu Bethenſi iſtorum terminum: ſcilicet flumen deſcenſum à Manderſcheit in Liſeram, usque Moſellam; eundem ſurſum, Suram usque. Item eandem ſurſum usque Epternacum; indeque recto tramite usque Erlesbura in Kyla; atque inde ad Manderſcheit, iterum in flumine Liſura.* Sed ſingula pagi loca perambulemus, quantum eorum tabulis continetur. Inter hæc primùm in donatione Egilberti Archiep. de an. 1098. *Aldendorff, Edensheim, Lonesbache, Grandisdorff, Wachey in pago Betenſi.* Deinde Carta Regimberti & Hervini ejus germani ſub Carolo M. *in Pago Bedenſe, villa, quæ vocatur Althaſa.* Rotgerus Archiep. Trev. in commutatione anno 929. facta: *in Comitatu Bedenſi, & villa, vocabulo Bevera;* hodie *Biver*, mille ab urbe Trevirenſi paſſibus, ad ſiniſtram Moſellæ ripam. Primario autem huc pertinet oppidum vel caſtrum Bedenſe, à quo totus denominatur pagus. Habemus Cartam Arnolfi Ducis, filii Drogonis Ducis, de an. 715. in qua: *actum publicè in caſtro Bedenſi.* Romanis, quibus ſtatio erat, *Beda* dicebatur, & *vicus* eis ſolum fuit. Caſtrum deinde additum inde dictum *Bedæburgum*, contractiùs *Bedburgum*; hodie *Bidburgum.* In tabulis noſtris Adelæ, filiæ Dagoberti Regis de anno 690. *Biedbergis, Bardelingis* (in tabulis Irminæ vocatur Bardelingen) *quæ in pago ſitæ Betenſi.* Carta Reginardi ſub regimine Caroli M. nominat *in pago Bedenſi villam, quæ vocatur Billaco;* Waldbillig. Ab hoc differt *Billiche*, quod eſt hodiernum oppidum Treverici juris Welſch-Billig, hujus tamen etiam pagi. vid. Chron. Gottwic. *p.* 556. Porro in Bulla noſtra San-Maximiniana Leonis IX. P. M. de 1051. *in pago Beitgowo bis in locis Rateresdorff Buſtat, Franclingun, Ebeno* & *Meisbrath*; forſan *Heisbrich* inter Epternacum & Luxemburgum: Quæ ſingula etiam repetuntur in Bulla Innocentii II. an. 1114. ubi iisdem additur: *Mezrich, Stedenheim, Emilinga & Simonisvilla.* In traditionibus Laurishamenſibus occurrit villa *Cabinga in pago Pedenſi*, id eſt, Bedenſi, Carta Bertæ & Sartradi ac Herberti filiorum ejus circa annum 720. *Crenchovillare* (Schrontweiler) *in pago Bedenſi ſuper fluvio Prumiæ.* Confirmatio Zwendeboldi R.

de an. 895. *ad Croviam* (Cröff ad Moſellam) *Eccleſia cum vineis, quæ ſunt ſitæ in pago Piatabgewe in Comitatu Stephani Comitis.* Diploma Caroli M. inter noſtra datum Epternacenſibus an. 794. *Droiſe* (Dreiß) *ſuper fluvium Salmana in pago Bedenſe.* ibidem: *Officinæ ſuper Liſera.* Tabulæ noſtræ Bovonis de an. 959. *Dundeba* (Dempfen, non longe à Comitis-Machera) *in Comitatu Bedenſe.* Tabulæ Helgaudi presbiteri de anno circiter 866. *in pago Bedenſe, in marca, quæ dicitur Edingen.* Carta noſtra Pipini Heriſtalii de anno 706. *Monaſterio Eſternaco* (Epternacenſi) *ſito in pago Bedenſe ſuper fluvio Sura. Erang* ad confluentes Gelbæ & Moſellæ. Chron. Gottwic. *l. cit.* Carta S. Willibrordi an. 697. *hoc eſt in pago, quod dono, Bedenſe, in loco, qui dicitur Erle* (Irl) *ſuper fluvio Pruvia.* lege, *Prumia.* In tabula Rorici Sæcul. X. *in pago Bedenſe, in Comitatu Widrici, in villa, vocabulo Eslingen.* Carta Angilramni Epiſcopi Metenſis circa an. 770. *in pago Bedenſe villam nuncupante Fao;* Faa, versùs Saravum. Item in diplomate Ludovici Ludov. Germaniæ Regis filii: *quamdam villam, quæ vocatur Fao, in pago Bedenſi, in Comitatu Luithardi.* Carta noſtra San-Maximinianea de anno 1047. *Frenkinka in pago Bietgowenſi.* In inſtrumento Waldratæ, & Herboaræ ſororis ejus, de anno incirca 794. *in pago Bedenſi, vel in Ardenna, in villa, quæ vocatur Hænſal, & in villa Mendona; in villa Dagoradevilla in villa Wix, in villa Lulinges;* Lulingen. Sylva *Jeder* (der Ederwald) Chron. Gottwicen. *l. cit.* ubi & *Kannis* (Kenn) *Creſſiacum; Luncwig; Regiodola vallis* (Reol) *Polliçh* (Pülch ad Moſellam) *Talfanc* ad Trogonam; Rubera Ruwer. Quamvis de omnibus his locis Cis-Moſellanis non ſine ratione dubitem, eáque potius Moſellenſi ſeu Trevirenſi pago adjudicem. Diploma Poponis Archiepiſcopi noſtri de an. 103- *Kylvvald in pago Bydegowi.* Carta fundationis Prumienſis de an. 762. *in pago Bidenſe Marciaco;* Mertſch in Præpoſitura Bitburgenſi. Documentum Regimberti & Hervini ejus germani ſub Imperio Caroli M. *in pago Bedenſi, in villa, quæ dicitur Mekela;* Meckel. Monumentum Hildegradæ de an. 759. *in pago Betenſe, in villa Natbnreim;* Nattenheim, haud procul Bidburgo. Diploma noſtrum Zwendiboldi Regis de anno 895. *actum apud Palatiolum* (Pfaltzel) *fiſco noſtro in Arduenna.* id eſt (uti interpretamur ibidem in *not. f.*) in pago Bedenſi. Carta Reginardæ an. 787. *in pago Bedenſe, in villa, quæ vocatur Piſſingen;* Peffingen ad Pronæam. Regino ad *annum* 954. ait: *in Belenſi* (lege Betenſi) *pago apud villam Rimilinga* (Remlingen in Ducatu Luxemb.) *Conradus Dux cum Lotharienſibus, Duce Brunone Archiepiſcopo, congreſſus erat.* add. Chron. Gottwic. *p.* 557. Sigefridi Comitis Carta, inter noſtras, de an. 964. *In Comitatu Bedenſi monticulum, qui antea vocabatur Curbelin, nunc autem Sarburg, ſitum ſuper fluvium Sarouwe.* Putem hìc Sigefridum (quod in pagis haud rarò evenit) minùs accuratè locutum, dum Saraburgum Bedenſi pago adnumerat, quod cum Lucia (Leuken) Sarburgo planè vicina, ad Saragowam pertinet. Diploma Rothberti Archiepiſcopi noſtri de an. 952. *in pago Moſolenſi in Comitatu Bedenſi marca & villa, quæ vocatur Villen, ſitum ſuper fluvium Liſuræ, & in locis his nominibus nuncupatis, Campella, Rannoga, Valleit,*

leit, Virvolrin. Documentum Reginberti, & Herwini ejus germani, anno circiter 832. *in pago Bedenſe, in loco, qui dicitur Uffeninge*; Ufflingen. Carta Hildegaudi Presbyteri ſupracitata de anno circiter 766. *in pago Bedenſe, in marca, quæ dicitur Edinga, & etiam vocabulo Wiſſera marca* (Weis) *ſuper fluvio Sigonna.* Demum in Carta Beorenradi Abbatis Epternacenſis, circa an. 791. exaratâ, legitur: *in pago Bedenſi & ſuper fluvio Nimiſa* (Nimbs) *in villa quæ dicitur Wolfeſtvvald.*

§. XV.

Reduxit nos Bedenſis pagus ad Moſellam, & tantùm non ad ipſam Trevirorum urbem. Hæc quaſi centrum erat ampliſſimi pagi *Moſellenſis*, qui in Annalibus Bertinianis, & nonnullis diplomatibus etiam *Ducatus Moſelliorum* dicitur; cinctus Meginenſi, Bedenſi, Wabrenſi pagis, deinde Agro Aralunenſi; rurſum pagis Scarponenſi, Salmenſi, Nidenſi, Saragowenſi, Bleſenſi & Hunesruckio. Vocatur & *Trevirenſis*, â loco pagi principe, in diplomate Ottonis M. San-Maximiniano de 7. Jan. 966. nec non privilegio Zwentipoldi Regis admodum notabili, quod ad annum 895. exhibemus; ubi: *Quandam ſylvam in pago Trevirenſi ... videlicet ab eo loco, in quo Hiederaba* (Ider rivus) *de terra oritur, usque in fluvium Dronam, & ſicut ipſa Drona fluit in Moſellam; à villa quoque Loſma* (Losheim) *ſicut via publica vadit usque in urbem Trevirorum.* Pagi hujus, ùt plurimùm litoralis, ſequentia loca inveniuntur in tabulis Francici ævi: Carta Vodæ ſub Rege Pipino: *in pago Muslenſe, in loco, qui dicitur Agelvingen* (Elvingen) *prope fluvio Gandra.* Tabulæ Theodradæ & filii ejus Gundolfi circa an. 770. *in pago Muslenſi, ſuper fluvio Moſellæ, in monte Ardenigo.* Carta Fredalvi ejúsque uxoris Blitgiæ, ſeu Blitgianæ, Oſiannæ filiæ, de 857. *in pago Muslinſe villam Auviniaco; item Alkeſingas* (Eleſingen aut Elſingen ad Caneram) & *Seſmetingas* & *Bertmeringas.* Incerti tabulæ de anno 848. *in pago Muslenſe; in villa Aviniaco;* Aubigny. Ludovicus Rex Germ. in diplomat. Fuldenſi an. 880. *villam Berge* (Berg ad Moſellam è regione oppidi & caſtelli Sirck. Add. dipl. noſtra Irminæ de an. 699. & Ottonis III. de an. 997.) *in pago Moſelahgeuui in Comitatu Adalbardi.* Diploma noſtrum Ottonianum S. Maximini anno 1000. *villa Billich* (Waſſerbillich ad oſtium Suræ) *in pago Muſelgovi & in Comitatu Bicelini Comitis ſita.* Idem locus in diplomate Henrici III. Imp. de 1050. *villa Billichi in pago Muſelgewi, & in Comitatu Bertholdi Comitis.* Tabulæ Hildegundis Comitiſſæ an. 959. *in pago & Comitatu Moslenſe, de terra vinifera manſos quinque cum mancipiis utriusque ſexus, de quibus manſis conjacent ad Budingas II.* (Budingen ad Caneram) *ad Adingias IIII. & ad Morlingas I. & ad Fontes I. & ad Waldonis Curtem pratum I. & campum I.* Carta Rorici de an. 909. *in pago Moslenſi, in Comitatu Luitbardi, in loco qui dicitur Burminpiga*; hodie Wurmeringen ad Moſellam. Diploma Caroli M. de an. 783. *Villam noſtram nominatam Camenemetum* (Cheminot, aliàs etiam Vachiere) *ſitam in Ducatu Moslinſe in Comitatu Metenſi.* Carta Landradæ filiæ Teutmari circa annum 791. *in pago Muslenſe,*

in

in fine vel villa Carſiago ſuper fluvium Riberſa; Kirſch ad Biberſam, infra Theodonis-villam, cis Moſellam. Tabulæ Ludovici Abbatis Gorzienſis an. 884. *in aliis locis, in Comitatu Moslenſi, quæ Conemonte vocatur.* Aliæ Ansbaldi Abbatis Prumienſis de 876. *in pago Moſellenſi in villa nuncupante Cuchima* (Cochem) *in eodem pago villa nuncupante Felonia.* Diploma Ottonis III. Imp. an. 988. *in villa Daganeid* (Danheim) *ſita ſuper fluvio Moſella in Comitatu Judiciacenſi.* Carta Fulcwini de an. 782. *in pago Muslenſe, in loco qui dicitur Daleim, ubi quondam caſtra Romanorum.* de hoc Dalheimenſi Romanorum caſtro latè Wilthemius *in Luxemb. Rom. Lib. VII.* C. 1. Diploma Lotharii R. an. 876. *in pago Moslenſi, in Comitatu Vanolon, beneficium Sigari, & de beneficio Meiolo, de villa Dalor.* Aliud Caroli M. *villam noſtram, quæ dicitur Dauntorf* (Daudendorff) *in pago Muslenſe ſuper fluvio Gandra.* Tabulæ Beorenradi Abbatis Epternacenſis an. 781. *in pago Musleuſe & ſuper fluvio Gandra, in villa, quæ vocatur Funckinsheim;* Fuxem. Carta Guntramni & uxoris ejus Amaltrudæ an. 795. *in pago Muslenſe, in loco Hugelinga, & in alio loco, qui dicitur Rodelinga.* Alia Hachardi ſub Pipino Rege: *in pago Muslenſe, in villa, quæ vocatur Halboldingen.* Tabulæ Harteni & matris ejus Aleſentis circa 773. *in pago Moslenſe, in villa, quæ vocatur Haldingas;* fortè Haldingen. Tabulæ Rhetoris & uxoris ejus Vodæ anno circiter 770. *in pago Muslenſi in loco, qui dicitur Lentingen;* Lenningen. Diploma Friderici Barbaroſſæ Maximinianum anni 1182. *in pago Muſelenſi villa, quæ vocatur Luckeſinga* (veroſimiliter Löſenich) *& Loavia* (Leiwen) *& Rivenacha;* Rivenich, omnia ad Moſellam, non procul à Loavia. Diploma Henrici I. Imp. an. 1023. *in pago Muſellenſi villa, quæ vocatur Lukeſinga.* Diplom. Henrici VI. Imp. *quandam Curtem Macbra* (Königs-Macheren) *dictam in Comitatu Conradi & in pago Moſelgavi ſitam, Eccleſiæ in honore S. Mariæ Magdalenæ* (Virduni) *conſecratæ.* Diploma noſtrum Dagoberti II. de an. 675. *in pago Muslenſe in marca Burenſe has villas Macbera* (Macheren) *Lorsicke* (Lürſch) *Baldebruno* (puto hodiernum Waltrach) *Hildenesheim, Walebeim, Speia, Brunnebe.* Acta D. Remalci auctore Notgero Leodienſi Epiſcopo: *in pagi Moſiliacenſis prædio Maranco;* Marange: nos Maringen. Diploma Chilperici R. circa 716. *villam noſtram nuncupante Maite* (Martille) *in pago Moslinſe.* In traditionibus Laurishamen. *villa Merila* (Merl infra Cellas ad Moſellam) *in pago Moſelengowe.* Carta fundationis Prumienſis an. 762. *in pago Muslinſe ſuper fluvium Moſella villas noſtras his nominibus Meringa & Suacum;* Mering & Schweich. Tabulæ Wilfridi & Buovonis Præpoſiti Gorzienſis de an. 861. *in pago Moslinſe, in villa, cujus vocabulum eſt in ſuperiore Moldover;* an Moyeuvre? In Catalogo veteri parœciarum Epiſcopatus Metenſis, in Archipresbyteratu de Rembacho, *Mæbrium* dicitur; item *Villare in eodem pago.* Diploma Ottonis II. Imp. apud Mabillon. *de Re diplom. pag.* 575. *Morlinga & Lazebi in pago Moſelgowe. Mulsberg Caſtellum Ducis Moſellania*

niæ ab Henrico II. Imp. dirutum, qui, ut *nunquam reædificaretur, præcepit.* Vid. Ditmar. *Lib. V. p.* 371. Tabulæ Wolcmari Abbatis S. Maximini de an. 996. *in pago Moſellenſi in Comitatu Waldeleſinga, cui Giſelbertus Comes præeſſe videtur, villam Muodenfurt* (Mutfort) *nominatam. Item in eodem pago & Comitatu villam Dalheim nominatam.* Carta Pipini Regis an. 753. *in pago Moslinſe juxta caſtrum, quod Noviacum* (Auſonio Noviomagum; nobis Neumagen) *dicitur, utraſque ripas fluminis Moſellæ, citeriorem & ulteriorem, Vinnam ad capturam piſcium faciendam, ubi Drona* (Auſonio Drahonus) *influit in Moſellam.* Tabulæ Bovonis venerabilis viri de anno incirca 901. *in pago Muslenſe, in loco, qui dicitur Nornimesbruno.* Tabulæ Guntheri an. 768. *in pago Moslenſe, in loco, qui dicitur Odingas prope fluvio Gandra.* Tabulæ Berhardi Abbatis S. Martini prope Divodurum, nunc everſi, de an. 948. *in pago & Comitatu Moslenſi in villa de Ottringas;* Oetringen. Carta Vodilberti Presbyteri de an. 907. *in pago Muslacenſi in Comitatu Luithardi in villa vel marca Putlinga* (Pütlingen) *in eodem pago Muslenſi & Comitatu Luithardi in villa vel marca Sunungen;* Summingen. Tabulæ Witchardi & Benedictæ uxoris ejus de an. 888. *in pago Muslenſe ſuper fluvium Caneram* (Kaner cis Moſellam) *in villa, cujus vocabulum eſt Retingas* (Redingen) *ſeu in ipſa fine, in locis nuncupatis Altaſingas* (Elſingen) *& Kebelingas .... In pago Muslenſi in villa Hunerica .... In prædicto pago prope fluvium* Caneram, *in loco, qui dicitur Hagenbach in villa Hunerica.* Tabulæ Roberti & filii ejus Flaberti circa 775. *in pago Muslenſe ad Rocheringas* (Roslange ſur l' Orne) *ſuper fluvio Horne.* Diploma Lotharii Imp. an. 855. *Fiſcum noſtrum Rumeliacum* (Rumily) *nomine, quæ eſt in pago Metenſi, infra jacens Comitatus Moſellenſis, confinis Salmenſis* (ad Saliam fluvium) *atque Calvomontenſis;* Chaumontois. In diplomate Caroli Calvi de an. 841. ſimpliciter dicitur: *villam noſtram vocabulo Kumeliacum ſitam in pago Moslenſe.* Carta Reginarii Ducis an. 905. *in Moſelgowe Rotinbach;* Rodemacher. Donatio Bertradæ de an. 720. *ad Suaingas* (lego Suaingas; Schweich) *in Moslenſi, ſuper fluvio Moſella.* Tabulæ Milonis & Regentrudis uxoris ejus ſub Rege Pipino: *in villa Summingen in pago Muslenſi.* Præceptum Ottonis M. de 7. Jan. 966. *Quandam villam in Comitatu vel ſuburbio Trevirorum ſitam, ad Valles nominatam;* hodie das Grünhauß. Tabulæ Hildegardis Reginæ uxoris Caroli M. an. 783. *Vicarias* (Vachiere) *& ſubtus curtem ſitam in Comitatu Moslenſi.* Carta Udonis Archiepiſcopi Treviren. anni 1068. *Curtem videlicet Winchera* (Wincheringen) *in pago Moſellenſi ſitam.* Tabulæ Herici Sæculo IX. exaratæ: *in pago Muslenſe in diverſis locis, hoc eſt in Wiſſe* (Wytz im Gaw, vel Altwys) *ſive Bruonicke* (Beuren) *Fedriche, & Lefankin;* Elwingen. Unde ut ſuos vaſtiſſimo huic præcipuóque noſtro pago fines demus aliquantò curatiùs: à *Cochemio* ad Moſellam incipitur; inde adverſo flumine per *Merilam, Cellas, Luckeſingam, Loaviam, Rivenacha, Noviomagum,* & alia litoralia, antiquis tabulis haud memorata loca, medius inter Meginenſem & Bedenſem à dexteris, atque Huneſruckum à ſiniſtris, procedens, deinde *Metingam* & *Soacum* pertingens, ſaltum ad os Suræ facit; unde ſurſum

in *Lenningen*, mox *Mutfort* ad Siram, nec longè inde in Dalheim procedit; tum ei proprius ſit amnis Gandra, cujus oſtium ex oppoſito Rutilæ (*Rettel*) Circa Gandram ſparſa, *Elvingen*, *Daudendorff*, *Putlingen*, *Fuxem*, & aliquanto intervallo *Oetringen*. Inde ad Ornam *Roslange* & *Modocur*. Repetito deinde Moſella *Gaudiacum* ſupra Divodurum, eóque trajecto, *Cheminot* propter Saliam. Deinde Nidæ accubant *Rumily* & *Morlinga*; Caneræ *Enſingen* & *Redingen*; Biberſæ *Kirſch*. Tum excurſu longiore trans Saravum per opacam ſylvam, quam *Hochwald* dicimus, in *Losheim*, inde ad fontem rivi *Ider*, poſt ad Drahonum fluvium, & cum eodem in Moſellam, ac tandem, juxta orientale hujus litus, Cochemium usque.

§. XVI.

Hunsruck. Dexterum latus Moſelgawi (quà, ùt diximus, à Drahono litora Moſellæ carpit Cochemium usque) *Hunſruckium* tenet. Varia de nominis derivatione ſententia: Nos, expenſis omnibus, Freherum hìc ſequimur. Nempe feras Sarmatarum gentes, à Gratiano Imp. devictas, hisque permixtos *Hunnos*, vagis ſedibus adſuetos, in hanc, ſeu Galliæ, ſeu Germaniæ partem, tunc informem terris, aſperam cælo, triſtem cultu, aſpectúque, & omnino illis habitatoribus dignam, tum adhuc vacuam, traductos fuiſſe ſolidè probat laudatus Freherus *Orig. Palat. Part. II.* C. 10. *p. m.* 41. *ſeqq.* nec non *in Comment. ad Auſonii Moſellam.* ℣. 6. *verb. Sauromatum.* Neque, addit, errabit, qui ejus regionis præcipuos Regulos, Comites Sylveſtres & Rheingravios, *Wildgrafen* (item *Raugrafen*) zu Daun und Kirpurg, Rheingrafen zum Stein, poſſidentes non exigua, in ea ora, caſtra & villas, *Thaun*, *Kirn*, *Oberkirn*, *Kirburg*, *Rheingrafenſtein*, *Wildperg*, à regionis qualitate nomina ſortitos putabit. Sat inſuper ſupereſt Hunnorum obliterata ferè memoria in arce *Hunolſtein*, quæ vulgò *Hundſtein*, & arce oppidóque *Caſtelhun*, quod Caſtellum Hunnorum ſonat; nec non in vico *Huntheim* & *Honthauſen*, & fonte *Hunenboren* prope Simmeram. Porro *Ruck* (Latinis *jugum*, Gallis *croupes des montagnes*) editi montis dorſum ſignificare, omnibus notum eſt. *Tumidas* montibus plures *Germaniæ terras profundis amnibus*, dicit Tacitus *Lib. II. Annal.* Talis planè fuit regio Rhenum, Moſellam, Navam & Drahonum amnem interjacens; inter quos, depreſſis alveis profundum fluentes, illa velut dorſum, atque adeò gibbus quidam protuberans, editiùs ſe extollit & eminet. Ex hac vocabulorum compoſitione *Pagus Huneſruck* vel etiam *Hundeſruch* Francis dicebatur, & etiamnum dicitur. Carta donationis Comitis Bertoldi de Sponheim anno 1073. monaſterio Ravenſpurg data apud Freher. *Orig. Palat. l. cit. p.* 46. *prædia ſua*, inquit, *quæ in tribus pagis habuerunt, id eſt, in Nachgowe, in Trabari & in Hundeſruch.* Præter loca jam enumerata, à Frehero, Paullini & Junchero referuntur adhuc ſequentia. *Bodenesheim. Buppach Dumniſſa*; hodie *Denſen* ſub caſtro *Kirchberg* (quamvis alii ad Navenſem pagum referant) *Enriche*; hodie Enckerich ad Moſellam. Monaſterium *Ravengeresburg. Symera*; nunc Simmeren. *Tonneſſe.* &c.

§. XVII.

Nachgowe. Hundeſruckio pago proximè adjacet, illo nonnihil cultior, *Nachgowenſis* ad fluvium Navam (die Nahe) ſitus, & ab eodem denomi-

nominatus. Habet villas ſequentes, quas Freherus, Paullini, & Præſul Gottwicenſis pleraſque jam occupârunt. *Algaſtebeim;* hodie *Algesheim. Bentenforſt* in *Trad. Laurisham.* In carta noſtra San-Maximiniana de 30. Decemb. 926. *in Comitatu Nachgowe in loco Beregen;* Bergen prope Algesheim. *Bigglenbeim* vel *Bigglinbem* caſtrum Godifridi Lotharingiæ Moſellanicæ Ducis; hodie caſtrum Böckelheim. *Camunzi* vel *Camunti;* hodie Gemünden ad amnem Simmeram. Diploma noſtrum Ottonis M. an. 962. *in pago Nachgowe, in his eccleſiis: Cozolvesheim* (fortè Gavelsheim vel Galesheim ad Rhenum ſupra Bingium) *Albucho* (hodie *Albich* prope Alzey, quod tamen aliàs etiam Wormatienſi pago annumeratur) *Wildiſtein* (hodie Wilſtein vel Wölſtein ad amnem Appelam) *Wienheim;* hodie Weinheim ad Rhenum pro Ingelheim. *Cruciniacus*, villa Regia & palatium; hodie Creützenach ad Navam. Diploma Ottonis III. de anno 995. apud Freherum *Orig. Palat. P. II. p. 47. prædium Domniſſa dictum* (Denſen prope Kirchberg) *in pago Nachgawe dicto, & in Comitatu Emichonis Comitis ſitum, Gantſingen;* hodie Gentzingen inter Creützenach & Bingen. *Gimminsheim;* hodie Gomsheim vel Gumbsheim, inter Wilſtein & Armſtein. *Gogenbeim in pago Nachgowe in Comitatu Emichonis Comitis*, refertur in diplomate Ottonis I. de an. 966. apud Lunig. *Spicil. Eccleſ. Cont. Tom. I. ſupplem. p. 2.* hodie Ockenheim, prope Algesheim. In eodem diplomate: *Hagemünſter;* fortè Münſter ex adverſa parte urbis Bingenſis. *Huſenbach;* nunc Hoſenbach, inter Erſtein & oppidum Kirn occurrit *in Trad. Laurisham. Ingelinbeim*, vel *Engelinbeim*, villa Regia & palatium, in pago Nachgowi ad Saluſiam; hodie Nieder-Ingelheim. *Laubersheim;* quorum duo hodie: Cappes-Laubersheim non longè à Creützenach, & Walt-Laubersheim prope Bingen. Diploma noſtrum Ottonis M. de anno 945. *in foraſto noſtro, Lutara dicto*, VI. *Regales manſos, inter Baſinbache & Richinbache, in pago, Nachgewe nominato, in Comitatu Cuonradi.* Diploma noſtrum Henrici V. de an. 1107. *Curtem vocabulo Mannendal in pago Nachgowe, & quod in villa Narbeim* (hodie Norheim ad Navam ſupra Ebernburgum) *ad eandem Curtem pertinet.* Donatio noſtra Ottonis M. an. 966. *in Comitatu Naggowe, in locis ſubnotatis: videlicet Marka Kira* (vel Kirna; hodie Kirn, caſtrum & oppidum ad Navam inter Oberſtein & Monzingen) *Bergum* (de quo ſupra) *Putzvvillare* (an Pantzweiler ſupra Gemündam ad Simeram?) *& Huſonbach* (nunc Hoſenbach inter Erſtein & Kirn) *in Beatenforſt.* &c. *Pinguia* ſeu *Bingium* aut *Bingas* Bingen hodie, ad os Navæ, de quo vid. Freh *l. cit. p. 53.* Carta Hruodbaldi circa an. 773. apud Schannat *Corp. Tradit. Fulden. n. 39. p. 21. Hrochesheim in pago Nainſe inter Brezenbeim & Sponbeim. Simera in Naggevve: Tradit. Fulden. n.* 484. *p.* 196. hodie Simmeren, quod aliàs etiam ad pagum Hunneſruck referunt. *Studeresheim*, prope *Diſibodenberg. Wigmundisheim* in *Trad. Laurisham;* forſan Winnesheim inter *Walt-Labuersheim*, & *Rocksheim;* vel *Weinsheim.* prope *Hüffelsheim.*

Hiſtoriæ Trevirenſis dipl. Tom. I. §. XVIII.

§. XVIII.

Eiflenſis pagus.

Sed inviti ferè (occaſionem dante Hunneſruckio, & vicino Nava iter monſtrante) in Rhenum prolapſi ſumus, multis adhuc Archidiœceſeos noſtræ ſpatiis trans-moſellanis infra Bedenſem pagum, qui orientem verſus Liſera fluvio clauditur, relictis. Hæc igitur relegere juvat, & imprimis quidem decurrere *Eiflenſem* pagum Bedagowæ proximum. Ejus ſitus inter Suram (die Saur) Uram (die Ur) Urtam (ſeu Ourt) Ortam (id eſt Orf) & Erpaham vel Ervam (die Erft) atque Rhenum monſtratur, appellatúrque adhuc hodie die Eyffel. In eo nobis occurrunt in diplomatibus, & quidem in noſtro Lotharii Imp. de ann. 844. *in pago Eifflenſe, in villa, quæ Bettinga* (Bettingen ad Gelbim) *nominatur.* Aliud ejusdem Imperatoris, & de eodem anno, in eodem pago villas nominat *Brunvvatare* & *Ruonfeld;* & additur: *quas olim Vaſallus noſter Albericus Beneficiarias poſſidet.* Porro ejusdem Imp. tabulis recenſentur: *res noſtræ proprietatis in pago Eiflenſe in Comitatu Veri Manfridi, & in villis nuncupantibus Brunvillare & Vonfelt.* Quæ veroſimiliter eædem ſunt cum prioribus. Præceptum Lotharii Regis an. 867. *in pago Eiflenſe in villa Dalaheim* (Dahlem) *curtilem unum, & in Commeraca ipſius villæ bifangum unum, ubi poſſunt ædificari manſa centum, nec non inſignari porci mille, & conjacet ipſa villa inter Sundenheim & Baſenheim.* Item ibidem: *in pago Eiflenſe in villa Feja, de beneficio Eilberti, & in villa Nefresheim.* Diploma Lotharii Imp. de an. 844. *In pago Eifliæ, in villa, quæ dicitur Gelichesdorff, ſuper fluvium Notina;* hodie die Neth. Carta Udonis & Gislæ conjugum an. 978. *in pago Eiflenſe in Comitatu Herimanni in villa Gundelavinga.* Carta Ludovici Regis de an. 871. *in pago Eiflenſe in villa Muerii, & in villa Thverneshetm;* Tuerheim ad Ervam infra Monaſterium Eifliæ. Carta noſtra San-Maximiniana Henrici Comitis de anno 975. *quoddam beneficium in Eiflenſi ſitum in villa Okisheim* (quæ unà cum *Lieznich* etiam occurrit in Bulla noſtra Leonis IX. de anno 1051.) *cum Capellis in Barvvilere, Noyn, Aredorff.* Diploma Pipini R. de anno 762. *villam noſtram in pago Eiflenſe, quæ dicitur Sarabodis;* Cæſarius interpres libri cenſuum Prumienſium vocat *Sarenesdorpht*, Sarendorf. Carta noſtra Wickfridi Archidiaconi de an. 975. *in pago Eiflenſi in Comitatu Hermanni Eccleſiam unam in villa Riforſcheit* (Reiferſcheit caſtrum & Comitatus) *& in Huffelt, & in villa Murca, & Rodorum cum Marckis ſuis ſic determinatis &c.* Zwendeboldus Rex in diplomate anni 898. *villa, quæ vocatur Tondesdorff* (Tondorp ad Cœnobium Steinfeldenſe) *& eſt in pago Eiflenſe, in Comitatu ſcilicet Albuini.* Bulla Leonis IX. P. M. cit. de an. 1051. *In pago Eiffela in locis Vabisheim vel Liezenich.* His noſtris annumeranda veniunt, quæ alii pagorum deſcriptores jam occupârunt: ſcilicet *Ludolvesdorpf* ad Arolam (Aahr) hodie Ludelsdorf. *Steinfeld*, Monaſterium inter Schleida & Areberg. *Tonberg*, antiquum caſtrum ad ſiniſtram Erpahæ. *Virnenburg*, caſtrum & Comitatus inter fluvios Eliſam (Elz) & Arolam &c.

§. XIX.

§. XIX.

Eiflenſi pago adhæret, & ſiniſtrum angulum Moſellæ & Rheni complet *Megihenſis*, qui ùt ait Regino *ad an.* 876. non longè eſt à caſtello Andernaco. Pars fuit majoris pagi *Ripuariæ*, ùt ait Marianus Scotus *ad an.* 875. cujus locus non indiget emendatione, quam ei inferre nonnulli tentârunt. Nomen habet ab urbe noſtra Megenum ſeu Magniacum ad fluvium Nettam, hodie *Meyen.* In eo *Alſinza* (hodie Eltz) caſtrum, illuſtris & antiquiſſimæ cognominis familiæ originaria domus, ad fluvium etiam *Elz*, quem Aliſontiam Auſonii *in Moſell. v.* 377. vult Freherus *ibidem in not.* Cæſarius Heiſterbacenſis *Lib. X.* C. 29. *Eliſantiam* hunc noſtrum fluvium appellavit. *Andernacum* fiſcus & palatium Regium de quo *Diſſertat. prætedent.* Tabulæ Nortboldi Franconis & Humberti de an. 926. *in Comitatu Magnacenſe, in loco, qui dicitur Brula* (Bruel) *& in Cardone;* hodie Carden, urbs cum Collegiata eccleſia ad Moſellam ſupra fluvium Elz. Tabulæ noſtræ Giſelberti Ducis de an. 928. *Locum, qui dicitur Burg* (hodie Burgen) *juxta fluvium Moſellæ in Comitatu Magnacenſi*.... *Gulifam* (Gülz etiam ad Moſellam, unâ horâ ſupra Confluentiam) *in pago ſupradicto*, *& Comitatu Everbardi. Chiracha*, *Cheri*, vel *Cheri;* hodie Kirich & Kerich, ſupra viam qua Confluentiâ Treviros tenditur, prope fluvium Elz. *Chella;* hodie Kell, haud procul à Monaſterio ad Lacum. *Coverna;* nunc Cobern ad Moſellam. *Hormunze;* nobis Urmitz infra Confluentiam ad Rhenum, vid. diploma noſtrum Henrici II. Imp. de an. 1022. *Innicha;* hodie Innich verſus Polch. Diploma Ottonis II. Imp. de anno 966. apud Tolner. *Cod. diplom. Palat. p.* 18. *Monaſterium puellarum*, *Keſcelenheim nominatum, in pago & Comitatu Meinfeld ſitum.* Tolner. *l. cit.* vertit *Keſſel*, juxta oppidum Meyen; nos *Keſſelheim* ad Rhenum, duobus millibus paſſuum infra Confluentiam. *Lacus*, celebris Abbatia S. Benedicti. *Megenum*, quod ſupra Civitas, præfectura, & Collegiata Eccleſia Trevirenſis. *Merthelach;* hodie Merteloch, *in pago Meynvelt, in Comitatu Bertolfi Comitis*, nominat Henricus III. Imp. in diplomate noſtro anni 1056. *Monaſterium in Meinfeld*, inſignis Collegiata, Civitas & præfectura Trevirenſis *Münſter-Meinfeld* dictum. in diplomate Caroli M. de an. 773. vocatur *Eccleſia S. Martini, ſita in pago Meginenſe. Ochtendunck*, palatium Regium, inter Andernach & Coberen, de quo *in Diſſert. præced. Peleche;* hodie Polch, quinque horis Confluentiâ, qua Treviros itur. *Prictena villa in pago Magnenſi*, occurrit in diplomate Zwendeboldi Regis dato Monaſterio Aſſinde an. 898. apud Lunig *Spicil. Eccleſ. Cont. Tom. III. p.* 325. Auctor Chron. Gottwic. *p.* 679. conjicit eſſe *Blickershoff* prope Carden; nos *Breiſich* vel *Briſich* ad Rhenum, ubi hodiedum Abbatia Eſſendenſis perdivitem villam poſſidet. Diploma noſtrum Arnolphi Regis an. 888. *in pago Meinfeld in Comitatu ipſius* (Megingoz) *villam unam Ribanach vocatam;* hodie Rüvenach inter Confluentiam & Meyen. *Palatium Sæmerium, quod conſtructum eſt in pago Meyenfeldenſe;* de hoc vid. *Diſſert. præced. §.* 14. *Willare;* hodie Weiler prope Keſſel.

Megihenſis.

§. XX.

Trechira. Sicut latus Moſellæ ſiniſtrum, quà Rheno proximus ſit, claudit Meginenſis pagus, ita dextrum *Trigorius*, qui à fronte Rheno, lateribus Navâ Moſellâque clauditur. In hoc pago ſequentia loca: *Belthonnus* ſive *Belthomus in Trojorio: Annal. Metens. ad an.* 895. hodie Beltem, vicus prope Deimam amnem Moſellæ influentem. *Bodobriga* (Boppard) *in pago Trechira in Comitatu Bertholdi Comitis*: legitur in diplomate Henrici III. Imp. de an. 1047. pro monaſterio Abdinckovenſi apud Paullini *de Pagis. p.* 220. *Confluentia;* Coblenz, de qua diploma Henrici II. Imp. an. 1018. *quandam noſtri juris curtem, nomine Confluentiam, & Abbatiam ſitam in pago Trichire, in Comitatu verò Bertoldi Comitis;* ubi vid. not. noſtras. *Germanorum Oppidum, in quo Oratorium S. Goaris;* poſtmodum villa S. Goaris; hodie adhuc, S. Goar, ad Rhenum. de eo loco Rhegino *Lib. I. Chron. pag.* 12. *Tom. I. Piſtor: Per idem tempus venit S. Presbyter Goar ex Aquitania, & in territorio Trevirenſi, in pago Trigorio, ſuper ripam Rheni & rivulum, qui Wochara dicitur, Oratorium conſtituens in eodem loco quievit;* nempe circa annum 647. Diploma noſtrum San-Maximinianum Henrici II. Imp. de 1023. *in pago Drachere locus qui vocatur Guntheresbuſen;* hodie Gundershauſen an der Bey. *Leya;* hodie Ley, ad Moſellam prope Confluentiam. Brow. *Annal. Lib. XI. n.* 42. *Waſalta ſeu Weſalta;* hodie Oberweſel ad Rhenum prope oppidum S. Goaris, de qua nos *Differt. præcedent. §.* 17.

§. XXI.

Loganenſis. E regione Trachire trans Rhenum, in Treviris ex majori parte, poſitus ingens pagus *Loganenſis*, à fluvio Logana nomen nactus; complexus in ſe pagos Einriche & Erdehe, vel Ardeſiam. Ambitu ſuo comprehendebat non ſolùm (prout Browerus *Annal. Lib. XI. n.* 133. exiſtimat) omnia, quæ inter Molsberg & Weilburg (unà cum ſuperiore parte Comitatus Diezenſis) Weſterburg, Ellarn & Beilſtein ſita ſunt, ſed & partem inferiorem Comitatûs Naſſovienſis, prope territorium Haſſo-Rheinfeldenſe, & Comitatum Ziegenheim. Add. Schannat. *Buchonomia vet. p.* 384. Dividebatur in *ſuperiorem* & *inferiorem*, quorum confinia prope Wezlariam vel Weilburgum

Superior. fuêre. *Superioris* Logenahe loca, tum ex communibus Pagorum deſcriptoribus, tum maximè ex *cit.* Schannati *Buchonomia veteri*, referimus ſequentia: *Adelſveld;* hodie Alsfel, ad montem Vogelsberg. *Adelboldesbuſen* cum villa *Saltriſſa;* probabiliter Ahauſen non longè à Selters ad fl. Lohanam, prope Weilburgum. *Altinchricha* (hodie Altkirchen) *in pago Lochanagowe in Comitatu Ottonis fratris noſtri*, inquit diploma Conradi I. de an. 912. apud Schannat; adduntur in eodem diplomate & alia loca vicina. *Niuncbricha* (hodie Neukirchen prope Ziegenheim) *Mittin* (nobis Mütte inter Altenkirchen & Weilmünſter (*Liuna*) fortè Lines prope Gieſſen, vel villa Lein ad dexteram Lohanæ, haud procul ab arce Braunfels. *Amena in pago Obern-Logenahe in Comitatu Giſonis Comitis*: Diploma Henrici II. Imp. de an. 1008. apud Johannis *Tom. II. Rer Mogunt. p.* 516. hodie Amenau ſeu Omenau, non procul Marpurgo.

Bli-

Blidenſtat ſuper ripam fluminis Amana in Comitatu Angozi Comitis: ita ſummar. *Tradit. Fuld.* C. *VI. n.* 1. *p.* 305. *Brettenbach ſuper fluvium Lemphia. Brettenbrunnen, Chunzinbachermarca in Logenahe;* hodie Kinzenbach prope Gieſen. *Clebon ſuper rivulum Chleon & Clevvermarca in Logenahe;* hodie ſuperior & inferior villa Klee ad rivum Klebach, prope urbes Gieſen & Butſchbach. *Dudenmarca in Logenahe;* forſan Dodehoffen prope Wezlariam. *Erbenhuſen & Erfratesbuſen in pago Logenacha in Comitatu Herimanni:* ita carta concambii Fuldenſis *de an.* 918. *Gunniſſin villa in pago Laganahe:* apud Paullini *de Pagis. p.* 582. fortè Monaſterium Grunau. *Gunniſſu, Gunneſen in pago Logenahe;* ſine dubio Göns, quo nomine quatuor villæ prope Gieſſen terminantur. *Holzheim* prope *Gruningen* & *Leicaſter*, cum quo conjungitur in *Tradit. Lauriſham. Meſtinesbuſa;* hodie Mutzhauſen. *Reitenbach;* hodie major & minor villa Reitenbach inter Göns & Wezlar. *Rodobuſun ſuper fluvium, qui dicitur Amana;* hodie die Ohme. *Screckisbach*, inter Ziegenheim & Altfeld. *Sibenbrunnen ſuper ripam fluminis Antraſa in pago Loganaha. Wanesbach;* hodie Vanbach: in carta Gerardi Comitis de an. 1075. *Wannentorph in pago Loganehe;* probabiliter Villa Wunendorph. *Wetiſa;* villa Wetz, ut videtur, ad rivum Wezbach (qui Weliſa fluvius nominatur) haud procul Wezlariâ. *Wiſemarimarca;* hodie Wiſmer, prope Gleiberg, ad Lohanam, inter Gieſſen & Marpurg.

§. XXII.

In *inferiori* autem pago Logenahe ſequentes villæ recenſentur: Inferior. *Allabermarca;* fortè Aal prope Lahnſtein. *Banamadem;* hodie Bombaden prope Braunfels. *Barabebbhu in pago inferiori Loganahe:* in Carta Waltradæ de an. 821. apud Schannat *Tradit. Fuld. n.* 320. probabiliter Barenbach ſupra Weilburg, vel etiam Bernbach prope Idſteinium. *Bettinga in pago Logenehe ſuper fluvium Hemiſa ſeu Emiſa, in Widergiſeremarca:* Eettingen prope Camberg. Diploma noſtrum Ludovici R. de an. 910. *Chuanrato dilecto Comiti noſtro, filio Eberhardi, in pago Loganahe, in ſuo Comitatu Curtem dominicalem Brechene* (hodie Ober- & Nieder-Brechen) *noncupatam.* aliæ tamen cartæ Prichinam, ſeu Brechene, ad pagum Einriche referunt. *Cleſeberg*, prope Frickhoven, ſupra Hadamariam. *Durſtorph in Logenehe* occurrit in *Tradit. Lauriſham.* hodie Dürſtorph, non procul à Cattimeliboco. *Erlebach ex utraque parte fluminis Heimeſe;* hodie Erbach infra Camberg ad Emiſiam. *Erilbach;* h. e. Erlebach, prope Hademariam. *Erfrathuſen* in *Trad. Lauriſham.* nominatur in pago *Lare*, qui pars fuit pagi Logenaha; in quo etiam refertur *Erfrathuſen*, apud Schannat in *Trad. Fuld. p.* 229. éſtque præſumptivè Ebershauſen prope Catzenelnbogen & Larheim. Diploma Ludovici pii apud Joannis *Tom. I. ſpicil. Tab. vet. p.* 437. *beneficium in pago Loganaha, ſuper fluvium Ringilingesbach, in Heriltibisheimero-marca* ... item: *in loco, qui dicitur Habuch, prope Hatimero-marca. Hildenden-*

denhagen; nunc Hildenhein, prope arcem Weſterburg. *Laare*, villa (hodie Laar in principatu Hadamarienſi) ſpecialem ſuum pagellum habuit. *Lintburc*; hodie Limburg civitas Treviren. ad Loganam. *Molesberc*; hodie Molsberg caſtrum haud procul Hadamaria. Tabulæ San-Simeoneæ Eberhardi Archiep. de an. 1061. *villa Munzecha & Merckedisheim in pago Nagowe.* Diploma noſtrum Prumienſe Caroli M. de anno 790. *In pago nuncupante Logonahe per loca denominata Naſſonga* (Naſſau) *Squalbach* (hodie Schwalbach) &c. Item, inter noſtra, concambium de 9. Martii 1158. *Prædium de Naſſovve, quod ſitum in pago de Logene. Nivveren in Logenehe*; ad Loganam ſupra Lahnſtein. *Seckaba*; hodie Seck, in dominio Hademarienſi. *Selbach in Logenahe*; hodie ſuperior & inferior inter Idſteinium & Epſteinium. *Walebesdorff in Logene*; hodie Walsdorff prope Camberg ad Emiſam. *Werdorph ſuper fluvio Weriſaba*; hodie Wirsdorff ad amnem Wers, prope Idſteinium inferius. *Wiedergiſeremarca*; cui *in Tradit. Laurisham. villa Betinga ſuper fluvio Emiſa* conjungitur; hodie eſt Wirges ſupra Camberg *Willinaburc*; hodie Weilburg, urbs & arx. &c.

§. XXIII.

Angerisgovva. Loganenſem pagum claudebat, ab infra ad Rhenum, *Angerisgowa*; quæ Rheno aſſidet ex adverſa parte Andernaci: nomen nacta ab oppido Trevirenſi *Engers.* concludebatur, utì quidem videtur, Rheno, *Sigina* (die Sayn) & fluvio *Wied.* In ea: villa *Hidenesdorff in pago Engeresgewe*; nunc Hidersdorff, haud procul â Widda, prope *Neuwidd*: in diplomate Brunonis Archiepiſcopi Colonienſ. ad eccleſiam S. Cæciliæ in urbe Colonienſi, de an. 962. apud Lunig in *Continuat. Spicileg. Eccles. Tom. I. p.* 916. *Sayna*; Abbatia, Caſtrum & vallis, quippe quod Eccleſia in *Engers mater clauſtri in valle Sayna* nominatur in Carta fundationis Saynenſis, quam ad annum 1202. exhibemus. Ejusdem, præter loca *Winesvvalde, Overanberch, Lindvvidesdorp* (Leudesdorf ad Rhenum) & *Hunbech ſecus fluvium Sigina*, mentio fit in diplomate Henrici Aucupis de an. 927. *in Monum. Paderborn. p.* 208. nec non in ſummariis *Trad. Fuld. Cap. I. n.* 49. 50. *fol.* 283. ubi villæ *Steindorf, Holldorf, Butinebrunnen* & *Eingefelden* nominantur.

§. XXIV.

Einrichia. A Rheno ſuperiore Loganenſem cingit *Einrichæ* pagus, aut potiùs fuit ipſe pars majoris pagi Loganao, à quo usque ad Rhingoviam & confinia Haſſiaca (ubi hodie Naſſoviæ Dillenburgicæ, Diezenſes, Cattimelibocenſes & Idſteinenſes ſunt) porrigebatur. De origine nominis variè ſentiunt Browerus *Annal. Tom. I. p.* 73. (qui tamen *Annal. Lib. XVIII. n.* 55. hunc pagum cum Engerisgovienſi confundit) Winckelman in der Heßiſchen *Chronic. p.* 193. Chron. Gottwicen. *p.* 586. Bernhard *antiq. Wetterav. Lib. II Cap.* 10 Rectè, noſtro judicio, Freherus *Orig. Palatin. P. II. cap.* 10. *p.* 44. nomen habere dicit à montanis, der Heyruch (quaſi dorſum jugi, der Hohe Ruck) quæ prope Lorch, ad Rhenum, initium ſumunt, & usque ad fluvium Uſam prope caſtrum Fridberg ſe ſe extendunt; atque Romanis, ſub nomine *Taunus mons*, nota erant. de quo monte Spener *in Notit. German. antiqu. Lib. II.* C. 3. *p.* 35. *ſeq.* Quémque Browerus in tabulâ Geographicâ

phicâ Trevirenſi, *Tom. I. p.* 71. inſertâ, prope Fridberg & Königſtein annotavit, & hodiedum der Hanrich nominatur. In hoc *Einrichæ* pago occurrunt: Monaſterium *Arnſtein* ad Loganam, inter Naſſoviam & Schaumburg. Item *Ebersbach*, in territorio Dillenburgico. Porro *Heigrebe;* nunc Haiger, ſupra Dillenburg. Chron. Gottwic. *l. cit.* Comitatus *Marvelis*, ab Henrico III. Archiepiſcopatui Trevirenſi donatus, de quo nos ad Diploma dicti Imp. de an. 1039. Donatio Caroli M. Prumienſibus facta an. 790. *in pago, qui dicitur Heinrichi, per loca denominata Naſſongæ, in Squalbach, & Haonſtat, in Kaltenbach & Boumbaim, atque in Taberna, nec non in Heringæ ſive Aendricha & Villare, ſeu in Theodiſſa vel in Abothiſſcheid, atque Larheim.* Conf. *not. b* ad hoc Diploma. *Prichina* (hodie Ober- & Niderbrechen) *in pago Einriche*, cernitur in diplomate noſtro San-Maximiniano Henrici II. Imp. de an. 1023. nec non Bulla Leonis IX. de an. 1051. Hillinus Archiepiſcopus noſter in privilegio Arnſteiniano an. 1163. *allodium Overdieſenbach, in Einriche, cum eccleſia.* Gudenus in *Sylloge diplom. p.* 506. *Albertus I. in littera de anno* 1132. *qua mediante Cænobium Schænavienſe Ordinis S. Benedicti, quod Rupertus Comes Naſſovio-Lurenburgenſis in pago Einriche condiderat, in tutelam ſuam recepit.* Carta Adalberti Archiep. Mogunt. de an. 1160. apud Joannis *Rer. Mogunt. Tom. II. p.* 645. *Villa Urefo, in provincia, quæ vulgò Einriche dicitur, per manum Gerardi Comitis de Nuringen in poſſeſſionem accepta.* Demum huc pertinet *Wiſibadun*; nobis Wisbaden, prope *Langenſchwalbach;* haud procul Moguntiâ. Chronic. Gottwic. *l. cit.*

§. XXV.

Pagi ſenſim deſiere

In hos itaque pagos dividebatur omnis noſtra Archidiœceſis; in quibus non villas ſolùm, hodiéque ſuperſtites, nobis demonſtrant coævæ tabulæ, quarum verba retulimus, ſed & Comites, per quos regebatur omnis pene Trevirorum natio, per hos pagos diſperſa. At ſicuti in eis ſenſim pleraque Regum jura in Archiepiſcopos noſtros, & nonnullos vicinos Dominos tranſiere, quod ordine ſuo in ſequentibus viſuri ſumus; ità unà cum Comitum officio ipſa etiam Pagorum mentio in diplomatibus noſtris paulatim deſiit; adeò quidem, ut Sæculo XII. vix ullius, alteriúſve reliquum adhuc nomen legatur.

creſcente Archiepiſcoporum potentiâ,

Porrò minimè dubitandum eſt, quin hoc Sæculo VII. jam aliquas Regiæ potentiæ partes delibârint noſtri ampliſſimæ auctoritatis Archipræſules, atque ad hos quoque pertinuerit querela Chilperici I. Regis apud Gregorium Turon. *Hiſt. Franc. Lib. VI. Cap.* 46. ſcilicet: *pauperem remanſiſſe fiſcum* (regium) *divitias ad Eccleſias eſſe tranſlatas. Nullos penitus, niſi ſolos Epiſcopos regnare; periiſſe honorem* (regium) *& translatum eſſe ad Epiſcopos Civitatum.* Sanè poſtquam Stephanus Leodienſis ſcriptor Sæculi XI. *Lib. I. vitæ S. Modoaldi. num.* 14. apud Surium *die* 12. *Maij.* Eccleſiarum Francicarum religionem, potentiam & honorem extuliſſet, hæc ſubjicit: *inde eſt, quod nusquam Gentium æqualis potentiæ Pontifices inveniri queant, vel quia regio comitatu & opulentia parum differant.* Ex horum autem numero fuiſſe refert, Arnulphum Metenſem, Cunibertum Colonienſem, Remaclum Tungrenſem, & *Modoaldum Trevirenſem* hujus Sæculi VII. Epiſcopos. Certè, Sæculo VIII. Caroli M. & deinde Sæculo IX. Ludovici pii beneficio conceduntur Trevirenſi Eccleſiæ regiæ immunitates *in ſuis caſtellis, vicis, villis, ſylvis, vineis, agris,*

hominibus &c. profectò non heri, aut nudius tertius, quæſitis. Conf. Ludewig *de Jur. Feudorum Cap. XI. p. 696. ſeq.*

§. XXVI.

Eorundem jura Metropolitica.

Hæc de *civilibus*. Quantum autem ad *ſacra* Trevirenſis Eccleſiæ jura, jam prioribus Sæculis extra propriam Diœceſin ſtabilita, ea, quoad auctoritatem *Metropoliticam* (de *Primatiali* enim nobis hic ſermo non erit) iisdem omnino, quibus hodie, finibus circumſcriptam cernimus in privilegio Numeriani Archiepiſcopi noſtri, ad annum 671. relato, quod ad *Comprovinciales*, id eſt Suffraganeos, Epiſcopos ſuos direxit Metropolitanus; nempe ad Childulphum *Metenſem*, Giſſoaldum *Virdunenſem*, & Ebroinum *Tullenſem*.

§. XXVII.

& diœceſana in eo fundatis Eccleſiis.

Auctus autem eſt hoc Sæculo Eccleſiarum, & Cœnobiorum, utriusque ſexûs, in noſtra diœceſi numerus. Inter hæc Parthenon nobilium Virginum *ad S. Irminam* in Regalibus Horreis in ipſa Trevirorum urbe. Vid. diploma anni 675. Aliud ab Adela Dagoberti Regis filia in *Palatiolo* fundatum an. 690. Tertium celebre virorum monaſterium in *Epternaco*; cujus fundationis & plura dotationis documenta damus ad an. 698. 699. & alios ſequentis Sæculi annos. Quartum *S. Mariæ ad Martyres* infra urbem Trevirenſem ad ripam Moſellæ ſub Ludwino Archiepiſcopo, ejúsque favore ac patrocinio ſurrexiſſe creditur, eo loco, ubi olim palatium Imperatorum, quando eos in Gallias venire contingebat, nec non Præfectorum palatio Galliarum ſtetiſſe putatur; & ubi deinde martyrium plures paſſi ſunt, à quibus Eccleſia appellationem accepit. Vid. Mabillon. *Annal. Benedict. Tom. I. Lib. XVIII. n. 55.* quamvis antiquiorem originem huic monaſterio tribuat Maſenius *in Archidiœc. Treviren. M. S. Lib. III. Cap. 5.* ſed ex incertis conjecturis. Quintum *Mediolacenſe*, quod idem Ludwinus Archiepiſcopus ad Saræ fluenta à fundamentis erexit, atque impensè dotavit: ubi & ipſe monaſticæ vitæ habitum ſuſcepit; quodque deinde Trevirenſium Pontificum quoddam veluti ſeminarium factum eſt. Mabillon. *l. cit. n. 38.* Sextum *Theolegienſe*, in finibus diœceſis Trevirenſis & Lotharingiæ haud procul ab oppidò S. Wendalini ſitum, ſic dictum à Wendalino Scotto, quem primum Theolegii Abbatem nonnulli exiſtimant. Ad conditionem monaſterii Dagobertum Regem ſuppetias contuliſſe perhibent. Conf. Mabillon. *Annal. Benedict. Lib. XI. n. 39.* Septimum *S. Deodati* in monte Vogaſo, quod circa annum 671. confirmavit Archiepiſcopus noſter Numerianus, & paulò pôſt privilegiis auxit S. Hildulphus Archiep. Octavum *Caſeguidinenſe* in Ducatu Luxemburgico, à Rege Sigeberto III. anno circiter 644. fundatum.

§. XXVIII

Schola Trevirenſis

Clericorum ſcholis ipſos Archiepiſcopos noſtros præfuiſſe, jam meminimus *Diſſert. I. §. 22.* Duravit ſanctum hoc inſtitutum, tanto quidem fructu, ut hoc Sæculo VII. S. Germanus, poſtea Abbas Granvallenſis, eâ liberalium artium eruditione è Trevirenſi ſchola prodiiſſe ſcribatur, quæ omnium deinde admirationem ipſi conciliavit. Vid. Mabillonii *Act. SS. Ord. S. Bened. Tom. II. p. 511. n. 1. 2.* Confer etiam annotationem noſtram in Epiſtolam Deſiderii de an. 630. Cùm autem, quod quisque facilè ſibi perſuaſerit, unica ſchola tam vaſtæ Archidiœceſi minimè ſufficeret, hinc præter Epiſcopalem alias quoque inſtitutas legimus. Sanè Ivodii, intra Trevericæ diœceſis fines, hoc Sæculo talis fuiſſe cernitur apud Surium *ad diem 11. Aug. p. 603. edit. Colon. an. 1571.*

S. MODO-

S. MODOALDUS ARCHIEPISCOPUS.

XV.

EPISTOLA S. DESIDERII EPISCOPI CADURCENSIS AD S. MODOALDUM ARCHIEPISCOPUM TREVIRENSEM.

Circa 630.

du Cheſne *Tom. I. ſcript. Hiſt. Franc. Epiſt. Deſid.* 14.

DOmino ſemper ſuo Modoaldo Papæ. Si gratiarum jura beneficiis veſtris recompenſare voluero, non ſapiam; propter illa ſcilicet ſupereminentia bona, quæ anno præſenti erga nos largitas veſtra deſeminare ſtuduit: propter impenſas videlicet ſuperfluentes, propter itinerantium multimodas neceſſitates. Nec ſolum ſamulantium opportuna ſubſidia non pauca miſiſtis, ſed etiam nosmet & expenſis & muneribus ampliaſtis. Impleſti, beate Pater, largitatis officium, ſuſtinuiſti peregrinationem noſtram, compaſſus es laboribus noſtris; & longè à ſolo patrio poſitos ità paterno affectu foviſtis, ut nec regionis ubertatem, nec parentum dulcedinem ex inopia deſiderarem. Dominus noſter JEſus Chriſtus, in cujus amore id impendiſti, tibi pro noſtra extremitate retributor exiſtat. Nunc igitur famulatus mei jura perſolvens, ſupplico, ut quem tunc beneficiis conſolaſtis, nunc orationis beneficio juves. Latorem præterea præſentis officii, filium communem Claudium Abbatem, percipite per omnia commendatum; & munuſcula, quæ ex nobis intulerit, grato animo habetote. Cùm ſe de nuntio opportunitas contulerit, de veſtra & Domini Regis, vel fratrum ac filiorum veſtrorum mereamur incolumitate reſcripti ſerie conſolari.

XVI. DA-

Hanc epiſtolam à Deſiderio Epiſcopo ad Modoaldum *noſtrum* ſcriptam, rectè aſſerunt Henſchenius in *Actis SS. menſis Maji Tom. III. p.* 50. Obiit S. Deſiderius 19. Novembris an. 648. cùm ipſe anno XXIII. Eccleſiæ Cadurcenſi præſideret. At S. Modoaldus, qui ab aliis ad triginta annos rexiſſe Eccleſiam Trevirenſem dicitur, rectiùs ab Henſchenio *l. cit.* pauciori tempore præfuiſſe ſcribitur, nempe ab anno 622. ad an. 640. In actis S. Germani Abbatis Grandis-vallis in diœceſi Baſileenſi (quæ edidere Antverpienſes ad diem XXI. Febr.) ſcribit auctor coævus Bobolenus: *Cùm eſſet S. Germanus infantulus, traditus eſt B. Modoaldo, qui & ipſe illis diebus Trevirorum urbis cathedram arce ſanctitatis tenebat: qui cùm audiſſet, eum elegantem, & ſagacis ingenii cerneret puerum, litteris liberalibus eum erudire cæpit &c.* Præter hæc, & quam hìc damus epiſtolam S. Deſiderii, de S. Modoaldo ueſtro coævi nihil noſcitur extare; niſi, quòd ejus mentio fiat inter Epiſcopos, qui cum ipſo fuerunt in Remenſi Concilio, ſub Sonnatio Epiſcopo, anno 625. vel 630. celebrato, apud Flodoardum *Lib. II. Hiſtor. Remenſ. Cap.* 5.

XVI.

Circa 633.

DAGOBERTUS I.

Majorum dona poſſeſsioneſque Eccleſiæ Trev. diplomate conſtabilit &c.

Brovverus Annal. Trev. Tom. I. p. 351.

DAgobertus Rex Francorum, viris illuſtribus, Ducibus, Comitibus, Domeſticis & omnibus agentibus tam ultra quam citra Rhenum, vel ultra Ligerim, tam abſentibus, quam præſentibus. Illud ad augmentum vel ſtabilitatem regni noſtri ſine dubio in Dei nomine credimus permanere, ſi Sacerdotum vel EccleſiarumDei rectis petitionibus annuentes, id, quod noſtris auribus patefecerint, perducimus ad effectum. Ideoque vir Apoſtolicus pater noſter Domnus Modoaldus Archiepiſcopus Trevericæ Eccleſiæ præceptum afferens ad nos præceptionibus prædeceſſorum anteriorum Regum parentum noſtrorum Sigeberti, Theodoberti, Theoderici, imò bonæ recordationis Hlotharii glorioſi Regis genitoris noſtri manibus roboratum, in quo erat inſertum, quod non ſolum idem genitor noſter, verum etiam præfati prædeceſſores ejus, Reges videlicet Francorum, omnes res quaſcunque boni ſancti viri pro divinæ contemplationis intuitu ad partem S. Petri Trevirenſis Eccleſiæ delegaverunt, ſuorum præceptorum autoritate confirmârunt, quatenus eorum Regnum ſuperno auxilio tueretur, & poſtmodum ipſi in ætherio Regno cum Chriſto ſinè ſine carente gaudere poſſent. Itaque pro rei firmitate idem præfatus præſul Modoaldus deprecatus fuit ſublimitatem noſtram, ut paternum ac prædeceſſorum morem ſequentes, hujuſcemodi noſtræ autoritatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam S. Petri de eisdem rebus juberemus fieri; cujus petitionis libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ autoritatis præceptum erga ipſam Eccleſiam pro divini cultûs amore & animæ noſtræ remedio fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut omnes res vel facultates ad Eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis pertinentes, ſcilicet Cellam S. Hilarii, quæ nunc appellatur S. Maximini, quæ eſt in prædio S. Petri conſtructa, & Cellam S. Paulini, & S. Eucharii, & Monaſterium S. Mariæ, quod idem præfatus Pontifex Modoaldus in Territorio S. Petri nuper à fundamento conſtruxit, & vocatur Horrea, Baſilicam S. Martini ſitam in pago Maiginenſi & cæteras Baſilicas, caſtella, vicos, villas, vineas, ſilvas, homines vel quicquid largiente divina Clementiâ deinceps ad eandem augmentandam Eccleſiam tribuetur, circa Rhenum & Ligerim fluvium, in Regno noſtro conſiſtentia omnia, ſub jure & poteſtate S. Petri Treviren. Eccleſiæ ejúsque Pontificis perpetualiter mancipata permaneant. Præterea pari modo etiam ſtatuimus, ut nullus ex publicis judicibus, vel aliquis ex judiciaria poteſtate in Monaſteria, Eccleſias, Caſtella, vicos vel agros, loca ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ Eccleſiæ, tam ultra quàm citra Rhenum vel Ligerim fluvium, in pagis vel territoriis, quæ infra poteſtatem Regni noſtri memorata poſſidet Eccleſia, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina poteſtas augeri, ad cauſas audiendas vel freda aut tributa, aut conjectos aliquos exigendos, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendos, vel injuſtas exactiones inquirendas, vel thelonium exigendum, noſtris & fu-

turis

XVI.

turis temporibus aggredi audeant, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, nequaquam penitus exigere præſumant. Sed liceat memorato Præſuli ſuisque Succeſſoribus omnia præfata Monaſteria, villas, vicos & Caſtella cum ſuis adjacentibus integre, perpetuo tempore, pro remedio animæ noſtræ ſeu parentum noſtrorum, ſicut in præcepto piiſſimi genitoris noſtri continetur, quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere imperio. Sed ut hoc noſtræ authoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſanctæ Dei Eccleſiæ, noſtris videlicet præſentibus, & futuris temporibus, verius credatur, & diligentius à Succeſſoribus noſtris conſervetur, manu id propria cum Luidis noſtris ſubterfirmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignare juſſimus. Dagobertus Rex Francorum...... Cunibertus Gratia Dei Colonienſis Archiepiſcopus, Abbo Metenſis Epiſcopus, Principius Spirenſis Epiſcopus, Pipinus Major Domus.

XVII. DA-

Fidem hujus cartæ tot & tam ſolidis argumentis oppugnavit, evertitque artis Criticæ parens Zylleſius *in Defenſ. Abbat. S. Maximini Part. II. Cap.* 1. *ſect.* 2. ut rationem non inveniam, qua ea ſuſtineri valeat. Sunt autem illa potiſſimùm hæc: (1.) Quòd Cellæ S. Hilarii nomen nunquam proprium fuerit Eccleſiæ S. Maximini; quippe quæ primitùs S. Joanni Apoſtolo per S. Agritium dicata eſt, deinde S. Maximino; nunquam verò S. Hilario, cujus Cella Pictavis, & ad Legerim quærenda eſt. (2.) Quòd in exhibitis ad judicia exemplaribus eo ſpatio, quod Datæ vacuum reliquit Brovverus, ponatur annus Incarnationis Domini, in nullis Regum tabulis ante Carolum M. adhibitus. (3.) Quòd integro nomine ſubſcripſiſſe ponatur Dagobertus, contra notorium illorum, & multorum inſecutorum Sæculorum morem, quibus non niſi monogrammatibus pro ſignatura Reges & Imperatores uſi ſunt. (4.) Quòd in teſtem citetur *Principius*, anno demum 652. ad Spirenſem cathedram evectus. (5.) Quòd in omnibus exemplaribus, quæ proferri potuerunt, *locus* & *dies* Datæ deſideretur, contra Dagobertinum morem &c. Conf. Mabillon. *de Re Diplom. Lib. III. Cap.* 2. n. 3. Porro Brovverus hoc diploma ad annum 643. refert, cùm Dagobertum anno 638. die 19. Januarii deceſſiſſe, certum ſit.

XVII.

DAGOBERTI I. REGIS DECRETUM

Et Donatio facta Abbatiæ S. MAXIMINI.

633. 4. *Aprilis.*

Miræus Opp. dipl. T. I. p. 124.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Omnium Chriſtianorum noverit induſtria, qualiter ego Dagobertus Rex potentiſſimus, cum convenienti conſilio Epiſcoporum meorum, Comitúmque, Legatos de mea parte ad Abbatem Memilianum direxi, mandans ei, ut diligenter inquireret, mihique per ſe ipſum indicaret, quibus auctoribus illud Monaſterium S. Maximini conſtructum, vel cujus imperio à priſtinis temporibus eſſet ſubjectum. Hanc Legationem Abbas cum fratribus ſollicitè percipiens, perlectiſque in eo loco quibusdam vetuſtiſſimis cartulis inventum eſt, ipſum Monaſterium fuiſſe Conſtantini Imperatoris Regale templum, atque juſſu ejus dedicatum fore in honore S. Joannis Evangeliſtæ à S. Agritio venerabili Archiepiſcopo; in quo videlicet templo, ut idem Pater Monaſterii regalitati certâ relatione patefecit, Helenâ ſacrâ famulâ petente & favente, ſupradictus Imperator pauperes Chriſti congregavit, eisque virum Dei Joannem præpoſuit, ut in ſervitio Dei ſemper & pro orationibus inſiſterent. Et inſuper illius loci habitationem aliæ perſonæ noluit ſubdere niſi ſuæ ſucceſſorúmque Imperatorum poteſtati. His rebus ità eſſe firmiter intellectis, regio more conſtituo, atque firmiſſima juſſione præcipio, ut nullus unquam protervè illud Monaſterium, in quo Abbas ſupradictus præeſſe videtur, audeat inire vel ullam inhumanitatem illi violenter inferre. Igitur ut aſſidua recordatio mei meorúmque parentum maneret in prædicto Monaſterio, ipſorum S. Maximini præbendariorum victualia ſub præmemorato Imperatore conſtituta, additis mea ex parte prædiis, augeri curavi, quorum nomina hæc ſunt: * Kannin, Creſſiacum, Loncwich, Regiodola, Vellis, Polch, Bedeliacum, Talovanc, Loavia; hæc loca ad Regiam Curtem, quæ dicitur Decima, pertinent, quam Curtem cum omnibus rebus ad eam pertinentibus, hoc eſt, quidquid prædii viſus ſum habere à fluvio, qui nuncupatur * Rubora usque ad ſylvam, quæ dicitur * Ieder, ſancto Maximino Præſuli in perpetuam hæreditatem contradidi. Inſuper etiam cum conſilio & rogatu meorum Principum catervis inibi Deo ſervientibus hanc legem firmiter ac perpetualiter impoſterum habendam decrevi, ſcilicet ut centenorum ibidem ſumma Monachorum ſemper integra maneat, & inconvulſa, excepto ſi Imperatorum Principúmve per ſecula ſuccedentium benevolentiâ prædiis augmentatur & theſauris. Et ſi propter paganorum vel infidelium Chriſtianorum eisdem Chriſti ſervientibus penuria ultra modum ingruerit, & per theſauri effuſionem expelli nequiverit, Dei omnipotentis & mei meorúmque Succeſſorum habeant licentiam, allodium cum familia à fidelibus illo contraditum

* Hodie *Kenn, Kirſch, Lunkich, Riol, Fell, Püllich, Büdelich, Talvanc, Lævven, Detzem.*
* *Ruwer.*
* *Iderwald.*

XVII.

tum dandi & vendendi, antequam Dei deſtruantur ſervitia. Et ut iſtius Cartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, deſcribi eam præcepi, & noſtro ſigillo eam inde firmavi. Actum pridie Nonas Aprilis anno regni noſtri XI. Moguntiæ feliciter Amen

Signum Dagoberti Regis, Heriveus Cancellarius ad vicem Ricolfi Archicapellani recognovi.

S. NUME-

Diploma hoc, quod non pro vero tantùm, ſed tanquam genuinorum exemplar, propoſuerat Papebrochius *in Propylæo*, Mabillonius *de Re Dipl. Lib. II. C. 1. n. 2.* ſolidis argumentis, quibus ipſe deinde Papebrochius vela ſubmiſit, ſpurium probat. Falſi notas ipſis Mabillonii verbis hîc recenſeo:

„*Prima* ſuſpicionis ratio petitur ex ipſa invocatione, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.* qualem nullam invenio in genuinis diplomatibus primæ ſtirpis Regum, nedum ipſius Dagoberti, qui abſolutè ab inſcriptione nominis ſui incipere ſolebant, nulla ejuſmodi invocatione præmiſſa.

„*Secunda* ratio deſumitur ex inſcriptione, *qualiter ego Dagobertus Rex potentiſſimus.* Cùm Merovingici Reges hunc modum conſtanter affectarent, abſolutè ſic incipiendo: *Dagobertus Rex Francorum, vir inluſter, &c.* Deinde nunquam (quod ſciam) pronomine *Ego* utebantur initio diplomatum, nec ſingulari numero de ſe loquebantur.

„*Tertium* momentum habetur in illis verbis: *Convenienti conſilio Epiſcoporum meorum Comitúmque, legatos de mea parte ad Abbatem Memilianum direxi.* ubi verba iſta, *Epiſcoporum meorum*, &, *de parte mea*, ævum illud nequaquam ſapiunt.

„*Quartum* momentum eſt in verbis proximè ſubjectis: *mandans ei, ut diligenter inquireret, mihique per ſeipſum indicaret, quibus auctoribus illud monaſterium S. Maximini conſtructum, vel cujus imperio à priſtinis temporibus eſſet ſubjectum*, & cætera, quæ ſequuntur, à forma diplomatica penitùs abhorrere videntur; hiſtoriolámque potiùs redolent, quàm diploma.

„*Quintò*, hic loquendi modus, *cum conſilio & rogatu meorum Principum*, inuſitatus eſt ante Sæculum X. aut XI. quo Imperatores *Principes noſtros* aliquando appellabant. Et quidem ad hæc Imperatorum tempora pertinent hæc verba: *excepto ſi Imperatorum, Principúmve per ſæcula ſuccedentium benivolentia prædiis augmentetur vel theſauris.*

„*Sextò*, incognita eſt Dagobertino ævo hæc clauſula: *Et ut iſtius chartulæ confirmatio firma in ævum permaneat, deſcribi eam præcepi, & noſtro ſigillo inde eam confirmavi.* Nam præter formulam, quæ à Merovingicis penitus diverſa eſt, ut probant exempla & ectypa à nobis allata; *noſtro ſigillo* nunquam uſurus fuiſſet Dagobertus, nec ferè ullus Regum noſtrorum uſus eſt ante Sæculum X. ſiquidem Merovingici has voces adhibebant, *manus noſtræ ſubſcriptionibus;* Carolingi, *anulo noſtro*, vel *anuli noſtri impreſſione.*

„*Septimò*, quòd hæc formula, *Actum pridie Nonas Aprilis, anno regni noſtri XI. feliciter*, non tantùm aliena ſit ab uſu Merovingicorum; ſed etiam ſignum Dagoberti præcedat contra morem omnium Meroveadum & Carolingorum, qui ſignum noménque ſuum ante *Datam* ſemper apponunt.

„*Octavò*, locus dati diplomatis nullus invenitur; quod etiam Merovingis atque Carolinis Regibus rariſſimè, ſi umquam, accidit.

„*Nonò*, quòd Dagobertus monogrammate utitur, cùm ſub prima ſtirpe rarus ejus uſus fuerit in diplomatibus, nec niſi in iis Regum litteris, qui ſcribere neſciebant, uti oſtendi in Libri II. Cap. X. Dagobertus autem ſcribendi peritus fuit, ex Libri V. ſpecimine XVI.

„*Decimò*, quòd Cancellarii ſubſcriptio æque abnormis eſt, *Heriveus Cancellarius ad vicem Ricolfi Archicapellani recognovi.* Nam (ut ne quid dicam de nominibus Herivei & Ricolfi, quæ poſteriorum hominum videntur, nempe Ricolfi Moguntini & Herivei Remenſis) *Archicapellani* nomen pro ſummo Cancellario in uſu non videtur fuiſſe ante Sæculum X. & quidem apud Germaniæ Imperatores, ut ſuperius notabam in Cap. XI.

„Præterea voces in hoc diplomate inſolitas, quas, quia minutioris ſunt inquiſitionis, in ſuſpicionis argumenta referre nolim &c.„ Adde Diſſert. noſtram Sæculo VI. præmiſſam §. *XXIV.*

S. NUMERIANUS ARCHIEPISCOPUS.

XVIII.

Circa 644.

SIGEBERTUS III. REX fundat Monaſterium Caſeguidinenſe, in Diœceſi Trevirenſi.

Miræus opp. dipl. T. III. p. 1. (a) (b)

Sigebertus Rex Francorum Viro inluſtri (b) Grimoaldo Majori-Domus. Singulariter ac per cuncta feliciter ad mercedis noſtræ augmentum credimus pertinere, ſi larga munera ſummi Dei omnipotentis devota mente offerre non dubitemus, quia tunc Regia poteſtas ſuum cultum corroborare videtur, quando ex propria voluntate compendia ſervorum Dei deſtinare non dubitat. Ideóque de devotione animæ noſtræ, cum conſilio magnificorum (c) (d) Apoſtolicorum (c) Cuniberti, (d) Gudonis, vel illuſtrium virorum Grimoaldi, Bobonis, Adalgiſili, Monaſterium regulare in honore Patroni noſtri Petri, Pauli, Johannis vel cæterorum Martyrum, in terra noſtra ſylva Ar- (e) duennenſe, in loco, qui dicitur (e) Caſegongindinus, quem Seſomires fluvius cingere videtur, & ex noſtræ largitatis munere juxta Patrum traditionem Cœnobium volumus conſtrue- (f) re, & ibidem Deo auſpice (f) Remaclum Abbatem conſtituimus, qualiter ibidem ſecundum ordinem & monita antiquorum Patrum converſari debeant: ſic tamen, ut de ipſa caſtra, vel ripa fluminis in directum (g) levas tres de noſtra ſylva (h) Vriacinſe (g) (h) cum ipſa venna Dominica, quæ dicitur Arnulfi, cum Probardo de Badone vel junioribus eorum, qui ibidem ſervire videntur, die præſente conceſſimus ad poſſidendum. Similiter de ſuo ipſo Caſtro ex alia ſylva Dominica, alias tres levas, & in directum irem tres allevas, nec non & aliam venellam in fluvio nuncupante Aliſna, ubi illa petra pro quadrata eſt. Hæc omnia ad uſus eorum ſervorum Dei ex unitate noſtra viſi ſumus condonaſſe; ut habeant, poſſideant, ſuiſque poſteris ſpiritualibus derelinquant, ut potius eis delectet attentius pio Domino preces inceſſabiliter fundere. Et ut præceptio firma atque inviolata permaneat, manus noſtræ ſubſcriptionibus ſubter eam roborari decrevimus.

XIX. SIGE-

NOTÆ.

(a) *Sigebertus*] III. Dagoberti I. filius.

(b) *Girmoaldo*] Fuit is Pipini Landenſis filius, poſt annum demum 649. Majoratu-Domûs Franciæ potitus. Vid. Eckhart *Rer. Francic. Lib. XIII. §. 4. & 12.* Unde præſens charta huic anno debet eſſe poſterior.

(c) *Cuniberti*] Archiep. Colonienſis. Auctor vitæ ipſius apud Surium ad diem XXII. Novembris dicit, eundem ex Archidiacono Trevirenſi *ſeptimo Kalendas Octobris* (an. 623.) *gradum Epiſcopalis benedictionis aſcendiſſe.* Dagobertus Rex ejus conſiliis uſus eſt, & cùm Sigebertum filium Auſtraſiæ Regem conſtitueret, omnem regni adminiſtrationem penes Cunibertum & Adalgiſelum Ducem eſſe voluit. Procurationem palatii Regii hoc adhuc tempore geſſit. Obiit 663.

(d) *Gudonis*] Epiſcopi Metenſis.

(e) *Caſegongindinus*] In Ducatu Luxemburgenſi, ad fluvium Selmarum, qui nunc *Somoy* dicitur, Chiniacum inter & Bullonium. Hodie Prioratus eſt, gallicè *Congnon* appellatus, ſub Abbatia Aureæ Vallis, Archidiœceſis Trevirenſis.

(f) *Remaclum*] Aquitanum genere, & S. Eligii diſcipulum teſtibus Notkero & Harigero ejus vitæ ſcriptoribus. Fuit is è Solemniacenſi Diœceſis Lemovicenſis Monaſterio evocatus *Caſacongnidinum.* De hoc loco ait Harigerus autor Sæculi X. *Cap. 52. Extat usque nunc locus orationis ejus* (Remacli) *opere in rupe exciſus, unde multa proveniant infirmitatibus beneficia, ubi & ſe ipſum aliquamdiu victimam litavit.* Cùm verò hoc in loco nimia hominum frequentia quietem Monachorum & arctiorem diſciplinam turbaret, Remaclus, Harigero teſte, alium & ſecretiorem locum, condendo ibi Monaſterio à Sigeberto Rege petiit, & obtinuit, *Malmundarium* nempe, in diœceſi Colonienſi ſitum.

(g) *Levas*] Leva ſeu Levva hîc pro *banleuca* accipitur. Vid. du Freſne *in Gloſſar. h. voce.*

(h) *Vriacinſe*] *La forêt d'Urés*, ſupra Bullonium.

XIX.

SIGEBERTUS III. REX

653.

Poſſeſſiones Eccleſiæ Trevirenſis ab improborum injuriis vindicat.

Brovverus *Annal. Trevir. Tom. I. p.* 354.

IN nomine Domini Amen. Sigebertus divina favente gratia Francorum Rex. Quoniam adoptionem filiorum Dei præſtolamur, ad quam per pacem attingitur, teneamus pacem invicem, & in omnes; beati enim pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur: ubi enim altercationis invicem diſpendium incurrit, ibi pacis reſidet diſſidium, quæ Eccleſiarum gratioſam fovet & incrementat quietem. Igitur noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium & futurorum notitia, qualiter de cellis beatorum Hilarii, quæ modo cella S. Maximini dicitur, ac beati Eucharii in prædio S. Petri TreVericæ urbis ædificata, quas Dominus genitor noſter Dagobertus, Chriſtianiſſimus Rex, prædeceſſorum ſuorum mores ſequens, ad Eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis, regiæ poteſtatis jure, tradiderat, ac perpetua ſtabilitate firmaverat, Modoaldus ejusdem Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopus in generali palatio noſtro quereloſis ſe precibus proclamavit, plangens eas ab malis graſſatoribus, quorum dux quidam nomine Hattus eſt, contra libitum ſuum ſuorúmque fidelium uſurpatas, ac de ſupradicta Eccleſia violenter abſtractas. At nos pêr omnia omnem præfati Hatti ac ſuorum per ordinem recollentes fallaciam, jam calliditatibus detectis, queremoniam illius veram eſſe agnovimus. *Atque poſt hæc.* Ut autem præſens noſtræ reformationis ſcriptum inviolabile per ſuccedentia tempora in Dei nomine obtineat ſtabilitatem, propria manu cum Duce Martino ac Cuniberto Archiepiſcopo Colonienſi, ac Remaclo Epiſcopo Trajectenſi ſubter eam firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Data Aquisgrani Idibus Maij Anno Dominicæ Incarnationis DCLIII. Sigebertus Francorum Rex. Cunibertus Archiepiſcopus Colonienſis; Remaclus Epiſcopus Trajectenſis.

XX. PRI-

Plures iterum in hoc diplomate nævi cubant, haud obſcuri ſuppoſitionis indices. Eorum nonnullos recenſet Zylleſius *Defenſ. Maxim. Parte II. ſect.* 3. §. 1. inter quos hi ſunt notatu digniores: quòd (1.) Remaclus non fuerit ampliùs anno 653. Epiſcopus Trajectenſis, ſed Theodardus (2.) Ab Hatto Duce & graſſatoribus ejus ſub Sigeberto III. vaſtationem Galliis eſſe illatam, nullum omnino ſcriptorem meminiſſe. (3.) Referre ſe hoc diploma ad Dagobertinum de anno 643. manifeſtè ſpurium. Sed his addenda alia æque gravia, à Zylleſio prætermiſſa: ſcilicet (4.) Invocatio nominis Divini, à qua diploma inchoatur, inuſitata in Merovingicis. Mabillon. *de Re Dipl. L. II. C.* 3. § 2. Chron. Gottvvic. *Lib. II. p.* 1·7. (5.) Annus Incarnationis, ex omnibus ejusdem ſtirpis chartis exul. Mabill. *Lib. II. C.* 23. *n.* 5. & C. 26. *n.* 2. *ſeqq.* (6.) Subſcriptiones teſtium, ante ſeculum XI. omnino inuſitatæ. Eckhard *Introd. in Rem dipl. Sect. III.* §. 6·. (7.) Dagobertus *Chriſtianiſſimus* Rex vocatur, titulo huic ævo penitùs ignoto. Vid. Mabill. *Lib. II. C.* 2. *n.* 5. Add *Analecta ad vitam S. Sigeberti num.* 13. & 15. in Actis SS. Antvverpien. *ad diem* 1. *Februarii.*

XX.

PRIVILEGIVM NUMERIANI

Archiepiſcopi Trevirenſis

Circa 664.

Conceſſum Monaſterio Sancti Deodati in Monte Vogaſo.

Mabillon. *Annal. Bened. T. I. p.* 696.

Dominis ſanctis & ſummi culminis apici pontificaliſque cathedræ ſpeculæ præſidentibus in Chriſto fratribus, (*a*) Childulpho, Giſſoaldo, Eborino epiſcopis comprovincialibus (*b*) Numerianus Archiepiſcopus ſupplex & fidelis veſter præſumit mittere ſalutem. Licet & nos antiquitus regulam conſtitutam ſalubri obſervatione cuſtodire conveniat; tamen ut veſtra proviſione tractante fiat, conſtituimus, ut hoc, quod ſacris deliberationibus non derogat, intrepida obſervatione obſervetur. Et quia venerabilis vir Deodatus Epiſcopus, religioſa poſtulatione aurium noſtrarum intima penetravit, viſceralis pietatis affectu ita cor noſtrum intrinſecus mollivit, ut petita dumtaxat non cedere, ſed libentiſſime non impleſſe noſtris animis inreligioſum fore putare. Sancti igitur deſiderii ardore ſucccenſus ſupradictus (*c*) Deodatus Epiſcopus cœnobii ſepta in honore ſanctæ Dei genitricis Mariæ vel ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſociorum eorum & ſancti Eucharii, Materni & Maximini & omnium ſociorum eorum & S. Mauritii, Exuperii & Candidi, vel ſociorum eorum, baſilicas intra eremi ſecretum locum, nuncupante Galilæa, quod prius Junctaras vocabatur, ſupra flumen Murtæ & Raurobacco, in proprietate autem ſua, quam ex fiſci largitate promeruit, monaſterium conſtruxit, ubi monachos & peregrinos ſub regula beati Benedicti & ſancti Columbani Abbatis collocavit, & noſtræ vilitatis extremitatem ſupplici deprecatione popoſcit, ut nos fratréſque noſtri illi eccleſiæ ibidem deberemus privilegium impertire; & ne hoc nos improbæ deliberationis inſtinctu ſacerdotalis poſteritas æſtimet decreviſſe, cùm etiam ſub hujuſmodi norma tam de inhabitatoribus, quàm à quibuſcunque ibidem aliquid delegatum eſt, eatenus fuerit factum. Inde ergo nos & fratres noſtri

NOTÆ.

(*a*) *Childulpho, Giſſoaldo, Eborino.*] *Childulphus*, qui & Clodulphus, Flodulphus, Metenſis Epiſcopus, S. Arnulphi Metenſis filius, ſanctitatis & paternæ virtutis hæres, ſexto Idus Julii * abiens è vita, apud parentem conditus eſt; memoriam anniverſariam retinens 8. die Junii. Quanquam in Martyrologio Metenſi ad VIII. Idus Maij ponatur: *Metis SS. Confeſſorum, paritérque Pontif. Godonis, atque Clodulphi.*

* Junii

Giſſoaldus, qui & Gisloandus, Epiſcopus Virdunenſis, juxta Vaſſeburgium obiit anno 665 quare ſeriùs hoc privilegium datum eſſe non potuit.

Ebroinus, qui & Eborinus, nec non Ebornus, Tullenſis.

(*b*) *Numerianus Archiepiſcopus.*] Qui ſanctus Treviris colitur die quinta Julii; & in aliis in Martyrologiis celebratur. Vid. Acta SS. Antwerp. *Menſis Julii Tom. II. pag.* 231. Eum in ſede Trevirenſi non exceſſiſſe annum 666 certum ſtatuitur in iiſdem Actis *Menſis Julii Tom. III. p.* 218. Porro *Archiepiſcopum* ſe hìc nominat Numerianus, quod Scribarum vitio tribuendum ſuſpicatur Mabillonius *de Re diplom. L. II. C.* 2. *n.* 13. eò quòd pauciſſimi inveniantur, qui hoc vocabulum ſibi tribuerint ante Sæculum IX.

(*c*) *Deodatus Epiſcopus cœnobii ſepta &c.*] Vitam S. Deodati ſcripſit Richerius, editam *Tom. III. Spicileg.* in qua & hiſtoria fundati hujus cœnobii, cujus confirmatorium eſt præſens diploma Numeriani Conf. Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. I. Liv. X. n.* 33. Acta SS. Antwerpien. *Menſis Julii Tom. III. cit. p.* 218. Hodie Monaſterium *Medianum*, Gallice *Moyen-moutier* nuncupatur.

XX.

ſtri abbates & presbyteri & clerici conſpiratione una & conſenſu jam dicti viri poſtulationi annuentes, hoc ab omnibus nobis decretum eſt, ut quidquid prædictis monaſteriis, & monachis ſub evangelica religione · ventibus ab ipſo venerabili patre Deodato epiſcopo, & à reliquis chriſtianis viris & feminis, aut regio munere ſeu à quibuslibet hominibus ibidem collatum fuerit miniſteril, & de ſacris voluminibus & quod propriis laboribus poterint addere & multiplicare, aut quæcunque ad ornatum noſcuntur ibidem pertinere, præſentibus vitæ noſtræ temporibus ſucceſſorúmque noſtrorum, nullus exinde aliquid pontificum, abbatum, presbyterorum & clericorum, ſeu archidiaconorum aut regalis ſublimitas, ſuis uſibus audeat uſurpare aut minuere. Et cùm ſæpe dictus Deodatus epiſcopus, qui eſt Pater ipſius monaſterii, de hoc ſæculo evocatus, illum, quem unanimiter omnis congregatio illa ex ſemetipſis optimæ regulæ conceptu elegerit, ſeniorem & abbatem ſibi inſtituat. Et ſi eis opportunum fuerit, eccleſiam benedicendam & ſacros ordines percipiendos, à quocunque pontifice decreverint, licentiam habeant expetendi, nullúsque de eodem monaſterio, ſeu de parochiis aut ceteris monaſteriis absque ulla regula & privilegiis viventibus, muneris causâ audeat ſperare & auferre, & niſi invitatus ab Abbate & totius unanimitatis congregatione, liceat ei monaſterii ipſius atterere ſepta. Si ergo ab eis pontifex communiter poſtulatus, pro ipſorum utilitate acceſſerit, quod ipſe abbas aut congregatio ſua ſancta elegerit, ità fiat, & celebratis ac peractis divinis myſteriis mox absque ullo requiſito dono ſtudeat abire. Quatenus monachi, qui ſolitarii nuncupantur, de percepta quiete valeant juvante Domino per tempora exultare, & ſub ipſa ſancta regula viventes, beatorúmque vitam patrum ſectantes, pro ſtatu eccleſiæ catholicæ, & pro deſiderabili ſalute Childerici glorioſi principis, plenius Dominum valeant exorare. Et ſi aliquid ipſi monachi quantulumcunque de religione indebite egerint, ſecundùm ſupradictam regulam domni Benedicti, & ſancti Columbani abbatis, & à proprio objurgantur abbate; & ſi, quod abſit, talis inter abbatem & monachos diſſenſio aliqua & murmur conſurgere videatur, qualis minime ab eodem abbate ibidem ſedari poſſit; tunc miſſus epiſcopus eorum, ad alios abbates, qui ejusmodi regulam tenent, conveniant in ipſo monaſterio, ſcandalúmque deprimant ſententia regulari; quia nihil de canonica autoritate convellitur, quidquid domeſticis fidei pro quiete tranquillitatis tribuitur. Quodſi quis invenitur auſus, quæ ſuperius ſunt comprehenſa, temerario ſpiritu violare, à divina ultione proſtratus reatui anathematis ſubjiciatur, & inſuper iram omnipotentis Dei incurrat, omniúmque ſanctorum. Ut ergo privilegium hoc in nullo poſſit convelli, ſed præſenti tempore, futuroque Chriſto Domino protegente incorruptum valeat perdurare, ac firmiſſimis ſubſiſtat vigoribus, manu noſtrâ & fratrum noſtrorum epiſcoporum & abbatum vel presbyterorum & archidiaconorum ſubſcriptionibus roboratur, & inſuper fratribus noſtris venerabilibus viris Blidoaldo presbytero Ilahino diacono, quo perpetuo maneat inviolatum, deſtinavimus ad confirmandum. Signum Numeriani archiepiſcopi, qui hoc fieri præceptum. ---- S. Dragobodi Epiſc. S. Grotgrani. * S. Baldoni Epiſcopi. * alias Gratcharius
S. Dodoni Epiſcop. S. Chroabaldi Epiſcop. S. Gariberti Archidiaconi. S. Prodagii Epiſc. Ego Filbertus rogatus ſcripſi.

S. HILDULFUS
ARCHIEPISCOPUS.

XXI.
RECENSUS PRIVILEGII MONASTERIO
S. DEODATI
in Monte Vogaſo
A
S. HILDULPHO
ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI
conceſſi. (*a*)

Circa 670.

(*a*) Surius *Tom. III. menſis Jun. die* 19. *p.* 840.

IN quibusdam cœnobii (Vallis-Galilææ) regia & pontificia auctoritate firmatis privelegiis vel litteris (*b*) beati Patris noſtri Hildulphi nomen reperitur præfixum titulis, duodecim ſubſcribentibus epiſcopis. Inibi ſanctæ compaſſionis vir (*c*) archiepiſcopus, immo (*d*) patriarcha, profitetur ſanctam & compunctam religioſámque poſtulationem venerabilis viri Deodati epiſcopi ſuarum aurium intima penetraſſe, & viſcerabili affectu pietatisità cor ſuum charitativâ petitione emolliviſſe, ut voluntatem ejus libentiſſimè non impleviſſe, nimis irreligioſum eſſe putaverit. Conſequenter etiam ibidem annotatur, quoniam ſancti deſiderii ardore ſuccenſus reverendus Deodatus epiſcopus, in Valle-Gal-

NOTÆ.

(*a*) Deficiente ipſo diplomate, quod permagni momenti eſſe dignoſcitur, putavimus, hoc loco reponendum ejus tenorem, fideliter deſcriptum à monacho ejuſ loci, qui illud ſe vidiſſe aſſerit in quibusdam-ejusdem cœnobii chirographis ſeu inſtrumentis, regali & pontificali auctoritate firmatis.

(*b*) *Beati Patris noſtri Hildulphi.*] Brovverus *Annal. Trev. Lib. VII. n.* 157. ſecutus fidem Geſtorum Trevirenſium, S. Hildulphi pontificatum ponit inter Milonem & Weomadum ad annum 758. ſed graviſſimi viri, in arte critica exercitatiſſimi, Henſchenius *in Diatriba de tribus Dagobertis Lib. IV.* §. 5. Mabillonius *in Annal. Benedict. Lib. XV. n.* 58. Humbertus Belhommeus Abbas Mediani Monaſterii *in Actis SS. Antverpien. menſis Julij Tom. III. pag.* 210. *& ſeqq.*, & alii, certiſſimis argumentis probârunt, Hildulphum in cathedra Trevirenſi immediatè ſucceſſiſſe Numeriano, & locum feciſſe Baſino. Vim argumentorum, quibus hæc vera ætas Hildulphi demonſtratur, ſic contraxit Belhommeus *l. cit. p.* 215. *Lit. f.* „ Si hic ſanctus Miloni in Archiepiſcopatu Trevirenſi, Pipino jam regnante, tranſactóque jam medio Sæculo octavo ſucceſſit, certè nec S. Maximini reliquias tranſtulit, nec S. Othiliam baptizavit, nec B. Deodato, cœnobii Vallis-Galilææ conditori, amicus fuit, nec deniqueMedianum conſtruxit monaſterium, in quo jam inde ab initio ejusdem ſæculi florebat Reimbertus Abbas, quem ſecuti ſunt Sindrabertus, Madalvinus & Fortunatus, qui tempore Caroli M. eidem monaſterio præfuit. Longè autem credibilius eſt, Auctores vitarum S. Hildulfi „ (*quæ Sæculo X. conſcripta fuit*) & Deodati (*anno* 1049. *ad Leonem IX. P. M. delatæ, & in provinciali ſynodo S. Rom. Eccleſiæ recitatæ*) „ qui hæc omnia accuratè recenſent, exactam Principum & Epiſcoporum chronologiam ignoraſſe, quàm veram præcipuarum rerum ab his Sanctis geſtarum hiſtoriam neſciviſſe. Unde ex hujusmodi rebus ab eis geſtis, certóque tempori alligatis, emendanda potiùs venit haud ſatis comperta prædictis auctoribus chronologia, quàm ex ejusdem chronologiæ repugnantia rerum ab ipſis relatarum veritas deneganda &c.

(*c*) *Archiepiſcopus.*] Sunt, qui de Hildulphi Archiepiſcopatu dubitent. Vidit Mabillonius *Annal. Benedict. Lib. XV. n.* 58. veterem catalogum Trevirenſium Epiſcoporum, ubi Antiſtites noſtri hoc ordine recenſentur: *Modualdus, Numerianus, Baſinus, Liutwinus, Milo, Wiomadus*, Omiſſo penitus Hildulfo. At frequens eſt in veteribus Epiſcoporum catalogis omiſſio illorum, qui in ſua ſede defuncti non ſunt: Hildulfus autem ſedem Epiſcopalem Trevirorum longè ante obitum dimiſit, & in Mediano, quod condiderat, monaſterio diem clauſit extremum. Unde facile fuit, ut Auctores Geſtorum Trevirenſium, cùm in vitis S. Deodati & S. Hildulfi hujus Epiſcopatum legerent, in errorem chronologicum inducerentur. Archiepiſcopatum autem Hildulphi probant omnes ejus vitæ, quarum tres ſunt: probat & hoc privilegium, quod, tot Epiſcoporum auctoritate roboratum concedere non potuiſſet, ſi Trevirenſis verè Epiſcopus non fuiſſet.

(*d*) *Patriarcha.*] Id eſt, Primas.

XXI.

Galilæa, quam ex regis fiſco promeruerat, (e) cœnobia apud Juncturas, ſicut ſupra diximus, conſtruxit primus, ubi monachos vel peregrinos, ſub (f) ſanctiſſimorum Patrum Benedicti & Columbani regula victuros, deliberabat collocare devotus. Cui tandem communi decreto ſanctorum antiſtitum conceditur, ut nullus regum vel principum, aut epiſcoporum, ſeu quorumcunque clericorum, ſuis uſibus audeat aliquando præuſurpare quicquam eorum, quæ ad Dei famulos, ibidem ſub evangelica perfectione degentes, pertinere videntur, & quæ ab ipſo patre Deodato epiſcopo acquiſita fuerint, aut regio munere ſeu reliquorum fidelium collatione, tam in ſacris voluminibus, donariiſque altaris, & eccleſiaſticis ornamentis, quàm in iis, quæ deinceps ipſi ſervi Dei proprio labore addere potuerint. Et quandocunque ſæpedictus Deodatus, qui nunc eſt pater monaſterii ipſius, à Deo fuerit vocatus, quem illa congregatio ex ſeſe unanimiter elegerit, ſubrogetur, & ad altaria benedicenda, vel ſacros ordines percipiendos, quem voluerint epiſcopum expetant; nulláque eccleſia abſque privilegiis vivens quicquam ſperare vel auferre ab eis præſumat, & nemini, niſi invitatione aut permiſſione totius congregationis, liceat monaſterii ipſius ſepta intrare. Quodſi quilibet pontificum, ab eis communiter poſtulatus, pro ipſorum utilitate acceſſerit, mox ſecundùm voluntatem congregationis expleto ſuo miniſterio abeat, abſque requiſitione ullius muneris: quatenus ſub ſancta regula viventes de percepta quiete, juvante Domino, per tempora exultent, & pro ſtatu eccleſiæ catholicæ plenius Deum exorent. Si autem aliquam tranſgreſſionem regulæ ſuæ fecerint, & à proprio paſtore objurgari noluerint, etiamſi epiſcopus eorum, qui & abbas, ſeditionem congregationis ſedare per ſe nequiverit, tunc alios abbates, eandem regulam profeſſos, ad ipſum monaſterium convocet, qui ſententiâ regulari ſcandalum deprimere curent. Quod utique privilegium infringere auſus, præſentium authoritate præſulum damnatur, & per venerabiles viros Blidoaldum presbyterum & Jahanum Diaconum (g) abſentibus ad ſubſcribendum deſtinatur. Quod & devotè fuiſſe factum, ſuperiùs eſt dictum.

S. BASI-

NOTÆ.

(e) *Cœnobii apud Juncturas.*] Sic appellari, quod Robachus & Morta fluvioli non longè ab ejus pede ſimul jungantur.

(f) *Sanctiſſimorum Patrum Benedicti & Columbani regula.*] Conjuncta fuit regula S. Columbani cum Benedictina, perſeveravitque ea conjunctio toto ſeptimo Sæculo, non modò in monaſteriis à S. Columbano inſtitutis, ſed etiam in multis aliis, quæ ſub utraque regula de novo condita ſunt; uti inter alia hoc noſtrum Vogaſenſe ad Juncturas. At Sæculo inſequente ſola ſuperfuit S. Benedicti regula Mabillon *Annal. Benedict. Tom. I. in Præfat. n. 23. & ſeqq.*

(g) *Abſentibus ad ſubſcribendum deſtinatur.*] Hoc exemplo confirmatur id, quod obſervat Mabillonius *Annal. Benedict. Lib. XV. n. 60.* & alibi, ſcilicet privilegia non rarò per abſentes eſſe ſubſcripta; imò & per ſubſequentes Epiſcopos.

S. BASINUS
ARCHIEPISCOPUS.

XXII.

DIPLOMA
DAGOBERTI II. REGIS
conceſſum Irminæ filiæ, & monaſterio Virginum in Horreo, ab hac Treviris conſtructo.

675. 26. *Aug.*

Papebroch. *Tom. II. April. p. 6.*

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Dagobertus divina preordinante providentia Rex. Si eccleſiaſticis negotiis, & ſervorum & ancillarum Dei utilitatibus queque neceſſaria providerimus, & de noſtris rebus aliquod beneficium conferre ſtuduerimus, id nobis ad temporalis noſtri regni ſtatum, & eterni promerendum premium incunctanter credimus profuturum. Comperiat ergo omnium ſancte Dei eccleſie fidelium preſentium & futurorum induſtria, quia rogatu dilecte conjugis noſtre Regine * Nanthildis monaſterio in Treverica valle in honore ſancte Dei genitricis ab Irmina filia noſtra conſtructo, & ſanctimonialium coadunatione decorato ex rebus proprietatis noſtre in pago Muslenſe, in marca Burenſe has villas, Machere, Lorricke, Baldebruno, Hildenesheim, Walcheim, Speia, Brunneche cum terris cultis & incultis, vineis, molendinis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, viis, inviis, exitibus & regreſſibus, & quidquid habuimus legali autoritate contradidimus, ea ſcilicet conditione, ut pauperes Chriſti inde in reliquum temporalia ſubſidia habituri, eterne vite ſubſidia nobis ſupplicationibus ſuis apud Deum poſſint preparare. Preterea fidelibus noſtris, tam preſentibus, quam futuris, notum fieri volumus, qualiter dilectiſſima filia noſtra Irmina allodium ſuum, quod Laudunenſi epiſcopatu in his locis Loduſa, Ancia, Balbengeis, Wartengeis, cum omnibus appendiciis ad eadem loca juſte & legaliter pertinentibus à ſponſo ſuo Hermanno ſcilicet comite in dotem legali traditione ſuſcepit, pro remedio anime ſue & predicti ſponſi ſui ad idem monaſterium, quod vocatur Horreum cum XL. manſis in ipſa Treverica valle ſitis, & extra urbem iſtis villis, Orneva, Munzenfelt, Willarei, Ruzfurt, Wintersdorff, Rubera, per noſtram manum cum omni integritate contradidit, ea ſcilicet ratione, ut ſanctimoniales inibi Deo ſancteque genitrici ejus perpetualiter famulantes in iisdem bonis nullius perſone magne vel

parve

* Machtildis

XXII.

parve violentiam patiantur, ſed victum & veſtitum inde ſemper absque omni inquietudine conſequantur. Et ut hæc preſens traditio, tam ſua, quam noſtra, ſtabiliorem in Dei nomine ſemper poſſit habere firmitatem, preceptum hoc inde conſcriptum manu propria ſubterfirmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

XXIII. TE-

Quæ circa hujus diplomatis autentiam magnâ eruditorum contentione diſputata fuêre, legi poſſunt apud Hadr. Valeſium *Rer. Francicar. Tom. III. Lib.* 19. *pag.* 131. Henſchenium *de Tribus Dagobertis Lib. II. Cap.* 10. 11. 12. 13. Item *in Actis SS. die* 1. *Febr.* Nec non *in Genealogia S. Sigeberti, præmiſſa Tom. III. Martii Act. SS.* Papebrochium *in Propylæo antiquario præmiſſo Act. SS. Tomo II. Aprilis. Cap.* 1. 2. 3. 4. 5. 6 Maſenium *Annotat. XIII. ad Tom. I. Annal. Trev. Brovveri.* Mabillonium *de Re diplom. Lib. IV. n.* 145. Hiſtoriam diplomaticæ hujus litis ita deſcribit Ludevvig *Reliq. Manuſcript. in præfat. ad Tom. I.* §. 32. „ De originibus Horreenſis Virginum cœnobii in urbe Trevirenſi multæ lites. Adſervant cœnobitæ Dagoberti Regia diploma, quo ipſe Horreum palatium verterit in nobilium virginum contubernium, præfeceritque ei filiam ſuam Irminam Abbatiſſam. Exſibilat hoc Hadr. Valeſius. Diplomatis nævos plures oſtendit Godefridus Henſchenius, emendátque in gratiam cœnobitarum. Cujus etiam auctoritatem tuetur Jac. Maſenius, additque Dagobertinum ſigillum. Verùm Papebrochius illud commentitium eſſe, probare inſtituit, retractavitque omnia, quæ ante, cùm ipſe ſcripſerat in gratiam ejus, tum illius ſodalis. Sed iterum tuetur illud Mabillonius. Habent tamen omnino ſacræ virgines, quod requirant, qui cauſam agant eorundem ex inſtituto. Nam intereſt earum cùm urbis, tum Archipræſulis cansâ, ut vetuſtatem tueantur, averruncéntque opprobrium litterariæ ſui cœnobii impoſturæ. „ Quod deſideravit Ludevvigius, id bona ex parte expleviſſe videtur Eckhart *Rer. Francic. Lib. XV.* §. 4. ubi talia ſcribit: „ Henſchenius & Papebrochius diploma Dagoberti II. Regis proferunt monaſterio S. Mariæ Trevirenſi, quod *Horreum* vocabatur, conceſſum & datum *VII. Kalend. Septemb. anno Regni Domini Dagoberti II. Actum Treviris in Dei nomine feliciter.* Sic enim datum hoc corrigendum, interpolationes verò impoſtoris removendæ ſunt. Ex antecedentibus liquet, has temporis notas annum nobis Chriſti 675. exhibere. ..... Vitam S. Irminæ Abbatiſſæ Horreenſis Theofridus Epternacenſis Seculo undecimo compoſuit; in illa refert *Hermannum* quendam *Comitem* Gallicanum, *conſcripta* Irminæ *ampliſſima dote in Tyraſio* (Gall. la Tierasche) *& aliis locis*, hanc ſibi deſponſaſſe, ſed ante diem nuptiarum immatura morte præreptum eſſe, & Irminam protinus Chriſtum in ſponſum elegiſſe, ac, præter dotem Comitis defuncti, ex paterna vel materna hæreditate Treviris *monaſterium*, quod dicitur *Horreum*, ædificaſſe. Sigebertum natum eſſe anno 630. non dubium eſt. Dagobertus igitur ſecundus ex Innechilde naſci potuit anno 646. Dagobertus in Hibernia exul *Machtildem* duxit, *Saxonum*, ſive Anglo-Saxonum *Ducis* filiam, ſi Bruſchio in Epitome de Epiſcopis Germaniæ, ubi de Arbogaſto Epiſcopo Argentoratenſi agit, credimus. Ex hac Machtilde iterum naſci potuit Irmina anno 662. Anno igitur 675. illa annum ætatis decimumquartum complevit, & amiſſo ſponſo Chriſto virginitatem ſuam devovit. *Monaſterium Horreenſe* eam ædificaſſe ex diplomate modo allato non apparet, ſed illud inſignibus tantum bonis dotavit. Circa annum certe 659. quo S. Gertrudis Abbatiſſa Nivellenſis obiit, Horreenſis monaſterii Abbatiſſa *Modeſta* erat, ut vita S. Gertrudis, ab Anonymo coætaneo conſcripta prodit. Poſt aliquod tempus tamen Irminam *Abbatiſſam* factam eſſe, chartæ ejus pro Epternacenſi Monaſterio datæ, quas ſuo loco recenſebimus, evincunt.

XXIII.

TESTAMENTUM ADELÆ FILIÆ DAGOBERTI REGIS

Favore Monaſterii Monialium in Palatiolo ab ipſa fundati.

690. 1. *Aprilis.*

(*a*) Brovverus *Annal. Trev. Tom. I. p.* 357. ADela in Chriſto Domino ſacrata Abbatiſſa; Dagoberti Regis quondam filia. Cum pervulgatum, notúmque bonis omnibus ſit, quemadmodum nos monaſterium

(*b*) in (*b*) villa, quæ dicitur Palatiolum, in ripa poſitum fluminis Moſellæ, quod ipſum à Pippino Majore domus Treviris permutatione quæſivimus, honorique S. Mariæ Virginis, genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & beatorum Petri & Pauli, ceterorúmque Sanctorum jam dudum ad proprii monaſterii uſum extruximus, in eóque monacharúm cœtum, diſciplina & Regula S. Benedicti viventium aggregavimus, faciendum denique nobis viſum eſt, ut has vitæ degendæ neceſſarias opes, quas de propriis hactenus largitæ fuimus, teſtamenti etiam præſenti pagina confirmaremus.

Legamus itaque, & donamus huic, quod diximus, monaſterio villam noſtram, quæ dicitur Palatiolum, in qua cœnobium eſſe conſtructum videtur, ídque cum omni integritate, tam domibus, ædificiis, additamentis, caſis, curtibus, manſis, mancipiis, quam vineis, campis, pratis, ſylvis, adjacentibus, farinariis, aquis aquarúmque decurſibus, & omnibus iis, quæ ad ipſam pertinere villam conſtat.

Addi

NOTÆ.

(*a*) *Adela Dagoberti Regis quondam filia.*] Dagoberti ſcilicet II. Alii eam etiam *Addulam* & *Adelantem* vocant. Credidit Eckhart *Rer. Francic. Lib. XV. n.* 11. (neque temerè) ab illa non differre *Adulam*, quæ Andanenſe Cœnobium inviſiſſe dicitur in vita S. Gertrudis *Cap. XI.* ubi *filius parvulus, quem multum delicate diligebat*, in fonte ſubmerſus, &, lecto S. Gertrudis appoſitus, reſuſcitatus fertur. Ea enim, quæ ibi de *Adula* hac dicuntur, congruunt in Dagoberti Regis filiam. Verba vitæ S. Gertrudis hæc ſunt: *Non poſt multos dies* (cum Begga S. Gertrudis ſoror Andanenſe Cœnobium ſub finem ſeptimi ſeculi extruxiſſet) *ad idem Monaſterium quadam religioſa fœmina venit, ex nobili genere orta, cui nomen erat Adula, in omnibus fere ancilla Chriſti, in habitu caſta, in humilitate religioſa, in charitate non ficta, in eleemoſynis ſenibus ac pauperibus larga, egenis & peregrinis hoſpitalis.* Videtur etiam Mabillonio *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XIX. n.* 5. ea eſſe *Adolana Abbatiſſa*, cui in Epiſt. Bonifacii *LI.* Elfeda, itidem Abbatiſſa, Anglicani cujusdam Cœnobii, aliam Abbatiſſam, etiam Anglicanam, Romam pergentem, commendat, hac ſalutatione præmiſſâ: *Dominæ ſanctæ atque à Deo honorabili Adolanæ Abbatiſſæ, Elfeld, Eccleſiaſtica familia famula ſempiternæ ſoſpitatis ſalutem in Domino.*

(*b*) *Villa, quæ dicitur Palatiolum.*] De hac egimus latiùs in Diſſertatione Seculo VI. præmiſſa. §. *VII.*

XXIII.

(c) Addi volumus his prædium (c) Scripnaſium in pago Moſao ſitum, ad ipſius Moſæ fluminis ripam, omnéſque poſſeſſiones ejus villæ, uno duntaxat quadraginta jugerum agro excepto, quem Inſulæ nomine appellatum, jam (d) ante (d) dulciſſimo filio Alberico donavimus. Similiter à Deiparæ matris hoc monaſterio poſſideri prædia ea omnia volo, quæ in Bietbergis, Beſſan-(e) cióque ſita, quæque à dulciſſima (e) germana mea Regentrude dato pretio comparavi. Rurſus portiones meas villarum * Enchiariaci, * Urſiaci, * Caimetarum his adjicio, quæ ad Moſellam omnes ſitæ ſunt.

* *Enckerich.*
* *Urzig.*
* *Keims prope Cellas.*

Quibus adjungi res etiam eas, facultatéſque placet, quæ in prædio Regimoſeti à Feronio filio Tullonis juſtæ mihi venditionis titulo quondam obtigere. Accedunt etiam his poſſeſſiones Baldelingis, quæ (f) in pago ſitæ Betenſi, & à Ganciofrido, & Wigerico (f) emptæ, in jus peculiúmque meum redactæ ſunt. Item quæ in prædio * a Machariaco à Bertonio mihi donata. Hæc omnia tribuo, donoque. Ad extremum id quoque de ſententia congregationis memoratæ ſtatuimus, ut, quidquid opum poſſeſſionúmque in monaſterium hoc ipſum contulimus, id in Archi-Epiſcoporum Eccleſiæ Trevericæ ſemper ſit arbitrio, atque tutela.

* a *forte Machera.*

Datum Kalendis Aprilis anno XII. Theoderici Regis.

S. LEOT-

N O T Æ.

(c) *Scripnaſium in pago Moſao.*] Vid. Chron. Gottw. *l. cit. p.* 693.

(d) *Dulciſſimo filio Alberico.*] Habuit primùm Adela maritum virum illuſtrem, ex quo mater fuit *Alberici*; hæc iterum genuit *Albericum*, qui anno 722. in comitatu S. Bonifacii aviam Adelam in Monaſterio ſuo Palatiolenſi inviſit, & Bonifacium deinde ſecutus eſt magiſtrum, uſque dum ſub nomine *Gregorii* Abbas Trajectenſis factus eſt, ut ex Ludgeri vita S. Gregorii hujus diſcimus. Defuncto Gregorio Abbate, *paſtoralem curam* *Albericus Nepos ejus ibidem ſuſcepit*, ut Alfridus in vita S. Ludgeri *Cap. XIII.* prodit.

(e) *Germana mea Regentrude.*] Multùm hâc charta illuſtratur genealogia Adelæ; ex ea hoc confecit Schema Eckhart *Rer. Francic. Tom. I. p.* 265.

Dagob. II. Rex ✠ 778.
Ux. Mechtildis.

Sigebertus ✠ 678. — Irmina Abbatiſſa Horreenſis — Adela uxor N. dein Abbatiſſa Palatioli. — Regentrudis

  Albericus.

    Albericus, poſt Gregorius dictus Abb. Trajectenſis — N.

      Albericus Abbas Trajectenſis.

(f) *In pago ſita Betenſi.*] ſic legendum, & non *Bentenſi*, ut legit Brouwerus *Anal. Lib. VII. n.* 83. Unde error profluxit eorum, qui *Bentenſem* pagum conſtituerunt à *Betenſi* diſtinctum. Ad de Chron. Gottwicen. p. 557.

S. LEOTWINUS
ARCHIEPISCOPUS.

XXIV.
S. IRMINA
donat
S. WILLIBRORDO
medietatem Epternaci, itémque Baſilicas à ſe ibidem ædificatas.

698. 1. Novemb.

Miræus Opp. dipl. T. I. p. 243.

(a) (b) Domino ſancto ac venerabili in Chriſto patri Willibrordo epiſcopo (a) Irmina in Chriſto Deo ſacrata abbatiſſa. Dum ab omnibus non habetur incognitum, quod ego, inſpirante miſericordia Chriſti, pro conſilio virorum apoſtolicorum, patrum noſtrorum, (b) domini Baſini & domini Leotwini epiſcoporum, ſeu & pro cooſenſu ſororum noſtrarum Chriſto ſervientium, quæ nobiſcum ſunt congregatæ, baſilicas in nomine S. Trinitatis, vel in honore glorioſiſſimæ virginis Mariæ genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſeu & beatiſſimorum apoſtolorum Petri & Pauli, vel cæterorum ſanctorum, in villa mea propria, quæ vocatur (c) Epternacus, ſita ſuper fluvio Sura, ſeu & monaſteriolum ibidem ad monachos peregrinos cooverſandum, vel.... pauperes ibidem alimoniam petendum, pro divino reſpectu, vel pro animæ meæ remedio conſtruxi. Et dum (d) ſanctitas & dilectio veſtra erga me vel monaſterium meum aſſiduè agitur, igitur decrevi apud animum meum, ut vos de rebus meis propriis in aliquo conſolari deberem; quod ita ſpontanea voluntate feci: idcirco dono vobis, donatúmqoe (c) (d)

N O T Æ.

(a) *Irmina*] De qua ſupra in notis ad diploma Dagoberti II. de anno 675.

(b) *Domini Baſini & Domini Leotvvini Epiſcoporum.*] Trevirenſium ſucceſſivè Præſulum. Ajunt quidem Geſta Trevirorum *Cap. XXXVIII. edit. Leibniz. Lutvvinus...... defuncto avunculo ſuo Baſino Epiſcopo ſucceſſit.* Verùm præſens diploma, & bina, quæ ſequuntur, Luitvvino ad infulas aſſumpto Baſinum ſupervixiſſe demonſtrant. Quod cùm Notator Miræi *Opp. Diplom. Tom. I. pag.* 243. *not.* 3. adverteſſet, conjecit Luitvvinum ab avunculo Baſino Epiſcopum ordinatum eſſe, qui gentiles ad ſacra Chriſtianorum adduceret, quippe quòd ſolerent iis temporibus hunc in finem Epiſcopi quidam creari. Sed rectius Martene & Durand. *Collect. Ampl. Tom. I. præf. pag.* 31. Eckhart *Rer. Francic. Lib. XVIII. n.* 5. Wilthemius *Annal. M. S. S. Maxim. Lib. II.* Baſinum abdicato Epiſcopatu ad Trevirenſe S. Maximini ſuæ primæ profeſſionis Monaſterium ſe recepiſſe, ut ibidem liber ab omnibus curis rerum, divinarum contemplationi vacaret. Et id quidem anno 695. uti memorat Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. I. Lib. XVIII. n.* 28. Quamdiu autem ſanctus Antiſtes poſt ſeceſſum ſupervixerit, incompertum eſt. Occurrit autem nobis adhuc in charta Irminæ de anno 704. Porro cùm antiquus liber cenſuum S. Maximini manſos S. Baſini dono, in Embilado (*Emmel*) Maximinianorum vico ad Saravum amnem, quæſitos enumeret, facilè crediderim, hos fundos, ex antiquis poſſeſſionibus acceptos, Baſinum donâſſe, eò quòd ſoror ejus Gonza fuerit Leotvvini mater, hominis circa Saravum opulenti.

(c) *Epternacus ſita ſuper fluvio Sura.*] Hæc prima fundamenta celebris Abbatiæ Epternacenſis Ord. S. Benedicti, quatuor ab urbe Trevirenſi horis diſſitæ, intra fines Ducatus Luxemburgenſis. Add. Chartam Irminæ de ann. 699.

(d) *Sanctitas & dilectio veſtra erga me vel Monaſterium meum aſſiduè agitur.*] S. Willibrordus

XXIV.

túmque eſſe volo, memoratas baſilicas ſanctorum, ad gubernandum vel dominandum. Itemque dono vobis ad ſupradicta loca ſanctorum, portionem meam in ipſa villa Epternaco, hoc eſt, quantumcunque ex ſucceſſione paterna vel materna mihi obvenit, tam in domibus quam ædificiis, manſis, mancipiis, vineis, terris, campis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis aquarúmque decurſibus; ſeu & paſtores vaccarios, porcarios, vervecarios, cum gregibus eorum, vel cum appenditiis ſuis, id eſt, Badalingo, Mathoſovillare; exceptis hominibus illis, quos per epiſtolas noſtras ingenuos relaxavimus. Similiter dono vobis, vel ad ſupradictas baſilicas vineæ pedeturam unam (e) in monte Vienneſi cum vinitore nomine Alitfrido, cum omni peculiari ſuo. Iſta omnia, ut dixi, ad iſta loca ſanctorum, vel vobis à die præſenti tradimus atque transfundimus ad gubernandum vel ad dominandum, ea ratione, ut quidquid de re ſuperius memorata in Dei nomine facere volueritis, liberam & firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Nam ſi quis contra hanc chartulam donationis meæ venire tentaverit, inferat fiſco auri libras decem, argenti pondo viginti, manente nihilominus firmitate. Actum Treveris ſub die Kalend. Novembris, anno IV. domini noſtri Childeberti regis. Ego Huncio in Chriſti nomine presbiter hanc chartulam donationis, jubente domina mea Irmina, perſcripſi: & ipſa ſubter manu propria una cum teſtibus firmavit, & qui ſubſcripſerunt, in præſenti rogavit. Ego Irmina in Chriſti nomine hanc donationem relegi. Baſinus epiſcopus. Leodowinus epiſcopus. Theodefridus presbiter. Waltharius diaconus. Gangbertus presbiter. Hudobertus presbiter.

XXV. TE-

NOTÆ.

brordus Friſiæ Apoſtolus omnium ſibi æſtimationem & benevolentiam conciliabat. Cùm etiam in Horreenſi S. Irminæ Monaſterio peſtis ſæviſſima graſſaretur, multæque ex ancillis Dei morerentur, aliæ graviſſimè decumberent, invitatus ab Irmina Treviros venit, & Miſsâ pro infirmis celebratâ, ut Alcuinus in ejus vita refert, aquâ benedictâ locum aſperſit, eámque ægrotantibus potandam præbuit; quo facto convaluêre omnes. Irmina gratam exinde ſe illi exhibere volens, præſentem fecit donationem.

(e) *In monte Viennenſi.*] Vienna, hodie *Vianden*, oppidum ditionis Luxemburgenſis, quod Comitatus titulo clarum nobis ſæpiùs deinceps occurret. Modò ad gentem Naſſovicam pertinet, poſſeſſum à Principe de Iſenghien.

XXV. TESTAMENTUM S. IRMINÆ ABBATISSÆ,

698. 1. Decemb.

quo donat monaſterio Epternacenſi, quidquid ſibi ex paterna vel materna ſucceſſione contingebat.

Martene Tom. I. p. 9.

ANno quarto domini noſtri Childeberti regis, ſub die calendas Decembris. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Ego Irmina in Chriſti nomine Deo ſacrata, acſi indigna, gratia Domini abbatiſſa, ſana quidem, Deo propitio, mente ſanóque conſilio, teſtamentum meum fieri rogavi, idque fratri in Chriſto meo Huncioni presbitero ſcribendum commiſi.

Idcirco dono à die præſenti, pro remedio animæ meæ, vel pro mercedis meæ augmento in æterna beatitudine, vel retributione ad baſilicam, quæ eſt in nomine ſanctæ Trinitatis, vel in honore ſanctæ Mariæ genitricis Domini noſtri Jeſu Chriſti, vel beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli, ſeu cæterorum ſanctorum, quæ eſt in villa noſtra Epternaco conſtructa, ſita ſuper fluvium Sura, ubi dominus noſter, & pater in Chriſto Willibrordus epiſcopus rector, & gubernator eſſe videtur, donatúmque eſſe volo, hoc eſt in ipſa villa Epternachon, quantumcunque ibidem ex ſucceſſione paterna, vel materna mihi obvenit, ad integrum, tam domibus quam ædificiis, caſis, manſis, mancipiis, vineis, campis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, cum appenditiis omnibus, vel adjacentiis ſuis Baidelingo, Mattholfingo, vel portione mea in Oxenvillare, omnia iſta cum adjacentiis eorum una cum paſtoribus, vaccariis, porcariis, bovicariis, cum gregibus eorum, vel omni peculio promiſcuo ad ſæpe fata loca ſanctorum, vel ad monaſteriolum ibidem conſtructum in Dei nomine volo eſſe donatum, exceptis hominibus illis, quos per epiſtolas noſtras ingenuos relaxavi, quorum vocabula ſunt, Gaŕario, Cumloaldo, Achilde, Theofrido filio, Aldfrido, Clodoare, Raoçare, Warelinde, Bacelinde, Grauceleba, Gundulfo. Iſti toti denominati, annis ſingulis unusquisque eorum in luminaribus unam libram ceræ, ad ſupra dicta loca ſanctorum in ipſa villa Epternaco conſtructa ad nativitatem Domini reddere, vel diſſolvere ſtudeant.

Similiter dono ad jam dicta loca ſanctorum (a) vineæ pedeturam unam in monte Viennenſe, cum vinitore nomine Alithfredo cum omni peculiari ſuo. Iſta omnia, ut ſuperius intimavi, ad memorata loca ſanctorum à die præſenti per præſentem paginam teſtamenti noſtri tradimus atque transfundimus perpetualiter in Dei nomine poſſidendum. (b) Hæc ſunt, quæ teſtamento meo annectere volui: ſi quæ lituræ, vel caraxaturæ adjectionis factæ ſunt, ego feci, fierique juſſi, dum mihi mea ſæpius recenſetur voluntas. Nam ſi quis contra hoc meum teſtamentum venire tentaverit, aut aliquid irrumpere voluerit, ſit anathema, maranatha, indiſſolubili vinculo in æternum damnatus, & ſit lepra percuſſus Naaman Syri; & inſuper inferat fiſco auri libram, argenti pondo duo, & nihilominus præſens teſtamentum firma ſtabilitate permaneat. Actum Treberi die, & regno ſupraſcripto. Ego Huncio in Chriſti nomine presbiter, rogante & jubente domina mea Irmina abbatiſſa hoc teſtamentum perſcripſi, & ipſa ſubter manu propria, una cum teſtibus, firmavit. Ego Irmina hoc teſtamentum meum relegi. Baſinus epiſcopus. Ego Leodwinus epiſcopus. Ego Theodefridus. Gundebertus. Bettwinus. Adelbertus. Traſebertus. Garibertus. Garebertus. Audobertus. Waltarius.

XXVI. CAR-

NOTÆ.

(a) *Vineæ pedeturam unam.*] Pedetura eſt area certo pedum dimenſu comprehenſa, quam poſteri dixerunt *Picturas* & *Pitteras*; ut habet liber cenſuum Prumiæ cum Gloſſario Cæſarii Abbatis.

(b) *Hæc ſunt, quæ teſtamento meo annectere volui.*] Referunt ſe hæc ad Chartam de prima Novembris hujus anni, quæ ea de cauſa magis teſtamentum dici poteſt, hæc verò Codicillus. Utraque extat in Cartario Epternacenſi; minimè (uti faciunt nonnulli) una cum altera confundenda.

XXVI.

CARTA IRMINÆ

699. I. Julii.

Pro monaſterio Epternacenſi, qua concedit S. WILLIBRORDO villam *Montem* ſitam in pago Tulpiaco.

Martene Tom. I. p. 10.

DOmino ſancto, & in Chriſto patri Willibrordo epiſcopo Irmina abbatiſſa donatrix. Quicquid unusquisque homo de rebus ſuis propriis ad loca ſanctorum aut ſervorum Dei ſpontanea voluntate aliquid condonaverit, hoc ſibi credit mercedis præmium recipere in futuro. Idcirco dono ad monaſterium veſtrum, in villa Epternaco conſtructa, ſuper fluvio Sura, quod ego à novo de fundo proprio ædificavi, vel ad illa loca SS. Petri & Pauli apoſtolorum ceterorúmque ſanctorum conſtructa, donatúmque eſſe volo à die præſenti, hoc eſt, quantumcunque in miniſteria ipſorum ſanctorum condonavi, vel in qualibet præſidia dedi tam auro, quam argento, gemmis, veſtimentis, altarium velis, cortinis, utenſilia tam ærea quam ferrea, ſeu & ligna operis quantumcunque in ipſa loca ſanctorum, vel in prædicto monaſterio ponere juſſi, aut in antea Chriſto præſule addere potuero, volo ut hac ex noſtra munificentia in Dei nomine proficiat perpetualiter in augmentis. Similiter dono vobis à die præſenti ad ipſum monaſterium veſtrum Epternacenſe villam, cujus vocabulum eſt (a) Montis, ſitam in pago Tulpiacenſi, quam de dulciſſima conſobrina mea (b) Ermintrude filia Pantini dato pretio comparavi, hoc eſt, tam domibus, quam ædificiis, manſis, caſis, mancipiis, campis, ſylvis, pratis, paſcuis, adjacentiis, aquis aquarúmque decurſibus, omnia ex omnibus ad integrum, vel quantumcunque in memorata villa Montis tempore præſenti poſſidere videor, ſeu & peculio promiſcuo (c) utriusque generis nationum, vobis, vel ad ſæpe fatum monaſterium veſtrum Epternacenſe à die præſenti, ut ſuperius dixi, de poteſtate mea in jure & dominatione veſtra veſtríque monaſterii per præſentem paginam donationis meæ, manu mea firmatam, trado atque transfundo, perpetualiter in Dei nomine poſſidendum, ea ratione, ut quicquid ex hoc tam vos, quam fratres ipſius monaſterii elegatis, faciendi, habendi, tenendi, commutandi liberam & firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem, & nullius ex hoc calumniam habere pertimeſcatis. Nam ſi quis contra hanc cartam donationis, quam ego ſpontanea voluntate fieri decrevi, tentare conaverit, imprimitus iram Dei omnipotentis incurrat, & inferat fiſco auri libras tres, argenti pondo VIII. & hoc quod repetit, nullatenus valeat evindicare. Facta eſt hæc cartula donationis ſub die Kal. Julias anno V. regni domni noſtri Childeberti Regis. Ego Huncio in Dei nomine presbiter, rogante & jubente Irmina abbatiſſa, hanc cartulam donationis perſcripſi, & ipſa ſubter manu propria una cum teſtibus firmavit. Ego Irmina hoc teſtamentum à me factum relegi. Baſinus epiſcopus. Leodowinus epiſcopus. Waltharius diaconus, Bertuinus diaconus, Tarobertus diaconus, Ethberictus presbyter, Garberictus, Transberictus, Boſa, Aodebertus.

SÆCU-

NOTÆ.

(a) *Villam Montis in pago Tulpiacenſi.*] Villa *Montis* nobilis & frequentus eſt vicus, ubi ſupra Sirckam, Rutilam & Gandræ oſtium Moſella ipſum alluit montem, in quo villa, & à quo ei nomen. Epternacenſes Monachi illam hodiéque poſſident. Non ignoro, pagum Tulpiacenſem in finibus Agrippinenſium quærendum (Vid. cartam noſtram Wichfridi Archidiaconi de an. 975. & *ibi not.*) cùm hæc villa *Bergen* in medio Moſellenſis poſita ſit. Non me fugit etiam oppidulum Coloniam inter & Juliacum Tulpiacenſi agro quondam incluſum, aut certè proximum, nomine *Bergum*. Sed cùm benè perſpectum habeam, Ephternacenſes in ultimo hoc Bergo nec olim nec modò quidquam poſſediſſe, ipſóſque has & omnes alias tabulas ſuas, in quibus mentio de *villa Montis*, ab omni retro memoria de Monte ad Moſellam interpretatos fuiſſe, etiam in actis judicialibus; ſic nihil ſupereſt, quàm ut ſtatuamus, olim Tulpiacenſem pagum immani amplitudine diffuſum, poſteà verò bonâ parte truncatum, multa dediſſe terrarum ſpatia Bedenſi, Wabrenſi, Moſellenſi: Irminam verò reſpexiſſe ad veterem tanti pagi ſitum; quam deinde ſecuti ſunt Theofridus & Theodoricus, Ephternacenſium rerum ſcriptores, ille Sæculi XI, hic XII. Cent. infra diploma Ephternacenſe Ottonis III. de an. 997. & ibi *not. t*.

(b) *Ermintrude.*] Suſpicamur Martene & Durandus *h. l.* Ermintrudem hanc, Irminæ conſobrinam, eſſe nobiliſſimam illam atque illuſtrem matronam Ermintrudem, cujus teſtamentum in carta Ægyptiaca conſcriptum ex Archivo Dionyſiano edidit Mabillonius ad calcem Liturgiæ Gallicanæ de qua idem Mabillon, *in Annal. Benedict. ad ann.* 700. Certè conveniunt nomen, ætas, atque generis nobilitas.

(c) *Utriusque generis nationum.*] Gallicæ nimirum & Germanicæ. Eckhart. *Rer. Francic. Lib. XVIII. n. 5. p.* 309.

SÆCULUM VIII.

§. I.

Series Regum Franciæ.

COllapſâ ſub ultimis Merovingis (ad quos nunc ordine pervenimus) regni majeſtate, Regibus vel regnare neſciis, vel ſocordiæ ſe dedentibus; Majoribus-Domus, qui non ſolùm palatio præfecti, & primi belli duces erant, ſed & regnum in politicis adminiſtrabant, occaſio nata ſummam rerum ad ſe trahendi, Regéſque ipſo tandem regno exu-
an. 695. endi. Sub his itaque *Childebertus III.* qui anno 695. regnare cœperat, cujúſque apud nos regiminis anni in tabulis Hedeni, Irminæ & Æginbaldi de anno 704. Pipini Heriſtallii de anno 706. aliis item Æginbaldi de 709. nec non in carta Bertilingis anni 710. ritè enume-
711. rantur, vitam cum regno finiit 14. Aprilis an. 711. exceptus à filio *Dagoberto III.* qui vitæ & regiminis apud nos in carta Ansbaldi de 25. Octobris 711. uti & Pipini Ducis de 2. Martii 714. deſignati
714. dies in annum ſolùm 714. perduxit. Huic vivis erepto Meginfredus Major-Domus Danielem Childerici II. filium, quondam Clericum, poſt elevationem ad ſolium *Chilpericum II.* vocatum, ſubſtituit, cujus in cartis noſtris annus 716. primus regiminis in Treveris proditur; qui deinde in Geſtis Francorum annis quinque cum dimidio, at-
720. que ita in annum 720. regnâſſe traditur, quo, regno exutus, deinde privatus vixit. Ex hoc *Franci Theudericum II.* (IV.) *Cala monaſterio enutritum filium Dagoberti Junioris Regem ſuper ſe ſtatuunt, qui usque nunc in regno ſubſiſtit*, inquiunt memorata Geſta Francorum, atque his verbis finiuntur. Hic Theodoricus umbram Regis, ex curatiori
737. Chronologiſtarum calculo, produxit in annum 737. diplomatibus ſuis, quibus eccleſias Prumienſem & Epternacenſem annis 720. & 726. ditavit, annorum regiminis ſui apud nos juſtam memoriam relinquens. Eo defuncto, Carolus Dux & Major-Domus Auſtriæ, Neuſtriæ, Burgundiæque per ***interregnum*** univerſæ Franciæ præfuit in annum
742. 742. quo *Childericus III.* regnare cœpit. Hoc Merovingicorum
752. Regum poſtremo, tandem ad ſacros carceres damnato, anno 752. *Pipinus*, eximiis meritis ſuis Francorum favorem adeptus, univerſæ Franciæ thronum aſcendit, atque adeò novam Regum ſtirpem, à Carolo M. filio *Carolingicam* dictam, in hoc regno condidit, regnúm-
768. que tenuit in annum 768. quo VIII. Kal. Octobris deceſſit; intra quos regiminis annos plura Imperii ſui & beneficentiæ apud nos reliquit veſtigia, quæ ad annum 761. & ſequentes exhibemus. Poſt Pipini patris deceſſum *Carolus*, *Magni* cognomento illuſtris, cum

Carolo-

Carolomanno fratre ſimul regnare cœpit; ab hujus verò (qui Prumienſibus juſtitiæ anno 770. adminiſtratæ monumentum reliquit) morte, quæ anno 771. II. Nonas Decembris evenit, ex Procerum, Epiſcoporum præcipuè, conſenſu Imperium ſolus ſuſcepit; cujus & apud Treviros glorioſè geſti documenta damus ad annos 771. 773. &c.

ʃ. II.

Aucta Eccleſiarum opes: Quibus cauſis?

Multùm ſub his Regibus crevêre noſtrarum Eccleſiarum opes; idque quadruplici potiſſimùm motivo: (I.) *amoris Dei*, expreſſo in cartis an. 714. & 898. (II.) Ad obtinendam *æternam felicitatem* ſeu *cæleſtem gloriam.* dipl. an. 706. 761. 773. vel *ad ſalutem animæ.* an. 726. & 762. aut *pro æterna retributione.* an. 716. 765. 794. *ad præparandam viam ſalutis.* an. 776. *in mercedis præmium*, *lucrum* vel *augmentum.* an. 644. 699. 704. 716. 726. 790. (III.) Pro temporalibus bonis à Deo impetrandis. v. gr. *pro ſtabilitate regni.* an. 779. 790. *ad augendum regni munimentum.* 763. 775. *ad propagandæ ſobolis incrementum.* an. 1044. (IV.) autem, & frequentiſſimè, *ad indulgentiam facinorum percipiendam.* vid. an. 709. 712. ſeu *pro remiſſione peccatorum.* 720. 764. *ad abluenda peccata.* 704. 706. &, quod idem eſt, *pro remedio animæ meæ.* annis 704. 710. 711. 714. 716. 779. &c. Scilicet (ut de hoc ultimo motivo diſtinctiùs agamus) à primis Eccleſiæ ſæculis Chriſtianis in crimina lapſis, ſi Deo reconciliari cupiebant, opus fuit ſalutaribus pœnis reatum expiare. Inde orti Canones pœnitentiales, hoc & ſequenti ſæculo tam recepti apud nos uſûs, ut teſte Reginone noſtro *Lib. I. de Eccleſ. diſcipl. p.* 30. Presbiteri, ad excipiendas Confeſſiones delecti, interrogarentur: *Si habeant Pœnitentiale Romanum, vel à Theodoro* Cantuarienſi, *aut à venerabili Beda editum; ut ſecundùm quod ibi ſcriptum eſt, interrogent confitentem, aut confeſſo modum pœnitentiæ imponant.* Verùm ſalutaribus his Canonibus in immenſum nemus excreſcentibus, atque adeo in abuſum verſis, ut nec vita hominis pœnitentiis peragendis ſufficeret, inventa eſt ratio eas redimendi: maximè per eleemoſynas; quæ nunc in ſacrorum locorum commoda verti cœperunt. Vid. Reginonis *Libri II. Caput* 438. quod eſt *de Redemptionis pretio.* Præter liberorum hominum liberalitates, alia Eccleſiis per *Precarias* acquirebantur, quarum exempla damus annis 764. 771. 786. &c. alia *Commutationibus*, *Emptionibus*, *Traditionibus.* Vid. Præceptum Ludovici & Lotharii de 26. Jan. 826. Quæ ex Regum Principúmve beneficio obveniebant, ampliſſimis hoc jam ſæculo juribus & clauſulis munita erant: dabantur etenim cum *terris*, *domibus*, *ædificiis*, *accolabus*, *mancipiis*, *litis*, *ſylvis*, *campis*, *pratis*, *paſcuis*, *aquis aquarumve decurſibus*, *mobilibus & immobilibus*, *farinariis*, *pecoribus*, *cum omni integritate &c.* Item *cum egreſſu vel ingreſſu.* Alibi: *caſatas cum ſala & curtile; mancipia cum uxoribus & infantibus.* Demum: *villas cum integritate earum; hoc eſt, ſeſſi cum widriſcapis, caſis ..... ſylvis, mancipiis, accolabus, veſtibus, uſtenſilibus, vineis cultis & incultis, manſionibus &c.* Quorum verborum vim ſuis reſpectivè locis explicamus.

& titulis? quibúsque juribus?

ʃ. III.

Cauſa raritatis tabularum.

Mirabitur quis, qua ratione eveniat, ut cùm copia ſuppetat tabularum, quibus res & jura particularium Eccleſiarum, Prumienſis, S. Maximini, Epternacenſis, S. Irminæ, &c. aucta fuêre, multâ laboremus penuriâ earum, quæ ad principem noſtram S. Petri Eccleſiam pertineant, quam tamen ampliſſimis facultatibus & bonis gaudentem jam vidimus præcedentibus ſæculis. Fortè haud erravero, ſi plurium jacturam im-

pio Miloni noſtro attribuam. Rem lugendam ſic narrat Hincmarus in Vita S. Remigii apud Surium *Tom. I. die XIII. Jan. p.* 185. *Caroli Principis tempore, quando propter diſcordiam & contentionem de Principatu inter eum & Ragenfridum frequentia & civilia, imò parricidalia bella, in Germanicis & Belgicis ac Gallicanis provinciis religio Chriſtianitatis pene fuit abolita, ita, ut Epiſcopis in paucis locis reſiduis, Epiſcopia laicis donata, & per eos rebus diviſa extiterint: adeò, ut Milo quidam, tonſurâ Clericus, moribus, actu, habitu irreligioſus laicus, Epiſcopia Remorum ac Trevirorum uſurpans, inſimul per quadraginta circiter annos peſſumdederit. Cujus infelici tempore de iſta Remenſi Eccleſia non ſolum pretioſa quæque ablata fuerunt, ſed & eccleſiæ atque domus religioſorum deſtructæ, & res ab Epiſcopio diviſæ. Illi quoque pauci, qui erant reſidui Clerici, negotio victum quærebant, & denarios, quos mercimonio conquirebant, in chartis & librorum foliis interdum ligabant.* Quæ poſteriora quamvis de ſolis Remenſibus Clericis referat Hincmarus, non aliâ tamen ratione apud Trevirenſes ſub ejusdem Epiſcopi gubernio actum fuiſſe, facile eſt ad credendum. Aliam non leviorem documentorum ſtragem Normannorum invaſioni, non minori jure, adſcribimus. Hac motus Carolus Simplex monaſterio Prumienſi 20. Auguſti anni 920. præcepto regio cavit, *ut, ſi quod de regalibus præceptis vel inſtrumentis chartarum, concrematione incendii, facti per irruptionem paganorum, ſeu aliquâ negligentia, vel nimia vetuſtate deperiiſſe probatur, nullus contra locum illum ejúsque privilegia aliquas repetitiones aut occaſiones propter hujusmodi rem movere deinceps præſumat.* Equidem Trevirorum urbem in Cœna Domini an. 882. non minùs à Normannis occupatam, & (Bertolpho Archiepiſcopo cum quibusdam fugâ lapſo) cum baſilicis ac monaſteriis direptam flammíſque exuſtam, conſtat ex Geſtis Trev. Marten. *p.* 145. At Monachi deperditis genuinis diplomatibus, ad tuenda vetera veráque jura, documentorum jacturam fictitiorum ſubſtitutione ſæpe reparârunt; quod rariùs factum deprehendimus à miniſtris Archiepiſcoporum noſtrorum: fortè quòd his facilius eſſet, poſſeſſa jura ſine documentis defendere, quàm illis. Sed & ab eventu colligimus, nonnulla monaſteria in ſervandis cartis à prævifa barbarorum invaſione aliíſque caſibus cautiora fuiſſe, aut certè feliciora.

§. IV.

Res Eccleſiæ Trev. à poteſtate Comitum exemptæ.

Incongruum jam videbatur, Trevirenſem Eccleſiam, ejúsque res ſub Magiſtratuum ſtare imperio; unde ſanxêre Pipinus Rex an. 761. Carolus M. an. 773. & Ludovicus Pius an. 816. ut *nullus ex publicis judicibus, ſeu aliquis ex judiciali poteſtate in monaſteria, eccleſias, caſtella, vicos & agros, loca, ſeu reliquas poſſeſſiones Trevirenſis Eccleſiæ ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa, aut conjectos aliquos exigendos, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius Eccleſiæ diſtringendos, aut injuſtas exactiones requirendas, vel telonium exigendum, ingredi audeat, aut ea penitus exigere præſumat.* Quale exemptionis præceptum etiam pro Prumienſi noſtra damus ad annos 763. & 775. ubi Pipinus & Carolus cavent, ut *nullus judex publicus absque juſſione* (regia) *ad cauſas audiendas, aut freda exigenda, nec ad fidejuſſores tollendos, nec ſcaras aut manſionaticos, ſeu conjectos, tam de carrigio quàm de paraferedis, monaſterium ingredi præſumat.* Porro

& Archiepiſcopi imperio ſubditæ.

cùm res D. Petri Trevirenſis ita à jurisdictione Comitum & judicum exemptæ eſſent, ipſiusmet Archiepiſcopi imperio â Pipino Rege 17. Junii an. 761. & Carolo M. Imp. 1. Septembris an. 773.

hac

hac formulâ ſubditæ fuerunt: *Præcipimus atque jubemus, ut omnes res & facultates ad Eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis pertinentes, caſtella, vici, villæ, vineæ, ſilvæ, homines &c. ſub jure & poteſtate S. Petri Trevirenſis Eccleſiæ ejusque Pontificis perpetualiter mancipata permaneant.* Et deinde: ut *nullus ex publicis judicibus &c.* ùt ſupra. Quanquam autem hæ ipſæ Pipinianæ & Carolinæ tabulæ, quantum ad earum formam, certæ omnino fidei non ſint, attamen ſubſtantiam earundem firmant, quæ Sæculo proximo ad annum 816. hac de re ampliùs certiúsque relaturi ſumus. Sicque ad præſens Sæculum pleniùs pertinet, quod Auctor vitæ S. Modoaldi à nobis Diſſert. *in Sæc. VII.* §. 25. laudatus, *Num.* 14. memorat: dum ab eo, quod S. hic Præſul noſter frater eſſet Uttæ uxoris Pipini Ducis (unde Carolingicæ ſtirpis tam glorioſa poſteritas) occaſionem nactus, in collata Antiſtitibus noſtris beneficia excurrit, in his numerans *prædia, regalia, caſtra, Comitatus, telonia, bannum, civitates.* Addito in fine, *ne ſancta Eccleſia ſeculi potentibus ſubjaceret, aut tyrannide eorum paveſceret; imo ſuperborum colla, Dei virtute ſuperior, calcaret.*

§. V.

Si autem principalis noſtra S. Petri inſignibus illuſtrata eſt juribus, non vulgaria etiam reliquis inferioribus eccleſiis, regalibus ſcilicet, decora obvenêre. Et ea quidem, quæ ad exemptionem à juriſdictione inferiorum Magiſtraruum pertinent, aliquantò ſerius: nempe Prumienſi Abbatiæ per præcepta Ludovici & Lotharii Regum de annis 826. & 856. S. Maximini autem indulto Ludovici Pii, annis 815. & 822. nec non Lotharii Regis, anno 868. &c. Quod tamen exemptionis privilegium non parum differebat ab eo, quo Eccleſia S. Petri, id eſt Archiepiſcopi noſtri, honorati fuêre. Confer Diſſert. in Sæculum IX. §. 4. *in fin.* Deinde tribuebatur iisdem monaſteriis jus proprios ſibi Abbates eligendi. Obtigit hæc facultas primùm Epternacenſibus conceſſione Pipini Heriſtallii de anno 706. firmatâ deinde anno 714. ſuis Prumienſibus eandem anno 762. ſtabilivit Pipinus Rex in teſtamento S. Salvatoris. San-Maximinianis circa annum 814. dedit Ludovicus Pius. Attamen Regia hæc præcepta, parum obſervata, repetitis ſanctionibus eguêre quàm frequentiſſimè, utì videbimus impoſterum.

Privilegia monaſteriis data:

Exemptio ſæcularis,

Jus eligendi Abbates,

§. VI.

Illud ampliùs majoribus noſtris Abbatiis datum eſt, ut ſtarent ſub Regum mundiburdio & ſpeciali protectione: ſcilicet Prumienſi an. 762. & 775. Epternacenſi an. 714. San-Maximinianæ ſeriùs. An hæc receptio ſtatum immedietatis ità poſt ſe ferat, ut qui in Regis mundiburdio eſt, ſub nullius inferioris poteſtate & jurisdictione maneat? controvertitur. Affirmativam rationibus ſtabilivit editor Monumentorum redivivorum Würtenbergenſium *in Præfat.* eámque veriſimilem nobis facit diploma noſtrum Prumienſe Carolinum menſis Novemb. an. 775. junctum Ludoviciano de 3. Febr. 815. Negat ex adverſo Hertius *de Jactit. Ord. Ciſterc. libert. Sect. II.* §. 24. Ut ùt autem prior ſententia verior nobis videatur, nullum ea præjudicium inferet juri Epiſcoporum, Principum, Comitum, ſtabilitò jam proprióque reddito (ex Regum & Impp. beneficio) horum potentatu. Si enim hoc ſalvo Landſaſſis olim licuit, ſe alterius protectioni (utpote quæ nullam ſubjectionem involvit) committere; multò id magìs permiſſum erat reſpectu ſummi Principis: qui quamvis omnibus Eccleſiis ad defenſionem obligetur, ſpecialiùs tamen eam uni alterive nonnunquam addicit, ut (quemadmodum ſolet) plus timeatur, quod ſingulariter promittitur, quàm quod generali ſponſione concluditur.

aſſumpta in Regum mundiburdium;

ejus effectus.

§. VII.

Archiepiſcopi Trev. officiis regni adhibiti.

Porro non in ſua tantùm Archidiœceſi magnæ jam, etiam in civilibus, auctoritatis erant Archipræſules noſtri, ſed & à Regibus ad graviora regni munia fuère adhibiti. Ac imprimis quidem tam hoc quàm ſequenti Sæculo nonnulli eorum *Miſſi Regii* officio fungebantur: hoc nempe Sæculo Weomadus, ſequenti autem Hettus. De *Weomado* teſtatur Hadrianus P.M. in Epiſtola Tilpino Remenſi Antiſtiti directâ, relatâ à Frodoardo *Lib. II. Hiſt. Remen. Cap.* 17. in qua hæc verba: *Injungimus etiam Fraternitati tuæ, ut quia de ordinatione Epiſcopi, nomine Lulli, S. Moguntinæ Eccleſiæ, ad nos quædam pervenerunt, aſſumptis tecum Wiomago* (Weomado) *& Profeſſore, Epiſcopis & Miſſis glorioſi ac ſpiritualis filii noſtri Caroli Francorum Regis diligenter inquiras &c.* Conf. Eckhard *Rer. Franc. Lib. XXIII.* §. 139. De *Hetto* autem fidem facient ipſiusmet Hetti tabulæ, quas ad annos 817. & 819. exhibebimus, nec non capitulare Ludovici Pii de an. 821. *cap.* 25. apud Goldaſtum *Conſtitut. Imper. Tom. III. p.* 243. Officium Miſſi regii erat in Epiſcoporum, Abbatum, Comitum adminiſtrationem inquirere, geſtorum omiſſorúmque rationem exigere; conventus juridicos per provinciam agere; ſatisfacere deſideriis & querelis provincialium, viduarum præſertim & pupillorum; aut ſi quæ alia præſcripta erant (ſolebant enim illis agenda præſcribi, vid. *Capitul. V. Caroli M. de an.* 806. *Capitul. V. & VI. Ludovici pii. de an.* 819.) ea adminiſtrare; denique expedire omnia, quæ poſſent, reliqua remittere ad Regem, & coram de ſingulis ad eundem referre. Conf. Hertii *Notit. Regn. Francic. Vet. Cap. V.* §. 27.

§. VIII.

Literæ apud Treviros.

Literarum ſtudia apud Treviros hoc Sæculo minimè jacebant. Hactenus ſcholæ agebantur vel ab ipſis Metropolitis noſtris in eorum curiis, vel alibi per Clericos. Vid. Differt. noſtram in Sæculum VII. §. 28. Nunc literæ, quin & ludi literarii, in monachorum cœnobia commeant: ſic Monaſterium S. Mariæ ad Martyres in *virtutis ac literarum ſcholam* à S. Willibrordo, auxilio Pipini Principis converſum, antiquorum obſervatione ac ſcriptis tradi, referunt Maſenius *Archidiœceſ. Trev. M. S. Lib. III. Cap.* 4. & Mabillonius *Annal. Benedict. Lib. XVIII. n.* 54. Doctiorem autem hoc ævo non vidit Archidiecæſis noſtra, imò vix Gallia, virum *Richbodo* Archiepiſcopo noſtro. Diſcipulum hunc noſcimus à Magiſtro, & intimo amico Alcuino, qui ipſiusmet Caroli M. præceptor effectus, deinde verò Franciam univerſam bonas literas & ſacram ſcripturam ſanctóſque Patres docuit, Monachos ad ſtudia incitavit, conſiliis ſuis reipublicæ & Eccleſiæ affuit, æternas ob tot merita apud nos gratias meritus. Dolet Alcuinus *Epiſt. XXXIV.* ad Richbodum ſcriptâ, eum ſibi ereptum: *ubi eſt*, inquit, *dulciſſimum inter nos colloquium, ubi ſacrarum litterarum ſtudium deſiderabile?* Deinde eum amicè caſtigat, quòd ſe neglecto totus ſit in Virgilio: *Flaccus* (ſic vocabatur Alcuinus) *receſſit, Virgilius acceſſit, & in locum Magiſtri nidificat Maro.* Demum: *utinam Evangelia quatuor, non Æneides duodecim, pectus compleant tuum, & te avehat quadriga ad cœleſte palatium.* De Richbodo etiam Mabillonius *Annal. Benedict. Lib. XXIV. n.* 67. interpretatur Alcuini Epiſtolam quartam ad Davidem ſeu Carolum Regem, à quo poſtulat Felicis, imò infelicis, Magiſtri exemplar libelli mitti *Richbono & Tantulfo Epiſcopis, Doctoribus & Magiſtris, ut ſinguli pro ſe reſpondeant.*

XXVII. DO-

XXVII.

DONATIO FACTA ABBATIÆ EPTERNACENSI PER DUCEM HEDENUM.

704.
23. *April.*

Mertene Tom. I. p. 14.

IN Chriſti nomine. Dum in præſenti vita quisque converſari videtur, & hanc caducam vitam morte finiendam vigilanti mente proſpexerit, cogitare debet, quatenus animæ ſuæ in futuro apud Deum mercedem, & refrigerium, dum ipſe vivit, conquirat.

(a) Idcirco ego (a) Hedenus vir illuſter una cum conjuge mea clariſſima Theodrada aliquid de rebus noſtris, pro amore Chriſti, & remiſſione peccatorum noſtrorum, & mercede futura, Deo & domno patri noſtro in Chriſto Willibrordo epiſcopo dare diſpoſuimus, quod & ita fecimus: id eſt curtem noſtram in loco nuncupante (b) Arneſtali ſuper fluvio
(b)
Huitteio, cum omni integritate ſua, id eſt caſis, curtidis, campis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobili & immobili, mancipiis, jumentis, vaccariis, paſtoribus, porcariis, & quidquid ad ipſam pertinere videtur, à die præſenti totum ad integrum in tuam poteſtatem, domine pater venerande, trado, atque transfundo, ut habeas, teneas atque poſſideas, & cui volueris, in Dei nomine dimittas.

Et (c) in caſtello Mullenburgh donamus tibi tres caſatas cum mancipiis, (c)
una cum peculiari eorum, & centum diurnales, id eſt, jugera de terra aratoria, propter aquam, & ligna trahenda.

N O T Æ.

(a) *Hedenus vir illuſter*] Hedenum hunc ſeu Hetanum juniorem Thuringiæ Ducem fuiſſe, Gozberti Thuringiæ pariter Ducis filium, ex vita S. Kiliani probat Eckhart *Rer. Francic. Tom. I. Lib. XVI.* n. 21. & albi.

(b) *Arneſtali ſuper fluvio Huitteio.*] Eckhart *l. cit.* n. 9. reponit *Arneſtati* vel *Arneſtadi*; & rectè, ſic enim ex authographo edidit Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. II. in prob. p. XXIV.* Eſt autem *Arneſtadium* urbs Principatus Schwarzenburgici ad confluentes Welgæ & Geræ fluviorum poſita. In teſtamento S. Willibrordi infra ad ann. 726. *Arniſtadium* ſuper fluvio *Wielhao* dicitur, in pago *Thuringaſnes*. Veteres literam *h* pro *c*, vel *ch* aut *g* uſurpabant; non eſt itaque dubium, quin *Wielheo* fluvius idem ſit cum fluvio *Welge*, qui & nunc Arnſtadium alluit. Ad *Huitteio* fluvium, hoc loco memoratum, quod attinet, rectè conjicit Eckhart *l. cit.* vel nomen hoc ex Wielheo corruptum, vel certo legendum eſſe *Huirreio*, ut hac voce *Gera* fluvius denotetur, ſuper quo perinde ac ſuper fluvium *Welge* Arnſtadium poſitum eſt.

(c) *In caſtello Mullenburgh*] ſeu *Mulenberge*. Mappam geographicam Thuringiæ inſpicien-

XXVII.

henda. Et in curte noſtra alia nuncupante (*d*) Monhorne donamus tibi ſeptem (*e*) hobas, & ſeptem caſatas, & quadringentos diurnales de terra, & tertiam partem de ſilva ad eaodem curtem pertinente, & prata ad quinquaginta carradas ſecandas, & porcarios duos cum quioquaginta porcis, & vaocarios duos cum duodecim vaccis. Has caſatas ibidem manentes cum omni peculio, & laboratu eorum, quod habent, vel habere noſcuntur, totum tibi ad integrum trado.

Has res omnes ſuperius intimatas tibi domno & patri in Chriſto venerando damus, donatúmque eſſe perennibus temporibus volumus, ut habeas, tuisque habendum derelinquas; vel quidquid exinde facere volueris, liberam, & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem.

Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, nos ipſi, quod abſit, aut aliquis de heredibus, aut proheredibus noſtris contra hanc donationis noſtræ cartulam venire tentaverit, & eam infringere voluerit, & tibi de iſtis dictis jam rebus aliquid quaſi hereditario jure aufferre conaverit, primitus iram omnipotentis Dei incurrat, & ſanctorum angelorum, & à liminibus eccleſiæ Dei vel communione ſanctorum extraneus efficiatur, & lepram Giezi vel percuſſionem Ananiæ, & Saphiræ conſequatur, partémque habeat cum Juda Iſcariothe, qui Dominum tradidit, & inſuper inferat tibi una cum cogente fiſco auri libras quinque, argenti pondo quindecim; & ſic neque quod repetit, evendicare valeat, ſed fruſtrata ejus vanitate hæc charta perennis temporibus firma & immobilis permaneat aſtipulatione ſubnixa. Actum publice (*f*) in caſtello Virteburgh ſub die X. calend. Majas, anno decimo regni domini noſtri Childeberti glorioſi regis.

Ego Laurentius indignus presbiter jubente domino Hedeno duce, viro illuſtri, hanc donationis chartam ſcripſi, & in Dei nomine ſubſcripſi. Ego Hedenus hanc donationis chartam à me factam, & ante me lectam propria manu firmavi, & ſubſcripſi cum Theodrada. Ego Thuringus filius Hedeni donationem patris mei firmavi. † Rochus, Doda.

XXVIII. CAR-

N O T Æ.

cientibus, illud inter Arnſtadium Welgæ & Geræ fluviis adjacens & Aphelbach amnem medio loco apparet, hodie Præfecti Saxo-Gothani ſedes.

(*d*) *Monhorne.*] Mutat id Eckhart in *Monhove*, hodie *München* ſive Monachium inter Arnſtadium & Wimariam.

(*e*) *Hobas.*] Huba ſeu Hoba eſt modus agri cum habitatione coloni. Eàdem ferè notione *Caſata.* Vid. Potgieſſer *de ſtatu ſervorum Lib. I. C. IV. n.* 28.

(*f*) *In caſtello Virteburgh.*] Hodie *Wirzeburgh*, ſola, eâque facillimâ mutatione literæ *t.* in *z.* Reſedit Hedenus Wirceburgi in regione, quæ nunc Franconia dicitur, quæque olim fuit Thuringiæ pars; ut adeò Franconiam & Thuringiam noſtri temporis, ſub uno Ducis Thuringiæ nomine gubernarit Hedenus.

XXVIII.

CARTA IRMINÆ

PRO

MONASTERIO EPTERNACENSI,

Qua

704. 8. *Maij.*

S. WILLIBRORDO

concedit, quidquid poſsidet in villa Stancheim.

Mencne Tom. I. p. 12.

DOmino ſancto, & in Chriſtó apoſtolico patri Willibrordo epiſcopo Irmina in Chriſto Deo ſacrata abbatiſſa donatrix. Quicquid unusquisque homo de rebus ſuis ad loca ſanctorum, & ſervorum Dei ſpontanea voluntate condonaverit, hoc ſibi apud Deum mercedis præmium credit recipere in futuro. Idcirco ego Irmina dono vobis ad monaſterium veſtrum Epternaco, quod nos à novo conſtruximus, ſitum ſuper fluvio Sura, in honore ſanctæ Trinitatis, vel ſanctorum, donatúmque in perpetuum eſſe volo ad poſſidendum, hoc eſt quantumcunque à die præſenti in villa Stancheim, ſita ſuper fluvio Sura, mea poſſeſſio vel donatio eſt, tam domibus, quam ædificiis, manſis, mancipiis, vineis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarúmque decurſibus, ſub ea conditione, ut quicquid à die præſenti vos vel pars monaſterii exinde facere volueritis, liberam & firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem faciendi, & nullius repetitionem ex hoc habere vereamini. Si quis vero, quod fieri non credimus, tam ego, quam aliquis de heredibus aut coheredibus meis, vel quælibet oppoſita perſona contra hanc noſtræ donationis cartulam venire conatus fuerit, aut eam irrumpere voluerit, primitus Iram Dei omnipotentis incurrat, & inſuper inferat fiſco auri libram unam, argenti pondo duo, nec ſic, quod repetit, ullatenus poſſit evindicare, manente nihilominus firmitate. Actum Treberi VIII. idus Majas, anno X. Childeberti regis. Ego Huncio in Chriſti nomine presbyter, rogante domna Irmina abbatiſſa, hanc cartulam donationis perſcripſi, & ipſa ſubter manu propria cum teſtibus firmavit. Ego Irmina relegi, & ſubſcripſi. Baſinus epiſcopus. Radobertus, Dagoinus, Leodoinus presbyter, Gaucebertus, Garibertus, Magnobertus, Quitario, Traſebertus, Waltharius diaconus, Bobo.

XXIX. CAR-

Conf. Eckhart, *Rer. Francic. Lib. XVIII.* n. 10.

XXIX.

CARTA ÆNGILBALDI PRO WILLIBRORDO,

704. Octob.

qua inſignem ei facit donationem.

Martene Tom. I. p. 14.

DOmino vere ſancto, & apoſtolico patri Willibrordo epiſcopo Ængilbaldus filius Hildiboldi quondam donator, ſalutem in Domino. Dum quiſque in præſenti ſæculo converſare videtur, cogitare neceſſe eſt, qualiter animam ſuam de peccato, & pœna æterna liberare debeat. Idcirco ego Aengilbaldus pro ſalute animæ meæ, vel requie ſempiterna, trado tibi Willibrordo epiſcopo terram in loco, vel villa nuncupata Waderlo ſuper fluvium Dutmala, cum omnibus qui ibidem hereditario jure vel laboratu legitime poſſidere viſus ſum, totum à die præſenti tibi trado, atque in tuam poteſtatem transfundo: id eſt tam terras aratorias, cum campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, mobilibus, & immobilibus, & ſilvam ad euodem locum pertinentem, & VIII. caſatas cum hominibus, & mancipiis, & cum omni peculio ſuo. Hæc omnia à die præſenti tibi dono, donatúmque perennis temporibus eſſe volo, ut habeas, teneas, poſſideas, tuiſque ad habendum derelinquas, & quicquid exinde facere volueris, liberam, atque firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, heredum, vel proheredum meorum, vel quælibet oppoſita perſona, contra hanc donationis cartulam venire tentaverit, & eam infringere conaverit, primitus iram Dei omnipotentis incurrat & ſanctorum angelorum, & à liminibus eccleſiæ alienetur, partemque habeat cum Juda, & ultionem Ananiæ, & Zaphiræ, vel lepra Giezi percutiatur, & inferat fiſci juribus auri libram unam, argenti poodo X. nec ſic quod repetit evindicare valeat, ſed firma, & immobilis hæc donatio perennis temporibus permaneat ſtipulatione ſubnixa. Actum publice in loco Bittinum coram teſtibus, anno X. regni domni noſtri Childeberti glorioſiſſimi regis, ſub die calendas Octobris. Ego Aengilbaldus hanc cartulam relegi, & confirmavi. Onsbaldus, Eburmes, Edilhardes, Robertes, Tolebaldes, Etrele, Eutlinde, Bertlinde ſubſcripſerunt. Ego Elduinus presbyter, rogante Aengilbaldo viro illuſtri, ſcripſi, & ſubſcripſi, ſignúmque crucis adfixi. ✝

XXX. CAR.

XXX.

706.
13. Maij.

CARTA
PIPINI DUCIS AUSTRASIÆ
Favore Abbatiæ Epternacenſis.

Mabillon. Annal. Bened. Tom. II. p. 16.

EGo in Dei nomine inluſter vir (a) Pipinus, filius Anſgiſili quondam, oec non illuſtris matrona mea (b) Plectrudis, filia Hugoberti quondam, cogitantes caſum humanæ fragilitatis, qualiter peccata noſtra poſſumus abluere, & donante Domino ad æterna gaudia pervenire.

Idcirco ob honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti donamus, dooatúmque in perpetuum eſſe volumus ad monaſterium, quod eſt in honore S. Trinitatis, & apoſtolorum Petri, & Pauli, & S. Joannis Baptiſtæ, in loco cognomento Epternaco, in pago Bedenſi, ſuper fluvio Sura, in re proprietatis noſtræ ædificatum; ubi decernimus, & conſtituimus virum ſtrenuum, & Dei cultorem apoſtolicum dominum Willibrordum epiſcopum, una cum turma monachorum ſub ſua congregatione vita ſancta, & regulari degere, & converſari; hoc eſt (c) medietatem de ipſo Epternaco, quam (d) Theotarius quondam dux ibidem tenuit, & poſtea filius ſuus Theodardus quondam nobis tradidit, præter illam, quam Ermina in ipſo Epternaco tenuit, quaotumcunque in ipſa medietate noſtra in ipſo Epternaco à præſenti die noſtra videtur eſſe poſſeſſio vel dònatio, cum terris, cum domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, (e) litis, ſylvis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarúmque decurſibus, mobilibus, & immobilibus, farinariis, pecoribus utriusque ſexus, quam tum in ipſa medietate, in ipſo Epternaco præſenti tempore poſſidemus cum omni integritate de jure & donatione noſtra, in jure & dooatione prædicti monaſterii, vel rectoribus ſuis, ſeu ſucceſſoribus, & omni congregationi ibidem conſiſtenti, tradimus, atque delegamus, perpetualiter in Dei nomioe ad poſſidendum, ut ibidem io tempore pro mercede noſtra proficiat in augmentis; ea ratiooe, ut ipſum monaſterium in ooſtra vel heredum noſtrorum donatione vel defenſione, in antea ſemper permaneat.

Et illud nobis placuit inſerendum, ſi fuerit ullus de heredibus noſtris, vel propinquis noſtris ſeu qualibet ulla extranea aut oppoſita perſona, quæ contra hanc donationem, quam nos plena & iotegra dooatione pro animæ noſtræ remedio fieri & affirmare rogavimus, venire, aut agere rentaverit, & ipſa charta ad relegendum ei oſtenſa fuerit, & ſe ex hoc compeſcere noluerit, primitus iram Dei incurrat, & à liminibus ſanctorum efficiatur extraneus, & inferat partibus ipſius monaſterii, vel cui litem intulerit, tantum, & aliud tantum, quantum res eo ipſo tempore emelioratæ valuerint; & inferat una cum ſocio fiſco auri libras decem, argenti poodo viginti coactus exſolvat, & quod repetit evindicare non valeat; ſed præſens donatio ad inſtar teſtamenti cum ſtipulatione adnixa omoi tempore firma ſtabilitate capiat firmitatem.

(f) Actum Gaimundas publice ſub die tertia idus Majas, aono duodecimo regni domini noſtri Childeberti glorioſiſſimi regis. Pipinus & coojux ejus Plectrudis. Drogo, Cuchobertus epiſcopus, Garobaldus epiſcopus, Bernarius epiſcopus, Conſtantinus epiſcopus, Joſephus Winthaharius epiſcopus. Charignato, Agione, Grodobaldus, Cardimus, Remedius. Raimingus juſſus à Pipino & Plectrude ſcripſi, & Harduino.

NOTÆ.

(a) *Pipinus.*] Heriſtallius, Dux & Majordomus Franciæ.

(b) *Plectrudis filia Hugoberti.*] *Erat Pipino uxor nobiliſſima ac ſapientiſſima, nomine Plectrudis*, inquiunt Geſta Francorum *Cap. XLVIII. Hugobertum* Plectrudis parentem, ante productionem hujus cartæ ignotum, Eckhart *Rer. Francic. Lib. XVI. n.* 25. eundem eſſe conjicit cum *Chugoberctho*, qui in Placito Clodovei III. anno regni ejus III, apud Mabillon. *de Re Diplom. Lib. VI. Cap.* 9. occurrit, & in Præcepto Childeberti Regis de Nocito villa apud eundem *Cap.* 24. *Hocteberctus Comes Palatii regii* dicitur.

(c) *Medietatem de ipſo Epternaco.*] Alteram quippe Epternaci partem Willibrordo jam donaverat Irmina anno 698. Vid. *ſupra.*

(d) *Theotarius*] ſeu Theodhardus. De hoc vide conjecturam Eckhardi *Rer. Francic. Tom. I. Lib. XVIII. n.* 10.

(e) *Litis.*] Quoddam colonorum genus, de quorum conditione Potgieſſer *de ſtatu ſervorum Lib. I. C.* 4. *n.* 65. *ſeq.*

(f) *Actum Gaimundas.*] Gemunda hodie, *Saargemünden*, ad Saræ & Bleſſæ confluentes. Conventum hic Epiſcoporum apud ſe habuiſſe videtur Pipinus, qui unà ſecum donationi ſubſcripſere; inter quos *Gairebaldus* Tullenſis, & *Conſtantius* Bellovacenſis fuiſſe, facilè creditur; reliqui difficilius conjectantur.

XXXI.

PIPINUS

Confirmat Epternacenſis monaſterii fundationem, concedítque, ut defuncto Willibrordo fratres liberam habeant eligendi Abbatis poteſtatem.

706. 13. *Maij.*

Martene Tom. I. p. 15.

SEmper humana fragilitas caſus inevitabiles debet perpendere, ut quandoquidem repentina ſuperveneritr transpoſitio, non habeat in nobis quod puniat, ſed inveniat, quod coronet, juxta mandatum Domini: Date, & dabitur vobis. Et illud: Facite eleemoſinam, & omnia munda ſunt vobis. Idcirco ego in Dei nomine Inluſter vir Pippinus filius Anſgiſili quondam, nec non, & illuſtris matrona mea Plectrudis filia Hugoberti quondam, cogitantes caſum humanæ fragilitatis, qualiter peccata noſtra poſſemus abluere, & Deo donante ad æterna gaudia pertingere, concedimus domno patri noſtro viro apoſtolico Willibrordo epiſcopo de monaſterio Epternaco, ſito in pago Bedenſe, ſuper fluvio Sura, quod ipſe donante ædificavit in rebus proprietatis noſtræ, & unde ipſe beatus Willibrordus teſtamentum confirmavit, ut ſub noſtra defenſione haberemus ac heredum noſtrorum: unde placuit nobis, ut apoſtolico patri noſtro Willibrordo ipſum monaſterium confirmaremus: quod ita & fecimus, eo modo, ut ibidem fratres peregrinos, vel alios Deum timentes congregent, ut ibidem ſecundum ordinem ſanctum degere, & converſari debeant. Et illud ibidem nobis placuit inſerendum, ut cum ipſe beatus Willibrordus de hac luce migraverit, ipſi fratres, quem ex ſemetipſis elegerint, ſibi conſtituant abbatem, ea ratione, ut heredibus noſtris in omnibus fidelis appareat, & ibidem ſecundum ordinem ſanctum degat, & ſub noſtro mundiburdio, vel defenſione perſiſtant. Et ſi quis Deum timens tam de parte noſtra, quam & de reliquis hominibus de ſuis rebus ad ipſum monaſterium condonare, & confirmare deliberaverint, vel quicquid ibidem, Deo inſpirante, de collatis bonis obvenerit Deo propitio, eis proficiat in augmentis. Si quis vero, quod minimè credimus eſſe futurum, ſi quis fuerit ullus de heredibus, aut propinquis noſtris, ſeu qualibet extranea, aut oppoſita perſona, quæ contra hanc noſtram confirmationem, quam nos pro divino intuitu vel animæ noſtræ remedio fieri, aut firmare rogavimus, venire voluerit aut infringere, & iſta carta ei oſtenſa fuerit ad relegendum, & ſe ex hoc compeſcere noluerit, inprimitus iræ Dei omnipotentis incurrat offenſam, & à liminibus ſanctorum efficiatur extraneus, & inſerat partibus ejuſdem loci, & fratribus tunc tempore ibidem ſervientibus, aut cui litem intulerit, tantum, & aliud tantum, quantum res ipſæ eo tempore emelioratæ valuerint, & inſuper inſerat cum ſocio fiſco auri libras X. argenti pondo XX. coactus exſolvat, & quod repetit evindicare non valeat, ſed præſens confirmatio ad inſtar teſtamenti conſtipulatio adnixa omni tempore firma ſtabilitate capiat firmitatem. Actum Gamundias publice ſub die III. idus Majas anno XII. regni domni noſtri Childeberti glorioſi regis. Pippinus, & Plectrudis. * Droda, Chugobertus, * Gerbaldus, Bernarius, Conſtantinus, Joſephus * epiſcopi. Winitharius, Agione, Remedius. Ramingus juſſus à Pippino, & Plectrude ſcripſi, & Hardoino.

* Drogo. * Garebaldus.

XXXII. AEN-

Vid. Eckhart *Rer. Francic. Lib. XVIII. n.* 10. *in fine.*

XXXII.

AENGELBERTUS

concedit

S. WILLIBRORDO

709. 21. *Maij.* quidquid poſſidebat apud Alſheim.

Martene Tom. I. p. 16. IN Chriſti nomine domno ſanctiſſimo, & dilectiſſimo patri W. epiſcopo Aengelbertus filiusGaoberto quondam donator. Dum leges, & jura ſinunt, & convenientia Francorum eſt, ut de facultatibus ſuis, quisque quod facere voluerit, liberam habeat poteſtatem, & neceſſe eſt, ut quisque pro incerto hujus vitæ exitu de rebus ſuis aliquid ad Dei partem committat, ut per hoc indulgentiam facinorum ſuorum percipiat. Idcirco ego Aengelbertus pro remedio animæ meæ, ſeu retributione æterna, aliquid tibi, domine pater, & pontifex W. de rebus meis donare decrevi, quod & ita feci: hoc eſt in pago Texandriæ in loco
(a) nuncupante (a) Alfheim, quod mihi ex paterno jure legitime provenit:
(b) hoc eſt caſatas XI. cum (b) ſala, & curticle meo, quem ad præſens habere viſus ſum, cum mancipiis, & omni peculio eorum. Hæc omnia tibi à die præſenti trado atque transfundo cum omni integritate, vel adjacentiis eorum, hoc eſt caſis, curticlis, ſilvis, terris, pratis, paſcuis, & aratoria terra, aquis, aquarumque decurſibus, mobili & immobili, egreſſu, vel ingreſſu, & (c) watriſchafo. (c)
Hæc omnia tibi do, donatumque eſſe perennis temporibus volo: hoc habeas, teneas, poſſideas, tuisque ad poſſidendum relinquas, & quicquid exinde facere volueris, liberam, & firmiſſimam in omnibus habeas poteſtatem. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, ego ipſe. *Et cætera, ſicut in ſuperioribus cartis continetur, usque* inferat tibi una cum cogente fiſco auri libras V. argenti pondo X. & nec ſic, quod repetit, evendicare valeat, ſed firma, & immobilis hæc noſtra donatio permaneat, adſtipulatione ſubnixa. Actum publice Tilliburgis XII. calendas Junias, anno XV. Childeberti glorioſiſſimi regis. Et do tibi in pago Teſteventi ſuper Moſam, loco Birni, caſatam unam cum omni peculio. Ego Virgilius presbyter ſcripſi. Aengelbertus, Werengatto frater ejus. Paulus presbyter, Aldrao, Alduino, Nardgaoto, Egiſgaro, Nanduiano.

XXXIII. BER-

N O T Æ.

(a) *Alſheim.*] Hodie *Alſen* prope urbem Bredam.

(b) *Sala.*] Domum privatam ſignificat; ſive urbicam, ſive ruſticam. Hinc Lex Alam. *Tit. LXXXI. Si quis ſuper aliquem focum in nocte miſerit, ut domum ejus incendat, ſeu ſalam ſuam, XL. ſolidis componat.*

(c) *Watriſchafo.*] Piſcinam ſeu reſervatorium aquaticum interpretor, tanquam compoſitum à *Waſſer*, aqua, Gothis *Wato*, Angloſax. *Water*, Franc. & Alam. *Wazzar*, Belg. & Angl. *Water*; & *Schiafo* ſeu *Schaff*, quod repoſitorium indicat.

XXXIII.

BERTILINDIS

illuſtris fœmina & monialis

710.
29. *Julii.*

S. WILLIBRORDO

inſignem facit donationem.

Martene *Tom. I. p.* 17. (*a*)

IN Chriſti nomine. Domino ſanctiſſimo, & venerabili patri W. epiſcopo Bertilindis filia (*a*) Wigibaldi conſecrata Deo donatrix. Quisquis ad Dei partes, vel ad loca ſanctorum aliquid de rebus ſuis dare vel delegare voluerit, hoc ſolemni ſcriptura firmetur, ut præceptorum ſerie fides rata, atque probata celebretur: quod & faciendum æſtimans, & conſiderans hujus vitæ incertum fragilemque ſtatum, aliquid tibi de rebus meis, domne pater pontifex, pro remedio animæ meæ, ſeu orationum tuarum immarceſcibili fructu, donandum decrevi: quod & ita feci: dans tibi in pago Texandrenſi, loco Hoccaſcaute ſuper fluvio Dudmala, quod mihi mater mea Oadrada hereditario jure legitime reliquit; hoc eſt caſatas V. cum ſala & curticle meo, quod ad præſens habere viſa ſum, cum mancipiis quinque, & uxoribus, & infantibus eorum. Hæc omnia tibi à die præſenti pro mercedis meæ augmento dono, ac de mea in tuam transfundo poteſtatem, cum omni peculiari eorum, hoc eſt caſis, curticlis, ſilvis, terris, pratis, paſcuis, & aratoria terra, aquis, aquarumque decurſibus, farinariis, mobili, & immobili, cum ingreſſu, & egreſſu, & watriſcafo, & vaſſallos VI. cum tribus puellis, & ſilvam in loco Huliſſaum, & quicquid mihi ibidem legitime provenit; & in alio loco, dicto Heopurdum, terras, & ſilvas, & quicquid ex matre mea ibi poſſidere viſa ſum, hoc tibi do, donatumque perennis temporibus volo. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, *&c. ut ſupra.* Actum publice in loco (*b*) Calæ IV. calendas Auguſti anno XVI. regni domni noſtri Childeberti glorioſiſſimi regis, cum teſtibus Ansbaldo, Folebaldo, Aengelberto, Roberto, Adleſo, Werengato, Nanduino, Wigberto. Ego Laurentius presbyter, rogante Bertilende illuſtri fœmina, atque Deo conſecrata virgine ſcripſi, & ſubſcripſi. (*b*)

XXXIV. ANS-

N O T Æ.

(*a*) *Wigibaldi.*] Non temerè Martene & Durandus *h. l.* autumant, Wigibaldum hunc, Bertilindis monialis Calenſis patrem, eundem videri cum Wigibaldo patre Ausberti monachi, qui alias donationes paucis poſt annis fecit eidem S. Willibrordo.

(*b*) *Cala.*] Cala celebre virginum monaſterium Ordinis S. Benedicti, quarto ab urbe Pariſienſi milliari diſtans, à S. Batilde fundatum, ad quod olim ex alienis etiam provinciis confluebant nobiles virgines, ut Deo ſe ſacrarent: unde mirum videri non debet, quod Bertilendis ex Germaniæ partibus eò advolaverit.

XXXIV.

ANSBALDUS

MONACHUS

S. WILLIBRORDO

quædam prædia concedit.

711. ex. Octob.

Martene *Tom. I.*

IN Chriſti nomine. Dilectiſſimo & ſanctiſſimo patri W. pontifici Ansbaldus monachus, filius Wigibaldi quondam, donator. Leges & jura ſinunt, & convenientia ſæcularium perſonarum eſt, ut de rebus ſuis propriis unusquisque, quod ſacere voluerit, liberam habeat poteſtatem, & hoc ſolemni ſcriptura pro temporum ſerie firmetur. Quod cum ita eſt, ego Ansbaldus, perpendens in mente mea fragilitatem præſentis vitæ, cogitavi aliquid de rebus meis tibi pro remedio animæ meæ ſeu orationum tuarum lucro dare & delegare: quod & ita facio. Hoc eſt, quod tibi dono in loco Haeſſaos, in pago Texandriæ ſuper fluvio Dudmala, totum ad integrum, quod mihi genitor meus Wigibaldus quondam hereditario jure dereliquit, vel quicquid ego ibidem juſte laborare viſus ſum, hoc eſt caſis, curticlis, campis, pratis, piſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, cum watriſcapo, & aratoria terra, mobili cum immobili, cum manentibus ibidem aſpicientibus, X. ſervientes, (*a*) gafergarias, (*b*) hochofinnas, cum ingreſſu & egreſſu, cum omnibus adjacentiis à die præſenti tibi ad integrum dono, donatumque perennis temporibus eſſe volo: hoc habeas, teneas, poſſideas, atque defendas, tuisque poſſidendum derelinquas, vel quicquid exinde facere volueris, liberam poteſtatem habeas. Si quis vero, quod futurum eſſe non credo, *&c.* Actum publice in monaſterio Sueſtra, anno I. Dagoberti regis, die VIIII. calendarum Novembrium. Ego Laurentius indignus presbyter, rogante Ansbaldo Dei ſervo, ſcripſi. (*a*) (*b*)

XXXV. ÆGEL-

NOTÆ.

(*a*) *Gaſergarias.*] Pomaria, ſeu loca malis plantandis. Vid. du Freſne *in Gloſſar. V. Gaſaria.*

(*b*) *Hochoſinnas.*] Fortè alta arboreta ſeu ſylvas. Fortè paludes: inter Stabuletum & Limburgum vocantur *les hauts Fans*, loca paludoſa deſerta in montibus; Monſavii horrent *die Vennen*, loca alta deſerta montium, unde putant aquas in vallem Spadanam deſluere. Patres Benedictini in nova editione Gloſſarii du Freſniani graviores mulctas interpretantur à Germ. *Hoch*, altus, excelſus; & *Fine*, emenda, mulcta.

XXXV.

ÆGELBERTUS S. WILLIBRORDO

donat quidquid poſſidebat in loco Ehresloch.

712. 1. *Martii.*

Martene *Collect. ampl. T. I. p.* 19.

IN Chriſti nomine domno ſanctiſſimo & dilectiſſimo patri Willibrordo epiſcopo Ægelbertus filius Gaoberti quondam, donator. Dum leges & jura ſinunt, & convenientia Francorum eſt, ut de facultatibus ſuis quisque, quod facere voluerit, liberam habeat poteſtatem, & neceſſe eſt, ut quisquis pro incerto hujus vitæ exitu de rebus ſuis ad Dei partem aliquid committat, ut per hoc indulgentiam facinorum percipiat. Idcirco ego Ægelbertus, cum conſilio & licentia fratris mei Verengaoti, pro remedio animæ ſuæ ſeu retributione æterna aliquid tibi, domne pater & pontifex, de rebus meis donandum decrevi: quod & ita feci. Hoc eſt in pago Texandriæ, in loco Eresloch, quod mihi ex paterno jure legitime provenit, hoc eſt caſatas tres cum ſala & curticle meo, quod ad præſens habere viſus ſum, tria mancipia cum uxoribus & infantibus; & in loco de Oſne caſatam unam & mancipium cum uxore & infantibus. Hæc omnia tibi à die præſenti trado atque transfundo, cum omni * peculiari & integritate & adjacentiis eorum, hoc eſt, caſis, curticulis, ſilvis, terris, pratis, paſcuis & aratoria terra, aquis aquarúmque decurſibus, mobili, & immobili, egreſſu & ingreſſu, & (*a*) watriſcafo; hæc omnia tibi do, donatumque eſſe perennis temporibus volo. Siquis vero, quod futurum eſſe non credo. &c. Actum publice loco de Oſne, cal. Martii, anno II. regni domni noſtri Dagoberti regis glorioſiſſimi. Ego Ængelbertus hanc cartam à me factam relegi & propria manu firmavi coram teſtibus, Verengaoto fratre meo, Volebaldo, Framundo, Æumlao, Adleſo, Nandino. Ego Docſa presbyter rogante illuſtri viro Ægelberto hanc cartam ſcripſi & ſubſcripſi.

* peculio.

MILO

N O T A.

(*a*) *Watriſcafo*] Vid. ſupra cartam Ængelberti de anno 709. & ibi *not. c.*

Finimus hìc acta S. Liutvvini Archiepiſcopi, quem cum Mabillonio *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XIX. n.* 69. circa annum 713. defunctum exiſtimamus. Cui rei illud argumento eſt, quod Milo, Liutvvini ante Epiſcopatum filius, ſedisque Trevirenſis Tyrannus, potiùs quàm Epiſcopus, annis circiter quadraginta eidem Trevirenſi Eccleſiæ incubavit, uti ex Hincmaro diximus in Diſſert. huic Sæculo præfixa §. 3. Weomadus verò Miloni legitimè ſuffectus eſt ante mortem S. Bonifacii, quem anno 755. affectum martyrio conſtat.

MILO
ARCHIEPISCOPUS.

XXXVI.
TRADITIO

714.
2. Martii.

Monaſterii de Svveſtra ad Abbatiam Epternacenſem per Pipinum Ducem.

Miræi opp. dipl. Tom. III. p. 286.

EGo in Dei nomine vir illuſter Pipinus dux, filius Anſgiſili quondam, & illuſtris matrona mea Blittrudis, filia Hugoberti, intuitu amoris Dei, & animæ noſtræ remedio, cogitantes, ut oratorium, & cellulam in honore Salvatoris, & SS. Petri, & Pauli, vel ceterorum apoſtolorum, & reliquiis ſanctorum (*a*) manſionile Sweſtra, ſitum in pago Moſariorum, ſuper fluviolo Sweſtra, quod Blittrudis dato pretio ab Alberico, & Haderico comparavit, à novo fundamine ædificare deberemus, quod ita & fecimus, & ipſum manſionile ad ipſam cellam delegavimus, placuit nobis, ut apoſtolico patri Willibrordo epiſcopo ipſam baſilicam tradidiſſemus, quod ita & fecimus: In eo modo, ut ibidem fratres peregrinos vel alios Deum timentes congregare debeat. Et illud nobis inſerendum placuit, ut cum ipſe Willibrordus de hac luce migraverit, ipſi fratres, quem ex ſe elegerint, ſibi conſtituant abbatem, in ea ratione, ut nobis vel (*b*) filio noſtro Grimoaldo, & filiis ſuis, vel filiis Drogonis, nepotibus noſtris in omnibus fidelis appareat, & ibidem ſecundum ordinem ſanctè degat, & ſub noſtro mandiburdio, & ipſius Grimoaldi filiorumque ſuorum, & Drogonis nepotum noſtrorum defenſione perſiſtere debeat. Et ſi quis Deum timentium tam de parte noſtra, quam de reliquis hominibus de rebus ſuis eis aliquid condonaverit, Deo propitio eis proficiat in augmentis &c.

Actum Bagoloſo villa publice, die ſecundo Martii, anno quarto regni domini noſtri Dagoberti regis.

Et quia nos propter ægritudinem in ipſa charta ſcribere non potuimus, Blittrudem conjugem noſtram rogavimus, & poteſtatem dedimus, ut ipſam firmare ad noſtram vicem deberet; quod ita & fecit, & qui ſubſcriberent, vel ſignarent in præſenti rogavimus. Blittrudis Blendumen. abbatiſſa. Helmoinus, Remigius, Chrodoardus, Geraldus, Adalbertus abbates Chammingo comes. Crodegertus. Ego Adricarius juſſu domini mei Pipini, & Plectrude hanc donationem ſcripſi, & ſubſcripſi.

XXXVII. DU.

NOTÆ.

(*a*) *Manſionile Suveſtra.*] En primam Suſterenſis Monaſterii originem, quod poſtea in nobilium Canonicarum Collegium converſum fuit, ſitum in Ducatu Juliacenſi.

(*b*) *Filio noſtro Grimoaldo &c.*] Ex Plectrude Pipinus progenuit filios duos, *Drogonem* & *Grimoaldum*. Illum pater Campaniæ Ducem fecit. Annales Metenſes *ad annum* 691, de Pipino agentes: *Drogonem*, inquiunt, *primogenitum ſuum Ducem poſuit Burgundionum, tradens ſibi uxorem Aſtrudem* (lege *Anſtrudem*) *filiam Warattonis quondam illuſtris Majoris-domus, derelictam Bertharii, qui ex Textriciaco prælio, ut ſuperius retulimus, aufugerat, nec multo poſt à ſuis interfectus interierat.* Drogonem anno 708. obiiſſe Annales Nazariani, Petaviani & Metenſes tradunt: addunt hi, *juxta Metenſem urbem in Baſilica B. Arnulfi Confeſſoris ſepultum.* Drogone defuncto, Ducatum ejus à patre adeptus eſt *Grimoaldus*; ſed poſt hujus deceſſum eundem recepit filius Drogonis *Arnulfus*. Conf. Eckhart *Rer. Francic. Lib. XVI. n. 86.*

XXXVII.

DUCIS ARNULPHI

DONATIO

716.

Bonorum in villa Bollana facta Abbatiæ Epternacenſi.

Martene Tom. I. p. 21.

(a) ANno primo regni domini noſtri Chilperici regis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ego (a) Arnulphus dux, filius Drogune quondam ducis, pro animæ meæ remedio & æterna retributione, dono per hanc cartulam teſtamenti ad monaſteriumEpternach,quod eſt conſtructum in honorem SS. Petri & Pauli ſuper fluvio Sura, ubi Willebrordus epiſcopus præeſſe videtur, in villa Bollana, hoc eſt tam caſis, manſis, campis, pratis, ſylvis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, mancipiis ibidem aſpicientibus; quantumcunque (b) in ipſa villa Bollane mihi legibus obvenit, meam portionem in integrum dono atque trado,ut à præſenti die ipſam tam monachi omni tempore habeant, teneant, poſſideant, & ſuis poſſidendam relinquant &c. Et ut hoc teſtamentum apud locum ſanctum firmum & ſtabile permaneat, manu propria ſubterſcribimus, & teſtes, qui ſubſcriberent, vel ſignarent, in præſenti rogavimus, ſtipulatione ſubnixa. Actum publice caſtro * Bedenſe. Anno & tempore quo ſupra. (b)

* Bidburg.

XXXVIII.

N O T Æ.

(a) *Arnulphus Dux, filius Drogune.*] Diximus jam ad traditionem Pipini de anno 714. *not. b.* poſt deceſſum Grimoaldi, Arnulphum Drogonis filium in Ducatu Burgundiæ ſucceſſiſſe. Exhibet Buccetius in *Probat. General. Franc. pag.* 71. teſtamentum hujus Arnulphi noſtri & fratrum ejus, in quo *ſub die VIII. Kal. Julii, anno V. regni Domini Dagoberti Regis* (hoc eſt Chriſti 715.) *Hugo Metenſis Primicerius, ſacerdos humilis, & germanus ejus vir illuſter Arnulphus dux, nec non & Pipinus & Godefridus* ajunt: *Dum contigit, ut genitor noſter illuſter vir Drogo quondam de hac luce migraret, noſtra fuit petitio ad venerabilem virum Luitbertum Abbatem de Baſilica ſanctorum Apoſtolorum, qua eſt foris murum Metis civitate conſtructa, ubi avus noſter Dominus Arnulphus in corpore requieſcit; ut ibidem jam dictum genitorem noſtrum Drogonem ſepelire deberemus: & ipſe Luitbertus benigno animo viſus eſt praſtitiſſe. Ideo nos tam pro ipſo loco ſepultura, quam & pro remedio anima prædicti genitoris noſtri villam nuncupatam Vigiacum, ſitam in pago Mettinſe, quam ipſe genitor ſuus, avus noſter Pipinus, ſuo munere conceſſit .... viſi fuimus conceſſiſſe.* Arnulphum Ducem Buccetius patrem *Hugonis Principis* fuiſſe ſtatuit, qui anno 750. *Bertam Wicberti Comitis* filiam duxerit, & inde pater fuerit *Theobaldi Comitis Matiſconenſis.*

(b) *In ipſa villa Bollane.*] Hanc donationem poſtea Carolus Martellus confirmavit in villa Fidiacus, die 13. Febr. anno Clotarii quinto. Porro villa Bollana hodiernum *Bollendorff* eſt.

XXXVIII.

ALIA DONATIO FACTA ABBATIÆ EPTERNACENSI PER DUCEM HEDENUM.

716. 18. April.

Martene Tom. I. p. 22.

(a) EGo in nomine Dei, illuſter vir (a) Hedenus dux, dono à die præſenti pro Dei timore & mercedis meæ augmento, donatumque in perpetuum eſſe volo, domino, & in Chriſto patri Willibrordo in mero, quod reſpicit ad (b) Hamulo caſtellum, ubi etiam cogito Dei miſericordia per ipſius apoſtolicj viri conſilium monaſterium
(b)
conſtruere, in parte occidentali (c) ſuper fluvio Sala, in pago Salvenſe, tam campis, quam pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumque decurſibus, ipſas res, quas pater meus, & mater mea dereliquerunt, cum ſervis, & ancillis octo; quantumcunque ibi habere videor, totum & ad integrum trado, & transfundo, ut quidquid inibi facere voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem. Si vero, quod futurum eſſe non credo, &c.
(c)

Actum publice Hamulo caſtello, anno primo Chilperici regis, XIV. cal. Majas. Cato comes. Sigericus comes. Ego inluſter vir Hedenus dux hanc donationem fieri volui, & ſubſcripſi cum Theodrada conjuge mea. (d) Ado nutricius Hedeni, & (e) Tiringus filius Hedeni. Adogoto, Herico. Ego Richiſus clericus rogatus ſcripſi & ſubſcripſi. (d) (e)

XXXIX. PRI-

N O T Æ.

(a) *Hedenus Dux.*] En novam Hedeni ſeu Hetani in S. Willibrordum liberalitatem, quem ſupra ad annum 704. ei donantem vidimus *Arnſtadium*, *Mulbergam* & *Monchenam* in Thuringia; eo ſine dubio fine, ut conſilia ibi & pios Presbiteros ſubminiſtraret, qui Thuringis verbum Dei prædicarent, viámque ſalutis monſtrarent.

(b) *Hamulo caſtellum.*] In diplomate Caroli M. circa annum 777. apud Schannat *Corp. Tradit. Fuld. N.* 51. *p.* 27. vocatur *Hamalanbure fiſcus regius in pago Salicgawe.* Hodie *Hamelburgum.* Ibi ſeminarium piorum virorum ſecum habere deſideravit Dux Hedenus, conſtituens monaſterium eo loco extruere.

(c) *Super fluvio Sala in pago Salvenſe.*] Legendum *Salzenſe*, ad Salam fluvium Franconiæ. Vid. Chron. Gottwicen. *Tom. prodrom. Lib. IV. p.* 735.

(d) *Ado Nutritius Hedeni*] Id eſt, moderator juventutis Hedeni, viri in flore ætatis adhuc conſtituti.

(e) *Tiringus filius Hedeni.*] In ſubſcriptione chartæ de anno 704. *Thuringus* vocatur; ex quo nomine ferè conjicias, patrem Thuringum ortu fuiſſe; licèt in ea parte reſideret plerumque, quæ poſtea nova Francia vel *Franconia* dicta eſt.

XXXIX.

PRIMA DONATIO FACTA ad Monaſterium Prumienſe Per BERTRADAM.

720. 13. Junij.

Martene Tom. I. p. 23.

(a) IN nomine Deitatis ſanctæ Trinitatis. Ego (a) Bertrada ſeu Berta, ſeu & filius meus Charibertus recogitans molimina peccaminum noſtrorum, ut parva pro magnis, terrena pro cœleſtibus, caduca pro futuris, in ara ſummi Dei omnipotentis offerre mereamur, ut ab ipſis ſublevatæ adipiſcamur jugi miſerationum domicilii Dei. Idcirco deſiderio deſideramus circa fluvio Prumia monaſterio ædificare; quod ita & fecimus in honore ſanctæ Mariæ & S. Petri & S. Pauli, S. Joannis, & S. Martini, ut ſub cœnobio vel regulari ordine ibidem debeant monachi converſare, & pro peccatis noſtris die noctuque Domini miſericordia adtentius exorare, ut à noxiis ſceleribus noſtris & filiis meis defunctis mereamur emundare.
(b) Propterea donamus ad (b) monaſterio, qui vocatur Prumia, de foreſte noſtra de ipſo monaſterio ſuſo aqua deſuetus illo exarte usque in ipſo vado in Prumia, & de ipſo vado, indricto usque in Melina flumen, deinde per Melina ſuſo aqua usque ubi nobis obtingit legitimo, usque ad Winardo curte usque ad illa marca, qui nobis obtingit; & ad ſtipendia ipſorum ſervorum Dei donamus de villas noſtras, id ſunt de Romairo-villa de noſtra portione medietate, & de Prumia medietate ſimiliter. Ad * Saaingas in Moslisi ſuper fluvio Moſella totum, de Burſis, quidquid eſt de noſtra parte, totum; & de Blancio, quidquid nobis obtingit, totum. Bertelingas noſtra parte tota donamus, donatumque in perpetuum eſſe volumus, villas ſuperius nominatas ad monaſterio Prumia, in honore peculiaris patronis noſtris S. Mariæ, Petri & Pauli, & ſancti Martini, ſeu cæterorum ſanctorum, quorum pignora ibidem in ipſo loco venerare noſcuntur, ubi Angloaldus Chriſto auſpice præeſſe dignoſcitur. Hoc ſunt villas noſtras ſuperius nominatas cum omni integritate eorum; hoc ſunt ſeſſi cum Widri-

* forté Suaingas Schweich.

NOTÆ.

(a) *Bertrada ſeu Berta, ſeu & filius meus Charibertus.*] Bertrada hæc, ſeu Berta, avia fuit alterius Bertradæ conjugis Pipini Regis. Id vel inde dignoſcitur, quòd, qui hoc loco dicitur *Charibertus* Bertradæ filius, is deinde in Pipini charta fundationis Prumienſis de anno 763. vocetur *Heribertus* Bertradæ genitor. Collatione diplomatum Bertradæ primæ fundatricis & Pipini res evidentior fit. Bertrada ait: *Ad ſtipendia ipſorum ſervorum Dei donamus de villas noſtras, id ſunt Romairo-villa de noſtra portione medietate.* Pippinus verò res proprietatis ſuæ donat *in pago Charos-villa, qua dicitur Rumeresheim. Tam illam,* inquit, *portionem, qua de genitore meo Carolo mihi advenit, quam & illam portionem ipſius Bertrada, quam genitor ſuus Heribertus ei in dotem reliquit.* Ea igitur portio villæ *Rumeresheim* aut *Romairovilla*, quam Charibertus Bertæ filiæ in dotem contulit, eadem omnino eſt cum illa medietate ejusdem villæ, quam olim Bertrada ipſius mater monaſterio Prumienſi donaverat. Conſentiunt Annales Bertiniani, qui ſeriùs licèt, nempe *ad ann.* 749. tradunt: *Pippinus conjugem duxit Bertradam, cognomine Bertam, Chariberti comitis Laudunenſis filiam.* Porro cùm altera villæ Rumeresheim medietas à *Carolo genitore* Pipino obvenerit, non levem inde conjecturam deducit Eckhart *Rer. Francic. Lib. XXI. n.* 2. *Bertradam* proxima ſanguinis affinitate Carolo Martello fuiſſe conjunctam, & fortè ipſius ſororem.

(b) *Monaſterio, qui vocatur Prumia.*] Fuit itaque Bertrada, avia Bertæ Reginæ, Prumienſis monaſterii prima fundatrix; non attento, quod

XXXIX.

Widriſcapis, caſis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, ſylvis, mancipiis, accolabus, veſtibus, utenſilibus, vineis cultis & incultis, manſionibus, mobilibus & immobilibus, vel quidquid in ipſis villis anteceſſores noſtri ibidem tenuerunt, & nos à die præſente tenere viſi ſumus, totum & ad integrum, ſicut ſuperius dixi, ad jam dicto monaſterio pro animæ noſtræ & filiis meis defunctis remedium vel æterna retributione donamus atque transfundimus, de jure noſtro in jure & dominatione ipſorum ſervorum Dei, ut ibidem perpetualiter proficiat eis in augmentis, & à die præſenti ipſi ſervi Dei, qui in ipſa loca ordine ſancta contemplare videntur, jam dictas villas habeant, teneant atque poſſideant, & eorum poſteris ſpiritalibus derelinquant ad poſſidendum, vel quidquid de ipſa facere voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem faciendi. Si quis vero, nos, aut ullus de hæredibus noſtris, aut prohæredes, vel quislibet oppoſita perſona contra hunc teſtamentum à nos factum venire tentaverit, aut hoc immutare voluerit, quod futurum eſſe non credimus, imprimitus iram Dei omnipotentis incurrat, & ſancto Petro, qui tenet claves regni cælorum, & ſancto Paulo, cum quo apoſtolis Domini, ſeu & cæterorum ſanctorum ſic marceſcat in radice, ut non floreſcat in ramis, & ſi ei rami evenerint, ad nihilum deveniant, tanquam anathematus in radium ſolis; & quod repetit, nullam unquam tempote evindicare non valeat, ſed inanis & vacuus cum ipſis maledictionibus perſeveret; & adhuc pro totius firmitatem, ac ſi parva munuſcula noſtra, quæ Deum obtulimus, inlæſa perſeveret, & inſuper juxta legem conditoris, quod principes ſanxerunt, inferat nobis auri libras X. argenti pondera XX. & ſic nec quoque factum noſtrum ullum tempore irrumpere valeat, ſed præſens teſtamentum, à nos factum, omni tempore firmius permaneat. Unde & nos ipſam cartulam donationis à die præſenti fieri rogavimus, & manus noſtras ſubter decrevimus affirmare, & viris magnificis affirmare rogavimus. Facta cartula donationis publice in villa Prumia, ſub die quod fecit menſis Junius dies viginti tres, anno primo regni domini noſtri Theoderici regis. Signum Bertradane, quæ hanc cartolam fieri rogavit, manu ſua facto. Ego Charibertus ſubſcripſi. Ego Bernarius ſubſcripſi. Signum Chrodolandæ. Ego Theodericus ſubſcripſi.

XL. DO-

N O T Æ.

quod in ejus, quem Prumienſes proferunt, latifundiorum & vectigalium ſuorum catalogi, Cæſarii Abbatis Prumienſis commentario illuſtrati frontiſpicio, Pipinus & Carolus viſendi præbeantur, Prumiam Chriſto è nubibus emicanti donum offerentes cum hac inſcriptione: *Pipinus Rex Francorum glorioſus, Carolus Magnus ejusdem Pipini filius victorioſiſſimus Imperator Romanorum, nec non & glorioſiſſimus Rex Francorum, Prumienſis Eccleſiæ patroni atque primi fundatores.* Adde infra chartam Pippini de anno 763. Tradunt Prumienſes, Bertradam primam fundatricem viduam, habitantem in proxima arce ſua Mürlebach (cujus adhuc rudera extant in territorio Prumienſi) ad fluvium Prumiam, in loco cognomine, ubi tunc villa erat, conſtruxiſſe parvam Eccleſiam in prato, ſub invocatione B. Mariæ V. & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli; quæ nuper adhuc, antequam Baſilica principalis ſumptu ſereniſſimi Archiepiſcopi Principis Electoris Franciſci Ludovici ſplendidiſſimè reſtitueretur, exiſtebat, & capella S. Benedicti in prato nominabatur. In ea multi Abbates, Principes & Duces Religioſi ſepulti ſunt, & noſtris adhuc temporibus monachi Prumienſes tumulabantur. Vid. Knauff *Defenſ. Abbat. Prumien. Cap. IV. §. 1. p. 41. ſeq.* Atque ea erat primæva Prumienſium fundatio, cui reliquæ acceſſere.

XL.

DONATIO

FACTA ABBATIÆ EPTERNACENSI PER ROHINGUM.

726. 20. Octob.

Miræus Opp. dipl. Tom. I. p. 10.

CRedimus mercedis lucra acquirere, ſi aliquid de rebus noſtris pro peccatis noſtris redimendis ſacerdotibus Dei conferimus. Igitur, ego in Dei nomine Rauchingus, & conjux mea Bebelina donamus apoſtolico domino & patri noſtro Willibrordo epiſcopo, donatúmque in perpetuum eſſe volumus, hoc eſt eccleſiam, quæ conſtructa eſt infra (a) caſtrum Anterpis ſuper fluvium Scaldæ, quam dominus Amandus pontifex in honorem SS. Petri & Pauli apoſtolorum principum vel cæterorum ſanctorum conſtruxit.

Et nos pro ipſa eccleſia, vel quidquid ibidem aſpicere videtur, venerabili viro Firmino abbati de monaſterio Quortolodora locellum noſtrum, nuncupatum Tumine, in concambio dedimus, ut nos poſtea à die præſenti jam dictam eccleſiam una cum terris, domibus, ædificiis, aceolabus, mancipiis, manſis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarúmque decurſibus, adjacentiis, appenditiis ibidem aſpicientibus, farinariis, gregibus cum paſtoribus, mobilibus, & immobilibus, re adquiſita, & inexquiſita, totum & ad integrum, quidquid dici & nominari poteſt, tam de dote, quam de comparato vel de qualibet .... ad nos noſcitur perveniſſe, nos à die præſenti ſupradicto domino Willibrordo epiſcopo donamus atque tradimus, & illud thelonium, quod ad partem noſtram ibidem venerat, hoc eſt illam tertiam partem ad integrum ei conceſſimus, atque donamus, in ea ratione, ut ubi thus, & luminaria debeant eſſe procurata.

Et presbiteri, qui ibidem ſerviunt, pro peccatis noſtris Domini miſericordiam debeant exorare; & ut ſupraſcriptus dominus Willibrordus ipſam eccleſiam, vel quidquid ibidem aſpicere videtur, ſeu ipſum theloneum habeat, teneat, atque poſſideat, dandi, commutandi vel quidquid exinde facere voluerit, liberam, & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem. &c.

Actum Weimodo regia villa, cum facit Octob. dies viginti. regnante Theodorico rege, anno ſexto.

XLI. TE-

N O T A.

(a) *Caſtrum Anterpis ſuper fluvium Scaldæ.*] In teſtamento S. Willibrordi de hoc anno dicitur ſitum in pago Renenſi. *Renenſi* inquam, non *Rhenenſi*; in illo quippe ſita Antverpia. Erat enim Renenſis pagus, qui & *Rienſis*, ad dexteram fluvii *Scaldis*, & ad fluvium *Nattam* ſeu *Nattam*, hodie *die Neta*, inter pagos *Taxandriam, Hasbaniam, Bratuspantum,* & *Waſdam*. Etiamnum vocatur *het Land van Ryen*, in Ducatu Brabantino. Chron. Gottvvicen. *Tom. prodrom. pag.* 746.

Reliqua ad hanc chartam notanda vide apud Miræum *l. cit.*

XLI.

726.

TESTAMENTUM
S. WILLIBRORDI

(a) favore Monaſterii Epternacenſis. (a)

Miræi *Opp. dipl. Tom. I. p. 11.*

IN Chriſti nomine. Oportet chriſtianos viam veritatis agnoſcere, per quam Creatori ſuo digno meritis ſuis ſervire poſſint, aut oblatio eleëmoſinarum eorum, & devotio perveniat ad ſalutem: ipſo ſummo dicente: Date, & dabitur vobis, & facite eleëmoſinam, & ecce omnia munda ſunt vobis.

Idcirco ego in Dei nomine Clemens Willibrordus, epiſcopus, cogitans caſum humanæ fragilitatis, qualiter peccata mea poſſum abluere, & donante Domino ad æterna gaudia pervenire, dono à die præſenti, donatumque eſſe perennibus temporibus volo, hoc eſt, ad monaſterium Epternacum, quod eſt conſtructum ſuper fluvio Sura, in pago Bedenſi, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & SS. Petri, & Pauli apoſtolorum, & S. Joannis Baptiſtæ, vel cæterorum ſanctorum, ubi ego ipſe Clemens Willibrordus cuſtos, vel gubernator præeſſe videor, &, ſi Chriſto placet, corpus meum ibidem requieſcere debet.

Hoc eſt quod dono, vel trado ad ipſum ſanctum locum Epternacum omnem rem vel villas, ſeu mancipia,
(b) quæ mihi (b) ingenui Franci, pro amore eorum, & ſalute, tradiderunt, vel condonaverunt.

Similiter illas res, quas (c) dominus Pipinus mihi condonavit, vel delegavit, ſeu matrona ſua Plictrudis, ſive filius ſuus dominus noſter Carolus, major domus: quas res ipſas dominus Carolus, & genitor Pipinus, tam me vivente, quam de iſta vita migrante, pro eorum mercede condonaverunt. (c)

Et illas alias res ex parte denomino, vel homines, qui mihi eas tradiderunt, vel delegaverunt, id eſt, ut hæc ſcriptura ſolenniter, pro temporum ſerie, confirmare debeat: & hi ſunt homines nominibus his nominati.

(d) Rohingus mihi condonavit, vel tradidit eccleſiam aliquam, quæ eſt conſtructa in Antverpo caſtello, ſuper fluvio Scalde, in pago Renenſium, cum appendiciis ſuis; villas denominatas his nominibus: (e) Bacwalde, Winnelincheime, (f) Furgalare, & in ipſo caſtello Antwerpo tertiam partem de illo teloneo. (d) (e) (f)

Et Heribaldus clericus mihi condonabat, & tradidit eccleſiam aliam (g) in pago Marſum, ubi Moſa intrat in (g)

N O T Æ.

(a) Autographum hujus cartæ (quæ propriè Monaſterii fundatio eſt) Epternaci etiamnum ſervatur. Deſcripſerunt illud gemini ejus loci ſcriptores Theofridus & Theodericus, quorum *ille* ibidem Abbas circa annum 1090. *hic* Abbatum brevis Chronologiſta circa annum 1190. magno judicio delectûque Rerum Francicarum geſta complexus, ſub *Aurei libri* titulo in pergameno exaratus, cuſtoditur ſedulò; quia antiqua ſimul Monaſterii diplomata privilegiáque continet.

(b) *Ingenui Franci.*] Ex ſalicis aliiſque legibus patet, Francos non ſolùm in multis miriùs aliis populis habitos, ſed etiam à tributò immunes fuiſſe. Unde & *Francus* ſæpiùs pro homine *libero* & *ingenuo* apud veteres uſurpatur. Superbierunt hoc nomine; & non ſine tripudio, ſe *liberos Francos*, & *Nobiles Francos* vocârunt, & etiamnum vocant. Vid. Eckhart *Rer. Francicar. Lib. XXII. n. 9.* Fuere autem ingenui hi Franci, de quibus carta loquitur, Hedenus & alii.

(c) *Dominus Pipinus.*] Vide ejus cartam ad annum 714.

(d) *Rohingus.*] Cujus eſt donatio immediatè præcedens.

(e) *Bacwalde.*] Hodie *Boechols.* Winnelincheime, hodie *Wyneghem.* ſunt duo vici Campaniæ Brabanticæ propè Antwerpiam.

(f) *Furgalare.*] Creditur *Voghelaer*, pagus propè Antwerpiam notus, verſùs Turnaum.

(g) *In pago Marſum.*] Idem eſt, qui pagus *Moſae*, in Ducatu Lotharingiæ inferioris, ſitus inter pagos Hattuaria, Hasbanienſem, Tuxandrum

XLI.

(b) (i) in mare, cum appendiciis ſuis, &(b) mariſcum, unde (i) berbices naſcuntur.

Et Angilbaldus mihi condonabat vel tradidit villam, quæ vocatur Wadradoch, in pago Taxandro, ſuper
(k) flumine (k) Duthmala.

Et Ansbaldus mihi condonabat, vel tradebat omnem portionem ſuam
(l) in villa, quæ vocatur (l) Busloth, in pago Taxandrio.

Et Berethinda, Deo ſacrata femina, mihi condonabat, vel tradebat
(m) omnem portionem ſuam in villa, (m) Bobanſchot, in pago Taxandrio.

Et Henricus mihi condonabat in
(n) villa, quæ vocatur (n) Pieplo.

Et Engelbertus mihi quondam donabat vel tradebat mihi omnem portionem ſuam in villa, quæ vocatur Hinesloten, in pago Taxandrio.

Item quod Engelberrus mihi condonabat vel tradebat villam, quæ vo-
(o) catur (o) Alpheim, in ipſo pago Taxandrio.

Item Ansbaldus clericus mihi condonabat, vel tradebat villam, quæ vo-
(p) catur (p) Dioſna in pago Taxandrio, ſuper flumine Digena.

Et Thietbaldus mihi condonabat, vel tradebat eccleſiam aliquam, quæ eſt in villa Montnahim, quæ Araride vocarur, cum appendiciis ſuis.

(q) Er (q) illuſter vir Hedenus mihi condonabat, vel tradebar omnem portionem ſuam in villa, quæ vocatur Aimiſtadi, ſoper fluvio, Wielheo, in pago Turiogaſnes.

Superius nominatas vel ſcriptas res ego Clemens Willibrordus trado, arque transfundo ad illam caſam Dei ſuperius nominatam Epternacum, vel ad illam ſanctam congregationem fratrum ibidem Deo ſervientium, ea ratione vero, ut quidquid de iiſdem rebus ſuperius nominatis facere decreverinr, in omnibus habeanr poteſtatem faciendi, ut & ibidem omni tempore pro noſtra mercede, vel ſeniore noſtro Carolo, majore domus, ſeu eorum hominum, qui mihi ſuas res tradiderunt, proficiant in augmentis.

Et illud placuir nobis inſerendum: ſi fuerit ullus de hæredibus, vel prohæredibus meis, ſeu qualiber oppoſita aut extranea perſona, ſeu judiciaria poteſtas, quæ contra hoc teſtamentum, vel donationem meam, quam ego Clemens Willibrordus epiſcopus ſana mente plenoque conſilio, & devotione inregra fieri juſſi, venire aut agere, vel eam infringere voluerir, & ſi iſta charta ei oſtenſa ad relegendum fuerit præſenrata, ſe ipſe exinde compeſcere noluerit, inprimis iram Dei omnipotentis incurrat, & ſanctorum angelorum, & ab omnibus eccleſiis, vel conſortio chriſtianorum efficiatur extraneus, & habeat partem cum Juda, qui Dominum tradidit, & cum Dathan, & Abiron, quos terra vivos deglutivit: & inſuper inferat cum ſocio fiſco auri libras decem, argenti pondo quinquaginta coactus exſolvat, & quod repetit evindicare non valeat. Actum anno VI. regnante Theodorico rege.

XLII. GRE-

N O T Æ.

drıam, Batuam, Attuarias, & Ripuariam; protenſus ab urbe Viſeto ad utramque Moſæ ripam, usque ad ejusdem conjunctionem cum fluvio Vahali, haud procul à Sylva-Ducis, ubi etiamnum regio eſt, *das Maesland*, appellata.

(*b*) *Mariſcum*,] id eſt, locus paludoſus, Belgis *Moras*.

(*i*) *Berbices.*] Piſcium genus in Moſa frequentes, Germanicè Barben.

(*k*) *Duthmala.*] Hodie *Dommele*, qui per Boxtellam & Sylvam-Ducis defluit in Moſam.

(*l*) *Busloth in pago Texandrio.*] In hodierno Ducatu Brabantino, inter pagos Renenſem, Maſau inferiorem, Hasbaniam & Brachbantum. In eo hodiedum canalis ſeu fluviolus eſt prope Herzogen-Buſch, Boſſe-Sloot appellatus, quem *Busloth* noſtrum eſſe conjicit Autor *Chron. Gottvvicen. pag.* 795.

(*m*) *Bobanſchot.*] Hodie *Boeſchot* vicus.

(*n*) *Pieplo.*] Nunc *Poppel*, vicus inter Herentaliam & Sylvam-Ducis, Brabantiæ oppida.

(*o*) *Alpheim.*] Modò *Alphen*, vicus in Diœceſi Antvverpienſi, tertio lapide à Breda, gentis Naſſaviæ oppido.

(*p*) *Dioſna.*] Nunc *Dieſen*, in Diœceſi Sylviducenſi, primo lapide ab Hilvaribeca. Horum trium poſteriorum vicorum Eccleſias parochiales hodie poſſidet Tungerloënſis Abbatia, Ord. Præmonſtratenſis, eatenus Abbatiæ Epternacenſi quotannis cenſum ſolvens.

(*q*) *Illuſter vir Hedenus.*] Confer ejus cartam de anno 704. & ibi notata.

XLII.

GREGORIUS II. P.P.

MONASTERIO

S. MAXIMINI

729. .. Jan.

firmat jus eligendi Abbatem, huícque uſum Mitræ, Dalmaticæ & Sandaliorum; cavet inſuper de ejusdem monaſterii immunitate ſæculari.

Miræus *Opp. dipl. Tom. I. p.* 129.

(*a*) GRegorius ſervus ſervorum Dei. (*a*) Baſino abbati venerabilis monaſterii S. Joannis Evangeliſtæ, atque ſanctiſſimi confeſſoris Chriſti Maximini, cujus corpus ibi quieſcit, tibi tuisque ſucceſſoribus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Si ſemper ſunt concedenda, quæ piis deſideriis congruunt, tanto propenſius ea, quæ pro divini cultus religione poſtulantur, alacri devotione & omni occaſione remota, benevola intentione continuo ſunt largienda. Petiſtis igitur nos, ut monaſterio tuo, quod in ſuburbio Treviris in hoaore S. Joannis Evangeliſtæ conſtructum eſſe dignoſcitur, ubi prænominatus Chriſti confeſſor corpore quieſcit, ob confirmandam ibidem Deo ſervientibus monaſticæ tranquillitatis normam, ſanctæ apoſtolicæ noſtræ (cui auctore Deo deſervimus) eccleſiæ privilegium concederemus; nosque piæ devotioni tuæ aſſenſum accommodare curavimus, decernentes apoſtolicæ authoritatis præcepto, uti congregatio Deo ibi religioſe ſerviens, (*b*) ſicut per præcedentia tempora à regibus eidem cœnobio conceſſum eſt, (*b*) liberam deinceps habeant poteſtatem creandi inter ſe, quem ſecundum Deum elegerint, ſibi abbatem, nec aliqua cujuslibet dignitatis perſona infra monaſterium prædictum, niſi à te aliove abbate ſucceſſore tuo vocatus, quidquam pro libitu ordinare, vel temere exercere præſumat. Præterea apoſtolica noſtra authoritate omnimodis interdicimus, ne cui unquam eccleſiæ vel ſedi concambio, aut aliquo ingenio, ſubdatur, ſed tali immunitate & libertate, quali cætera regalia loca utuntur, inoffenſe & perpetualiter gaudebit. Ipſe vero locus monaſterii ſub mundiburdio regum permaneat, nulli unquam perſonæ beneficiarius aut invadendus pateat, ſed ad tranquillitatem monachorum, inibi (*c*) (*c*) ſub regula S. Benedicti Deo militantium, quietus permaneat. Conſtituimus etiam, & hac paterna dilectione tibi tuisque ſucceſſoribus concedimus, ut ad monaſterii ſacra in præcipuis feſtivi-

N O T Æ.

(*a*) *Baſino Abbati.*] Variæ ſunt in hac bulla, eæque haud exigui ponderis, ſuppoſitionis notæ. Et imprimis quidem, non immerito dubitatur, an Baſinus hoc adhuc tempore vixerit, cùm jam tum elapſi fuiſſent anni ad minimum quadraginta, poſtquam ad ſedem Epiſcopalem Trevirenſis Eccleſiæ aſcendiſſet; & ampliùs quàm triginta, poſtquam ab eadem ad Monaſterium ſuum receſſiſſet.

(*b*) *Sicut per præcedentia tempora à Regibus eidem cœnobio conceſſum eſt.*] Provocat hic bullæ auctor ad ſuppoſititium diploma Dagobertinum, quod ad annum 633. dedimus.

(*c*) *Sub regula S. Benedicti.*] Antiqua Monaſteria, relictis ſuis primævis conſtitutionibus, regulam S. Benedicti non accepiſſe ante tempora Ludovici Pii Imp. colligunt Antwerpienſes ex

XLII.

(d) ſtivitatibus (*d*) mitra, dalmatica,
(e) ſandaliis utaris, (*e*) fraternitatem tuam commonentes, ut cum augmento honoris augeatur & in te virtus divini amoris. Prohibemus, & ex authoritate B. Petri, cujus vice licet indigni in hac apoſtolica ſede fungimur, funditus interdicimus, ut nullus dux, nullus comes, nulla prorſus perſona, eccleſiaſtica ſive mundana, in poſſeſſione vel allo-
(f) dio S. Maximini (*f*) montem ſive rupem capere, vel munitionem in eis facere præſumat, niſi forte abbas ejusdem monaſterii, propter metum paganorum, vel propter incurſionem malignorum hominum ad tempus, donec tranquillitas pacis redeat, ſe ſuosque ibi interim muniat. Ad cumulum quoque vel augmentum monaſticæ tranquillitatis adjicimus, ne qua cujuslibet dignitatis perſona magnum vel minimum alienare vel minuere de rebus eccleſiæ præſumat, tam de his, quæ per te modo per alios eidem monaſterio conceſſa ſunt, quam ex his, quæ cæteri fideles pro remedio animarum ſuarum deinde collaturi ſunt. Si quis vero, quod abſit, auſu neſario præſumpſerit, quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate jam dicti venerabilis monaſterii ſtatuta ſunt, infringere, aut in quoquam violare, ſciat ſe ſub divini judicii teſtificatione per interventum B. Petri apoſtoli, anathematis vinculo inextricabiliter innodatum, & à regno Dei alienandum, & cum diabolo & ejus ſequacibus atrociſſimis pœnis concremandum. Qui vero pro intuitu & reſpectu divini timoris obſervator hujus noſtræ præceptionis apoſtolicæ extiterit, æternæ benedictionis gratiam à Chriſto Domino conſequi mereatur. Scriptum per manum Benedicti ſcriniarii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in menſe Januario, indict. XII. in Dei nomine amen.

XLIII. DO-

N O T Æ.

Actis S. Benedicti Anianæ & Indæ Abbatis *ad diem XII. Februar.* Mabillonius econtra *Annal. Benedict. Tom. I. in præf. Cap.* 3. *n.* 16 *ſeqq.* eandem jam Sæculo VIII. per totum Occidentem receptam fuiſſe ſuſtinet. Quod & verius cenſeo; atque ita hoc ſuppoſitionis argumento non utor. Conf. Privilegium S. Hildulfi de an. 670. & ibi *not. f.*

(*d*) *Mitra, dalmatica, ſandaliis.*] Hoc præmaturum eſt. Joannes enim PP. XVIII. (quem alii XX. dicunt) quique ſub initium Sæculi XI. ſedit, primus incepit Abbatibus permittere uſum pontificalium ornamentorum; ut docet Chriſtianus Lupus *Tom. V. Scholior. in Canones p.* 527.

(*e*) *Fraternitatem tuam.*] Cùm hoc titulo ſolos Epiſcopos honoret ſummus Pontifex, ſic conſictor Bullæ utique Baſinum Archiepiſcopum præ oculis habuit.

(*f*) *Montem ſive rupem capere.*] Rupes, quòd arcibus imponendis eſſent opportunæ, pro arcibus priſci dixêre. Sed hæc facilè perſuadent, harum tabularum auctorem poſt incurſionem Normannorum vixiſſe; quo tempore frequens nobis de rupibus & arcibus erit mentio.

XLIII.

DONATIO PIPINI REGIS

facta Abbatiæ Epternacenſi.

752. 3. Maij.

Miræus Opp. dipl. Tom. I. p. 641.

IN nomine ſummæ, & individuæ Trinitatis. Pipinus inluſter vir rex Francorum. Cum propitia divinitate ad hoc intendimus, quod locis ſanctis aliquod munus impendimus, regalis magnificentiæ commendamus largitatem, & ſupernam nobis conciliamus pietatem.

Proinde notificamus omnibus Chriſti noſtri fidelibus, eſſe locum in regno noſtro, Epternach vocatum, ubi ſanctiſſimus vir Patrinus videlicet, ſeu ſpiritualis pater noſter, Willibrordus cognomento Clemens, nuper temporibus avi noſtri Pipini, & patris noſtri Caroli Martelli, datis ſibi ab eis, & aliis illuſtribus viris prædiis, monaſterium conſtruxit, quod collatis in eo, quas à Roma detulit reliquiis, in honore ſanctæ Trinitatis, & beatorum apoſtolorum Petri, & Pauli dedicavit, ibi quoque cum monachis & ipſe monachus angelicam omni ſanctitate præditam vitam ducens, plenus virtutibus, & inſignis miraculis, ante hos paucos annos in pace quievit, & ibidem ſepultus, quantum apud Deum valeat meritis, ſignis quotidie evidentibus innoteſcit. Ad hunc itaque ſacrum locum, conſilio ſtrenuiſſimi viri Bonifacii archiepiſcopi, & petitione Alberti abbatis ejusdem loci viri venerabilis, eccleſiam, quæ eſt in Crovia, cum omnibus ad ſe pertinentibus ſive in vineis, ſive in cæteris terrarum poſſeſſionibus, totamque decimam, partem ſilvæ, quæ dicitur Contella, ſive culta, ſive inculta, nec non decimam, quæ de noſtro fiſco venerit, rata conceſſione tradimus, & condonamus, & in perpetuam poſſeſſionem fratrum ibidem famulantium delegamus.

Placuit etiam nobis juxta inſtituta majorum noſtrorum, eidem eccleſiæ Epternacenſi thelonium in omni regno noſtro indulgere, & relaxare, quatenus ibi Deo famulantes pro noſtra ſuccedentiumque regum ſalute jugiter Deo delectet ſupplicare. Et ut traditio noſtra regali autoritate firmata, inconvulſa permaneat, hanc traditionem manu propria ſubterfirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione fideliter ſigillamus.

Dato III. nonas Maij anno incarnationis dominicæ DCCLII. regni noſtri III.

WIO-

De hoc diplomate ita Alex. Wilthemius apud Papebrochium *Propylæi antiquar. P. I. C. 5. n.* 69. „Seculo VIII. adulto. Pipinus Rex Epternacenſi cœnobio donavit Croviam, luculentum „ad Moſellam ac nobilem vicum. Extant donationis tabulæ, in membrana de more ſcriptæ, „& à me lectæ, à Myræo editæ, à Criticis multariam reprehenſæ, ob peccata hiſtorica atque chronologica: ſed, ſi de jure agitur, prorſus validæ atque legitimæ. Neque enim authographæ ſunt ipſius Pipini: ſed authographis perditis aut corruptis (nam quid non perdunt atque corrumpunt injuriæ temporum innumerabiles?) ſubſtitutæ; idque vel ex libris commentariisque domeſticis, vel ex corruptis illis detritisque autographis. Reſtitutas autem eſſe auctoritate Regia vel Imperatoria ſuadere mihi videtur appoſita cera: quippe in qua ſedeat Imperator aut Rex in throno, dextra gerens ſceptrum liligerum, ſiniſtra globum impoſita cruce: coronæ ſpecies quadrata eſt, aut quadratæ ſimilis: literæ circumſcriptæ fugiunt oculos, demptis hiſce ultimis *Gratia Rex*, planè ut „Henricianum eſſe ſigillum jurare poſſis, ſi talium uſum ac notitiam habeas. Monogramma Pipini nomen implectit, ſed non ea forma, qua erant monogrammata tempore Pipini, ſed qualia regnantibus Henricis. Priſca enim illa à Dagaberto uſque ad Otones (ut ex Maximinianis autographis mihi conſtat) procurrebant in aliquam longitudinem. Otones ea quadrare maluerunt, eúmque morem cuſtodiverunt deinde Henrici eorum poſteri, inſertis hinc inde ceteris eorum nominis elementis: qua prorſus ſpecie eſt hoc Epternacenſium tabularum Pipini ſignum. Ex quibus omnibus colligo, Henricum aliquem Regem, corrupto aut perdito authographo, has tabulas ſuffeciſſe, ut eſſent illius, ubi res poſceret, in forenſi negotio vicariæ.„ Sed hæc periti rei diplomaticæ lectori tanta non videbuntur, ut manifeſta ſuppoſitionis ſigna, ab ipſo etiam Wilthemio hic ſummatim perſtricta, enervent. Quare has tabulas quoad formam ſpurias omnino, & ab antiquo confictas, omnino cenſeo habendas.

WIOMADUS ARCHIEPISCOPUS.

XLIV.

PIPINUS REX

761. 27. Junii.

WIOMADO ARCHIEPISCOPO Et Eccleſie Trevirenſi confirmat Eccleſias S. Maximini, Paulini, Eucharii, Oreum, S. Martini, ac quidquid Eccleſia Trevirenſis habet & habebit citra Rhenum & Lygerim, & quod ſit libera à talliis & theloneis. (*a*)

(*a*) Cointe *Annal. Eccleſ.*

IN nomine Domini Dei eterni & Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti. Pipinus divina ordinante providentia rex Francorum. Si liberalitatis noſtre munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & neceſſitates eccleſiaſticas ad petitiones ſacerdotum noſtrorum relevamus juvamine, atque regali tueamur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporalem tranſigendam, & ad eternam felicitatem obtinendam, profuturum liquido credimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam preſentium, quam futurorum ſagacitas, quia vir venerabilis (*b*) Wiomadus ſancte Trevirenſis eccleſie archiepiſcopus obtulit obtutibus noſtris preceptum anteriorum regum Francorum, in quo erat inſertum, quod predeceſſores noſtri, videlicet Francorum, omnes res, quascunque boni & ſancti viri pro divine contemplationis intuitu ad partem ſancti Petri Trevirenſis eccleſie relegaverunt, ſuorum auctoritatibus confirmaverunt, quatenus eorum regnum ſuperno auxilio tueretur, & poſtmodum cum Chriſto rege regum regnarent in celis. pro rei firmitate vero idem prefatus preſul Wiomadus poſtulavit celſitudinem noſtram, ut paternum, ſeu predeceſſorum regum, morem ſequentes, hujuscemodi noſtre authoritatis preceptum ob amorem Dei & reverentiam ſancti Petri de eisdem rebus fieri juberemus; cujus petitioni libenter conſenſum prebuimus, & hoc noſtre authoritatis preceptum erga ipſam eccleſiam pro divini cultus amore, & anime noſtre remedio, fieri decrevimus, per quod precipimus atque jubemus, ut omnes facultates vel res ad eccleſiam ſancti Petri Treverice urbis pertinentes, ſcilicet cellam ſancti Maximini, que in territorio ſancti Petri principis apoſtolorum conſtructa, & eccleſias ſancti Paulini, & ſancti Eucharii, & monaſterium

N O T Æ.

(*a*) Meminit hujus diplomatis Mabillonius *de Re diplom. Lib. II. C.* 3. *n.* 6. & *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXIII. n.* 50. qui illud interpolationibus non carere judicat; additâ etiam, præter ejus ævi morem, indictione. Mendoſa ei etiam videtur invocationis & inſcriptionis forma; tametſi contrariis valori non habeat, quod opponat. Eò autem minùs diplomatis ſubſtantiæ falſa videri debet, quod auctor Geſtor. Trevir. *Cap. XXXIX. in f. edit. Leibniz.* de re ipſa ſic ſcribat: *Præceptum tamen Regia auctoritatis* (Weomadus) *ab eodem Pipino ſuper cellam S. Maximini & aliis rebus Eccleſia Trebirenſis obtinuit, & à Carolo Magno Pipini filio; quod qui ſcire voluerit, invenire poterit.* Fit deinde Pipiniani hujus mentio in Præcepto Ludovici R. de an. 902.

(*b*) *Wiomadus ſancte Trevirenſis Eccleſie Archi-*

XLIV.

ſterium ſancte Marie, quod dominus Modoaltus pontifex eidem eccleſie in territorio ſancti Petri a fundamento conſtruxit, quod vocatur Orea, & eccle-
(c) ſiam ſancti Martini (*c*) in pago Ambitivo conſtructam, & ceteras baſilicas, caſtella, vicos, villas, vineas, ſylvas, homines, & quidquid Deo donante ad eandem eccleſiam deinceps augmenti citra Rhenum & Ligerum fluvium, in regno noſtro ſiſtentia, omnia, ſub jure & poteſtate S. Petri Trevirenſis eccleſie ejusque pontificis perpetualiter mancipata permaneant. Preterea pari modo ſtatuimus, ut nullus ex publicis judicibus, vel aliquis ex judiciaria poteſtate in monaſteria, eccleſias, caſtella, vicos vel agros, loca, ſeu reliquas poſſeſſiones predicte eccleſie tam ultra, quam juxta Rhenum vel Ligerum fluvium, in pagis vel territoriis, infra poteſtatem regni noſtri, memorata poſſidet eccleſia, vel que deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa, aut conrectos aliquos exigendos, aut manſiones vel parratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſie diſtringendos, neque injuſtas exactiones requirendas, vel theloneum exigendum, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, que ſupra memorata ſunt, penitus exigere nequaquam preſumant; ſed liceat memorato preſuli ſuisque ſucceſſoribus omnia prefata monaſteria, villas, vicos & caſtella cum ſuis adjacentibus, integrum perpetuo tempore, pro remedio anime noſtre, ſeu parentum noſtrorum, quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere mandato, atque pro incolumitate noſtra & conjugis, ac prolis, ſeu etiam totius regni, a Deo nobis collati, & ejus clementiſſima miſeratione per immenſum conſervandi, una cum clero & populo ſibi ſubjecto, immenſam clementiam jugiter exorare. Et quidquid de prefate rebus eccleſie jus fiſci exigere poterat, integrum eidem conceſſimus eccleſie ſcilicet, ut perpetuo tempore ei ad peragendum Dei ſervicium, augmentum & ſupplementum fiat. Hanc itaque authoritatem noſtri precepti, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & à fidelibus ſancte Dei eccleſie, & noſtris videlicet preſentibus & futuris temporibùs verius credatur, & diligentius a ſucceſſoribus noſtris conſervetur, ea manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Pipini percellentiſſimi regis. Ego Joſeph ſubdiaconus ad vicem Wulfart recognovi. Data XV. kalendas Julii. Indictione XIII. Anno nono regnante inclito rege. Actum Tulpiacko in Dei nomine feliciter, amen.

XLV. TE-

N O T Æ.

Archiepiſcopus.] Archiepiſcopi nomen ante Seculum nonum in Occidente rariſſimum, ſuſpicione non caret. Vid. Mabill. *de Re Dipl. Lib. II. C.* 2. *n.* 3. Wiomadum autem eo jam tempore Trevirenſi præfuiſſe, minimè dubitandum. Immediatus ejus deceſſor Milo jam circa annum 753. inter vivos eſſe deſierat. Vid. Mabillon, *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXII. n.* 74. Eckhard *Rer. Francicar. Lib. XXIII. n.* 126. Adde Teſtamentum S. Salvatoris an. 762. *not. G.* Fuerat Weomadus antè S. Maximini Abbas.

(*c*) *In pago Ambitivo*] Brovverus *in Annal. Trev. Lib. VII. n.* 197. legit *Ambitarivo*, ſed nec ſic quidem proprii pagi habebitur ſignificatio. Rectius itaque infra in diplomate Carolino de anno 773. nominatur *Eccleſia S. Martini in pago Meginenſe*, quæ eſt hodierna Collegiata ad SS. Martinum & Severum monaſterii Meinfeldiæ.

XLV.

TESTAMENTUM S. SALVATORIS,

Quod PIPINUS REX fieri juſſit Abbatiæ Prumienſi. (*a*)

762. 13. *Aug.*

(*a*)

Mabill. *An. Bened. T. II. p.* 705.

PIpinus rex Francorum vir illuſtris. Quia divina nos providentia in ſolium regni veniſſe manifeſtum eſt, oportet ea in Dei nomine exereeri, in quibus potius gratiam, atque voluntatem Altiſſimi conſequi valeamus. Meminimus enim ipſius evangelii, in quo ait: qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe introibit in regnum cælorum. Et quia reges ex Deo regnant, nobisque gentes & regna pro ſua miſericordia ad gubernandum commiſit, providendum, ut & ſublimes rectores ſimus inopibus, & pauperes pro amore Chriſti regnare atque educare non negligamus. Deus etenim Moyſi legislatori tabernaculum propitiatorii ordinare præcepit; Salamonem quodque regem templum in nomine ipſius ædificatum, ſcimus auro lapidibusque exornaſſe. Nos enim, quamvis non ita magna eisdem exæquare valeamus, tamen, quod facilius poſſumus, ex propriis ſacultatibus, quas habemus, Domino cooperante, eidem offerre deſideramus, quia nihil, ut ait apoſtolus: in hune mundum intulimus, nec, quia ex eo quidquam efferre poterimus, ſed illud ad animæ ſalutem credimus proficere, quidquid devota mente de rebus tranſitoriis Domino videmur diſtribuere. Igitur dum notum eſt omnibus tam propinquls, quam exteris nationibus, nos & conjugem noſtram Bertradam in amore ſancti Salvatoris, nee non & ſanctæ Dei genitricis Mariæ, atque beatorum principum apoſtolorum Petri & Pauli, vel S. Joannis Baptiſtæ, ſeu martyrum ſancti Stephani, Dionyſii & Mauritii, & confeſſorum Martini, Vedaſti, atque Germani, monaſterium in re proprietatis noſtræ ædificare, quod eſt poſitum infra terminos Bidenſe atque Ardennæ, (*b*) ubi rivulus, qui dicitur Berdenbach, ingreditur in Prumiam, (*b*) in ipſius vero monaſterii eccleſia de ſandaliis Domini noſtri Jeſu Chriſti, nec non ipſius genitricis Mariæ cæterorumque ſanctorum, quorum jam ſupra ſecimus mentionem, viſi fuimus recondere reliquias, atque ibidem conſtituimus monachos, qui ſub ſanctæ

N O T Æ.

(*a*) Prumia à Pronæo rivo in Arduennæ limite, amica ſtirpi Carolinæ ſedes, & non tam ob loci opportunitatem, quàm eximiam monaſticæ diſciplinæ claritatem expetita quondam, & ab omnium ordinum hominibus frequentata, longe aliis antecelluit, ſive dignitatem ſpectes religionis, ſive doctiſſimorum & cætera celebrium virorum ibidem profeſſorum famam, ſive demum veteris potentiæ amplitudinem & adhuc perdurantis Principalis dignitatis ſplendorem. Conf. ſupra diploma Bertradæ ad ann. 720. ubi prima celebris Monaſterii fundamenta.

(*b*) *Ubi rivulus, qui dicitur Berdenbach, ingreditur in Prumiam*] Pronoæ & Nemeſis (*Prüm & Nims*) Auſonio *in Moſella.* ℣. 354. celebrati amnes, in Eifliæ exorti montibus inde velut jugales, exiguo ſecreti intervallo, feruntur, donec à Sura in familiam cooptati, communes cum eo aquas in Moſellam devolvunt.

XLV.

ctæ converſationis norma, vel ſecundum præcedentium patrum ... debeant omnino exerceri, quatenus, ut qui monachi ſolitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce Domino per tempora exultare, & ſub ſancta regula viventes & beatorum patrum vitam ſectantes pro ſtatu eccleſiæ & longævitate regni noſtri, nec non ut uxore & filiis noſtris populoque catholico, Chriſto præſule debeant plenius Domini miſericordiam exorare. Providendum eſt tamen, ut dum a nobis pro amore Chriſti ipſum monaſterium a novo opere conſtat eſſe fundatum, qualiter pertractemus, qualiter deinceps ſacerdotes atque monachi, qui ibidem aderunt, vivere vel conſolationem atque tranquilitatem habere debeant, & nequaquam diſperſis ovibus paſtor inveniat, qui gregem ſuum providendum commiſit nobis, ſed adjuncti ſimul poſſint Deo omnipotenti diu noctuque laudes referre. Idcirco inſpirante nobis ſuperna gratia donamus pariter & ego & conjux mea Bertrada ad ipſum ſacratiſſimum locum, quem in honore S. Salvatoris vel S. Mariæ conſtruximus, res proprietatis noſtræ (c) in pago Charos, villa, quæ dicitur Rumereshelm, tam illam portionem, quæ de genitore meo Carolo mihi advenit, quam & illam portionem ipſius Bertradæ, quam genitor ſuus Herebertus ei in dote dereliquit, cum appendiciis, vel omni integritate ſua, præter aliqua mancipia his nominibus: Wucdramno, Arnulpho, Crodoaldo, Wanulſo, Ghiorino, Chrodramno, Wulfrido, Tancrado, Adalberto, Berenghiſo, Oſfredo Matalfredo, Walafredo, Madalfredo, Airoino, Arefredo, Adalivo, Umnelin de Bertelinde, Gunberto, Harelinde, Wnilde ſeu Charde, Sigfrido, Ratleo, Dulodulſo & Luſo, Mulſo, Ratgar de Gerolinde, Hildoarance, Wineade, Aznarane, Alpelinde, Magnelinde, Zebelinde. Hæc igitur mancipia ad noſtrum opus tetinuimus, in reliquo verò ipſam villam cum omni integritate ſua ad ipſum ſanctum locum tradimus atque transfuudimus, in cujus termino ipſum monaſterium S. Salvatoris eſt ſundatum, & illam manſionem ſuper Prumiam, ubi rivulus, qui dicitur Eſcutmisbach, confluit in Prumiam, qui eſt conſtructus ſuper terminum prædictæ villæ. Similiter donamus ad jam dictum monaſterium in pago Muslinſe, ſuper fluvium Moſellæ, villas noſtras his nominibus [1. Mering. 2. Schweich (d)] 1. Meringum, 2. Scoacum (d) una cum merito & terminis vel appendiciis ſuis. Donamus & villam noſtram in pago Bidenſe, quæ dicitur 3. Marciaco [3. Mertſch.] una cum meritis & appendiciis ſuis. Similiter donamus ad ipſum monaſterium villam noſtram in pago Eflinſe 4. Sarabodis villa [4. Sarasdorph.] una cum ſoliditate, terminis atque appendiciis ſuis, ſicut a Garaberto poſſeſſa fuit. Tradimus alia duo loca in Caraſco ad idem monaſterium Wathir-Lendorp & Birgisburias cum omnibus adjacentiis ſuis & appendiciis. Similiter donamus in pago Riboarienſi illam portionem in 5. Reginbach [5. Renbach.], quam vaſallus noſter Aglibertus per beneficium habuit, & genitor meus Carolus mihi reliquit in allodem, & illam aliam portionem in ipſa villa, quam Heribertus uxori meæ Bertradæ in allodem dimiſit. Confirmamus etiam ibidem & illas res, quæ antea ad ipſam eccleſiam per inſtrumenta chartarum ibidem delegatæ fuerunt, cum omni integritate earum. Tradimus igitur ad ipſum ſacratiſſimum locum ſuperius comprehenſum cellam jure proprietatis noſtræ in pago Spirenſi, quæ eſt conſtructa in honore ſancti Medardi, cum villis & appendiciis ſuis, quem Herlibandus & Weolentio, nec non Bagulſus mihi tradiderunt, totum & ad integrum, tam eccleſiæ miniſteria, quam & alias res ibidem pertinentes. Donamus etiam ad ipſum monaſterium cellam aliam, quæ dicitur Casleoca, quæ eſt poſita inſra terminos Senciaco, & eſt in honore ſancti Petri conſtructa, cum omnibus adjacentiis vel appen-

NOTÆ.

(c) *In pago Charos.*] Hunc pagum ex Alex. Wilhelmii *MS.* deſcribit Papebrochius *apend.* 1. *ad Henſchenii Exegeſin de Epiſc. Tungr. & Trajecten.* Nos de eo alibi.

(d) *Unà cum merito.*] Id eſt: reditu, proventu. Du Freſne in *Gloſſar. h. voce.*

XLV.

pendiciis ſuis. Confirmamus igitur & terriam cellam ad ipſum ſanctum locum, quæ dicitor Ruivinio in pago Lomenſe ſuper fluvium Moſæ, quæ conſtructa eſt in honore S. Mariæ, cum omni merito & appendiciis ſuis. Eâ videlicet conditione ſuprascriptas res, tam villas, quam & cellas, cum omni integritate eorum ad ipſum monaſterium confirmamus, id eſt, una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſylvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, mobilibus & immobilibus, pecuniis, peculiis utriusque ſexus, greges cum paſtoribus, omnia & ex omnibus, a die præſenti, & deinceps, absque ullius impedimento, omni tempore ſupradictæ res ad ipſum monaſterium jam ſæpedictum ſancti Salvatoris proficiant in augmentis. Ita tamen volumus, ut ipſum monaſterium ſancti Salvatoris, ſeu res, quæ ad ipſum monaſterium pertinent, tam quæ ex autoritate noſtra ſunt confirmatæ, quam quæ a Deum timentibus in antea fuerint collaturæ, in noſtra ſint poteſtate vel defenſione ſeu hæredum noſtrorum, & ipſa congregatio, quam in ipſum monaſterium intromiſimus, ſeu & (e) abbas nomime Aſſuerus aut ſucceſſores ejusdem, (e) dum ſub ſancta regula ibidem Deo auxiliante militare voluerint. Nos de alia congregatinne abbatem, nec monachum conrra noſtrum ordinem non intromittimus, nec hæredes noſtri. Et quia ipſum monaſterium ab omni ſecularium cura ſecurum eſſe volumus, oportet ut noſtræ clementiæ proviſio de futura quiete fratrum ibidem manentium ſalubri diſponat ordinatione, quatenus in Dei ſervitio gratia ejus ſuffragante perſeverent. Nos etiam ex autoritate noſtra vobis concedimus, ut (f) de congregatione domini Romani & Wolfranni epiſcoporum, quos (f) in hoc cœnobio ſancti Salvatoris congregavimus, quando abbas de hac vita migraverit, una cum conſenſu noſtro & veſtro abbatem de ipſa congregatione vobis regulariter eligere debeatis. Et ut vos pro remedio animæ noſtræ & conjugis prolisque noſtræ & ſucceſſorum noſtrorum, & pro ſtabilitate totius imperii a Deo nobis conceſſi & ejus gratuita miſericordia in æternum conſervanda perenniter Domini Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti miſericordiam implorare delectet, atque in ipſius laudibus die nocteque perſeverare, & remotis temporalium meditationibus, ſupernorum gaudiorum contemplationi mente libera intendere, præcipimus, ut nulla præjudicia atque gravamina a nullo epiſcoporum ſeu ſæcularium inferanrur, & hæredes noſtri per nullas artes dum ipſi monachi regulariter & fidelirer a parte noſtra vel hæredum noſtrorum, ibidem converſare videntur, hæredes noſtri ipſos in cœnobio noſtro protegant, ſicut viſi ſunt. Deo auctore ipſum locum conſtituimus, ſic usque in æternum inconvulſus permaneat, pro augmento animæ noſtræ, vel hæredum noſtrorum. Et ut hæc autoritas noſtra firmior habeatur, vel in perpetuum melius conſervetur, manu propria decrevimus roborare. Ego Pipinus & conjux mea Bertrada. Signum † Karoli filii mei conſentientis. Sig. † Carolimanni filii ſui conſent. Signum † Genebaudi epiſcopi. Signum † Gaurleni epiſcopi. Signum † Fulcarii epiſcopi, Signum † Adalfredi epiſcopi. Signum † Wulfranni ep. Signum † Megingaudi epiſc. Signum † Bertelini epiſcopi. Signum † Baſini epiſ. Signum † (g) Wiemadi (g)

N O T Æ.

(e) *Abbas nomine Aſſuerus.*] Wandelbertus, Prumienſis ſcriptor, his temporibus ſuppar, in *Actis S. Goaris* reliquit, Aſſueruum, primósque cœnobii Prumienſis habitatores, fuiſſe *Romana lingua & gentis*, hoc eſt, quod erudita omnes intelligunt, quodque acta D. Goaris clariſſimè oſtendunt, *Gallos.*

(f) *De Congregatione domini Romani & Wolfranni Epiſcoporum.*] Romanus & Wolfrannus, Epiſcopi Meldenſes unus poſt alterum fuerunt, & regularem diſciplinam in Monaſterium ſanctæ Crucis ſeu S. Faronis infra Meldenſem urbem ad fluvium Matronam (*la Marne*) introduxerant, unde illius Congregatio nomen à reformatoribus hiſce accepit; & primi Monachi Prumienſes ex hoc Meldenſi cœnobio advocati ſunt.

(g) *Signum Wiemadi Epiſc.*] Non dubito, quin ſit Wiomadus Trevirenſis noſter Archi-Epiſcopus. Hic enim anno proximo 763 jam in Trevirenſi cathedra ſedebat. Cùm enim Cancro Rheni Comes, ejúsque mater Willisvinda, Ruotgangi ſeu Chrodegandi Mediomatricum Epiſcopi, eorum conſanguinei auſpiciis, cœnobii Lauresheimenſis initia, haud procul Waugionibus, molirentur, tabulas eo ipſo anno IV. Idus Quintiles conditas in Tolneri *Cod. Diplom. Palat. pag.* 2. exſtan-

XLV.

(h) Wiemadi epiſ. Signum (h) Droconi comit. Signum Theodardi comit. Signum Warini comit. Signum Welanti comit. Signum Baugulfi comit. Signum Gerhardi comit. Signum Troanie comit. Signum Waltarii comit. Signum Herloini comit. Signum Warini comit. Signum ✝ Gumberti comitis. In Dei nomine * Bradilo recognovit & ſubſcripſit. Acta menſe Auguſti die XIII. anno XI. regnante Pipino glorioſo rege. Actum (i) Triſgodros villa publica in Dei nomine feliciter, amen. (i)

* Baddilo

XLVI. IM-

NOTÆ.

exſtantes, ita Wiomadus cum Alberico ac Joanne Epiſcopis ratas habuit: *Ego * Wiomadus Trevirorum Epiſcopus ſubſcripſi.* Serius igitur venire videtur Brovverus *Annal. Trev. Lib. VII. n.* 189. cùm Weomadi initia ad annum demum 767. refert.

* corruptè editum *Autumadus.*

Reliqui Epiſcopi, qui ſua ſigna appoſuere, ſunt Genebaudus *Laudunenſis*, Gaulonus *Cenomanenſis*, aliàs & Gauzlenus dictus; Fulcarius *Tungrenſis*, Adalfredus *Noviomenſis*, Wulframnus *Meldenſis*, Megingaudus *Wirceburgenſis*, Berthelmus *Colonienſis*, Baſinus *Spirenſis*. Ex celebri tot Epiſcoporum & Comitum præſentia conjiciendum, Pippinum hos convocâſſe, ut conſilia eorum acciperet in rebus magni momenti; ad ſolam enim dotationem confirmandam ii non requirebantur.

(h) *Droconi comitis &c.*] *Droco* comes pagi *Moingovi* fuiſſe videtur, cujus Ludovicus Imp. meminit, tanquam jam defuncti in diplomate anno I. Imperii dato, quod Chronicon Laureshamenſe recenſet. *Warinus Comes pagi Lobodunenſis* fuit, & mentio ejus fit in Traditione Fuldenſi XXI. anno XII. regni Pippini data. Alter *Warinus* eſt collega Ruthardi Comitis & exactor Cameræ regiæ in Alamania. *Gumbertus* fortè eſt *Cunibertus Comes* pagi *Wormatienſis* in Traditione Fuldenſi anni 779. memoratus. *Waltarius* is eſſe poteſt, quem Wandelbertus *Lib. de Miracul. S. Goaris Cap. IX. hominem ſecundum ſeculum nobilem* vocat, & ſuo tempore ſuperſtitem adhuc fuiſſe teſtatur. Curatiores hæ diſquiſitiones horum Comitum debentur induſtriæ Ill. Eckharti *Rer. Francic. Lib. XXIV. n.* 69.

(i) *Triſgodros villa publica.*] Quamvis varii ſint, qui de palatiis Regum & Impp. nec non de eorum villis publicis ſcripſerint, omnium verò luminibus obſtruxerit Reverendiſſ. Abbas Beſſelius *Chron. Gottwicen. Lib. III.* nullus tamen eorum villam *Triſgodros* obſervavit. Putavi aliquando legendum *Tricherio.* Eckhart *l. cit.* ſuſpicatur *Ariſgodros* ſcriptum fuiſſe, ut intelligatur *Areſcotum*, Prumiâ non adeo procul diſtans.

XLVI.

IMMUNITAS ABBATIÆ PRUMIENSI PER REGEM PIPINUM CONCESSA.

763. 3. *Aug.*

Knauf. Def. Prum. pag. 51.

PIpinus rex Francorum vir illuſtris, omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, domeſticis, vicariis, centenariis, vel omnes miſſos noſtros diſcurrentibus. Maximum regni noſtri augere credimus munimentum, ſi beneficia opportuna loca ſanctorum, vel eccleſiarum benevola deliberatione concedimus, ac Domino protegente, & ſtabiliter perdurare confidimus.

Igitur noverit ſolertia veſtra, qualiter nos ad monaſterium, qui dicitur Prumia, qnem nos in honorem ſancti Salvatoris a novo conſtruximns opere, ubi Aſſuerus abba præeſſe videtur, tale beneficium pro æterna retributione viſi fuimus ibidem indulſiſſe, ut in villas ipſius loci ſancti, quas moderno tempore, aut noſtro, aut cujuslibet munere habere videtur, vel quas deinceps in jure ipſius monaſterii, ejusque rectoribus voluerit divina pietas ampliare, nullus jndex publicus, absque juſſione noſtra, vel hæredum noſtrorum, aut cauſas audiendo, aut freda undique exigendo, quoquo tempore non præſumat ingredere: ſed hoc ad ipſum monaſterium ejusque rectoribus conceſſimus. Et ſub emnnitatis nomine ſub tuitione vel defenſione noſtra ſeu hæredum noſtrorum debeant quieti in Domino reſidere.

Statuentes ergo jubemus, ut neque vos, neque juniores, aut ſucceſſores veſtri, neque ulla publica judiciaria poteſtas, ullo unquam tempore in villas ubicunque in regna noſtra ipſius monaſterii Prumienſis aut regia, aut privatorum largitate conlatas, aut qui antea fuerunt Chriſto propitio conlaturas, ad andiendas altercationes ingredere, aut freda de quaslibet cauſas exigere, nec manſiones aut paratas, vel fidejuſſores tollere non præſumatis; ſed quidquid exinde aut deſervientibus vel eccleſiaſticis hominibus, qui ſunt infra agros, vel fines, vel ſupra terra prædicti monaſterii commanentes, fiſcus aut de freda, aut undecunque potuerat ſperare, ex noſtra indulgentia pro futura ſalute in luminaribus ipſiusmet ſupraſcripti monaſterii per manus agentium eorum proficiat in perpetuum, & quod nos propter nomen Domini, & animæ noſtræ remedium, ſeu noſtra ſubſeqnenti progenie, plena devotione ad ipſum monaſterium in honore ſancti Salvatoris indulſimus, nec regalis ſublimitas, nec cujuslibet judicum ſæva cupiditas refragare tentet.

Et ut hæc authoritas tam præſenti, quam futuris temporibus inviolata, Deo adjntore, permaneat, manus noſtræ ſubſcriptionibus infra roborare decrevimus, atque annulo noſtro ſigillare juſſimus.

Signum domini glorioſiſſimi regis Pipini. In Dei nomine Bernericus in vice Baddilonis recognovit, & ſubſcripſit. Data ſub die tertio nonas Auguſti, anno dnodecimo regnante domino noſtro Pipino. Actum (*a*) Maſſario palatio publico. In nomine Dei feliciter. amen. (*b*)

XLVII. EGI-

N O T Æ.

(*a*) *Maſſario Palatio publico.*] Id eſt: *Marſana*, *Marſna* ſeu *Marna*, juxta Trajectum, non procul à fluvio Moſa, in pago & Comitatu *Moſelant* ſeu *Maſau* inferiori, uno lapide à Trajecto ad Moſam, hodie *Merſeen*. De quo latiùs Mabillon. *de Re Dipl. Lib. IV. p.* 299. Chron. Gottvvicen. *Tom. prodrom. Lib. III. p.* 491.

(*b*) Confer infra ſimile privilegium Caroli M. ad annum 775. & *ibi notata*.

XLVII.

EGIDIUS

Vir illuſter factus monachus in Prumia inſignem donationem ei facit.

764. 14. *Febr.*

Martene *Collect. ampl. T. I. p.* 28.

DUm fragilitas ſeu caſus humani generis pertimeſcit ultimum vitæ terminum ſubitanea tranſpoſitione, oportet, ut non inveniat unumquemque imparatum, ſed quicunque vult animarum ſalutem recipere, hoc oportet & congruit, ut de propriis rebus ſtudeat redimere. Igitur ego in Dei nomine Egidius, pertractans caſum humanæ fragilitatis, definivi, ut pro retributione æterna vel remiſſione peccatorum meorum veniam apud clementiſſimum Dominum in æterna beatitudine adipiſci merear: dono donatumque perpetuo eſſe volo ad monaſterium S. Salvatoris, quod eſt conſtructum in finibus Ardinnæ ſuper fluvium Prumiæ, ubi venerabilis vir Aſuerus abba & plurima turba monachorum videtur eſſe adunata, ubi ego comam capitis mei propter nomen Domini depoſui: hoc eſt villas meas nuncupatas Caveniaco, Novavilla (*a*) in pago Celmanico cum omnibus appendiciis, & quidquid ibidem viſum fuit mihi deſervire. Similiter autem dono villas meas ouncupantes Nuilliaco, Duciago, Flaviaco, Calviniaco, Juliaco, Caniaco, Cubicio ſitis in pago Rodonico, cum omnibus appendiciis, vel quidquid ad ipſas villas aſpicit & viſum fuit mihi ibidem deſervire, dono à die præſente ad ipſa caſa S. Salvatoris cum omni integritate. Similiter & alias res, quæ S. Salvatori tradidi, dono ad ipſum ſanctum locum, quem mei infantes his nominibus Aginaldus, nec non Bertricus, ſive Botlenus atque Paulus (*b*) per veſtram precariam excolere debeant, ur qualemcunque * ſenſum viſum vobis fuerit, illis injungatis, quem vobis per ſingulos annos ſolvant, & unusquiſque ex illis poſt obitum ſuum, quicquid per precariam tenuit, cum omnibus rebus melioratis ad ipſa caſa Dei ſuperius nominata cum omni integritate in ejus dominationem abſque ulla marritione vel contentione reverti faciat: hoc eſt Comnis, Viva-aqua, Caihaco, Fol, Patrioiaco, Altiaco ſitas in pago Celmanico cum omnibus appendiciis & omni integritate. Similiter dono & alias villas nuncupatas, Calvono, Laviniaco, Averiaco, Aurudo, Serant, Colrido, Bron, quartam partem de Serant, Duniaco ſitas in pago Andegavinſe cum appendiciis & omni integritate. Similiter dono & alias villas nuncupatas Druvio, Palricіaco, Quevo, Burſinas, Piriallo, Dimiſiniago, Cuptiago, Balatiago, ſitas in pago Rodonico cum eorum appendiciis & omni inte-

* cenſum

N O T Æ.

(*a*) *In pago Celmanico*] Id eſt, Cenomannico. Unde Martene & Durand *ad h. l.* colligunt, Egidium fuiſſe Gallum, & fortè Aſſueri primi Abbatis conſanguineum, quem Prumienſes Andegavenſem Comitem faciunt; utpote qui tot & tantas in Gallia, maximè verò in pago Andegavenſi & vicinis, terras poſſideret.

(*b*) *Per veſtram precariam.*] Id eſt titulo precariæ; quo quis prædium ad vitam ſolùm & uſufructuariè tenebat, pleno jure dominium deinde ad alium devolvente, ut in poſterum videbimus ampliùs.

XLVII.

integritate; & alias res, quæ ſuperius hic noo commemoravimus, aut comparavi, aut mei anteceſſores mihi dimiſerunt, aut quæ requirendæ ſunt & inventæ, ad ipſa caſa S. Salvatoris dono, & ipſas a die præſeote, vel quidquid de parte genitoris mei Beririgi, & de parte genitricis meæ Viventianæ mihi obvenit, vel de comparato, vel de qualibet adtractum ad me noſcitur perveniſſe, dono cum omni integritate, tam terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, (c) farinariis, cum paſtoribus gregis pecudum utriosque ſexus, mobilibus & immobilibus, quicquid dici aut nominari poteſt, vel quicquid ad ipſa loca ſuperius nominata aſpicere vel pertinere videtur de præſeote, cum omni re exquiſita, totum & integrum ad ipſum ſaoctum locum á die præſeote volo eſſe donatum atque firmatum, ita ut ab hac die habendi, tenendi, vel quicquid exinde elegeritis, faciendi liberam ac firmiſſimam in omnibus habeatis poteſtatem. Siquis vero, quod futurum eſſe noo credo; ſi ego ipſe, quod abſit ne fiat, aot aliquis de meis hæredibus, aut ulla oppoſita perſona vel quislibet contra hanc epiſtolam donationis meæ, qoam ego propter oomen Domini & venerationem ipſius ſancti loci fieri decrevi, venire decreverit, aut eam infriogere conatus fuerit, aut hujus repetitor extiterit, iram Dei Patris, & Filii, & Spiritus ſancti ſuper ſe recipiat, & a liminibus eccleſiarum, & a conſortio ſanctorum extraneus appareat, & inſuper inſerat partibus ipſius monaſterii, eum cogente fiſco, auri libras V. argenti pondera XX. coactus exſolvat, & quod repetit quisquam vindicare oon valeat, ſed præſens donatio voluntatis meæ omni tempore firma & inviolata permaneat, ſtipulatione ſubnixa. Actum Prumiæ monaſterio publico, ſub die XVI. calendas Martii, anno XIV. regnante domno ooſtro Pippino glorioſiſſimo rege.

XLVIII. PI-

N O T A.

(c) *Farinariis.*) Hoc eſt, molendinis.

XLVIII.

PIPINUS REX

recipit

MONASTERIUM

765. .. Jan.

S. MAXIMINI

in ſuam ſpecialem protectionem.

Zyllefius. *Defenſ. Abbat. S.Maxim. P. III. p.* 11

DOmino & Salvatore noſtro vitam æternam in evangelio promittente, plena & integra fide ſine dubio credimus, nobis in futuro ſæculo recompenſari, ſi ſtabilitatem & quietem monaſteriorum confirmamus, ac res eccleſiaſticas, Deo donante, cum protectione augmentamus. Proinde ego Pipinus, gratia Dei rex Francorum, omnibus regibus in æternum futuris in hoc teſtamento denuncio, me habere ſub poteſtate regali quoddam monaſterium, ubi S. Maximinus Dei præſul eſt corpore ſepultus, conſtructum videlicet in ſuburbio Treviris, atque dedicatum in honore S. Joannis apoſtoli & evangeliſtæ, quod monaſterium cum theſauro atque tota abbatia ſub illius loci abbate ſemper conſtare præcipio, quia per antecedentia tempora à regibus ita conſtitutum eſſe repertum teneo. Quapropter hunc præſentem abbatem Utilradum, & omnes abbates poſt eum futuros de eodem loco, ſimul cum monachis & abbatia ſub regum mundiburdio in ſæcula manere decerno, ut ab omni inquietudine expediti, Deo valeant ſervire cum gaudio ſpiritali. Electionem quoque abbatis ſupradictis monachis regali autoritate concedo, ut habeant poteſtatem eligendi quemcunque ſive quoscunque voluerint, ea ratione, ut regulam cum ſibi ſubjectis cuſtodiat. Siquis autem, quod abſit, hanc cartam infringere voluerit, vel ejusdem loci familiæ ullam moleſtiam in aliqua re intulerit contra voluntatem abbatis, iram Dei incurrat, ac regiæ majeſtatis reus omni tempore teneatur. Et ut hæc deſcriptio firma ſit, annulo ſigillari eam juſſimus noſtro. Adaloſfus reſignavit. Datum quod fecit menſis Januarius. In publico palatio * in ñ m XIIII. regni noſtri feliciter.

* id eſt *Ingelhemii*, non Moguntiæ.

XLIX. KA-

N O T A.

Sigillum æri inciſum ex autographo ſubjecit Zylleſius; ſiſtit hoc Pipinum imberbem cum periphrapher ✠ *Pipinus Imperator*. non vulgari ſuſpicionis notâ, aliis etiam obſervata; Heineccius *de ſigillis P. I. Cap. X. n.* 8. præſertim, cujus hic juvat verba legere: „ Mirum ſanè, Pipinum ſe vocare Imperatorem, cum ad hanc „ dignitatem nunquam aſpirârit; mirum, plané omiſiſſe eum titulum *Regis Francorum*, „ quem ipſe Carolus M. Auguſta jam dignitate auctus non dimiſit; mirum quoque, „ alio cum titulo in diplomate, alio in ſigillo „ uti. . . . Scio equidem, Reges nonnunquam „ Imperatorum titulum affectaſſe, id quod de „ Bulgaris, Anglo-Saxonibus aliisque notum eſt „ & provocatum. Scio Francis quoque Regibus „ nonnunquam id placuiſſe. Chlodovæum enim „ Imperatorem vocat Baltherus *in vita S. Fridolini Abb. n.* 30. Nec ignoro denique, Pipinum etiam hunc ipſum Imperatorem ſalutari à „ Sugerio *Lib. II. de Adminiſt. ſua.* Sed rara „ hæc exempla nondum conficiunt, Pipinum „ ipſum titulum iſtum nomini adſcripſiſſe.

Præterea alias in hac carta ſuſpicionis notas, inter quas non minima eſt, ipſe diplomatis ingreſſus Carolingis inſolitus.

XLIX.

KAROLOMANNUS

juſtitiam reddit Monaſterio Prumienſi de loco Benutfeld.

770. .. *Maij.*

Martene Collect. ampl. T. I. p. 32.

KArolomannus gratia Dei rex Francorum vir inluſter. Regalem quidem exoramus clementiam & animos fidelium noſtrorum adortamus, ſi circa eos, qui tam erga genitore noſtro, quam & nos illibatam fidem & veram fidelitatem usque nunc exercuerunt, petitionis illorum in quo noſtris auribus patefecerunt, & animos illorum, quos nunc in noſtrum habemus dominium delectabilem & amabilem, circa noſtrum ſervitium de die in diem hilariores atque promptiores eſſe ſcimus. Ideoque fidelis, Deo propitio, noſter inluſter vir Dirodoinus comes palatii noſtri clementiam regni Deo adjuvante noſtri innotuit, dicendo eo quod anteceſſores quondam noſtri, Deo inſtituti reges, per ſtrumenta ſeriem cartarum, ad genealogia ſua vel ſubſequente ipſius progenie, per eorum auctoritates, eorumque manus roboratas, vel confirmationes regum indulſiſſent, atque in jure eorum poteſtate confirmaſſent ſilva aliqua in loco, qui dicitur Benutſelt, infra (*a*) centina Belslango, infra vaſta Ardenna, & ceſſionis regum in præſentia noſtra de ipſa ſylva retulit ad relegendum, & innotuit nobis, ut peractores iniquiter ipſa ſylva ex parte invaſiſſent, & genitor meus Pippinus glorioſiſſimus rex prædicto Dirodoino vel ſuis (*b*) gamaladionis de ipſa ſilva (*c*) manu veſtita feciſſet, dum de hac cauſa ſic ante nos fuit ratio deducta, & ſuam vel ſuis Gamaladionis tam (*d*) per veragos homines, quamque per * confirmationis regum cognovimus, juſtitiam ei reddimus de loco, qui dicitur Benezvelt, de illa fontana, quæ in ipſa villa eſt, infra unamquamque partem debeant habere quantum ad nos pertinet, & actoris noſtri antea eum vel ſuis gamaladionis Injuſte contradixerunt, & infra banno fuit una vena de ipſa fontana in circuitu per loca diverſa, quæ de noſtra parte judicis noſtri iniquiter ipſis contradixerunt. Jubemus, ut ab hac die ipſa ſylva de jam dictis partibus noſtris, quam & futuris temporibus, ut nullus judex publicus de partibus noſtris ullo unquam tempore abſtrahere, nec minuere, neque contradicere non debeat de ipſa ſylva infra, ipſa vena de unaquaque parte, tam in ſylvis quamque in terris, agris, permiſis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, adjunctis, adjacentiis, omnia & ex omnibus ſub integritate, ſicut jam diximus, debeat habere ipſe Dirodoinus vel ſui gamaladionis, quamque & poſteritas eorum evindicatum, & elidicatum, & quidquid de ipſa ſylva facere voluerint, ex noſtra auctoritate habeant, teneant, atque poſſideant, & ſuis poſteris ad poſſidendum relinquant, ſicut diximus, quidquid exinde voluerint ex noſtra auctoritate liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem faciendi. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, vel per tempora melius conſervetur, manu noſtra propria ſubter eam decrevimus roborare, & de anulo noſtro juſſimus ſigillare. Signum ✝ Karolomanni glorioſi regis. Mainarius recognovi. Data in menſe Majo anno ſecundo regni noſtri. Actum Brocmagad palatio publico in Dei nomine feliciter. amen.

* confirmationes.

L. PRE-

NOTÆ.

(*a*) *Centina Belslango.*] Sicuti pagi in Comitatus, ita hi in Centenas dividebantur; erat itaque Centena *Belslango* pars majoris pagi Arduennæ.

(*b*) *Gamaladionis.*] Ita vocantur liberi juſtis nuptiis procreati, ad diſcrimen naturalium Vid. du Freſne *in Gloſſar. voce Gamales.*

(*c*) *Manu veſtita feciſſet.*] I. e. poſſeſſionem tradidiſſet.

(*d*) *Per veragos homines.*] I. e. veraces, ſeu teſtes fide dignos, Du Freſne *Gloſſar. h. voce* edit. nov.

L.

PRECARIA,

Per quam

SIGEFRIDUS

771. 6. Sept.

AB

ASUERO ABBATE PRUMIENSI

quædam prædia ad vitam accipit.

Martene Collect. ampl. T. I. p. 35.

DOmno ſancto & in Chriſto patri Aſuero abbate. Ego Sigefridus quatenus a me mea petitione veſtra habuit pietas & benevolentia, ut loca ſeu res nuncupantes in Erlino-Curte, ſeu & in Oſa, quæ ego pro animæ meæ remedio ad monaſterium ſancti Salvatoris delegavi, ad beneficium dum advivo excolere promiſiſtis, ea ſcilicet ratione, ut annis ſingulis ad * miſſam S. Salvatoris ſex denarios valentes, aut in cera, aut in * drappiis, aut in pecunia, ad ipſius baſilicæ ſolvere debeam, tam pro ipſo uſu, quam pro animæ meæ remedio. poſt meum quoque diſceſſum vobis vel ſucceſſoribus veſtris ad ſuperſcriptum monaſterium veſtrum condonavi, ea tamen conditione, ut dum advivo ſupraſcripta loca, quod ego pro animæ meæ remedio ad ipſum ſanctum locum delegavi, abſque ullo præjudicio ad monaſterium veſtrum ſine ulla diminutione de qualibet re uſufructuario ordine poſſidere debeam, ut poſt meum diſceſſum præfata loca abſque ulla judicis contradictione, vos & agentes veſtri in veſtra faciatis revocare dominatione perpetualiter ad poſſidendum. Hanc autem precariam non ſit neceſſe (a) de quinquennio in quinquennium renovare, ſed iſta ſola per ſe ſufficiat. Facta precaria ſub VIII. idus Septembris, anno IV. regnante domno noſtro Karolo glorioſiſſimo rege. Signum † Sigefridi, qui hanc precariam fieri & adfirmare rogavit. Signum † Hernaldi. Signum † Valdoni. Signum † Richardi. Signum † Urſioni. Signum † Berni. Signum † Saul. Ego Widradus rogatus ſcripſi.

* feſtum.

* panno.

(a)

LI. CA-

N O T A.

(a) *De quinquennio in quinquennium renovare.*] Signo, quinquennalem hanc renovationem cæteroquin in precariis fuiſſe neceſſariam. Add. infra Precariam Wicberti de anno 786. Unde apparet, hanc etiam renovationum frequentiam numerandam eſſe inter cauſas multiplicatorum diplomatum, de quibus latè egit D. à Ludewig *in Præfat. ad Tom. I. Reliq. MS.*

LI.

CAROLI M.

PRÆCEPTUM

773. 1. Sept.

WEOMADO

ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI

TRADITUM.

Brower, Annal. Trev. Tom. I. p. 380.

IN nomine Domini Dei æterni & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Carolus divina ordinante providentia rex Francorum. Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & neceſſitates eccleſiaſticas ad petitiones ſacerdotum noſtrorum relevamus juvamine, atque regali tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam tranſigendam, & æternam feliciter obtinendam, profuturum liquido credimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam & futurorum, ſagacitas, quia vir venerabilis Weomadus ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus obtulit obtutibus noſtris præceptum domini & genitoris bonæ memoriæ Pipini regis, in quo erat inſertum, quod non ſolum idem genitor noſter, verum etiam prædeceſſores ejus, reges videlicet Francorum, omnes res, quaſcunque boni & ſancti viri pro divinæ contemplationis intuitu ad partem S. Petri Trevirenſis eccleſiæ delegaverunt, ſuorumque authoritatibus confirmaverunt, quatenus eorum regnum ſuperno auxilio tueretur, & poſtmodum cum Chriſto rege regum regnarent in cœlis. Pro rei vero firmitate idem præfatus præſul poſtulavit celſitudinem noſtram, ut paternum ſeu prædeceſſorum regum morem ſequentes, hujuſcemodi noſtræ authoritatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam S. Petri, de eiſdem rebus fieri juberemus; cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ autoritatis præceptum erga ipſam eccleſiam pro divini cultus amore & animæ noſtræ remedio fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut omnes res vel facultates ad eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis pertinentes; ut ſcilicet cellam S. Maximini, quæ eſt in territorio S. Petri principis apoſtolorum conſtructa, & cellam S. Paulini, & S. Eucharii, & monaſterium S. Mariæ, quod dominus Modoaldus pontifex ejuſdem eccleſiæ in territorio S. Petri a fundamento conſtruxit, quod vocatur Horrea, & eccleſiam S. Martini ſitam in pago Meginenſe, & cæteras baſilicas, caſtella, vicos, villas, vineas, ſilvas, homines, vel quidquid Deo donante ad eandem augmentatur eccleſiam, circa Rhenum & Ligerim fluvium, omniaque in regno noſtro conſiſtentia, ſub jure & poteſtate S. Petri Trevirenſis eccleſiæ ejuſque pontificis perpetualiter mancipata permaneant. Præterea pari modo ſtatuimus, ut nullus ex publicis judicibus, vel aliquis ex judiciali poteſtate in monaſteria, eccleſias, caſtella, vicos, & agros, loca, ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ eccleſiæ, tam ultra, quam juxta Rhenum vel Ligerim fluvium in pagis vel territoriis, quæ infra poteſtatem regni noſtri memorata poſſidet eccleſia, vel quæ deinceps in jure ipſius

ſancti

LI.

ſancti loci voluerit divina poteſtas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda, aut tributa, aut conjectos aliquos exigendos, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſiæ diſtringendos, aut injuſtas exactiones requirendas, vel telonium exigendum, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat; ſed liceat memorato præſuli, ſuisque ſucceſſoribus, omnia præfata monaſteria, villas, vicos & caſtella, cum ſuis adjacentibus, in integrum perpetuo tempore pro remedio animæ noſtræ ſeu parentum noſtrorum, ut in præcepto piiſſimi genitoris noſtri continetur, quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere imperio. Ut hoc itaque noſtræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & a fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtris videlicet præſentibus, & futuris temporibus, verius credatur, & diligentius a ſucceſſoribus noſtris conſervetur, manu propria firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Suavis ad vicem Ercanbaldi recognovi. Data kalend. Septembr. anno VI. regnante Carolo piiſſimo rege. Indict. IX. Ariſtalio palatio, in Dei nomine amen.

LII. IM-

Hoc præceptum per omnia relativum eſt ad Pipinianum anni 761. quod, *quantum ad formam*, ſuſpectum, aut ſaltem interpolationibus conſpurcatum nobis apparuit. Neque aliter de præſenti ſentiemus; exemplo Mabillonii *de Re Dipl. Lib. II. C.* 3. §. 7. & *Annal. Benedict. Tom. II. p.* 229. Eckhardi. *Rer. Franc. Lib. XXIV. n.* 149. Heumanni *de Re Dipl. Cap. II. p.* 148. Nempe, initium: *In nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Carolus divina ordinante providentia Rex Francorum.* imitatur formulas Ludovici Pii & Lotharii. Monogramma diplomatis apud Brovverum *p.* 381. crucem decuſſatam referens, Carolo non convenit; uti nec Indictio appoſita. Suavis & Ercanbaldus diu poſt hunc, de quo agimus, annum, in Cancellaria Caroli cœperunt miniſtrari. Cæterum *ſubſtantiam* diplomatis ejuſque argumentum a ſtylo Curiæ Caroli M. minime aliena eſſe, etiam obſervarunt Mabillon. & Heumann *ll. cit.* Conf. *not.* 4. ad mem. dipl Pipin. an. 761. & Ludovici Imp. de anno 816. *not.* 4.

LII.

IMMUNITAS
MONASTERIO PRUMIENSI
CONCESSA
A
CAROLO M.

775. .. Novemb.

Knauff *Defenſ. Prumien. p. 52.*

CArolus gratia Dei Francorum rex & Longobardorum, ac patricius Romanorum &c. Omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, domeſticis, vicariis, centenariis, vel omnes miſſos noſtros diſcurrentes. Maximum augere credimus regni noſtri munimentum, ſi beneficia opportuna * loca ſanctorum vel eccleſiarum benevola deliberatione concedimus, ac Domino protegente, feliciter perdurare confidimus. Igitur noverit ſolertia veſtra, qualiter nos ad monaſterium, quod dicitur Prumia, quod bonæ memoriæ dominus & genitor noſter Pipinus quondam rex in honore S. Salvatoris a novo conſtruxit opere, ubi Aſſuerus abba præeſſe videtur, tale beneficium pro æterna remuneratione viſi fuimus ibidem induliſſe, & villas ipſius ſancti loci, quas moderno tempore, aut noſtro, aut cujuslibet munere habere videtur, vel quas deinceps in jure ipſius monaſterii, ejusque rectoribus voluerit diva pietas amplificare, nullus judex publicus absque juſſione noſtra, vel hæredum noſtrorum ad cauſas audiendo, aut (*a*) freda undique exigendo, nec (*b*) fidejuſſores tollendo, nec (*c*) ſcaras, vel (*d*) manſionaticos, ſeu (*e*) conjectos, tam (*f*) de carrigio, quamque (*g*) de parafredos, judicia- (*a*) (*b*) (*c*) (*d*) (*e*) (*f*) (*g*)

* ad

ria

N O T Æ.

(*a*) *Freda undique exigendo.*] Freda mulctæ ſpecies, ſeu tertia compoſitionis pars, quæ fiſco plerumque exſolvebatur; quandoque etiam judicibus. Occurrit ea paſſim in veteribus chartis apud Marculfum *Lib. III. Form.* 2. 3. *&c.* ubi, ſicuti hic, vigore privilegii & immunitatis à Principe indultæ, in Eccleſiarum poſſeſſionibus freda exigere vetantur judices; ita, ut quod ex his fiſcus ſperare potuerit, in Eccleſiarum uſus, in luminaria locorum ſacrorum &c. convertatur.

(*b*) *Fidejuſſores tollendo.*] Judex, qui in jus vocatum, aut de crimine accuſatum, vadem dare, ad dictam diem juri ſe ſtiturum, cogebat, *Fidejuſſores tollere* dicebatur. Obſervat du Freſne *h. voce.* occurrere hanc formulam paſſim in privilegiis & immunitatibus Eccleſiis conceſſis, eique plerumque addi, quòd judices vetentur, earum terras *ad audiendas altercationes ingredi, freda de quibuslibet cauſis exigere, aut manſiones vel paratas tollere.* uti apud Marculfum *Lib. I. Form.* 3. 27. 28. *&c.* Eóque verborum circuitu nihil aliud intelligi, quàm ut judex in terris, in quibus immunitas conceſſa eſt, jus non dicat, aut juſtitiam non exerceat.

(*c*) *Scaras*] Angaria in equis vel aliis ſervitiis. Hinc Cæſario Heiſterbacenſi *Scaram facere, eſt domino, quando ipſe juſſerit, ſervire, & nuntium ejus ſeu literas ad locum ſibi determinatum deferre.*

(*d*) *Manſionaticos.*] Incumbebat Provincialibus onus Miſſos & Legatos regios, Comites, Duces, & eorum miniſtros recipiendi, eisque viaticum pro cujusque dignitate & conditione præſtare. Sumuntur autem crebriùs *Manſionatici* pro expenſis ad horum ſuſceptiones, ùt habet Aimoinus *Lib. V. C.* 10. & hoſpitii jure, quo prædicti gaudebant.

(*e*) *Conjectos.*] Eſt contributio ſeu collecta; illa maximè, quæ à populo Miſſis regiis in itinere exſolvebatur. Du Freſne *h. v.*

(*f*) *De carrigio.*] Vectura cum carro, quam Domino præſtabant ſubditi.

(*g*) *De parafredos.*] Equi ad equitandum miniſtris publicis exhiberi conſueti. Capitul. Caroli

LII.

ria poteſtas quoque tempore non præſumat ingredere; ſed hoc ad ipſum monaſterium, eſusque rectoribus conceſſimus, ut ſub emunitatis nomine, vel defenſione noſtra, ſeu hæredum noſtrorum debeant quieti reſidere. Similiter conceſſimus ad eundem ſanctum locum, ut homines, qui ſuper terram ipſius monaſterii tam (b) Franci, quam & eccleſiaſtici commanere videantur, ut nullum (i) heribannum, vel bannum ſolvere non debeant: ſed pro mercedis noſtræ augmento ad ipſum ſanctum locum ſit conceſſum, atque indultum. Statuentes ergo jubemus, ut neque vos, neque juniores, ſucceſſoresque veſtri, neque ulla publica judicia, aut poteſtas ullo unquam tempore in villis ubicumque in regna noſtra ipſius monaſterii Prumienſis, aut regia, aut privatorum largitate conlatas, aut quæ in antea fuerunt, Chriſto propitio, conlaturas, ad audiendas altercationes ingredere, aut freda de quaslibet cauſas exigere, nec manſiones, aut paratas, vel fidejuſſores tollendo, nec ſcaras, vel conjectos tam de carrigio, quamque qui ſunt infra agros, vel fines, ſeu ſuper terram prædicti monaſterii commanentes, fiſcos, aut freda, aut undecunque potuerat ſperare ex noſtra indulgentia, pro futura ſalute in luminaribus ipſius ſupraſcripti monaſterii per manus agentium eorum proficiat in perpetuum. Et quod nos propter nomen Domini, & animæ noſtræ remedium, ſeu noſtra ſubſequenti progenie, plena devotione ad ipſum monaſterium in honore ſancti Salvatoris indulſimus, nec regalis ſublimitas, nec cujuslibet judicum ſæva cupiditas refragare temptetur. Et ut hæc authoritas tam præſentibus, quam futuris temporibus inviolata, Deo adjutore, permaneat, manus noſtræ ſubſcriptionibus infra roborare decrevimus, atque de annulo noſtro ſigillare juſſimus. Signum domini glorioſiſſimi Caroli regis ✝. Datum in menſe Novembris anno octavo, ſecundo regni noſtri. Actum Theodonis villâ publica in Dei nomine feciliter amen. (k)

LIII. ALIUD

N O T Æ.

roli M. *Lib. II. C.* 16. *Qui legationes ad nos directas in ſuis manſionibus aut male recipiunt, aut conſtitutam à nobis pecuniam non tribuunt, aut paravreda dare nolunt.*

(*b*) *Franci.*] Hoc loco *Francus*, vel ſæpè aliàs pro homine *libero* & *ingenuo* apud veteres, uſurpatur. Vid. Eckhart *Rer. Francic. Lib. XXII. n. 9. p.* 377.

(*i*) *Heribannum, vel bannum.*] Vox compoſita ex *Heer*, exercitus, & *bannum*, quod eſt citatio, juſſio ſeu indictio. Uſurpatur autem vox *Heribannum* pro mulcta, quæ in exercitum pergere, poſt bannum & ſubmonitionem, contemnenti indicebatur.

(*k*) Confirmarunt hæc deinde anno 826. Ludovicus & Lotharius Impp.

LIII.

ALIUD PRIVILEGIUM A CAROLO M. CONCESSUM ABBATIÆ PRUMIENSI.

775. .. *Novemb.*

Martene T. I. p. 38.

KArolus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, nec non & patricius Romanorum. Omnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, vicariis, centenariis, vel reliquis fidelibus noſtris tam præſentibus, quam futuris, notum ſit, qualiter dominus, & genitor noſter bonæ memoriæ Pippinus quondam rex monaſterium, quod vocatur Prumia, in honore ſancti Salvatoris a novo fundamine viſus ſit ædificare, & res fiſcalis ac proprietatis ad ipſum ſanctum locum viſus fuit delegaſſe, & in omnibus confirmaſſe, ubi venerabilem virum Aſſuerum abbatem una cum monachorum turma, rectorem præeſſe conſtituit, & ſecundum ordinem ſanctum illud locum gubernare præcepit, unde prædictus abba, & monachi in ipſo cœnobio conſiſtentes, clementiæ regni noſtri petierunt, ut ipſi homines, quem dominus, & genitor noſter bonæ memoriæ Pippinus quondam rex ad ipſum monaſterium conceſſit, vel delegavit, in ipſa tenore, & conſuetudine, ſicut antea fuerunt, & cæteri (*a*) fiſcalini ſunt noſtri, abſque alicujus contradictione ad jam dicto loco debeant permanere, tam de cauſas eorum in reſponſis, quamque aliam legem vel conſuetudinem, ſicut reliqui infra regna noſtra habuerint fiſcalini, & antea in unumquemque pago habuerunt conſuetudinem. (*a*)

Cujus nos propter nomen Domini, & animæ noſtræ remedium, eorum petitionibus nequivimus denegare, ſed in omnibus præſtitiſſe, & confirmaſſe cognoſcite. Præcipientes ergo jubemus, atque præcipimus, ut nullus quislibet de fidelibus noſtris, neque de judiciaria poteſtate, qui jam fata caſa Dei vel rectores ejus, nec homines ad ipſum ſanctum locum deſervientes, quem dominus ac genitor noſter ibi conceſſit, de hac re inquietare, nec calumniam generare nullatenus præſumatis, niſi, ut diximus, noſtris, & futuris temporibus, ſicut antequam dominus ac genitor noſter eos ad ſuperſcripta caſa Dei delegaſſet, partibus ſuis deſervierunt.

Ita ſimili modo ad eundem ſanctum locum in ea tenore deſervire debeant, tam in reſponſis dando, quamque & reliquam legem, ac conſuetudinem, ſicut cæteri fiſcalini habere videntur.

Et ut hæc præceptio firmior habeatur, ac per tempora melius conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & annulo noſtro ſigillare juſſimus.

Signum Caroli glorioſiſſimi regis. Data menſe Novembris (*b*) anno VIII. & VI. regni noſtri. Actum Theodonis villa publice in Dei nomine feliciter, amen. (*b*)

RICH-

N O T Æ.

(*a*) *Fiſcalini.*] Homines ſeu ſervi fiſcalini in nonnullis benigniore jure utebantur, quàm ſervi privatorum: nempe admittebantur ad teſtimonii dictionem; injuriæ eis illatæ vindicabantur ſeveriùs; amplior eis erat poteſtas de rebus ſuis inter vivos diſponendi, ita tamen, ut non niſi certis quibusdam Eccleſiis bona ſua donare vel vendere poſſent, &c. Conf. Pottgieſſer *de ſtatu ſerv. Lib. I. Cap.* 4. *n.* 7.

(*b*) *Anno VIII. & VI. Regni noſtri.*] Rectè hoc loco obſervant Martene & Durand errorem librarii, qui *VI.* pro *II.* appoſuit; quippe quòd ita diſtinguendæ ſint notæ chronicæ regni Caroli M. ut initium regni in Francia ſex annis antevertat initium regni ſui Longobardici.

Anno 776. conſignatur obitus Weomadi Metropolitæ Trevirenſis, teſte Mabillonio *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXIV. n.* 67. Poſt eum Richbodus ordinetur Epiſcopus, uti in Geſtis Trevirorum *Cap. XL.* legitur; nullâ aliâ ibidem ipſius commemoratione factâ.

RICHBODUS
ARCHIEPISCOPUS.

LIV.
ACQUISITIO
Villæ Caciaco in Pago Andegavo facta Abbatiæ Prumienſi.

776. 18. *Aug.*

Martene *T. I. p.* 39.

CUm fragilitas humani generis pertimeſcit ultimum vitæ terminum ſubitanie tranſpoſitione ventura, oportet ut non inveniat unumquemque imparatum, ne ſine aliquo bono opere reſpectu migret de ſæculo: ſed dum ſuo jure, & poteſtate conſiſtit, præparet ſibi viam ſalutis, per quam ad æternam beatitudinem valeat pervenire.

Ideoque ego Aſſuerus in Dei nomine abba, dum non habetur incognitum, qualiter domnus & glorioſiſſimus rex Karolus nobis præceptum ſuum confirmavit in pago Andegavo, villa cujus vocabulum eſt Caciaco, cum omni integritate & ſoliditate vel appendiciis ſuis.

Igitur ego Aſſuerus abba pro animæ meæ remedium, ſeu & pro anima piiſſimo domno rege Karolo, vel pro anima domnæ reginæ Hildigardanæ, & pro animabus infantum ipſorum rem ſuperius intimata dono a die præſente a ſancto Salvatore monaſterio poſitum in finibus Ardinnæ ſuper fluvium Prumia, ubi cœnobialis vita monachorum degere videtur, cum omni integritate trado atque transfundo perpetualiter ad poſſidendum.

Dono donatumque in perpetuum eſſe volo ad monaſterium ſuperius nominato, id eſt tam terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, & incurſibus, mobile, & immobilibus, pecuniis, peculiis, gregibus cum paſtoribus, præſidiis, (a) ſarinariis, adjacentiis, quæſitum vel ad requirendum omnia, & ex omnibus totum, & ad integrum, quidquid ad ipſa villa aſpicere videtur, a die præſente pars prædicti monaſterii ant rectores ipſius eam habendi, tenendi, poſſidendi, vel quidquid exinde pro opportunitate ipſius monaſterii eligerint, faciendi liberam, ac firmiſſimam in omnibus ponantur arbitrium.

Si quis vero, qnod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe, quod abſit, aut aliquis de hæredibus, ac prohæredibus meis, ſeu quislibet perſona caliditate commotus ac cupiditate præventus ullum unquam tempore, qui contra præſentem epiſtolam donationis meæ, & domni noſtri piiſſimi regis, quam propter nomen Domini, & reverentiam ſancti Salvatoris ſpontanea voluntate fieri decrevi, venire, aut aliquid agere voluerit, ant tergaverſator ſteterit, anathema ſit, & tam qui fecerit, quam qui faciendo conſenſerit, & cum ſupraſcripto ſancti Salvatoris noſtri ante tribinal judicis deducat, rationem inſuper inferat, eum cogente fiſco partibus monaſterii Prumienſe auri libras tres, argentum pondus decim coactus exſolvat, & quod repetit nullatenus valeat vindicare, ſed præſens hæc donatio omni tempore inviolata permaneat, cum ſtipulatione ſubnixa. Actum eſt Prumia monaſterio ſub die XV. calendas Septembris, anno IX. regnante domno noſtro Karolo glorioſiſſimo rege.

Ego Aſſuerus abbas hanc donationem a me factam ſubſcripſi.

Signum † (b) Egidio. Raganfredo. Bodilone. Benedicto. Anaſtaſio. Probatio. Ernaldo. Urſone. Aiglolfo. Victorio. Ermanldo.

LV. AL-

N O T Æ.

(a) *Farinariis.*] Id eſt, molendinis.

(b) *Egidio.*] Veroſimile eſt, eundem eſſe, cujus inſignem donationem ſupra retulimus ad annum 764. Cùm autem hic Egidius fuerit Monachus Prumienſis, minimè dubitandum, quin reliqui, qui poſt eum ſubſcripſère, etiam tales fuerint. Conſtat enim in chartis Eccleſiarum ſeu Monaſteriorum admiſſam fuiſſe clericorum & monachorum teſtificationem in propria cauſa. Mabillon *de Re Diplom. Lib. II. C.* 22. *n.* 16.

LV.

ALCUINI EPISTOLA XXXIIII. AD PONTIFICEM RIGBODUM

Trevericæ Civitatis, cognomento Macharium.

Circa 777.

(*a*) Albini *Opp. edit. du Cheſne pag.* 1548.

(*b*)

PIo patri & amico cariſſimo (*a*) Machario monacho & pontifici, (*b*) Flaccus Albinus in caritate Chriſti ſalutem. Quod Deus conjunxit, ſeculum non ſeparat. Ecce qui venit ignem mittere in corda ſuorum, ille faciat ardere, quod incendit: nec flumina infidelitatis obruent ignem, qui in altari Dei diu noctuque ardere præcipitur. nec alienum quislibet audeat ignem portare in tabernaculum ſpiritale, ne occidatur ab eo, qui ſuum ſemper ardere juſſit. Quis eſt ignis Dei, niſi caritas? & quis alienus, niſi amor ſeculi? ideo duo ſervati ſunt ex filiis Aaron propter duo præcepta caritatis, & duo perierunt propter ſeculi amorem, & amatorem illius. Optimam partem ſibi elegit Maria, quæ non auferetur ab ea. Amemus, quod non auferetur, fugiamus, quod auferri poteſt. Impium eſt diligentem non diligere, & retribuenti non retribuere. Quid retribuit nobis Deus? retribuit nobis pro malis noſtris bona ſua: retribuemus ei pro bonis ſuis bona noſtra: quæ ſunt bona noſtra, niſi ut diligamus eum & mandata ejus obſervemus? quæ ſunt mandata ejus; niſi ut diligamus invicem, in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Cur iſta tam longo repetita principio, niſi ut ſcias ardorem cordis mei? pene mihi melius eſſet, te pauperem habere præſentem, quam divitem abſentem. Quid mihi divitiæ, ſi non habeo, quem amo; ſi non conſidero, quem deſidero? tua potentia eſt mihi miſeria: ubi eſt dulciſſimum inter nos colloquium, ubi ſacrarum litterarum ſtudium deſiderabile? ubi læta facies, quam conſpicere ſolebam? ubi communio caritatis, quam fraternus amor hinc inde exercuit? ubi ſaltim memoria nominis noſtri? Ecce totus præterit annus, quo nec litterarum conſolatio oculis advenit, nec ſalutationis officium auribus inſonuit. Quid peccavit pater, ut a filio obliviſceretur, (*c*) quid magiſter, ut diſcipulus neglexerit eum? forte exaltatio ſeculi dedignata eſt nomen magiſtri in illo, aut peregrinatio mea viluit in oculis tuis, aut amor Maronis tulit memoriam mei. O mihi ſi nomen eſſet Virgilius! tum ſemper ante oculos luderem tuos, & mea dicta tota * pertractares intentione, & juxta proverbium illius eſſem apud te. (*c*)

* vetus editio: *perſcrutareris.*

Tunc felix nimium, quo non felicior ullus. Quid faciam? an meam doleo infelicitatem, quia non ſum quem diligis? an tuam laudo ſapientiam, quia diligis illum, qui non eſt. (*d*) Flaccus receſſit, Virgilius acceſſit, & in locum magiſtri nidificat Maro. Hoc dolens dictavi, vel propter oblivionem mei, vel propter abſentiam tui, paululum ferociori pumice cartam terens, ut vel iratus aliquid reſcriberes. Quia bos * laſſus fortius figit ungulam, incipe vel defendere te, vel me offendere, ut intelligam ſtudium, in quo otium iſtius anni exercuiſti. Et quo theſauro cor impleris tuum, pande nobis, ut tecum gaudeamus in bono tuo. Utinam evangelia quatuor, non Æneides duodecim, compleant pectus tuum, ut te avehat quadriga ad cæleſtis regni palatium, ubi eſt honor indeficiens, & regnum ſempiternum, ubi pro me intercedere, credo, memineris, quia, ut illuc venires, exhortari gaudebam. (*d*)

* al. *laſus,*

LVI. CA-

N O T Æ.

(*a*) *Machario monacho & pontifici.*] Richbodum noſtrum, cognomento Macarium, Monachum fuiſſe, hinc probatur. Dicunt autem, eum ante Pontificatum Abbatem fuiſſe Mediolacenſem.

(*b*) *Flaccus Albinus.*] Communius *Alcuinus* vocatur; fuitque primum Caroli M. Præceptor.

(*c*) *Quid Magiſter, ut diſcipulus neglexerit eum?*] In Anglia Richbodum Alcuino Præceptore uſum, opinatur Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXIV. n.* 67.

(*d*) *Flaccus receſſit, Virgilius acceſſit.*] Luſio in verbis, qua Richbodum Poëtarum amantem fuiſſe colligitur.

LVI.
CAROLUS M.
MONACHOS
S. MAXIMINI

779. ...Aug.

in ſuam defenſionem recipit, & eis liberam Abbatis electionem largitur.

Zyllesius defens. S. Maxim. P. III. p. 12.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Notum ſit omnibus in Chriſtum fideliter credentibus, regibus, epiſcopis, ducibus, quod ego Carolus gratia Dei rex Francorum, Longobardorum, ac patricius Romanorum, pro remedio animæ meæ atque ſtabilitate regni noſtri, ſanctorum monaſteria ſub meo regimine conſtituta taliter volo per ſucceſſiones temporum manere illæſa, qualiter per anteceſſoris mei privilegia inveni eſſe firmata. Proinde quia abbatiam S. Maximini in (a) privilegio mei genitoris Pipini ſub ipſius mundiburdio conſtitutam repperi, ego quoque delibero teſtamentum facere, per quod ipſe locus, atque monachi ibi converſantes, ſub noſtra defenſione cum quiete valeant vivere, & orationi vacare. Quapropter Verinolſo abbati de eodem monaſterio ſupradicti confeſſoris Chriſti, quod eſt conſtructum in ſuburbio Treviris, atque dedicatum in honore S. Joannis apoſtoli & evangeliſtæ, monachisque in eodem loco Chriſto famulantibus regali authoritate ſeu poteſtate concedimus, ut habeant in ſæcula poſt nos futura liberam poteſtatem eligendi abbatem inter ipſos monachos; ſi autem ibi non poteſt inveniri, eligant ſibi ubicunque voluerint. Inſuper noſtra præceptione conſtituimus, atque inconvulſe firmamus, ut nullus regum nobis ſuccedentium, vel alia perſona aliqua contra eundem locum vel monachos in tota abbatia ullam poteſtatem exercere præſumat, nec telonium usquam a navibus eorum exigat, ſeu placitum teneat ſine juſſione & petitione abbatis, ſed ſecure & cum pace maneat locus ille ſub noſtro & ſucceſſorum noſtrorum mundiburdio. Ut iſtius chartæ authoritas firmior per tempora habeatur, noſtræ manus ſignaculis eam af- firma-

N O T Æ.

(a) *Privilegio mei genitoris Pipini.*] Graves ſuppoſitionis notas inhærere huic *relato*, tum quoad ejus tenorem, tum quoad appenſum ſigillum, diximus ad an. 765. Unde haud leve adverſus præſens, tanquam *referens*, oritur de ſimili confictione præjudicium; cùm non ſit probabile, Carolo M. fuiſſe exhibitum patris diploma, viſibilibus vitiis informe. Cui accedunt plura Curiæ Caroli M. in hoc noſtro, adverſa, de quibus ſingulatim Heuman, *de Re Dipl. p.* 149. nec non *p.* 26. *ſeqq.* Mabillonius *de Re diplom. Lib. III. Cap. I. §.* 4.

LVI.

(b) firmare decrevimus, & (b) annulo noſtro firmare juſſimus. Signum glorioſiſſimi regis. Rado relegi. * Data menſe Auguſto, (c) anno XL. regni noſtri. Acta Patresbronna fiſco noſtro, ſuper ** ipſa. (c)

* in autogr. *Acta.*

** Mabillon. *Lipſa.*

LVII. AL-

N O T Æ.

(b) *Annulo noſtro firmare juſſimus.*] Appenſum ſigillum (quod Zylleſius accuratè expreſſit) imberbem Caroli M. vultum ſiſtens, magnam fecit locum controverſiæ: num ſpurium illud ſit, an genuinum? Rejiciunt, qui Caroli mentum ſemper barbâ ornatum volunt; nixi (1.) Imagine hujus Imp. quam è Petavii Gnoriſmate exhibet Eckhart *Rer. Franc. Tom. I. L. XXIV. p.* 628. (2.) Muſivo Romano, à Sponio & le Blanc diligenter recognito, ejusd. Eckharti *Lib. XXV. p.* 785. edito. (3.) Sigillo plumbeo Caroli M. barbati, quod eidem le Blanc debetur. (4.) Aliis Caroli ſigillis apud Mabillon. *de Re Dipl. Lib. V. p.* 389. Heineccium *cit. Tract. Tab. IV.* Struvium *Corp. Hiſt. Germ. Tom. I. Tab. I. n.* 1. (5.) Nummo apud Bunau *cit. P. II. p.* 307. Sed, an non aliquando ſaltem à vultu, ſigillis & nummis barbam depoſuit Carolus? Id equidem mihi videtur nullatenus improbabile. Nam de ipſo quidem Carolo M. imberbem nummum profert Bunau *cit. p.* 307. Nec ſic rem Francis inſuetam egit Carolus, *patrii moris*, teſte Eginhardo, *obſervantiſſimus*; ſiquidem patri ejus Pipino, æque ac Merovingicæ ſtirpis Regibus, familiare fuit, jam comparere barbatis, jam raſis. Et imprimis quidem Pipini mentum, aliàs veſtitum, nudum videre eſt in achate San-Maximiniano, meis oculis non ſemel uſurpato, quem ſiſtit Eckhart *cit. Tom. I. p.* 597. Item in ſigillis ac nummis pluribus apud eundem *p.* 599. nec non Mabillon. *cit. Lib. V. Tab.* 23. Merovingorum verò Regum imberbes imagines bene multas ære expreſſas conſpicimus in laudati Eckharti *Rer. Francic. Tom. I.* Scilicet Childerici I. *p.* 36 Childeberti I. *p.* 87. Chlotarii I. *p.* 90. Chariberti *p.* 98. Sigeberti *p.* 105. Childeberti II. *p.* 140. *&* 156. Gontchramni *p.* 149. Theodorici II. *p.* 172. Chlotarii II. *p.* 195. Dagoberti I. *p.* 208. Chlodovei II. *p.* 238. Childerici II. *p.* 254. Theodorici III. *p.* 290. Clodovei III. *p.* 303. Childeberti III. *p.* 315. Verùm ſi his locis à Merovingis barbas poſitas cernimus, etiam à nonnullis eorum, ſignanter à Dagoberto I. & Clodoveo II. aliis in numiſmatibus, ab eodem Eckharto *ll. cit.* editis, reſumptas intuemur; non dubio alternantis pro placito moris indicio. Nec ad Carolum M. uſque tantùm duravere illæ barbarum viciſſitudines, cùm Carolomannus quoque, Caroli M. frater, in numiſmate apud Meneſtrerium *Hiſt. Civit. Lugd. Lib. III. p.* 219 nudâ per omnia facie conſpiciatur, & Ludovicus pius, jam Imperator, appareat, modò barbatus apud Mabillon. *cit. Lib. V. Tab.* 99. modò imberbis apud Bunau *Hiſt. Germ. P. III. p.* 3. Carolus Calvus, barbatus apud Bunau *P. IV. p.* 3. imberbis apud Mabillon. *de Re Dipl. p.* 407. Arnulphus Imp. mox barbatus, mox imberbis, apud Bunau *P. IV. p.* 180. Similiter Conradus I. *ead. P. IV. p.* 410. Unde facilè concluditur, ralum in San-Maximiniano ſigillo Caroli M. vultum ſolum pro certa ſuppoſitionis nota haberi non poſſe; dummodo reliquus diplomatis tenor ſalvus perſtaret. Sed quis dubitat, inſtrumento non legitimè nato ſigillum bonæ notæ adhiberi poſſe?

(c) *Anno XL. regni noſtri.*] Sic edit Zylleſius; at Lambecius & Papebrochius in autographo legerunt: *anno XI.* Inde nova ſuſpicionis anſa; cùm anno 779. nondum *Verinolfus*, ſed *Fothilradus* adhuc fuerit Abbas S. Maximini.

Hæc jam ſcripſeram, cùm menſe Auguſto an. 8743. prodit Treviris viri clariſſimi J. Phil. Prætoris Conſiliarii Electoralis aulici, Hiſtoriarum & Juris Publici in Univerſitate Trevirenſi Profeſſoris ordinarii *Aſſertio & Vindicatio hujus noſtri San-Maximiniani diplomatis, tribus Diſſertationibus ſtabilita.* Quæ quamquam multâ eruditione referta ſit, ad mutandam tamen ſententiam, de diplomatis ſuppoſitione hic expoſitam, non permovit.

LVII.

ALCUINI

EPISTOLA XL.

AD

RIGBODUM

ARCHIEPISCOPUM TREVIRENSEM.

Circa 782.

Albini Opp. edit. du Cheſne. p. 1555.

Dilecto patri Machario humilis levita Albinus ſalutem. Caritatis dulcedinem litterarum officia implere non poſſunt, tamen qualecunque lumen, illius oſtendere nituntur. Sicut digito præſens homo oſtenditur, ita litteris abſentis caritas demonſtratur; fateor meæ mentis dilectio tui tædet abſentiam, eſſetque aliquod amoris refrigerium, ſi vel tui cordis affectum per alterius audirem os; vel cum litteras legerem, quem ardentius cuperem, intelligerem. Non disjungit ſeculum, quos Chriſti caritas conjunxit, & veniat per eum optata dies videndi, qui omnes dies creavit ad videndum. Multa tecum habuiſſem conferre, ſi tuæ colloquutionis familiaritate uti valuiſſem. Veniet tempus, dum vult ille, qui diſponit omnia tempora. Cum omni caritatis dulcedine, valeas fili, frater, amice.

Conf. ſuprà an. 777.

LVIII.

PRECARIA,

786. 26. Maij.

Per quam WICBERTUS ab ASUERO Abbate Prumienſi accipit ad vitam aliquas villas in pago Wabrinſe.

Martene Collect. ampl. Tom. I. p. 44.

Domno ſancto & in Chriſto patri Aſſuatio abbate. Ego Wicbertus quatenus a mea petitione veſtra habuit pietas hac benevolentia, ut res jure proprietatis meæ in villis, quæ vocantur Lullingas & Addeobace & Acalia imo ſitas in pago Wabrinſe, quas ego pro animæ meæ remedio ad monaſterium S. Salvatoris per inſtrumenta cartarum delegavi, in beneficium, dum ad vivo, excolere permiſiſtis, ea ſcilicet ratione, ut annis ſingulis ad miſſam S. Salvatoris ſolidum unum in luminaribus ipſius baſilicæ ſolvere debeam, tam pro ipſo cenſu, quam pro animæ meæ remedio, & ipſas res nec alienandi, nec abſtrahendi, nec minuandi in omnibus non habeant poteſtatem: ſed poſt meum quoque diſceſſum, quandoquidem Dominus voluerit, evenerit, ipſas res melioratas, abſque ulla exſpectata traditione, vel judicis conſignatione, in veſtra faciatis revocare dominatione perpetualiter ad poſſidendum. Hanc autem precariam non ſit neceſſe de quinquennium in quinquennium renovare, ſed iſta ſola per ſe ſufficiat. Facta precaria ſub die VII. calend. Julii, anno XVIII. domno Karolo glorioſiſſimo rege. Signum † Wicberti, qui hanc precariam fieri & firmare rogavit. Signum † Herloini. Signum † Gunteri.

LIX.

DONATIO

Variorum prædiorum à CAROLO M. facta Abbatiæ Prumienſi.

790.

Martene Tom. I. p. 45.

CAROLUS gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, & patricius Romanorum. Quidquid enim locis ſanctorum venerabilium ob amorem Domini, vel opportunitate ſervorum Dei, benivola deliberatione cedimus, vel condonamus, hoc nobis ad mercedis augmentum, vel ſtabilitatem regni noſtri in Dei nomine pertinere confidimus.

Igitur notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, præſentium ſcilicet & futurorum, qualiter nos pro divino intuitu, & æterna remuneratione donamus ad monaſterium Domini & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quod bona memoria domnus, ac genitor noſter Pipinus quondam rex, nec non domna, ac genetrix noſtra Berterada regina novo opere a fundamentis, pro futura ſalute, in loco, qui dicitur Prumia, viſi ſunt conſtruxiſſe, ubi præeſt vir venerabilis Aſoarius abba, donatumque ad eadem ſanctum locum in perpetuum eſſe volumus res aliquas
(a) proprietatis noſtræ, (a) in pago nuncupante Longouahe, & in pago, qui dicitur Heinrichi, & in Angriſgowe, quas antedictus abba, & Ahardus miſſi noſtri juſto tramite ſecundum legem in cauſa noſtra, ſuper hominem aliquem nomihem Alpadum adquiſiſ-
(b) ſent, (b) per loca denominata Naſongæ, in Squalbach, & Haonſtat, in Caldenbach, & in Boumhaim, atque in Tabernæ, nec non in Heringæ, ſive Aendrichæ, & Villare, ſeu in Theodiſſa, vel in Abothiſſcheid, atque Lar-
* Rhenum. heim; & ſuper * Hrenum portionem, ſicut ſupraſcripti miſſi noſtri recto ordine ſuper jam dictum Alpadum ad opus noſtrum viſi ſunt evindicaſſe, tam terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobile, & immobile totum, & ad integrum, ad præfatum monaſterium in eleëmoſina noſtra jure firmiſſimo perpetuis temporibus ad poſſidendum conceſſimus. Quapropter per præſentem auctoritatem noſtram decernimus, ac jubemus, quod perpetualiter manſurum eſſe volumus, ut memoratus vir venerabilis Aſoarius abba ſuique ſucceſſores, qui fuerint per tempora rectores monaſterii ſancti Salvatoris, ſupraſcriptis rebus cum omni integritate, ſicut ſupra memoravimus, ad partem ipſius ſancti loci noſtris, Deo hauſpice, futuriſque temporibus teneant, atque poſſideant; & nullus quislibet de fidelibus, aut ſucceſſoribus regni noſtri, agentes ipſius monaſterii, de præſcriptis rebus aliquam calumniam generare, aut diminorationem facere ullo unquam tempore præſumatur: ſed ut melius delectet ipſos ſetvos Dei, qui ibidem Deo famulare videntur, pro nobis, uxoriſque, ac liberis, ſeu pro ſtabilitate regni noſtri attentius Domini miſericordiam exorare: hoc quod noſtro largitionis munere pro æterna retributione ad ſæpedictum monaſterium Domini Salvatoris indulſimus per hoc noſtræ ſerenitatis præceptum atque confirmationis donum, Chriſto propitio in luminaribus ipſius eccleſiæ, ſeu ſtipendia ſervorum Dei perpetuis temporibus proficiat in augmentis.

Et ut hæc autoritas firmior habeatur, vel per tempora Domino auxiliante melius conſervetur, manu propria ſubterfirmavimus, & de anulo noſtro ſigillari juſſimus. Et quod ſupra intimare debueramus, omnem legem, & compoſitionem, quam prædictus Alpad pro ipſis rebus ſolvere debuit, ad ipſum ſanctum locum perdonavimus.

Signum Caroli glorioſi regis. Ercambolt ad vicem Radonis recognovit.

Data V. idus Junii, anno XXII. & XVII. regni noſtri. Actum Mogontia civitate, in Dei nomine feliciter. amen.

LX. CA-

NOTÆ.

(a) *In pago nuncupante Longouahe, & in pago, qui dicitur Heinrichi, & in Angriſgowe.*] Pagi hi omnes tranſrhenani ſunt: *Angriſgowe* inter Rhenum & Siginam ſitus, ex adverſa parte Andernaci, ubi hodie Comitatus Seynenſis. *Logenahe* circa fluvium Logenam ſeu Lahnam late protenſus. *Einriche* (qui & pars Logenſis pagi) eum tractum occupans, quem modo tenent Naſſovii Dillenburgenſes, Diezenſes, Catinelibocenſes & Iſteinenſes.

(b) *Per loca denominata Naſonga &c.*] Ex locis hic nominatis nota ſunt *Naſſonga*, hodie Naſſau ad Lahnam. *Squalbach* ſeu Schvvalbach ob acidulis notiſſimum. *Heringa*, aliàs *Heigrehe* nunc *Hayger* ſupra Dillenburg. Vid. Diſſert. noſtram Sæculo VII. præmiſſam, in pago *Einriche*. *Willare*, quod etiam occurrit in charta Waltradæ de anno 821. in Corp. Tradit Fulden. *p.* 154 Forſan *Weil* ad fluviolum Wilmam infra Reifenbergam. *Larheim*, inter Catimelibocum & Diezam. Reliqua loca aliis indaganda relinquo.

LX.

CAROLUS M.

confirmat donationem factam Abbatiæ Epternacenſi à germano ſuo Karolomanno.

Circa 794.

Martene *Tom. I. p.* 47.

CAROLUS gratia Dei rex Francorum & Longobardorum, ac patricius Romanorum. Quidquid enim locis ſanctorum venerabilium ob amorem Domini eedimus vel confirmamus, hoc nobis ad mercedem vel retributionem æternam pertinere confidimus.

Idcirco notum ſit omnibus fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet, & futuris, qualiter vir venerabilis (a) Berneradus ſanctæ Senonenſis eccleſiæ archi-epiſcopus, qui eſt rector monaſterii, ubi ſanctus Willibrordus corpore requieſcit, quod eſt ſitum in loco Epternaco, clementiæ regni noſtri innotuit, eo quod bonæ memoriæ Karolomannus quondam germanus noſter, pro mercedis ſuæ augmento, villas aliquas in pago Bedenſe, in loco nuncupante * Droiſe ſuper fluvium Salmana, & (b) Officinas ſuper Liſera, una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, ſylvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus totum, & ad integrum, quidquid ad ipſa loca legibus pertinere videtur, ad prædictum monaſterium viſus fuit condonare; ſed negligentia eveniente, nequaquam carcula conceſſionis ipſius germani noſtri exinde accepta fuiſſet. Unde aſſerit, jam dictus Berneradus archi-epiſcopus, ipſas res quieto ordine ad partes jam dicti monaſterii tenere: ſed pro rei totius firmitate, petiit a celſitudine noſtra, ut hoc nos denuo in eleëmoſina noſtra, & jam dicti germani noſtri per noſtram autoritatem erga ipſum ſanctum locum concedere, atque confirmare deberemus.

* Dreyſt.

Cujus petitionem pro divino intuitu, & reverentia ipſius ſancti loci, nolumus denegare, ſed in omnibus pro mercedis noſtræ augmento, hoc conceſſiſſe, atque confirmaſſe cognoſcite. Quapropter per præſens decrevimus, atque jubemus præceptum, ut nullus quislibet de fidelibus noſtris, neque ex judiciaria poteſtate ullo unquam tempore ante memorato Bernerado archi-epiſcopo, neque ſucceſſoribus, qui fuerint rectores monaſterii ſancti Willibrordi, de jam dictis rebus inquietare, aut calumniam generare, aut aliquid abſtrahere, nec minuere ullo unquam tempore præſumatur, ſed pro mercedis noſtræ augmento, & animæ germani noſtri Karolomanni regis ad jam dictum ſanctum locum noſtris, futurisque temporibus, Chriſto auſpice, per manum legentium eorum in luminaribus ipſius eccleſiæ, ſeu ſtipendiis ſervorum Dei, qui ibidem Deo famulare videntur, perenniter proficiant in augmentis.

Et ut hæc autoritas inviolata, Deo adjutore, omni tempore valeat perdurare, manu propria ſubter roborare decrevimus, & de anulo noſtro ſigillare.

Signum Caroli glorioſi regis.

LXI. CA-

NOTÆ.

(a) *Berneradus ſanctæ Senonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus.*] Berneradus hic (cui vitam S. Willibrordi inſcripſit Alcuinus) tertius à S. Willibrordo ab anno 777. ad annum 798. monaſterium rexiſſe dicitur in brevi Chronico MS. Epternacenſi, à Theoderico circa annum 1190. exarato. Cùm autem inter Senonenſes præſules circa hæc tempora legatur præfuiſſe *Berardus* ab anno 793. usque 795. ſic unum hunc eundemque eſſe, conjicimus. Add. Heuman, *de Re Diplom. Cap. II.* §. 66. n. 11.

(b) *Officinas ſuper Liſura*]Martene, Calmet & Bertholet legunt *Oſſicinas*, ſed perperam.

LXI.

CAROLUS M.

797. 17. *Febr.*

MONASTERIO PRUMIENSI

concedit villas Lauriacum & Catiacum in pago Andegavenſi.

Martene *Collect. ampl. T. I. p.* 51.

KArolus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum. Quicquid enim in noſtra vel procerum noſtrorum præſentia recto tramite agitur, ac juſte terminatur; oportet propter futurorum hominum notitiam per ſcripturarum ſeriem roborare, ut in poſtmodum jure firmiſſimo maneat inconvulſum. Ideoque notum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini, præſentium ſcilicet & futurorum, qualiter Aſoarius abba ex monaſterio S. Salvatoris, quod domnus & genitor noſter ſancta recordatio Pippinus quondam glorioſiſſimus rex, ac domna & genitrix noſtra bona memoria Bertrada regina in loco, qui dicitur Prumia, novo opere conſtruxerunt, ſerenitati noſtræ multotiens deprecatus eſt, pro aliquibus rebus ſitas in Andecavo, villas nuncupatas Lauriaco & Catiaco, adſerentes, quod de parte genitricis ſuæ Wilharanæ, & avæ ſuæ Teodildæ ei legibus pertinere debuiſſent, & a retroactis temporibus cum aliis rebus, quæ propter infidelitatem aliquorum hominum parentumque ſuorum in fiſco redactæ fuerant, malo ordine & injuſte uſurpatæ deveniſſent. Nos quidem ejus conſiderantes ſacerdotium, & fideli ſervitio, ita per omnia verum eſſe credidimus, ac de ipſis rebus pleniter reveſtire juſſimus, & per præceptum auctoritatis noſtræ eidem confirmare decrevimus. Transacto vero aliquo tempore inventum eſt manifeſte per Odilhardum ſanctæ Nanneticæ urbis eccleſiæ epiſcopum, & alios veraces homines infra patriam habitantes, de prædicta villa Lauriaco, quod noſtræ hæreditati legibus ac juſte deberetur, & nullam inibi Aſoarius abba deberet habere juſtitiam. Qui in conſpectu noſtro ac plurimorum, procerumque noſtrorum præſentia ſtans in judicio, ſecundum quod (a) lex Romana edocet, & ſui ſcabinii ei judicaverunt, prædictas villas partibus noſtris ſimulque & præceptum confirmationis noſtræ reddidit. De quibus nos unum, quæ vocatur Lauriacum, pro futura ſalute in eleemoſyna domni ac genitoris noſtri bonæ memoriæ Pippini quondam glorioſiſſimi regis ad jam ſatum monaſterium S. Salvatoris per præceptum auctoritatis noſtræ delegavimus, & aliam, quæ vocatur Catiaco, quia ipſi pagenſes teſtati ſunt vidiſſe eam habere, aviæ ipſius Aſoarii Teodildæ in alode per noſtram confirmavimus auctoritatem. (a)

Iterum

N O T A.

(a) *Lex Romana*] Per legem Romanam hic intelligitur Codex Theodoſianus; Pandectæ enim & Jus Juſtinianæum nondum in Occidente innotuerant. Eſtque hoc primum veſtigium, quod inter noſtra mihi occurrit, Juris Romani in Francia jam uſurpati. Addo infra Cartam Hartvichi de anno 804. *not. a.*

LXI.

* contentio

Iterum autem poſt aliquantos annos orta eſt * intentio exinde pro aliquibus appendiciis, quæ ad ipſam villam pertinent, inter jam dictum Aſoarium abbatem & Nunonem comitem noſtrum, qui ad noſtram altercando accedentes præſentiam, repperimus certiſſime, tam per veraces homines, quam per ſtrumenta, qualiter ante dicta avia ſua Theodelhildis ſupra ſcriptam villam Catiacum cum aliis rebus proprietatis ſuæ domno & genitori noſtro tradiderat, & ideo noſtra plus legibus cum juſtitia eſſe deberet, quam Aſuarii abbatis de parte genitricis ſuæ Wilharanæ. His itaque geſtis placuit celſitudini noſtræ, ut ob amorem Dei & reverentiam ipſius, quia vir Dei eſſe dinoſcitur, ex corde puro & ſincera voluntate, quia aliud pro aliud, quam vir ſimpliciter, nobis retulit & culpabilis atque convictus apparuit, in eleemoſyna noſtra ei omnia indulgere, & inſuper ipſas villas ſuperius nominatas Lauriaco & Cattiaco cum ſuis appendiciis pro ſalute animarum domni ac genitoris noſtri ſeu genitricis, ad prædictum monaſterium ex noſtro largitatis munere pleniſſima deliberatione cedere & in omnibus confirmare. Statuentes ergo jubemus, quod perpetualiter manſurum eſſe volumus, ut amodo & deinceps ſæpe memoratus vir venerabilis Aſuarius abbas ſuique in perpetuum ſucceſſores, qui fuerint paſtores ſupraſcripti monaſterii S. Salvatoris, jam dictas villas Lauriaco & Cattiaco, una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, campis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus, appenditiis, adjacentiis, omnia & ex omnibus, ſicut ad ipſa loca aſpicere videtur, & noſtra Deo donante legitima videtur eſſe poſſeſſio, per hoc noſtrum auctoritatis & ceſſionis, atque confirmationis præceptum ad partem ipſius ſancti loci in eleemoſyna noſtra teneant atque poſſideant, & ad ipſam caſam Dei noſtris futuriſque temporibus proficiant in augmentis, quatenus melius delectet ipſos ſervos Dei, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & liberis noſtris, ſeu pro ſtabilitate regni noſtri, & pro animabus genitoris ac genitricis noſtræ jugiter Domini miſericordiam exorare. Et ut hæc auctoritas inviolata Deo auctori valeat permanere, manu propria firmavimus, & de anulo noſtro ſigillare juſſimus. Signum Caroli glorioſiſſimi regis. Ercanbaldus ad vicem .... recognovi. Data XIII. calend. Martias, (*b*) anno * XXVIIII. & XXIV. regni noſtri. Actum Aquisgrani palatio noſtro publice, in Dei nomine feliciter amen. (*b*) * XXIX.

SÆCU-

N O T A.

(*b*) *Anno XXVIIII. & XXIV. regni noſtri.*] Conf. ſupra diplomata Caroli M. de menſe Novembri anni 775. & ibi notata.

SÆCULUM IX.

§. I.

Caroli M. ditiones hæreditariæ,

SAtis amplas ditiones *Carolus M.* à Pipino patre ac-
ceperat; nempe I. partem Galliæ, Rhenum in-
ter & Ligerim, Oceanúmque & mare Balearium in-
terjectam; id eſt, *Franciam occidentalem*, in qua
nos eramus Treviri. II. partem Germaniæ intra
Saxoniam & Danubium Rhenúmque & Salam am-
nem; id eſt, *Franciam orientalem*; & præter eam
Alemanniam & Bojariam. Sed paternam hæreditatem mirifice de-

& aliunde quæſitæ,

inde auxit Carolus adjectione *Aquitaniæ* & *Vaſconiæ* atque *Cataloniæ*,
quæ tunc Marca Hiſpanica dicebatur. Addidit & *Italiam*, atque
adeo imperium in urbem *Romam* & regnum *Longobardorum*; *Iſtri-
am*, *Liburniam*, id eſt, partem *Croatiæ* & *Dalmatiæ*. Adjunxit in-
ſuper *Saxoniam* & *Pannoniam*; ac demum domuit populos *Slavicos* &
Venedicos. Tot terrarum & populorum dominus, cum etiam anno
800. 800. *Imperatoris Romani* & *Auguſti* titulo mactatus eſſet, tria diver-

tria diſtincta regna habuit,

ſa regna, diverſo etiam titulo quæſita, imperio ſuo complexus eſt:
nempe I. Imperium Romanorum, voluntate quidem ſummi Pontifi-
cis populique Romani ſibi delatum, ſed tranſactione cum Græcis de-
mum firmatum. II. Regnum Longobardorum, armis quæſitum, &
in patrimonio habitum. III. Regnum Franciæ à patre ſibi relictum
& variis acceſſionibus in Germania, Gallia, Pannonia & Hiſpania
ab ipſo auctum: quorum alterum ab altero Carolus ſemper & accu-
ratè diſtinxit. Franciam rexit more Majorum per *Duces* & *Comites*:

Qua ratione Franciam rexerit?

attamen magnos & formidandarum opum Ducatus fregit, non niſì
unum uni Comitatui & plerumque Pago Comitem præficiens, qui
non ſolùm ea, quæ *Comitum* erant, ſed & quæ *Ducum*, curarent.
A latere Comitum Epiſcopos, ſibi ut invicem adjutores eſſent, colloca-
vit, conceſſâ eis in Abbates & Clericos quoscunque ſuæ Diœceſeos
in civilibus judicandi poteſtate. *Advocatos* his etiam adjunxit, qui bo-
norum eccleſiaſticorum curam gererent, nomine Epiſcoporum & Ab-
batum in Judiciis comparerent, atque cauſas ipſorum agerent. Præ-
terea crebros per provincias mittebat legatos, *Miſſos regios* ſeu *Do-
minicos* vocatos. Poſt adeptam etiam Imperatoriam dignitatem diver-
ſa nobis dedit ſuæ beneficentiæ indicia, Eccleſiæ ſcilicet Trevirenſi
anno 802. Prumienſi verò annis 806. & 807. Illud fortè minùs pro-
vidè à Carolo actum, quòd majorum more Imperium primò in tres
filios Carolum, Ludovicum & Pipinum diviſerit; atque deinceps
ætate gravis, mortuo Carolo & Pipino, Ludovicum pium conſor-
tem Imperii, Bernardum verò ex Pipino nepotem Regem Italiæ con-
814. ſtituit, paulo poſt Aquisgrani defunctus V. kal. Februarii anno 814.

§. II.

Ludovicus pius Imp.

Sub Caroli M. ſucceſſore & filio *Ludovico pio* (cujus plures tabulas
exhibemus annis 815. 816. 817. 822. 826. 835.) jam tum languebat Im-
pera-

peratoris auctoritas. Curâ & diſciplinâ bellicâ neglectâ, Comites
præfectíque ſuo fere arbitratu partes egêre; atque provinciæ, ſalu-
bri antea conſilio in *Comitatus* diſtinctæ, in *Ducatus* redigi cæpêre.
At malorum caput fuit diviſio, qua Ludovicus pius totum Imperium Reges pariter inter liberos,
inter filios primi thori ita diſtribuit, ut anno regiminis III. 817. *Lo-*
tharium maximum natu Imperii conſortem, & Italiæ, *Pipinum*
Aquitaniæ, *Ludovicum* verò Bavariæ Reges renuntiaret: unde
etiam diplomata ſua inſimul nomine Lotharii inſignivit; cujus rei
exemplum damus ad an. 826.; quamvis Lotharii nomen deinde
iterum omiſſum deprehendamus anno 835., quod etiam obſer-
vavit Mabillonius *de Re diplomat. Lib. II. cap.* 3. §. 13. Sed poſtea
à ſecunda uxore Juditha inductus, reſciſſâ priori diviſione, li-
cet juramento Ordinum firmatâ, optimam partem Imperii inter
Lotharium & *Carolum Calvum*, fruſtra renitente Ludovico, parti-
tus eſt. Ludovico pio XII. kal. Julii an. 840. defuncto, *Lotharius* 840.
partim ex jure primogenituræ, partim ex diſpoſitione paterna, partim
ex quorundam Primorum vocatione, omnes à patre relictas terras,
tum aſtu, tum vi, ad ſe trahere conabatur; quo etiam tempore,
annis nimirum 841. & 842., immunitatis aliáque præcepta Prumien-
ſibus noſtris largitus fuit. Sed Lotharii fratres, hæreditatem pater-
nam ſic interverti conqueſti, ſumptis armis pro jure ſuo pugnârunt,
& commiſſo prælio Fontanidico ad novam & æquiorem diviſionem
Lotharium adegerunt. Ac primùm quidem anno 842. in caſtro no-
ſtro Confluentino, deinde anno 843. Viroduni coëuntes tres fratres 843.
univerſas Imperii Francici ditiones ita inter ſe diſpertiti ſunt, ut Lu- Nova inter hos diviſio.
dovicus Franciam orientalem ſeu *Germaniam* transrhenanam, cum
urbibus cisrhenanis Moguntia, Wormatia & Spira; Carolus occiden-
talem Franciam ſeu *Galliam*; Lotharius denique medium inter ut-
rumque terrarum tractum, cujus fines ab altera parte Rheno, ab
altera Rhodano, Arari, Moſa & Scaldi continebantur, quique po-
ſtea ex Lotharii junioris nomine *Lotharienſe regnum* vocatus eſt,
unà cum regno Italiæ ac titulo Imperatoris Auguſti obtineret. Qua Treviri in portione Lotharii.
diviſione factâ, Trevirenſibus Eccleſiis, quippe in ſuo regno exiſten-
tibus, uberiora dedit liberalitatis indicia, annis nimirum 844. 846.
853. 854. & 855. Poſtremo hoc anno (quo etiam in Prumienſi mo- 855.
naſterio deceſſit) ipſe novam diviſionem fecit inter liberos, qua *Lu-*
dovico natu majori Italiam cum dignitate Imperatoris, *Lothario*, qui
ſecundus erat, terras quæ à Vogaſo ſaltu ad mare Germanicum us-
que inter Rhenum, Moſam atque Scaldim ſitæ ſunt; reliqua, quæ
Araris & Rhodanus ambit, *Carolo* tribuebat, qui ideo Provinciæ Rex
paſſim ab Hiſtoricis appellatur. Ab hoc *Lothario Juniore* provin- Origo regni Lotharingici.
ciæ, quibus dominatus eſt, *Regnum Lotharii* ſeu *Lotharienſe* appel-
latæ ſunt. Fines ejus, quos jam deſignavimus, cum antiqua Geo-
graphia comparanti patebit, continuiſſe Germaniam primam & ſe-
cundam, tum Belgicam primam, in qua Treviri, & partem ſecun- ejus pars Treviris.
dæ. Diverſum adeo eſt Lotharingiæ Regnum ab Auſtraſiæ Regno,
cujus nomen ſub Merovingicæ ſtirpis regibus ſæpe auditum eſt. Bene-
fecit & ipſe junior Lotharius eccleſiis noſtris, Prumienſi quidem an-
nis 851. 861. 865. S. Maximini verò an. 868. Anno autem 864. li-
teras dedit ad Rom. Pontificem pro reſtitutione Archiepiſcopi noſtri
Thiedgaudi.

§. III.

Lotharius auxerat fines regni ſui, dum poſt obitum Caroli fra-
tris ejus portionem diviſiſſet. Sed cùm anno 869. nullis legitimis li- 869.
beris relictis decederet, patruus ejus *Carolus Galliæ Rex* ſubitò Lotha-

ringiæ regnum invaſit, & Metis coronatus fuit. At alter patruus,
isque natu major, *Ludavicus Germania Rex*, injuriam non ferens,
Diviſio regni Lotharingici.
armis jus ſuum aſſeruit, eóque res redacta eſt, ut hi fratres in Proca-
ſpide ad Moſam amnem an. 870. æquis portionibus regnum inter ſe
870. dividerent, ita quidem (ceu ex ipſis partitionis hujus tabulis, quæ
exſtant Miræi *Opp. diplom. Tom. I. p.* 28. *ſeqq.* conſtat) ut Carolus
Galliæ Rex partem Lotharingiæ occidentalem, Ludovicus orienta-
lem & Rheno viciniorem, & in ea nominatim quidem *Treviros*, *Ab-*
Treviri in portione Ludovici Germ.
batias S. Maximini, *Epternacenſem*, *Horreenſem*, *Comitatus Mege-*
nenſem, *Bedagowenſem*, *Nitachowam*, *Sarachowam ſubteriorem &*
Bleſitchowam obtineret. Ita Lotharingiæ pars, in qua Trevirenſis
Archiepiſcopatus, primùm ad Germaniæ Regnum acceſſit, cujus
Rex Ludovicus non pauca glorioſi regiminis monumenta nobis reli-
quit, quæ ad annos 870. 871. 878. & 880. exhibemus. Sed paulo
Ludovicus Junior.
pòſt filii Ludovici Balbi alteram ejus partem *Ludovico Juniari*, Ger-
manici filio, Francorum orientalium Regi, ut illum ab hoſtilibus
conatibus averterent, ſponte ceſſerunt. Annales Metenſes apud du
879. Cheſne *ad ann.* 879. ſicque Lotharii Regnum jam totum in poteſta-
tem familiæ Germanicæ venit, Germanici regni facta acceſſio. Lu-
882. dovico juniore anno 882. vita functo ſolus ex Ludovici Germanici fi-
Carolus craſſus.
liis ſuperſtes manſit *Caralus III.* ſeu *Craſſus*, qui unus omnes poſ-
ſeſſiones avi ſui Ludovici pii & proavi Caroli M. ſucceſſione adeptus,
Prumienſibus noſtris æque ac San-Maximinianis annis 882. 884. &
888. 885. benefecit. Eo defuncto Imperium multis modis ſcindebatur,
Arnolphus Imp.
ſingulis provinciis ſingulos Reges creare cupientibus. *Arnolpho* ta-
men, Carolomanni filio notho, maxima pars ceſſit; Regnum ſcili-
cet Teutonicum, & unitum cum eo Lotharingicum, nullo quidem
hæreditariæ ſucceſſionis titulo, quo ex defectu legitimorum natalium
carebat, ſed electionis Germanorum (vid. Annal. Fuldenſ. *ad annum*
887.) qui deficiente indies ſtirpe Carolingicâ hoc ſibi juris ſumebant.
Dedit autem nobis Arnolphus ſingulis ferè regiminis ſui annis nova
895. Regiarum gratiarum documenta, usque dum anno 895. in Comitiis
Zvventipoldus.
Wormatienſibus de conſenſu ſtatuum Germaniæ *Zvventipoldum*
filium ſuum naturalem regno Lotharingiæ Regem præficeret, cujus
Regalem gratiam in ſingulos annos experti ſumus, ut vix ulli præde-
ceſſorum Regum tantum debeat Trevirenſis Eccleſia atque Zwendi-
900. poldo. Hoc ad Moſam fluvium anno 900. cæſo Treviri cum reliquis
Lotharingis ad Ludovicum Arnolphi filium legitimum, & in Regno
Germaniæ ſucceſſorem reverſi ſunt.

§. IV.

Bona Eccleſiæ Trevir. exempta à juriſdictione Comitum.

Comitum quidem ſub Carolingis Regibus idem officium, quod ſub Merovingis; at in bonis Eccleſiæ Trevirenſis eorum jam nulla ampliùs poteſtas. Hujus exemptionis primordia jam vidimus Diſſertatione noſtra ad Sæculum VIII. §. 4. ex præceptis Regum noſtrorum Pipini de anno 761., Caroli M. de anno 773., & Ludovici pij de an. 816. His nunc addimus alia, prioribus expreſſiora, bina Zwenteboldi Regis de annis 898. & 899., tertium Ludovici Regis anni 902.; quibus manifeſtè elucet, ea omnia Epiſcopi temporali juriſdictioni fuiſſe ſubdita. Nempe horum *primum* ſtatuit: *ut cuncta monaſteria, omnes abbatiæ cum univerſis adjacentiis earum, atque cæteræ baſilicæ, caſtella, vici, villæ cum familiis, agri, vineæ, ſylvæ, prata, omnesque res quæcunque, ad ſedem Trevirenſem, videlicet ad partem S. Petri,*

perti-

pertinentes, ſub jure & poteſtate ipſius perpetualiter permaneant .... quia Comitatum de eo factum eſſe dignoſcitur. Quia itaque res ſeu bona Trevirenſis Eccleſiæ in *Comitatum* erecta ſunt, juribus Comitis in ipſummet Archiepiſcopum translatis, hinc rectè *altero* diplomate cautum eſt: *ut nullus ex Regia, ac*, alterius, *Comitis parte, neque ulla judiciaria poteſtas, in villis ejusdem S. Petri placitum habere, aut aliquod diſtrictum in eis ullo modo ſine aſſenſu & voluntate Epiſcopi facere conetur.* Hæc quidem hactenus ſatis conformiter, & in ſequelam eorum, quæ Diſſertatione præcedenti *§. 4.* è priori ſæculo jam edideramus. Venit tamen hìc inſigniter notanda ea differentia, quæ inter minores alias ibidem *§. 5.* memoratas exemptas Eccleſias, & majorem S. Petri intercedit, quòd quanquam illæ etiam ab inferiorum magiſtratuum imperio *paſſivè* fuerint exemptæ, *activè* tamen jura Comitum in eas ſicut in Archiepiſc[op]atum haud ſint translata. Archiepiſcopatus factus Comitatus.

§ V.

At ipſa Trevirorum civitas hactenus ſub Comitum poteſtate manſerat. E Trevirorum urbis Comitum ſerie nobis hoc ſæculo nominatim occurrunt, *Adelardus*, quem ex diplomate Prumienſi indicamus ad annum 853. Deinde *Odoacrus* in diplomate noſtro Zwentiboldi de 28. Jan. an. 895. ubi vid. *not. a.* Quibus ex tabulis Ludovici Regis de an. 902. *Wigericum*, Trevirenſium Comitum ultimum, addimus. Nam ipſis his tabulis Ludovici Regis omnis planè ceſſavit Comitum in noſtram Metropolim poteſtas, quippe quam in his ſæculi IX. & X. confiniis Ludovicus, de conſenſu memorati Wigerici Comitis, de Comitatu in Archiepiſcopatum perpetuò transtulit, cum omnibus Comitum juribus, & ſignanter: *cum moneta ipſius Civitatis, telonio, omnique tributo intra civitatem & extra, per omnem* (id eſt, totum) *Comitatum, de monaſteriis & villis & vineis; ſed & cunctos cenſuales atque fiſcales, & medenam agrorum, cum omni integritate.* Moneta ſeu jus monetandi, an ad jura Comitum pertinuerit, an verò Regi reſervata fuerit, hìc non definiam. Tradit Eckard *Rer. Franc. Lib. XXX. §. 75.* hoc ævo Epiſcopi aut Abbatis, cui jus monetæ concedebatur, nomen nummis non fuiſſe inditum, ſed Regis regnantis. Ego certè nummum argenteum Trevirenſem poſſideo non quidem hujus ſæculi IX., ſed ſæculi XI., Poponis ſcilicet Archiepiſcopi, in cujus parte una Archiepiſcopus cum pedo & inſcriptione POPO.; parte autem averſâ navicula expanſis velis cum inſcriptione S. PETRUS. Cæterùm huc confer diploma Ottonis II. Imp. de 27. Auguſti an. 974. Prumienſi pariter Principali noſtræ abbatiæ anno 861. 28. Julii mercatum in Romersheim cum moneta conceſſum fuiſſe, perhibemus. Add. præceptum Caroli ſimplicis de an. 920.

Urbs antè Comitibus ſubjecta, nunc Archiepiſcopo paret. Jus monetandi.

§. VI.

Porro ad Archiepiſcopalem dignitatem hoc ſæculo nullus aſcendit, niſi Regis voluntas & auctoritas accederet electioni Cleri & populi. Damus ad annum 866. decretum Nicolai Pontificis, quo, ſibi relatum, ait, quòd *Rex non niſi faventem ſibi permittat eligi.* Conf. notata noſtra ad tabulam S. Paulini an. 832. in fine. At non videtur ità temperata fuiſſe Cleri populique auctoritas, quin Regia multùm prævaleret. Apparet id ex Epiſtola ſeptem Archiepiſcoporum Galliæ ad Ludovicum de anno 870. ſic deſignati Archiepiſcopi conſecratio (quæ tum à confirmatione non erat ſejuncta) ad Epiſcopos comprovinciales pertinuit, conformiter antiquis Canoni-

Penes Regem, clerum & populum electio Archiepiſcopi, conſecratio penes comprovinciales,

nonibus. Inter hos verò, qui ordinatione ſenior erat, unctionis miniſterium perficiebat, reliquis aſſiſtentibus. Vid. Ditmarum *Lib. IV. p.* 406. ubi: *cum* Poppo Archiep. Trev. *ab Erbinbaldo Moguntiacenſi Archiep. juſſu Cæſaris & licentia Verdunenſis Epiſcopi, qui primus horum* (ſuffraganeorum Trevericæ Metropoleos) *in ordine fuit confratrum, conſecrari debuiſſet,* &c. Ubi verò ſuffraganeorum competens numerus ad ordinandum Metropolitanum præſtò non eſſet, vicinorum Epiſcoporum, qui comprovincialium ſupplerent defectum, inclamabatur auctoritas; quem uſum, conciliorum decretis conformem, ſolidè deducunt in memorata Epiſtola iidem Galliæ Archiepiſcopi. Ut, ùt autem nihil adhuc juris in inſtituendis noſtris Archiepiſcopis ſibi hactenus ſumpſerit Romanus Pontifex, deſtitutum tamen ab eo fuiſſe Teutgaudum noſtrum, nimìs certum eſt ex decreto exauctorationis ejusdem de anno 863. in qua illud fortè mirum videbitur, depoſitionem hanc factam fuiſſe, non tantùm non reclamante Rege, ſed eo potiùs, id jure factum, agnoſcente: quippe quod Rex pro depoſito Teutgaudo an. 864. intercederet, eúmque non jure quidem, ſed ex gratia, in ſedem reſtitui rogaret.

depoſitio penes Rom. Pontificem.

§. VII.

Primatus Trevirenſis.

Inter ſacra jura Archiepiſcoporum noſtrorum, hoc etiam ſæculo eminet *Primatialis* dignitas; hanc agnoſcit ſummus Pontifex in decreto depoſitionis Teutgaudi de anno 863., decreto Gratiani deinde inſerto. Quoad Primatûs fines: eum per *Belgicam provinciam* extendi aſſerit; idque conformiter iis, quæ à nobis jam Diſſertatione ad ſæculum VI. *§.* 28. recenſita ſunt; conformiter etiam aſſertioni ſeptem Archiepiſcoporum Galliæ *§. præced.* laudatæ, ubi ex ſororio vinculo, quod Trevirenſem inter & Rhemenſem Eccleſiam intercedit, ille per utramque Belgicam Prior in ſynodo, ſeu Primas, habebatur, qui alterum ordinationis tempore antecederet. Confer tamen Diſſertationem ad ſæculum XI. *§.* 8. ubi hanc finium materiam curatiùs tractamus & diſtinctè. Quantum autem ad *Metropoliticam* auctoritatem: hanc ſtrenuè vindicavit Bertolfus; utì obſervavimus ad Bullam Joannis PP. VIII. de anno 878. Eandem exercuit Ratbodus, dum ſub ejus directione ſynodus provincialis haberetur Metis, cujus hæc eſt Præfatio: *Anno ab Incarnatione Domini noſtri JEſu Chriſti DCCCXXCVIII. regni Domini Arnulphi glorioſiſſimi Regis primo, die Calendarum Majarum acta eſt ſynodus in ſuburbio Metenſis civitatis in Eccleſia S. Arnulphi, ab Archiepiſcopo venerabili Rathbodo Trevirenſi, & à Rotberto prædictæ civitatis* (Metenſis) *Præſule. Dado quoque Virdunenſis Eccleſiæ Reverendiſſimus Epiſcopus & Arnoldus Tullenſium Epiſcopus, & Stephanus venerabilis Abbas, & multi ſacerdotes cum Comitibus & pluribus nobilibus & Deum timentibus viris adfuerunt.* Hujus ſynodi *Canone I.* placuit, ut *pax à Normannis* & *crudeliſſimis ſuæ gentis hominibus* emendatione morum quæratur, auctoritásque ſanctorum Patrum contumacibus imponatur; ut, velint, nolint, pro timore etiam *ſenioris*, h. e. Arnulphi Regis, ad ſatisfactionem veniant. *Can.* II. ordinatur, ut Decimas Eccleſiæ ſolus ſacerdos accipiat, atque ut nullam illarum partem *laici ſeniores*, ſive Domini, uſurpent. *Can. III.* ut unus presbyter unam ſolummodo habeat Eccleſiam. *Can. IV.* ut de manſo Eccleſiæ nullus cenſus exigatur, nec pro ſepultura pretium detur. *Can. V.* ut nullam omnino fœminam in domo ſua habeant ſacerdotes. *Can. VI.* ad proclamationem Guntberti Eccleſiæ Metenſis Primicerii contra *Judæos*, *qui*

Jura Metropolitica.

Synodus provincialis.

habi-

habitant Mettis, ſtatuitur, ut nemo cum eis edat aut bibat. *Can. VIII.* ut Miſſæ in locis non conſecratis, id eſt, in ſolariis, ſive in cubiculis, propter infirmos, vel longius iter, non fiant; & baſilicæ à chorepiſcopis conſecratæ, ab Epiſcopis conſecrentur. &c.

§. VIII.

Viri literati Trevirenſes.

Amalarius Archiep.

Sicut rebus aliis, ita & ſcientiarum ſplendore hoc ſæculo enituit noſtra Archidiœceſis: Et inter viros doctos quidem primo loco recenſendus venit *Amalarius* Archiepiſcopus doctiſſimo Magiſtro Alcuino uſus. Damus illius Epiſtolam de Ceremoniis Baptiſmi, ſacrâ eruditione refertam ad annum 812. Facit eum quidem etiam Browerus *Annal. Trev. Lib. VIII. n.* 29. auctorem libri de Divinis officiis; at minùs rectè. Vid. Jac. Sirmondum *in Notis ad Ennodium.* Joan. Bona *in Notitiâ Auctorum Tractatui de Divina pſalmodia præfixâ.* Philip. Labbe *in Tom. I. Diſſertationis hiſtoricæ inter Addenda.* Eckhard *Rerum Francic. Lib. XXVIII. ſ.* 121. Amalario accenſendus *Bertulfus*, quem Trithemius *Chron. Hirſaugien. Tom. I. p.* 30. teſtatur *virum, tam in divinis ſcripturis, quàm in ſæcularibus literis egregie doctum.* Archiepiſcopos ſequitur Chorepiſcopus noſter *Theganus*, cujus epiſtolarum unam exhibemus anno 830. Notiora ſunt, quæ ſcripſit, geſta Ludovici pii, quàm ut eorum hìc faciamus mentionem. Eum Martene & Durand *Collect. Ampl. Tom. I. p.* 83. vocant *virum Valfrido Straboni cognitum, nobilem genere, ingenio acrem ac vehementem, amantem juſtitiæ atque Imperatoris ſui; multæ lectionis, in docenda regendâque Eccleſia ſua valde diſtrictum.* Sic non doctos ſolùm viros hoc ſæculo habuimus, ſed Doctores etiam & Magiſtros in ſcholis docentes. Non ſinè cauſa monaſterium Prumienſe iis, in quibus optimarum artium ſtudia viguêre, accenſet Launoius *de ſcholis celebr.* Cap. *XIX. Opp. Tom. VII. p.* 26. *edit. an.* 1732. In eo primus, cujus nobis reliqua ſit memoria, Scholiarcha *Wandelbertus*, de quo Trithemius *in Chron. Hirſaugien. Tom. I. pag.* 22. *ad an.* 851: *Wandelbertus monachus & magiſter monaſticæ ſcholæ cœnobii Prumienſis, Trevirorum Diœceſis, vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſæcularibus litteris magnificè doctus, qui ſcripſit ad Marquardum Abbatem vitam & miracula S. Goaris Presbiteri Aquitanici, ſed in finibus Trevirorum juxta Rhenum quondam Eremitæ; ... ſcripſit etiam Martyrologium metricum & complura in ſcripturis alia.* Libellum de vita S. Goaris rudi ſtylo conſcriptum, elegantiori oratione expolivit, juſſu Marcwardi Abbatis ſui; alterumque libellum de ejuſdem ſancti Confeſſoris miraculis adjecit. Utriusque libelli Prologum ſcribit *ad illuſtrem virum Marcwardum Abbatem Monaſterii Prumiæ.* Ad noſcendum hujus ſæculi Literarum ſtatum apprimè pertinet, quod in operis prologo memorat; ubi, *apud Gallias*, ait, *multos annos literarum ſtudia jacuêre, nec facile plures per tranſacta retro ſpatia liberalium artium munere functi eſſe reperiuntur: quousque ad noſtram,* inquit, *ætatem principum liberalitate & optimorum virorum ſolertiâ, adeò diſciplinarum ſtudia profecerunt, ut invidiam criminis merito nunc ſuſtinere cogamur, ſi geſta ſanctorum virorum, quæ quidem ad noſtram potuerint pervenire notitiam, poſterorum ſcientiæ deperire ſinamus. Neque verò audiendi ſunt, qui tantum ætati præteritæ tribuunt, ut nunc quoque fieri, quæ digna litteris æſtimentur, abſoluto præjudicio negent: Cùm divina provi-*

Bertulfus.

Theganus chorepiſcopus.

Schola Prumienſis;

in ea Wandelbertus.

dentia

dentia ſingulis mundi temporibus ità *ſemper, quæ humano generi pro modo & ratione congruant, ordinet: ut neque nos priſcorum hominum felicitatem deſiderare conveniat, neque illos noſtrorum temporum ſtatum; ſi, qualis nunc agitur, præſcire potuiſſent, damnaturos credibile ſit. Quippe nunc quoque ſunt in eccleſia multi virtute vitæ clariſſimi.* Hæc vir inter clariſſimos ſui ævi jure numerandus. Nonnulla Operum ejus edidit Lucas d' Acherius *Spicileg. Tom. II. edit. nov.* Nempe *pag. 39. Martyrologium verſibus ſcriptum. p. 57. Carmen de XII. menſium nominibus, ſignis &c. p. 61. Horologium per duodecim menſium punctos: & de horis cujusque menſis, p. 62. de Opere ſex dierum*, ſive *de Creatione mundi Carmen.* Wandelberto in Pru-

& Rhegino. mienſibus ſcholis proximus ſucceſſit *Rhegino,* Trithemius *l. cit. ad an. 893.* eum, *virum tam in divinis ſcripturis, quam in ſæcularibus litteris doctiſſimum* prædicat, addens: *ſcripſit inter cætera ingenii ſui opuſcula ad Adalberonem Metenſis* (verius Auguſtanæ) *Eccleſiæ Præſulem Chronicon ſatis conveniens à Nativitate Domini usque ad annum ejusdem nongenteſimum octavum.* Edita tamen Exemplaria omnia in fine anni 905. deſinunt; quanquam ad biennium ultra ſe producturum initio recipiat; ſed vel calamum poſuiſſe hoc loco, vel intercidiſſe ſcripta neceſſe eſt. Pergit deinde Trithemius: *ad Archiepiſcopum quoque Trevirorum* (Ratbodum) *comportavit ex Decretis SS. Patrum de Diſciplina Eccleſiaſtica duo volumina, quæ capitulis ferme nongentis per ordinem ſunt diſtincta.* Hoc Opus primus ex codice Helmſtadienſi edidit Joachimus Hildebrandus; deinde verò anno 1671. curâ majori Stephanus Baluzius. Meminit & aliorum, quæ ipſe vidit, Rheginonis Operum Eckhard. *Rer. Francic. Tom. II. Lib. XXXII. §. 133.* nempe *Epiſtolæ de Harmonica inſtitutione ad Ratbodum Archiepiſcopum Trevirenſem,* & *Lectionarii totius anni* cum ſubſcriptis muſicis ſui temporis notis.

LXII. CA-

LXII.

802. 1. Septemb.

CAROLUS M. IMP.

confert Archiep. & Eccleſiæ Trevirenſi Cerviam cum foreſta.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Carolus divina favente clementia Imperator auguſtus & Francorum patricius. Comitibus, ducibus tam ultra quam circa Rhenum & Ligerim degentibus, tam preſentibus quam futuris. Id nobis ad augmentum & ſtabilitatem regni noſtri procul dubio in Dei nomine credimus pertinere, ſi petitionibus ſacerdotum & eccleſiarum Dei fidelium rectis petitionibus aſſenſum prebemus.
(a) Itaque vir apoſtolicus (a) Weomadus & frater ejus Baſinus & miſſus noſter Aufericus ad nos venientes retulerunt nobis, quod predeceſſores noſtri reges ob edificationem ſuarum animarum quaſdam res ad fiſcum publicum pertinentes tradiderunt ſancto Petro ad Trevericam eccleſiam, videlicet Valeniacum cum omnibus appendi-
* Cerf ciis ſuis, excepto loco * Cerviam nominato, & Serviaco cum foreſte regia, ipſa autem retinuerunt, ſed cauſa venationis. Quapropter deprecati ſunt predicti fideles noſtri, ut predicta loca Cerviam & Serviacum pariter cum foreſte, que ad fiſcum reſpiciebat, traderemus ad ſanctum Petrum, ne ſua occaſione ipſius foreſtis circumjacentes res ſancti Petri vaſtarentur. Igitur nos eorum petitionibus annuentes, legali jure tradidimus ad Trevericam eccleſiam ſancti Petri ſupra dicta loca, Cerviam videlicet & Serviacum, cum omnibus ad ipſa loca pertinentibus, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, ſilvis, cultis & incultis, viis & inviis, exitibus & reditibus, cum foreſte, quemadmodum ad fiſcum noſtrum pertinebat, cum omni integritate tradidimus & ſanximus (b) his locis determinatam: ex (b)
eo loco, ubi * Premantia fluvii oritur * Brimbs.
usque ad Biſchoffsvelt, & ſic via publica usque ad * Marciacum & ſic inde us- * Merzig ad Saram.
que * Sarova in Moſellam fluit, inde ad locum * Lyve nominatum; à Lyve * Sara ſeu Saravus fl.
autem illuc ubi Budelſchica in * Troganum fluvium cadit in directo tramite ad ortum fluminis Premantie. * Leyvven ad Moſellam.
Hanc ergo foreſtem, quam legali more ſan- * Drabn.
cto Petro tradidimus, per bannum noſtrum omnibus prohibemus, ut nemo ſucceſſorum noſtrorum regum, vel quelibet alia perſona, beſtiam in ipſa capere quacunque venationis arte, absque licentia Treverenſis eccleſie pontificis, preſumat; quod ſi quis fecerit, bannum noſtrum ſolvere cogatur. Et ut hoc noſtre authoritatis preceptum absque transgreſſione ſervetur, hoc preceptum ſcribi juſſimus & manu propria firmavimus, atque annuli noſtri impreſſione ſigillari fecimus. Signum Caroli ſereniſſimi imperatoris. Servatius Arcamboldi cancell: ad vicem recognovit. Data kalendis Septembris anno trigeſimo quarto, indictione XI. Actum Hariſtalio palatio in Dei nomine amen.

LXIII. CAR-

NOTÆ.

(a) *Weomadus & frater ejus Baſinus.*] Præſens charta, quoad rem ipſam & ſubſtantiam mihi minimè ſuſpecta, quoad formam certè talis videtur. Præterquam enim, quòd Caroli titulus *Francorum Patricius* (qui deberet eſſe *Francorum Rex*, *Romanorum Patricius*) truncatus appareat, *Weomadi* & *Baſini* coæva vita non convenit cum anno regiminis XXXIV. Caroli M. Convixere utique Baſinus & Weomadus, ambo ſucceſſivè S. Maximini Abbates, & deinde Trevirorum Præſules; at citiùs: neque enim potuit tam ſerò ſuperfuiſſe Baſinus, qui jam ſub finem Sæculi VII. præfuit. Juvat hic audire Alex. Wilthemium *Annal. S. Maxim. MS. Lib. II. in fine ad ann.* 739. ubi ita: „ Baſinus autem quo„ usque impoſterum munia Abbatis geſſerit, haud „ facilè dixerim. Hoc ſatis conſtat, Wiomadum, „ quem Mediolacenſibus quoque Abbatibus acta „ Leotvvini inſeruere, ſeriùs citiùs habuiſſe ſuc„ ceſſorem. Cui an Baſinus religionis modeſtiâ„ que ergo, an ætate jam diuturnis laboribus de„ vexa ad otium deceſſerit, arduum ſanè expli„ catu. Ex Pipini tabulis compertum habeo, „ Baſinum ad annum usque ſexageſimum ſecun„ dum hujus Sæculi vivendo proceſſiſſe. Unde „ apparet aut ad fungendum munus ætate inha„ bilem, ex Antiſtite monaſterii inter privatos „ redactum, aut (quo magìs inclinat animus) „ quemadmodum nuper Pontificatum, ſic modo „ abbatis dignitatem ſuapte ſponte deſeruiſſe. At„ que ità more noctu gradientium manu prope„ modum explorandum, qua tutò utraque ſaptum, „ caliginoſam prætervehamur antiquitatem.

(b) *His locis determinatam.*] Confer infrà diploma Zvvendeboldi Regis de 28. Jan. 895. ubi fines hujus foreſtæ paulo aliter determinantur.

LXIII.

CARTA HARTVICHI

De Villa Odona, quam Prumienſi Monaſterio conceſſit.

804. 2. Aprilis.

(a) Martene Collect. ampliſſ. T. I. p. 56.

CUm (a) in libris Theodoſiani & Hermogeniani ſeu Papiani, per quem lex continet, ſcriptum eſt, quod donatione traditio ſubſequatur. Igitur ego In Dei nomine Harwich filius, qui fuit Benedicto quondam, dum cognitum eſt, quod ego de res proprietatis meæ aliquid ad caſa S. Salvatoris, qui eſt in finem Ardenna, ſuper fivium Prumia ædificata, quem dominus Pipinus rex bonæ memoriæ ſeu Bertrada regina ædificaverunt, & turma plurima ibidem adunaverunt, ubi venerabilis vir Aſſuarius abba præeſſe videtur, pro molem peccaminum meorum, vel æterna tetributione, ut pius Dominus aliquid mihi minuare jubeat, per textum donationis condonari, hoc eſt in pago Andecavo in condita Eregadoninſe Wiciloa nuncupantes Odane, cum appenditio ſuo, cui vocabulum eſt ad Illotilio Leobodo, una cum domibus, ædificiis, terris cultis & incultis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, ſalcis & ſubjunctis, quæſitum & ad inquirendum, ſervos & ancillas, colonos & colonas, una cum uxores & infantis vel peculiares earum totum & ad integrum ad ipſa caſa delegavi, (b) quantum in ipſa donatione continet, ei ad die præſente trado, dulgo & tranſcribo, ut quidquid exinde pars eccleſiæ ipſius monaſterii, ſeu prædicto abbate ad profectum baſilicæ facere voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem, ad faciendi quod elegerint jure proprietario atque firmiſſimo. Intimare mihi complacuit, quod ſi fuerit poſt hunc die, aut ego ipſi, aut unus de hæredis vel de propinquis meis, ſeu qualibet homo vel extranea vel emiſſa perſona, potens aut inferior, vilis aut privatus, caleditate commotus, aut cupiditate præventus, qui contra hanc traditione, contra ipſa Dei vel rectores ipſius eccleſiæ aliqua calumnia vel teſultatione agere præſumpſerit, duplit ei tantum, & alio tantum, quanrum ipſas res eo tempore & emelioratas valuerint, & inſuper auro libras duas, argento pondo quinque, coactus exſolvat, & ſua repetitio in nullisque modis non obtineat effectum, ſed hæc traditio atque voluntas mea omni tempore firma & ſtabilis debeat perdurare ſtabilitate ſubnexa. Actum (c) Andech civitate die lunis, VI. idus Aprelis, anno IV. imperio domno Karolo ſereniſſimo Auguſto. Harwichus hanc traditiooe a me facta. Signum ✝ Godaldo. Signum ✝ Dilidrano. Signum ✝ Tedulfo. Signum ✝ Agisberto. Signum ✝ Ramirtanio. Signum ✝ Cacinhard. Signum ✝ Adelhard.

LXIV. ALLE-

NOTÆ.

(a) *In libris Theodoſiani & Hermogeniani ſeu Papiani.*] Vide, quæ ſuprà notavimus ad annum 797. *not. a.* Veroſimile hinc fit, tunc adhuc integros in Francia perſtitiſſe Codices Theodoſianum & Germogenianum, quorum hodie non niſi exigua fragmenta ſuperſunt. Minùs igitur accurate Heineccius *Hiſt. Jur. Lib. II.* §. 57. Jus Romanum Sæculo demum XII. in Galliam penetraſſe docet.

(b) *Quantum in ipſa donatione continet.*] Aliud, tenoris ferè per omnia ſimilis, de eadem villa donationis inſtrumentum exhibent Martene & Durand *ib. T. I. p.* 54. Eſt autem de cauſâ duplici forma illud exaratum videtur, ut alterum Prumienſibus traderetur, alterum geſtis municipalibus Curiæ Andegavenſis (uti ex ſequenti apparebit) inſereretur. Summa utique in his documentis ſtyli barbaries, ſed plenè conveniens illi, quam in formulis Andegavenſibus, apud Mabillon. *de Re dipl. in ſupplem. p.* 77. editis, deprehendimus.

(c) *Andech civitate.*] id eſt, in civitate Andegavenſi.

LXIV.

804.

ALLEGATIO

Donationis Harvichi facta geſtis municipalibus Curiæ Andegavenſis.

Martene Colleſt, ampl. Tom. I. p. 56.

ADſtaote vir laudabile Wlfredo deſenſore, vel cuncta curia Aodec civitate, aſſiſtantium Aganbertus dixit: Rogo te laudabilis vir deſenſor, vosque officia publica, ut mihi codicis publicis patere jubeatis, & proſecutione mea audiri dignimini, quia ſub aliqua, quæ apud ſaudabilitate veſtra geſtis cupio municipalibus allegare. Deſenſor & curia dixerunt: Patent tibi codices; proſequere, quæ optas audire. Aganbertus dixit: In Chriſto frater Harvich mihi injunxit, ut epiſtola illa, quem de villas nuncupantes Odane cum appenditio ſuo nuncupante Illotilio Leobodo, quem ipſe pro animæ ſuæ remedium, vel molem ſuorum peccaminum, ad caſa S. Salvatoris, quæ eſt in finem Ardinnæ, ſuper flumen Prumia ædificata, quem domnus Pippinus rex bonæ memoriæ, ſeu & Bebtradane regina ibidem ædificaverunt cum omni integritate, vel ſuper poſitum ad ipſa caſa ſancta delegavi, & exinde teſtamentum pagina donationis fieri juſſit, ut apud laudabilitate veſtra
(a) geſtis allegarem: (a) cujus rei mandatum habeo pro manibus, quæſo ut in veſtra præſentia palam recenſeatur. Deſenſor dixit: Mandatum, quem frater Aganbertus proferet Leodegarius amanuenſis ad recitandum. Accepit & recitavit. Quibus recitatum, deſenſor dixit: Adhuc hanc quem frater Aganbertus protulit recitatum. Quid adhuc addi cooatur? & dixit noo moriatur; Aganbertus ait: prædictus eteoim pro manibus habet, ſupplico, ut ipſa in veſtra præſentia recenſeatur. Deſenſor dixit: Epiſtola, quem frater Aganbertus adſerit, Leodegarius amanuenſis pro ad recitandum accipiat; & geſta inſerendi accepit & relegit. Quibus relectum, deſenſor dixit: Ecce hanc, quem frater noſter Aganbertus protulit, recitatum & geſtum inſerere jubeatur, quid addi conatur? & dicit, non moritur. Aganbertus dixit, geſta cum fuerit ſcripta a vobis, vel a curialibus ſubſcripta mihi edica ex more tradatur. Deſenſor dixit: Geſta cum fuerit ſcripta a nobis vel a curialibus ſubſcripta, tibi edita ex more tradatur. Edita vero accepit. Signum † Nonono comite. Signum † Riſcleno curatore. Signum † Wifredo vicedomo. Sig. † Hermedrano. Sig. † Geodrado. Sig. † Letbaudus centenario. Signum † Geraldus. Sig. † Saidris. Signum † Srodaldo. David, † Sig. † Lethrado. Sig. † Stabulo centenario. Carta quam Hariwicus fecit.

WAZO

N O T A.

(a) *Cujus rei mandatum habeo pro manibus.*] Mandatum illud, ſimplex omnino, & ſimilis per omnia barbariei, ediderunt Martene & Durandus *h. l. pag.* 57.

Finimus hîc Acta Richbodi Archiepiſcopi, ſeu, ut antiqui dixerunt, *Richbodonis*. Finem ejus & obitum ad annum 792. retulit Brovverus; minùs accuratè *Richbodo Treverum Epiſcopus obiit kalend. Octobris;* inquiunt Annales Loiſeliani in Codice Petaviano ad annum 804. Ad eundem annum Annales Fuldenſes apud Freher. *ſcript. Rerum Germ. Tom. I. p.* 18. *edit. Struv.*: *Ribboto Archiepiſcopus Trevirenſis moritur.* Eadem Hermannus Contractus profert. Et ſucceſſit *Waſo*, vel *Wiſo*, Abbas antè Mediolacenſis. Waſonis nulla geſta producuntur, niſi quòd conventui apud Theodonis-villam, altero ab hinc anno, cum ſuis Suffraganeis interfuiſſe dicitur. Poſt annos ſex infulas Archiepiſcopales morte reſignavit Amalario. Mabillon. *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXVII. n.* 39.

WAZO ARCHIEPISCOPUS.

LXV.

CAROLUS M. IMP.

806. 20. Jan.

Monaſterio Prumienſi donat Walemaris-villam.

Martene *Collect. ampl. T. I. p.* 19.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Karolus ſereniſſimus Auguſtus a Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei rex Francorum & Longobardorum. Quicquid igitur locis venerabilibus ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti cedimus & condonamus, hoc nobis procul dubio ad mercedis augmentum ſeu ſtabilitatem Imperii noſtri pertinere confidimus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris præſentibus & futuris, qualiter donamus ad monaſterium S. Salvatoris, quod dominus ac genitor noſter Pippinus bonæ memoriæ novo opere conſtruxit in loco, qui dicitur Prumia, donatumque in perpetuum eſſe volumus manſum unum in villa, quæ vocatur * Walemaresdorpf, una cum ſervo nomine Williario cum omni * peculiare, vel adquiſitu ſuo, & totam legem, quam pro ipſo manſo vel pro ipſo ſervo ipſe (*a*) Tancradus venerabilis abba & ejus advocatus (*b*) rewadiavit, pro eo, quod Meginfredus quondam ſervus noſter, non habens partem, ad ipſam caſam Dei antea delegaverat, & (*c*) miſſus noſter, Remicarius comes, in cauſa noſtra legibus ſuper eum evindicavit. Idcirco in eleemoſyna noſtra denuo ad ipſum ſanctum locum plenius ex noſtra largitate conceſſimus. Propterea præſentem noſtram auctoritatem fieri juſſimus, per quam ſpecialiter decernimus atque jubemus, ut memoratus Tancradus abba ſuique in perpetuum ſucceſſores, qui fuerint rectores in ipſo ſancto loco, ſupraſcriptum locum vel manſum in Wallomaresdorp & prædictum ſervum per hanc noſtram auctoritatem teneant atque poſſideant; quatenus deinceps in eleemoſyna noſtra, ut diximus, in luminaribus eccleſiæ proficiat in augmentis, ut melius delectet ipſam ſanctam coogregationem pro nobis & pro liberis noſtris, ſeu pro omni populo nobis a Deo conceſſo, divinam jugiter exorare clementiam. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur & diuturnis temporibus melius conſervetur, manus noſtræ ſignaculis ſubter eam roborare decrevimus, & de anulo noſtro ſigillare juſſimus.

* Wallerſheim

* peculio

Signum Karoli ſereniſſimi imperatoris.

Amalbertus ad vicem Ercambaldi ſcripſi.

Data XIII. calendas Februarii, anno ſexto, Chriſto propitio, imperii noſtri. XXXVIII. regni noſtri in Francia, & XXXIII. in Italia. Indictione XIIII.

Actum Theodone villa palatio noſtro in Dei nomine feliciter amen.

LXVI. CA-

NOTÆ.

(*a*) *Tancradus venerabilis Abba.*] Cùm Aluerus, primus Abbas Prumienſis, adhuc in cartis anni 804. occurrat, ſic apparet, Tancradum ei anno eodem vel ſequenti ſucceſſiſſe. De hoc Tancrado pauca Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXVII. n.* 67. Plura Knauff *Defenſ. Abbat. Prumien. pag.* 43. nempe hæc: „ Abbas „ Tancradus ex Principibus de Parma, magnarum „ virtutum operator, & cultus divini zelator, in- „ ter cætera regiminis ſui præclara geſta tres conſti- „ tuit Religioſorum Cellas (ſeu Prioratus) unam in „ pago ſeu territorio Spirenſi S. Medardi; alteram „ S. Petri in Keſſeling; tertiam B. M. Virginis in „ Reving ſupra Moſam, quæ Monaſterio Prumi- „ enſi incorporatæ; & earum Religioſis ſubjectæ „ eſſent. Magnus hic Abbas Carolo M. & Lu- „ dovico pio imprimis charus fuit, cujus con- „ ſilio & induſtria in negotiis arduis utebatur. „ Præfuit & profuit annis 24.

(*b*) *Revvadiavit.*] Id eſt, oppignoravit.

(*c*) *Miſſus noſter, Remicarius Comes.*] Miſſi Regii officium & functiones deſcripſimus in Diſſertatione ante Sæculum VIII. §. 7.

LXVI.

CAROLUS M. IMP.

807. 28. *April.*

Monaſterio Prumienſi concedit varias res in pago Andegavenſi.

Martene *Collect. ampl. T. I. p.* 60.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Karolus sereniſſimus Auguſtus, a Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, qui & per miſericordiam Dei rex Francorum & Longobardorum. Quicquid enim ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti ad loca ſanctorum venerabilium cedimus vel condonamus, hoc nobis procul dubio ad æternam beatitudinem ſeu ſtabilitatem imperii noſtri .... confidimus. Igitur notum ſit omni fidelium noſtrorum magnitudini præſentium ſcilicet & ſuturorum, qualiter donamus ad monaſterium, quod piæ memoriæ domnus ac genitor noſter Pippinus, quondam glorioſus rex, ſuo opere conſtruxit in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, in loco, qui dicitur Prumia, ubi præeſt venerabilis Tancradus abba, donatumque in perpetuum eſſe volumus res aliquas noſtras ſitas in pago Andecavino, in loco, qui dicitur Laniaco, nec non in pago Rodonico, in loca nuncupantes Stivale, ſive Caucina, & in Turicas, & in villa nova, & intra tota illa locella, manentes XIX. una cum terris, domibus, ædificiis, accolabus, mancipiis, vineis, campis, ſylvis, pratis, aquis aquarumque decurſibus, totum & ad integrum, quantumcunque in ſupraſcripta Godebertus quondam tenuit,
(a) & (a) pro inceſtuoſa vel alia illicita opera legibus perdidit, vel ad fiſcum noſtrum legibus devenerunt, & Hugo comes una cum prædicto Tancrado venerabili abbate, vel aliis quam pluris
(b) fidelibus noſtris (b) ſecundum judicium, legitimo ordine, ac juſte & rationabiliter partibus noſtris adquiſivit vel evindicavit, pro mercedis noſtræ augmentum ad ſupradictum ſanctum locum pleniſſima deliberatione conceſſiſſe atque confirmaſſe cognoſcite. Statuentes ergo jubemus, quod perpetualiter circa memoratum ſanctum jure firmiſſimo manſurum eſſe volumus, ut memoratus Tancradus abba ſuique in perpetuum ſucceſſores, qui fuerint rectores antedicti monaſterii S. Salvatoris, & monachi ibidem ſub ſancta regula conſiſtentes, ſupraſcriptas res cum omni integritate, ſicut partibus noſtris legibus devenerunt, inſpecto judicato memorati Hugoni comitis fidelis noſtri, manibusque bonorum hominum roboratum, ſicut inibi declaratur, qualiter cum juſtitia & æquitate ad partem noſtram vindicatæ devenerunt, per hanc noſtram auctoritatem teneant atque poſſideant, ita ut in luminaribus ipſius ſanctæ eccleſiæ Dei, ſeu ſtipendia ſervorum Dei, pro animæ noſtræ remedio, noſtris futurisque temporibus, perpetualiter proficiant in augmentis. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur & diuturnis temporibus melius conſervetur, manu propria firmavimus & de anulo noſtro ſubter ſigillare juſſimus. Signum Karli imperatoris. Amalbertus ad vicem Erchambaldi ſcripſi. Data IIII. cal. Maij, anno VII. Chriſto propitio imperii noſtri, atque anno XXXIX. regni noſtri in Francia, & XXXIIII. in Italia, indictione XV. Actum Aquis palatio noſtro publico, in Dei nomine feliciter. amen.

AMAL-

NOTÆ.

(a) *Pro inceſtuoſa vel alia illicita opera legibus perdidit.*] Nimirum leges Francorum inceſtuoſis exilium & bonorum publicationem irrogant. Leg. Ripuar. *Tit. LXIX.* §. 2.

(b) *Secundum judicium, legitimo ordine.*] Eo quod Hugo Comes cum Abbate Tancrado præſederit judicio, quo Godebertus bonis ſuis exutus eſt, Tancradum Miſſum Regium fuiſſe autumo. Reliqua de ſcabinis intelligo, quorum electio penes Miſſos erat. Et ſic demum *legitimo judicio* proceſſum dicebatur, quando Comes cum ſuis ſcabinis (interveniente etiam nonnunquam Miſſo) in mallo ſedebat.

AMALHARIUS
ARCHIEPISCOPUS.

LXVII.

AMALARII
ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS
De Cærimoniis Baptiſmi Epiſtola.

812.

Glorioſiſſimo & excellentiſſimo Auguſto a Deo coronato, Carolo ſereniſſimo, vita ſalusque perpetua.

Caniſius antiquarum Lectionum Tomo II. P. II. p. 135. edit. Baſnage.

DOmine mi chriſtianiſſime Imperator, miſiſtis ad ſervulum veſtrum inquiſitiones, ſecundùm veſtram miſericordiam de ſacro baptiſmate per ordinem interrogantes, cur unaquæque res agatur in baptiſmo, aut in ſcrutinio. Sicut in omnibus Chriſti exemplum ſequimini, ſic & in iſto, qui ad hoc interrogavit Philippum, ut doceret, dicens: *Unde ememus panes, ut manducent hi?* tamen, ut Evangeliſta ait; *ipſe enim ſciebat, quid eſſet facturus.* Quanquam idoneus non ſim, veſtræ interrogationi reſpondere, tamen me inobedientem non oportet eſſe, quin omnibus ſenſibus, & intellectu meo veſtris ſanctis juſſionibus obtemperem, ideoque, quod conjicere poſſumus, ſcripſimus his rebus, quas veſtra dominatio interrogavit, & quod in promptu invenimus in dictis ſanctorum patrum, illuc magis aciem mentis direximus ex his, quæ admonitioni veſtræ congrua videbamus. Nos vero quanquam ignari ſimus, non ceſſamus pro vobis & veſtra miſericordia, quam exercetis in omnes Dei cultores, gratias Deo agere, & ſtabilitatem atque ſapientiam imprecari veſtro regimini; quarum interrogationum prima hæc conſiſtit, cur infans catechumenus fiat ante baptiſmum.

De Catechumenis.

Scimus enim, excellentiſſime Imperator, omnes homines ſub jugo peccati teneri, ab ipſo articulo nativitatis ejus, usque ad ſecundam nativitatem, & veridicam eſſe ſententiam Pſalmiſtæ, qui inquit: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea.* Et hoc eſt propter inobedientiam primi hominis, & ejus transgreſſionem, a quo ducimus originem carnalem. Et non poſſe nos reformari ad imaginem ejus, qui nos creavit, niſi per ſalutare baptiſma, quod nondum accepimus, neque pàtet aditus regni cælorum, niſi renaſcamur *ex aqua & Spiritu ſancto.* Sumus enim ante baptiſma in tenebris ignorantiæ; *in deſideriis carnis ambulantes, facimus ea, quæ non conveniunt.* Vivimus ſecundum *veterem hominem*, qui *corrumpitur ſecundum deſideria* erroris. Ideoque, qui deſiderat ſecundum novum hominem renovari, neceſſe eſt, ut inſtruatur a doctoribus eccleſiæ, qualis ante baptiſmum ſit, talis poſt baptiſmum ſit futurus per Dei gratiam, ut de tenebris peccatorum in lucem veritatis convertatur, relicto nomine falſorum Deorum, colat unum Deum vivum & verum. Et poſtquam hæc percipit a catholico doctore, catechumenus dicitur *inſtructus* ſivè *auditor.*

Non poſſumus cognoſcere veritatem, antequam ſciamus, quid ſit falſum. Igitur oportet nos docere illum, a quo receſſerit peccando, & in quo errore permaneat. Et poſtea in quem oporteat credere, & fidem tenere per opera charitatis. Et ſicut Auguſtinus ait in libro de fide & operibus, ſic catechizandos eos, qui baptiſmum petunt, ut non ſolum audiant, atque ſuſcipiant, quid credere, verum etiam qualiter debeant vivere. Sic promitti fidelibus vitam æternam, ut non etiam per fidem mortuam, quæ ſine operibus ſalvare non poteſt, ad eam ſe quisque poſſe pervenire arbitretur, ſed per illam fidem gratiæ, quæ per dilectionem operatur. De qua inſtructione,

LXVII.

ctione, ſi quis vult, ſatis reperire poteſt in Auguſtino de catechizandis rudibus: ſuper parvulos orationem faciant, ut cæcitas cordis ab eis depellatur, dirumpantur laquei ſathanæ, quibus fuerant colligati, & idonei efficiantur per incrementa, & miniſtrationem membrorum tantum cognoſcere, quæ dimittenda ſunt, & quæ tenenda.

De Scrutinio.

In *ſcrutinio* quippe facimus ſignum crucis ſuper pueros, ſicut invenimus ſcriptum in Romano ordine, & genuflexionem, & admirationem: & docemus orationem dominicam patrinos & matrinas, ut & ipſi ſimiliter faciant, quos ſuſcepturi ſunt a ſacro baptiſmate. Similiter docemus ſymbolum, quod *ſignum* in noſtra lingua vertitur vel cognitio. Quando dividebantur apoſtoli per totum orbem prædicationis cauſa, dederunt illud prædicationis, ut ſi quis talia confiteretur, qualia ibi dicuntur, cognitionem daret; ſe a Chriſti apoſtolis, ſive a ſucceſſoribus eorum didiciſſe.

Cur in fronte faciamus ſignum?

Sedes verecundiæ in fronte ſolet eſſe, ſiquidem Judæi in fronte erubeſcunt credere in illum, quem norunt crucifixum, ut Paulus apoſtolus ait: *Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam.* Sed nos credimus per crucifixum ſalvari, de cujus nomine Judæi erubeſcunt, cujus nos nomine credimus muniri, atque ideo in fronte ſignum crucis facimus, ubi ſedes verecundiæ eſt; ſicut diximus.

Quali ſigno ſignemus nos?

Et non alio ſigno ſignamus nos, niſi ſigno crucis, quia Dominus in carne natus vexillum crucis, quo ſacrum fronte ſignaret afferens, vel deſtrueret mortis imperium; & per tale ſignum recognoſcat contraria poteſtas principatum ſe perdere in iſtis, quos Deus vocavit ad gratiam baptiſmi. Illud ſignum faciunt in frontibus eorum præsbyteri, acolyti, patrini, vel matrinæ. Scribitur in ædificatione templi, quam vidit Ezechiel, ſpecialiter eſſe feneſtras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, qui erant intra portam, viditque per circuitum, quod ſic exponit B. Gregorius. Notandum verò, inquiens, quod intra portam (viditque per circuitum) feneſtræ obliquæ eſſe memorantur. Non enim contemplationis cauſa ſummis datur, & minimis non datur, ſæpe enim ſummi, ſæpe minimi, ſæpius remoti, aliquando etiam conjugati percipiunt.

Cur ſepties ſcrutinium agatur?

Scrutinium fit ante Paſcha ſepties, ſeptenario enim numero ſæpe univerſitas deſignatur, ſicut Joannes ſcribit *ſeptem eccleſiis*, quæ ſunt in Aſia. Per has enim ſeptem eccleſias omni eccleſiæ ſcribit. Septies perſcrutantur, ſi ea fixa mente teneant, quæ audierunt a magiſtro. Et quodammodo quaſi tenebræ fugantur a catechumeno, ut in profectu ſcrutinii illuminentur ipſi catechumeni, unde & in ſcrutinio acolytis plurimum miniſterium impenditur, qui accenſores ſunt luminum. Et ideo autumavimus nos in priore oratione dicere: *omnem cæcitatem cordis ab eo expelle*: & in iſta quæ poſita dicitur in ſcrutinio, *æternam ac juſtiſſimam pietatem tuam.* dicimus: ut digneris eos illuminare lumine intelligentiæ tuæ.

De genuflexione.

Genuflexionem pro his facimus, ſicut Stephanus fecit, qui nondum baptizati erant, inquiens: Domine mi, ne ſtatuas illis hoc peccatum, quia neſciunt, quid faciunt. Similiter pro iſtis oramus, ut Deus illis non imputet, quod tamdiu erraverunt, & jacuerunt in peccatis, ſed ſecundum magnam miſericordiam ſuam eos ad baptiſmi gratiam perducat.

De oratione Dominica.

Orationem Dominicam ſic docemus: Dominus docuit diſcipulos hanc orationem, ne ſuperflua peterent, & ea, quæ ad eorum ſalutem non pertinerent. Septem petitiones ſunt in hac oratione Dominica; tres pertinent ad æternitatem, quatuor ad neceſſaria noſtra hujus temporis, quæ in iſto mundo continentur. *Pater noſter, qui es in cælis: ſanctificetur nomen tuum.* Te patrem Deum invocamus, qui voluiſti nos facere tibi filios adoptivos, & in animabus juſtis ſedem vis habere, ut ſanctitas nominis tui, quæ apud te eſt, maneat in noſtro pectore. *Adveniat regnum tuum.* Deficiat quotidie regnum diaboli; creſcatque tuum vel illo modo, ſicuti clamant in Apocalypſi: *Uſquequo Domine ſanctus &*

LXVII.

verus non vindicas, & vindicas ſanguinem noſtrum de his, qui habitant in terra. quod ita expoſitum videmus in libro domni Bedæ: Non hoc odio inimicorum, pro quibus in hoc ſæculo rogaverunt, orant, ſed amore æquitatis, quo ipſi judici, ut prope poſiti concordant, diem judicii, quo peccati regnum deſtruatur, & reſurrectionem extinctorum corporum advenire precantur. Nam & nos in præſenti cùm pro inimicis orare jubemur, dicimus tamen Domino orantes: Adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terrâ. per *cœlum* ſpiritualem creaturam intelligimus, per *terram* corporalem. Ita fiat, Deus pater, voluntas tua, ut ea, quæ animo cogitamus bona, perficere valeamus opere per corpus. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Semper quamdiu nos ſumus in hoc ſæculo, dignare miniſtrare nobis omnia neceſſaria. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* quotidie enim peccamus, & ideo neceſſe eſt nobis dicere quotidie: *dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Te donante Deus molle ſit cor noſtrum, ut cito ignoſcamus, & tu ignoſcas. *Et ne nos inducas in tentationem.* Ne permittas nos a diabolo ita tentari, ut ſuperemur. *Sed libera nos a malo.* id eſt a peccatis, quæ geſſimus.

De Symbolo.

Symbolum autem ſic: *Credo in Deum patrem omnipotentem.* in Dominum vivum & verum, patrem æternum æterni geniti; *omnipotentem.* qui & peccatoribus reddet ſupplicia ſecundum ſua merita, & juſtis prœmia. *Creatorem cœli & terræ.* id eſt & ſpiritualis creaturæ, & corporalis. *Et in Jeſum Chriſtum filium ejus.* & in ſalvatorem unicum filium ejus. quia ſolus nos redemit pretioſo ſanguine ſuo, qui per Iſaiam dixit: *Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum. Natum* in tempore noviſſimo: *ex Maria virgine. paſſum pro noſtra ſalute ſub Pontio Pilato*: id eſt ſub præſide Pilato, qui de Ponti inſula fuit. *Crucifixus.* in cruce ſuſpenſus. *Mortuus.* corporali morte, & *ſepultus.* corpore triduo. *Deſcendit ad inferna.* anima tantum. *Tertia die reſurrexit a mortuis.* corpore reſurrexit, morte deſtructa. *Aſcendit ad cœlos.* Apoſtolis videntibus in forma, qua venturus eſt ad judicium. Aſcendit ad cœlos, qui nunquam defuit cœleſtibus ſedibus. *Sedet ad dextram Dei omnipotentis.* id eſt, regnat in regno patris ſui, in quo nihil ſiniſtrum manet, & manebit. *Inde venturus judicare vivos & mortuos.* Eam formam, quam Judæi crucifixèrunt, impiis & juſtis demonſtraturus. juſtis vero eam formam tantum, quam Judæi increduli non cognoverunt. *Judicare vivos & mortuos.* juſtos, & peccatores, unumquemque ſecundum facta ejus. *Credo in Spiritum ſanctum.* quo aliquo modo donum Dei dicitur, & amor patris & filii, ſive communicatio, in quo dono fit remiſſio omnium peccatorum; ideoque qui blaſphœmaverit in *Spiritu ſancto, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Sanctam eccleſiam catholicam*, univerſalem congregationem juſtorum, & humanitatem fidei credimus eſſe. *Sanctorum communionem.* In vinculo pacis unitatem ſpiritus ſervare credo. *Remiſſionem peccatorum*, quæ, ſicut diximus, fit in dono Spiritus ſancti. *Carnis reſurrectionem.* Septimam ſabbathi credo juſtos recipere abſolutos de corpore terreno, & erunt in magno gaudio ſecundum uniuscujusque manſionem, atque exſpectare octavum diem, in quo corpora ſua recipiant integra atque perfecta; impii ad ſupplicium, juſti ad vitam æternam.

De Exorcizatione.

Exorcizatur, id eſt, *adjuratur*, ſive increpatur diabolus, ſub quo ſunt omnes, qui cum peccato naſcuntur, ut recedat a Dei natura.

De Exſufflatione.

Exſufflatur itaque, quia tali dignus eſt ignominia deſertor antiquus.

De ſale.

In ipſo ſcrutinio benedictum ſalem ori imponimus, poſt primam orationem, qua dicitur: *Omnipotens ſempiterne Deus, reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es*: & reliqua. ut poſtquam inſtructus fuerit a magiſtro Eccleſiaſtico, recognoſcat verba ſua condita debere eſſe ſale ſapientiæ, ſicut Paulus apoſtolus ſcribit ad Colloſſenſes: *Sermo veſter in gratia ſale ſit conditus, ut ſciatis, quo modo oporteat vos unicuique reſpondere.*

Quomodo fiat noviſſimum ſcrutinium?

Et iſtud ſcrutinium finitur ſabbatho ante paſcha. ipſo die facimus ſeptimum ſcrutinium, ſicut in Romano ordine inve-

LXVII.

invenimus ſcriptum, & legimus ſuper illos, *nec te latet ſathanas.*

De tactu narium & aurium.

Poſt hanc lectionem tangimus eorum aures, & nares, & dicimus eis: *Epheta.* in odorem ſuavitatis. Nares tangimus, ut admoneantur quandiu ſpiritum vitæ hujus trahunt, ſemper in his perſeverent, quæ jam didicerunt, & adhuc diſcunt ab ore catholicorum virorum, & ideo ſputo præsbyteri tanguntur. Similiter dicimus de auribus, quaſi dicat præsbyter: fidem, quam ab iſto ore didiciſti, & quæ per aures intravit ad animam, quandiu ſpiritum vitæ hujus naribus trahis, ſemper tenere memento, ut dicere poſſis cum Paulo apoſtolo: *Chriſti bonus odor ſumus.* & iterum: dicat auribus: aures iſtæ Deo miſerante ſemper apertæ ſint, ad intelligenda verba diſciplinæ Dei: & dicere poſſit: *in obauditu auris obedivi tibi.*

De unctione ſcapulæ & pectoris.

Poſt ea tangimus de oleo ſancto ſcapulas, & pectus, & dicimus eis, *abrenuncias ſathanæ?* & cætera, quæ ſequuntur. Per oleum namque miſericordiam Dei novimus ſignari. Sicut illud eſt Gregorii: quia græcè *oleos* latinè *miſericordia* interpretatur. In ſcapulis ſive in humeris fortitudinem brachii terreni hominis ponimus; brachia operantur & manus, quæ in brachiis poſitæ ſunt, & ideo autumamus per *ſcapulas* deſignari fortia opera hominum, & per pectus: quodammodo conſiſtit cubiculum cogitationum, volumus deſignari bonas cogitationes, *oleo ſancto*, id eſt miſericordia Dei, unguntur, ut ſciant ſemper deprecari miſericordiam Dei, ut dirigat corda, & opera eorum, in charitate Dei & patientia Chriſti, ut recognoſcant ſe non aliter bonum operari poſſe, neque velle, niſi per miſericordiam Dei.

De abrenunciatione.

Interrogamus illos, quos ante inſtruximus in fide, & quos poſtea ſcrutati ſumus, ſi adhuc permanſiſſent in his, quæ primitus didicerunt, & ſi ſe cæcos cognoviſſent, & modo properaſſe ad lumen, eo quod perfectè, id eſt, ſepties illos ſcrutati ſumus. ſi abrenuncient, id eſt, contradicent ſathanæ, contrariæ poteſtati, & omnibus operibus ejus, & omnibus pompis ejus. Dicimus illi: contradic ſathanæ cum propheta David: *obliviſcere populum tuum, & domum patris tui.* poſtea: *& omnibus operibus ejus*, quæ ſunt: *fornicatio, idolorum ſervitus, veneficia, homicidia, ebrietates, commeſſationes*, & his ſimilia, quæ, quamvis ad carnis voluptates pertineant, tamen opera ſunt ſathanæ, quorum ſuaſor, & inveſtigator eſt occultus. Hæc ſunt, quæ regnant in diabolo ſine carne: *Superbia, invidia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, ira, rixæ, diſſenſiones, ſectæ*, & reliqua. quamvis ea apoſtolus opera carnis dicat, tamen ſine carne regnant in diabolo, & ſunt quodammodo opera carnis, quia ſunt opera hominis. Et homo vivendo ſecundum ſemetipſum, hoc eſt, ſecundum hominem, factus eſt ſimilis diabolo, quia & ille ſecundum ſe ipſum vivere voluit; hæc opera ſathanæ dicimus, quorum aliquorum ſuaſor, & inſtigator eſt, aliquorum caput & origo. Noviſſime, & *omnibus pompis ejus.* quæ ſunt, inanis jactantia, homines terreni, canora muſica, in quibus ſæpe ſolvitur, & mollitur chriſtianus vigor, ſpectacula turpia, vel ſuperflua, & reliqua. Deinde perſcrutamur, *patrinos* vel *matrinas*, ſi poſſunt cantare Dominicam orationem & ſymbolum, ſicut præmonuimus; ac poſtea per ordinem, ſicut in Romano ordine ſcriptum eſt, ſacrum officium peragimus, usque ad ſacratiſſimum opus baptiſmatis.

* *Decapitulatio.*

* Recapitulatio

Is qui baptizandus, eſt jam catechumenus, id eſt, *inſtructus*, ut recognoſcat errorem priſtinum, & intelligat lucem veritatis. Accepit ſalem ſapientiæ, ut turpiloquia declinaret. Adjuratus eſt diabolus, qui fuit in illo, cum ſigno crucis, ut recedat a Dei famulo, & inde ſit genuflexio ad Deum, ut Deus illum expellat à ſuo vocato. Orare pro ſemetipſo jam doctus eſt in oratione Dominica. quo modo credere oporteat jam audivit in ſymbolo. Admonitus eſt per *ſputum* præsbyteri, ut quam diu ſpiritum vitæ hujus naribus trahit, fidem quam audivit per aures teneat. Poſt auditam fidem ungatur * inter ſcapulam & pectus, ut Dei miſericordia, cogitationes bonæ, & opera corroborentur in eo, & recedat ab omni malo, quod ad membra ſathanæ pertinet, & faciat bonum, & confiteatur ſe credere in Deum Patrem omnipotentem, & in Jeſum Chriſtum filium ejus, natum ex patre ante omnia ſæcu-

* ungitur

ſæcula, factum ex muliere in tempore noviſſimo, & in Spiritum ſanctum. & reliqua. Sicque conjungitur ſacro fonte baptiſmatis.

De unctione capitis.

Poſt hoc ſalutare lavacrum linitur caput ejus ſacro chriſmate, unde ſacerdotes & reges unctos eſſe novimus in veteri teſtamento. ut intelligat baptizatus *regale* ac *ſacerdotale* myſterium ſe accepiſſe, quia illius corpori adunatus eſt, qui rex ſummus, & ſacerdos eſt verus, & regnum ſperare debet perpetuum, & hoſtias immaculatæ converſationis Deo ſemper offerre.

De tegumento capitis.

Tegitur poſtea linteo, & de veteri teſtamento hoc aſſumptum eſt: ſic enim ſcriptum eſt in Exodo: *filios quoque illius*, ſcilicet Aaron, *applicabis & indues tunicis lineis, cingesque balteo, Aaron ſcilicet ac liberos ejus, & impones eis mitram.* jam percepta gratia ſacri baptiſmatis non reconſidat viribus ſuis, ſed ſemper deprecetur, ut protectus ſit cæleſti auxilio; protectionem Domini præclaram volumus intelligere per linteum, quo caput tegitur.

De indumento.

Albis induitur veſtimentis, ut ſciat ſe inviolatum corpus poſſidere, & charitate Spiritus ſancti illuſtratum cor ſe habere, ſive recognoſcat ſe juſtitiam & nuptialem veſtem habere. per veſtimenta enim opera juſtitiæ intelliguntur: unde dicitur eis: *Sacerdotes induantur juſtitia.*

De confirmatione Corporis & Sanguinis.

Confirmatur poſtea corpore, & ſanguine Domini, ut ſciat, per talia myſteria diabolum expulſum ab ejus corde, ac Chriſtum inhabitare, ita ut confidenter dicamus illis: *Omnes, qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.*

De parvulis non loquentibus.

Quamvis parvuli per ætatem non poſſint intelligere ipſam converſationem * ad Deum atque credulitatem, credimus tamen eos ad Dominum converti propter converſationis * ſacramentum, & fidem habere propter fidei ſacramentum, ſicut legimus in Auguſtini epiſtola ad Bonifacium epiſcopum de parvulis requirentem, ubi dicit, ipſa reſponſio ad celebrationem ſacramenti pertinet, ſicut de ipſo apoſtolus, ſepulti, inquit, ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem, non autem, ait, ſepulturam ſignificabimus, ſed prorſus ait conſepulti ſumus. Sacramentum ergo tantæ rei, non niſi ejusdem rei vocabulo nuncupavit. Itaque parvulum etſi nondum fides illa, quæ in credentium voluntate conſiſtit, jam tamen ipſius fidei ſacramentum fidelem facit. Nam ſicut credere reſpondentur, ita etiam fideles vocantur, non rem ipſam mente annuendo, ſed ipſius rei ſacramentum percipiendo. Cum autem ſe homo ſapere cæperit, non illud ſacramentum repetit, ſed intelligit, ejusque voluntati conſona, ejus voluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non poteſt, valebit ſacramentum ad ejus tutelam, adverſus contrarias poteſtates, & tantum valebit, ut ſi ante majoris * uſum ex hac vita emigraverit, per ipſum ſacramentum commendantem * eccleſiæ charitatem, ab illa condemnatione, quæ per unum hominem intravit in mundum, chriſtiano adjutorio liberetur. Huc usque S. Aug.

* converſionem

* converſionis

* ſ. rationis

* commendans

De parvulis non loquentibus *

* videtur delendus hic titulus jam ſupra poſitus, ut ſequentia cum antecedentibus connectantur.

Poteſt fieri, ut qui alieno peccato ſunt ligati, aliena profeſſione ſolvantur. Hæc, piiſſime Imperator, cauſa obedientiæ poſuimus, quia dignum eſt veſtræ voluntati omnibus viribus obedire. Tamen in omnibus his, quæ diximus, parati ſumus, auribus inclinatis, doctoribus corrigi & emendari. De noſtra credulitate hæc dicimus, & recepimus, quod Eſaias dixit: *verbum abbreviatum faciet Dominus ſuper terram.* Credimus unum Deum vivum & verum ſemper eſſe immutabilem, tamen mutabilia operantem, nunquam eſſe ſine ſua ſapientia, hoc eſt ſine ſuo filio, neque ſine ejus voluntate, hoc eſt, ſine Spiritu ſancto. Deus Pater in bona voluntate ſua omnia creavit per ſapientiam. Credimus tres perſonas Patris & Filii, & Spiritus ſancti, & recepimus verſus Sedulii: *Non quia qui ſummus pater eſt, & filius hic eſt, ſed quia quod ſummus pater eſt, & filius hoc eſt*: filium ſolum aſumpſiſſe carnem humanam, ut viſibilis fieret hominibus; hunc baptizatum, quia oportebat nos baptizari; hunc mortuum corpore mundo, ut nos moriremur peccatis; hunc reſurrexiſſe a mortuis, ut nos ſperaremus reſurre-

LXVII.

ſurrectionem; hunc viſurum in noviſſimo judicio, quando ſegregabit oves ab hœdis, & poſtea ſolos malos in inferno, hoc eſt, in pœnis victuros, juſtos ſolos in regno Dei, beate regnaturos. Hæc eſt, juſtiſſime Imperator, noſtra credulitas, hæc eſt ſpes firma, hunc Deum amamus, quem ardentius amare deſideramus. * Dixiſtis, ſereniſſime Imperator, velle vos ſcire, qualiter nos & ſuffraganei noſtri doceremus populum Dei de baptiſmi ſacramento, hæc, prout potuimus, prælibamus. Suffraganeus eſt nomen mediæ ſignificationis, ideo neſcimus, quale fixum ei apponere debeamus, ut præsbyterorum, aut abbatum, aut diaconorum, aut cæterorum graduum inferiorum. Si forte epiſcoporum nomen, qui aliquando veſtræ civitati ſubjecti erant, addere debemus, oro, ut hoc non imputet dominus ſervo ſuo, quia usque in præſens tempus non ſum auſus ea attingere, quæ nobis injuncta non ſunt, ſed paratus ſum omnium Chriſti ſervorum veſtigia ſequi, etſi forte præsbyterorum ſupra dictum ordinem docuimus illos & admonuimus, ut ſæpe doceant populum Dei, vana hujus mundi relinquere, & vera cæleſtia petere. Ex hoc unde me cogit veſtra juſſio reſpondere, *ſi in hoc, qui prædico, me ipſum cuſtodiam*, ita reſpondeo, *oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.* Sciat, domine mi, ſanctiſſima gubernatio veſtra, nulli me prædicare, ut peccet. Et tamen recolo ſententiam beati Jacobi, ubi ait: *in multis enim offendimus omnes.* Cum ſummus Chriſti loqueretur apoſtolus, & permiſit: * *in multis*, ſubjunxit, *omnes*; ut tanto cautius ſe imperfecti quique in loquendo vel agendo circumſpexerint *, quanto certius cognoverint, quia nec perfecti quidem boni, & qui Spiritus ſancti gratia duce incedunt, hujus vitæ viam ſine offenſione peccati alicujus tranſire, nullatenus * poſſent, atque ideo docemus ſic: *ſi confiteamur peccata noſtra, fidelis & juſtus eſt, ut remittat nobis peccata noſtra*, quia ſine peccato in hac vita eſſe non poſſumus. Prima ſalutis ſpes eſt confeſſio, nec quisque ſe juſtum putet, & ante oculos Dei erigat cervicem. Deinde dilectio, quia charitas Dei operit multitudinem peccatorum. (*a*) (*a*)

* junguntur MS. ſequentia cum prioribus; ſed dubium, an eo pertineant? adjunximus tamen ſecuti fidem codicis.

* ſ præmiſit

* circumſpiciant

* ullatenus

LXVIII. LU-

N O T A.

(*a*) Obſervat Sirmondus *Tom. II. Operum, in Notis ad Theodulfi Aurelian. Epiſc. librum de Ordine baptiſmi pag. 679. edit. Venet. an.* 1728. extare inter Alcuini opera Librum de ſacro baptiſmate, ad Carolum eundem (Magnum, ad quem Magnus Senonenſis Epiſcopus ſcripſerat de myſterio baptiſmatis) falsâ conjecturâ, quòd titulo careret, Alcuino adſcriptus; cùm auctor revera ſit Amalarius Archiepiſcopus, quemadmodum ſe ex codice Petaviano didiciſſe, refert Sirmondus. Ex vero, quæ ſub Epiſtolæ noſtræ finem leguntur: *Dixiſtis, ſereniſſime Imperator, velle vos ſcire, qualiter nos & noſtri ſuffraganei doceremus populum Dei de baptiſmi ſacramento:* ejusmodi ſint, quæ in Alcuinum, qui Epiſcopus non fuit, cadere non poſſunt: apprimè autem conveniunt Amalario Trevirenſi Epiſcopo. Regerit quidem nonnemo contra hæc: Nihil obſtare, quo minus Alcuinus hunc librum ſcripſerit nomine Amalarii, qui graviſſimis negotiis occupatus, Alcuino commiſerit provinciam, nomine ſuo reſpondendi ad interrogata Imperatoris. Sed aptè Cointus *Eccleſ. Franc. Annal. ad an. DCCCXII.* „ Hoc fieri nullo modo potuiſſe, quia obiit priùs „ Alcuinus, quàm Amalharius in Treverenſi ca„ thedra collocaretur. Stamus igitur pro Sir„ mondo, & prædictum librum exiſtimamus opus „ eſſe genuinum Amalharii: qui reverſus à trans„ albianæ Saxoniæ partibus hujusmodi lucubratio„ nem hoc anno exararit, poſteroque iter in „ Orientem, ad pacem inter utrumqe Imperatorem „ confirmandam ſuſceperit „ Adde judicium con„ ſentiens Mabillonii *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXVIII. n.* :6. & cl. Eckhardi *Rerum Francic. Lib. XXVII.* §. 26. & *Lib. XXVIII.* § 19 Obierat nempe Alcuinus die 9. Maij 804; eodem ſcilicet anno, quo Richbodus noſter Archiepiſcopus. Mortem Wazonis, & initium Epiſcopatus Amalharii, Brovverus in annum 810. reponit; cùm tamen ex præcepto Ludovici Pii de anno 834. apud Lindenbrogium *ſcriptor. ſeptentrional. pag.* 125. *edit. recent.* appareat, eum jam anno 809. Archiepiſcopum fuiſſe. Porro extant apud D'Acherium *Spicileg. Tom. III. p.* 330. *ſeqq.* variæ Amalarii noſtri Epiſtolæ, magnam literarum, profanarum æque ac ſacrarum, notitiam ſpirantes.

LXVIII.

LUDOVICUS PIUS

eximit Monaſterium

Circa 814.

S. MAXIMINI

ab omni dominatione, & concedit facultatem eligendi Abbatis.

HLudovicus gratia Dei rex Francorum & Longobardorum & patricius Romanorum. Si quieti monaſteriorum providemus, hoc nobis & regni noſtri diutinam ſtabilitatem conciliabit, & beatorum pauperum ſpiritu mercede donabit. Quapropter omnis regni noſtri unanimitas noverit, quod (a) nos venerandi (a) Heliſachar familiaris noſtri & abbatis cœnobii ſanctiſſimi confeſſoris Maximini protectoris noſtri poſtulationem percepimus, qualiter piî genitoris noſtri Karoli, jure prænominati magni, factum ſequentes, jam dictum monaſterium privilegiis noſtræ quoque autoritatis roboraremus; quam petitionem cum manſuetudine ſuſcepimus, & fieri autoritative precepimus. Decrevimus namque, & omnibus poſt nos futuris denunciamus, præfatum locum ſub noſtro ſequentiumque regum manere dominatu, veluti prioribus temporibus in ditione regum manſiſſe dinoſcitur, nulli unquam loco ſub-

N O T Æ.

(a) *Heliſachar familiaris noſtri.*] Summi Cancellarii munere eum in aula Ludovici functum fuiſſe, quamplurimæ tabulæ probant. Juvat hic legi. quæ de ea collegit Eckhart *Rer. Francicar. Lib. XXVIII. n.* 147. „ Vidimus hactenus Annales diverſos à Notariis aut Cancellariis regiis aut continuatos, aut in literas relatos eſſe. De parte Chronici Moiſſiacenſis ſuſpicati ſumus, eam ab Egilberto notario confectam fuiſſe: nunc ſtatuimus, idem Chronicon à tempore, quo Egilbertus deſiit, ab *Elizachare* Cancellario hactenus Imperatorio continuatum eſſe. Nam in rebus ſub finem anni 818. aut initio anni 819. geſtis deſinit; & eodem tempore poſt annum nempe 819. *Elizachar* in ſubſcriptionibus diplomatum non amplius invenitur. Unde exiſtimo, eo anno eundem Abbatem S. Maximini apud Treviros factum, aut in monaſterium S. Albini Andegavenſe ſuum ſeſe recepiſſe, aulæque valedixiſſe. Miræus Diplomatibus Belgicis Cap. XI. Ludovici præceptum inſeruit, quo ejuſdem Imperatoris protectionem *inſignis vir & Abba Eliſachar de Monaſterio S. Maximini in civitate, quæ Treviris dicitur*, huic loco impetravit, quod anno 822. datum, & à librario, genuinum quamvis ſit, non parum depravatum eſt. Miræus annotat, Elizacharem fuiſſe quoque Abbatem Monaſterii *S. Petri Gemeticenſis & S. Richarii* in Pontivo ſive *Centulenſis*. Ardo in vita S. Benedicti Anianenſis Cap. 52. indicat, *Helizacharem* S. Benedicti & Fratrum Indenſium *amicum fideliſſimum* fuiſſe. Idem mortem S. Benedicti, quæ anno 821. contigit, enarrans: *Heliſacar*, inquit, *Abbas primus ad eum venit, & cum eo usque ad obitum perſeveravit.* Idem jam dixerat Ardo Cap 3. ubi rogat Monachos Indenſes, ut, vita S. Benedicti à ſe conſcripta, examinata, eam cum Elizachare Abbate communicent. *Quoniam*, ait, *ei unica dilectionis affectu migranti de ſeculo Heliſacar hæſit Abbas, ſicut ipſius auro pretio-*

ſior

LXVIII.

ſubjaceat, nullius perſonæ dominationem patiatur, (*b*) electionem etiam abbatis concedimus monachorum arbitrio, eum videlicet, qui vitæ ac ſapientiæ merito ſecundum regulam probabilis invenitur, eligendi. Mancipia inſuper & prædia, vel cunctam monaſterii ſubſtantiam abbatis poteſtati permittimus, & ad fratrum ſolummodo (*c*) conductum, ne ſanctæ religionis ſtatus deficiat, liberam vendendi & commutandi habeant noſtræ autoritatis licentiam; quatenus ſine indigentia, ſed cum tranquillitate & pace Dominum pro ſalute noſtra jugiter exorent. Et ut hæc autoritas inviolata perduret, manu propria firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. (*d*)

HETTI

N O T Æ.

„ *ſior nobis directa teſtatur epiſtola, poſt veſtram examinationem illi ſingulariter cenſeo præſentari.* Idem Helizachar laudatur apud Amalarium in Præfatione Antiphonarii; Chronici Centulenſis Lib. I.; in Conſultatione Agobardi de baptiſmo Judaicorum mancipiorum; & in libro de Diſpenſatione. Anno 827. idem à Ludovico cum aliis miſſus eſt ad motus Hiſpanicæ Marcæ comprimendos, ut Annales Laureshamenſes teſtantur. Obitus ejus annus hactenus me latet.„ Add. Heumannum *de Re Diplom.* *p.* 138. Obitum ejus refert Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXXI. n.* 80. circa annum 837.

(*b*) *Electionem etiam Abbatis concedimus Monachorum arbitrio &c.*] Mirandum ſanè, quòd poſtulante Heliſachare hoc conceſſum ſit, cùm tamen omnes San-Maximiniana notitiæ exploratum faciant, ipſummet Heliſacharem monachum non fuiſſe, ſed ſecularem Clericum. Quod igitur in hiſce tabulis ſcriptum eſt, *electionem Abbatis conceſſam monachorum arbitrio, eius nempe, qui vita & ſapientia merito ſecundum regulam probabilis inveniatur*, id, ſi ita eſt, nullo effectu alio potuit, quam ut inter privilegia cœnobii ſervaretur, olim uſui futurum.

(*c*) *Conductum.*] i. e. Utilitatem ſeu commodum.

(*d*) Harum tabularum (quarum cæteroquin prototypon ad S. Maximinum extitat) tempus, ſignatura & ſigillum deſiderantur, anno & reliquis ad calcem diplomatis, ùt videtur, excriſis. Placuit tamen eas hoc anno referre, loco utcunque opportuno; antequam ſcilicet Ludovicus renuntiaretur Auguſtus. Verùm non pauca ſunt, quæ diplomatis fidem convellant. Hæc inter alia: *Longobardorum Rex. . . . . . pii genitoris noſtri, ſupre prænominati magni. . . . ſub noſtro ſequentiumque regum munere dominatu, velati prioribus temporibus in ditione regum manſiſſe dinoſcitur.* &c.

HETTI
ARCHIEPISCOPUS.

LXIX.

815. 3. Febr.

IMMUNITAS
ABBATIÆ PRUMIENSI CONCESSA PER LUDOVICUM PIUM IMP.

Knauff Defenſ. Prumien. p. 51. * Dum

IN nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator auguſtus. * Sacerdotum & ſervorum Dei petitiones, quæ nobis pro neceſſitatibus ſuis innotuerunt, ad effectum perducimus, non ſolum imperialem conſuetudinem exercemus, verum etiam ad beatitudinem æternæ retributionis talia nobis profutura confidimus. Idcirco comperiat omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum ſolertia, quia vir venerabilis Tanctadus abba ex monaſterio, quod dicitur Prumia, quod domnus & avus noſter Pipinus glorioſus rex, novo opere, in honore ſancti Salvatoris, ceu & cæterorum ſanctorum conſtruxit, obtulit (a) auctoritatem immunitatis domni & genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ ſereniſſimi Imperatoris, in qua erat inſertum, qualiter ipſum monaſterium ob amorem Dei, tranquillitatemque fratrum ibidem conſiſtentium, ſemper ipſum monaſterium ſub pleniſſima tuitione, & immunitatis defenſione habuiſſet. Sed pro firmitatis ſtudio petiit prædictus abba Tancradus, ut circa ipſum locum, ob amorem Dei paternæ autoritati noſtram quoque ſuperadderemus auctoritatem.

Cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & ita in omnibus conceſſimus, atque per hoc præceptum noſtrum confirmavimus. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus judex publicus, neque quislibet ex judiciaria poteſtate, in eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii, quas moderno tempore in quibuslibet pagis, aut territoriis infra ditionem imperii noſtri juſte, & legaliter poſſideant, vel ea, quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda, aut manſiones vel paratas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, vel ſcarras, aut conjectos tam de carris, quam etiam de parafredis exactandis, aut homines ejusdem monaſterii, tam ingenuos, quamque & ſervos, ſuper terram ipſius commanentes injuſte diſtringendos, nec ullas redibitiones, aut illicitas occaſiones requirendas, præſentibus nec futuris temporibus, ingredi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, petere, aut exactare præſumat.

Et quidquid exinde jus fiſci exigere poterat, totum nos pro æterna remuneratione eidem conceſſimus monaſterio: videlicet, ut perpetuis temporibus in alimoniam pauperum, & ſtipendium monachorum, ibidem Deo ſervientium, proficiat in augmentum, quatenus ipſos monachos, qui ibidem Deo famulantur, pro nobis & conjuge proleque noſtra, & ſtabilitate totius imperii a Deo nobis conlati, & ejus immenſa miſericordia per immenſum conſervandi jugiter Dei miſericordiam exorare delectentur. Et ut hæc autoritas firmior habeatur, ac per tempora Domino opitulante melius conſervetur, manu propria ſubter ſignavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Ludovici ſeren. Imp. Heliozar recognovi. Data III. non. Febr. anno ſecundo, Chriſto propitio, imperii noſtri. Indict. VIII.

Actum Aquisgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter amen.

LXX. LU-

NOTA.

(a) *Auctoritatem immunitatis Domni & genitoris noſtri Caroli.*] Vide eam ſupra ad annum 775. menſe Novembri.

LXX.

LUDOVICUS IMPERATOR

816. 27. Aug.

eximit Eccleſiam Trevirenſem à theloneis, exactionibus, & poteſtate judicum ordinariorum.

IN nomine Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus divina ordinante providentia Imperator auguſtus. Si liberalitatis noſtre munere locis Deo dicatis quoddam conferimus beneficii, & neceſſitates eccleſiaſticas ad petitiones ſacerdotum noſtro relevamus juvamine, atque imperiali tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, & ad eternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum, tam preſentium, quam & futurorum ſagacitas, quod vir venerabilis * Henricus ſancte Trevirenſis eccleſie archiepiſcopus obtulit obtutibus noſtris (a) auctoritatem immunitatis domini & genitoris noſtri bone memorie Caroli piiſſimi Auguſti, in quam erat inſertum, quod non ſolum idem genitor noſter, verum etiam predeceſſores ejus, reges videlicet Francorum, eccleſie ſancti Petri principis apoſtolorum, cui authore Deo ipſe archiepiſcopus preeſt, ſub ſuo nomine & defenſione cum monaſteriis & cellulis, baſilicis, vicis, caſtellis ad eandem ſedem pertinentibus, & rebus vel hominibus ad ſe aſpicientibus, ſub immunitatis nomine & tuitionis defenſione conſiſtere fecerant, videlicet ut nullus per (b) malbobergos nec per aliqua ingenia ejusdem eccleſie homines admallaret, neque freda aut theloneos exigere aut paratas in eorum, vel privatas audientias exactare preſumerent. Pro rei vero firmitate poſtulavit nobis prefatus Heti archiepiſcopus, ut paternum ſeu predeceſſorum noſtrorum regum morem ſequentes hujuscemodi noſtre immunitatis preceptum ob amorem Dei & reverentiam ſancti Petri erga ipſam eccleſiam fieri cenſeremus; cujus petitioni libenter aſſenſum prebuimus, & hec noſtre authoritatis preceptum erga ipſam eccleſiam immunitatis & tuitionis gratia pro divini cultus amore & anime noſtre remedio fieri decrevimus, per quod precipimus & jubemus, ut nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria poteſtate, in monaſteria, eccleſias, caſtella, vicos, villas, loca & agros ſeu reliquas poſſeſſiones predicte eccleſie, quas moderno tempore juſte & legaliter tam ultra, quam juxta Rhenum, vel circa Ligerim in pagis vel territoriis infra ditionem imperii noſtri memorata tenet & poſſidet eccleſia, vel

* Hettinus

N O T Æ.

(a) *Auctoritatem immunitatis b. m. Caroli*] Dedimus Carolinam illam cartam immunitatis ad annum 773., ſuſpectam utique, non tam ad *ſubſtantiam*, quàm ad *formam*. Nempe fiebat nonnunquam, ut deperditis genuinis diplomatibus, quorum tenorem in ſubſequentibus recitatum videbant poſteri, conficta ſubſtituerent; exacta tamen, quantum fieri poterat, ad amiſſorum tenorem.

(b) *Malbobergos.*] Species judicii; *malberg* enim

LXX.

vel que deinceps In jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas vel freda aut tributa aut (c) conjectos aliquos exigendos aut manſiones vel paratas faciendas aut fidejuſſores tollendos aut homines ipſius eccleſie diſtringendos nec ullas redibitiones aut illicitas occaſiones reqnirendas, noſtris & futuris temporibus ingredi audeat, vel ea, que ſupra memorata ſunt, penitus exigere preſumat, neque theloneum exigere, quemadmodum in precepto domini & genitoris noſtri continetur; ſed liceat memorato preſuli ſuiſque ſucceſſoribus res predicte eccleſie ſancti Petri cum omnibus ſuis ſubjectis, & rebus vel hominibus ad ſe aſpicientibus vel pertinentibus, ſub tuitionis atque immunitatis noſtre defenſione, remota totius judiciarie poteſtatis inquietudine, quieto ordine poſſidere, & noſtro fideliter parere imperio, atque pro incolumitate noſtra, conjugis ac prolium, ſeu etiam totius imperii a Deo nobis collati, & ejus clementiſſima miſeratione per immenſum conſervandi una cum clero & populo ſibi ſubjecto Deum exorare. &c. Hanc itaque auctoritatem, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & a fidelibus ſancte Dei eccleſie & noſtris verius credatur, & diligentius conſervetur, etiam manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Ludovici ſereniſſimi Imperatoris. Durandus diaconus ad vicem Helyſachar recognovit. Datum VI. kalend. Septembris, anno Chriſto propitio tertio imperii Ludovici piiſſimi Auguſti. Indictione X. actum Aquiſgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter amen.

LXXI. HET-

N O T Æ.

enim ſignificat judicium in loco edito, collem judicii, mallum montanum. Conf. Eckhard *ad Leg. Salic. p.* 14. ubi, *Notum eſt*, inquit, *judicia olim in collibus, etiam humana opera factis, & ſub dio habita fuiſſe, ut judices nempe ab omni populo conſpici poſſent. Reſtant colles hujusmodi in villis ſeu pagis noſtris, & in medio tiliam pleramque aut alius generis arborem habent, tegumentum pluvio cælo.* Mutavit quidem morem Carolus M. qui mallos ſub dio haberi ſolitos, demum ſub tecta recepit. *Capitul. Lib. III. C.* 57. *Ut in locis, ubi mallos publicos habere ſolent, tectum tale conſtituatur, quod in hyberno & in æſtate obſervatum eſſe poſſit.* Add. *Lib. IV.* C. 28. retentâ tamen *malbergi* ſignificatione.

(c) *Conjectos aliquos exigendos.*] Conjectus eſt contributio, collecta; ea maximè, quæ à populo regiis Miſſis in itinere exſolvebatur.

LXXI.
HETTI ARCHIEP. TREV.
817. MANDATUM
AD
FROTHARIUM TULLENSEM EPISCOPUM,

Lunig Reichs-Archiv. *Parte ſpecial. Contin. p.* 194. Ut omnes in ſua Diœceſi militiæ deſtinatos ad expeditionem Italicam paratos habeat.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. (*a*) Hetti miſericordia Dei archiepiſcopus diœceſeos Trevirenſis, nec non (*b*) legatus Ludovici ſereniſſimi Imperatoris, venerabili fratri Frothario Tullenſi epiſcopo, æternam ſalutem. Notum ſit tibi, quia terribile imperium ad vos pervenit domini Imperatoris, ut (*c*) omnibus notum faciamus, qui in noſtra legatione manere videntur, quatenus univerſi ſe præparent, qualiter proficiſci valeant ad bellum in Italiam, quoniam inſidiante ſathana (*d*) Bernardus rex diſponit rebellare illi; propterea tibi mandamus atque præcipimus de verbo domini Imperatoris, ut ſolerti ſagacitate provideas cum ſumma feſtinatione omnibus abbatibus, abbatiſſis, comitibus, vaſallis dominicis vel cuncto populo parochiæ tuæ, (*e*) quibus convenit militiam regiæ poteſtati exhibere, quatenus omnes præparati ſint, ut ſi veſpere abſque ulla tarditate proficiſcantur in partes Italiæ, quia dominus Imperator ſuum iter præparat, ut quanto citius poterit, in partes illas una cum fidelibus ſuis pergat.

LXXII. PRÆ-

N O T Æ.

(*a*) *Hetti miſericordia Dei Archiepiſcopus Diœceſeos Trevirenſis.*] Hetti Archiepiſcopatum ad annum demum 832. refert Brovverus *Annal. Trev. Lib. VIII. n.* 66. Malè profectò; cùm ex iis, quæ mox dicturi ſumus, certum fiat, præſentem ejus epiſtolam anno 817. fuiſſe conſcriptam. Sanè ſynodo Theodonis-villanæ, anno 821. celebratæ (cujus acta Labbeus *Concil. Tom. VII. p.* 1119. & Baluzius *Capitular. Tom. I. p.* 621. *ſeqq.* ex Burchardo & Ivone inſeruerunt) *Hettonem Trevirenſem cum ſuffraganeis ſuis* interfuiſſe, ejusdem ſynodi præfatio demonſtrat. Hettonem anno 814. Amalario ſucceſſiſſe, docet Mabillon. *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXVIII. n.* 26.

(*b*) *Legatus Ludovici Ser. Imperatoris.*] In capitulari Aquisgranenſi Ludovici pii Imp. de an. 825. *Cap. XXV.* undecim provinciæ enomerantur, in quibus Miſſi Dominici officio ſuo functuri ſint, utraque videlicet Germanica, utraque Belgica, & quinque Lugdunenſes. Verba hæc ſunt: *In Veſontio, quæ eſt diœceſis Bernoini Archiepiſcopi, Heiminus Epiſcopus, & Monogoldus Comes: In Mogontia, quæ eſt diœceſis Heiſtulfi Archiepiſcopi, idem Heiſtulfus Archiepiſcopus & Ruodbertus Comes: In Treviris Hetti Archiepiſcopus & Adalbertus Comes* &c.

(*c*) *Omnibus notum faciamus, qui in noſtra legatione manere videntur.*] Quibus finibus Hetti legatio (ſeu, ut appellabant, Miſſaticum) concluſa fuerit, ex eo etiam apparet, quòd Tullenſis Epiſcopatus ei ſubfuerit; unde pariter concluditur, hanc legationem ad totam Trevirenſem provinciam Eccleſiaſticam ſeſe extendiſſe.

(*d*) *Bernardus Rex diſponit rebellare.*] De hac rebellione, anno 817. excitatâ, vide Chron. Moſſiacenſe *ad ann.* 817. Theganum *de Geſtis Ludovici.* §. *XXII. pag.* 75. Auctorem vitæ Ludovici *pag.* 370. Annales Lauriſheimenſes *ad an.* 817. Poſteriorum verba huc refero: *Dum Imperator Aquiſgrani reverteretur, nuntiatum eſt ei, Bernhartum, nepotem ſuum, Italiæ Regem, quorundam pravorum hominum conſilio tyrannidem meditatum, jam omnes aditus, id eſt, clauſas, quibus in Italiam intratur, impoſitis firmaſſe præſidiis, atque omnes aditus Italiæ in illius verba juraſſe, quod ex parte verum, ex parte falſum erat. Ad quos motus comprimendos, cum ex tota Gallia atque Germania, congregato cum ſumma celeritate magno exercitu, Imperator ad Italiam feſtinaſſet* &c.

(*e*) *Quibus convenit militiam Regiæ poteſtati exhibere.*] Notabile eſt, tres fuiſſe monaſteriorum claſſes, quorum *aliæ* ad militiam Regi exhibendam atque inſuper pendenda annua tributa, tenebantur; *aliæ* ad hæc poſteriora tantùm; *aliæ* demum ad ſolas preces pro Rege ejusque familia Deo offerenda obligabantur. Utrorum ſeriem Vid. apud Sirmondum *in notis ad Tom. II. Concil. Gall. p.* 685. & Stephan. Baluzium *Tom. I. Capitular. Reg. Francor. pag.* 590. Conf. Natal. Alexandrum *Tom. VI. Hiſtor. Eccleſ. Sæcul. IX. C. V. art.* 7. *p.* 166. Qui autem ad militiam evocabantur, de neceſſariis ſibi proſpicere debebant, Capitular. Caroli M. *Lib. III. Cap.* 74. ubi: *conſtitutum eſt, ut ſecundum antiquam conſuetudinem præparatio ad hoſtem facienda indicetur, & obſervetur, id eſt, victualia de marca ad tres menſes, & arma atque veſtimenta ad dimidium annum.*

LXXII.

817.
8. Novemb.

PRÆCEPTUM LUDOVICI IMP.

Quo Prumienſibus ſylvam, monaſterio vicinam, ei ablatam reſtituit, ejúſque fines accuratè determinat.

Martene Collect. ampl. Tom. I. p. 66.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus divina ordinante providentia imperator auguſtus. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, tam præſentibus quam futuris, quia monachi ex monaſterio, quod vocatur Prumia, quod piæ recordationis domnus Pippinus avus noſter in honore S. Salvatoris novo opere conſtruxit, atque propriis rebus affatim ditavit, adierunt ſerenitatem noſtram, retuleruntque, qualiter inter cæteras donationes quemdam waldum ibidem confirmaſſet. Dixerunt etiam, quod de eodem waldo ſervi noſtri (a) ex fiſco noſtro, qui vocatur Tumbas, aliquam partem contra juſtitiam occupaſſent. Nos quoque hæc audientes, ilico miſſum noſtrum nomine Adalbertum, (b) ſiniſcalcum videlicet noſtrum, qui hoc per veraces & meliores homines, (c) pagenſes ſcilicet loci illius, diligenter inquireret, utrum ita eſſet, an non, miſimus. At ille, ſecundum quod illi injunxeramus, diligentiſſimam adhibens inquiſitionem reperit, quod noſtri ſervi aliquam partem ipſius waldi injuſte ad partem noſtram tenuiſſent, ſed dum hæc nobis relata forent, ut merces parentum noſtrorum inviolabiliter conſervaretur, miſimus alium miſſum noſtrum, Witharium ſcilicet, ut & ipſe prædictum waldum perlatis ſignisque certis diſignaret, & partem exinde prædicti monaſterii * reveſtiret: quod ita & fecit. Sed dum nobis hæc omnia ſe feciſſe retuliſſet, pro mercedis ſuæ augmento juſſimus hanc auctoritatem noſtram fieri, & primum determinationem dicti waldi, &, ſicut a miſſo noſtro deſignatum eſt, inſeri per loca denominata, id eſt, marcha de Romarisvilla in dextra parte monaſterii in Lindinawinca, inde in Folckefſelt & per longum Pyrumbach usque in Prumia. Inde pergunt Marisburias; inde per Hundinesbach, per viam quæ pergit ad Steinbuhil, & per medium Steinbuhil; inde ad Sconenbach; inde ad Sconenſcheit; inde in Firnibach; inde ſuſum per Albam usque in Hildibach; inde usque Centbuzi; inde Garanbach, ubi ipſe ſurgit per longum usque in Hura, & per Huram ad montem usque in Barbach, quæ eſt de ſiniſtra parte monaſterii; & inde usque in Buocha; & inde usque in Huochonloe; inde per viam usque in Sturenſelt; inde per Scluſunbach in Gerbrchetesprunon; inde in Suindinesbrath; inde per Bodilenpath usque Bodilenbrath; inde ubi ſurgit rivulus Melana Hurpringa; inde in Melana per ipſum rivulum; inde per Melana * joſum usque ad Strictam; inde per Stricta usque ad Deofanſteid; inde in Hagana; inde ad Merbach finit. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus ab hinc fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque de prædicto waldo partem memorati monaſterii inquietare aut aliquid refragare præſumat, vel quiddam moleſte inferre tentet, ſed ab hodierno die vel deinceps memoratum waldum quiete & ſecure juxta ſuam determinationem noſtris futurisque, Deo propitio, temporibus valeant poſſidere, & facere quicquid pro opportunitate communis congregationis elegerint, quatenus pro nobis & conjuge, proleque noſtra, ſeu pro ſtabilitate totius imperii noſtri, a Deo nobis collati, & ejus clementiſſima miſeratione perpetuo conſervandi, jugiter Domini miſericordiam exorare delectet. Hæc vero auctoritas uti a fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris verius credatur, & diligentius conſervetur, manu propria noſtra ſubſcripſimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum domini Hludovici ſereniſſimi auguſti. Durandus diaconus ad vicem Eliſachar recognovi. Data VI. idus Novembris anno III. Chriſto propitio imperii domini Ludovici ſereniſſimi auguſti. indict. X. Actum Compendio palatio regio, in Dei nomine feliciter. amen.

* reſtitueret.

* ſurſum

LXXIII. HET-

NOTÆ.

(a) *Ex fiſco noſtro, qui vocatur Tumbas.*] *Tomen.* Occurrit hic locus in Procaſpidana diviſione regni Lotharingici de anno 870. ibi: *De Arduenna, ſicut flumen Urta* (Our) *ſurgit inter Beslanc* (Beſling) *& Tumbas, ac decurrit in Molam.*

(b) *Siniſcalum.*] Varium quidem erat Seneſcali officium: tum circa dapes & menſam Principis; tum etiam in rebus bellicis. Sed quia Seneſcalorum quoque munus fuit, jus reddere Principis ſubditis, quò etiam nomine cæteris judicibus præerant (Vid. du Freſne *in Gloſſar. Tom. III. p.* 889.) Sic hoc titulo Adalbertum juri dicundo hic interveniſſe, facile eſt ad credendum.

(c) *Pagenſes ſcilicet loci illius.*] Ejuſdem pagi homines, qui unâ eademque lege vivunt.

LXXIII.

HETTI ARCHIEP. TREVIRENSIS

EPISTOLA

AD

819. EPISCOPUM TULLENSEM FROTHARIUM

ſuper executione ſtatutorum Concilii Aquenſis.

Lunig Reichs Archiv. Part. ſpecial.

HEtti gratia Dei archiepiſcopus, venerabili in Chriſto, & cum ſumma reverentia nominando, Frothario epiſcopo Tullenſi, ſaluberrimam in Domino implorat ſalutem. Meminiſſe volumus ſagacitatem veſtram monitionis, quam inſtanti anno ſimilibus apicibus ſuſcepiſtis expreſſam. Non
(a) neſcitis, cum qua cautela (a) mandatum ſuſcepimus domini imperatoris nos in diœceſi noſtra, & epiſcopi ſinguli in parochiis ſuis, id eſt, de regula augendæ religionis, & de miniſtratoriis Canonicorum officinis, ut ſi quibus in locis bene comptæ eſſent, deinceps cum ſumma diligentia ornarentur. Nunc autem
(b) (b) in proximo eſt placitum, quo ſine dubio ſciſcitabitur de obtemperatione mandati dominus mandati. Quapropter ſcrutemini diligenter in parochia veſtra, in veſtris aliorumque monaſteriis, ſi præfata regula digne per omnia conſervetur, etſi officinæ juxta ipſius decreta conſtructæ atque innovatæ contineantur, ut cum imperiali ſolertiæ præſentabimur, dejecto procul molimento aliorum, una vobiſcum ex omnibus illi a nobis veritas nuntietur; (c) per trieñium enim hæc moni- (c)
tio facta eſt, idcirco nulla poteſt inveniri * occaſio, ideoque quanto quique fuerit imperfectior, tanto & fragilior. Valete in Domino, & pravitatis noſtræ nolite oblivíſci. Deus pacis & dilectionis ſit vobiſcum. amen.

* excuſatio.

LXXIV. PRÆ-

NOTÆ.

(a) *Mandatum ſuſcepimus Domini Imperatoris...... de Regula augendæ religionis, & de miniſtratoriis Canonicorum officinis.*] Mandatum hoc in Concilio Aquiſgranenſi I., anno 816. celebrato, edidit Ludovicus Imp. De eo Ademarus Cabannenſis *pag.* 158. *Chronici Tom. II. Labbeano. Ludovicus juſſit fieri regulam Canonicis, excerptam de diverſis Patrum ſcripturis, decrevitque eam obſervandam à Canonicis, ut, ſicut monachi reſpiciunt ad librum regulæ S. Benedicti, ſic prælegant Canonici inter ſe librum vitæ Clericorum, quem librum Amalerius Diaconus, ab Imperatore juſſus, collegit ex diverſis Doctorum ſententiis. Dedit ei Imperator copiam librorum ex palatio ſuo, ut ex ipſis ea, quæ viderentur eſſe congrua, excerperet.* Hæc Canonicorum regula, auctoritate Imperatoris edita, videri poteſt apud Jac. Sirmondum *Tom. II. Concil. Gall. p.* 333. *ſeqq.* Quod ex eadem in præſenti Epiſtola, de *miniſtratoriis Canonicorum officinis*, dicitur, id de ædiculis intelligendum, in quibus aſſervantur, quæ ad victum aut alios uſus Canonicorum ſpectant, quibusque Cellarius præfectus erat. Vid. d. Concilii Aquiſgranenſis *Cap. CXXI. CXXII.* &c.

(b) *In proximo eſt placitum, quo ſine dubio ſciſcitabitur de obtemperatione mandati Dominus mandati.*] Scribit hæc Hetti, non quà Archiepiſcopus, ſed ùt Imperatoris Legatus, in proximo placito ſuper executione Imperialis mandati relaturus ad Principem. Placitum hoc anno 819. poſt Natalem Domini Aquiſgrani effectivè celebratum eſt, ùt Annales Laureshamenſes teſtantur; in quo Ludovicus cum Primoribus Regni res eccleſiaſticas monaſticasque expedivit atque ordinavit; *Legibus* etiam *Capitula*, quæ deerant hactenus, addidit, & ſcripto conſignari fecit.

(c) *Per triennium hæc monitio facta eſt.*] Ingens ſollicitudo Ludovici Imp. erat, ut regulæ in Concilio Aquiſgranenſi ante triennium publicatæ ubique vulgarentur, & ita deſcriberentur, ne fraus fieret menſuræ cibi ac potus Canonicis præſcriptæ, per Epiſcopatus & Monaſteria diſtribuerentur, atque obſervarentur. Teſtatur id inter cæteros auctor vitæ Ludovici *p.* 368. ibi: *Quem librum* (regularum) *per omnes civitates & monaſteria Canonici ordinis ſui Imperii miſit* (Imperator) *per manus Miſſorum prudentium, qui illum in omnibus ſupradictis locis tranſcribi facerent.* Memorabilis eſt epiſtola, quam eâ de re ad Sicharium Burdegalenſem Archiepiſcopum dedit Ludovicus Imp. apud Eckhart *Rer. Francic. Tom. II. pag.* 133. ubi: *Omnes ergo tuæ Diœceſeos Epiſcopi & cæteri Prælati eam vigilanti cura tranſcribere, ſolerti ſtudio intelligere, inſtantiſſimæ aſſiduitatis exercitio divinitus adjuti, operibus complere decertent; ut cum nos hujus rei gratia inquirenda venturis kalendis Septembribus* (*ſicut eidem ſacro & memorabili Concilio meminimus nos dixiſſe facturos*) *miſſos noſtros per Imperium a Deo nobis collatum deſtinaverimus, remota cujuslibet difficultatis oppoſitione, ejusdem ſalutiferæ inſtitutionis Prælati & ſubditi, prout Dominus poſſe eis dederit, ſtrenui inveniantur operatores.*

LXXIV.

PRÆCEPTUM LUDOVICI IMPERATORIS

820. 30. Jan.

de ſylva, quam dedit ad S. Goarem.

Martene Colleƈt. ampl. T. I. p. 69.

IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus divina ordinante providentia imperator auguſtus. Si liberalitatis noſtræ munere de beneficiis à Deo nobis collatis locis Deo dicatis quiddam conferimus, id nobis & ad mortalem vitam feliciter tranſigendam, & ad æternam perpetualiter obtinendam, profuturum liquido credimus. Idcirco noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam & futurorum ſolertia, quia nos divina aſpiratione tacti, & cœleſtis patriæ amore ſuccenſi, libuit nobis ob animæ noſtræ ſalutem ad (a) cellam S. Goar, ubi ipſe ſanctus corpore requieſcit, quæ eſt ex ratione monaſterii S. Salvatoris Prumiacenſis, quod quondam dominus Pippinus rex avus noſter & Berta regina ava noſtra in rebus proprietatis eorum ex fundamento conſtruxerunt, ubi etiam præſenti tempore Tancradus abba præeſſe videtur, quandam partem ſilvæ, quæ eſt intra Weſaliam & * Bidobricum, fiſcos noſtros, vel quæ infra (a)

* Boppardiam.

N O T A.

(a) *Cellam S. Goar, quæ eſt ex ratione monaſterii S. Salvatoris Prumiacenſis.*] Qua ratione Abbatia Prumienſis Cellam S. Goaris à Rege Pipino in conventu Attiniacenſi obtinuerit, narrat Wandelbertus ejus loci Monachus & Diaconus in Libello *de hujus Sancti miraculis.* Nempe contigit, ut Bertrada Regina, Pipini uxor, è Prumienſi Monaſterio ad fines Wormatienſium iter agens, ad Cellam S. Goaris declinaret, ubi tunc quidem Erpingus Rectoris nomine præerat; nec quidquam rerum neceſſariarum illic inveniret. Rex intelligens, in eo loco humanitatem hoſpitalitatis deſiderari, ubi quondam ſub beato viro hæc eadem virtus quàm maximè viguiſſet, in generali conventu Attiniaci habito, Aſſuero Abbati Prumienſi, qui præſens aderat, eandem Cellam regendam commiſit; hortatus, ut eam congruè ordinaret, atque hoſpitalitati competentem efficeret. At Cella non ipſi Monaſterio & Monachis tum ſubjecta fuit, ſed Abbati tantùm beneficii jure conceſſa. Carolo M. regnante orta eſt Weomadum Trevirorum Pontificem inter & Aſſuerum Abbatem de eadem Cella contentio, aſſerente Archiepiſcopo, eam ad jus Eccleſiæ ſuæ pertinere. Cauſâ Miſſis dominicis commiſſâ, judicatum eſt, Cellam regii juris eſſe; ac proinde Aſſuero Abbati juſſu Regis legitimè traditam fuiſſe. Inſtante nihilominus Archiepiſcopo, Carolus M. conventu generali ad Lippiam Saxoniæ fontem habito, ſub ſacramento Ratberti, tunc ejuſdem monaſterii advocati, ac duodecim teſtium, pronuntiavit, eam poſſeſſionem non Eccleſiæ Trevirorum, ſed regio tantùm dominio competere. Quo facto, idem Rex, cum ſuorum conſenſu, Cellam Monaſterio Prumiæ regio diplomate tradidit, quod in Archivis Monaſterii ſuo tempore aſſervatum fuiſſe, idem Wandelbertus memorat. At hodie Cella & dominium S. Goaris in poteſtate & jure Prumienſium ampliùs non ſunt. Jam ſuo tempore ſcripſit Trithemius *Chron. Hirſaug. Tom. I. pag.* 22. *Oppidum ad S. Goarem cum thelonio pertinuit ad Prumiam; ſed nunc juris eſt Comitum Haſſorum provincialis; & Eccleſia in illo, quondam Præpoſitura noſtri Ordinis, hodie eſt ſæcularis.*

LXXIV.

infra ſunt, præſentibus tradere, & de noſtro jure in jus & dominationem præfatæ cellæ atque monaſterii conferre. Silva vero ipſa has habet terminationes. Incipit enim Antilioli rivuli, ubi ipſe confluit in Rhenum, usque in eum locum, ubi ipſe ſurgit, inde ſubtus Hoaveliſa, deinde venit in Winbach usque in Horon; ex inde in Moldeshart usque in Boucha rivulo, & per ipſum ſurſum usque ubi ipſe ſurſit. Inde venit in rivulum, qui vocatur Weſterbeia, & per ipſum deorſum usque ad ſtratam, quæ pergit ad * Trigorium, de inde vadit ultra ipſum rivulum, & venit in Heiswillari usque ad ſtratam, quæ pergit ad Confluentium, ex inde in Baſanbrunnum, & per ipſum deorſum usque in Granderivum, & per Granderivum usque in Rhenum. Infra has terminationes quantumcunque ibidem continetur, cum villula quæ vocatur Bibereſheim, in qua ſunt manſa duo & manentes duodecim. Nomina verò mancipiorum hæc ſunt. Ruodlandus cum uxore ſua Helidim, & cum infantibus eorum. &c. Hanc vero ſilvam ſecundum dimenſionem & collaterationem ſuperius præſcriptam, cum terris tam cultis, quam incultis, pratis atque paſcuis, exitibus & regreſſibus, mobile & immobile, totum & ad integrum per hanc noſtræ auctoritatis donationem memoratæ cellæ S. Goaris & prædicto monaſterio S. Salvatoris Prumiacenſis ad ſtipendia fratrum ibidem Deo militantium, vel cunctas ejusdem monaſterii neceſſitates conſulendas, ob emolumentum animæ noſtræ perpetualiter conceſſimus, atque perpetuo ad habendum delegamus; ita videlicet, ut quicquid de hoc rectores & miniſtri ſupra memorati monaſterii diſponere atque ordinare, vel etiam facere voluerint, libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora melius conſervetur, manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Hludovici ſereniſſimi imperatoris. Durandus diaconus ad vicem Fridugiſi recognovit. Data III. cal. Februarii, anno, Chriſto propitio, VI. imperii Hludovici auguſti, indictione XIII. Actum Aquisgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. amen.

* ubi nunc S. Goar.

LXXV.

LUDOVICUS PIUS MONASTERIO S. MAXIMINI novas exemptiones concedit.

822. 2. Aprilis.

Zylleſius Deſenſ. S. Maxim. P. III. p. 13.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludovicus divina proſpiciente clementia imperator auguſtus. Univerſis epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus ſeu omnibus publicæ rei ſervientibus, tam præſentibus, quam & futuris, notum ſit, quoniam inſignis vir & abbas Heliſachar de monaſterio S. Maximini, ubi ipſe requieſcit, quod dedicatum eſt in honore S. Joannis Evangeliſtæ in civitate, quæ dicitur Treviris, attulit noſtræ regalitati quoddam privilegium ſenioris & patris noſtri Caroli bonæ recordationis, atque excellentiſſimi imperatoris, in quo ſua benevola largitate donatum fuit, qualiter ſupradicto monaſterio & monachis in eo pro regni noſtri ſalvatione Deo ſedulo ſervientibus ad neceſſitates eorum levigandas concederet, ut nullus in poteſtate ſua eſſet, nec poſt eum futurus, qui in curtis vel villis eorum placitum tenere vel quidquam poteſtatis præſumeret exercere ſine abbatis & monachorum permiſſione; & addens, ut ubicunque naves eorum vel homines perveniſſent, nullus theloneum exigere ab eis auderet. Et deprecatus eſt prædictus abbas, ut juxta morem paternum per noſtram autoritatem idem concederemus; cujus rogationi aſſenſum præbere omnimode placuit. Igitur iſtud præceptum ad utilitatem monachorum fieri juſſimus, per quod imperamus, ne quislibet de judiciaria poteſtate in curtes vel villas ipſius monaſterii ad cauſas audiendum, nec fidejuſſores tollendum, neque ad manendum, aut homines ipſius eccleſiæ diſtringendum ingredi præſumat, ſed ſicut ipſe locus ſub anteceſſorum regum hactenus fuit conſervatus, ita deinceps per noſtram autoritatem permaneat inconvulſus. Et ut iſtud decretum firmius per tempora conſervetur, manus noſtræ ſubſcriptione, & annuli noſtri impreſſione, ſignare juſſimus. Signum Ludovici ſereniſſimi imperatoris. * Donandus diaconus recognovit. Datum IV. non. Aprilis, anno regni noſtri IX. in * Longolano feliciter amen. (a)

* al. Duranous.
* al. Longolare.
(a)

LXXVI. PRÆ-

NOTA.

(a) Diploma hoc commentitium, aut ſaltem valde depravatum, cenſent Papebrochius *in Propylæo pag.* 18. Eckhard *Rer. Franc. Tom. II. p.* 152. Heuman *de Re Diplom. p.* 171. 242. & 270. Suſpicionis notæ ſunt (1.) Relatum Caroli M. ſpurium. (2.) Formulæ aliáque cum veris Ludovicianis non concordantia, ſcilicet: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. .... Inſignis vir & Abbas Heliſachar ..... attulit noſtræ regalitati quoddam privilegium ſenioris & patris noſtri Caroli bonæ recordationis, atque excellentiſſimi Imperatoris. ... Donandus Diaconus recognovit. D. IV. Non. Aprilis, anno regni noſtri IX. In Longolano felic. amen.* (3.) Sigillum Ludovici imberbi vultu. Sed circa hoc vide notata ad Dipl. Caroli M. de an. 779.

LXXVI.

PRÆCEPTUM

Emunitatis, quod Monaſterio Prumienſi fecerunt

816. 26. Jan.

LUDOVICUS & LOTHARIUS

IMPERATORES, & LUDOVICUS REX.

Knauff *Defenſ. Pramien.* p. 53.

IN nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus & Lotharius, divina ordinante providentia, imperatores auguſti. Notum eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris: quia vir venerabilis Tancradus abbas monaſterii, cujus vocabulum eſt Prumia, quod eſt dicatum in honnre Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ Mariæ ſemper virginis, quod olim bonæ memoriæ avus noſter Pipinus quondam rex, & avia noſtra Bertrada in rebus proprietatis eorum a fundamentis conſtruxerunt, miſit nobis per monachos ſuos (a) aucthoritatem domini prædicti Pipini regis, in qua continebatur inſertum, qualiter idem monaſterium non ſolum rebus multiplicibus ditaverint; verum etiam & illud ſub ſua tuitione, hæredumque ſuorum, regum videlicet, conſtituerint, nec non & (b) authoritatem domini, & genitoris noſtri Caroli bonæ memoriæ præſtantiſſimi imperatoris, in qua erat exaratum, qualiter conſtitutionem pii patris ſui confirmaverat, & conſtituerat, ut in villis, vel in rebus prædicti monaſterii nullus judex publicus absque ejus juſſione, vel hæredum ſuorum, ad cauſas audiendas, aut freda undique exigenda, nec fidejuſſores tollendos, nec ſcaras, vel manſionaticos, ſeu conjectos, tam de carrigio, quamque de parafredis exigere, aut exactare præſumeret: ſed quidquid exinde (c) de hominibus francis, quamque & eccleſiaſticis, ſeu ſervientibus, qui infra agros, vel fines, ſeu ſuper terram prædicti monaſterii degere videntur, fiſcus aut freda poterat ſperare, ex ejus indulgentia in luminaribus prædicti monaſterii cederent. Prædictus etiam abba deprecatus eſt, ut non ſolum avi, & paternæ auctoritatibus firmitatis gratiam noſtram ſuperadderemus auctoritatem, & ipſum monaſterium cum rebus, & hominibus, quæ præſenti tempore in quibuslibet pagis, & territoriis, tam per traditionem prædicti domini Pipini regis, ceu & genitoris noſtri, vel ex liberalitate liberorum hominum, tam per traditiones, commutationes, venditiones, aut ex qualicunque legali ordine præſenti tempore prædictum tenet vel poſſidet monaſterium, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci divina pietas augeri voluerit, ſub noſtra tuitione, atque immunitatis defenſione conſtitueremus. Cujus precibus aurem placabilem accommodamus: hos noſtros imperiales apices fieri juſſimus, per quos decernimus, atque jubemus, ut quidquid tam ex donatione regum, vel traditione liberorum hominum ad idem monaſterium legibus jure cumulatum eſt, & præſenti tempore legaliter tenet vel poſſidet

NOTÆ.

(a) *Aucthoritatem Dom. Pipini Regis.*] Exhibuimus eam ad annum 763

(b) *Authoritatem Domini & genitoris noſtri Caroli.*] Hanc vide ſuprà anno 775.

(c) *De hominibus francis.*] Hoc eſt, laicis liberis.

LXXVI.

det monaſterium, vel ea, quæ ab hinc in futurum ibidem juſte & legaliter traditum fuerit, perennis temporibus rectores prædicti monaſterii, absque ullius injuſta contrarietate, teneant & poſſideant. Inſuper præcipimus, atque per hanc noſtram auctoritatem ſancimus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii ad cauſas judiciario more audiendas, vel ſicut in præcepto domini & genitoris noſtri continet, vel freda, aut fidejuſſores tollendos, aut ſcaras, vel manſionaticos, ſeu conjectos, tam de carrigio, qnam de parafredis exigendis, aut homines ipſius monaſterii tam francos, quam eccleſiaſticos, vel ſervientes, qui infra agros, vel fines, ſeu ſuper terram prædicti monaſterii manent, bannum aut herebannum exigere, aut exactare præſumant, aut ullas redibitiones, aut inlicitas occaſiones quærere; ſed liceat rectoribus prædicti monaſterii cum omnibus rebus, & mancipiis prædicto monaſterio jure poſſeſſis quieto ordine vivere, ac reſidere, quemadmodum in prædicti Pipini regis, & domini atque genitoris noſtri auctoritate, vel in hac noſtra continetur, noſtro ſucceſſorumque noſtrorum fideliter parere imperio; qualiter monachi ibi per ſucceſſiones degentes liceat quiete vivere, & miſericordiam Domini pro nobis, proleque noſtra attentius exorare. Quicquid etiam de rebus prædicti monaſterii jus fiſci exigere poterat, totum nos pro æterna remuneratione in luminaribus prædicti monaſterii, & in alimonia pauperum, vel ſuſtentationem peregrinorum in noſtra eleëmoſina perennis temporibus concedimus. Hæc vero auctoritas firmitatis noſtræ ut per curricula annorum inviolabilem obtineat firmitatem, etiam manibus propriis ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Ludovici imperatoris †. Signum Lotharii glorioſiſſimi imperatoris †. (d) Signum Ludovici regis. Megmginarius Notarius ad vicem Fridugiſi recog. Data ſeptimo kalend. Febr. anno Chriſto propitio XIII. imperii domini Ludovici; & Lotharii IV. ſereniſſimis auguſtis. Indict. IV. Actum Aquisgrani palatio regio: in Dei nomine feliciter. amen.

LXXVII. EPI-

NOTÆ.

(d) *Signum Ludovici Regis.*] Scilicet Bavariæ; quæ magnam Germaniæ partem ſub ſe comprehendebat. Vid. Struv, *Corp. Hiſt. Germ. Period. IV. Sect.* 2. §. 10.

LXXVII.

EPISTOLA THEGANI

Chorepiscopi Trevirensis AD HATTONEM PRÆSULEM,

Circa 830.

qua ei mittit librum Alcuini de Trinitate.

Martene Collect. ampl. T. I. p. 84.

DOmino venerabili & in Chriſto patri Hattoni nobiliſſimo duci ac conſuli Theganus peccator, licet antiſtes, in Domino Jeſu Chriſto dicit ſalutem. Cum mihi diu cogitanti, quid ex paupertate mea veſtræ ſerenæ præſentiæ præſentare potuiſſem, propter immenſam benignitatem veſtram, quam aſſidue, non meis meritis exigentibus, oſtendere dignati fuiſtis, & ut nominis mei memoriam veſtræ pietati commendarem, nihil aliud ad mentem cucurrit, niſi ut aliquod opuſculum ſanctorum patrum vobis dirigerem, in quo ſanctum ingenium veſtrum exercere potuiſſetis; & ideo iſtud volumen vobis tranſmiſi, quod ſanctus Alcuinus ſummus ſcholaſticus ex variis libris S. Auguſtini congregavit in unum, quod peritiſſimo ac nobiliſſimo imperatori Karolo tradidit, ſicut prologus iſtius libri indicat, ubi inveniri poteſt, ſicut maxima neceſſitas eſt mortalium, de divina natura ac de eſſentia; de æterna gignentia Dei Patris, de æterna nativitate Filii Dei, de æterna proceſſione Spiritus ſancti; de incarnatione Jeſu Chriſti filii Dei. Quomodo ſit unus Deus trinus, & trinus unus, ſicut vera fides credere jubet, & qui ſic non credit, alienus a Chriſto eſt. *Et alia manu:* Inclyta gloria Chriſti te diu in hoc ſæculo cuſtodire, & protegere dignetur, & poſt hæc mortalia tempora ad illam beatitudinem perducat, cui finis appropinquare non poteſt. valete.

Salve magne parens, fœlix ſis ſemper in ævum.
Dona ſuperna Deus addat ubique tibi.
Sic Theganus orat, ſic ſemper poſtulat ipſe;
Auditor Dominus ſit quoque celſithronus. (*a*)

LXXVIII. DO-

N O T A.

(*a*) Hanc Epiſtolam non alterius Thegani eſſe, quàm Chorepiſcopi noſtri, firmant Martene & Durand.

LXXVIII.

DONATIO

MONASTERIO PRUMIENSI

FACTA

A

835.

LUDOVICO IMP.

Martene *Collect. ampl. T. I. p.* 93.

IN nomine Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus divina repropitiante clementia imperator auguſtus. Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quoddam conferimus beneficium, & neceſſitates eccleſiaſticas ad petitionem ſervorum Dei noſtro relevationis juvamine ſublevamus, id nobis ad æternam beatitudinem feliciter obtinendam profuturum liquido confidimus.

Noverit igitur ſagacitas ſeu utilitas omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque, tam præſentium, quam & futurorum, quia conceſſimus ad proprium monaſterio, quod dicitur Prumia, & monachis inibi Deo
(a) famulantibus, quibus & (a) Marcuardus venerabilis abbas præeſſe dinoſcitur, noſtræ proprietatis res, quæ ſunt in pago Wormacenſe, in loco, qui di-
(b) citur (b) Albulfi villa, manſum videlicet indominicatum, ſed & in Gomuritheſheim, nec non & in Stetin, inter hæc præſcripta loca manſi XIII. cum mancipiis utriusque ſexus de per commanentibus, nec non & baſilicam in eadem Albulfi villa conſtructa, cum decimis ex ſupraſcriptis villis ad eam jure pertinentibus, ad proprium monaſterio Prumiæ concedimus, cum domibus, ædificiis, vineis, terris, ſilvis, pratis, aquis aquarumve decurſibus, exitibus, & regreſſibus; quantumcunque videlicet in memorata villa in rebus proprietatis noſtri juris eſſe dinoſcitur, totum & ad integrum prædicto monaſterio monachisque in eo Domino militantibus, ad eorum diverſas ſublevandas neceſſitates, divino tacti amore, & honore concedimus: Ita videlicet, ut quidquid in his, vel de his jure eccleſiaſtico rectores & miniſtri ejusdem cœnobii facere voluerint, liberam in omnibus habeant poteſtatem.

Et ut hæc noſtræ largitionis atque conceſſionis autoritas inviolabilem, atque iſconvulſam obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum Hludovici ſeren. Imp. Hirminmaris ... Data VIII. cal. Junii, anno Chriſto propitio XXII. imperii domini Hludovici piiſſimi auguſti, indict. XIII.

LXXIX. PRÆ-

NOTÆ.

(a) *Marcuardus venerabilis Abbas.*] Hujus deceſſorem Tancradum adhuc videramus anno 826 At anno 829. obiiſſe traditur in Chronico Rheginonis; eique ſucceſſiſſe Marcvvardus, *vir prudens, & ſacræ religioni deditus.* Quo ex monaſterio hic aſſumptus ſit, non proditur. Obſervat tamen Mabillonius *Annal. Benedict. Lib. XXX. n.* 14. affinem fuiſſe Lupi Abbatis Ferrarienſis, in Gallia nati, qui *Epiſt.* 91. filium Guagonis *nepotem* ſuum, ac Marcvvardi *propinquum* appellat. Cæterùm ex ejusdem Lupi *Epiſt.* 55. intelligitur Marcvvardum cœtui Ferrarienſi adſcriptum fuiſſe. In ea Lupus petit Marcvvardi interceſſionem apud Imperatorem; *quoniam de loco,* inquit, *noſtro ſitis, à quo vos corpore dumtaxat eccleſiaſtica utilitas abduxerit,*

(b) *Albulfi villa.*] Hoc palatium juxta vicum *Albesheim* ad fluviolum Prumiam prope Kircheim ſitum fuiſſe, docet Chron. Gotvvicen. *pag.* 881. Ibi quippe è regione dicti vici ſuperſunt Gaversheim & Stetten, quæ hic nominantur *Gomaritheshem* & *Stetin.* In Cæſarii Abbatis Prumienſis regiſtro apud Leibniz *in Collect. Etymolog. P. II. pag.* 336. *ſeqq.* ſcribitur **Alvesheim**; *cujus jus patronatus teneat à Prumienſi in feudo Comes de Leiningen.*

LXXIX.

PRÆCEPTUM

IMMUNITATIS

841. 17. *Febr.*

LOTHARII IMP.

PRO

ABBATIA PRUMIENSI.

Kreuff Defenſ. Præmien. p. 55.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Lotharius, divina ordinante providentia, Imperator Auguſtus.

NOtum eſſe volumus cunctis fidelibua ſanctæ eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris. Quia vir venerabilis Marchuardus pater ex monaſterio, cujus vocabulum Prumia, & eſt conſtructum in honore Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, nec non & B. Mariæ Dei genitricis, ſemperque virginis per monachum ejusdemque monaſterii, Maduluinum videlicet nomine, detulit obtutibus noſtris auchoritatem domini, & genitoris noſtri Ludovici sereniſſimi auguſti, in qua continebatur, qualiter atavua noſter, Pipinus quondam rex, & avus noſter Carolus præſtaatiſſimus imperator, ceu ipſe dominus & genitor noſter morem ſequentes prædeceſſorum ſuorum idem monaſterium non ſolum multiplicibua plus ditaverant; verum etiam ſub eorum tuitione, hæredumque ſuorum, regum videlicet, conſtituerant, confirmantes, atque præcipientes, ut in villis vel rebus prædicti monaſterii nullus judex publicus absque ejus juſſione, vel hæredum ſuorum ad cauſas audiendas, aut freda undique exigenda, vel fidejuſſores tollendos, nec ſcaras, vel manſionaticos, ſeu conjectos, tam de carrifigio, quam de paraveredis exigere, aut extrare præſumeret: ſed quidquid exinde, tam de hominibus francis, quámque eccleſiaſticis, ſeu ſervientibus, qui infra agros, vel fines, ſeu ſuper terram prædicti monaſterii degere videntur, fiſcus, aut freda poterant ſperare, ex eorum indulgentia in luminaribus jam dictl monaſtetii cederent. Præfatus etiam abba deprecatua eſt per memoratum monachum, Manduluinum ſcilicet nomine, ut non ſolum atavi, avi videlicet, & paternæ auctoritatibus firmitatis gratiam noſtram ſuperadderemus auctoritatem, & ipſum monaſterium cum rebus & hominibus, quæ præſenti tempore in quibualibet pagis, & territoriis, tam per traditionem prædicti atavi, avi videlicet, & genitoris noſtri Ludovici, vel ex libera donatione liberorum hominum, tam per traditiones, commutationes, venditiones, aut qualicunque legali ordine præſenti tempore prædictum tenet vel poſſidet monaſterium, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci divina pietas augeri voluerit, ſub noſtra tuitione atque immunitatis defenſione conſtitueremus. Cujus precibus acquieſcere placuit, & hos noſtros imperiales apices fieri juſſimus, per quod decernimus atque jubemus, ut quidquid tam ex donatione regum, vel traditione liberorum hominum ad idem monaſterium legibus cumulatum eſt, & præſenti tempore tenet, vel poſſi-

LXXIX.

det legaliter, vel quod ab hinc inſtituetur ibidem juſte & legaliter traditum fuerit, perennis temporibus rectores ipſius monaſterii absque ullius injuſta contrarietate teneant, & poſſideant. Inſuper præcipimus, atque per hanc noſtram auctoritatem ſancimus, ut nullus judex publicus, vel quislibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias, aut loca, vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii tam francos, quam eccleſiaſticos, vel ſervientes, qui infra agros, vel fines, ſeu ſuper terram prædicti manent monaſterii, bannum, vel herebannum exigere, aut exactare præſumat, aut ullas redhibitiones, vel inlicitas occaſiones quærere; ſed liceat rectoribus præfati monaſterii cum omnibus rebus & mancipiis prædicto monaſterio jure poſſeſſis quieto ordine vivere, ac poſſidere, quemadmodum in memorati Pipini regis, avi videlicet Caroli, & genitoris noſtri Ludovici ſereniſſimi auguſti auctoritate, vel in hac noſtra continetur, noſtro ſucceſſorúmque noſtrorum fideliter parere imperio, qualiter monachi ibi per ſucceſſiones temporum degentes liceat quiete vivere, & Domini miſericordiam pro nobis, & conjuge proleque noſtra attentius exorare. Quidquid etiam de rebus prædicti monaſterii jus fiſci exigere poterat, totum nos pro æterna remuneratione in luminaribus jam dicti monaſterii, & alimonia pauperum, vel ſuſtentatione peregrinorum in noſtra perennis temporibus concedimus eleëmoſina. Hæc vero auctoritas confirmationis noſtræ per futura tempora inviolabilis atque inconvulſa permaneat, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Signum Lotharii ſereniſſimi auguſti ✝. Remigius notarius a vice Agilmari recognovi. Data decimo tertio kalend. Martii. In Italia XXI. & in Francia I. Indictione IV. Actum Aquisgrani palatio in Dei nomine. amen. (a) (a)

LXXX. PRÆ-

N O T A.

(a) Confer ſuprà Diplomata Pipini R. de anno 763. Caroli M. de 775. Ludovici Imp. an. 826.

LXXX.

PRÆCEPTUM

Quod

842. *vi. Nov.*

LOTHARIUS IMP.

fieri juſſit de rebus Richardi per Bivinum traditis Monaſterio Prumienſi.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 101.

IN nomine Domini Jeſu Chriſti Dei æterni. Hlotarius divina ordinante clementia imperator auguſtus. Si petitionibus ſervorum Dei in quibuslibet neceſſitatibus libenter aurem accommodamus, id nobis procul dubio ad æternam beatitudinem pertinere confidimus. Idcirco notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris, tam præſentibus quam futuris, quia vir venerabilis Marcuardus abba ex monaſterio Prumia, quod eſt ſitum in finibus Arduennæ, conſtructum in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, miſſa petitione per Reinhardum præpoſitum, & Gerungum monachum alioſque fratres ejusdem mooaſterii, innotuit (a) celſitudini noſtræ, qualiter (a) Richardus quondam comes illuſter pro remedio animæ ſuæ res ſuas proprias ad jam dictum monaſterium per Bivinum fratrem ſuum & Gerardum & Baſinum, qui & Tancradus, comites tradere feciſſet. Et non ſolum res ex qualibet legali adquiſitione advenientes, verum (b) etiam & quamdam (b) villam in pago Arduennenſi ſitam, quæ dicitur Villantia, cum ſua integritate, quam piæ memoriæ domnus & genitor noſter Hludovicus imperator per præceptum largitionis ſuæ eidem Richardo confirmaverat, noſtramque manſuetudinem petierunt humiliter, ut ſuper eandem traditionem noſtræ auctoritatis præceptum fieri juberemus. Quorum petitionibus propter nomen Domini, ejusdemque Richardi animæ remunerationem denegare noluimus, ſed ſicut petierunt, libenter & præſentes, & futuri ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtri fideles in omnibus nos confirmaſſe cognoſcant. Quapropter hoc præceptum noſtrum eis fieri libuit, per quod cunctis fidelibus noſtris jubemus atque præcipimus, ut nullus de jam dictis rebus in futurum memorato abbati Macuardo ejusdemque monaſterii rectoribus vel miniſtris deinceps ullam commotionem aut contrarietatem vel aliquam calumniam præſumat inferre, ſed potius ſecundum ejus diſpoſitionem ac largitionem ejus, ut diximus, miniſtri eorum quicquid ex eisdem rebus pro utilitate jam fatæ eccleſiæ diſponere & ordinare voluerint, liberam & firmiſſimam in omnibus habeant poteſtatem faciendi quidquid elegerint. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum inconvulſam & ſtabilem futuris temporibus obtineat firmitatem, manu propria ſubterfirmavimus, anulique noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum Hlotarii ſereniſſimi imperatoris. Firmandus notarius ad vicem Ailemari recognovit. Data II. id. Novembris, anno Chriſto propitio regni domni Hlotarii in Italia XXII. & in Francia imperii III. indict. V. Actum Theodonis palatio regio, in Dei nomine feliciter. amen.

LXXXI LO-

NOTÆ.

(a) *Richardus quondam Comes illuſter.*] Hujus Richardi meminit Theganus *in vita Ludovici Pii Cap. 47.* ubi vocatur *Richardus perfidus.* Meminit & ejusdem Præceptum Ludovici Imp. apud Martene *h. l. p. 97.* his verbis: *Richardo, tunc temporis Oſtiario noſtro, conceſſeramus ad propriam quamdam villam noſtram in Arduenna ſitam, cujus vocabulum eſt Villancia; ſed quia emergentibus malis, obhortis contra nos factionibus, in noſtram regnum & honorem quidam malevoli conſpiraverunt, & ejusdem partis memoratus Richardus fautor extiterat, atque cum filio noſtro Hlothario, relictis nobis abſceſſerat, eadem villa fiſco noſtro ſociata: nunc autem, quia miſerante Domino, idem Hlotharius filius noſter una cum ſuis ad noſtram præſentiam atque concordiam & unanimitatem humiliter properavit.* &c.

(b) *Villam, quæ dicitur Villantia.*] Hanc, antè fiſco addictam, Ludovicus Imp., facta cum filio Lothario reconciliatione, Richardo Comiti & Oſtiario reſtituit.

LXXXI.

LOTHARIUS

IMPERATOR

844.
17. *Febr.*

Fulcardo Bettingam cum omni jure concedit, quæ poſtea facta fuit Monaſterii S. Maximini.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Hlotharius divina ordinante providentia imperator auguſtus. Dignum eſt, ut imperialis majeſtas procerum ſuorum rationabilibus precibus aurem ſuæ pietatis accommodet & ad effectum perducar, quatenus in ſuis ſemper obſequiis eorum animos reddat efficaciores. Igitur omnium fidelium ſanctæ Dei Eccleſiæ ac noſtrorum, præſentium ſcilicet ac futurorum, comperiat induſtria, quia (*a*) Madfridus fidelis miniſterialis noſter ad noſtram accedens majeſtatem deprecatus eſt, ur cuidam fideli noſtro Fulcardo nomine quasdam res noſtræ proprietatis in pago Eiflenſe conſiſtentes concederemus ad proprium. Cujus petitionem propter ſuæ fidelitatis meritum libenter acquieſcentes, hos excellentiæ noſtræ apices decrevimus fieri, per quos in memorato pago in villa, quæ (*b*) Bettinga nominatur, jam fato Fulcardo (*c*) manſum indominicatum unum, ad quem pertinere noſcuntur alii manſi VIII. quos ipſe prius beneficiario poſſedit munere cum eorum pertinentiis, ſcilicet eum eccleſia, domibus cæterisque ædificiis, terris, cultis vel incultis, ſylvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, molendinum, exitibus & regreſſibus, mancipiis utriusque ſexus & ætatis, ad eos pertinentibus, nec non & cum reliquis appendiciis concedimus ad proprium, & de noſtro jure in jus ac dominationem illius transfundimus, ita videlicet ab hodierna die & deinceps ex eis facere, ordinare atque diſponere voluerit, liberam in omnibus habeat poteſtatem, ſicut & de reliquis hæreditatis ſuæ rebus, ita dontaxat in noſtra inviolabilirer perſeverans fidelitate. Et ut hæc noſtræ largitionis autoritas firmior habeatur, manu propria noſtra ſubterfirmavimus, & annuli impreſſione adſignari juſſimus noſtri.

Hrodmundus notarius ad vicem Hilduini recognovi. Et data XIII. kal. Mart. anno Chriſto propirio imperii domini Lotharii pii imperatoris in Italia XXV. & in Francia III. indict. VIII. actum Aquisgrani palatio. In Dei nomine felicirer amen.

LXXXII. LO-

NOTÆ.

(*a*) *Madfridus fidelis miniſterialis noſter.*] De eo tabulæ Lotharii apud Doublet *Antiq. D. Dionyſii Lib. III.* C. 8. & Joannes PP. VIII. *Epiſt.* 39. apud Sirmondum *Tom. II. Concil. Gall. ad ann.* 862.

(*b*) *Bettinga*] *Bettingen* vicus eſt, Toparchiâ & arce nobilis, in Eiflienſi agro. Venit autem villa deinde ad monaſterium S. Maximini.

(*c*) *Manſum indominicatum.*] Indominicatum hic pro proprio ſeu allodio ſumitur, prout opponitur feudo; eâdem notione, qua in Charta Caroli Calvi pro monaſterio S Germani Pariſien. apud du Freſne in *Gloſſar. Verb. Dominicum. Tom. II. col.* 176. dicitur: *Sive ſint indominicati, ſive ſint in beneficium quibuslibet dati.*

LXXXII.

LOTHARIUS
IMPERATOR

844. *Ap. Maij.* Prumienſibus concedit exemptionem ab omnibus theloneis.

Kauff Defenſ. Prumien. p. 59.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Lotharius, divinâ ordinante providentiâ, Imperator Auguſtus.

Omnibus igitur epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, vicariis, centenariis, accionariis, vel omnibus rempublicam adminiſtrantibus notum ſit: quia Marcuardus venerabilis abba ex monaſterio Prumia, quod eſt conſtructum in honore ſancti Salvatoris, veniens in noſtram præſentiam oſtendit nobis auctoritates, præceptiones conſcriptas atque roboratas a piiſſimo ac ſereniſſimo avo noſtro Carolo & præſtantiſſimæ memoriæ domino, & genitore noſtro Ludovico imperatoribus auguſtis, in quibus continebatur, ut ubicumque in eorum imperio pro utilitate, vel ſtipendiis monachorum ibidem Deo famulantium miſſi illorum in quamcunque partem negotiandi gratia, ſive cum navibus, aut cum carris, vel (*a*) ſadmariis, abiiſſent, nemo telonium ab illis exigere præſumeret: petiit ergo jam dictus venerabilis abba, ut in amore, & reverentia ipſius præclariſſimi loci noſtram auctoritatem ſuperadderemus, firmitatis gratia. Cujus precibus ob reverentiam ipſius placuit nobis pietati veſtræ libenter aurem accommodare, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum jam dictis fratribus fieri, per quod jubemus, modiſque omnibus decernimus, ut neque nos, neque juniores, vel ſucceſſores noſtri, vel qualibet ulla poteſtas judiciaria, illis aut hominibus eorum, qui pro neceſſitate, vel utilitate ipſorum diſcurrunt, nullum telonium, (*b*) nec rotaticum, nec pontaticum, nec pulveraticum, nec ſalutaticum, nec ceſpitaticum, nec ripaticum, neque trabaticum, ſeu neque portaticum exigere aut exactare præſumat: ſed, ſicut diximus, liceat eis per imperium a Deo nobis collatum ſecure ac quiete, abſque alicujus contrarietate, abire vel redire, ad quemcunque locum ipſi vel miſſi illorum acceſſum habuerint, per nos defenſi, atque tuti permaneant. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per tempora labentia ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ, & noſtris diligentius conſervetur, de annulo noſtro ſubterjuſſimus ſigillari. Signum Lotharii glorioſiſſimi auguſti. Rodmondus ad vicem Hilduini recognovi. Data octava kalend. Junii anno Chriſto propitio imperii domini Lotharii piiſſimi Imperatoris in Italia XXV. in Dei nomine feliciter. amen.

L. R.

LXXXIII. PRÆ-

N O T Æ.

(*a*) *Sadmariis.*] In privilegio Caroli Calvi de anno 864. ſcribitur *ſamariis*; id eſt, equis vel jumentis onera portantibus.

(*b*) *Nec rotaticum, nec pontaticum, nec pulveraticum, nec ſalutaticum, nec ceſpitaticum, nec ripaticum, neque trabaticum, ſeu neque portaticum.*] Tot titulos ærarii ex vectigali augendi vix ſubſecuta tempora noverunt. Vid. Klockius *de Ærario Lib. II. Cap. 74. & ſeqq.*

LXXXIV.

LUPUS ABBAS FERRARIENSIS

invitat

Circa 847.

MARCWARDUM
ABBATEM PRUMIENSEM,

ut ad comitatum Regis veniat.

Biblioth. Patrum *Tom. IX. pag.* 844. *Epiſt.* 55.

DEſiderabili maximaque veneratione ſuſpiciendo Marcuuado Lupus ſalutem. Nithadi adventus ad Sylvacum, quo me monaſterii neceſſitas traxerat, vehementer me lætificavit, cujus præſentia factum eſt, ut hæ literæ veſtræ paternitati redderentur, cum vos eſſe ſoſpites, & (*a*) communem filium Egilem ex validiſſima infirmitate, opitulante favore divino, revaluiſſe oſtendit. Tantam ſiquidem expertus ſum veſtram benevolentiam & liberalitatem, ut nemini, quam vobis me majorem debere ſentiam devotionem. Verum quanquam temporis malitia obſteterit, ne poſſem hactenus obſequiis pandere, quod merito concupiſco, bonitate veſtra præfiſus audeo ſupplicare, ne ad regem noſtrum venire gravemini, quia & res forſitan recuperare poteritis, & nobis in recipienda cella ſancti Judoci prodeſſe plurimum, ſuper qua & vobis jam & mihi ſæpiſſime & Ludovico nuperrimè tam ſerio promiſit, ut ſe adeſſe dignemini, dilationis nullum poſſit invenire perfugium, ita & rei diſcrimine terrebitur, quod & peregrinis, nobisque monachis, a ſuo patre & matre relicta ſtipendia ſuſtulit & pro miſſarum ſuarum ſerie conſtringetur, ut ſaltem tunc faciat, quod olim ſe facturum ſpopondit. Pridie kalend. Decembris ad comitatum acceſſi, & (*b*) ingentibus diſpendiis atque laboribus cum rege verſor, aſſidue ſpes meas differente propter abſentiam, ut fatetur (*c*) Odulfi, qui languere dicitur, nec tam periculosè, ut vel admonitus corrigatur, quod optaremus, nec tam graviter, ut moriatur, quod propter ejus certiſſimam damnationem doleremus. Properate itaque, ut quoniam propiores aliquantulum facti ſumus, poſt tanta ſpatia deſideratis refovear alloquiis, & veſtro annisu, auctis ex divina gratia liberer angoribus: tales quoque noſtris eſtote pueris, quales non modo noſtris, verum etiam vulgo fuiſtis, omnibus paternitatem veſtram piè quærentibus. Exiguitatis meæ nomine chariſſimum Egilem & reliquos omnes fratres dignamini ſalutare. Laborioſiſſimum difficillimo tempore negotium, præſertim nihil meritus, vobis imponere haud quaquam præſumpſiſſem, niſi quod rex noſter vos ad colloquium invitaret, comperiſſem, adeo ut mihi quoque hoc tempore præceperit, ut, ſi forte ad monaſterium noſtrum accederetis, ad ſe vos deducendos curarem. Licentiam imperraturi inter alia commode imperatori ſuggerere poſſetis, a me fratribusque noſtris, qui pro eo ſemper oremus, vos precibus fatigari, ut (*d*) quoniam de loco noſtro ſitis, a quo vos corpore duntaxat eccleſiaſtica utilitas abduxerit, isque diminutione facultatum vehementer attenuetur, atque religioni paupertas impedimento ſit, interceſſionis opem inſtaurationi ejus impenſiſſimo ſtudio conferatis. Vale domine paterque chariſſime, Lupique tui ſemper benigne memineris.

TEUT-

N O T Æ.

(*a*) *Communem filium Egilem.*] Vid. dipl. Lotharii de 25. Febr. 853. & ibi *not. a.*

(*b*) *Ingentibus diſpendiis.*] Cum comitatu enim, eóque non vulgari, etiam Abbates Regis curiam ſequebantur. Conf. Epiſtolam Lupi de an. 849. *not. c.*

(*c*) *Odulfi.*] Hunc Eckhard *Rer. Francic. Tom. II. Lib. XXX. n.* 61. non diverſum facit ab Audulfo, filio Audulfi, Bojariæ poſt Geroldum olim Præfecti, ſeu Miſſi regii primarii. Huic à Rege in beneficium data fuerat S. Jodoci Cella maritima, ad oſtium Cantii, inter Stapulas & Montrolium urbes poſita; quam deinde (forè Marcvvardi ope) Ferrarienſi monaſterio reſtitutam lætatur in Epiſtolis Lupus.

(*d*) *Quoniam de loco noſtro ſitis.*] Videtur igitur Marcvvardus in Ferrarienſi Cœnobio profeſſus. Ferraria eſt monaſterium Galliæ, in diœceſi Seoonum, quod Bethlehemiticum etiam appellatur; quatuor tantùm milliaribus diſtans à Montargi oppido, ſito in Lugdunenſi via ad Lupam amnem, qui in Sequanam influit.

TEUTGAUDUS ARCHIEPISCOPUS.

LXXXV.

849. LUPI ABBATIS FERRARIENSIS *EPISTOLA*

Ad

MARCWARDUM Abbatem & EGILEM Monachum Prumien. de recipiendo monacho lapſo.

(a) Biblioth. Patrum Tom. IX. pag. 855. Epiſt. 105.

CAriſſimis ſuis (a) Marcvvardo & Eigili Lupus plurimam ſalutem. Octavo idus Auguſti literas veſtras accepi, cum eſſem in Faræ monaſterio, (b) proficiſcens ad generale placitum, quod rex noſter indixerat futurum ſexto idus prædicti menſis. Quia itaque (c) quatuor mecum tantummodo fratres habebam & cæterorum voluntatem plene ſcire non poteram (& mira nimirum res contigerat, qood ſcilicet in monaſterio noſtro edocatus, poſtquam divinam educationem aſſidue audierat, nullam perſecutionem paſſus, matura ætate non eremum expetierat, ſed proprio relicto habitu dignitatem ſæcularem, quod diu meditatus & confeſſus plurimis fuerat, locraturus abierat, ſimilibus paria facturis felix iter paraturus, & nunc ad ſuggeſtionem veſtram propoſito mutato ad Deum reverti velle ſcribebatur a vobis) ſanctitati veſtræ notum facio, veræ illius converſioni, ſi contigerit, me valde gratulaturum, & quæcunque in me commiſit, pœnitenti ex animo dimiſſurum. Vos, dum a placito regredior, quod propter Deum cœpiſtis, inſtanter elaborate perficere, videlicet, ut integre ad Deum revertatur, & ſuam culpam in aliom deinceps transfundere non nitatur. Temperantiæ ſtudeat, conſpirationes non repetat, murmorum auctor nec particeps exſiſtat, ſeditiones non faciat, nec foveat: ſed qoietem & ipſe habeat, & alios habere permittat; & generaliter juxta Dei præceptum, declinet a malo & faciat bonum: & in diebus noſtris in loco noſtro nihil patietur, unde juſte queratur. Mox autem, ut rediero, faventе Dei gratia, (d) ot veſtræ ſuggeſtioni fratres pareant, elaborare contendam, illorumque conſenſum ſanctitati veſtræ literis exprimam, & domino imperatori, cui propter ſingularem & ubique divulgatam pietatem devotiſſimi ſumus, digno reſcripto ſatisfacere curabimus. Benigne memorem noſtri ſanctitatem veſtram feliciſſimeque optamus, unice ſingulariterque nobis patres dilecti.

LXXXVI. LO-

NOTÆ.

(a) *Marcvvardo & Eigili.*] Annus 853. è vivis abſtulit *Marcvvardum* Abbatem, cui ſuffectus eſt *Eigil*, ùt Rhegino in Chronico annotavit. Quo menſe Marcvvardus deceſſerit, non additur. Nonnemo obitûs ejus diem in III. kal. Martii refert; ſed minùs accuratè, eò quòd Tabulæ proximè ſequentes de 25. Febr, an. 853. jam ad inſtantiam Eigilis Abbatis impetratæ ſint.

(b) *Proficiſcens ad generale placitum.*] Cùm locus indictus ad placitum, cui Lupus VI. Idus ſe ſiſtere debebat, quando VIII. Idus ejuſdem menſis adhuc erat in Faræ-Monaſterio Briegienſi, non multùm ab eodem Cœnobio abeſſe potuit. Hinc Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. III. Lib. XXXIV. n.* 58. conjicit, fuiſſe ſynodum apud Wermeriam palat. menſe Auguſto anni 853. habitam, apud Baluzium *Capit. Reg. Franc. Tom. II. p.* 57. Sed, ùt dixi, tum Marcvvardus jam obierat. Quia autem Lotharius Imp. menſe Auguſto anni 849. in Rumarici-monte (*Remiremont*) placitum habuit, in quo fundationem monaſterii Grandis-vallis approbat, de quo Tabulæ exſtant apud Herrgott *Orig. Habſp. Tom. II. p.* 28. datæ *VIII. kal. Sept. an. Imperii Hlotharii Imp. in Italia XXX. & in Francia X. Indict. XII. Actum Romarici monte in palatio publico.* Sic de hoc placito Lupum intelligendum putem; quo etiam de cauſa ejus Epiſtolam ad hunc annum refero.

(c) *Quatuor mecum tantummodo fratres habebam.*] Non ſine comitatu, monachorum etiam, ad placita ibant Abbates.

(d) *Ut veſtræ ſuggeſtioni fratres pareant, elaborare contendam.*] Unde colligit Mabillonius *l. cit.* Abbatem, ad recipiendum apoſtatam communem monachorum ſuorum conſenſum prærequiſiviſſe. Conſenſere autem monachi in receptionem apoſtatæ, uti patet ex Lupi *Epiſt.* 108. & 109. quarum illa eſt ad Lotharium Imp., hæc ad Marcvvardum Abbatem. In illa hoc notatu dignum, *quod ſacra*, inquit, *veſtra ſignificabant, ut, reſumpto habitu, in officio condendarum epiſtolarum perſeveraret, nec vos decebat, & nobis conſentire erat impoſſibile; quoniam propoſitum noſtrum vix mediocriter intra clauſtra monaſterii cuſtoditur, nedum inter tumultus mundanos à quolibet, præſertim non ſatis cauto valeat adimpleri.*

LXXXVI.

LOTHARIUS IMPERATOR

853. 25. *Febr.*

Prumienſi Monaſterio ad petitionem Egilis Abbatis quædam prædia concedit in villa Wallemaris.

Martene *Coll. ampl. T. I. p.* 129.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Hlotharius divina ordinante providentia imperator auguſtus. Si utilitatibus eccleſiarum Dei ſtudioſius providentiam adhibemus, & in his quæ Deo cara ſunt, vitam noſtram extendere, & actus noſtros ad placendum illi informare cupimus, ejusque eccleſiam honorare, & in ſublime ferre omni conamine quærimus, morem ſequimur regum piiſſimorum, idque ad emolumentum animæ noſtræ prodeſſe minime ambigimus. Proinde omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque præſentium ſcilicet & futurorum, noverit univerſitas, quia (a) Egil Prumiacenſis monaſterii, in honore S. Salvatoris dicati, abba noſtræ benignitatis ſuppliciter deprecatus eſt clementiam, ut ad eumdem cœnobium quasdam res fiſci noſtri conſiſtentes in Atduenna, quas quondam Hrotmarus comes, & poſtea filius ejus Altmarus habuerunt, ſitas videlicet in pago Coraſco in * Wallemaris - villa, non longe ab ipſo monaſterio, manſi ſcilicet ſeptem & dimidium cum omnibus ibidem pertinentibus, ſolerti pietatis noſtræ ſtudio concederemus. Cujus digniſſimæ poſtulationi ob meritum devotionis ſuæ libenter aſſenſum præbentes, & erga præfatum cœnobium more prædeceſſorum noſtrorum ſpecialem dilectionem ſervantes, pro amore Dei ac reverentia ejusdem ſanctuarii, ſive ut preces inibi quotidie Deo ſervientium nobis proficiant ad ſalutem, hos eminentiæ noſtræ apices fieri cenſuimus, per quos ſupradictas res, id eſt manſos ſeptem & dimidium cum terris cultis & incultis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquarumve decurſibus, exitibus & regreſſibus, nec non & mancipiis utriusque ſexus, & univerſis ibidem pertinentibus, ad partem memorati monaſterii jure perpetuo ſub integritate conceſſimus, atque de noſtro jure in jus ac dominationem ipſius ſanctuarii revocavimus: illud procul dubio ſtatuentes, ut ab hac die & deinceps in futuro tam præfatus abba, quam ſucceſſores illius, ſeu quilibet advocatus ipſius cœnobii, ob utilitatem ſervorum Dei ibidem Deo militantium, per hoc noſtræ benignæ largitionis præceptum, faciat exinde perpetualiter, quidquid juſte & rationabiliter elegerit vel voluerit, absque cujuslibet duntaxat repetitione, ſeu qualibet injuſta contrarietate. Et ut hæc noſtræ conceſſionis ſeu largitionis auctoritas rata ac ſtabilis per futura maneat tempora, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus. Signum Hlotharii ſereniſſimi auguſti. Hrothmundus notarius ad vicem Hilduini recognovit. Data V. kalend. Martii, anno Chriſto propitio imperii domni Hlotharii glorioſiſſimi Imperatoris in Italia XXXIV. & in Francia XIV. indict. I. Actum Leodico vico publico in Dei nomine feliciter. amen.

* Wallmersheim.

LXXXVII. ER-

N O T A.

(a) *Egil Prumiacenſis monaſterii Abba.*] Egilem Lupo Abbati Ferrarienſi & Marcvvardo Prumienſi perquam familiarem fuiſſe, patet ex pluribus illius Epiſtolis, in quibus illum, ùt *communem filium*, paſſim ſalutat. Suſpicatur Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. III. Lib. XXXIV. n.* 57. eum primo in Ferrarienſi monaſterio religioſæ vitæ nomen dediſſe cum Marcvvardo, dein à Marcvvardo, à Prumienſibus poſtulato Abbate, Promiam pertractum. Eundem, valetudinis causâ cum aliis Ferrarias à Marcvvardo miſſum, tanquam ad ſolum nativum, ùt *dilectiſſimum filium* excepit Lupus, teſte ejus *Epiſtolâ* 70. Pòſt autem abdicatâ præfecturâ Abbatiæ Prumienſis in Flavigniacenſe ſe recepit; ubi deinde Abbas electus eſt, ac tandem Archiepiſcopus Senonenſis. Martene *h. l. p.* 129. *not. a.*

LXXXVII.

ERKANFRIDÆ IN MONASTERIUM S. MAXIMINI LIBERALITAS.

853. 1. *Aprilis.*

Martene *Collect. ampl. T. I. p.* 130.

IN nomine Domini. Pius redemptor noſter omnium utilitati conſulens, inter multa miſericordiæ ſuæ opera, quæ ad remedium humano generi conceſſit, hoc opus eximium cunctis ſtatuit, ut eleemoſynis peccata extinguantur delinquentium, & animæ redimantur pœnitentium, teſtante ipſa autoritate ſacrâ & dicente: Date eleemoſynas, & omnia munda ſunt vobis. Et in alio loco: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Qua autoritate commonita ego Erkanfrida Deo ſacrata pro ereptione animæ (*a*) ſenioris mei Nithbaldi & meæ trado, traditumque in perpetuum eſſe volo, ad monaſterium S. Maximini, ubi ſanctus corpore quieſcit cum reliquis duobus ſancto Agritio & S. Nicetio, qui hinc inde in eadem baſilica ſacra perornant loca, ipſo autem mediam poſſidente, quod ſitum eſt juxta urbem Trevericam in latere ſiniſtro; hæc ſunt res meas, quæ me ex donatione ſupradicti ſenioris mei Nithbaldi contingunt, in pago Wartbrinſe, (*b*) in loco, qui dicitur Mariſch eccleſiam in honore S. Michaelis dicatam, & omnibus appendiciis, id eſt caſam & curtile cum terris dominicalibus, pratis, paſcuis, ſylvam verò tribus in locis, uno, qui vocatur Beringa, altero Hunanesdorffii, tertio, qui vocatur Buſmerberch, molendinum unum, manſos XII. cum his mancipiis: Reginfrit, Wana, Engelswint, Rutswint, Toleram, Milgart, Hudilbert, Bervin, Winilint, Windruch, Ludila, item Milgart, Alduin, Regingart, Williburuch, Ottburuch, Hildegard, Hildiburuch, Reginwiz, Fridaburch, Fidegart, Wildira, Reginwih, Bernvich, Winifrith, Hunsfrith, Oteri, Adalint, Godelint, Reginlint, Thioteri, Adalmut, Ruwala, Herimut, Romanus, Gumbert, Adalgart, Anſteria, Rutilt, Adalfrit, Rada, Buntlint, Lindgart, Eckelint, item Adalfrit, Egil, Hiodil, Trudila, Dunila, Badvin, Wilrich, Milrat, Werinfrit, Gimbert, Martinus, Eckart, Wiclint, Imina, Dagadrint, Madanilt, Hunedrut, Weringart, Gowilut, Richilt, Drutlint, Madalvit, Himmeldrut, Weringa, Edita, Fegelint, Megingart, Doirlich, Frowinlint, Bertrat, item Doirlich, Frigeder, Hercrat, Etlint, Dagafrit, Megnifrit, Winclint, Elvilf, Hagano, Brunihelt, Bodefrit, Ornunc, Engilor, Wernmot, Regart, Ruthilt, Erckenbalt, Lintbalt, ex quibus VII. à jugo ſervitutis ſolutos, ad

ipſam

NOTÆ.

(*a*) *Senioris mei Nithbaldi.*] Nithbaldus in Carta Henrici Archiep. Trev., infrà *ad ann.* 960. referenda, *Comes* vocatur

(*b*) *In loco, qui dicitur Mariſch*] Eſt Mariſcenſis vicus Aliſontiæ amni, quà alteri à Luciliburgo lapide Mambram rivum in familiam accipit, regione uberrima (quæ hodie Merſcherthal dicitur) impoſitus.

LXXXVII.

ipſam eccleſiam cenſuales feci, id eſt Bandradum, Frundulfum, Guderadam, Walmdam, Drudingam, Werimodum, & Danielem. Hæc omnia ſuperius ſcripta ad jam dictum monaſterium trado, atque transfundo, in Dei nomine, ad poſſidendum, ea videlicet ratione, ut annis ſingulis ad feſtivitatem S. Martini ex ipſis rebus, quas trado, opulenta refectio conſtituatur cultoribus ſupradicti loci, quatenus illi quoque ipſo tempore anni in vigiliis & miſſarum celebrationibus libentius recordentur noſtri. Siquis verò, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſa aut aliquis de hæredibus vel propinquis ſenioris mei, vel qualibet oppoſita perſona contra hanc donationem quam ſpontanea voluntate fieri rogavi, venire conaverit, aut eam irrumpere voluerit, imprimitus iram Dei omnipotentis incurrat, ſanctorumque ejus & tantæ hæreditatis & mancipiorum damnum duplicare cogatur, & inſuper coactus inferat ipſi monaſterio auri libras X. argenti pondera XX. quorum nihil evindicare valeat. Si verò futurorum temporum ſeniores vel magiſtri propriis vel alienis uſibus, qualicunque ingenio, ex his quidquam aptaverint, præter ut ſtatuimus, & præter ut ſtatutum, & præter utilitatem fratrum communem, habeant hæredes ſenioris mei, ad quos jure hæreditario pertinet, poteſtatem repetendi totum poſſidendique, & ſuis vindicent uſibus, niſi iterum monachis ſupradictis reſtituatur. Actum Treviris civitate in monaſterio S. Maximini anno ab incarnat. Dom. DCCCLIII. regnante Lothario imperatore auguſto ſub die k. April. præſente (c) Alardo comite & fratribus omnibus coram altari. Ego Erkanfrida Deo ſacrata, quæ hanc donationem ſcribere rogavi, propria manu ſubſcripſi †. (c)

LXXXVIII. PRÆ-

N O T Æ.

(c) *Alardo Comite*] Erat indubiè monaſterii Advocatus; fuit enim ii olim mos, ut in omni re Eccleſiis capiundâ, aut quoquo modo contrahendâ, earum Advocati in rem præſentem venirent. Fortè Alardus hic vel Adalardus fuit idem, qui circa hæc tempora Comes Moſelgewenſis, in Carta Ludovici II. Regis anno 880. Abbatiæ Fuldenſi datâ, apud Eckhart *Rer. Franc. Lib. XXXI. n. 28* ibi: *villam Berge in pago Muſelahgevvi, in Comitatu Adalhardi.*

LXXXVIII.

PRÆCEPTUM LOTHARII IMPERATORIS

853. 3. *Julii.*

De vineis in urbe Trevirenſi, quas Sigefrido conceſſit.

Martene *Collect. ampl. Tom. I. p.* 132.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Hlotharius divina ordinante providentia imperator auguſtus. Si unius fidelis noſtri juſtam & rationabilem petitionem implemus, procul dubio reliquorum fidelium noſtrorum devotionem erga nos promtiorem efficimus. Quapropter noverit omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque, præſentium & futurorum, induſtria, quia
(*a*) (*a*) Adalardus illuſtris comes deprecatus eſt pietatem noſtram, ut cuidam vaſallo ſuo Sigefrido nomine, infra muros Trevericæ urbis duas viniolas,
(*b*) unam ſcilicet, quæ conſiſtit (*b*) ad portam medianam, & aliam apud calidum furnum conjacentem, habentes inter utrasque bunuarium unum, ad proprium concederemus. Cujus precibus ob ſerenitatis devotionem libenter adquieſcentes, has noſtræ ſerenitatis literas fieri decrevimus, per quas memorato Sigefrido prædictas duas viniolas infra præſcriptæ civitatis muros, & in jam dicta loca conſiſtentes, perenniter ad habendum tribuimus, quatinus potiſſima à nobis percepta licentia, faciat de eisdem vineis quidquam elegerit vel voluerit, absque alicujus contradictione. Et ut hæc noſtræ donationis auctoritas rata ac ſtabilis perſeveret, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus. Signum Hlotharii ſereniſſimi auguſti. Rotmundus notarius ad vicem Hilduini recognovi. Data V. nonas Julii anno Chriſto propitio imperii domini Hlotharii pii imperatoris in Italia XXXIIII. & in Francia XIIII. indictione I. Actum Theodonis villa palatio regio, in Dei nomine feliciter. amen.

LXXXIX. PRÆ-

NOTÆ.

(*a*) *Adalardus illuſtris Comes.*] Scilicet Comes urbis Trevirorum. Eckhard *Rer. Francic. Tom. II. Lib. XXX.* §. 101.

(*b*) *Ad portam medianam.*] Qua ad S. Mathiam itur; hodie *porta nova* dicta. Vid. Maſenium *in Addit. ad Annal. Trev. Proparaſc. pag.* 98.

LXXXIX.

PRÆCEPTUM LOTHARII IMP.

854. 10. *Julii.*

de villa Hauvans, Prumienſi Monaſterio conceſſa.

Martene *Tom. I. p.* 133.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Hlotharius, divina ordinante providentia, Imperator Auguſtus.

IMperiali ſatis coogruit excellentiæ, ut dum in hac ærumnali vita ſuperſtes eſſe dignoſcitur, ea, quæ Dei ſunt, omni eonamine, totaque juſtitia quærere, atque perficere ſatagat, eccleſiarumque Dei utilitatibus ſtrenue curam adhibeat. Quod ſi io talibus ſemper ſtudet negotiis, procul dubio æternæ remuneratioois fructum apud pium judicem inde percipere minime ambigit. Proinde cuoctorum fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque, præſentium videlicet & futurorum, magnitudo comperiat, quia cum orationis gratia ad monaſterium Prumiæ, quod in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti dicatum habetur, pervenimus, viſum eſt dignationi noſtræ, dono & largitione rerum noſtrarum ex (*a*) villa Auvannis vocata, (*a*) quæ eſt ſita in pago Hasbannio, eundem ſanctum locum ob emolumentum animæ noſtræ honorare, atque ſublimare. Sed ut noſtra pia devotio, benignaque largitio perenniter maneat inconvulſa, hos eminentiæ noſtræ fieri cenſuimus apices, per quos in prædicto pago Hasbannio memoratam juris noſtri villam, Hauvans vocabulo, cum omnibus ad eam legitimo ordine pertinentibus, vel aſpicientibus, terris ſcilicet cultis & incultis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, exitibus & regreſſibus, nec non & mancipiis utriusque ſexus ibidem pertinentibus, ad præſatum ſanctum ac venerabile ſancti Salvatoris Prumiacen. monaſterium ſolemni more conferimus, & de jure noſtro in jus ac donationem ipſius transfundimus; ita ut præſens familiaris noſter Eigil venerabilis abba ſucceſſoresque ejus eandem villam ſub integritate ad uſus vel ſtipendia fratrum ibidem Deo militantium per futura tempora absque alicujus poteſtatis contradictiooe, vel repetitione, ſeu qualibet refragatione ordineot, atque utiliter diſponant; quatenus pro noſtra liberorumque, ac fidelium noſtrorum incolumitate, totiusque regni noſtri ſtabilitate, univerſa turma monachorum, quæ inibi aſſidue Domino famulare videtur, attentius omnipotentis Dei miſericordiam exorare procuret. Et ut hæc noſtræ ſerenitatis largitio ſinceriſſimaque donatio rata ac ſtabilis futura maneat per tempora, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Sig. Hlotharii ſereniſſimi auguſti. Ercamboldus notarius ad vicem Hilduini recognovi. Data ſexto idus Julii, anno Chriſto propitio imperii domni Hlotharii imperatoris in Italia XXXV. & in Francia XV. indictione ſecunda. Actum (*b*) Manderfeldt palatio regio, (*b*) in Dei nomine feliciter. amen.

XC. LO-

N O T Æ.

(*a*) *Villa Auvannis vocata.*] Hodie *Avans* ad Moſam; de qua nos ad Inſtrumentum diviſionis bonorum Prumienſium an. 1361. *not. b.*

(*b*) *Manderfelds palatio regio.*] Jam ante editam Martenii & Durandi Collectionem documentorum hoc palatium cognitum erat Abbatiæ Prumienſis Priori Knauff, qui *Defenſ. Prumien. pag.* 41. hæc memoriæ reliquit: *Abbatialis Eccleſia ad inſtantiam Caroli M., qui eam magnificentiſſimè perfici curaverat, in titulo Eccleſia aurea inſignita fuit, præſentibus Cardinalibus multis, Archiepiſcopis & Epiſcopis trecentis ſexaginta. Ex quibus unus in itinere, loco de Manderfelds, tunc palatio regio, tribus horis Prumia diſſito mortuus, ſub ipſa tamen dedicatione Eccleſia præſens in ordine comparuit, finitoque dedicationis actu diſparuit, ut habent Annales Prumienſes.*

XC.

LOTHARIUS IMPERATOR

854.

Monaſterio Prumienſi concedit leudem de Gozhelmo interfecto.

Martene *T. I. p.* 136.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Hlotharius divina ordinante providentia imperator auguſtus. Omnibus igitur fidelibus noſtris notum ſit, quia Egil venerabilis abba rectorque monaſterii S. Salvatoris noſtram deprecatus eſt manſuetudinem, ut pro amore Dei & remedio animæ noſtræ ei dimitteremus (*a*) leudem, quem homines quondam noſtri fiſci de Auvans perſolvere debebant pro quodam clerico interfecto nomine Gozelmo; cujus precibus ob ejus reverentiam annuentes, hos celſitudinis noſtræ apices fieri decrevimus, per quos & memoratum debitum, & quicquid ante tempus traditionis præfatæ villæ ad monaſterium S. Salvatoris jam dicti homines ſolvere debebant, in diverſis partibus, totum illi dimittimus, ita ut ab hac die, & in omne tempus nullus judex publicus, neque alia quælibet perſona repetere præſumat præſcriptam leudem & memoratum debitum ab aliquo homine cœnobii S. Salvatoris, ſed neque ab ejus rectoribus, ſcientes a nobis eſſe funditus dimiſſum. Et ut hoc omnibus verius credatur, anuli noſtri impreſſione ſubter juſſimus ſigillari.

XCI. LO-

N O T A.

(*a*) *Leudem.*] Leudes hic eſt compoſitio facta homicidii cauſa. Leg. Sal. *Tit. XXXIX.* & *Tit. XLIV.* §. 16. Leg. Angl. *Tit. VI.* §. 5. Conf. Eckhard *ad Leg. Sal. & Ripuar. pag.* 43.

XCI.

LOTHARIUS IMP.

855. 19. *Sept.*

in Monaſterio Prumienſi ſibi ſepulturam eligit.

Martene Collect. ampl. Tom. I. p. 139.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Hlotharius divina præveniente providentia imperator auguſtus. Satis imperiali congruit excellentiæ, tanto copioſiores votis & exercitiis opifici & exaltatori ſuo laudes grateſque rependere, quanto conſtat præ ceteris eminentiori pollere dignitate, quia tunc ſuperni regni poterit adipiſci hereditatam, ſi loca ſanctorum divino cultui mancipata condignis muneribus ditare & ſublimare ſtuduerit. Proinde omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque, præſentium ſcilicet & futurorum, noverit univerſitas, quia nos pro amore Dei omnipotentis, & animæ noſtræ ſempiterna remuneratione villam juris noſtri, quæ conſiſtit in pago Ribuarienſi, Albiniacum vocabulo, cum omnibus juſte & legaliter ad ſe pertinentibus, monaſterio Prumiacenſi, quod eſt dedicatum in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, (*a*) ubi Domino jubente corpore jacere volumus, ad luminaria concinnanda vel componenda contulimus ac delegamus, quatenus ibi deſerviant atque conſiſtant, ſed pro integra ſoliditate & firmiſſima ſtabilitate hos excellentiæ noſtræ apices fieri cenſuimus, per quos præfatam villam Albiniacum prænominato S. Salvatoris cœnobio ob emolumentum animæ noſtræ, cum univerſis ad ſe pertinentibus, terris videlicet cultis & incultis, vineis, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, exitibus & regreſſibus, nec non & mancipiis utriusque ſexus inibi aſpicientibus, ſicut protulimus, ad luminaria diligentiſſime cuſtodienda & concinnanda, per prolixa annorum curricula tribuimus ac delegamus. Ea namque ſcilicet conditione, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum, filius ſcilicet ac nepos, vel quilibet ex regia dignitate, eandem villam a poteſtate prædicti ſancti loci ſubtrahere præſumat, nec ullus ejuſdem monaſterii rector a prædicto officio eam auferendi, vel cuiquam beneficiendi licentiam habeat. Quodſi quiſpiam, aliqua ductus cupiditate, hoc votum noſtrum ſincerum atque præceptum diſrumpere aut violare conaverit, iram Indignationemque atque offenſam cuncti omnipotentis Dei atque omnium ſanctorum ſe incurrere cognoſcat, & nobis pro opere pio, affectu perfecto, æterna & immarceſſibilis maneat retributio. Hæc vero noſtræ largitionis præceptio, ut per futura tempora ſtabilis ac firma & rata perſeveret, manu propria ſubter eam firmavimus & anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus. Signum Hlotharii ſereniſſimi auguſti. Hercamboldus notarius ad vicem Hilduini recognovit. Data XIII. calend. Octobris, anno Chriſto propitio imperii domni Hlotharii piiſſimi atque ſereniſſimi auguſti in Italia XXXVI. & in Francia XVI. indict. IIII. Actum (*b*) Scolinare palatio regio, in Dei nomine feliciter. amen.

XCII. PRÆ-

N O T Æ.

(*a*) *Ubi Domino jubente corpore jacere volumus.*] Non defunctus tantùm in Prumienſi monaſterio quieſcere voluit Lotharius, ſed vivus jam, morbo tamen correptus, vitámque deſperans, ob peccatum paternæ perſecutionis omnibus renontians, quæ habuit, Monachus ibidem effectus eſt. Rhegino *Lib. II. ad an.* 855. *p.* 42. Annales Fuldenſes, Bertiniani, Chronicon Aquitanicum, Hugo Flaviniacenſis *ad d. ann.* Obiit autem Imperator paulo poſt factam hanc donationem, nempe 29. ejusdem menſis Septembris; uti apparet ex Rheginone & Lotharii Epitaphio, quòd edidit Brovverus *Annal. Trev. Lib. VIII. n.* 117. Adhæreiter *P. I. Annal. Boic. Lib. XI. n.* 13. *p.* 248. quod utique genuinum eſt; licèt aliud legatur apud Baronium *Tom. X. Annal. Eccleſ. ad an.* 855. Jacebat autem Lotharius in medio chori antiquæ eccleſiæ Prumienſis, quæ hoc noſtro ſæculo inde in alium locum, omnino tamen vicinum, ſplendidiſſimo ædificio, tranſlata eſt.

(*b*) *Scolinare palatio regio.*] *Scolinake* legendum, non incongruè putat Eckhard *Rer. Francicar. Lib. XXXI. n.* 1. quod eſſet *Schoneka* caſtrum juris Trevirenſis, ne integro quidem milliari Germanico à Prumia diſtans. Non longè certè remotum hinc Lotharium 19. Septembris fuiſſe, vel ex eo apparet, quòd decem pòſt diebus Prumiæ obierit; ſexto ſcilicet die ab aſſumpta ibidem clericali tonſura.

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I. B b

XCII.

PRÆCEPTUM IMMUNITATIS, Quod

LOTHARIUS REX

fieri juſſit Prumienſi Monaſterio.

856. *21. Febr.*

Martene *Coll. ampl. T. I. p.* 43.

(*a*) IN nomine omnipotentis Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. (*a*) Hlotharius divina præveniente clementia rex. Si petitionibus ſervorum Dei & virorum eccleſiaſticorum benigno ſavore & libenti adipiſcere ſtudemus, easque ad effectum perducere ſatagimus, noſtrorum imitamur veſtigia prædeceſſorum; idque in poſtmodum ad ſubſidium animæ noſtræ pertinere minime ambigimus. Idcirco comperiat omnium fidelium ſanctæ eccleſiæ ac noſtrorum, præſentium videlicet & futurorum, induſtria, quia Egil venerabilis abba & rector monaſterii, cujus vocabulum eſt Prumia, & eſt conſtructum in honore Domini & Salvatotis noſtri Jeſu Chriſti, nec non & beatæ Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, detulit obtutibus noſtris
(*b*) domni & (*b*) genitotis noſtri Hlotharii ſereniſſimi auguſti auctoritatem, io qua continebatur, qualiter patres noſtri Pipinus videlicet & Karolus, & avus noſter Hludovicus, glorioſi imperatores, ſeu & ipſe morem ſequens prædeceſſorum ſuorum, eundem monaſterium non ſolum multiplicibus rebus ditaverint, verum etiam ſub eorum tuitione ſucceſſorum ſuorum conſtituerint, confirmantes, atque præcipientes, ut in villis & rebus prædicti monaſterii nullus judex publicus, abſque ejus juſſione, ad cauſas audiendas, aut freda undique exigenda, vel fidejuſſores tollendos, nec ſcarras vel manſionaticos ſe.i cnnjectos, tam de carrifigio quamque de paraveredis, exigere aut exactare præſumeret: ſed quicquid exinde tam de hominibus francis, quamque & eccleſiaſticis ſeu ſervientibus, qui infra agros vel fines, ſeu ſuper terram præfati cœoobii degere videntur, fiſcus aut freda poterat ſperare, ex eorum indulgentia in luminaribus ipſius cœnobii cederent. Præfatus itaque abba petiit celſitudinem noſtram, ut eamdem auctoritatem noſtra denuo confirmaremus, ipſumque monaſterium cum rebus omnibus & familiis, quæ præſenti tempore per diverſis pagis & territoriis, tam per traditionem prædictorum patrum ſeu & genitoris noſtri Hlotharii auguſti, ſeu ex liberatione liberorum hominum per traditiones, commutationes, venditiones, aut ex qualicunque legali ordine præſcriptum monaſterium tenet vel poſſidet, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci divinæ pietati augeri placuerit, ſub noſtra tuitione atque immunitatis defenſione conſtitueremus. Cujus precibus acquieſcere placuit, & hos noſtros apices imperiales fieri juſſimus, per quam decernimus atque præcipimus, ut quicquid tam ex donatione regum, vel traditione liberorum hominum ad idem monaſterium legibus conlatum eſt, & præſenti tempore legalitet tenet & poſſidet, vel ea, quæ ab hinc in futurum ibidem juſte & legaliter traditum fuerit, perennis temporibus rectores ipſius monaſterii abſque ullius injuſta contrarietate teneant & poſſideant. Inſoper præcipimus, atque per hanc noſtram auctoritatem ſancimus, ut nullus jodex publicus vel quislibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias aut loca vel agros, aut reliquas poſſeſſiones prænominati monaſterii, tam francos, quam eccleſiaſticos vel ſervientes, qui infra agros vel fines ſeu ſuper terram prædicti monaſterii manent, bannum aut heribannum exigere aut exactare præſumat, aut ullas redibitiones vel inlicitas occaſiones quæ-

NOTÆ.

(*a*) *Hlotharius divina præveniente clementia Rex.*] Filius ſecundo-genitus Lotharii Imperatoris. Hic dum regnum cum coma in monaſterio Prumienſi deponere ſtatuiſſet, illud inter tres filios diviſit; inter quos Lotharius noſter, quem juniorem vocant, terras, quæ à Vogaſo ſaltu ad mare Germanicum usque, inter Rhenum, Moſam atque Scaldim ſitæ ſunt, obtinuit. Hæ provinciæ, in quibus & noſtra Treviris, ab hoc Lothario juniore regnum Lotharii, ſeu Lotharienſe appellatæ ſunt. Rhegino *ad an.* 842.

(*b*) *Genitoris noſtri Hlotharii ſereniſſimi Auguſti auctoritatem.*] Eam exhibuimus ad diem 27. Febr. anni 841.

XCII.

quærere, ſed liceat rectoribus præfati monaſterii cum omnibus rebus & mancipiis jure poſſeſſis quieto ordine vivere ac reſidere, quemadmodum jam dicti genitoris noſtri, reliquorum patrum noſtrorum, auctoritatibus, ſeu & in hanc noſtra ... noſtro & ſucceſſorum noſtrorum fideliter parere imperio, qualiter monachis ibi per ſucceſſiones temporum liceat quiete vivere, & Domini miſericordiam pro nobis, conjuge, proleque noſtra adtentius exorare; quidquid etiam de rebus prædicti monaſterii jus fiſci exigere poterat, totum nos pro æterna remuneratione in luminaribus jam dicti monaſterii, & alimonia pauperum, vel ſuſtentatione peregrinorum, in noſtra perennis temporibus concedimus eleemoſyna. Hæc vero auctoritas confirmationis noſtræ, ut per futura tempora inviolabilis atque inconvulſa permaneat, manu propria ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus. Signum Hlotharii glorioſi regis. Ercamboldus notarius recognovit. Data III. idus Februarii, anno Chriſto propicio regni domni noſtri Hlotharii glorioſi regis primo, indict. IIII. Actum Aquisgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. amen.

XCIII.

TEUTGAUDI

860. ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS

EPISTOLA FORMATA

AD

FRANCONEM EPISCOPUM TONGRENSEM.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 155.

IN nomine Patris Π & Filii Τ & Spiritus ſancti Α Π. Π. Τ. Α. Π. DLXI.

(a) (b) REverendiſſimo omnique honore venerando (a) Franconi præſuli (b) Teutgaudus gratia Dei archiepiſcopus perpetuam in Domino ſalutem. DCLX. Noverit fraternitas veſtra, quod hic præſens clericus nomine Hildradus licentiam a nobis petiit, ut ſibi liceret in veſtra parochia manere, ibique ſacerdotali fungi miniſterio, eo quod a noſtra humilitate promotus eſſet ad ſacerdotii gradum, & quia ſenior ipſius duas eccleſias ei dediſſet, quas in Wilitreio jure beneficij tenere videtur, cui non ſolum poſtulata conceſſimus, verum etiam canonicis illum litteris proſecuti ſumus, (c) quas mos latinus formatas vocitare conſuevit, ſicuti veſtra prudentia providere valebit (d) in elementis græcis in principio & in fine epiſtolæ cum ſuis numeris inſertis, & in tota numerorum ſumma ſtatim poſt ſalutationem adfixis. Igitur abſolvimus illum a nobis more canonico, veſtro committentes regimini, ac ſuppliciter flagitantes, ut benigne ſuſceptum permittatis ſuo ordine & gradu in veſtra miniſtrare diœceſi, divinumque canonice celebrare miniſterium, & ſicut cariſſimum ac venerabilem habere dignemini fratrem. Ne autem apices apud vos irriti habeantur, inſpicite canonicum * ſubter annexum.

Π Τ Α. LXXX. CCCC. I. Π. LXXX.
TRLVCI. ΑΜΗΝ. XCVIIII.

* ſubintellige: ſigillum.

XCIV. TEUT-

NOTÆ.

(a) *Franconi Præſuli.*] Qui ex monacho Lobienſi anno 856. factus eſt Epiſcopus Eccleſiæ Tungrenſis, cui præfuit annis 48.

(b) *Teutgaudus.*] Hic Archiepiſcopo Hetti, cujus ex fratre nepos erat, anno 847. ſucceſſit, uti Annales Metenſes ad eundem annum referunt. Annaliſta Saxo, & poſt eum Brovverus, Hetti obitum, & ſubſecutam Thietgaudi promotionem, in annum 851. minùs rectè differunt; quod etiam obſervârunt Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXXIII. n.* 60. & Eckhart *Rer. Francic. Tom. II. Lib. XXX. n.* 55. Errat autem idem Mabillon. dum *cit. Tom. II. Lib. XXX. n.* 8. Theudgaudum Archiepiſcopum, cum alio Theudgaudo Abbate Epternacenſi, qui teſte Bertelio *Hiſt. Luxemb. p. m.* 162 anno 832. defunctus eſt, confundit.

(c) *Quas mos latinus formatas vocitare conſuevit.*] Formatas appellabant à forma ſeu τύπῳ, id eſt ſigillo. Mabillonius *de Re Diplom. Lib. II. C.* 15. *n.* 1. Concilium Cabilonenſe II. anno 813 præſcripſit *Cap.* 41. ut Presbyter ad alium migrans locum literas habeat, *in quibus ſint nomina Epiſcopi & Civitatis plumbo munita.*

(d) *In elementis Græcis.*] Nicæni Patres, qui Formatarum uſum potiſſimùm induxerunt, Græcorum elementorum adjectione de *Steganographia* cogitâſſe videntur; ne fingerent ſupponerentque illas infideles. Adde epiſtolam ſequentem, nec non Formatam Ratbodi de an. 906. Quòd autem Græca elementa ſint, facilè perſuadet, ipſum inſtitutum Græcæ Eccleſiæ tribuendum eſſe.

XCIV.

TEUTGAUDI

ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS

Circa 860.

EPISTOLA GENERALIS

AD

CAROLUM CALVUM REGEM,

Epiſcopos & alios univerſos, pro Hegilone Presbytero ad Sanctorum loca peregrinante.

Harduini *Collectio Concilior. Tom. V. p.* 1455.

GLorioſiſſimo & a Deo coronato magno & pacifico regi Karolo, & omnibus beatiſſimis præſulibus, ceterisque in gradibos eccleſiaſticis ordinatis, & univerſis in regno ejus ſæcularem adminiſtrantibus dignitatem, ſeu cunctis fidelibus Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum diligentibus, Teotgaudus humillimus Trevirorum archiepiſcopus plenam pacem, & perpetui gaudii optabilem implorat ſalutem. Quia ſæpe fieri ſolet, ut magni viri, ſumma religionis arce conſpicui, virtutum robore prævalidi, armis juſtitiæ accincti, caſtitatis candore inſigniti, ſapientiæ decore præfulgidi, migrandi de ſuis locis concipiant amorem, quo per talem occaſionem humanam poſſint ſubterfugere laudem, & minoris meriti æſtimentur ab extraneis, qui granditer honorificabantur a nobis. Plurima quippe ſunt iſtiuſmodi occaſionis veteris & novi teſtamenti hortamenta, & evidentiſſima præ ocolis documenta; quæ vobis, quia ſatis agnita eſſe non ambiguimus, opportunius ea præterimus. Hac igitur feliciſſima conſuetudine & ſaluberrima doctrina commonitus quidam frater nobis chariſſimos, & cunctis benevolentibos nomine Hegilo, qui diœceſanus noſter erat, in noſtra videlicet diœceſi nutritus & tonſus, ſacroque dogmate ſanctarum ſcripturarum pleniſſime eruditus & honeſtiſſimè converſatus, atque in eccleſia nobis commiſſa ad ſacerdotii dignitatem fuerat promotus, licentiam a nobis petiit, ut more canonico abſolutione ſuſcepta, & largita ſibi benedictiooe tutius atque ſecurius loca ſanctorum viſitare, & ad veſtram præſentiam liberius ac familiarius accedere valeret, ad quemcunque ex vobis illum itineris varietas perduxiſſet. Itaque nos petitioni ejus aſſenſum tribuentes, & venerationi illius conſentientes, acquievimus conſentiendo, quod ſecuodum Deum deſiderare videbatur. Quocirca ſuppliciter deprecamur, & obnixe depoſcimus humanitatem veſtram, ut hooorabiliter ſuſceptum, ſicut Dei templum, & habitaculum Spiritus ſancti, veluti manſionem ſanctæ Trinitatis, quemadmodum pretioſiſſimum membrum Chriſti, ſicuti auctum dono & largitate ſeptiformis gratiæ Dei, quocuoque perveoerit, ſive modico, ſeu largiori ſpatio apud vos moratorus, benigne tractetis, humane exhibeatis: ut Chriſtum in eo ſuſcipientes, prout rogamus, fideliter pro illo, meritum monificentiæ veſtræ acquiratis æternaliter. Denique cum propter memorabilem juſtificationom ipſius prærogativam has vobis pacificas literas porrigere decerneremos, operæ pretium fore arbitrati ſumus, ut græca quoque elementa ex nomine Patris Π. & Filii Υ. & Spiritus ſancti Α. primam quoque literam ex nomine B. Petri apoſtoli Π. & Amen in fioe inſereremus, cum literis oihilo minus græcis ſummam illarum demonſtrantibus ϘΞΑ. ut per hoc vobis evidentius luceret honorificentia ejus quem exoramus, præfixis apicibus ſanctæ Trinitatis; ut ſacroſancta Trinitas illum ubiqoe conſervet, muniat, atque defendat, intercedeote beato Petro apoſtolo. ΑΜΗΝ verò in extremo apponere ſtuduimus, optantes, ut iter illius ſalubriter dirigatur, oculis divinæ majeſtatis efficiatur acceptabile, receptibile ſanctis, & memorabile in æternum, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Hac ratione io hac epiſtola græca elementa poſuimus, non ut canoni-

cam

XCIV.

eam formatam formaremus, ſed ut eidem jam intimato Hegiloni proſpera per elementa indita precaremur: Valete. Dextera Dei Patris, per quem facta ſunt ſæcula, religionem veſtram tueatur, & bonam impleat voluntatem juxta deſiderium veſtrum, omnes fideles & cuncti beatiſſimi fratres cum rege Karolo, a Rege omnium regum pro magnis meritis in perpetuum coronandi. amen. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Numerorum, qui in Formatis obſervantur, alii omnibus *communes* ſunt, qui ſiunt ex primis literis Patris, Filii, Spiritus ſancti, & Petri: nimirum ex literis Π. Υ. Α. Π. quibus numeri reſpondent XXC CCCC I. XXC. atque in omnibus literis AMHN. Quarum numeri ſunt I. XL. VIII. L. id eſt XCIX. totalis verò ſumma DCLX. Atque hic idem numerus 660. omnibus Formatis communis eſt. *Proprius* autem cujusque numerus ducitur primò ex prima litera ſcribentis, deinde ejus cui ſcribitur, tertiò accipientis, quartò civitatis de qua ſcribitur; quibus additur Indictionis nota. Inde fit, ut in ſingulis exſtat diverſa numerorum ſumma. Hos autem numeros quævis Græca litera indicat: α 1. β 2. γ 3. δ 4. ε 5. ς 6. ζ 7. η 8. θ 9. ι 10. κ 20. λ 30. μ 40. ν 50. ξ 60. ο 70. π 80. ϟ 90. ρ 100. σ 200. τ 300. υ 400. φ 500. χ 600. ψ 700. ω 800. ϡ 900.

In præſenti autem epiſtola *communium* tantùm ſumma, neque illa quidem integra, Græcis literis expreſſa eſt; ΦΞΑ enim DLXI indicant, quibus adjicienda erant XCIX, quæ in AMHN continentur, ut fieret integra ſumma DCLX.

XCV.

861. # NICOLAUS I. PAPA

THIETGAUDUM Archiepiſcopum Trevirenſem & Clerum abſolvit à juramento.

Gratianus Cauſa 15. Q. 6. C. 2.

AUctoritatem venerabilium prædeceſſorum noſtrorum ſecuti, & nominatim beatiſſimi papæ & martyris Alexandri quinti à beato Petro, ab omnibus juramentis, & cujuscunque modi obligationibus, quibus illi ſe ſe, coacti violentia impiorum, obligaverunt, abſolvimus; & ne illa ſerventur, vetuimus, tam præfatum archiepiſcopum Trevirenſem, quam ejus præpoſitum, & omnes, qui tunc temporis capti, ſe illis quoquo modo obligaverunt, neque ullam eos proinde infamiam, aut calumniam, aut à ſuis bonis ſequeſtrationem unquam, autore Deo & ſanctis Apoſtolis, & noſtris prædeceſſoribus ſuſtinere permittimus; ſicut per prophetam Dominus dicit: Diſſolve colligationes impietatis. Quin etiam præfato fratri noſtro, filiisque Trevirenſis eccleſiæ, illiusque defenſoribus hæc in mandatis damus, ut ſpirituali ſimul & materiali gladio tam diu malignos illos, illorumque fautores inſequantur, quousque cum integritate poſſeſſiones vel quæcunque res eccleſiaſticæ, hoc facto, vel quocunque pacto diſtractæ, ſeu direptæ ſunt, revocentur. (*a*) (*a*)

XCVI. LO-

N O T A.

(*a*) Civilium bellorum motibus, & deprædatorum injuriâ, adactus Thiedgaudus unà cum Clero ſuo juratâ fide, gravi metu extortâ, ſeſe hoſtibus devinxerat. Brovver. *Annal. Trev. Lib. VIII. n.* 124. A cujus juramenti vinculo eos ſolvit Nicolaus Pont. præſenti ad Epiſcopos Galliæ directa Decretali, quam Decreto ſuo inſeruit Gratianus *Cauſ.* 15. *Quæſt.* 6. C. 2. Quanto autem, eo tempore, his in partibus, in motu fuerint rapinæ & deprædationes, ex eo facilè colligitur, quòd in conventu, quem anno 860. Confluentiæ habuére Reges Carolus Calvus & Ludovicus Germanicus fratres, eorumque nepos Lotharius, inter reliqua hæc ſancita fuerunt: *Volumus, ut Eccleſia & caſa Dei, ut Epiſcopi & Dei homines, clerici & monachi, & nonnæ tale mandiburdium & honorem habeant, ſicut tempore noſtrorum anteceſſorum habuerunt ...... Sed de iſtis rapinis, & deprædationibus, quas jam quaſi pro lege multi per conſuetudinem tenent, ab hoc die & deinceps de Dei banno & noſtro bannimus, ut nemo hoc amplius præſumat; ſed unusquisque intra patriam cum pace & ſine oppreſſione pauperum, & circummanentium conſiſtat, & in hoſtem, & ad placitum, ſed ad cortem veniens de ſuo Sicuvarinnes, & de domo ſua moveat, ut cum pace venire, & nobiſcum ſtare, & ad domum ſuam redire poſſit.*

XCVI.

LOTHARIUS REX

ABBATIÆ PRUMIENSI

861.
18. *Julii.*

concedit mercatum & monetam in Romari - villâ.

Martene Colleſt. ampl. T. I. p. 158.

IN nomine omnipotentis Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, Hlotharius divina præveniente clementia rex. Si utilitatibus eccleſiarum Dei ſtudioſius providentiam adhibemus, morem exequimur piiſſimorum regum, idque ad emolumentum animæ noſtræ prodeſſe minime ambigimus.

Idcirco omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, ac noſtrorum, præſentium videlicet & futurorum, noverit induſtria, quia Ansboldus Prumiacenſis monaſterii abba noſtris ſereniſſimis innotuit auribus, quod ipſe locus propter mercati & monetæ longinquitatem non modicum patitur diſcrimen: Inde petiit clementiam magnitudinis noſtræ, ut licentiam in loco, qui vocatur * Romari-villa, non procul ab eodem monaſterio ſito, mercatum & monetam ad utilitatem ejusdem loci fieri non dedignaremus. Cujus petitioni ob reverentiam Domini, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & remedium animæ noſtræ libenter adquieſcentes, has noſtræ petitionis litteras fieri decrevimus, per quas ſtatuentes decernimus, atque jubemus, ut abhinc in antea in prædicto loco mercatum habeant more humano, & moneta ad bonos, & meros denarios perficiendum fiat, & nulla pars publica inde telonium vel aliquam exactionem exigat, ſed in utilitatibus ejusdem ſancti loci, vel fratrum ibidem Deo militantium in futuro perſeveret.

* Romersheim

Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas inviolabilis perſeveret, de anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillare, & manu propria firmavimus.

Signum Hlotharii glorioſiſſimi regis. Rotmundus notarius recognovit, & ſcripſit. Data V. cal. Auguſti. anno Chriſto propitio regni domini Hlotharii regis VI. indict. IX. Actum Aquisgrani palatio regio in Dei nomine feliciter amen. (a) (a)

XCVII. LI-

N O T A.

(a) Concedit Lotharius monaſterio Prumienſi *mercatum & monetam*, id eſt, *officinam monetariam*; quoniam, ut ipſe loquitur, illud *propter mercati & monetæ longinquitatem non modicum pateretur diſcrimen.* Obſervat Eckhard *Rer. Francic. Tom. II. Lib. XXXI. n. 95.* hoc tempore moris adhuc fuiſſe, ut aurum argentumque receptum funderetur, & deinde, cum aliquid expendendum eſſet, monetariæ officinæ inferretur & cuderetur. Si ergo monetaria officina longius à loco, ubi pecunia ſolvenda erat, abeſſet, hoc magnum incommodum creabat in commercio. Eâdem de cauſâ, uti refert Eckhard *ibid.*, Ludovicus pius Imp. monaſterio Corbeienſi privilegium mercandi & monetandi anno 832 conceſſit, *quia loco mercationis ipſa regio indigebat.*

XCVII.

LITERÆ ADVENTII EPISCOPI METENSIS AD THIETGAUDUM ARCHIEPISCOPUM,

862. **de Concilio proximè Metis habendo, in cauſa divortii LOTHARII REGIS.** (a)

Baronius Annal. Eccleſ. Tom. X. ad h. a.

REverendiſſimo ac ſanctiſſimo nobis per omnia deſiderando patri Theutgaudo Adventius devotus filius, & aſſiduus orator, ſummæ felicitatis pacem, & gloriam.

Præſentes apices per Deum & propter Deum humiliter precamur, ut nullus alius mortalium videat, ſed Vulcanus edax perſpectos conſumat. Veſtræ antiquæ gravitatis & maturum conſilium, ac vice fidei anchoram prudentiæ tutelam figat in ſapientiæ firmamento, ne aliquid noſtro ſeniori ſiniſtrum vel dextrum iſto tempore nuncietis, quousque in purificatione ſanctæ Mariæ, ſicut pro certo vocati ſunt (b) omnes noſtri confratres, Metis conveniant, quia pro certo ſcitis, quod noſter ſenior modis omnibus deliberatum habet, ut illorum communi conſilio, quidquid illis ſecundum Deum melius viſum fuerit, in omnibus ſe parratiſſimum eſſe promittat, aut eorum monitis, atque conſiliis parens nihil ulterius aliter agat. Quapropter (c) oportet vos dilectiſſime pater, modo caute agere, ne, quod abſit, aliqua vana ſpe à via Dei & evangelicis atque apoſtolicis documentis deviando, laqueum incurrat averni. Certi enim eſſe poteſtis, quia ſi noſtra culpa, aut aliqua vana fiducia modo erraverit, illud implebitur propheticum: Sanguinem

NOTÆ.

(a) Hæc, & aliæ quæ de cauſa divortii Lotharii Regis ſequuntur chartæ, collectioni Trevirenſium documentorum vel ex eo etiam capite reſtituendæ veniunt, quòd origine ſuâ ad Treviros pertineant, unde eas ex vetuſto Codice MS. Bibliothecæ Metropolitanæ primùm hauſit Browerus noſter; à quo, ſibi, ùt ait, amantiſſimo, illas communicatas accepit Baronius, easque in Annalibus ſuis primus vulgavit. Vid. Baron. *ad ann.* 863. *n.* 50.

(b) *Omnes noſtri confratres Metis conveniant.*] Hiſtoriam negotii accuratè refert Anaſtaſius Bibliothecarius ſcriptor coævus *in vita Nicolai I.* ſequentibus: *Hlotarius Rex, relicta Theutberga Regina, & Vualdrada concubina in matrimonium ſumpta, licet carnaliter ſuper his Romanam ſedem, eundémque perm conſuluiſſet Pontificem, in putredine luxuria, carniſque petulantia volvebatur. Cumque hoc ſummus Pontifex malum, qualiter ab Eccleſia Dei pelleret, ne alios hujus morbi peſte Rex ille pollueret, intra ſe cogitaret, diutiſſime cepit affligi, & intimo corde dolens, valde ſuper iſtis gemebat erroribus. Præſertim cùm Theutgaudum Treverenſem, & Guntherum Agrippina Colonia Archiepiſcopos, cum Haganone Bergomenſi & cæteris Epiſcopis talem eidem Regi auctoritatem dediſſe audierit, ut Theutbergam liberiùs poſſet rejicere, & Vualdradam concubinam in matrimonium legitimè copulare. .... Unde ſine mora continuò miſſos ſuos in Franciam deſtinavit, præcipiens & monens, ut in Metenſium urbe aggregato ſynodali conventu requirerent, cur idem Rex Theutbergam rejiceret, & Vualdradam ſibi in conjugium copularet? Quo requiſito & invento, legitimum ſinem imponerent. Sed pervenientes illuc ſedis Apoſtolica Legati, ſcrutari cœperunt hujuſcemodi cauſam, & id ab Lothario inter cætera audierunt: Quicquid ego feci, iſtorum Epiſcoporum conſilio uſus feci. Erant autem ibi præcipui prædicti Theutgaudus & Guntharius Archiepiſcopi, quos auctores in tanto ſcelere ſanctus jam Papa compererat, aſtruentes & dicentes, legitimum illud fuiſſe connubium, quod de Vualdrada concubina Rex conſtruxit Lotharius, & quæ dicebant, coram Domino eximio Papa venientes, ſe defendere poſſe reſpondebant. Cumque Legati Apoſtolica ſedis, licet in multis ſeducti, Romam iter regrediendo reflecterent, quæ à Rege, ac Theutgaudo & Gunthario Archiepiſcopis audierant, ac cognoverant, ſummo retulerunt Pontifici. Piiſſimus autem Præſul adventum Archiepiſcoporum dum præſtolaretur illorum, ecce ſuperna dirigente clementia, idem Theutgaudus & Guntharius Archiepiſcopi Romanam urbem adeuntes, veſtigiis hujus Præſulis ſe ſacris præſentari petierunt.*

(c) *Oportet vos dilectiſſime Pater modo cautè agere.*] Videtur hinc omnino concludendum, incautiùs in Concilio Aquiſgranenſi, & aliàs ante Metenſem ſynodum, in cauſa egiſſe Thiedgaudum, faviſſéque ultra modum & fas Lotharii divortio, promiſſionibus & ſpe illectum.

XCVII.

nem ipſius de manu tua requiram. Iſta quippe ideo ſcribimus, quia Vualtharium noſtri ſenioris fidelem hodie excepimus de palatio remeantem, qui nobis prædictam deliberationem in ſua fide ex parte noſtri ſenioris, ita ut prædiximus, affirmavit, immo multoties deprecatus eſt, ut propter amorem Domini iſta vobis ſignificaremus, modiſque omnibus conſuleremus, ne ex veſtra parte, vel veſtra viva voce aliquid tale audiat, unde à ſua ſalute vacillet. Aptius enim nobis cernitur ſimulari infirmitas, quam ut præparatam a Deo medicinam languens ſtomachus rejiciat. Bene vos valere optamus, dilectiſſime pater.

XCVIII.

EPISTOLA

863.

NICOLAI I. PAPÆ

Ad Epiſcopos Germaniæ adverſus THIETGAUDUM Trevirenſem & GUNTHARIUM Colonienſem in negotio divortii LOTHARII REGIS.

Baronius *Annal. Ecleſ. Tom. X. ad h. an.*

NIcolaus ſervus ſervorum Dei reverendiſſimis ac ſanctiſſimis fratribus noſtris archiepiſcopis in regno Ludovici regis Germaniæ conſtitutis. Scelus, quod Lotharius rex (ſi tamen rex veraciter dici poſſit, qui nullo ſalubri regimine corporis appetitus refrenavit, ſed lubrica enervatione magis ipſius illicitis motibus cedit) * Theutberga ſcilicet & Vualdrada commiſit, omnibus manifeſtum eſt. Sed & dudum epiſcopos Theutgaudum & Guntharium in tali facto eum habuiſſe tutores & fautores, pene totus nobis orbis, undique ad limina ſeu ſedem apoſtolicam confluens, referebat, abſentibus quoque id ſcribentibus apoſtolatui. Quod nos tantò credere renuimus, quantò de epiſcopis tale quid audire nullatenus ſperabamus, donec ipſi Romam tempore concilii venientes, coram nobis & ſancta ſynodo tales inventi ſunt, quales fuerant à multis ſæpe prædicati, ita ut ſcriptura, quam ſuis ſtipulaverant manibus, quamque volebant, ut noſtro roboraremus chyrographo, caperentur, dum muſcipulam innocentibus apponere ſatagerent, inſidiis ſuis illaqueati ſunt ipſi. Sicque completum eſt, Deo authore, quod in proverbiis legitur: Fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum. Siquidem ipſi obligati ſunt & ceiderunt; nos verò, qui in hoc flagitium falsò cecidiſſe dicebamur, favente Domino cum juſtitiæ propugnatoribus ſurreximus & erecti ſumus. Igitur decernente nobiſcum ſancta ſynodo in præſentia depoſiti & ab officio ſacerdotali excommunicati, atque regimine epiſcopatus alienati indubitanter exiſtunt. Unde noſtra paternitas canonum normam cuſtodiens, & decretorum ſanctiones obſervans cavet, ne eos, quos nos abjecimus, recipere in ſacerdotum catalogo quis præſumat. Depoſitionis autem ſententia, quam in prædictos Theutgaudum & Guntharium protulimus, cum cæteris capitulis, quæ ſancto concilio nobiſcum ſanciente promulgavimus, inferius annexa monſtratur. (*a*) (*a*)

* deſunt hic aliqua.

XCIX. DE-

N O T A.

(*a*) Capitula in Romana ſynodo edita, de quibus hic fit mentio, leguntur apud Baronium *ad ann.* 863. *n.* 23. *ſeqq.* Inter ea unum huc pertinet: ſcilicet decretum depoſitionis Theutgaudi & Guntharii, quod jam damus.

XCIX.

DECRETUM

Depoſitionis Thiedgaudi Trevirenſis Archiepiſcopi, & Guntharii Colonienſis, per Nicolaum Papam in Concilio Romano factæ. (a)

863.

(a)

Gratianus *Cauſ. XI. Q. 3. C. 10.*

(b)

TEugualdum Trevirenſem, & (b) Primatem Belgicæ provinciæ, & Guntharium Agrippinæ Coloniæ archiepiſcopos, nunc coram nobis & ſancta ſynodo ſub geſtorum inſinuatione, qualiter cauſam Lotharii regis, & duarum mulierum ejus Thebergæ ſcilicet & Gualdradæ recognoverint & judicaverint, ſcriptum ſuper hoc propriis manibus roboratum offerentes, nihil ſe plus vel minus aut aliter egiſſe ore proprio multis coram poſitis teſtibus affirmantes, & ſententiam, quam à ſede apoſtolica in Engeltrudam uxorem Boſonis ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis archiepiſcopus Thado, & cæteri epiſcopi noſtri petiverant emittendam, & nos divino ſuccenſi zelo ſub anathematis atteſtatione canonice protuleramus, publicè ſe viva voce violaſſe confitentes; in quibus omnibus invenimus eos apoſtolicas atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe: ab omni judicamus ſacerdotii officio manere penitus alienos: & ideo ſancti Spiritus judicio, & beati Petri per nos authoritate epiſcopatus exutos regimine conſiſtere definientes. Prædictis autem depoſitis licentiam concedimus eccleſiam ingrediendi & communicandi ſicut laicis, & loquendi ſuas utilitates; non autem turbas concitandi, vel ſcandalum ſolicitandi illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinet, etiam nulla eis ſit licentia contingendi: ſicut nos cum ſancta ſynodo jam decreviſſe conſtat. (c) (c)

C. LO-

NOTÆ.

(a) Hanc depoſitionis ſententiam Decreto ſuo inſeruit Gratianus *Cauſ. XI. Quæſt.* 3. *Can.* 10.

(b) *Primatem Belgicæ provinciæ*] Habemus itaque Primatum noſtrum (quem ſummi Pontifices ſæpiùs, & inter hos Joannes XIII. anno 969. Leo IX. anno 1049. Victor II. anno 1057. Paſchalis anno 1104. firmàrunt) in ipſo etiam Corpore Juris clauſum ſervatumque: qui cùm non perſonæ, ſed ſedi tributus dignoſcatur, indubiè perpetuus eſt: indeque adhucdum perdurare iiſdem argumentis multò certiùs evincitur, quibus hoc Magdeburgenſi aſſerit Ill. D. à Ludewig *de Primat. Germ. Magdeb. Archiep. Cap. II.* §. 51. & *ſeqq. Opuſc. Miſcell. Tom. II. pag.* 800. *ſeqq.* Cujus argumenta recenſet Cl. Moſer *Jur. Publ. Treviren. Cap. VIII.* §. 15. *pag.* 179. Niſi ſcilicet, & in quantum, poſterioribus juribus, ſeu communibus, ſeu ſpecialibus, ei legitimè derogatum evincitur.

(c) Hiſtoriam hujus depoſitionis ſic porro brevibus recenſet Anaſtaſius Bibliothecarius *ubi ſupra. Quibus* (Theutgaudo & Gunthario) *à Præſule præſtantiſſimo ſuſceptis, libellum ei obtulerunt, dicentes, ſe nihil plus vel minus egiſſe, niſi ſicut libellus ipſe cantabat. Quo diligentiſſime ſcrutato, non pauca in eo reperta ſunt profani & multis inauditi ſermonis turpitudinem habentia, quæ Epiſcopalem excedentes ordinem, ipſos ſicut phreneticos ligaverunt Archiepiſcopos. Denique convocata ſynodo in Lateranenſi poſt hæc palatio ſub Apoſtolis, inventi ſunt iidem, ut dictum eſt, Archiepiſcopi, unde damnationis notam incurrerent. Præcipue, quia auctores ſe tanti divortii fuiſſe clamabant, & ſententiam, quam in Ingiltrudin uxorem Boſonis Papa tulerat (quæ eundem virum ſuum Boſonem per ſeptenne tempus reliquerat, atque excommunicata etiam, & à ſummo ſedis pio Papa ligata & anathematizata extiterat) communicantes ac converſantes cum ea, diſſolviſſe ſe non negabant, ſed altiſonè publicabant, & epiſtolam pii Pontificis, ſicut in illis male compoſitis geſtis in ſcrinio hujus ſedis repoſitis declaratur, ad libitum falſaverant. Tunc judicante, & eodem ſancto Præſule cum ſynodo decernente, ſacerdotali honore privati ſunt, & depoſitionis cenſuram meritò incurrerunt. In hac quidem ſynodo benignus Præſul Metenſem ſynodum, ubi geſta illa contra voluntatem Dei & ſuam digeſta fuerant, illico caſſavit, & quædam neceſſaria in ſancta Eccleſia Capitula promulgavit.* Add. Annal. Fuldenſ. & Bertiniani *ad ann.* 863. & Annal. Metenſ. *ad ann.* 864. Cauſas hujus depoſitionis & excommunicationis ipſe Papa Nicolaus diſtinctiùs explicat in literis, eâ de re ſcriptis ad Epiſcopos Germaniæ, & ad Epiſcopos provinciæ Bituricenſis, quas hic exhibemus.

C.

LOTHARII REGIS

COMMENDATITIÆ

864. AD

NICOLAUM PAPAM

pro reſtitutione Thietgaudi & Guntharii.

Baronius *Annal. Eccleſ. Tom. X. ad h. ann.*

DOmino vere beatiſſimo & ſanctiſſimo totius ſanctæ Dei eccleſiæ ſummo Pontifici & univerſali Papæ Nicolao, Lotharius divina præveniente clementia rex, ſummæ felicitatis ac præſentis proſperitatis ... & gloriam. Poſtquam nobis divina dignatio ſua gratuita clementia regni gubernacula commiſit, more prædeceſſorum noſtrorum chriſtianiſſimorum regum, ſemper & in omnibus ſublimandam beati Petri apoſtolorum principis ſedem, ut dignum eſt, reverenter dileximus, atque inſtanter, quantum in nobis eſt, illam exaltare parati ſumus, deque veſtro tanquam ſummo ſpiritalis patris regimine ſemper ſalubria haurire cupientes, veritatis voce vobis dictum recolimus: Petre, amas me? paſce oves meas. Et per prophetam: Ego paſcam oves meas, dicit Dominus Deus; quod perierat requiram, & quod abjectum fuerat, reducam, & quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmum, conſolidabo. Admodum quippe deſideramus citiùs vobis noſtram exhibere præſentiam, nt illud veriori experientia implere poſſitis, quod idem propheta poſt pacua ſubintulit: Et judicabo illas in judicio & juſtitia. Revera ſereniſſimum ac devotiſſimum circa piam paternitatem veſtram noſtræ mentis affectnm acriter obnubilat, quod æmulorum noſtrorum falſidicis vocibus nimium creduli, ultra quam nobis neceſſe eſſet, in noſtra derogatione ſanctiſſimi apoſtolatus veſtri aurem accomodatis; præſertim cum noſtra manſuetudo promptiſſima ſit omni deroganti vera & juſta ratione reſiſtere, quod & legati * noſtri nuper in his partibus directi vobis intimare poterant, ſi vellent, qui nos data noſtris accuſatoribus firmitate, aditum veniendi conceſſimus, & rationabilem ſatiſfactionem tanquam in veſtra præſentia ex veſtro latere directis, explere parati fuimus, nihil noſtræ regiæ dignitati faventes, ſed quaſi nnus ex vilioribus perſonis ſacerdotalibus monitis parentes. Hoc totum noſtri æmuli ſiniſtra interpretatione intelligentes, exarſerunt in concupiſcentia regni, nobis divina dignatione jure hæreditario conceſſi: non attendentes ſcripturam dicentem: Domini eſt regnnm, cuicunque voluerit, dabit illud: neque apoſtolum dicentem: Non eſt poteſtas, niſi a Deo. Illius ergo victrici dextera pro nobis, uti credimus, pugnante, qui novit & diripientem, & eum, qui diripitur, parvipendimus eorum fucatas ſimultates, ſolummodo ut veſtri pontificatus ancora in ſolidiſſimo ſanctæ matris eccleſiæ fundamento fixa, nobis humiliter petentibus, concedere dignetur, quod in mandatis digito Dei ſcriptis legitur: Juſtè judica proximo tuo.

* veſtri

Porro nos in ultimis pene regni noſtri finibus commorantes, & erga infeſtationem paganorum laborioſas excubias ſervantes, diſcurrentium relatione comperimus, Theutgaudum Trevirenſem, & Guntharium Agrippinenſem a veſtra authoritate excommunicatos, atque oris proprii teſtimonio canonicè damnatos, quod nos non ſine gravi mœrore hanrientes, decrevimus longanimiter ac patienter ferre nuntiata, &, ut olim in pluribus actum eſt, reſtitutionis ſpem habere, & pie refricatis ac retractatis omnibns locum rationabilis miſericordiæ à veſtra largitate præſtolari. Interea accidit nobis noſſe quod Guntharius miſſarum ſolemnia antequam ad nos perveniret, celebrare non metuit, & juxta præcedentem conſuetudinem epiſcopale chriſma conficere, & Spiritum paracletum tradere præſumpſit; quod nos ſatis ægrè tulimus, & ut hoc non fieret,

tan-

C.

tanquam mortiferum venenum modis omnibus abominamur. Illo autem ad nos veniente, ejus miſſam audire noluimus, nec in aliquo illi communicare ratum duximus, & juxta veritatis vocem, quaſi ſcandalizantem oculum a nobis * inhærere maculam diſponimus; quouſque ſanctiſſimi apoſtolatus veſtri finitivam ſententiam de illo reſcire valeamus. Epiſtolam quoque a veſtra ſanctitate epiſcopis diœceſeos directam illi transmiſimus, ut ibidem canonicas atque apoſtolicas ſanctiones liquidò cognoſcens, videat, quid imposterum illi agendum ſit. De cetero veraciter ac ſinceriter paternitas veſtra noverit, quod (a) Theutgaudus ſimpliciſſimus atque innocentiſſimus vir veſtram humiliter ferens cenſuram in nullo de ſacro miniſterio contingere præſumpſit, magis eligens dehonorationem præſentialiter in oculis hominum pati, quam per inobedientiam ab illius membris ſecerni, qui caput eſt humilium, ſuisque diſcipulis ait: Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Ipſe enim, qui ſuperbis reſiſtit, & gratiam præſtat humilibus, poterit illum, ſi innocens eſt, de ſupernis miſericorditer reſpicere. Enimvero legatis noſtris Theutgaudo & Gunthario nihil tale aliquid in ſua legatione fari præcepimus, unde damnationis notam incurrerent. Sed nec de Engeltrude uxore Boſonis aliquod præjudicium ferre debemus, aut volumus, quam nos comperto, quod anathematis vinculo eſſet innodata, Gunthario, quia tunc in ſua parochia erat, commendavimus, monentes, ut de illa ſuum miniſterium faceret; imo illam ex omnibus regni noſtri finibus eliminandam cenſuimus. Legati enim veſtri illam poſtmodum requirentes, atque in medio ſtatuentes, nos ignoramus, quem finem cauſæ ipſius impoſuerint. Epiſcopi verò diœceſeos Trevirenſis metropolis, & Agrippinæ Coloniæ, nec complices damnatorum, nec fautores vitiorum, nec in aliquo apoſtolicorum decretorum contemptores vel canonicorum dogmatum violatores eſſe probabuntur, ſed ſanæ atque catholicæ fidei, ac veri Dei cultores. Igitur propter Deum, ſanctam & individuam Trinitatem humiliter petimus, ut facile criminoſos ad cauſationem noſtram nullatenus admittatis: neque, ut apoſtolus docet, omni ſpiritui credatis, ſed probate ſi ex Deo ſit, quia parati ſumus, ſi ratio dictaverit, per noſmetipſos polire, quod æmulorum invidia fingit * accidia. Omnipotens Deus ſanctiſſimum præſulatûs veſtri apicem æquitatis lance moderatum diu incolumem cuſtodiat. amen. (b)

Margin notes: * inhibere; (a); * aliena; (b)

CI. CA-

N O T Æ.

(a) *Theutgaudus ſimpliciſſimus atque innocentiſſimus vir.*] In hoc ſaltem innoxius, quòd cenſuræ ſe patienter ſubmiſerit. Ita Annales Bertiniani *ad ann.* 864. *Guntharius*, Coloniam redux, die Cœnæ Domini, *miſſas celebrare, & ſacrum Chriſma conficere, ut homo ſine Deo, præſumpſit: Theutgaudus verò à miniſterio, ſicut ei fuerat præceptum, ſe reverenter abſtinuit.*

(b) Scripſit & deinde anno 868. trigeſima Octobris ad Ludovicum Germaniæ Regem (qui pro depoſitis preces interpoſuerat) Nicolaus Papa, ut pro exauctoratis intercedere deſinat, quibus ſpes reſtitutionis omnis ablata eſſet. *Theutgaudus igitur & Guntharius*, inquit, *hujus ſanctæ & Apoſtolicæ ſedis ſententia percuſſi, ſi patienter egerint, & malorum, quorum plantatores fuere, eradicatores extiterint; atque ſi hac perfecta in ſe humilitate, dignisque pœnitentiæ fletibus abolere ſtuduerint, poterunt utique alia miſerationis eccleſiaſticæ beneficia præſtolari; prioris tamen miniſterii, aut cujuſcumque ſacerdotalis officii dignitatem fruſtra quidem ſperare poterunt, reſumere autem in ſempiternum non poterunt. Epiſt.* 73. *Tom. III. Concil. Galliæ.*

CI.

CAROLUS CALVUS REX

864. 29. *Julij.* tribuit Monaſterio Prumienſi in regno ſuo immunitatem à telonijs.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. (*a*) Carolus gratia Dei Rex.

(*a*) *Knauff Defenſ. Prumien. p.* 60.

OMnibus epiſcopis, abbatibus, ducibus, comitibus, vicariis, centenariis, vel omnibus rempublicam procurantibus notum ſit, quia vir
(*b*) venerabilis (*b*) Egil munſterii Prumiæ
quondam abba, quod eſt conſtructum
in honore ſancti Salvatoris, veniens
in noſtram præſentiam oſtendit nobis
(*c*) (*c*) auctoritatem præceptionis domini
& genitoris noſtri Ludovici piiſſimi imperatoris auguſti, in qua continebatur, ut ubicumque in ejus imperio pro utilitate vel ſtipendio monachorum ibidem Deo famulaatium hominea illorum in quamcunque partem negotiandi gratia, ſive cum navibus, aut cum car-
(*d*) ris, aut (*d*) ſamariis ábiiſſent, nemo
telonium ab illis exigere præſumeret. Petiit ergo idem religioſus vir, ut pro amore Dei & reverentia ipſius ſancti loci, noſtram auctoritatem firmitatis gratia ſuperadderemus. Cujus precibus placuit nobis libenter aurem accommodare, & hoc noſtræ auctoritatis præceptum eis fieri, per quod jubemus atque decernimus, ut neque vos, neque juniores aut ſucceſſores veſtri, nec quælibet ulla judiciaria poteſtas illis aut hominibus eorum, qui pro neceſſitate & utilitate ipſorum diſcurrunt, nullum telonium, nec roraticum, nec pontaticum, nec pulveraticum, nec ſalutaticum, nec ceſpaticum exigere, aut exactare præſumat: ſed, ſicut diximus, liceat eis per regnum a Deo nobis conlatum ſecure & quiete abſque alicujus contrarietate abire & redire, & ad quemcunque locum ipſi aut homines eorum acceſſum habuerint, per nos defenſi, atque quieti permaneant. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & ab omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris diligentius conſervetur, de annulo noſtro ſubter eam juſſimus ſigillari. Sig. Caroli glorioſi regis †. Hildiboldus notarius ad vicem Ludovici recognovit. Data IV. kalend. Auguſti, indictione XII. anno XXV. regnante Carolo glorioſiſſimo rege. Actum Remis in Dei nomine feliciter, amen.

CII. LO-

N O T Æ

(*a*) *Carolus gratia Dei Rex.*] Carolus ſcilicet Calvus, Ludovici Pii filius natu minor, qui in diviſione paterna regnum Galliæ nactus erat. Hic quidem anno 858. fratrem ſuum Ludovicum II. bello laceſſebat; ſed id anno 860. per pacem Confluentinam fuit compoſitum. Annales Fuldenſes & Bertiniani *ad ann.* 858. 860. Quæ pax deinde anno 865. in conventu Tuſiacenſi reſtaurata eſt. Annal. Fulden. *ad an.* 864. Unde certum ſit, Carolum Calvum hoc tempore nullam adhuc partem in regno Lotharingiæ, & conſequenter in Treviris habuiſſe. Ideo autem ab hoc Carolo Galliæ Rege immunitatem à teloniis petiit Abbatia Prumienſis, quòd multa in ejus regno haberet prædia, præſertim in pago Andegavenſi; uti in ſuperioribus vidimus.

(*b*) *Egil munſterii Prumiæ quondam Abba.*] Depoſuerat ergo jam Egil præfecturam Abbatiæ Prumienſis, non tamen affectum ad eandem. Vid. ſupra Dipl. Lotharii Imp. de 25. Febr. 853. & ibi *not. a.*

(*c*) *Auctoritatem præceptionis Domini & genitoris noſtri Ludovici.*] Hoc præceptum Ludovici pii non vidimus; allegavit tamen illud etiam Lotharius Imp. in diplomate de 25. Maij an. 844.

(*d*) *Samariis.*] Vid. jam citatum dipl. Lotharii de an. 844. *not. a.*

CII.
LOTHARIUS REX

865. 7. Martii.

Prumienſi Monaſterio confirmat villam Villantiam, a viro illuſtri Richardo conceſſam.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 174.

IN nomine omnipotentis Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Hlotharius divina ordinante clementia rex. Satis noſtram liberaliſſimam decet ſublimitatem, ut nutantia quæque & propriam adeo carentia ſimitatem, ad integram perducamus ſoliditatem, uti noſtra præceptione rata atque ſubnixa tenorem ſuæ ſtabilitatis valeant in ævum tenere. Cauſam igitur ad quam Deo inſpiranté ſumus venturi, pene omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, noſtrorumque præſentium univerſitas novit, qualiter nos illo tempore, quo ſereniſſimus avus noſter Hludovicus hujus regni gloriam potiebatur, nec non & Italici quondam divæ memoriæ genitor noſter clariſſimus imperator, contulit idem avus noſter (a) viro illuſtri Richardo auctoritatis ſuæ præcepto res quaſdam ad proprium conjacentes, videlicet in comitatu Arduennenſi, id eſt villam, quam nuncupant * Villantiam. Hic ſiquidem per paululum ob amorem genitoris noſtri dividens ſe ab ejus avi noſtri famulatione, cunctaque beneficia & omnes relinquens proprietates, in Italiam profectus eſt, patri inclito noſtro famulaturus. Hanc itaque cauſam avus noſter infidelitati reputans, memorato Richardo præfatam villam, quia ab illius obſequiis receſſerat, ſuo quoque fiſco ſociavit. Verum non longo poſt tempore (b) genitor noſter ex Italia una cum eodem Richardo Franciam repetens, atque miſerante Deo ad paternam, indultis omnibus, cum fuiſſet reverſus concordiam, fuit etiam illi memorata villa imperiali auctoritate reſtituta. Iſdem poſtmodum Richardus jam circa finem obitus ſui ob divinum amorem & animæ ſuæ remedium villam ipſam, ſeu alias res ſuæ proprietatis, germano ſuo Bivino, nec non & Gerardo tunc temporis comiti palatii, atque Baſino, qui & Tancradus ea conditione tradidit, quatenus illi vicem complentes, ipſi eccleſiæ ſancti Salvatoris, cœnobio ſcilicet Prumiacenſi, ob retributionis æternæ commercium, funditus a die præſenti traderent, ſicut egiſſe illos traditio teſtamenti docet, nec non & præceptorum (c) patris noſtri ſuper hoc reſcriptum apertiſſime declarat. Has denique firmitates venerabilis abba Anſbaldus & ceteri fratres noſtri, noſtriſque fidelibus deferentes obtulibus, poſtulaverunt eadem auctoritatis noſtræ præcepto firmari: quorum devotiſſimas gratanter preces ſuſcipientes, hos egregiæ dignitatis imperavimus apices fieri, in quibus ſæpe dictam villam cum omnibus appendiciis ſuis pro remuneratione animæ, ceu & genitoris noſtri, ſeu genitricis noſtræ, pro ſalute inſuper noſtra, & augmento animæ jam fati Richardi venerando S. Salvatoris monaſterio corroboramus, quatinus per hoc excellentiæ noſtræ decretum, temporibus noſtris & ſucceſſorum noſtrorum, uſibus atque neceſſitatibus in eodem loco Chriſto militantium, ſine ullius contradictione, jugiter famulentur. Et ut hoc noſtræ auctoritatis & confirmationis decretum firmum & inviolabile ſervetur,

* hodie Vilance.

N O T Æ.

(a) *Viro illuſtri Richardo.*] Vid. de eodem præceptum Lotharii Imp. de an. 842. *not. a.*

(b) *Genitor noſter ex Italia una cum eodem Richardo Franciam repetens.*] Factum ſic deſcribit Theganus *in Geſtis Ludovici pii Cap. XLVII. Poſt ſanctum diem Epiphaniæ iterum Ludewicus miſit Legatos ſuos ad patrem, Grimaldum venerabilem Abbatem atque presbyterum, & Gebehardum nobiliſſimum atque fideliſſimum Ducem, qui veniens Aquis, conſenſit eis Lotharius, ut viderent patrem cum inſidiatoribus, quorum unus vocabatur Otgarus Epiſcopus, alter verò Richhardus perfidus. Venientes legati ad conſpectum principis, & humiliter ſe proſternentes pedibus ſuis, ſalutaverunt eum ab æquivoco filio ſuo. Secreta verò noluerunt ei indicare propter inſidiatores præſentes, ſed aliquo motu ſignorum fecerunt eum intelligere, quid æquivocus ejus hoc conſentire noluiſſet, ſcilicet ſupplicium patris.* Et deinde *Cap. LV. Veniens Lotharius cecidit ad pedes patris, & poſt eum ſocer ejus, Hugo, timidus. Tunc Mathfridus & cæteri omnes, qui primi erant in facinore illo, poſtquam ſurrexerunt de terra, confeſſi ſunt, ſe valde deliquiſſe. Poſt hæc Lotharius juravit patri ſuo fidelitatem, & ut iret in Italiam, & ibi maneret, & inde non exiret, niſi permiſſione patris.*

(c) *Patris noſtri ſuper hoc reſcriptum.*] De 12. Novemb. 842.

CII.

tur, manu propria illud roborantes, anuli noſtri impreſſione juſſimus ſignari. Signum Hlotharii glorioſi regis. Erkamboldus regiæ dignitatis archicancellarius recognovit. Data nonas Martii, anno Chriſto propitio regni domni Hlotharii glorioſi regis X. indict. XIII. Actum Aquisgrani palatio regio, in Dei nomine feliciter. amen.

(d) Teſtimonia qui viderunt, quod (d) vaſſus domni Lotharii imperatoris nomine Folradus, fidejuſſor exiſtens Bivini comitis & Gerhardi comitis atque Tancrau, cum aliis pluribus viris venit in villam Villantiam in pago Arduennæ, quæ olim Richardi comitis fuerat, & ſupradictos viros pro animæ ſuæ remedio ſuggeſſit, eam cum omnibus rebus propriis ex iſta parte Rheni fluminis ſitis monaſterio Prumia delegare; & his omnibus in præſentia imperatoris geſtis & confirmatis ſupradictus Folradus cum teſtibus ſubter adnexis veniens in eadem villa, quam de omnibus rebus Richardi, ſicut ſupra comprehenſum eſt, (e) manalitis venerabilis Marcwardi abbatis, Goerannum ſcilicet, Adalbertum & Hibdifrandum, ſimulque & Theodfredum advocatum ipſius monaſterii reveſtivit, & ipſi easdem res ſecundum legem inſiderunt. Hi ſunt teſtes: Gerbernus, Chimeradus, Rocculſus, Bernarius, Meginarius, Gerlacus, Bernardus, Amalwinus; item Bernardus, Thalilo, Richardus, Adalwardus, Huodo, Widfridus, Leibuinus, Nerigaudus, Egiloldus, Sigiſredus, Erinbaldus, Erluinus, Folcradus, Huodilbertus. Teſtimonia in quorum præſentia fuit Villantia tradita partibus S. Salvatoris. De omnibus vero mancipiis per ſervum unum nomine Germinianum eosdem miſſos reveſtivit. (e)

N O T Æ.

(d) *Vaſſus Domni Loth. Imp.*] Domeſticus ſeu familiaris Imperatoris. *Vaſſi dominici* extra ordinem quandoque mittebantur à Principe in provincias, ut Comitibus adeſſent in juſtitia adminiſtranda, aliaque reip. negotia curarent. Du Freſne *h. voce Tom. III. p.* 1383.

(e) *Manalitis.*] *Vaſallis*, uti aliquando putavi. Patres Benedictini in editione nova Gloſſarii Du Freſniani Miſſos interpretantur, qui res dominicas diſponunt, adminiſtrant.

CIII.

DECRETUM NICOLAI PONTIFICIS

de non eligendis in locum depoſitorum Thiedgaudi & Guntharii novis Archiepiſcopis Trevirenſi & Colonienſi, niſi facta præviè ad ſummam Sedem relatione.

866.

NICOLAUS PP. LOTHARIO REGI.

Decret. Ivonis *P.V.* c. 317.

(a) QUia relatum eſt nobis, quod quicunque ad epiſcopatum in regno tuo promovendus eſt, (a) non niſi faventem tibi permittas eligi, iccirco apoſtolica auctoritate ſub divini judicii obteſtatione injungimus tibi, ut in Trevirenſi urbe, & in Agripina Colonia (b) nullum eligi patiaris, antequam relatum ſuper hoc noſtro fiat apoſtolatui. (b)

CIV. EPI-

N O T Æ.

(a) *Non niſi faventem tibi permittas eligi.*] Indicat præſens decretum, quod Collectioni ſuæ, ſeu, ut vocant, Decreto inſeruit Ivo, antiquum morem, quem refert V. Eſpen *Jur. Eccleſ. Univ. Part. I. Tit.* 13. *C.* 3. *n.* 7. ut, ſive electionis faciendæ conſenſus à Principe exſpectandus eſſet, ſive electionis factæ approbatio, ſemper contingeret, alium non eligi aut admitti, niſi quem Princeps cuperet.

(b) *Nullum eligi patiaris, antequam &c.*] Anno ſequenti 867. dedit ad Ludovicum Germaniæ Regem literas Nicolaus I. *Tom. III. Concil. Gall. Epiſt.* 72. quibus conqueritur de Lothario, prohibetque, ne Romam veniat, priusquam Waldradam, uti jam juſſus erat, eò dirigat, & Theutbergam habeat ut Reginam; atque Treviris & Coloniæ legitimi Epiſcopi ordinentur in locum depoſitorum de proprio illarum Eccleſiarum clero.

Obiit deinde Theutgaudus anno 868. Annales enim Bertiniani ſub anno 867. dicunt, Guntharium & Theutgaudum eo tempore ab Arſenio, muneribus corrupto, profectos Romam veniſſe ſpe obtinendæ abſolutionis: ſed morbo omnes ferè ſuos amiſiſſe, & *Theutgaudum ipſum ibidem mortuum eſſe*. Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii *Lib. IV.* refert, Hadrianum Pontificem Theutgaudo *in Monaſterio S. Andreæ* hoſpitium indulſiſſe: verùm in ſomnis à Beato Gregorio, loci conditore, admonitum, ut è Monaſterio exiret; cùmque hoc merum ſomnium eſſe credens, non recederet, duriùs ab eodem poſtea increpitum fuiſſe; huic verò Pontificis facultatem obtendenti, S. Gregorium reſpondiſſe: ambos perperam egiſſe, pœnásque brevì daturos; ipſum verò Theutgaudum, ni brevi exeat, proximâ hebdomade cum ſuis omnibus periturum: Theutgaudum igitur lectulo exſurgentem hæc primùm ſuis, deinde Monachis narraſſe; &, cum à Pontifice aliud in urbe hoſpitium impetrare non potuiſſet, ad Sabinos ſecedentem, eodem anno ibidem cum ſuis omnibus morte mulctatum eſſe.

CIV.

EPISTOLA

866. # NICOLAI PAPÆ

de excomunicatione Thietgaudi & Guntharii ad Epiſcopos provinciæ Bituricenſis.

Baronius Annal. Eccleſ. Tom. X. ad h. a.

Nicolaus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo & ſanctiſſimo confratri noſtro Rodulfo Bituricenſi archiepiſcopo, ceu omnibus venerabilibus fratribus noſtris epiſcopis diœceſeos tuæ.

Nuper, fratres cariſſimi, vobis ſcripta, quibus damnationem Theutgaudi & Guntharii dudum archiepiſcoporum veſtræ notam fecimus ſanctitati, transmiſimus; ſed utrum ad vos usque perlata ſint, penitus ignoramus. Quapropter quæ habentur in ſubditis, vobis mittenda decrevimus; ut quæ ſit apoſtolica cenſura, & quam juſte in fautores adulterorum commota noſtra fuerit authoritas, experientiam veſtram non lateat; quatenus cum apoſtolica ſede de his zelo zelati pro domo Domini ſentiatis, quos etiam ante noſtram ſententiam damnatione dignos nullo modo dubitaveratis. Ipſi quippe, more pſeudoprophetarum, de quibus ſcriptum eſt, quod viderint & prophetaverint falſa, terreno regi, & poſt concupiſcentias ſuas eunti, favere ſtudentes contempſerunt cæleſtem regem, ante cujus oculos omne verſutiarum patet argumentum, & quaſi aranearum tela, omnis callida diſſipatur aſtutia.

Inſuper ad majorem ſuæ cumulum damnationis Ingeltrudem uxorem Boſonis, quæ relicto viro proprio cum adultero adultera in eorum diœceſibus commorabatur, non ſolum ad virum ſuum repedare minime fecerunt, vel ab omni chriſtianitatis nomine, vinculis illam anathematis iñodandam ſequeſtraverunt, juxta quod a ſanctæ memoriæ deceſſore noſtro Benedicto Papa, & a nobis fuerant per multa jam tempora monitis, & terroribus conventi; verùm etiam a nobis cum ſuis complicibus & fautoribus jam anathematizatæ, adeo poſt ſibi intimatam ſententiam in ipſam a nobis prolatam, favere conſenſerunt; ut in ſuis illam diœceſibus degere, & eccleſias intrare, & cum fidelibus in locutione & cibo ac potu communicare permiſerint. Imo, ùt ipſi coram nobis & ſancta ſynodo ſunt profeſſi, licentiam ei copiamque taliter converſandi tribuerint, & contra ipſos Nicænos canones, quam nos abjecimus, ipſi receperint. Quæ nimirum omnia conſtat illis fuiſſe prohibita, ſicut ad præfatos noſtra indicat ſuper hac re miſſa præceptio. Itane, fratres, debuit tam immane ſine vindicta exilire flagitium? Et debuit apoſtolica ſedes, ſolicitudinem habens omnium eccleſiarum Dei, tanti auctores piaculi ad ſubverſionem fidelium immunes deſerere? Et ubi erit, quod primus ejus ſeſſor tertio a legiſlatore ſummo audivit: Paſce oves meas; ſi tanta deſidia easdem, nullo zelo accenſi, nulla utentes virga, a tam voracibus lupis permiſerimus diſcerpi: cum, licet indigni pro patribus nati filii, vicem ejus agentes, Dei ſimus gratia conſtituti in domo ipſius principes ſuper omnem terram?

Igitur quia unum damnatorum, Guntharium ſcilicet, crebreſcens fama divulgat Imperatoris & regum auribus contra ſtatuta canonica moleſtiam inferre, & quorumdam fratrum corda fallacibus & ſuaſoriis decipere verbis, & contra id, quod adverſus ſe actum eſt, velle impudenti fronte conſurgere: nos ei, quia ita eſt ab apoſtolatu noſtro, & a ſancta ſede definitum, nullo modo communicavimus: quin potius ab omni eum communione fidelium, cum participibus & fautoribus ſuis, Dei authoritate judicavimus penitus eſſe alienum. Oportet igitur fraternitatem veſtram ſummopere præcavere, attentiusque fore ſolicitam, ne forte, quod abſit, homini hærentes perverſo, ab illa petra decidatis, ſuper quam verus architectus totius domus ſuæ voluit fundamenta conſtruere, & auctorem pravitatis ſequentes, amittatis com-

CIV.

communionem ipſius, a quo & epiſcopatus & apoſtolatus ſumpſit initium, per quem etiam vos per gratiam Dei non ſolum epiſcopi, verum & chriſtiani eſtia effecti. Capiti ergo religionis, id eſt, ſanctæ apoſtolicæ ſedi, hærete: caput autem ſerpentis, pravæ videlicet ſuggeſtionis, antequam cor penetret, in prima fronte conterite.

Cepimus enim vobis, dilectiſſimi, vulpes, ſicut quidam nos patrum noſtrorum hortatus eſt, quæ demoliebantur in vineis: Videte ne vos dormientes reperiat, & pro depaſta vinea ſua is, qui in ea vos cuſtodes poſuit, deſidiam veſtram iratus percutiat. Quam, rogo, validitatem veſtra poterunt habere judicia, ſi noſtra quomodolibet infirmantur, de quibus nec retractari licet? Vel quod robur concilia veſtra obtinere valebunt, ſi ſuam perdiderit ſedes apoſtolica firmitatem, ſine cujus conſenſu nulla concilia vel accepta eſſe leguntur? Aut legite ſacros canones, & ſynodalia geſta revolvite, & videte, quod ſedi apoſtolicæ non ſolum quoslibet metropolitanos, quorum canſa eidem eſt ſedi ſemper ſervanda, verum etiam patriarchas, moris ſuiſſe, pro emergentium qualitate damnaſſe, vel etiam abſolviſſe, jusque ſemper & ſas habuiſſe de omnibus ſacerdotibus judicare: utpote cui ſacultas eſt in tota Chriſti eccleſia leges ſpeciali prærogativa ponere ac decreta ſtatuere, atque ſententias promulgare. Quod veſtra reverentia nos non exiſtimet, quia noſtra dicimus, in boc quidquam præter veritatem dicere, cum Dei potius, qnam noſtra ſint, beati Petri meritis Romanæ ſedi collata: & arbitremur, quæ nos hic aſſerimus, etiam vos nullatenus ignorare, & qnæ in præſenti pagina ſcribimus, vos affatim in archivis veſtris recondita poſſidere.

His ita prælibatis ſtylum noſtræ proſecutionis ad fraternitatem veſtram reflectimus, quam utique niſi tanto amoris cultu diligeremus, nequaquam tanto affectu ad declinandum a pravis, ad ſectandam æquitatem incitaremus. Unde ſub divinæ majeſtatis vos intuitu convenimus, & coram ſanctis Angelis & beatis Apoſtolis ejus merito interdicimus & conteſtamur, ut ſinceritatem communionis veſtræ nulla præfatorum Theutgaudi ſcilicet & Gunthari, vel faventium illis contagione polluatis, nec ſocietate ipſorum vel eis communicantium, veſtram innocentiam corrumpatis: ſi tamen noſtræ communionis & caritatis participes, ſicut nunc usque, inveniri per gratiam Dei deſideratis; vel ſi ipſi reſultare, vel minime acquieſcere his, quæ a nobis contra ſe promulgata ſunt, forte præſumpſerint: alioqui ſcitote, vos ab apoſtolicæ ſedis communione, gratia & pace perpetua noſtræ autboritatis ſententia ſequeſtrandos: imo quod illi experti ſunt, ſicut olim decrevimus, vos qnoque ſore, quod non optamus, penitus incurſuros. Verum ut unum vos nobiſcum ſapere & velle liquidius oſtendatis, hortamur, quatenus binos de collegio ſacerdotali veſtræ ſanctitatis legatos, omnium veſtrorum vices agentes, circa kalendas Novembris ad apoſtolicam ſedem deſtinare curetis: quo temeratorum ſemelque damnatorum, & totius mali auctorum recidiva radicitus amputata præſumptione, ſanctæ eccleſiæ ex ſe bonitas generetur, & divinæ Trinitati debita laus & gratiarum actionum ſempiterna gloria referatur. amen. (*a*) (*a*)

CV.LU-

N O T A.

(*a*) Cauſam exauctorationis ſummâ hic accuratione deſcribit Pontifex; juſtane ea, an verò ultra modum rigida fuerit? non videtur tum extra omnem controverſiam fuiſſe. Sic enim ſcribunt coævi Annales Fuldenſes *ad annum DCCCLXIII.* Nicolaus *convocato Romanæ ſedis Epiſcoporum concilio, & Metenſem anathematizavit ſynodum, & ad ſe miſſos Epiſcopos* (Thiedgaodum & Guntharium) *depoſuit: juſtè quidem & canonicè, ut ſcriptis ſuis ipſe teſtatur; injuſtè verò, ſicut illi reſcriptis & aſſertionibus firmare conantur.*

CV.

LUDOVICUS REX

868. *9. Martii.*

Eccleſiam de Neccranvia concedit ad Prumiam.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 187.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hludovicus divina favente gratia rex. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus noſtriſque, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter domnus avus noſter conceſſit quamdam decimam ad (*a*) monaſterium Altrepiæ, de fiſco, qui vocatur (*b*) Neccranva. Poſtea vero ſervi in eodem fiſco conſiſtentes reclamaverunt ſe ad domnum genitorem noſtrum, & dixerunt ei, quod non potuiſſent propter inundationem Rheni fluminis eccleſiam quærere ad divinum officium audiendum. Domnus vero genitor noſter glorioſiſſimus imperator miſertus eorum, conceſſit quoddam curtile in præfato fiſco Neccrauvia ad unam eccleſiam conſtruendam, nec non & unum manſum, unde ipſa dotata fuit. Et etiam de terris ſicut illi per licentiam domni genitoris noſtri, ſcilicet ſervi ibi dotaverunt, illam vero eccleſiam cum præfato manſo conceſſit domnus genitor noſter ad præfatum monaſterium Altripiæ. Poſtea vero (*c*) deprecatus eſt celſitudinem noſtram venerabilis abba noſter Ansbaldus una cum ſancta congregatione ſibi commiſſa, ut noſtræ auctoritatis præceptum ſuper hoc ſcriberemus. Cujus petitioni ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti libenti animo aſſenſum præbentes, decrevimus ita fieri, & juſſimus fieri hoc noſtræ auctoritatis præceptum, per quod decernimus atque jubemus, ut præfata eccleſia in prænominato fiſco Neccrauvia cum illo manſo, quem domnus genitor noſter ibi conceſſit, nec non & cum terris, quas illi ſervi per licentiam domni genitoris noſtri ad illam eccleſiam donaverunt, nec non & cum omni decima, ſicut temporibus domni avi & genitoris noſtri pleniſſime ibi data fuit, perpetualiter deinceps habeant abſque ulla contradictione, & nullus eis inde ullam moleſtiam vel inquietudinem facere præſumat. Nec de illorum piſcatione, quam debent habere ad illorum vennam, ſed per hoc noſtra auctoritas præceptum plenius in Dei nomine confirmatum nullo inquietante, ſed Deo auxiliante, principaliter ad uſus neceſſarios fratres in monaſterio Prumiæ Deo famulantes habeant abſque ulla contradictione. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ firmior habeatur per futura tempora, & a fidelibus noſtris verius credatur & diligentius obſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus, & filio æquivoco noſtro confirmare rogavimus. Signum domni Hludovici regis ſereniſſimi. Signum filii domni Hludovici regis. Hebarhardus cancellarius ad vicem Luitberti archicapellani recognovi. Data VII. idus Martias anno XXXVI. regni domni Hludovici ſereniſſimi regis in orientali Francia regnante indictione VI. Actum Francofurt in palatio regio in Dei nomine feliciter. amen.

CVI. EX-

NOTÆ.

(*a*) *Monaſterium Altrepiæ.*] Altrepia nunc vicus eſt in ſiniſtra Rheni ripa ſupra Manhemium, *Altrip* vulgò dictus.

(*b*) *Neccranva.*] Seu Neccrauuia, *Neckerauu*, prope Manhemium, ad dextram Nicri fluminis ripam.

(*c*) *Deprecatus eſt celſitudinem noſtram Abba Ansbaldus.*] Jam ante obitum Lotharii Regis Prumienſes Ludovico Germanico adhæſiſſe videntur. Adde ejuſdem Ludovici præceptum de 12. April. 870. & ibi *not. b.*

CVI.

EXEMPTIO MONASTERII S. MAXIMINI PER LOTHARIUM REGEM.

868. 21. April.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Cum regalis officii ſit, diverſarum partium negotia pia ſollicitudine prævidere, maxime tamen in his quæ ad Deum pertinent, hoc eſt in eccleſiis ſtabiliendis ſeu confirmandis ab anteceſſoribus noſtris in honorem Dei conſtructis ſummum neceſſe eſt ſtudium impendere. Unde nos de ſtatu regni noſtri tractantes conſulente venerabili epiſcopo Metenſis eccleſiæ Adventio abbatiam S. Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, cui (*a*) venerabilis abbas Waldo præeſſe videtur, more piæ memoriæ domini Lotharii imperatoris genitoris ſcilicet noſtri, cæterorumque anteceſſorum noſtrorum, noſtris etiam privilegiis roborare decrevimus, & nulli alii ſubjectam vel obnoxiam, excepto noſtræ regalitati, ſicut ab anteceſſoribus noſtris, eſſe volumus. Nulli etiam comitatui (*b*) bannum ac fredas exſolvat, nec aliquis in locis ejusdem S. Maximini ſine noſtro juſſu placitum habere præſumat. Et ut hoc autoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat, hanc cartam ſcribi, & annuli impreſſione ſignari juſſimus. Ego (*c*) Grimlandus ad vicem Adventii archicapellani recognovi. Data Metis civitate XVII. kalend. Maij, anno Dom. Incarn. DCCCLXVIII. indict. I. anno ſereniſſimi regis Lotharii XV. in Dei nomine feliciter. amen.

BER-

NOTÆ.

(*a*) *Venerabilis Abbas Waldo.*] Notandus hic venit error, quem Brovverus *Anal. Lib. VIII. n.* 154. *ſeqq.* & poſt eum omnes erraverunt, *Waldonem* hunc S. Maximini Abbatem confundentes cum *Waldone* alio monacho, qui Bertolpho Archiepiſcopo à Carolo Rege Germaniæ creato, anno 870. per Ludovicum Regem æmulus datus fuit in Archiepiſcopali ſede; quem deinde, cùm ad Hincmari & aliorum Galliæ Epiſcoporum preces Bertholphum in ſede firmaret Ludovicus, ab hoc, quaſi in ſolatium amiſſæ dignitatis, Abbatiæ S. Maximini præfectum eſſe volunt. Quæ eò minùs vera ſunt, quòd tum ex præſenti diplomate, tum verò aliunde conſtet, *Waldonem* jam antè fuiſſe S. Maximini Abbatem, quàm à Carolo *Bertolphus* Trevirenſi cathedræ præficeretur. De hoc noſtro Waldone vid. Mabillon. *Annal. Benedict. Lib. VI. n.* 27.

(*b*) *Bannum ac fredas.*] Sunt mulctæ edictis non parentium, & leges violantium.

(*c*) *Grimlandus.*] Alii Grimaldus vel Grimoldus; Abbas Monaſterii S. Galli. Frater Archiepiſcopi noſtri Hetti & Warentrudis Abbatiſſæ Palatiolenſis. Alium quoque fratrem habuit, ex quo natus eſt Thiedgaudus Archiep. Trevirenſis. Conf. Eckhart *Comment. de Reb. Franc. Orient. Lib. XXI. n.* 191.

BERTULFUS
ARCHIEPISCOPUS.

CVII.
870. 12. *April.*
LUDOVICUS REX

Monaſterium Prumienſe tuetur in bonis per
(a) nobilem virum Hererlcum donatis. (a)

Martene *Colleſt. ampl. T. I. p.* 191.

IN nomine ſanctæ & individuæ Tri-
nitatis. Ludovicus favente gra-
tia divina rex. Notum ſit omni-
bus S. Dei eccleſiæ fidelibus, no-
ſtriſque, præſentibus ſcilicet & futuris,
qualiter quidam ac nobilis vir, nomi-
ne Hererlcus, tradidit quaſdam res
proprietatis ſuæ ad monaſterium Pru-
mienſe, quod eſt conſtructum in hono-
re S. Salvatoris, coram iſtis fidejuſſo-
(b) ribus, quorum nomina ſunt, (b) Me-
(c) gingaudus comes, Milo; item (c) Me-
gingaudus vicedominus, Brunicho,
(d) Hunaldus, Ratadus; id eſt in locis, (d)
quæ vocantur Glena, ſeu quæ ipſe pro-
pria tradidit manu in villa, quæ dici-
(e) tur (e) Vihmundisheim, vel omnia,
quæ ad eaſdem villas pertinere viden-
(f) tur proprietare juris ſui (f) in marcka
Genzengas, & in Binga, cum manci-
piis utriuſque ſexus ibidem pertinenti-
bus vel aſpicientibus. Poſtea vero ne-
(g) pos ſuus (g) Wernharius voluit eas-
dem res & mancipia de præſcripto mo-
naſterio Prumienſi abſtrahere. Tunc
denique venerabilis abbas Ansboldus
una cum ſancta congregatione ſibi com-
miſſa (h) transmiſit ad noſtram cle- (h)
mentiam, flagitans, ut ob mercedis
noſtræ juſtitiam de eisdem rebus &
mancipiis adimpleremus. Cujus peti-
tioni ob amorem Domini noſtri Jeſu
Chriſti libenti animo aſſenſum præbui-
mus, & ita, ſicut periit, per omnia
fieri decrevimus ab eo de eisdem rebus
& mancipiis, quo ordine, quave ra-
tione eos tenere voluiſſet. Ille verò
nulla ratione eas ſibi uſurpare potuit
ad poſſidendum, ſed concredidit ſibi
de illis, quod eas injuſte tenere vo-
luiſſet; & reddidit tunc eas illis frarri-
bus in præſentia noſtra. Tunc illi mo-
nachi deprecati ſunt ſerenitarem no-
ſtram, ut hoc ſcriptum eis fieri jube-
remus, per quod decernimus, arque
jubemus, ut præſcriptæ res atque man-
cipia

NOTÆ.

(a) Hereicus, vir illuſtris, anno 868., conſilio & conſenſu *chariſſimi fratris ſui Hunfridi Epiſcopi*, ad Cœnobium Prumienſe tradidit villam *VVimundasheim* infra pagum *Naagoo*, id eſt Nachgovv, in confinio ſeu *pago Virmacenſe, ſuper fluvium Elera*, ſitam, aliaque; & quidem in eleemoſynam ſuam fratriſque præſcripti *Hunfridi venerabilis Epiſcopi* (primùm Tarvennenſis, deinde Morinorum) *patris ſui Albrici, matris Hunna, itemque fratrum Heinrici & Albrici*. Vid. Cartam apud Martene & Durand. *Colleſt. ampl. Tom. I. p.* 188. *ſeq.* Hererico mox mortuo, *nepos ejus, Wernherius Comes*, donationem hanc Prumiæ factam infringere, ſibique attribuere tentavit; ſed *Megingaudi Comitis Pagenſis, Milonis, & Megingaudi Vicedomini* (de quo mox) aliorumque judicio, in placito causâ cecidit; uti hac cartâ laudis.

(b) *Megingaudus Comes.*] De hoc Comite pagi Wormacienſis, Roberti fortis, Marchionis & Comitis Andegavenſis, Bleſenſis & Aurelianenſis fratre, patre verò alterius Megingaudi, Rutilæ ſupra Trevirim occiſi, vid. *infra not. a. ad dipl. an.* 888. Genealogicum Megingaudorum ſchema formavit Eckhart *Rer. Francic. Tom. II. p.* 215.

(c) *Megingaudus Vicedominus.*] Ad hunc videtur referendum Epitaphium Moguntinum, quod ſervavit Brovverus *Annal. Lib. IX. n.* 35. non ad Megingaudum Comitem, Rutilæ interfectum, & Treviris ſepultum; huic enim verba inſcriptionis minùs congrua videntur, ubi *frater* appellatur, qui *moribus aptus & placidus Deo ſanctisque ſervivit*, ac tandem *meritis maturus & annis Deo animam reddidit*. Cæterùm *Vicedominus* idem eſt, qui Eccleſiæ Advocatus. Vid. Capitular. Ludovici P. *pag.* 689.

(d) *Quæ vocatur Glena.*] De *Cosla & Gleni in ſaltu Vogaſi in pago Varmacenſi*, Flodoardus *Hiſt. Lib. III. C.* 10.

(e) *Vihmundisheim*] Occurrit etiam hæc villa *in Tradition. Laurisham.* Fortè *Winesheim* inter *Wald-laubersheim* & *Rocksheim*, ſeu *Weinsheim* propè *Huffelsheim*.

(f) *In marca Genzengas.*] Hodie, *im Genzingen.*

(g) *Wernharius.*] Comes pagi Wormatienſis; de quo Flodoardus *Lib. I. Hiſt. C.* 20.

(h) *Transmiſit ad noſtram clementiam flagitans.*] Ex eo, quòd Prumienſes à Ludovico Rege jam ante diviſionem Procaſpidanam (quæ ſolum menſe Auguſto h. an. facta fuit) jura ſua peterent confirmari, concludendum, alieno eos à Carolo fuiſſe animo, & Ludovicum pro domino ſuo jam agnoviſſe.

cipia utriusque ſexûs ad præſcripta loca pertinentia, cum terris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis aquarumque decurſibus, exitibus & regreſſibus, mobilibus & immobilibus totum & ad integrum permaneant in perpetuum ad uſum fratrum Domino famulantium in monaſterio Prumienſi. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & per futura tempora à fidelibus noſtris verius credatur, & diligentiùs obſervetur, annuli noſtri impreſſione ſubter eam juſſimus ſigillari. Signum Ludovici glorioſiſſimi & piiſſimi regis. Hebarhardus cancellarius ad vicem Grimaldi archicapellani, data II. idus Aprilis anno XXXVII. Ludovici ſereniſſimi regis in orientali Francia regnantis, indict. III. actum Triburias villa regia. In Dei nomine. amen.

CVIII.

Hincmari Rhemenſis, Remigii Lugdunenſis, Arduici Veſontionenſis, Erardi Turonenſis, Adonis Viennenſis, Egilonis Senonenſis Archiepiſcoporum

EPISTOLA AD LUDOVICUM REGEM

870.

pro Bertulfo Archiep. Treviren. adversùs Waltonem.

Flodoardi *Hiſt. Remen. Lib. III. p. 324. edit. Sirmond.*

SIcut non leve diſcrimen incumbit pontificibus, ſiluiſſe pro divinitatis cultu, quod congruit; ita regiæ poteſtati, quod abſit, non mediocre periculum eſt, ſi, cum debeat parere, refugit, quod ei ex divina voce a ſacerdotibus nuntiatur, Domino dicente in Evangelio: Qui eſt ex Deo, verba Dei audit. Si autem vobis aliquis minus devotus ſuggeſſit, quod in eadem * metropoli (*a*) in contemptu veſtro, vel contra fidelitatem veſtram, metropolitanum pontificem ordinari fecimus, quin potius conſenſu unanimitatis noſtræ ipſi ſecundum ſacros canones ordinavimus, quia, ut ſcriptum eſt, ſicut Deus loci anguſtia non continetur, ita verbum ejus non eſt alligatum, collaudante redemptore ac ſalvatore noſtro, quod centurio in hoc ſenſu dixerat: Dic verbo & ſanabitur puer meus. Videlicet quod hic dixeris, illic fiet, qui in diſcipulis ſuis hodieque nobis, licet indignis, loquitur: Spiritus Patris veſtri loquitur in vobis, qui replet orbem terrarum. Nolite credere, quæſumus, prava ſuadenti, quia pro certo ſciatis, non in contemptu veſtro, neque contra fidelitatem veſtram, in eadem metropoli ſede pontificem ordinavimus: ſed perpendentes, quod & melius vos ſcitis, quanta & (*b*) per quanta tempora ipſa eccleſia deſolata & deſtituta ſit, & quanta contra Dei voluntatem non ſolum in eadem parochia, ſed & in tota provincia ad eam pertinente increverint, cum nihil canonice (*c*) ſine primate ſuffraganei epiſcopi agere valeant, niſi quod ad proprias parochias pertinet, ibidem commoditatem regularem invenientes canonice pontificem ordinavimus, quod & ſecundum divinas leges agere poſſent atque deberent ipſius metropolis ſuffraganei, ſi tanti numeri forent, ut per ſe regulariter poſſent ordinare pontificem, qui non minus, quam a tribus prævalet regulariter ordinari....

,, Pro-

* Trevirenſi (*a*) (*b*) (*c*)

N O T Æ.

(*a*) *In contemptu veſtro, vel contra fidelitatem veſtram, metropolitanum Pontificem ordinari fecimus.*] Cùm Lothario Rege nuper in Italia defuncto, Carolus Calvus Lotharingiæ regnum, faventibus præſertim Trevirenſis provinciæ Epiſcopis, iniiſſet, & Metis in Lotharingiæ Regem ſe ungi feciſſet; rogatu Adventii, Metenſis Epiſcopi, ejus propinquum, Bertulfum Abbatem Mediolacenſem, ad Trevirenſis Eccleſiæ Cathedram evehit, & ab Archiepiſcopis Galliæ, qui hic nominantur, ordinari facit; quod deinde in contemptum & contra fidelitatem, id eſt, contra jura ſua factum querebatur Ludovicus Rex, qui *Bertulfo Waldonem* oppoſuit.

(*b*) *Per quanta tempora ipſa Eccleſia deſolata & deſtituta ſit.*] Ab anno ſcilicet 863., quo Thiedgaudus ab epiſcopatu depoſitus fuit.

(*c*) *Sine Primate.*] Id eſt, Metropolitano.

CVIII.

„ Proſequitur etiam depromens auctoritates ſanctorum Patrum, quibus „ fulti hoc egerant. & ſubinde: Et, quia (*d*) tot in eadem provincia ſuffraganei non erant epiſcopi, ut metropolitanum regulariter ordinare valerent, quoniam eccleſiæ Remenſis & Trevirenſis comprovinciales atque ſorores ea auctoritate & ea antiqua conſuetudine habentur, ea conditione, ut qui prior eorum fuerit epiſcopus ordinatus, prior etiam habeatur in ſynodo, & ſibi mutuo auxilio & conſilio foveantur & fulciantur. Trevirenſis provinciæ epiſcopi a primate provinciæ Remorum ſolatium ſuæ ordinationis ſecundum ſacras regulas quæſierunt, ſicut ſancti Sardicenſes canones dicunt: ſcilicet, ut ſi contigerit in una provincia, in qua plurimi fuerunt epiſcopi, unum forte remanere epiſcopum, & populi convenerint, epiſcopos vicinæ provinciæ debere illum prius convenire epiſcopum, qui in ea provincia moratur, & oſtendere, quod populi petant ſibi rectorem, & hoc juſtum eſſe, ut & ipſi veniant & cum ipſo ordinent epiſcopum. Quodſi conventus litteris tacuerit, & diſſimulaverit, nihilque reſcripſerit, ſatisfaciendum eſſe populis, ut veniant ex vicina provincia epiſcopi, & ordinent epiſcopum. Ex quibus rite colligitur, quia ſi provincia Trevirenſis non niſi unum, vel nullum, habet epiſcopum, epiſcopi Remenſis provinciæ petenti clero & populo Trevirenſis eccleſiæ deberent ordinare epiſcopum. Cui eccleſiæ omnes nos, quorum nomina præſcripta in capite hujus epiſtolæ legit gloria veſtra, unanimi voto atque conſenſu fratrem & conſacerdotem noſtrum (*e*) Bertulfum, ut præmiſimus, regulariter pontificem ordinavimus, ſicut ex ſacris regulis, & ordinationis ejus geſtis, oſtendere poſſumus, & ſi neceſſe fuerit oſtendemus. Quapropter ipſius ordinationem & diſpoſitionem rerum ac facultatum eccleſiaſticarum, ſicut ſacri præfigunt canones, ita defendimus, & perpetuo defendemus, ſicut & ordinem noſtrum, quia, ſi ipſe non eſt epiſcopus, nec nos debemus nominari epiſcopi. Et ſi quis voluerit contra ordinationem ejus ſiniſtri quidquam dicere, exeat & dicat: veruntamen memor ſuæ communionis; quia aut ipſe non communicabit eccleſiaſtico & epiſcopali ordini, aut nos non communicabimus miniſterio epiſcopali. Unde verbis B. Leonis Theodoſium Auguſtum quondam alloquentis vos chriſtianiſſime & venerabilis, nobisque cariſſime rex, cum conſacerdotibus noſtris alloquimur: implentes reverentiam clementiæ veſtræ ſinceri amoris officio, cupientesque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis a nobis, & ab eccleſiis nobis commiſſis ſupplicatur, ne ante tribunal Domini rei de ſilentio judicemur, obſecramus coram unius Deitatis inſeparabili Trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipſa veſtri ſit cuſtos & auctor regni, & coram ſanctis angelis Chriſti, ut in eo ſtatu & immunitate, ſeu privilegio cum ſuo pontifice Trevirenſem eccleſiam eſſe jubeatis & conſervetis, quo veſtri progenitores atque prædeceſſores, ſed & in quo frater ac nepos veſter Lotharius, pater ſcilicet, ac filius, canonice conſervaverunt. Quatenus & vos meritum inde apud Deum, & B. Apoſtolorum principem Petrum, in cujus honore eccleſia ipſa eſt conſecrata, habeatis, & nos amplius debitores in orationibus, & cæteris debitis obſequiis acquiratis, quia, niſi pro veſtra reverentia differemus, jam in pervaſorem ipſius eccleſiæ judicium in terris exertum haberemus, quod DCXXX. epiſcopi in magna Chalcedonenſi ſynodo de hujusmodi decreverunt, & de cælo ſuper eum intentant, & in judicio divino ad æternam damnationem exerent, niſi dignam pœnitentiam egerit. „ Et cætera, de „ auctoritatibus canonum: poſt quæ „ ſubjungitur: *Unde* veſtra religioſa & nobis cariſſima dominatio certiſſime ſciat,

N O T Æ.

(*d*) *Tot in eadem provincia ſuffraganei non erant Epiſcopi, ut Metropolitanum regulariter ordinare valerent.*] Hattonem Virdunenſem Epiſcopum ipſis kalendis Junii 870. demigrâſſe, teſtatur Necrologium S. Vitoni apud Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. I. pag. XLIV.* Reliquorum impedimenta ignoro.

(*e*) *Bertulfum.*] Non in ipſa Metenſi urbe, ubi menſe Septembri an. 869. Rex morabatur, ſed poſtquam inde *Florinkengas* deceſſiſſet, Bertulfum a Carolo Archiepiſcopum nominatum, recte aſſeri Eckhard *Rer. Francic. Lib. XXXI.* §. 1[illegible]2. Interfuit deinde Bertulfus & ſubſcripſit V. Kal. Octob. 873. Concilio Colonienſi, quod Harouinus edidit. Anno 875 Ludovico R. Metis adfuit, húncque inde Germaniam repetentem Treviris excepit, uti ex coævis monumentis probat Eckhard *l. cit.* §. 1[illegible]2.

CVIII.

ſciat, quia quandiu iſte frater noſter Bertulfus a nobis in Trevirenſi eccleſia ordinatus epiſcopus in hoc mortali corpore vixerit, alter in eadem eccleſia ordinatus epiſcopus non erit, niſi forte ipſe, quod abſit, ſacris regulis obvians, per easdem ſacras regulas deponatur; & isdem præſumptor & apoſtata (f) monachus Walto de monaſterio Trevirenſis parochiæ nunquam, jam judicio Spiritus S. ſuper eum prolato, in Trevirenſi eccleſia, quam exitiabiliter uſurpavit & læſit, poterit eſſe epiſcopus. Et ſi, ut diximus, pro veſtra reverentia, hoc non differremus, non ſolum per ſacros canones decerneremus, ut nunquam, & nusquam ad gradus eccleſiaſticos præſumeret accedere, verum ſub anathemate eum ponentes, retrudi in ergaſtulo ſecundum ſacras regulas decerneremus, & ſi in contumacia ſua perſtiterit, ſine ulla retractione modis omnibus decernemus. A præfatis autem intentationibus factorum canonum vos immunem atque exortem a Domino, per quem reges regnant, & ex quo, & per qnem, exordium ſacer cœpit epiſcopatus, fieri totis viribus exoramus, illius clementiam deprecantes, ut det vobis velle & perficere pro bona voluntate, quæ præcipit, quatinus mereamini percipere æterna gaudia, quæ ſe diligentibus repromittit.

N O T Æ.

(f) *Monachus Walto de monaſterio Trevirenſis parochia.*] Waldonem hunc non fuiſſe illum, qui ſub ſimili nomine circa hæc tempora Abbatiæ S. Maximini præfuit, jam diximus ad diploma Maximinianum de anno 868. Imò Alex. Wilthemius, & alii San-Maximinianorum rerum ſcriptores, defuncto jam Waldoni Abbati anno 869. Willihericum ſubſtituunt. Quis autem fuerit hic noſter *Walto monachus de parochia Trevirenſi*, difficulter definietur. Duo tamen hoc ævo occurrunt *Waltones*, Abbates Ordinis S. Benedicti; *Campidunenſis* unus, apud Meichelbeck *Hiſtor. Friſingen. Tom. I. p.* 141. Alter *Schwarzacenſis* ad Rhenum, apud Eckhard *cit. Lib. XXXI.* § 71. Quorum fortè alteruter è noſtra erat Diœceſi, ad Abbatialem dignitatem auctoritate Ludovici Regis deinde promotus.

CIX.

LUDOVICUS REX

871. 15. Febr.

Abbatiæ Prumienſi concedit jus piſcandi in Rheno.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 193.

(a) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. (a) Hludovicus divina favente gratia rex. Notum ſit omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus noſtrisque, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter Ansboldus venerabilis abbas detulit in præſentiam noſtram quoddam præceptum, in quo continebatur, qualiter dominus avus noſter Carolus imperator conceſſit (b) de villa Naucravia ripam Rheni fluminis, & terminos de eadem villa conjacentes ad ripam Rheni fluminis, ad (c) quamdam piſcationem, & * vinnam faciendam fratribus ad monaſterium Prumiæ conſiſtentibus. Quam etiam piſcationem, & vinnam dominus Pippinus rex cum terminis ſupra fluvium Rheni conſiſtentibus de præſcripta villa Naucravia conceſſit ad monaſterium Prumiæ per ſuæ autoritatis præceptum; & idcirco deprecatus eſt clementiam noſtram præſatus venerabilis abba Ansboldus, ut noſtræ auto-

* venna.

N O T Æ.

(a) *Hludovicus divina favente gratia Rex.*] Vidimus ad cartam præcedentem de anno 870. *not. h.* Prumienſes, jam Ludovico Regi Germaniæ addictos. Cùm autem interim, nempe 8. Auguſti 870, diviſio regni Lotharingici inter Carolum & Ludovicum facta fuiſſet, atque in eadem tota illa portio, quæ Treviros reſpicit, Ludovico obveniſſet, ſic is in his nunc omni jure majeſtatem exercet.

(b) *De villa Naucravia.*] Sic perperam edidit Martene; legendum autem *Baucravia*, quæ in alio diplomate anni 873. *Becravua* vocatur, per quam intelligitur oppidum *Baccharacum* Rheno adſitum.

(c) *Quandam piſcationem.*] Ad regalia olim pertinuiſſe jus piſcandi in Rheno & aliis majoribus fluminibus, etiam ex hoc loco poteſt comprobari.

CIX.

autoritatis præceptum ſuper eandem piſcationem & vinnam facere juberemus.

Cujus petitioni ob amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti libenti animo aſſenſum præbentes, decrevimus ita fieri, & juſſimus ei fieri hoc noſtræ autoritatis præceptum, per quod decernimus atque jubemus, ut abbas & fratres in præfato monaſterio Prumiæ conſiſtentes poteſtatem habeant de terminis & finibus, & de ripa Rheni fluminis, quæ pertinet ad villam Naucraviam, ut poſſint ſibi vinnam, & piſcationem facere ubicunque eis placuerit, ac melius viſum fuerit.

Et ut hæc autoritas largitionis noſtræ firmior habeatur, & per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur, & diligentius obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & anuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus.

Signum domini Hludovici ſeren. regis. Hebarhardus cancellarius ad vicem Luitberti archi-capellani recognovit & ſubſcripſit.

Data XV. calendas Martii anno XXXIX. regni domini Ludovici in orientali Francia regnante, indict. IV.

Actum Franconofurt palatio regio in Dei nomine feliciter. amen.

CX.

PRIVILEGIUM LUDOVICI BALBI PRO ABBATIA PRUMIENSI.

878. 24. Martii.

Calmet Hiſt. de Lorraine. Tom. I. in probat.

IN nomine Domini Dei æterni & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus miſericordia Dei rex. Notum eſſe volumus cunctis fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet atque futuris, quia venerabilis vir Ansbaldus abba monaſterii, cujus vocabulum eſt Prumia, quod dicatum in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ Mariæ ſemper virginis, quod olim bonæ memoriæ proavus noſter Pippinus quondam rex & proavia noſtra Bertrada in rebus proprietatis eorum a fundamentis conſtruxerunt, miſit nobis per monachos ſuos autoritatem domni Pippini prædicti regis, in qua continebatur inſertum, qualiter idem monaſterium non ſolum rebus multiplicibus ditaverat, verum etiam & eum ſub ſua tuitione hærédúmque ſuorum, regum videlicet, conſtituerat, nec non & autoritatem domni atavi Caroli avique noſtri Hludovici atque genitoris domni Caroli præſtantiſſimorum imperatorum, patruorumque noſtrorum Hlotharii imperatoris, Hludovici regis, in qua erat exaratum, qualiter conſtitutionem confirmaverat & conſtituerat, ut in villis vel rebus prædicti monaſterii nullus judex prædictus abſque ejus juſſione vel hæredum ſuorum ad cauſas audiendas, aut freda undique exigenda, nec fidejuſſores tollendos, nec ſcaras vel manſionaticos ſeu conjectos tam de carigio, quamque de paraveredis exigere aut exactare præſumeret, ſed quidquid exinde tam de hominibus francis quam eccleſiaſticis ſeu ſervientibus, qui infra agros vel fines ſeu ſuper terram ſupradicti monaſterii degere videntur, fiſcus aut freda poterat ſperare, ex indulgentia in luminaribus prædicti monaſterii cederent. Prædictus etiam abba deprecatus eſt, ut non ſolum proavi, atavi, avi, genitoriſque & patruorum autoritatibus firmitatis gratia noſtram ſuperadderemus autoritatem, ſed & ipſum monaſterium cum rebus & hominibus, quæ præſenti tempore in quibuslibet pagis & territoriis tam per traditionem regis Pippini, atavi, avi & genitoris noſtri, atque patruorum noſtrorum, vel ex liberatione liberorum hominum, tam per traditiones, commutationes, venditiones, aut qualicunque legali ordine præſenti tempore prædictum monaſterium poſſidet, ſive quæ deinceps in

jure

CX.

jure ipſius ſancti loci divina pietas augere voluerit, ſub noſtra tuitione atque immunitatis defenſione conſtitueremus. Cujus precibus autem placabilem accommodantes, hos noſtros regales apices fieri juſſimus, per quos decernimus atque jubemus, ut quidquid tam ex donatione regum, vel traditione liberorum hominum, ad idem monaſterium legibus jure collatum eſt, & præſenti tempore legaliter tenet vel poſſidet monaſterium, vel ea quæ ab hinc in futurum eidem juſte & legaliter traditum fuerit, perennis temporibus rectores prædicti monaſterii abſque ullius injuſta contrarietare teneant & poſſideant. Inſuper præcipimus atque per hanc noſtram autoritatem ſancimus, ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii ad cauſas judiciario more audiendas, vel ſicut in præcepto domini & genitoris noſtri continetur, vel freda aut fidejuſſores tollendos, aut ſcarras aut manſionaticos ſeu conjectos, tam de carragio, quam de paraveredis exigendis, aut homines ipſius monaſterii tam francos quam eccleſiaſticos vel ſervientes, qui infra agros vel fines ſeu ſuper terram prædicti monaſterii manent, bannum aut heribannum exigere aut exactare præſumant, aut ullas redhibitiones aut inlicitas occaſiones quærere, ſed liceat rectoribus prædicti monaſterii cum omnibus rebus & mancipiis, prædicto monaſterio jure poſſeſſis, quiete vivere ac reſidere, quemadmodum in Pippini regis & atavi noſtri, avique & genitoris noſtri, atque jam dictorum patruorum noſtrorum autoritate vel in hac noſtra, noſtro, noſtrorumque ſucceſſorum fideliter parere imperio; qualiter monachi ibi per ſucceſſiones degentes liceat quiete vivere, & Domini miſericordiam pro nobis proleque noſtra attentius exorare. Quidquid etiam de rebus prædicti monaſterii jus fiſci exigere poterat, totum pro æterna remuneratione in luminaribus prædicti monaſterii & in alimonia pauperum vel ſuſtentatione peregrinorum, in noſtra eleemoſyna perennis temporibus concedimus. Hæc vero autoritas firmitatis noſtræ, ut per curricula annorum inviolabilem obtineat firmitatem, eam manu propria ſubterfirmavimus, & annuli noſtri impreſſione adſignari juſſimus. Wolfradus notarius ad vicem Gozleni recognovit. Data IX. cal. Aprilis, indict. XI. anno I. regni domni Ludovici glorioſi regis. Actum Silvanectis civitate in Dei nomine feliciter. amen.

CXI.
EPISTOLA
JOANNIS PP. VIII.
AD
BERTULFUM ARCHIEPISCOPUM TREVIRENSEM, UT
878. # LUDOVICUM
GERMANIÆ REGEM
ejusque fratres adhortetur, ut ad ſynodum veniant, aut Legatos mittant.

Harduin. Concil. Tom. VI. P. I. p. 37.

VEnerabili archiepiſcopo Bertulſo Treverenſi. Eccleſiaſtica exigente utilitate, quoniam Deo duce cauſæ ad Galliarum partes venire commodum duximus: quapropter fraternitatem veſtram neceſſario commonere ſtudemus, ut ſecundum cœlitus ſibi ſapientiam datam frequenti adhortatione ſuggeras Ludovico regi aliisque confratribus, ut ad noſtræ mediocritatis colloquium atque generalem ſynodum, juxta Chriſti voluntatem, apud Trecas congregatam venire non omittat: vel ſi aliqua neceſſitate prædictus rex præpeditus fueris, &, ut non

op-

CXI.

optamus, properare diſtulerit ad locum prædictum, quo cum Ludovico rege locuturi ſumus, nominetenus deſtinet: quatenus ſub cuncta celeritate regum filiis congregatis, totius chriſtianitatis, Dei gratia duce, conſulere communiter valeamus utilitati. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Similis tenoris literæ ad Luitbertum Moguntinum & Willibertum Colonienſem datæ fuerunt. Occaſionem, qua ex ſcriptæ ſunt, ſic referunt Annales Bertiniani *ad an.* 878. *Joannes Papa iraſcens contra Lantbertum & Adalbertum Comites, quia villas & civitatem ejus prædati ſunt, eis horribiliter excommunicatis, Roma exiit, & navigio Arelatum in die ſancto Pentecoſtes appulit, ſuosque Nuncios ad Boſonem Comitem miſit, & per ejus auxilium usque Lugdunum venit, & inde Miſſos ſuos ad Regem Ludovicum Turonis miſit: mandans, ut ei obviam veniret, quo ſibi commodum foret. Ludovicus autem mittens ei obviam quosdam Epiſcopos, petiit, ut usque Trecas veniret, ipſique ab Epiſcopis iſtius regni ſtipendia dari fecit. Et quia propter ſuam infirmitatem ante non potuit, Kalendas Septembris apud Trecas ad eum venit. Interea Papa Joannes generalem ſynodum cum Epiſcopis Galliarum & Belgicarum provinciarum agens* &c. Et paulo poſt: *Et coronatus Ludovicus à Joanne Papa VIII. Idus Septembris invitavit eundem Papam ad domum ſuam, & opipare paſcens honoravit eum multis donis ipſe & uxor ſua, & remiſit eum ad Trecas civitatem.* Adde Aimonium *Lib. V. C.* 37. Miræum *Annal. Belg. ad an.* 878. Eckhard *Rer. Francicar. Lib. XXXI.* §. 262. *ſeqq.*

CXII.

JOANNES PP. VIII.

WALONI EPISCOPO METENSI

878. *6. Septemb.*

concedit pallium certis diebus deferendum ad vitam.

Harduinus *Concil. Tom. VI. P. I. pag.* 121.

JOannes epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Walæ venerabili epiſcopo Mediomatricorum eccleſiæ, quæ & Metis vocatur, in honore ſcilicet S. Stephani primi martyris. Si paſtores ovium ſolem geluque pro gregis ſui cuſtodia die ac nocte ferre contenti ſunt, ac ne qua ex eis aut errando pereat, aut ferinis laniata morſibus rapiatur, oculis ſemper vigilantibus circumſpectant; quanto ſudore, quantaque cura debemus eſſe pervigiles, nos, qui paſtores animarum dicimur? Attendamus ad ſuſceptum, officium exhibere erga cuſtodiam Dominicarum ovium non ceſſemus, ne in die divini examinis pro deſidia noſtra ante ſummum paſtorem negligentiæ reatus excruciet, unde modo honoris reverentia ſubliminores inter ceteros judicamur. Pallium autem fraternitati tuæ ex more ad miſſarum ſolemnia celebranda conceſſimus, diebus vitæ tantummodo: quod tibi, non eccleſiæ tuæ, aliter privilegiis in ſuo ſtatu manentibus, uti concedimus. Quoniam indumenti honor modeſta actuum vivacitate ſervandus eſt, hortamur, ut ei morum tuorum ornamenta conveniant, quatenus auctore Deo utrisque poſſis eſſe conſpicuus. Itaque vita tua filiis tuis ſit regula. In ipſa ſe ſemper conſiderando proficiant, ut tuum poſt Dominum videatur eſſe, beoe quod vixerint. Corrigant, ne proſpera, quæ temporaliter blandiuntur, extollant, neque adverſa dejiciant; ſed quidquid illud fuerit, virtute patientiæ devincant. Nullum apud te locum odia, nullus favor indiſcretus inveniat. Sub ea videlicet ratione concedimus fraternitati tuæ, ut a ſecretario usque ad ſacrum altare, & ab altari usque ad ſecretarium, ſicuti priſca extitit * palleatis conſuetudo, indui debeas. * palliatis. Auctoritate autem B. Petri apoſtolorum principis licentiam diebus vitæ tuæ, ſub jure & ditione noſtra, ut diximus, habeas. Nullum uſum vel coosuetudinem ſucceſſoribus tuis per hoc noſtrum tibi conceſſum apoſtolicum privilegium habere cenſuimus. Et neque epiſcopus, * archiepiſcopus adverſus te pro hoc * aut altercationis contentionem commoveat. Ita Domino regente & guber-

CXII.

nante cor tuum, commiſſam exequi gubernationem ſtudeas, ut adepto hujus honoris officio, dignitate & probitate morum amplius procures adornari. Scriptum per manum Gregorii ſcrinarii ſanctæ Romanæ eccleſiæ in menſe Septembrio, * indictione XII. Data VIII. idus Septembris per manum Walperti humillimi epiſcopi ſanctæ Portuenſis eccleſiæ, anno Domino propicio pontificatus domni noſtri Joannis ſummi pontificis & univerſalis Papæ in ſacratiſſima ſede B. Petri apoſtoli ſexto. (*a*) (*a*)

* indictio hic à menſe Septembri computatur.

N O T A.

(*a*) Quamvis Waloni Epiſcopo ad vitam ſolùm, non verò Metenſi Eccleſiæ, hoc privilegium conceſſum fuerit; fortiter nihilominus ei ſe oppoſuit Bertulfus Archiepiſcopus. Rem refert Labbeus *l. in not.* verbis Hiſtoriæ Trevericæ nondum editæ. Ea hæc ſunt: „ Anno quinto Bertolfi moritur Adventius Metenſis Epiſcopus: Walo ei ſubſtituitur, cui ordinationis ſuæ anno ſecundo tranſmiſſum eſt pallium a Joanne Papa, cum litteris docentibus, quibus in feſtis eſſet uſurus. Bertulfus verò Metropolitanus audiens Walonem in die ſancto Paſchæ cum pallio procedere, miſſis litteris Treveris evocatum percunctatus eſt, quando, vel quomodo, vel a quo procedere cum pallio ſibi fuerit conceſſum. Walo, lecto in auribus omnium, qui aderant, quod ſibi a Papa tranſmiſſum fuerat de uſu pallii privilegio, aſſeruit, non ſe primum, ſed quintum fuiſſe, quem Apoſtolica ſedes hoc honore dignata ſit ſublimare; ſalvâ tamen in omnibus Metropolitano ſubjectione. I. Urbicum. II. Papini Regis ex ſorore nepotem Crodogangum. III. Angelramum. IV. Drogonem, Caroli M. Imperatoris filium. Bertulfus his aſſertionibus non ſatisfactus, capitulo Canonum lecto, quo aſſeritur, nulli ſuffraganeorum novum, & quod non ab omnibus in Eccleſia ſua prædeceſſoribus habebatur, abſque Metropolitani ſui conſilio & licentia præſumendum, interdixit ei per ſanctam, quam in omnibus eccleſiaſticis negotiis deberet obedientiam, ne ulteriùs, niſi ab eo petitâ & conceſſâ licentiâ, pallio uteretur. Cúmque Walo Apoſtolicam auctoritatem prætenderet, Archiepiſcopus verò Metropolitanorum privilegia defenderet, grandis utrimque conſtata eſt inimicitia. Hincmarus igitur, reverentiſſimus Remorum Archiepiſcopus, & eloquentia clariſſimus, audiens hanc diffidentiam, epiſtolam Waloni tranſmiſit, ſapientiæ ac ſacri conſilii ſale conditam, per quam eum ad Metropolitani ſui inſtruxit obedientiam, & reſtituit concordiam. „ Meminit ejuſdem diſſenſionis Flodoardus *Hiſtor. Remenſis Lib. III. Cap.* 23. ubi refert, ſcriptam, de hac pallii materia, ab Hincmaro ad Walonem epiſtolam; & Bertulfum noluiſſe literas Papæ ſuſcipere. Eadem fuſiùs narrat Chronicon ſancti Trudonis *Lib. II. Part. I. Cap.* 13.

CXIII.

WILLICHERIUS ABBAS

880. 27. *Nov.* ſancti Maximini à Ludovico præfectus capellæ regiæ Francofurtenſi.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hludovicus divina favente gratia rex. Si locis Deo dicatis noſtræ regiæ poteſtatis compendium impenderimus, hoc nobis ad æternæ retributionis præmia capeſſenda profuturum liquido credimus. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam & futurorum induſtria, qualiter piiſſimus genitor noſter ob amorem Domini, & ſuæ mercedis augmento tradidit, traditasque firmavit quaſdam res proprietatis ſuæ ad capellam ſuam ad Franconofurt, quæ eſt conſtructa in honore ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, hoc eſt, capellam ad (*a*) Cuſſtein, & illud monaſterium ad (*b*) Uſella; & illam eccleſiam in villa, quæ vocatur Steti; & illam eccleſiam ad Plageſtat, & illam villam, quæ dicitur Pargilla, cum eccleſia & decima ad eam pertinente, ſicut eam Rutkerus in beneficium habuit, & illam eccleſiam ad (*c*) Sprendilin- (*a*) (*b*) (*c*)

N O T Æ.

(*a*) *Cuſſtein*] Coſtem, prope Moguntiam.
(*b*) *Uſella*] Urſel, apud Francofurtum.
(*c*) *Sprendilingen*] Hodie Springlingen, propè Gaus-Böckelheim.

CXIII.

dilingun cum illo manſo, qui ad eam pertinet; & illam eccleſiam ad (*d*) Biſcofesheim cum omni decimatione, cum mancipiis ad eam pertinentibus, & quod Rutkerus habuit in villa Seckibah, & illam eccleſiam ad Suenheim cum omni decimatione, cum mancipiis & terris ad eam pertinentibus, & tres manſos ad Gelſtrebach, & illam capellam ad (*e*) Nerenſtein, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſicut eam Aaron ibi in beneficium habuit, & illam villam, quæ dicitur Kadelcamf, cum omnibus appendiciis, & illam capellam in Bunna, & ſicut Herinh in beneficium habuit in Oſternaha, & quod Ruotlind ad ipſam capellam tradidit, ſcripto confirmavit. Has itaque præſcriptas res cum omni integritate, id eſt cum omnibus ad eas pertinentibus, in domibus, ædificiis, mancipiis, campis, agris, pratis, paſcuis, vineis, ſylvis cultis & incultis, aquis, aquarumque decurſibus, mobilibus & immobilibus ad jam dictam capellam pius genitor noſter tradidit, atque transfudit, ut deinceps perpetualiter ad Dei ſervitium peragendum ibi permaneant absque ullius contradicentis obſtaculo; & conſtituit, ut in eodem loco ad ſerviendum Domino conſiſtant clerici XII. exceptis presbyteris, qui in locis illuc pertinentibus Domino famulantur. Et hi omnes de præſcriptis rebus habeant ſtipendia neceſſaria; & ab illo abbate, cui ipſa capella commiſſa fuerit, nulla unquam hoſtilis expeditio exigatur. Inſuper etiam præcepit, ut (*f*) abbas Williherius, cui ipſa capella commiſſa eſt, diebus vitæ ſuæ eam ſecuriter habeat, cum omnibus ad eam pertinentibus; nec ullus inde ei quidquam inferre præſumat, ſicut regiæ partis tunc in beneficium habere viſus fuit, cum omnibus præſcriptis & jure ac legitime ad ea pertinentibus, in decimationibus ſeu aliis appendiciis. Nos igitur paternæ traditioni conſentientes juſſimus fieri hoc noſtræ conſenſionis præſcriptum, per quod volumus, atque præcipimus, ut ſicut pius genitor noſter præſcripta omnia conſtituit atque firmavit, ita deinceps firmata atque ſtabilita permaneant absque ullius contradicentis aut inquietantis obſtaculo. Et ut hæc conſenſionis noſtræ autoritas firmior habeatur, ac per futura tempora a fidelibus noſtris melius credatur & diligentius obſervetur, manu propria noſtra ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus. Signum Ludovici ſereniſſimi regis. Arnolfus cancellarius ad vicem Luitberti archicapellani recognovi. Data XV. kalend. Decemb. anno Incarn. Domin. DCCCLXXX. indict. XIII. anno V. regni Ludovici ſereniſſimi regis. Actum Franconofurt, in Dei nomine feliciter. amen. (*g*)

CXIV. CA-

NOTÆ.

(*d*) *Biſcofesheim*] Hodie Gavvbischeim ſeu Govvbiſchofsheim, haud procul Moguntiâ.

(*e*) *Nerenſtein*] Nerſtein, propè Oppenheim.

(*f*) *Williherius.*] Abbas S. Maximini. Cùm, uti infrà videbimus, Otto M. Imp. Abbates S. Maximini perpetuos juſſerit eſſe Auguſtarum Capellanos, probabile mihi eſt, Williherium jam à ſacris fuiſſe Reginæ, ac in Palatini templi Francofurtenſis Capellanorum numerum relatum. *Dicti autem ſunt primitus* Capellani *a Cappa S. Martini, quam Reges Francorum ob adjutorium victoriæ in præliis ſolebant ſecum habere: quam ferentes & cuſtodientes cum cæteris ſanctorum reliquiis, Clerici* Capellani *coeperunt vocari.* Verba ſunt Walafridi Strabonis *Cap. ult. de Reb. Eccleſ.*

(*g*) Carolus Craſſus, poſtquam Romæ imperium iniverat, tranſitis tandem alpibus ſub anni 881. terminum Francofurti tabulas dedit, præſentium per omnia confirmatorias. Hæc tamen de ſuo addidit: *Nec non & inſuper pro retributione æterna, beatitudinisque augmentatione ad præſcriptum ſanctum locum. . . . . partem de omni conlaboratu, videlicet de annona, vino, froſgingis*(videtur carnem ſignificare) *fœno & argento, ex noſtris indominicatis villis, quorum hæc ſunt nomina: Franconofurt cum locis illuc pertinentibus; Triburias, & villis illuc pertinentibus; Ingilenheim, cum locis illuc pertinentibus; Crucenacha ſimiliter; Liutra ſimiliter; Kerinesheim; & quidquid pertinet ad Epiſcopalem ſedem in Wormacia ex partibus Woſagi. Et ut hæc noſtra confirmationis auctoritas, conceſſionisve, inviolabilis in Dei nomine obtineat firmitatem, manu propria ſubter eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Signum Domini Karoli ſereniſſimi Imperatoris. Waldo Cancellarius ad vicem Luithvvardi Archicancellarii recognovit. Data III. Id. Decemb. anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXI. Indictione XIV. anno vero Imperii piiſſimi Imperatoris Karoli I. Actum Franconofurt curte Imperiali, in Dei nomine feliciter amen.* Tertium diploma fundationis capellæ regiæ Francofurtenſis, quæ hodie S. Bartholomæi eſt, exhibet Gundenus *Cod. Diplom. Mogunt. pag.* 2. binis jam dàtis ſic ſimile, ut utrumque complecti videatur. Exſtat autem & hujus, ſicuti præcedentium amborum, autographum in tabulario S. Maximini; ut adeo vel hinc etiam appareat, quod aliàs obſervatum eſt, plura perſæpe de una re exarata fuiſſe originalia.

CXIV.

882. *22. Maij.*

CAROLUS CRASSUS

Monaſterio Prumienſi, a Normaññis devaſtato, concedit curtem ſuam Neckrauwam.

Martene Collect. ampl. T. I. p. 216.

IN nomine ſanctæ & iodividuæ Trinitatis. Carolus divina clementia Imperator auguſtus. Si erga loca divino cultui mancipata, maxime tamen ea, quæ ab infeſtatione paganorum diruta eſſe noſcuntur, ſerenitatis noſtræ clementiam exercemus, inde nobis æternæ retributionis præmia provenire liquido credimus. Quapropter noverit omſium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum induſtria, qualiter oos ad monaſterium, quod dicitur Prumia, io honore S. Salvatoris conſtructum, audita (a) ioſeſtatione paganorum, qui dicuntur Nordmanni, ad eumdem monaſterium erumpentium, quamdam curtem noſtram, quæ dicitur (b) Neckarauwa, in comitatu Loubungowe, cum omnibus ad eam legitime aſpicientibus, mancipiis, ædificiis, terris, agris, vineis, campis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus, mobilibus & immobilibus, & tertiam partem ſylvæ, quæ pertinet ad Liudolveſheim, jure perpetuo tradimus, atque de noſtra dominatione in jus & dominatiooem ipſius monaſterii per hoc noſtræ auctoritatis præceptum dooamus atque transfundimus, ea videlicet ratiooe, ut rectores ipſius monaſterii de ſupradicta curte, & tertia parte prænominatæ ſylvæ, liberam ac ſecuram habeant poteſtatem ordinandi, regendi & diſponeodi ſecundum ſuum libitum & utilitatem ſæpefati monaſterii & fratrum ibidem Deo famulantium. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ inviolabilis habeatur, & ut per futura ſæcula ab omnibus diligentius obſervetur, hoc idem præceptum propria manu ſubter adfirmavimus, & anulo ooſtro roborare ſigillarique juſſimus. Signum domni Karoli glorioſiſſimi Imperatoris auguſti. ✝. Waldo notarius ad vicem Luitwardi archicancellarii recognovi. Data XI. kal. Jun. anno Iocarnationis Domini DCCCLXXXII. anno Imperatoris Karoli II. Actum in Wormatia civitate.

CXV. TA-

N O T Æ.

(a) *Infeſtatione paganorum, qui dicuntur Nordmanni.*] Normanni menſe Februario anni 892. Molam tranſeunt, & in Ripuariorum pagum penetrant; cuncta vaſtando Bonnam perveniunt, atque inde villam Landolfesdorf (puto hodiernum *Leudesdorff* ad dexteram Rheni ripam) occupant; unde advenicnte Francorum exercitu noctu diſcedunt, & ſylvas perrepentes Prumiam attingunt. Abbate & fratribus effugiendi locum vix habentibus, hoſtes monaſterium ingrediuntur, omnia diripiunt, reſiduos monachos familiamque trucidant, aliquos tamen captivos abducunt. Arduennam hinc intrant, & caſtro quodam nuper exſtructo, quo ſe incolarum ingens multitudo receperat, capto, omnes interficiunt. Hinc cum ingenti præda, ut Rhegino *ad h. an.* teſtatur, ad alaſſem ſuam redeunt, illâque ad transmarinas regiones vela faciunt. *Per idem tempus*, inquit Rhegino, *Farabertus Abbas Prumienſis cœnobii curam paſtoralem ſua ſponte per conceſſum Regis depoſuit, & ego, quamvis indignus, ſecundum regularem auctoritatem per electionem fratrum, in regimine ſucceſſi: in quo tamen non diutius immoratus, æmulis agentibus, Richarium fratrem Gerhardi & Matfridi, invidioſum mei negotii ſucceſſorem ſuſtinui.* Rhegino tamen ipſe teſtatur, ſe uſque in annum 899. Abbatiæ Prumienſi præfuiſſe.

(b) *Neckarauvva in Comitatu Loubungovve.*] Vicus *Neckerau*, non procul à confluentibus Nieri & Rheni, ex adverſo Manhemii, atque infra Lobetenburgum, nunc Ladenburgum, ſitus eſt.

CXV.

TABULA

Circa 882.

indicans ſitum corporum S. Paulini Archiepiſcopi & SS. Martyrum, qui ſub Maximiano Treviris paſſi ſunt.

IN hac crypta jacent corpora ſanctorum, ſecundùm ſæculi dignitatem nobiliſſimorum, ſecundùm Dei autem voluntatem martyrum precioſorum. Nam Rictiovarus, Maximiani Imp. præfectus legionem Thebeam juſſu ipſius circumquaque perſecutus, hanc etiam urbem propter ipſos eſt ingreſſus. Quorum innumeros cum hic occidiſſet, hos quoque hujus civitatis principes, fidei Chriſtianæ confeſſores, cum ipſis occidit, quorum corpora hic circum circa ſunt collocata. In medio vero ipſorum *S. Paulini*, clariſſimi Trevirorum archiepiſcopi corpus eſt, ferreis catenis ſuſpenſum: quod ibi *S. Felix* hujus ſedis epiſcopus a Frigea * totius regni viribus translatum, III. idus Maji honorificè ſuſpendit: qui & iſtud monaſterium in honorem S. Dei genitricis, nec non eorundem martyrum conſtruxit. Nam propter horum principum corpora, innumerabilia ejusdem multitudinis corpora in hoc monaſterio ſunt comprehenſa, quorum nomina ſicut innumerabilis populi & peregrini non potuerunt reperiri, excepto uno ducis vocabulo, qui *Tirſus* vocabatur, quorum hic videri poſſunt ſarcophaga, aureis litteris in hujus cryptæ pariete conſcripta fuerunt, quæ inde devoti, qui tunc erant, Chriſtiani huc tranſtulerunt, quando Nortmannos hanc urbem, ſicut cæteras undique urbes, depopulaturos eſſe præſciverunt. Is ergo, qui in dextro *S. Paulini* latere eſt repoſitus, *Palmatius* vocabatur, qui conſul & patritius toti huic civitati principabatur. In ſiniſtro autem latere ipſius qui jacet, *Tirſus* vocabatur, cujus nomen ſolius de tanta multitudine ideo eſt notatum, quia ipſe ejusdem legionis gerebat ducatum. Ad caput autem hujus *S. Paulini* ſeptem jacent hujus urbis ſenatores nobiliſſimi, martyrio cum ipſis Thebeis coronati: quorum medius vocatur *Maxentius*. Juxta quem dextrorſum qui jacet proximus, nomen habet *Conſtantius*, poſt quem eſt *Creſcentius*, poſtea *Juſtinus*. In latere autem ſiniſtro Maxentii qui jacent, tres erant fratres germani: quorum major natu proximus Maxentio *Leander*, juxta quem *Alexander*, poſtea *Soter*. Ad pedes vero *S. Paulini* altrinſecus poſiti ſunt quatuor viri genere & virtute clariſſimi, qui licet tempore pacis occulte Chriſtum colebant, tempore tamen perſecutionis aperte adeo & conſtanter fidem Chriſtianorum defendebant, adeo ipſi Rictiovaro in faciem reſiſtebant, quod eos quaſi ad exemplum aliorum diverſis tormentorum generibus multum afflictos tandem in præſentia ſua fecit decollari. Alter ergo duorum verſus Auſtrum poſitorum, interior ſcilicet *Hormiſda*, exterior autem *Papinius* vocatur: alter autem eorum, quorum latera Aquilonem reſpiciunt, interior item *Conſtans*, exterior *Jovianus* vocabatur. Ingreſſus eſt autem Trevirim Rictiovarus quarto nonas Octobris, & eadem die occidit Tirſum cum ſociis; ſequenti autem die Palmatium, cum aliis principibus civitatis; tertia vero die cædem exercuit in plebem ſexus utriusque. (*a*) (*a*)

* Phrygia

N O T A.

(*a*) Fidem plumbeæ hujus tabulæ, quæ ingruente vaſtatione Normannicâ circa annum 882. juxta ſanctorum corpora, ad ſervandam eorum memoriam, defoſſa eſt, probant (1.) quòd eam anno 1071, quo tempore ſacræ hæ reliquiæ detectæ fuerunt, integram referat coævus autor Hiſtoriæ de Martyribus Thebeis, quam deſcriptam habeo ex Manuſcriptis S. Maximini. (2.) Ejusdem tabulæ apographum exhibet membrana S. Paulini, quam è veteri Manuſcripto Palatino deſumpſit Freherus, & commentariis ſuis in Moſellam Auſonii ſubjunxit. Recenſet autem eam etiam Fridericus Præpoſitus S. Paulini in Hiſtoria inventionis S. Paulini, quam teſte Brovvero *in Præparaſc. Annal. Trev. Cap. III. n.* 5. ineunte Seculo XV. conſcripſit. (3.) Inventionis harum reliquiarum meminit Sigebertus ad an. 1071. & Lambertus Schaffnaburgenſis, qui & inſcriptionis fragmentum habet. (4.) Conſtans Eccleſiæ Trevirenſis traditio, quæ à tempore hujus inventionis ſanctis Martyribus in tabula memoratis publicum cultum defert, teſte Brovvero *Annal. Trev. Lib. III. n.* 77.

 (5.) Jam

CXV.

(ſ.) Jam ante ea tempora ſub Pipino Rege S. Hildulphus Archiepiſcopus Trevirenſis ex ſacello ignobili apud pontem Trevirenſem corpus S. Bonifacii cum trecentis ſociis Thebeis Martyribus ad Cœnobium D. Maximini tranſtulit; uti eſt in vita Hildulphi manuſcripta, quæ exſtat in Abbatia S. Maximini, aliâ ab ea, quæ à Surio edita eſt.

Obiit anno 883. die 10. Februarii *Bertulfus* Archiepiſcopus Trevirenſis, cui per electionem cleri & plebis Ratbodus ex Abbate Mediolacenſi VII. Idus Aprilis ſuffectus eſt, qui mox X. Calendas Maij Rupertum in Metenſi Eccleſia Epiſcopum conſecravit, ut Rhegino & Annaliſta Saxo Eckhardinus *ad d. an.* teſtantur. Verba Rheginonis hæc ſunt: *Eodem tempore Bertulphus, Trevirorum Epiſcopus, migravit ad Dominum IIII. Idus Septembris, cui ſucceſſit in pontificali cathedra per electionem cleri & totius plebis Ratbodus reverendiſſimus antiſtes VII. Idus Aprilis.* Obſervat Eckhardt *Rer. Franc. Lib. XXXI.* §. 311. in Rheginonis vulgata editione vitium latere, quando dicitur Bertulfum *IV. Idus Septembris* ad Dominum migrâſſe; rectiùs Annaliſta Saxo habet *IV. Idus Febrrarii.* Nam & Treviris in Eccleſia B. Paulini juxta ſacrarium brevi ſaxo inſcriptum ſtabat: ✠ BERTOLFUS TREVIR. ARCHIEPISCOPUS IIII. IDUS FEBR.

RATBODUS
ARCHIEPISCOPUS.

CXVI.

IMMUNITAS
A
884. 12. *Maij.*
CAROLO CRASSO IMPERATORE

Abbatiæ Prumienſi conceſſa, præſertim quoad liberam electionem Abbatis.

Knauff *Defenſ. Prumien. pag.* 56.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina favente clementia Imperator auguſtus. Si liberalitatis noſtræ munere res ſanctæ Dei eccleſiæ, & loca divinis cultibus mancipata ad petitiones fidelium noſtrorum relevamus juvamine, atque regali tuemur munimine, præmium inde nobis apud Dominum æternæ remunerationis procul dubio rependi, non diffidimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium ſcilicet, quam & futurorum induſtria, qualiter Ansbaldus venerabilis abba de monaſterio Prumia, quod eſt dicatum in honore Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctæ Mariæ ſemper virginis, obtulit obtutibus noſtris auctoritatem immunitatis & confirmationis electionis ex ipſis monachis anteceſſorum noſtrorum Pipini proavi noſtri, & Caroli atavi noſtri, nec non & Ludovici avi noſtri, ceu etiam & piæ memoriæ Ludovici genitoris noſtri, in quibus continebatur inſertum, quod præfatum monaſterium ſub illorum nomine & defenſione cum cellulis & locis ſibi ſubjectis, ac rebus & omnibus illuc pertinentibus hactenus ab inquietudine judiciariæ poteſtatis munitum atque defenſum firmiſſime fuiſſet, & liberam electionem ex ipſo grege habuiſſet. Unde etiam pro rei veritate ſuggeſſit prænominatus abbas Ansbaldus clementiæ noſtræ, ut paternum, ſeu prædeceſſorum noſtrorum, regum videlicet, morem ſequentes, hujusmodi noſtræ auctoritatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam ipſius ſancti loci circa ipſum monaſterium fieri cenſeremus. Cujus petitioni aſſenſum præbentes, hoc immunitatis atque electionis præceptum erga ipſum monaſterium pro divini cultus amore, nec non & animæ noſtræ ſalute hoc ita nos perdonaſſe, & per præſentem auctoritatem confirmaſſe, omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fideliûmque noſtrorum cognoſcat magnitudo, videlicet ſi talis inter eos ſecundum canonicam auctoritatem habilis & idoneus inveniri poterit, quem vita, religio, morúmque compoſitio, & ſanctarum ſcripturarum inſtructio commendet, ornet atque ſanctificet. Unde & nos auctoritatis præceptum fieri juſſimus, per quod decernimus atque jubemus, ut

noſtris

CXVI.

noſtris, ſucceſſorúmque noſtrorum temporibus omnia ſupra ſcripta perpetua ſtabilitate inviolata permaneant. Præterea rogamus benevolentiam ſucceſſorum noſtrorum, ita hoc auctoritatis præceptum ab illis conſervari, quemadmodum & ipſi voluerint ſua facta ſtabiliri. Hanc igitur auctoritatem immunitatis & electionis ex proprio grege, ut pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, & ut a fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris per futura tempora melius conſervetur, veriuſque credatur, ſubter eam manu propria firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Signum Caroli Imperatoris ſereniſſimi †. †. †. Sigonius notarius ad vicem Lintwardi archi-cancellarii recognovi atque ſubſcripſi. Data XI. kalend. Junii, anno ab Incarnatione Domini * DCCCXXXIV. *DCCCLIV. indictione ſecunda. Anno Caroli auguſti VIII. Imperii anno quarto. Actum Wormatiæ in Dei nomine. amen.

CXVII.

885. 1. Octobris.

CAROLUS CRASSUS

Monachis S. Maximini reſtituit jus eligendi Abbatis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina favente clementia Imperator auguſtus. Oportet igitur nos, qui divina pietate cæteris mortalibus prælati ſumus, circa monaſteriorum reverentiam auguſtali cura vigilare, ut
(a) (a) deſtructa quoque monaſteria, & a propriis incuria deviata privilegiis, ubicunque potuerimus, ad priſtinum ſtatum reformentur. Quapropter noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet & futurorum, induſtria, quia quoddam monaſterium beati Maximini per diverſas diſtributum perſonas a propria electione injuſte, & ultra ſtatuta anteceſſorum noſtrorum, irrationabiliter privilegiis propriis fruſtratum, & ab electione penitus dejectum eſſe didicimus. Ideoque nos imperiali autoritate hoc idem monaſterium propriis privilegiis reſtituimus, & electionem fratribus, regulari profeſſione in eodem monaſterio coronatis, perpetuali conditione conceſſimus, & juſſimus hoc noſtræ autoritatis præceptum inde conſcribi, per quod decernimus atque jubemus, ut deinceps hoc idem monaſterium ſub noſtra defenſione ſalvum ſubſiſtat, nullusque habeat poteſtatem aliquam eis irrationabilem inferre moleſtiam, ſed liceat fratribus ibidem Domino famulantibus ſub omni quietudine pro nobis noſtriſque parentibus Dominum exorare. Quandocunque autem divina vocatione abbas illorum obierit, & ad loca meliora tranſierit, (b) habeant pote- (b)
ſtatem fratres inter ſe eligendi abbatem, quamdiu Deus conceſſerit, ut talis

NOTÆ.

(a) *Deſtructa quoque monaſteria.*] Videtur Imperator deſignare velle flebilem Abbatiæ ſan-Maximinianæ ſtatum, quem Nicol. Novillanius *in Catal. Abbatum S. Maxim.* ſic deſcribit „ Circa hoc tempus urbs Treverica cum ſuburbanis ſuis per Normannos tantam ſtragem civium paſſa eſt, nec non hoc nobile monaſterium inter cæteră non ſolum concrematum eſt, ſed tanta monachorum & eccleſiaſticæ familiæ cæde completum, ut ne unus quidem ſuperſtes remaneret ex omnibus, cui notus eſſet locus tumuli S. Maximini. Vid. in II. Lib. Miraculorum S. Maximini circa finem. Poſt hæc turbulentiſſima tempora corpus ſacratiſſimum S. Maximini inventum eſt, ita incorruptum & integrum, veſtimentaque ita incorrupta & integra, ac ſi eodem die ibi conditum fuerit, naſo tantum excepto, qui ſarcophagi cooperculo modicum preſſus & in lævam deflexus ſteterat, &c.

(b) *Habeant poteſtatem fratres inter ſe eligendi Abbatem.*] Sed & hæc Caroli conceſſio multo adhuc tempore ſuo caruit effectu; ſic enim Novillanius *l. cit.* „ Nota, quod anno 888. uſque ad annum 934. Abbatia iſta per Comites & Duces fuit detenta, & per Præpoſitos fuit adminiſtrata per annos circiter 45. Nam ſub Carolo filio Ludovici fratris Lotharii circa præſcriptum annum 888. Normanni à finibus ſuis egreſſi Numagium, Leodium, Trajectum, Tungris, Coloniam, Prumiam, Treviram, Metis, & alia loca incendio concremarunt.

CXVII.

ſtalis inter illos reperiri poſſit. Et ut hæc noſtræ largitatis conceſſio plenio-rem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc idem præceptum propria manu firmavimus, & (c) bullæ noſtræ impreſſione aſſignari juſſimus: inſuper verò conceſſimus B. Maximino quandam piſcinam, quæ eſt ſub ipſo ponte in civitate Treviris. Signum Caroli ſereniſſimi Imperatoris auguſti. Inquirinus ad vicem (d) Luitwardi archicancellarii recognovi. Data kalend. Octobris anno Incarnationis Domin. DCCCLXXXV. ind. III. anno vero regni domini Caroli IX. imperii autem V. Actum Wormat. civitate in Dei nomine feliciter amen.

N O T Æ.

(c) *Bulla noſtra impreſſione aſſignari juſſimus.*] Sigillum hoc peculiarem obſervationem poſtulat: plumbeum eſt, præter omnium Imperatorum morem, ex filo ſerico pendulum, ritu bullis Papalibus ſolemni. In antica ejus parte Principis imberbis & obeſi caput laureatum, cum hac circumſcriptione: KAROLUS. IMP. AGS. In parte poſtica verò in medio circuli ex lauris complicati hæc inſcriptio: RENOVATIO. REGNI. FRANC. cernitur. De nonnullis aliis ſimilibus ſigillis ſeu bullis Imperatoriis agit Heineccius *de ſigillis. Part. I. Cap. V. n.* 10. quæ tamen omnia, uti & hoc noſtrum, ſolius Caroli craſſi eſſe, extra dubium eſt.

(d) *Luitwardi*] Archiepiſcopi Vercellenſis: hominis per hoſce dies inſigni apud Craſſum gratia & auctoritate; ſed ex eo favore tandem in invidiam traductus, inſimulatuſque apud credulum Principem, eau cum Richarde Auguſta clam flagitium aleret, Regiâ cum dedecore anno 887. pulſus. Rhegino, Contractus, & alii *ad h. ann.*

CXVIII.

RAGENARIUS COMES

confirmat donationem Decimarum factam AB IMPERATORE

886. # CAROLO CRASSO

Eccleſiæ S. Dagoberti in Stenaco.

Calmet *Hiſt. de Lorraine. Tom. I. in probat. p.* 313.

Decretum fore comperiat ſublimitas omnis congregationis ſanctæ matris eccleſiæ ab illuſtriſſimis patribus, ut inde, quod Deo gratis impenditur ad templum Domini, inde Chriſti milites ſuſtententur inibi deſervientes, & quod conceſſum in primordio ad eorum uſus adfuit, ſtabili voto permaneat in futuro, & qui hoc denegaverint, ſe participes agnoſcant Ananiæ & Saphiræ, qui defraudaverunt de pretio agri, & perierunt ſubita morte ante pedes apoſtolorum. Nam cum pene ruina totius orbis ex neſandorum gente Normannorum concuteretur, Deo protegente defenſi ſunt omnes, qui ſub patrocinio glorioſi & (a) beatiſſimi

N O T Æ.

(a) *Beatiſſimi martyris Dagoberti.*] In acta ſancti Dagoberti, Regis & Martyris, cujus oſſa Stenaci in Archidiœceſi Trevirenſi coluntur, Diſſertationem & notas ſcripſit Alexander Wilthemius, quibus probat, eum fuiſſe Dagobertum III. Childeberti III. filium.

CXVIII.

tiſſimi martyris Dagoberti morabantur in fiſco * Sathanacenſe atque Mouſenſe, pro qua re dignas Deo grates rependere debet unusquisque fidelis ſanctæ Dei eccleſiæ, qui ſub religioſo cultu Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti inhabitat. Audito itaque tam præclaro miraculo Carolus invictiſſimus auguſtus imperiali autoritate juſſit & conceſſit, ut quidquid ex illo jam præfato fiſco Sathanacenſe atque Mouſenſe exit de agris, pratis, vineis atque ſylvis, ſive de nutrimine, ſeu de omni cenſu, decimam partem dari in uſus fratrum ibidem Deo ſanctiſſimoque regi Dagoberto famulantium. Ego itaque (*b*) Rage- (*b*)
narius comes ſucceſſor illius, atque aſſertor iſtius chartulæ, quidquid regia autoritas ſtatuit concedendo, tribuo permanere in perpetuum. Et ut iſtud firmiſſimum permaneat in omnibus, augeo manſum unum integrum cum omnibus appenditiis in villa Velcadonis pro me, & conjuge mea Herſenda, ut ſicut oſſa ejus hic requieſcunt, ſic etiam requieſcant hic mea. Et qui voluerit quidquam ſubtrahere de omnibus ſupradictis, dampnetur cum Core, Datham & Abiron, & ſit anathema Maran-atha.

* *Stenay & Mouſay.*

CXIX. AR-

N O T Æ.

(*b*) *Ragenarius Comes.*] Filius Giſelberti Comitis Mauſuariorum & Ermengardis natæ Lotharii Regis; potentiſſimus Comes, & tandem Dux Lotharingiæ. Vocatur etiam Abbas Monaſteriorum S. Servatii Trajectenſis, Stabulenſis & Malmundarienſis, nec non Epternacenſis. Vid. infra Diploma Zuendeboldi de 13. Maij 898. & *ibi not.* De eodem Annaliſta Saxo & Conradus Abbas Urſpergenſis *ad an.* 9 6. *Hac tempeſtate Raginerus princeps nobilis, partium Karoli fidiſſimus tutor, finem vitæ accepit, cujus exequiis Karolus interfuit. Giſelberto filio ejus jam adulto paternum honorem coram Principibus, qui confluxerant, liberaliter conſulit. Hic opibus inclytus, temeritate præceps, pro abjectione Karoli multa meditabatur.*

CXIX.

ARNOLPHUS REX

MONACHIS S. MAXIMINI donat villam Rübanacha.

888. 23. *Jan.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Arnolphus divina gratia favente rex. Si erga eccleſias Dei dignanter divinis cultibus corruſcantes, nec non præclaris ſanctorum patrociniis cælitus præfulgentes, curam gerere & aliqua impendere eis opportuna ſtuduerimus ſuffragia, ſempiternæ beatitudinis mercedem inde nos conſequi poſſe certo confidimus, & ibi Domino famulantes, ad bonæ converſationis propoſitum devotiores efficiemus, ad orationemque noſtram eos promptiores exiſtere credimus. Quapropter omnes ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium tam præſentium quamque futurorum cognoſcat induſtria, qualiter (*a*) quidam fidelis noſter nomine Megingoz manſuetudinem noſtram precatus eſt, ut cœnobium in civitate Treviris in honore Chriſti & ſancti Maximini conſtructum aliqua conceſſionis noſtræ gubernatione ditando, augeremus. Nos autem æternum animæ noſtræ remedium ſolicita mente pertractantes, & juſtæ ejus admonitionis precatui libenter aſſenſum præbentes, decrevimus ita fieri, & in pago Meinefeld dicto in comitatu ipſius (*b*) ad eundem ſanctum Dei martyrem villam ullam, Ribanach vocatam, perpetuo jure in proprium conceſſimus, & quidquid illuc juſte pertinere videtur, id eſt curtem dominicalem cum decima, & curte & caſa, cæteriſque ædificiis, cum manſis, habitantibus & mancipiis utriusque ſexus, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, vineis, terris, cultis & incultis, finibus & adjacentibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, mobilibus & immobilibus, quæſitis & inquirendis, & cum univerſa integritate jure & rationabiliter ad præfatam villam pertinente. Hæc itaque omnia ad jam

N O T Æ.

(*a*) *Quidam fidelis noſter nomine Megingez.*] De hoc Rhegino *ad annum* 892. *Megingaudus Comes, nepos Odonis Regis* (Galliæ) *interfectus eſt ab Alberico & ſociis ejus in monaſterio S. Sixti, quod vocatur Rotilia; cujus corpus Trevirim deportatum, ad S. Maximinum eſt ſepultum.* Sed juvat propiùs examinare hunc Megingaudum Ripuariæ noſtræ Trevirenſis Comitem ejusque progeniem. Hoc præſtabimus verbis Cl. ab Eckhart *Rer. Francic. Lib. XXVIII. n.* 266. ubi talia ſcribit. „ Quantum ex geſtis „ poſteriorum Roberti fortis (Comitis Turonen- „ ſis) colligere licet, Robertus Aganæ maritus, „ & Roberti fortis pater ex Diœceſi Trevirenſi „ ortum traxit. Producemus ſub anno 836. di- „ ploma Ludovici Imp. quo res quasdam *Hruot-* „ *berto fideli ſuo ob devotiſſimum obſequium* in „ Diœceſi Trevirenſi & *Ducatu Ribuarienſi* con- „ ceſſit. Unde ego concludo Robertum Aganæ „ maritum Comitem Turonenſem, deceſſiſſe, & „ filium ejus *Robertum*, qui deinde *Fortis* no- „ men accepit, cum nondum ejus ætatis eſſet, „ ut Præfecturæ illi præeſſe poſſet, ſe in patriam „ contuliſſe, ibique primo Lodovico Imperatori „ adversùs rebelles ſtrenue militaſſe, atque per id „ ipſum gratiam illius meruiſſe. Poſteros ejus in „ Diœceſi Trevirenſi bona & honores poſſediſſe „ certum eſt. Annales Metenſes ad annum 892. „ ſcribunt: *Eodem anno V. Cal. Septembr. Me-* „ *gingaudus Comes, nepos ſupradicti Odonis* „ *dolo interfectus eſt ab Alberico & ſociis ejus* „ &c. De Odone Rege ſermo eſt. *Megingau-* „ *dus* ergo fratre aut ſorore Roberti fortis ge- „ nitus eſt. Et probabile eſt, fratrem Roberti for- „ tis aut ſororis ejus maritum fuiſſe *Megingau-* „ *dum Comitem pagi Wirmacenſis* & *Naagao* „ ſive *Nabegau*: qui interfuit Henrici viri illu- „ ſtris donationi Monaſterio Prumienſi anno 8 .8. „ de villa *infra Naagao*, *in confinio ſeu pago* „ *Wirmacenſe ſuper fluvielum Elera* & de cur- „ tilibus & vineis in *Binge ſuper fluvium Rhe-* „ *num* factæ, quam Martene & Durandus *in Col-* „ *lectione Ampl. Tom. I. pag.* 188. *ſeq.* evulga- „ runt. Henricus in hac donatione nominat pa- „ trem ſuum *Albericum* & matrem *Hunam*, fra- „ tresque ſuos *Hunfridum Epiſcopum Morinen-* „ *ſem, Heinricum & Albricum.* Megingau- „ di Comitis meminit etiam Ludovicus Germaniæ „ Rex in confirmatione donationis Henrici anno „ 870. Triburiæ data, quæ *ibid. pag.* 191. extat. „ Hujus ergo Megingaudi filium fuiſſe oportet „ *Megingaudum* Comitem, anno 892. ab Albri- „ co Henrici fratre occiſum, qui in diplomate „ Arnulfi Regis, anno 888. dato, & à Martene „ & Durando *pag.* 224. etiam publicato, *fidelis* „ *Comes Megingoz* vocatur, atque apud Regem „ pro *Cœnobio S. Maximini Trevirenſi* interceſ- „ ſiſſe dicitur, ut illi villam Ribanacha *in pago* „ *Meinifeld*, & in *Comitatu ipſius Megingozi* „ ſitam donaret.

(*b*) *Ad eundem ſanctum Dei Martyrem.*] *Martyres* olim Confeſſores interdum dictos, conſtat;

CXIX.

jam dictum ſanctiſſimum locum poteſtativa manu in memoriam noſtram & cunctorum, quorum recordationem facere debitores ſumus, in uſum ibidem Domino & ſancto Maximino famulantium, per hoc noſtræ confirmationis conſcriptum tradimus atque transfundimus, eo videlicet rationis tenore, ut rectores ejusdem monaſterii de his omnibus ſecuram perpetualiter habeant poteſtatem, prout eis placuerit, univerſa diſponere juxta utilitatem famulorum Chriſti inibi divinum momentaneis bonis obſequium officii perſolventium, & in hoſpitum pauperumque in eleemoſyna noſtra receptionem, abſque ullius perſonæ vim inferentis obſtaculo. Et ut hæc donationis noſtræ autoritas firmior habeatur, & per futura tempora a fidelibus noſtris verius credatur ac diligentius conſervetur, manu propria ſubtus eam firmavimus, & annulo noſtro inſigniri juſſimus. Signum domini Arnolfi ſereniſſimi regis. (c) Aſpertus cancellarius ad vicem Theotmari archicapellani recognovi. Data X. kalend. Februarii. indict. VI. anno Incarnat. Domin. DCCCLXXXVIII., anno vero I. regni Arnolfi piiſſimi regis. Actum in civitate Regina, in Dei nomine feliciter. amen. (c)

N O T Æ.

ſtat; unde imperitior librarius fortè converti voces illas invicem poſſe, credidiſſe videtur.

(c) *Aſpertus Cancellarius ad vicem Theotmari.*] Theotmarus Archiepiſcopus Salisburgenſis Archicapellanatum geſſit ſub Carolomanno Rege, ſub Arnulpho Imp. & ſub Ludovico ejus filio. Cancellarii ejus vice perfuncti fuerunt *Waldo*, poſtea Friſingenſis Epiſcopus; *Aſpertus Ratiſponenſis*; deinde *Wichingus* Pataviensis; poſtremò Erneſtus quidam. Hanſiz *Germania ſacra Tom. II. pag.* 138.

CXX.

PRÆCEPTUM IMMUNITATIS ARNULPHI REGIS

pro Monaſterio Prumienſi.

888. 21. *Janu.*

Martene Collect. ampl. T. I. p. 225.

IN nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Arnulfus divina ordinante providentia rex. Notum eſſe volumus fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia vir venerabilis Farabertus abba monaſterii, cujus vocabulum eſt Prumia, quod eſt dicatum in nomine Domini & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & S. Mariæ ſemper virginis, quod olim bonæ memoriæ attavus noſter Pippinus quondam rex, & attavia noſtra Bertrada in rebus proprietatis ſuæ a fundamentis conſtruxerunt, attulit nobis auctoritatem prædicti domni regis Pippini, in qua continebatur inſertum, qualiter idem monaſterium non ſolum rebus multiplicibus ditaverat, verum etiam ſub ſui tuitione hæredumque ſuorum, regum videlicet, conſtituerat, nec non & auctoritatem domni & proavi noſtri Caroli bonæ memoriæ præſtantiſſimi imperatoris, in qua erat exaratum, qualiter conſtitutionem pii patris ſui confirmaverat, & conſtituerat, ut in villis vel rebus prædicti monaſterii nullus judex publicus, abſque ejus juſſione vel hæredum ſuorum, ad cauſas audiendas, aut freda undique exigenda, nec fidejuſſores tollendos, nec ſcarras vel manſionaticos ſeu conjectos, tam de carragio, quam de paraveredis exigere aut exactare præſumeret; ſed quidquid exinde ram de ho-

CXX.

hominibus francis, quamque & eccleſiaſticis ſeu ſervientibus, qui infra agros vel fines, ſeu ſupet terram prædicti monaſterii degere videntur, fiſcus aut ſreda poterat ſperare, ex ejus indulgentia in luminaribus prædicti monaſterii cederent. Prædictus etiam abba deprecatus eſt, ut non ſolum attavi & proavi auctoritatibus firmitatis gratia noſtram ſuperadderemus auctoritatem, & ipſum monaſterium cum rebus & hominibus, quæ præſenti tempore in quibuslibet pagis & territoriis tam per traditionem prædicti domni Pippini regis ſeu & imperatotis Caroli, nec non & auguſtorum Hludovici, Hlotharii atque Caroli regum, quoque ſereniſſimi avi noſtri & junioris Hlotharii, vel ex liberalitate liberorum hominum tam per traditiones, commutationes, venditiones aut ex qualicunque legali ordine præſenti tempore prædictum tenet vel poſſidet monaſterium, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci divina pietas augeri voluerit, ſub noſtra tuitione atque immunitatis defenſione conſtitueremus. Cujus precibus aurem placabilem accommodantes, hos noſtros regales apices fieri juſſimus, per quos decernimus atque jubemus, ut quicquid tam ex donatione regum vel traditione liberorum hominum ad idem monaſterium legibus jure collatum eſt, & præſenti tempore legaliter tenet vel poſſidet, vel ea, quæ ab hinc in futurum ibidem juſte & legaliter traditum fuerit, perennibus temporibus rectores prædicti monaſterii absque ullius injuſta contrarietate teneant & poſſideant. Inſupet præcipimus atque per hanc noſtram anctoritatem ſancimus, ut nullus judex publicus vel quislibet ex judiciaria poteſtate in eccleſias aut loca vel agros ſeu reliquas poſſeſſiones prædicti monaſterii ad cauſas pro more audiendas, vel judicia, ſicut in præcepto domni imperatoris Caroli continetur, vel freda aut fidejuſſores tollendos, aut ſcarras vel manſionaticos ſeu conjectos, tam de carragio, quam de paraveredis exigendos, aut homines ipſius monaſterii, tam francos, quam eccleſiaſticos, vel ſervientes, qui infra agros vel fines ſeu ſuper terram prædicti monaſterii manent, bannum aut heribannum exigere aut exactare præſumat, aut ullas redhibitiones aut inlicitas occaſiones quærere, ſed liceat rectotibus prædicti monaſterii cum omnibus rebus & mancipiis, prædicto monaſterio jure poſſeſſis, quieto ordine vivere ac reſidere, quemadmodum in prædicti pii Pippini regis & domni Caroli imperatoris ac Hludovici vel Hlotharii auguſtorum auctoritate, vel in hac noſtra continetur, noſtro noſtrorumque ſucceſſorum fideliter parere imperio; qualiter monachi ibi per ſucceſſiones degentes liceat quiete vivere, & Domini miſericordiam pro nobis proleque noſtra adtentius exorare. Quidquid etiam de rebus monaſterii prædicti jus fiſci exigere poterat, totum nos pro æterna remuneratione in luminaribus prædicti monaſterii & in alimonia pauperum vel ſuſtentatione peregrinorum in noſtra eleemoſyna perennibus temporibus concedimus. Hæc vero auctoritas firmitatis noſtræ, ut per curricula annorum inviolabilem obtineat firmitatem, eam manibus noſtris ſubter firmavimus, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum domni Arnolfi ſereniſſimi regis. Asbertus concellarius ad vicem Thiotmari archi-capellani recognovit. Data III. idus Junii, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXVIII. indict. VI. anno I. regni domni Arnolfi invictiſſimi regis. Actum Franconofurt in Dei nomine feliciter. amen.

CXXI. AR

CXXI.

ARNULPHUS REX

889. 1. Julii.

Abbatiam Trajectenſem ſancti Servatii donat Eccleſiæ Trevirenſi.

Miræus opp. dipl. T. I. p. 250.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Arnolphus divina ordinante clementia rex. Si fidelium noſtrorum petitionibus aurem ſerenitatis noſtræ accomodamus, opemque ex ſupernæ largitatis commodo eis præbere ſtuduerimus, ad perennis vitæ ſalutem feliciter obtinendam hoc nobis profuturum eſſe liquido credimus. Quapropter comperiat omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, præſentium ſcilicet ac futurorum, ſolertia, quoniam Rathodus venerandus Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus adiit culmen ſerenitatis noſtræ ſupplicans, ut quandam abbatiam ſancti Servatii confeſſoris, quæ vocatur Trajecta, in comitatu Moſelant nuncupato, conſiſtentem, ad eccleſiam ſancti Petri principis apoſtolorum, quæ conſtructa ſtat in civitate Trevirenſi, ubi principalis epiſcopi ſui ſedes eſſe dignoſcitur, ad honorem Dei ſanctorumque ejus ibidem quieſcentium traderemus, ſtatimque nos congruæ ejus ſuaſioni ob reverentiam ſui gratanter ſatisfacientes decrevimus ita fieri; dedimus quoque eandem abbatiam cum univerſa integritate ſua ad præfatæ ſedis eccleſiam, in beatæ memoriæ Luduici regis avique noſtri, nec non Carolomanni genitoris noſtri, patruorumque noſtrorum videlicet Luduici & Caroli chriſtianiſſimorum regum animæque noſtræ perpetuam commemorationem, cum eccleſiis, curtibus, ædificiis, familiis, mancipiis utriusque ſexus, decimis, vineis, viis & inviis, exitibus & reditibus, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, cum univerſis appendicibus & adjacentibus ſuis. Hæc itaque univerſa per hoc præſens autoritatis noſtræ præceptum ad ſæpe nominatam ſedem æternaliter retinenda donamus, & tradimus, ea ſcilicet ratione, ut præfatus epiſcopus ſucceſſoresque illius ſimilem perpetuis temporibus ex prælibata abbatia habeant poteſtatem, veluti de cæteris ejusdem epiſcopatus cauſis juxta utilitatem ipſius eccleſiæ cuncta, prout illis placuerit, ſecure diſponere, quatenus rectores ejusdem ſedis cum omni clero eorum regimini ſubjecto tam pro nobis, quam pro antedictis prædeceſſoribus noſtris, divinam miſericordiam ſemper exorare delectet. Ut autem hæc donationis noſtræ autoritas nullo unquam ſucceſſore noſtro irrumpente ſolidiſſimam in Dei nomine per omnia mundi volventis ſecula obtineat ſtabilitatem munimine noſtro roborata, manu noſtra ſubtus eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari.

Anſpertus cancellarius ad vicem Theomari archicapellani recognovi. Data kalend. Julii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCLXXXIX. indictione VII. anno II. regni domini Arnolphi piiſſimi regis. Actum Franckenvurt palatio regali in Dei nomine feliciter. amen. (a) (a)

CXXII. IM-

N O T A.

(a) Pluries ereptæ hujus Abbatiæ (quæ nunc eſt Collegiata Eccleſia) ad Trevirenſem Eccleſiam factæ reſtitutiones recurrent infra ad annos 898. 929. 945. 993. &c.

CXXII.

IMMUNITAS
CONCESSA
ABBATIÆ PRUMIENSI
PER
ARNULPHUM REGEM.

891. 1. *Octobr.*

Martene Collect. ampl. T. I. p. 238.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Arnolfus divina favente clementia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata curam gerimus, parentumque noſtrorum ſtatuta non ſolùm confirmamus, verum etiam augmentare ſatagimus, pro æterno mercedis incremento id nobis profuturum eſſe liquido credimus.

Quapropter omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, præſentibus & futuris, agnitum eſſe volumus, quoniam (*a*) religioſi Prumienſis cœnobii fratres, quod etiam divæ memoriæ Pippinus rex, proavus ſcilicet noſter, in honore S. Salvatoris a fundamentis conſtruxit, primitusque ad laudem ejus ſub regulari diſciplina regendum eſſe inſtituit, quoddam ſuæ autoritatis præceptum, pro ejusdem cœnobii ſtabilitate conſcriptum, obtutibus noſtris attulerunt, deprecantes, ut hoc noſtræ dignitatis autoritate denuo roboraremus.

Quorum itaque votis rationabilibus pro cæleſtis patriæ incolatu libenter annuentes, propoſitique ſui conſtantiam in divinis officiis indefeſſam fore cognoſcentes, decrevimus ita fieri, & juſſimus hoc præſens muniminis noſtri exinde ſcribi præceptum, per quod tam idem ſacroſanctum monaſterium, quamque omnes in eo regulariter Domino famulantes, juxta illius præcepti teſtificationes, & jam ſati glorioſi principis decretum, non minori ſcilicet providentiæ cura, ſub noſtræ defenſionis tenore deinceps omni tempore cum tranquillitate conſiſtere volumus, ita, ut nullus omnino ſucceſſor noſter, nec cujuslibet ordinis perſona, neque judiciaria poteſtas ulla, contra hoc noſtræ tuitionis decretum temeraria præſumptione quiddam diſpendii, vel incommoditatis ingerere præſumat; ſed liceat eis in omnibus, quæ ſuperna prædeſtinatione ejusdem beatiſſimi proavi noſtri conſtitutione, tam in privilegiis inter ſe abbatem eligendi, quamque in cæteris ad ipſius loci luminaria fratrumque ſtipendia collatis univerſis, prout in eodem domni Pipini regis præcepto, vel etiam in aliis hujusmodi antecesſorum noſtrorum edictis inſcriptionibusque illuc traditis continetur, æternaliter potiri, ac ſub noſtræ protectionis tutamine, & mundiburdio quiete perſiſtere, Deique miſericordiam pro nobis attentius exorare.

Et ut hæc liberalitatis noſtræ inſtitutio firmiorem in Dei nomine per omnia futura tempora obtineat ſtabilitatem, manu noſtra ſubter eam firmavimus, anuloque noſtro ſigillari juſſimus.

Signum domni Arnulfi invictiſſimi regis. Engilpero notarius ad vicem Diotmari archicapellani recognovit.

Data calendis Octobris, anno Domini DCCCXCI. indict. IX. anno IV. regni domni Arnolfi ſereniſſimi regis.

Actum Trajecto tempore regiæ ſeſſionis, in Dei nomine feliciter. amen.

CXXIII. UL-

NOTA.

(*a*) *Religioſi Prumienſis cœnobii fratres.*] Cùm nullus hìc Abbas compareat, hinc Martene & Durand *ad h. l.* autumant, datum eſſe hoc præceptum ſede vacante per ſpontaneam Faraberti Abbatis dimiſſionem. Sed Rheginonem hoc tempore Abbatis dignitate functum, vidimus ſupra ad donationem Caroli Craſſi de an. 882. *not. a.*

CXXIII.

ULTERIOR ARNOLFI REGIS IN MONASTERIUM S. MAXIMINI LIBERALITAS.

893. 11. *Febr.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Arnolfus divina prædeſtinante clementia rex. Si ſervorum Dei petitionibus pie annuimus, & ea, quæ pro utilitatis ſuæ commodo ſuggeſſerint, usque ad effectum perduxerimus, id nobis ad æternæ vitæ præmia feliciter promerenda, profuturum eſſe, liquido credimus. Unde noverit omnium fidelium noſtrorum, præſentium ſcilicet, atque futurorum, induſtria, (a) quia (a) Hatto venerabilis ac dilectus archiepiſcopus noſter pio monitu poſtulavit clementiam noſtram, ut collegio fratrum in monaſterio ſancti Maximini Treveris conſtructo, Domino die ac nocte famulantium, loca ſubnotata ſpecialiter ad ſua victualia concederemus; cujus juſtam petitionem libenter implentes, hæc loca illis ad ſuam peculiaritatem perpetualiter habenda, ut ex his victum & veſtitum conſequantur, pro noſtræ animæ abſolutione conceſſimus: hoc eſt Apula, Abernesheim, (b) Prichna, Holzhuſa, in Mogoncia una capella, Tronenheim, Rivanacha, Loabia, Decima, Kannis, 1. Alſoncia, 2. Embilado, 3. Tavena, Beſſiaco, Burnacha, 4. Matrihesdorff, 5. Fulina, 6. Eberlinga, Borſtat, Meroldivilla, Marſe, Wimari-eccleſia, 7. Cruffta, 8. Scranna, cum omnibus abbatiæ ſancti Maximini (c) ſalicis decimationibus, quas concedimus in uſus hoſpitum, peregrinorum & pauperum. Juſſimus quoque hoc præſens præceptum inde conſcribi, per quod decernimus, atque firmiſſimè jubemus, ut ipſi fratres prælibata loca cum omnibus pertinentibus ſub eorum cura teneant, atque ſecure & quiete juxta ſuum arbitrium illis potiantur, & nec nobis, neque illi, qui hanc abbatiam tenuerit, aliquod ſervitium impendant, excepto hoc, quod more ſolito (d) benedictionem ſuam illi offerant, quicunque monaſterio præſit; poteſtatemque teneant ſuper ipſas res ſuum præpoſitum ſpecialiter conſtituere, eumque pari modo, ſi bene officium præpoſituræ ſuæ non expleat, degradare. Et ut hoc præceptum noſtro munimine roboratum perpetualiter firmum & ſtabile perſeveret, manu noſtra illud firmavimus, annuloque noſtro conſigniri præcepimus. Signum domini Arnolfi sereniſſimi regis. Engilpero notarius ad vicem Diotmari archicapellani recognovit. Data III. idus Februarij, anno Dom. Incarn. DCCCXCIII. indict. XI. anno vero VI. regni domini Arnolfi regis sereniſſimi. Actum Ingilinheim curte regali, in Dei nomine feliciter. amen.

(b) 1. *Alſent* in Palatinatu. 2. *Emmel.* 3. *Tawen.* 4. *Mertesdorff.* 5. *Feilen.* 6. *Eberlingen.* 7. *Krauten* ad Aliſontiam. 8. fortè *Schraffich* ad Siram.

(c) (d)

CXXIV. ZWEN-

NOTÆ.

(a) *Hatto Archiepiſcopus*] Moguntinus ſcilicet.

(b) *Prichna*] ſeu Prichena, 𝔅𝔯𝔢𝔠𝔥𝔢𝔫/ alia ſuperior, alia inferior; illa D. Gregorii, hæc S. Maximini patrocinio commendata. Hanc Vendela quædam claro genere mulier D. Maximino olim obtulit, vicum pagi *Einrichiani*, (alii *Logenaha*) proventu copioſum & clientelis frequentem. Ii clientes accepto agro, quem quidem ſibi ſuoque commodo colere, at non alienare poterant, ad varia erant obſequia adſtricti: uti famulari in domo heri, perferre ejus literas & mandata, ac, quod maximum, onera terrâ & flumine vectare. Quæ cæteraque obſequia *Scara* vocata ſunt; unde *Scararii* ipſi, ac *Scaramanni* appellati, de quibus nos infra *ad ann.* 990.

(c) *Salicis decimationibus.*] *Salicæ* ſeu *dominicales* decimæ nominantur, quæ ex elocatis aut clientibus in beneficium datis agris prædii domino penſitabantur.

(d) *Benedictionem ſuam illi offerant, quicunque monaſterio præſit.*] Benedictionem nuncupabant à Græcorum eulogiis tractâ voce, eratque ſpecies *coacti muneris.* Vid. du Freſne *in Gloſſar. Tom. I. col.* 586. & *Tom. II. col.* 324. Nimirum, ſub decoro vocabulo, & in ſpeciem pio, putabatur plenus fortunæ & proſperi eventus eſſe ii, ad quem de bonis ſacroſanctis quidpiam perveniret; haud multò ſecus, atque rerum divinarum attactu, ſanctitatem quandam contrahere credimur.

CXXIV.

895. 28. Jan.

ZWENDIBOLDUS

facit foreſtem de bonis ſancti Maximini, ab Hiedraha, Drona, Moſella & Loſma, Rabodoni Archiepiſcopo.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Zwendeboldus ordinante Majeſtatis gratia rex. Si petitionibus fidelium noſtrorum, maximéque eorum, quorum proviſu catholica conſiſtit eccleſia, aſſenſum preſtemus, non temporaliter tantum ad preſens noſtri faſtigium, ſed etiam adipiſcendam eterne glorie coronam non diffidimus. Quapropter notum ſit omnibus fidelibus ſanctæ Dei eccleſie, preſentibus ac futuris, quod dilectiſſimi primates noſtri Ratbodus ſcilicet eccleſie Trevirenſis venerandus archiepiſcopus, noſtrique palatii archicancellarius, & (a) Odoacrus inſignis comes deprecati ſunt noſtram majeſtatem, ut quandam ſylvam in pago Trevirenſi in bannum mitteremus, & ex ea, ſicut Franci dicunt, foreſtem faceremus. Quorum petitionibus ob maximam fidelitatem, quam nobis exhibent, contradicere nequaquam poteramus. Idcirco cum conſilio fidelium noſtrorum firmiter ſtatuimus, ut ſub banno noſtro ſit, quidquid ſylvarum abbatia beati Maximini & epiſcopatus Trevirenſis apte inter ſubſcriptos fines, videlicet ab eo loco, in quo (b) Hiedraha de terra oritur, usque in fluvium Dronam, & ſicut ipſa Drona fluit in Moſellam; a villa quoque (c) Loſma, ſicut via publica vadit usque in urbem Trevirorum: omnem ergo ſylvam, que eſt intra ſupradictos terminos, per bannum noſtrum omnibus prohibemus, & (d) ex ea foreſtem facimus, atque inde preſcriptum ſcribi juſſimus, ne deinceps ullus hominum in ipſa beſtiam capere quacunque venationis arte absque poſſeſſoris ejus licentia preſumat; quod ſiquis fecerit, (e) bannum noſtrum ſolvere cogatur, & mandati noſtri autoritas inviolata permaneat. Ut autem hoc noſtre autoritatis preceptum, & ad preſens, & in futuro absque tranſgreſſione ſervetur, manu propria in monogrammate noſtri nominis notam ſubtus fecimus, idque annulo noſtro juſſimus ſigillari. Signum Zwendeboldi ſereniſſimi atque largiſſimi regis. Alberio notarius ad vicem Rathbodi archiepiſcopi & ſummi cancellarii recognovi. Data V. kalend. Febr. anno ab Incarnatione Domini DCCCXCV. indict. XIII. anno ſecundo domini Zwendeboldi ſereniſſimi regis. Actum (f) apud Palaziolum fiſco noſtro in Arduenna, in Dei nomine feliciter. amen. CXXV.

NOTÆ.

(a) *Odoacrus inſignis Comes*] Trevirorum, uti videtur, Comes. Occurrit idem in alia Zwendeboldi carta, data XI. Kal. Febr. anno 896. apud Miræum *Diplom. Belg. Lib. II. Cap.* 14. in qua, ob *interventum fidelium ſuorum Odoacri & Reginharii*, Rex monachis S. Dionyſii dedit *Abbatiolam Salonam*, ſitam in *Saliſienſi pago*. At anno ſequenti idem *Odoacar* ſeu Odoacrus cum Stephano, Gerardo & Matfrido, Comitibus in Lotharingia eminentibus, honoribus & dignitatibus à Rege acceptis privatur; Zuendeboldus verò ad urbem Trevirorum veniens, poſſeſſiones eorum in ſuos dividit; *monaſterium* verò S. Irminæ *Horreenſe*, & *monaſterium S. Petri Metenſe* ſibi ſelervat, uti Rhegino refert.

(b) *Hiedraha.*] Putem eſſe rivulum *Ider*, à quo nomen habet ſylva, der Joer-Wald. Oritur autem memoratus rivus haud procul ab *Ablenbach*, territorii Sponheimenſis vico, apud arcem Oberſtein à Nava receptus. Vid. Freher. *Orig. Palat. P. II. p.* 45. Hic notandum, *Aha* antiquâ linguâ Alemannicâ fluvium ſignificare.

(c) *Loſma.*] Hodie *Losheim*. Vid. ſupra in carta Caroli M. hujus foreſtæ fines non nihil aliter deſignatos.

(d) *Ex ea foreſtem facimus.*] Foreſtæ conſtituendæ ritum ita deſcribit Spelmannus. „ Conſtituuntur regio diplomate viri aliquot graves „ & prudentes, qui locum foreſtæ deſignatum intuentur, luſtrant, & terminis manifeſtis circumſcribunt. Perimpleto hoc, & in Cancellariæ monumentis (de more) inſcripto, Rex præconis voce ipſum locum ſeu regiunculam, per totum comitatum, ubi ſita eſt, foreſtam edicit, foreſtæque legibus communitam. Prohibet inſuper, ut nemo ea turgeat audacia, quòd ſine majeſtatis venia aliquam illic exerceat venationem, diciturque jam locus *afforeſtari*, &, ut cæteræ foreſtæ, in omnibus valere. Magiſtratus deinceps, officiales & miniſtros cooptat, quorum munera lex ipſa dictat & conſuetudo. Add. inf. cartam Ottonis II. de 26. Junii 974. *& ibi not.*

(e) *Bannum noſtrum ſolvere cogatur.*] Erat mulcta, quæ domino ſeu Principi exſolvebatur pro infracto banno dominico, fuitque ſexaginta ſolidorum. Capitulare I. Caroli M. incerti anni *Cap.* 57. *Ut bannus, quem per ſemetipſum dominus Imperator bannivit, ſexaginta ſolidos ſolvatur.*

(f) *Apud Palatiolum fiſco noſtro in Arduenna.*] Eſt Palatiolum tribus infra Trevirim millibus paſſuum ex læva Moſellæ parte. Ideo autem in Arduenna ſitum dicebatur, quia in pago Bedente, cujus maxima pars ad Arduennam referebatur,

CXXV.

895. 5. Junii.

ZUENDEBOLDUS REX

confirmat Abbatiæ Prumienſi Monaſterium de Sueſtra.

Miræus opp. dipl. Tom. III. p. 290. (a)

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Zuendeboldus divino nutu rex. (a) Anteceſſorum noſtrorum regum Deo devote militantium, quantum Dominus poſſe fuggerere dignabitur, juſtis fidelium noſtrorum deſideriis parendo, ſequi veſtigia inhiamus. Quapropter ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrorumque fidelium induſtriæ non ignotum habeatur, quia ſereniſſimus genitor noſter domnus rex Arnolfus cuidam eximiarum artium

(b) presbytero Siginando (b) monaſterium nuncupante Sueſtra, cum univerſis ad illud accidentibus in jus proprium largiflua muuificentia ſua, nec non & ejusdem jam fati presbyteri Siginandi gratificis ſerviciis ad hoc eum incitantibus, firmiſſime donavit. Poſtea verò dictus Siginandus presbyter domnum regem magnum Arnolfum deprecatus eſt, ut ipſe manu ſua propria hoc ipſum, quod ſibi tradidit, præſcriptum monaſterium ad Deo acceptiſſimum locum Prumienſem, ubi inſtanter congregatio ad Deum ſedula ac ſacratiſſima precamina dirigit, triboendo firmaret. Cujus rogationi rex clementiſſimus nullatenus contrarium ſe exiſtere dignum cenſuit, ac uti petiit, ita pie perfecit. Nos autem, ut regnum adepti ſumus, archiepiſcopi Ratbodi ſalubri imploratione, quia utilia quæque & proficua nobis regnoque noſtro jugiter meditatur, quatenus domnus rex genitor noſter Arnolfus hoc monaſterium primitus prædicto Siginando presbytero tradidit, poſtea quoque ejus petitione precariæ more ad Prumienſem eccleſiam delegavit, ſic nos ut in perpetuum inviolabiliter perſiſtat a die præſenti, firmamus, quippe ut ante ſcriptum monaſterium & precationem, quam per hoc condixit, ad vitæ ſuæ tempora teneat & poſſideat, nullo contradicente, & poſtquam ab hoc ſæculo deceſſerit, præſcriptum monaſterium Sueſtra, & cum eo reconſiliata cum omnimodi ratione ad ſæpedictum locum Prumienſis eccleſiæ redeant. Et ut hæc noſtræ autoritatis firmitas inconvulſa & inviolabilis perpetualiter conſiſtat, manu noſtra ſubtus ſcribentes & corroborantes, annulo noſtro inſigniri juſſimus. Signum Zuendeboldi invictiſſimi regis.

Egilbertus notarius ad vicem Ratbodi archicancellarii recognovi.

Data nonas Junii anno Incarnationis Domini DCCCXCV. indictione XIII. anno I. domni Zuendeboldi regis. Actum apud monaſterium S. Goaris, in Dei nomine feliciter. amen.

CXXVI. CON-

N O T Æ.

(a) *Anteceſſorum noſtrorum Regum &c.*] Eſt hic ingreſſus Regis regnum auſpicantis; ſicut & paulo antè Zuenteboldus in Wormatienſi conventu Lotharingiæ Rex à Magnatibus approbatus fuerat. Inde regnum ſuum adiens cum Ratbodo Archiep. Trevirenſi Archicancellario ſuo, ſecundo Rheno, ad S. Goarem acceſſit, ubi Prumienſibus hoc diploma indulſit, ad Ratbodi inſtantiam, qui, ut ait Rex, *utilia quæque & proficua nobis regnóque noſtro jugiter meditatur.*

(b) *Monaſterium nuncupante Sueſtra.*] Situm eſt hoc monaſterium, jam ſemel anno 706. Epternacenſibus traditum, in Ducatu Juliacenſi. In eo Zuenteboldus, in prælio ad Moſam anno 900. occiſus, ſepultus eſt, à loci incolis idibus Auguſti, quo die prælium datum, pro Divo cultus, pluribus cœtevis ſcriptoribus, Reginone præprimis, illaudatiſſimus Princeps.

CXXVI.

CONFIRMATIO

895.
23. *Octobr.*

nonnullorum bonorum Abbatiæ Epternacenſi per Zuendeboldum Regem.

Miræus opp. dipl. T. I. p. 651.

ZUenteboldus gratia divina annuente rex. Noverint omnes noſtri fideles, qualiter dilectus archi-epiſcopus & ſummus cancellarius noſter Ratpotus noſtram deprecatus eſt celſitudinem, quatenus fratribus, B. Willibrordo ſervientibus, quod ab anteceſſoribus noſtris habuerunt, concedamus.

Nos vero ejus petitioni conſentientes, antedictis fratribus de monaſterio B. Willibrordi, quod dicitur Eſternaca, tales res, quales adhuc habent, ad illorum victum donamus; quorum locorum nomina hæc ſunt: Steinheim, Caroſcara, Oppilendorff, Bullendorff, Arenſa, Maquila, Gladebach, Uſſichina, & ad (*a*) Croviam eccleſia cum vineis, quæ ſunt ſitæ (*b*) in pago Piatahgewe in comitatu Stephani comitis. (*a*) (*b*)

Et hæc omnia cum appenditiis omnibus, id eſt, eccleſiis, vineis & mancipiis utriusque ſexus, agris cultis & incultis.

Signum domini regis glorioſiſſimi Zuenteboldi.

Viadeger notarius ad vicem Ratpoti archicancellarii recognovit.

Data V. cal. Nov. anno DCCCXCV. indictione XIV. regnante Zuenteboldo rege anno primo. Actum in urbe Treviri.

N O T Æ.

(*a*) *Croviam.*] Cröff ad Moſellam; ubi hodieque Abbatia Epternacenſis eccleſiam cum vineis poſſidet.

(*b*) *In pago Piatahgewe.*] Id eſt, in pago Bedenſi, Confer. Diſſertationem noſtram ſeculo VII. præmiſſam. §. 14. nec non donationem Pipini R. de an. 752.

CXXVII.

ROTGERUS

896.

MONASTERIO S. MAXIMINI

donat Capellam in Lindiche parœciæ Mariſcenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Quoniam honeſtum hoc unicuique in vita hac poſito eſſe videtur, ut fidei vel charitatis officiis ſe, quibuscunque poteſt, commendare conetur, ut & ipſe econtra mutua recompenſatione beneficiorum donetur. Idcirco ego Rotgerus, mediante amicitiæ fidelitate, adii monachos ſancto Maximino Chriſti confeſſori deſervientes, ſupplicans pietatis eorum benevolentiæ, ut infra parochiam eorum, ad eccleſiam S. Michae-

1. Morſch. lis, in villa 1. Mariſch appendente, in mea poſſeſſione, conſenſu eorum, in

2. Lintgen. villa 2. Lindiche, eccleſiam conſtruere liceret; qui meæ petitioni aſſenſum præbentes, capellam ibi fieri permiſerunt: ſed & ope, qua poterant, vel familia ſua ut perficeretur, fideliter adjuverunt. Illa igitur peracta apud dominum Ratbodum archiepiſcopum conſenſu prædictorum monachorum, ut dedicaretur, obtinui; quasdam etiam decimationes prædictæ parochiæ ad eccleſiam S. Michaelis pertinentes, in eadem videlicet villa Lindiche nominata, & in 3. Buckrode, & in 4. *3. Rode*

Sciotz, & in novalibus terris noviter *4. Schotz.*

exſtirpatis, ut ad eandem capellam appendices fierent, ab eisdem monachis impetravi, ſed & decimas illarum poſſeſſionum, quas habere viſus ſum in

5. Rugilande & in Reddingen vel He- *5. Raulam*

ckelſcheit, illuc nihilominus determinavi; dimidium quoque manſum in eadem villa, vel alia quatuor jugera inter prata & arabilem terram; & in Heckelſcheit jugera duo, & in Michelenberg manſum unum de mea pro-

prie-

Digitized by Google

CXXVII.

prietate illuc pro dotalibus contradidi. Mancipia quoque eidem capellæ famulatura, Madalonem videlicet, & uxorem ejus Seliwif, & Brunigum dedi. Ea ſiquidem ratione, ut dedicaretur, obtinui, ut presbyter ſancto Michaeli deſerviens illam ſemper capellam habeat, & præſcriptis omnibus nullo contradicente fruatur; ne anterior vel antiquior terminatio ſancti videlicet Michaelis, ob hoc mutilari videatur. Quia vero præſcripti monachi tam prompta voluntate meis precibus annuerunt, ne velut ingratus beneficii mihi ab illis collati eſſe videar, eandem capellam S. confeſſori Chriſti Maximino, qui in ſuburbio Trevirenſis civitatis requieſcit, cum omnibus appenditiis & utilitatibus ſuis in perpetuam trado poſſeſſionem, ea tamen conditione, ut usque ad obitum meum vel uxoris meæ Anaſtaſiæ ſub jure noſtro nullo contradicente perſiſtat; poſtea vero monachorum utilitati pro remedio & abſolutione animarum noſtrarum jure legitimo, cum omnibus illius villæ, cedat, ut teneant, poſſideant, & ut melius potuerint, ſuis eam uſibus adjungant. Et ut hæc noſtra traditio inviolabilis & fixa permaneat, hanc cartulam fieri rogavimus. Si vero aliquis, quod abſit, hanc traditionem infringere tentaverit, iram Dei incurrat, & ad ærarium regium XXX. libras auri coactus ſolvat. Acta eſt hæc traditio anno Dom. Incarn. DCCCXCVI. (*a*) regnante Ludovico rege. (*a*)

N O T A.

(*a*) *Regnante Ludovico Rege.*] Non vacat difficultate, qua ratione anno 896. Ludovicus regnaſſe dici poſſit, cùm tamen anno præcedenti jam viderimus Zuendeboldum Lotharingiæ Regem, & Ratbodum Trevirenſem Archiepiſcopum ejus Archi-Cancellarium; qua in qualitate annis ſequentibus utrumque amplius viſuri ſumus. Mihi hoc occurrit: Arnulphum Imp. filiis ſuis nothis Zuendeboldo & Rataldo regnum à ſtatibus non abſolutè & ſimpliciter ac quaſi proprium impetraſſe, ſed in caſum, quo ſibi Arnulpho legitima proles non naſceretur. Rem ita refert Hermannus Contractus *ad ann.* 889. *pag.* 378. *Arnulphus Rex Zuentibaldo & Rataldo filiis ſuis ex concubina natis ſubjectionem à Francis vix effecit, ſi ei legitimus non naſceretur filius.* Naſcebatur autem interim Imperatori legitima proles anno 893. Ludovicus ſcilicet infans; eo nato, ac proinde conditione deficiente, *Arnolfus Imperator ..... ſacramentum fidelitatis denuo ſibi & filio parvulo Ludovico exegit,* inquit Hermannus Contractus *ad ann.* 897. *p.* 379. Hoc autem Triburiæ in Concilio anno 895. celebrato factum putat Adlzreiterus *Annal. Boic. Part. I. Lib. XII. n.* 51. *p.* 300. Adeo ut, quanquam regnum, etiam ſub Regis titulo, adminiſtrare pergeret Zuendeboldus, non tamen æque proprio, ac fratris ſui Ludovici nomine, id facere crederetur.

CXXVIII.

ZUENTEBOLDUS REX

confirmat bona & poſſeſſiones monaſterii S. MAXIMINI.

897. 13. *Junij.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Zuenteboldus divina ordinante gratia rex. Quanto propenſius divinæ laudis cultum exequimur, ejusque præconia unanimi fratrum collegio ſtabilire & tranſitoriis lucris augere ſtudemus, tanto Domini clementiam regnum nobis cælitus commiſſum latius diffundere, ac diutinis temporibus ſanitatem noſtram protelare & ad extremum æternæ nos inſerere felicitati procul dubio confidimus. Quapropter omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrisque fidelibus præſentibus & futuris notum eſſe volumus, quia nos ob interventum venerabiliſſimi archiepiſcopi noſtri Ratbodi monachis, in monaſterio S. Maximini penes urbem Trevirorum collocato ſupernæ ſervituti invigilantibus, loca ſubnotata, quæ eis piiſſimus genitor noſter dominus Imperator Arnolphus ſuo deputavit præcepto, in perpetuos uſus conceſſimus, id eſt Appula, Abernesheim, Prichna, Aſcapach, Holzhuſa, in Moguntia una capella, Thionenheim, Cundheresrumare, Ruvanacha, Loabia, Decima, Cannis, Alſunza, Furnifelt, Embilado, Tavena, Wimari-eccleſia, Cruſta, Scranna, cum omnibus Abbatiæ S. Maximini ſalicis decimationibus, quas concedimus in uſus hoſpitum,

CXXVIII.

peregrinorum & pauperum. Juſſimus autem hoc præceptum noſtræ autoritatis inde conſcribi, per quod volumus, & firmiter jubemus, ut deinceps per occurrentia ſæcula, ipſa congregatio monachorum memorata loca habeat, teneat, atque nemine inquietante vel moleſtiam quamlibet ingerente poſſideat, nullique illius abbatiæ dominorum quiddam ſervitii impendat expræſcriptis rebus, niſi ſolummodo nobis & ſucceſſoribus noſtris regibus, ſub noſtra ſemper, non ſub alterius ullius tuitione, quietè Domino ſerviens, ac (a) pro noſtris ac generoſiſſimæ conjugis noſtræ Vodæ, ſed & omnium prædeceſſorum noſtrorum regum, noſtrorum ſci'icet parentum, commiſſis ſedulo orans. Habeant etiam illi poteſtatem ex ipſis, quem ſuper ſe præpoſitum eligere velint, ipſumque ſi poſtmodum indignus habebitur, rationabiliter deponere, in omnibus noſtro freti munimine. Et ut hoc melius credatur, hoc noſtræ juſſionis præceptum manu noſtra ſubtus roborantes annulo noſtro aſſignari juſſimus. Signum domini Zuenteboldi glorioſiſſimi regis. Egilbertus cancellarius ad vicem (b) Herimanni archicapellani recognovit. Data idus Jun. anno Incarnationis Domin. DCCCXCVII. Ind. XV. anno III. Zuenteboldi regis. Actum io villa, Herolueshelm dicta, feliciter amen.

N O T Æ.

(a) *Pro noſtris . . . . commiſſis ſedulo orans.*] Maximinum, quòd Rex pro ſe, conjuge & parentibus ſuis preces impetraſſet, impetratis obſecuti ſunt, hac in faſtis ſuis relictâ memoriâ:

XV. KAL. SEP. ZENDEBOLT.
REX PIE MEMORIE.

(b) *Hermanni Archicapellani.*] Archiepiſcopi Colonienſis.

CXXIX.

PRÆCEPTUM
ZWENTEBOLDI REGIS
de immunitate Eccleſiæ Trevirenſis, & quod non teneatur niſi ad exhibitionem ſex equorum annuatim, quia Comitatus de ea factus eſt.

898. 5. Febr.

IN nomine Dei eterni & ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti. Zwentibultus divina ordinante providentia rex. Si noſtre liberalitatis munere locis Deo dicatis quoddam conferimus beneficii, & ad petitiones noſtrorum preſulum eccleſiaſticis utilitatibus provida diſpoſitione conſulimus, id nobis ad ſtabilitatem regni noſtri & ſalutem anime noſtre procul dubio credimus profuturum. Omnium ergo ſancte Dei eccleſie fidelium preſentium & futurorum noverit ſolertia, quod Rathbodus ſancte Treverice ſedis venerabilis archiepiſcopus noſtram adiens celſitudinem humiliter petivit, quatenus auctoritates predeceſſorum noſtrorum glorioſorum regum, quas de confirmandis ſue eccleſie rebus fieri preceperunt, noſtre ſanctionis decreto roboraremus. Cujus rationabili petitioni, ob amorem Dei & reverentiam beatiſſimi Petri, aſſenſum prebentes, per noſtre manſuetudinis apices precipimus, atque jubemus, ut cuncta monaſteria, omneſque abbatias cum univerſis adjacentiis earum atque univerſas ceteras baſilicas, caſtella, vicos, villas cum familiis, agros, vineas, ſilvas, prata, omneſque res quaſcunque anteceſſores noſtri, reges ſcilicet Francorum, ac ceteri boni homines, pro eterna remuneratione, ad prefatam ſedem, videlicet ad partem. S. Petri Trevirenſi eccleſie tradendo donaverunt, ſub jure & poteſtate ipſius perpetualiter quieto ordine permanentes, cum omnibus earum appendiciis ſub tuitionis atque immunitatis noſtre munimine, remota omnium pravorum & inſidiantium hominum inquietudine, prefato pontifici & ſucceſſoribus ejus, per preſentia & futura tempora perpetua, quiete liceat poſſidere, & juxta eorum arbitrii & voluntatis decretum ad eccleſiaſticas utilitates tranquilla gubernatione diſponere; quatenus pro noſtra incolum-

CXXIX.

lumitate, conjugis ac prolis, nec non pro ſtatu & tranquillitate regni, a Deo nobis collati, divinam clementiam cum clero ſibi ſubjecto libenter atque libere jugiter exorent, noſtroque ſecurius imperio pareant. Nec ullus unquam ſupra memorate eccleſie res temerario auſu invadere, diſcindere, aut a proprietate beatiſſimi Petri earum quicquam abſtrahere preſumat, neque ullus judex publicus vel quiſpiam ex regia & judiciaria poteſtate aliquid penitus ab eis exigere conetur, (a) (a) exceptis ſex equis, qui per ſingulos annos ex eodem epiſcopio ſolito more noſtris noſtrorumque debent ſucceſſorum exhiberi conſpectibus, nec amplius requiri cenſuimus, quia (b) comitatum de eo factum eſſe dinoſcitur. (b) Et ut hec noſtre confirmationis auctoritas rata & ſtabilis per futura tempora maneat, manu propria ſubtus confirmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum domni Zwentibulti piiſſimi regis. Walterus notarius ad vicem Rathbodi archiepiſcopi & archicancellarii recognovi. Data nonis Februarii anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCXCVIII. indictione prima, anno vero Zwentibulti largiſsimi regis tertio. Actum Treviris in Dei nomine feliciter, amen.

N O T Æ.

(a) *Exceptis ſex equis.*] „ Comites ex ſua „ quisque civitate vel pago; Duces ex ſua quis„ que provincia coactas copias ad Regem, ſi bel„ lo interfuturus eſſet, adducebant: ſi abeſſet, „ adverſus hoſtem ducebant, & junctis viribus „ per ſe ipſi rem gerebant, inquit Hadr. Valeſius *Lib. X. Rer. Francic. ad Ann. DLXXVII.* Videtur autem ex hoc diplomate colligendum, ſex tantum equites, *ordinarie*, ex Comitatu Regi annuatim fuiſſe exhibitos.

(b) *Comitatum de eo factum eſſe dinoſcitur.*] *Audivi nonnullos* (Epiſcopos) *ſub Ducum, & quod plus doleo, ſub Comitum poteſtate magnam ſuſtinere calumniam*, ſcribit circa hæc tempora Ditmarus *Lib. I. p. 329.* Hoc ne porro eveniret Trevirenſi Epiſcopo, erexit illud Zuendeboldus in Comitatum proprium, ab omni aliorum Comitum poteſtate ſejunctum; uti videre eſt in diplomate anni ſequentis, eundemque Comitatum, ſic ab aliis ſeparatum, ipſimet Archipræſuli, ejusve Advocato regendum dedit.

CXXX.

898. 13. *Maij.*

ZUENDEBOLDUS

Abbatiam Trajectenſem Ratbodo reſtituit &c.

Miræus *Opp. dipl. T. I. p. 252.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Zuendeboldus divina largiente clementia rex. Si more prædeceſſorum noſtrorum eccleſias Chriſti varie honoramus, credimus hoc ad profectum corporis, & animæ pertinere, ideoque noverit omnium fidelium noſtrorum præſentium ac futurorum prudentia, qualiter venerabilis genitor noſter Arnolphus Trevirenſi Metropolitanæque ( ) ſedi ad S. Petrum principem apoſtolorum quandam abbatiam poteſtativo jure contradidit, * ubi Ratbodus reverendiſſimus archi-epiſcopus eſſe videtur. Quam, poſtquam ad nos primitus Deo patreque noſtro concedente regni ſublimitas pervenit, ob fallentium ora, qui præfatum epiſcopum totamque illius tuitionis congregationem hoc velle narraverant, injuſte Reginario in precariam conceſſimus. Quo ita geſto, noſtrorum ineuntes conſilium, placitum generale Aquisgrani palatio fieri, fideleſque noſtros illuc venire ſtatuimus, quod & memoratus archi-epiſcopus Ratbodus veniens, ſe ad noſtram reclamavit dominationem, quod jam dicta abbatia de præſata ſede, illo cæteraque congregatione neſciente, injuſte fuiſſet adempta. Quod nos circumcogitantes, ne forte incurreremus periculum in futuro ipſam abbatiam cum conſilio, & judicio omnium noſtrorum, videlicet epiſcoporum, & comitum, ante dictæ ſedi Trevirenſi reddidimus, quæ eſt in pago Moſelant vocabulo Trajecta, quæ in beati confeſſoris Servatii honorem conſecrata eſt, ipſique eundem epiſcopum inveſtientes, coram multitudine populi recipimus, ut ne ulterius ipſius vel ſuccedentium temporibus alicui per precariam conceda-

* Vid. diplom. ſupra an. 889.

CXXX.

cedatur. Quod ſi alicujus ſuccedentium illius temporibus eveniat, anathematis ambo, & qui dat, & qui accipit, vinculis ligati, in æternum permaneant. Quod ut firmius habeatur, ipſi firmavimus, annuloque noſtro inſigniri juſſimus.

Waldgerus notarius ad vicem * Rudgeri archi-epiſcopi archi-cancellariique recognovi. Data III. idus Maij ipſa die feſtivitatis S. Servatii, anno Incarnationis Dominicæ DCCCXCVIII. indictione I. anno IV. regis piiſſimi. Actum Aquisgrani palatio, inveſtitura vero in ipſo Trajecto. (a)

* legendum *Ratbodi.*

N O T A.

(a) Hoc Regale placitum, ejusque triſtes ſequelas ita recenſet Eckhart *Rer. Francicar. Lib. XXXII. n. 63.* „ Ad Zuendeboldum nunc etiam „ querela *Ratbodi Archiepiſcopi Trevirenſis* in „ generali placito Aquisgranenſi delata eſt *de* „ *Abbatia S. Servatii Trajectenſis monaſterii in* „ *pago Hasbanienſi* & *in Comitatu Maſeland* „ ſita, atque à *Reginario Comite* hactenus detenta, „ cùm tamen genitor Zuenteboldi *Arnulphus* „ *Imperator* eam Trevirenſi Metropolitanæ ſedi „ ad S. Petrum poteſtativo jure contradidiſſet. Di„ cit igitur Zuenteboldus in diplomate a Miræo „ *Diplom. Belg. Lib. II. C. 15.* evulgato, ſe Ab„ batiam illam, *poſtquam ad ſe primitus Deo pa*„ *treque ſuo concedente, Regni ſublimitas per*„ *veniſſet, ob ſuillentium ora*, qui præfatum Ar„ chiepiſcopum, totamque illius tuitionis con„ gregationem hoc velle narraverant *Reginario* „ in precariam conceſſiſſe: cùm verò certò com„ periſſet Abbatiam hanc, inſciis Archiepiſcopo „ & cætera congregatione, injuſtè ademptam „ fuiſſe: ſe eandem Abbatiam *cum conſilio &* „ *judicio omnium Epiſcoporum & Comitum* „ ſuorum antedictæ ſedi reddidiſſe, eundemque „ Archiepiſcopum de illa coram multitudine po„ puli inveſtiviſſe. Reginarius Comes ideo in „ Regem concitatus, tanta inſolentia egiſſe vide„ tur, ut ejus gratia excideret. Hoc eodem enim „ anno is, ut Rheginonis verbis utar, *Reginarium* „ *Ducem, ſibi fidiſſimum & unicum conſilia*„ *rium, a ſe repulit, & honoribus hæredita*„ *tibusque, quas in ſuo regno habebat, inter*„ *dictis, eum extra regnum infra quatuorde*„ *cim dies ſecedere juſſit. Ille, adjuncto ſibi Ode*„ *acro Comite, & quibusdam aliis, cum mu*„ *lieribus, parvulis & omni ſuppellectili in* „ *quendam tutiſſimum locum, qui Durſos dici*„ *tur, intravit, ibique ſe communivit.* Locus „ hic *propter paludes* & *multiplices refuſiones*, „ quas in Mosa fluvius facit, aditu difficillimus, „ prope *Dortrechtum*, aut in ipſo Dortrechto „ quærendus eſt, quia Moſa hic in varia brachia „ dividitur, & latum paludem, vulgo *Bies-Bos* „ dictum efficit.

CXXXI.

ZUENTIPOLDUS REX

donat Abbatiæ Prumienſi jus monetæ & telonii.

898. 13. Nov.

Martene *Coll. ampl. T. I. p. 246.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Zuentipoldus divina clementia rex. Si pro Domini noſtri Jeſu Chriſti amore & ſanctorum reverentia utilitatibus ſervorum Dei conſulimus, & quiddam locis Deo dicatis conferimus beneficii, id nobis ad regni ſuperno nutu conceſſi ſtabilitatem, & ad promerendam æternæ beatitudinis felicitatem procul dubio credimus profuturum. Omnium ergo fidelium noſtrorum præſentium & futurorum noverit ſolertia, quia nos ad (a) novum monaſterium in pago Riwerenſe ſitum venientes, cogitavimus, ut pro eleemoſyna domni genitoris noſtri, ac pro noſtra, noſtræque conjugis remuneratione, aliqua noſtræ liberalitatis munificentia illud augmentaretur. Statuimus itaque, quatenus noſtra noſtrorumque licentia in eodem loco (b) mercatum habeatur, & publica fiat moneta, & de

N O T Æ.

(a) *Novum monaſterium in pago Rivverenſe ſitum.*] Eſt *Monaſterium Eiſlia* à Marcuardo tertio Abbate Prumienſi ſub Lothario Imp. fundatum, in quod idem Abbas Collegium religioſorum de Prumia introduxit. Succeſſu verò temporis ſtatus regularis & monaſticus tranſiit in Canonicum ſecularem, Monaſterii nomine retento, Knauff *Defenſ. Abbat. Prumienſ. Cap. IV.* §. 3. Dicitur autem in pago *Rivverenſe* ſitum, id eſt, in *Ripuarienſe.*

(b) *Mercatum habeatur, & publica fiat moneta, & de telonio.*] Mercatum, telonium & monetam hoc ævo plerumque conjunctim concedi ſolitam fuiſſe, jam obſervavit Auctor *ſingularium Norimbergen. pag. 260. in not.*

CXXXI.

de telonio ipſius mercati duas partes ad beatum Chryſantum & Dariam, (c) quorum corpora ibidem quieſcunt, perpetualiter conceſſimus. Unde & hos noſtra manſuetudo apices fieri juſſit, per quos enixius præcipiendo ſancimus, ut duæ partes telonii atque moneta, ſicut dictum eſt, ad ſanctum Chryſantum & Dariam absque aliqua ullius repetitione aut contradictione perenniter traditæ veniant, & in eorum jure & eorum miniſtrorum diſpoſitione conſiſtant. Et ut hæc noſtræ largitionis authoritas firmiorem in Dei nomine finetenus obtineat ſtabilitatis vigorem, manu propria ſubter eam firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione adſignari juſſimus. Signum domni Zuentipoldi piiſſimi regis. Waltker notarius ad vicem Ratbodi archiepiſcopi archique cancellarii recognovit. Data idibus Novembris, anno Dominicæ Incarnationis DCCCXCVIII. anno verò domni Zuentipoldi glorioſi regis indictione II. Actum Treviris civitate in Dei nomine feliciter. amen.

N O T Æ.

(c) *Quorum corpora ibidem quieſcunt.*] Hæc corpora à præmemorato Abbate Prumienſi Marcuerdo anno 844. illuc tranſlata fuère. Tranſlationis acta habentur apud Mabillonium *Annal. Benedict. Tom. II. Lib. XXXIII. n. 7. 8.*

CXXXII.

899.

ZWENDEBOLDUS

eximit Radbodonem, cum Civitate Trevirenſi, à poteſtate Comitum, & aliorum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei eterni. Zwendeboldus divina preveniente clementia rex. Si juxta morem anteceſſorum noſtrorum eccleſias, res ac familias noſtre miſeracionis tuitione ſalvamus, per ſanctorum patrocinia primum nobis ex hoc a pio remunerante Deo incunctanter credimus recompenſari. Quocirca omnium noſtrorum fidelium preſentium & futurorum noverit ſolercia, quod Richquinus & Widiatus venerandi comites noſtri indicantes nobis, homines ſancti Petri, in civitate manentes, de noſtro frequenti adventu magnam incomoditatem ac diſpendium pati, noſtram deprecati ſunt celſitudinem, ut ab hujuscemodi oppreſſione noſtra liberarentur & ſalvarentur tuitione. Quorum petitionem ob amorem Dei & reverentiam ſancti Petri, nec non pro dilectione Rathoodi venerandi pontificis libenter auſcultantes, hoc noſtre ſerenitatis preceptum fieri juſſimus, per quod obnixe precipimus, firmiterque ſancimus, ut nemo noſtris noſtrorumque ſucceſſorum temporibus, in domibus predictorum hominum, videlicet ſancti Petri Treviris manentium, manſionem accipere, niſi quem epiſcopus juſſerit; neque ullam eis quiſpiam in eorum manſionibus incommoditatem ulterius facere preſumat, neque ullam cogantur ſolvere expenſam. Precipimus quoque, ac noſtre autoritatis imperio penitus interdicimus, ut nullus ex regia ac comitis parte, neque ulla judiciaria poteſtas, in villis ejuſdem ſancti Petri placitum habere, aut aliquod diſtrictum in eis ullo modo ſine aſſenſu & voluntate epiſcopi facere conetur. Si autem aliquis contra hoc noſtrum preceptum faciens, in domibus eorum manſionem acceperit, aut aliquid inde abſtulerit, iram Dei incurrat, & epiſcopo X. libras ſolvere compellatur. Et ut hæc dicti autoritas rata & ſtabilis per futura maneat tempora, manu propria eam ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Walterus recognovit. Data Treviris, anno Dominice Incarnationis DCCCXCIX. &c. (a) (a)

SÆCU-

N O T A.

(a) Si terna Regum noſtrorum præcepta, bina Zuenteboldi de annis 898. & 899., & tertium Ludovici Infantis de anno 902., in unum conferimus, nequidquam ſupereſſe poteſt dubii, quin eorundem tenore & vi Trevirenſis Epiſcopatus in peculiarem Comitatum fuerit redactus, ab omni alia poteſtate, regiâ inferiori, redditus immunis, & ſoli Trevirenſi Epiſcopo obnoxius; tam in imperandi poteſtate ad officium Comitis pertinente, quàm in redituum, Comiti pendi ſolitorum, perceptione. Atque hinc primæ, remotiſſimæque, enatæ poſtmodum territorialis ſuperioritatis, origines, ſeu potiùs anſæ.

SÆCULUM X.

§. I.

900. Lotharingiæ ad Germanos reverſa, ZWenteboldo Lotharingiæ Rege Idibus Au-
guſti anni 900. à Comitibus Stephano, Ger-
hardo & Matfrido in prælio ad Moſam flu-
vium cæſo, Lotharingi ad *Ludovicum in-
fantem*, Arnulphi filium legitimum, & in
regno Germaniæ ſucceſſorem, reverſi ſunt.
Quæ is regiæ, in Treviris exercitæ, pote-
ſtatis & beneficiorum monumenta reliquit,
ea ad annos 902. & 910. exhibemus. Ludo-
911. vico circa finem anni 911. improle defuncto,
Germani, præteritâ Caroli M. ſtirpe in Neuſtria ſuperſtite, proprios
ſibi Reges elegerunt; & imprimis quidem Conradum I., qui & Lotha-
ringiæ, jam Germaniæ ſub Carolingis perpetuò unitæ, imperaret.
occupatur à Rege Galliæ; Sed *Carolus (ſimplex) Rex Francorum regnum Lotharingiæ accepit*,
inquit Sigebertus *ad annum* 916. Adde Precariam Rorici de an. 909.
& ibi *Not. noſtram c.* Hic eccleſiis noſtris regalia ſua præcepta annis
912. 913. 916. 919. & 920. largitus eſt, in quibus & ſpeciali Epocha
Lotharingica utitur, quam *à largiori hæreditate adeptâ* nuncupat. Con-
918. rado autem Imperatore an. 918. vitâ functo, *Henricus I.* Saxo, in
ſed mox ad Germaniam redit, ejus locum electus, jura Imperii in Lotharingiæ regnum vindicavit;
ità, ut in iterata fœdera cum Carolo R. Bonnæ conveniret, primùm
anno 921., iterúmque an. 924. quo anno Lotharingiæ cauſa ità com-
924. poſita fuit, ut, teſte eodem Sigeberto *ad an.* 924., *Carolus reddiderit
Henrico regnum Lotharingiæ, Epiſcopis & Comitibus utrimque jureju-
rando rem confirmantibus.* Henrici Imp. regiminis annos ab an. 924.
936. numerant, quæ edimus diplomata. In illius, anno 936. 2. menſis
Julii defuncti, locum, concordibus Germanorum & Lotharingiorum
ſtudiis, filius *Otto I.* Rex creatus, conſilio & armis ſtrenuè Lotha-
ringiam rexit, usque ad an. 973. Intra quod tempus quàm plurimas
regiæ Majeſtatis tabulas apud nos condidit, in quarum fine anni im-
perii indiſtinctè, nulla Lotharienſis regni ſpeciali mentione facta, re-
cenſentur, cùm tamen in Archiepiſcoporum noſtrorum cartis, ſignan-
ter illis de an. 936. 952. & 964., addatur: *ſuper regnum Lotharii.*
961. Effecit id apud Imperii ſtatus an. 961. Otto M., ut filius *Otto II.*
tum adhuc puer, in Regem eligeretur, à patre quaſi in conſortium
regiminis aſſumptus; cujus plura apud nos exſtant monumenta, us-
973. que ad annum 973., quo Otto M. ad ſuperos abiit: à quo tempore
ſolus tam in Lotharingia, quàm in Germania rexit Otto II., in illâ
tamen minùs quietè. Poſtquam enim Otto II. Carolo, Lotharii
Francorum Occidentalium Regis fratri, Lotharingiæ Ducatum an.
977. conceſſiſſet, Lotharius ipſe hoſtilia arma in Lotharingiam intu-
lit.

Digitized by Google

lit. Sed an. 980. ad Carum amnem convenerunt Imp. Germanus & Galliæ Rex,ubi *datis invicem ſacramentis Rex Lotharius Lotharingiam abjurat.* Sigebertus *ad an.* 980. Equidem ille poſt Ottonis II. fata (quæ anno 983. menſe Decembri contigêre) cùm ſub filio impubere *Ottone III.* vacillare videretur reſpublica, denuo turbavit Lotharingiam, at paulo pòſt ad prioris pacti fidem rediit. Vid. infra Epiſtolas Gerberti *ad an.* 986. & *ibidem a nobis notata.* Pluribus apud nos relictis ſupremæ poteſtatis documentis, vitam & regnum in ſæculum usque XI. protraxit. & à Galliæ penitus abjuratur. 983.

§. II.

Sub Germanis tam arctè unita fuêre Germaniæ & Lotharingiæ regna, ut velut unum cenſerentur; videturque ad exprimendum hunc nexum inſtitutum eſſe, ut electio regis in ſolo Germanici regni, coronatio peragеretur Aquisgrani, in Lotharienſi. Permanſerant tamen hoc ævo in rebus Lotharingicis veſtigia quædam priſcæ imaginis, & propriæ compagis illius regni. Sic Henricus I. annos regni Lotharienſis, in diplomatibus ad res illius pertinentibus, ſeorſim numerat. Vid. Tabulas noſtras Giſelberti Ducis de anno 928. Et Otto I. cùm filium Ottonem II. Regem eligi curaret, jámque Wormatiæ regni Germanici Procerum ſuffragia obtinuiſſet, Lotharienſium conventum coëgit, ut illorum pariter conſenſu Rex deſignaretur. Continuator Rheginonis *ad an.* 961. Nominatim autem nos Treviros regiminis ejus annos *ſuper regnum Lotharii* (cujus eramus portio) numerâſſe, jam memoravi. Imò ipſe ſe *Lotharienſium* & *Francigenum* Regem vocat apud Miræum *Opp. diplom. Tom. I. p.* 139. nec non in variis cartis apud Chiffletium *in Commentar. Lothar. cap. II.* Porro diſtinctâ quoque pro regni Lotharingici negotiis cancellariâ utebantur Imperatores; cui quidem Trevirenſem Archiepiſcopum tanquam Archicapellanum ſeu Archicancellarium præfecerant. Primùm hoc officio ſub *Zuenteboldo* Lotharingiæ Rege functus eſt *Ratbodus* noſter. Terna hujus Regis diplomata edimus ad an. 896., quæ ſingula tanquam Archicancellarius recognovit Ratbodus, & in unius quidem contextu etiam Rex eum *noſtri palatii Archicancellarium* nuncupat. Apparet quidem deinde in carta ſan-Maximiniana de 13. Junii an. 897. Herimannus Colonienſis, Archicancellarii munere interim, neſcio ob quod Ratbodi impedimentum, fungens; ſed mox reſumpſit officium Ratbodus, qui tria Zuenteboldi præcepta anni 898. ùt Archicancellarius recognovit. Continuavit officium Archiepiſcopus noſter ſub *Ludovico infante*, utì apparet ex diplomate noſtro de 19. Septembris an. 902. Et quanquam diploma Ludovicianum de 10. Febr. 910. recognoverit Piligrinus Archiepiſcopus Moguntinus, id tamen haud dubio ideo factum, quia diploma datum Francofurti de re etiam extra fines Lotharingiæ ſita; perſtitit enim in Lotharienſis Archicapellani munere Ratbodus, recognoſcens regiam cartam de 5. Octobris ejusdem anni. Rege Ludovico defuncto, *Carolus* Galliæ Rex Lotharingiam occupans, Gallico ſuo Archicancellario, Henrico Remenſi, primùm in Lotharingia etiam uſus eſt, utì fidem facit ſan-Maximinianum diploma de 1. Jan. an. 912. At reſumpſit paulo poſt officium Ratbodus, quem Carolus in præcepto ſuo de 13. Aug. 913. *venerabilem ſanctæ Trevirenſis ſedis Metropolitanum, Archicapellanum noſtrum, vocat*; expeditionem autem curavit Gozlinus Notarius *ad vicem ejusdem Ratbodi Archiepiſcopi ſummique Cancellarii.* Ratbodi defuncti vicem ſub

Qualis Lotharingiæ cum Germania nexus?

Archiep. Trev. regni Lotharingici Archicancellarii?

eodem Carolo ſimplice explet, ſicut in Trevirenſi Archiepiſcopatu, ita in Lotharienſi Archicancellaria, *Ruotgerus*, uti docent ternæ, quas proferimus, tabulæ de annis 916. 919. & 920. Lotharingico regno a Gallis ad Germanos reverſo, ſub *Henrico I. Imp.* Ruotgerus noſter nihilominus Lotharingico Archicapellanatu perfunctus eſt. Docent nos hoc Henriciana diplomata: unum ſuper villa Gunduphi de an. 928. apud Benedict de Toul *Hiſt. Ecclеſ. & polit. Tullen. p.* 18. alterum anni 932. pro confirmatione Abbatiæ Bronienſis in Comitatu Namurcenſi apud Miræum *Opp. diplom. Tom. I. p.* 39. Sed & ſub Henrici Imp. ſucceſſore *Ottone M.* Ruotgerum Lotharingico Archicancellariatu functum apparet tum ex ſan-Maximiniano noſtro de 3. Junii an. 940. tum ex exteris, quorum unum de anno 945. apud Baldricum *in Chron. Cameracen. p.* 198. aliud de anno 947. apud Miræum *Opp. diplom. Tom. I. p.* 50. Interceptus deinde videtur Lotharienſis Archicancellariatus Metropolitis noſtris ſub Ruotgeri ſucceſſoribus Rotberto, Henrico & Theodorico; horum enim nullum eo munere functum deprehendi hactenus. Sed nec deinde quidem aliquâ ratione conſtans apud Trevirenſes per nonnulla ſæcula videtur fuiſſe hujus officii adminiſtratio. Videmus nihilominus *Egbertum Ottonis II.* Archicancellarium in diplomate Patavienſi de an. 980. apud Hundium *Tom. I. Metrop. p.* 361. *n.* 4. Dein *Egilbertum* ſub *Henrico IV.* in diplom. monaſterii Rotenſis anni 1073. apud Meichelbeck *Hiſtor. Friſingen. Tom. I.* p. 264. ubi conf. Chron. Gottwicen. p. 299. *ſequ.* Nec non ſub *Henrico V. Brunonem* Archiepiſcopum, in diplomate Wormatienſi de an. 1114. apud Ludewig *Reliq. MS. Tom. II. p.* 184. Demum *Joannem I.* ſub *Friderico I.* ut Archicancellarium occurrentem in diplomate Eccleſiæ Goslarienſi anno 1188. die 8. Aug. conceſſo apud Leuckfeld *Annal. Beldenſ. p.* 286., nec non alio etiam Goslarienſi de 9. Aug. ejusdem anni apud Heineccium *Antiquit. Goslarien. Lib. II. p.* 186. Sed hæc neque ad Lotharienſe regnum pertinent, neque ita cohærentia ſunt, ut poſt Ottonis M. tempora continuati officii rationem mereantur; quin potiùs ſæculo XI. Henrici II. Conradi II. Henrici III. Henrici IV. Impp. diplomata, de rebus ad Diœceſin Trevirenſem ſpectantibus condita, Moguntini nomine recognita ſunt. Illud tamen minimè negandum, ex memorato Lotharienſi Trevirorum antiquo Cancellariatu anſam deinde & occaſionem natam fuiſſe, ut Præſulibus noſtris perpetuus tandem concederetur Archicancellariatus per Galliam; quo nomine Lotharienſes ditiones veniunt. Sed de ea re ſuo loco, nempe ſæculo XIII.

necdum tamen perpetuo jure.

§. III.

Diviſio Lotharingiæ in ſuperiorem & inferiorem.

Lotharingiæ regnum Germanico Imperio unitum, diviſum hoc ſæculo in Lotharingiam ſuperiorem & inferiorem; & ut facilius contineretur, inſtitutus duplex Ducatus. Utriusque fines ſic determinat Blondel *Geneal. Franc. pleniori aſſert. p.* 270. *Sub Brunone, eodemque procurante, creati duo Duces, qui Lotharienſe regnum æquali poteſtate regerent. Cum enim univerſa Lotharingia ab anno* 888. *decem diœceſes complexa ſit, quinque à Brunone ſuperiori Lotharingiæ, quæ Moſellanica à Moſellâ interſecante dicta eſt, Trevirenſis nimirum, Argentinenſis, Metenſis, Virdunenſis, Tullenſis, aſſignatæ ſunt; reliquas, Colonienſem, Ultrajectinam, Leodienſem, Cameracenſem, Tornacenſem trans Scaldis Orientalis ripam, inferiori, ejusque Duci, aſſignare placuit:*

bujus

hujus ſedes Aquisgranum; alterius nempe Moſellanici Divodurum Mediomatricum. Superioris Lotharingiæ terminos curatiùs definit Butkens *in Trophæis Brabantiæ Lib. I. cap. 3. p. 7.* ubi ita: *Cette province comprenoit tout ce qui eſt entre le Rhin, & la Moſelle, & la Meuſe, à ſavoir l' Elſace, Basle, Mets, Strasbourg, Beſançon, Treves, Toul, Verdun, Bar, Luxembourg, Pont-a-Mouſſon, avec partie d' Ardenne; de la quelle le ſiege imperial, ou la cour de la ſouveraine juſtice ſemble avoir été la ville de Mets.* In eo tamen minùs accuratus eſt, quod Baſileam & Veſontionem, quæ ad Burgundiæ regnum pertinent, huc recenſeat. Dedêre nunc Imperatores Germani Lotharingiam in Ducatum. Et imprimis quidem anno 927. Henricus I. *Giſelberto*, Otto I. an. 944. primùm *Conrado*, deinde anno 952. *Brunoni* Colonienſi Archiepiſcopo, qui anno 959., retento inferioris Lotharingiæ Ducatu, ſuperiorem ceſſit *Friderico I.* nepoti, cui anno 984. usque ad annum 1024. ſucceſſit *Theodoricus*; huic porro *Fridericus II.* usque 1033. vel 1034. quo defunćto *Albertus* de Alſatia, hodiernæ Domûs Lotharingicæ ſator, ad Ducatum pervenit, quem ſuis poſteris hæreditarium fecit, non quidem eâ amplitudine, qua ſuperiorem Lotharingici regni partem mox deſcripſimus, ſed propriis ſuis vulgò notis finibus. Cùm autem, qui hunc præceſſerant ſuperioris Lotharingiæ Duces, officii tantùm, nec hæreditarii, titulo has terras tenuerint, ipſi, quoties Germaniæ Regibus minùs parerent, pro rebellibus habiti, & ùt tales puniti, quemadmodum de Giſelberto Witikindus, Continuator Rheginonis, Ditmarus; de Conrado Frodoardus memorant &c. ſic horum jura minimè impedierunt, quominus alii Lotharingici proceres, Epiſcopi præcipuè, ſuis immunitatibus & juribus, quæ ex Regum beneficio obtinuerant, & ſignanter Trevirenſis Eccleſia iis, quæ in præcedentibus Diſſertationibus jam memoravimus, gauderent. Conf. Daniel *Hiſt. de France Tom. III. ad an. 976.*

in ſuperiori Treviris.

Lotharingiæ Duces;

nullum his in Treviros imperium,

§. IV.

Quinimo quem Diſſertatione ſæculo IX. præmiſsâ §. 4. Trevirenſi Metropolitæ jam ſtabilivimus Comitatum hujusque jura, ea regalibus ſuis præceptis hoc ſæculo firmant Imperatores Otto I. anno 947. Otto II. an. 974. Elucent jam ſpecialiùs hæc ſuperioritatis jura, aut aliqua ſaltem eorum veſtigia leviùs impreſſa in Trevirenſem agrum, tum ex tabulis Egberti Archiepiſcopi de an. 981., tum ex Diplomate Ottonis I. de 7. Jan. 966.; in ipſam verò Trevirorum urbem, ex Epiſtola Adalberonis Remenſis ad Egbertum Archiepiſcopum, quam ad annum 984. retulimus. Nec communia ſolùm Comitum jura Præſulibus noſtris conceſſa, ſed nonnulla etiam, quæ ſpecialiùs ad Principis Regalia pertinebant, illis tributa ſunt; inter quæ hoc loco jus foreſtæ memorare ſufficiat, quod peramplis terrarum ſpatiis, quarum proprietas tamen ex magna parte jam Trevirenſis Eccleſiæ erat, Archiepiſcopis Reges indulgent, diplomatibus, quæ publicamus ad annos 895. & 974.

quippe quod jam Archiepiſcoporum erat.

§. V.

Quas ſuprà §. 1. vel levi digito tetigimus frequentes hoc ſæculo regni Lotharingici viciſſitudines, & de eo inter Germaniæ Galliæque Reges ferventia ſubinde bella, ea effecerunt, ut regni Primores, tam ſacri, quàm profani, bona ſua juraque in amplum augerent. Quas

Lothar. regnum in minora territoria dilabitur.

verò ejus rei circumſtantias brevibus memorat Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. I. pref. ſ. 28.* eæ facilè perſuadent, Trevirenſi Archipræſuli, totius regni primario & Archicancellario, hoc ſæculo obveniſſe jura, ſi non reliquis omnibus majora, certè nulli ejusdem Procerum inferiora. Digna ſunt, quæ hic legantur verba laudati ſcriptoris, eâ etiam de causâ, quod ſingularium hoc ſæculo in Lotharii regno enatorum Dominiorum & territoriorum originem accuratè definiant. Sic autem ille: „ Ce pays, ſitué entre la France & l' Allemagne, a été „ long-tems le ſujet des guerres & des diſputes entre les ſouverains de „ cettes deux grandes Monarchies, qui s' en conteſtoient reciproque- „ ment la ſouveraineté & le domaine. La jalouſie de cettes deux puiſ- „ ſances & les diviſions qui regnoient entr' elles, produiſirent entre „ la Meuſe & le Rhin cette multitude de petites Souverainetés, de „ Républiques & de Seigneuries régaliennes, qu' on y vit depuis le „ dixiéme ſiécle, & qui ont ſubſiſté jusqu' au quinziéme & ſeiziéme, „ ſe maintenant les uns contre les autres, par l' aſſiſtance & la prote- „ ction des puiſſances voiſines. Pendant ces temps de trouble, les „ Empereurs, qui ſe diſputoient l' Empire, voulant chacun de leur „ côté ſe faire des creatures, & s' appuyer par des alliances, ac- „ cordoient aux Evêques, aux Abbayes, aux Egliſes, aux ſeigneurs, „ des priviléges & des droits trés étendus, à fin d' engager ces ſeig- „ neurs dans leur parti, ou de les y conſerver. Ils ajoûtoient aux pri- „ vileges des grands domaines, & des biens qui leur coûtoient peu, „ parce qu' ils n' en étoient pas paiſibles poſſeſſeurs; & qu' ils ne „ croyoient pas pouvoir acheter à trop haut prix un Empire, ou un „ Royaume, qui leur étoit conteſté. De là cette foule de petits ſeig- „ neurs regaliens, entre l' Empire d' Allemagne & le Royaume de „ France, formez par la foibleſſe, ou par la diviſion de cettes deux „ puiſſances. Si l' une des deux troubloit ces petits ſeigneurs dans l' „ exercice de leurs droits, ces ſeigneurs étoient ſûrs de trouver de l' „ appui & de la protection dans la puiſſance voiſine & rivale. Telle „ fut l' origine des petites Souverainetés de Lunéville, de Dasbourg, „ de Bouillon, de Salm, de Blamont, de Hombourg, de Caſtres, de „ Sarwerden, de Sarbourg, de Deux-Ponts, de Sarbruche, de Comerci, „ d' Aprémont, de Pierre-fort, de Sedan, de Chiny, de Luxem- „ bourg, &c. Telle la puiſſance des Evêques de Metz, de Toul, de Ver- „ dun, & de leurs Chapitres, & de leurs Villes Epiſcopales, qui ſe „ gouvernoient comme Républiques, & Villes libres, relevantes de „ l' Empire. Telles enfin les Abbayes de ſaint-Maximin, de Pruim, „ d' Epternach, de Gorze, de ſaint-Arnoû, & pluſieurs autres, qui „ exerçoient ſur leurs Terres, & ſur leurs propres ſujets, une eſpece „ de pouvoir régalien, ſubordonné à l' Empire.

§. VI.

Turbidus rerum noſtrarum ſtatus

Sic ab una parte mutua inter Galliæ Germaniæque Reges bella, & quæ inde pullulabant ſeditioſa Magnatum ſtudia, Lotharingicas oras vexabant, ab altera autem iteratæ barbararum gentium invaſiones. De Normannorum incurſionibus circa finem ſæculi IX. jam incidenter meminimus Diſſertatione ante ſæculum VIII. ſ. 3. & alibi. Hoc ſæculo Hunni terras noſtras vexant, quemadmodum colligitur ex iis, quæ ad annum 926. repetitâ vice notamus. In hoc rerum turbine res ſuas ſervare difficile; opem igitur quærunt eccleſiæ noſtræ, unde magnam deinde pernitiem hauriunt, à beneficiariis nempe

originem da feudis Trevirenſibus.

pe militibus ſeu vaſallis. Jam queritur Archiepiſcopus noſter Egbertus in tabulis ſan-Paulinianis anni 981. *Epiſcopii maximam partem militibus in beneficium eſſe diſtributam.* Hæc prima feudorum Trevirenſium origo, feudorum *oblatorum* indoli omnino adverſa. Sed non bona tantùm eccleſiarum ad ſe trahunt hoc ævo potentes, verùm & eccleſias ipſas; utì in Abbatia S. Servatii Trajectenſi, Archiepiſcopatui Trevirenſi unita, in eccleſia S. Maximini, in Epternacenſi &c. hoc ſæculo non ſemel cum mœrore intuemur. Inter hos eccleſiarum noſtrarum invaſores principem locum meretur Giſelbertus Lotharingiæ Dux, de quo ſingularis eſt hæc Broweri *Annal. Trev. Tom. I. Lib. IX. n. 75. ad an. 928.* obſervatio: „ Giſelberti Ducis „ in Lotharienſi republica ſumma erat atque excellens in paucis per „ hoſce dies auctoritas; quo in ejus cupiditate frenanda major ſe ſe „ objiciebat labor. Ruotgerus in ſummi certamen juris antè cum „ illo deſcenderat; verùm in magna litis ad exitum deducendæ fluctuatione, veritus, ne pro jure pertinaciùs extorto, bellum vel „ inimicitias Dux iratus redderet, concordiam iis artibus copulare „ ſtuduit, ut & integra conſtaret eccleſiæ ſuæ dignitas; & optatis „ Dux ſimul incubaret opibus .... Et deinde .... Giſelbertus Dux „ Rectórque ſanctæ Trajectenſis eccleſiæ, his enim ipſe nominibus, „ pro viro politico ſane monſtroſis, utitur, ---- ipſoque præſente „ Rege ſolennem ornatum cum veſtitu ad aram B. Servatii productus, & Giſelbertus Abbas in ſpeciem inſtitutus eſt „ Confer tabulas hujus Giſelberti, quas damus ad annum 928.

Eccleſiæ noſtræ uſurpantur à militibus.

§. VII.

Origo caſtrorum in Archid. Trev.

Alium adhuc turbulenta hæc tempora produxêre in noſtra Archidiœceſi effectum, hìc minimè prætermittendum. Gerbertus, hujus ſæculi ſcriptor, *Epiſt. 45.* *Is eſt,* inquit, *ſtatus reipublicæ, ut ſub juga Tirannorum turpiter eſſet eundum; & ſi niti viribus tentaremus, clientelæ undique forent procurandæ, caſtra munienda, rapinæ, incendia, homicidia exercenda.* Caſtra, inquam, munienda erant. Horum eâ ætate exſtruebantur quàm plurima, quorum adhuc alta rudera apud nos, præſertim ad Moſellæ & Rheni tractum, conſpicua ſuperſunt. Ad an. 926. bina inſtrumenta exhibemus, quibus Abbatia S. Maximini in viros nobiles Nortpoldum, Franconem, & Humbertum permutationis titulo montem ad amnem Syram transfert, quo hi caſtellum ſtruerent, futurum adversùs Hunnorum inſultus præſidium. Neque tamen omnia, quæ apud nos videmus, vetera caſtella hoc demum tempore erecta dixerim: munitio Caſtelli Luxemburgenſis, tanquam antiqua, jam occurrit in tabulis Sigifridi Comitis de 17. Aprilis 963. Igitur, quæ caſtra ex noſtris ſæculo IX. & X. antiquiora ſunt, ea cum Luxemburgenſi vel ad tempora Gallieni Imp. retulerim, qui Germanis usque ad Hiſpanias penetrantibus, & ubique diriſſimè graſſantibus, Germanicam expeditionem ſuſcepit, & adversùs barbarorum impetum Rheni ripas erectis caſtellis, burgis ac turribus cuſtodire conatus eſt; vel ad imperium Valentiniani & Gratiani, quorum ille, ad reprimendas Germanorum irruptiones, *Rhenum omnem à Rhætiarum exordio usque ad fretalem oceanum magnis molibus communiebat, caſtra extollens altiùs & caſtella, turresque aſſiduas per habiles locos & opportunos, qua Galliarum extenditur longitudo.* utì refert Marcellinus *Lib. XXVIII.*

§. VIII.

Jus eligendi Archiepiſcopi penes Clerum & populum.

Clero populóque Trevirenſi ad preces Ratbodi Metropolitani & Archicapellani jus eligendi Archiepiſcopi tribuit Carolus R. præcepto ſuo de 13. Auguſti an. 913., quod ab omni ſuſpicionis nota vindicavimus. Scilicet quibus Eccleſiis ea facultas Principis gratiâ ſpecialiter non erat indulta, ibi ad Epiſcopatus Rex ùt plurimùm nominabat. Hahn *Hiſt. Germ. P. II. cap. 5. §. 9. not. x.* An autem mox à Ratbodi deceſſu *Rutgerus* & deinde *Ruotbertus* ſic electi fuerint, coævis monumentis non traditur. Fortè, quod in Abbatiis eveniſſe, jam alibi memini, in Epiſcopatibus quoque nonnunquam accidit, ut etiam poſt conceſſum electionis jus, Reges & Imperatores ſubinde ſpecialibus de cauſis Præſules Eccleſiis darent. Sanè de Ruotberti Archiepiſcopi ſucceſſore Henrico ſcribit Frodoardus *ad ann. 956. Epiſcopatus Trevirenſis cuidam Henrico Regis Ottonis propinquo datur.* An autem ab Imp. Ottone M. citra populi & cleri Trevirenſis aſſenſum petitionemve Henrico Epiſcopatus *datus* fuerit, non additur. *Datus* namque Epiſcopatus etiam ab Imperatore non impropriè dicitur à ſola Imperatoris inveſtiturâ, electionem ſecutâ. Qua via Henrici ſucceſſores *Theodoricus*, *Egbertus* & *Ludolfus* ſedem Trevirenſem conſcenderint, coævis actis non inveni memoratum. At *Luitolfo, viro docto, Trevirenſi Archiepiſcopo defuncto, Megingaudus pro eo Archiepiſcopus promovetur; ſed Adalbero clericus, Reginæ Cunegundis germanus, quibuſdam faventibus, ad Archipræſulatum, quaſi ex regio promiſſo ſibi debitum, annisus, Trevirenſe palatium præſidiis occupat, & jam cum fratribus ſuis Theodorico Metenſi Epiſcopo & Henrico Bojariæ Duce, Fridericoque Comite adnitente, etiam cum aliis multis, Gerhardo item Comite contra Regem rebellavit*, inquit Hermannus Contractus Caniſianus *ad an. 1008. edit. Baſnage Tom. III. p. 263.* Quod de *Regio promiſſo* Hermannus memorat, & deinde de *rebellione contra Regem*, jus regium in creatione Archiepiſcopi ſupponere videtur: quod econtra de *promotione* ad Archiepiſcopatum & *quorundam favore* interſeritur, ad clerum plebémque Trevirenſem pertinere non eſt inveroſimile; ita ut Adelbero partis electionem (majoris an minoris?) prætenſo regio promiſſo ſtipatam, tueri voluiſſe videtur. Poſtremum firmant verba Ditmari *Lib. VI. Annal. p. 384. edit. Leibnit.* ibi: *mortuo Trevirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo venerabili Luidolfo, capellanus ejusdem Athelbero frater Reginæ & immaturus juvenis, plus timore Regis, quam amore religionis, communiter eligitur.* Igitur cùm Geſta Trevirorum apud Martene *Tom. IV. collect. ampliſſ. p. 159. Henricus autem Imperator*, ajunt, *Megingaudo Epiſcopatum dedit*, hoc dubio procul evenit, quia illegitimus vel ſaltem dubius erat Adalberonis ad Epiſcopatum acceſſus; quo caſu etiamſi alias certum eſſet cleri populíque jus in eligendo, Præſulem dabat Imperator. Hahn *l. cit. not. u.* Si tamen, quod repeto, verba illa: *dedit*, *conſtituit*, &c. electionem excludant, quod facilè non crediderim; licèt enim Auctor geſtorum Trevirenſium Martenianus *pag. 160.* referat, *obeunte Megingaudo Henricus Imp. Poponem de Regensburg educatum in offenſam Adalberonis Præſulem conſtituit*; & Auctor vitæ B. Meinwerei *cap. 41.* in actis SS. Antwerpien. *menſis Junii Tom. I.: Imperator ..... Epiſcopatum Popponi, viro venerabili, ſecundum carnem nobili contulit.* Nihilo tamen mi-

nùs

nûs Geſta Trevirorum Leibniziana *cap.* 48. non ſolùm de cleri populique conſenſu expreſsè teſtantur his verbis: *Rex .... impetrato tam cleri quam populi conſenſu ipſum* (Popponem) *Pontificali cathedra ſublimavit*; ſed & Poppo ipſe in tabulis, quas ad annum 1033. referimus, ſe *ſecundum proceſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti electionemque totius cleri & populi Trevirorum Archiepiſcopum nominat.* Abinde electionis exercitium penes Trevericum clerum & populum fuiſſe, certiùs docent allegata Trevirorum Geſta Marteniana *pag.* 172. ubi *Popponi* (anno 1034.) *defuncto ſucceſſit in ſacerdotali miniſterio cum cleri plebisque conſenſu Eberhardus Epiſcopus.* Et deinde: *Dedit ei Deus gratiam invenire in oculis Henrici Imp..... unde contigit, ut Treviri ſuo orbati antiſtite, eis, ad quos electio pertinebat, petitioni Regis convenientibus, Metropoli ſubrogaretur Epiſcopus.* Sic ſtabilitam juris eligendi poſſeſſionem Treviri defuncto Eberhardo ulti ſunt facto ſanè barbaro, quod memorant Geſta *pag.* 173. ſcilicet: *Eberhardo* anno 1066. *mortuo, Anno Colonienſis Epiſcopus, quem proviſorem regni & tutorem filii ſui Heinrici* (IV.) *Heinricus* (III.) *Imp. moriens reliquerat, ſpreto Treberorum conſilio & electione, adhibita Regis adhuc pueri inveſtitura & confirmatione, nepotem ſuum Cunonem cum magna ambitione & manu militari inthronizandum verſus Treberim direxit. Quæ inconſiderata provectio, ſicut illi beato mortis occaſio & martyrii fuit, ſic Treberenſibus excedere crudelitatis audaciam & materiam præbuit.* Et poſtea: *Qua de cauſa Rege valde comoto civitatem Trebericam ſe deſolaturum comminante, tandem Deo donante à ſapientibus ejus furore ſedato, electione cleri & populi Udo inthronizatur Epiſcopus.* Nec minùs Udonis ſucceſſorem *Engelbertum* cleri populique conſenſus ad cathedram evexit. *Cùm* enim (ſic eadem Geſta *pag.* 176.) *Imperator juſſiſſet, ut quem ſibi placere cognoſcerent, hunc ipſum eligerent, ut Clerus unus poſt unum ex ipſo eorum conſortio, hoc utique honore digniſſimos, exhiberent...... jamque in eligendo tribus diebus transactis.... dixit Rex: quoniam diu in eligendo Epiſcopum concordare non poſſumus, ſaltem in hunc* (Engelbertum) *conveniamus, & conſenſit ei ex Epiſcopis, qui electionis cauſa advenerant, ſolus Theodoricus Virdunenſis, & pars aliqua populi Treberenſis.... Pontifices verò Herimannus Metenſis, & Bibo Tullenſis, & reſiduus clerus & populus, quantum in ipſis erat, non aſſenſerunt &c.* Quo ex loco inſuper docemur, tres comprovinciales Epiſcopos etiam in Metropolitani electione ſuffragium tuliſſe. Engelberto anno 1101. vitâ functo, Henricum IV. Imp. natalem Domini Moguntiæ celebrantem *adeuntes cives Treverici petierunt ſibi Epiſcopum dari, quibus mox petentibus principibus* (id eſt) primoribus populi & cleri Treverici) *& civibus conſentientibus Brunonem eis conſecrari juſſit.* Geſta Trevir. *pag.* 186. Reliqui poſt Brunonem omnes Electionis viâ ad Archiepiſcopatum pervenêre; quamvis non ſemper ſine ſchiſmate.

§. IX.

Trevirenſis Eccleſiæ Primatum non ſolùm firmavit hoc ſæculo Joannes PP. XIII. an. 969. & jus Pontificii Legati addidit Benedictus PP. VII. an. 975.; ſed & jura Primatui annexa expreſſit Joannes Pontifex: & inter hæc quidem *I.* jus primi loci ab Apoſtolico à latere Legato in ſynodis, ſive hæ in Germania ſive in Gallia celebrentur. Si verò *II.* nullus adforet ſummæ ſedis Nuntius, Trevirenſis Metropolita principem ab Imperatore aut Rege Romanorum locum obtineat; *Primatus Eccleſiæ Trevirenſ. ejus jura.*

quæ

quæ prærogativa in uſum quoque deducta eſt, teſte Chronico magno Belgico *p.224.* ubi hæc memorat: *Theodericus* (Trevirenſis) *apud Imperatorem Fridericum* (II.) *magnus habitus eſt, & in omnibus Curiis ſolemnibus locum ſeſſionis ſuæ inter Pontifices poſt Imperatorem propter Primatum Trevericæ dignitatis obtinuit.* Poſt hæc *III.* jus primæ vocis inter pontifices Trevirenſi tribuitur. Sed & *IV.* ut promulgatio ſynodalis judicii ſeu concluſi per eundem fiat, decernitur. Demum *V.* omnibus, qui in aliis, ſub diſtrictu Treverici Primatûs, Diœceſibus morantur, diſtrictè præcipitur, ut Trevirenſi Eccleſiæ, tanquam matrici, ejusque Præſulibus canonicè placeant, obſequantur & obediant. Cæterùm, quæ hìc non exprimuntur, communia Primatuum jura, minimè excluſa cenſeri debent. Ea ſunt *VI.* poteſtas Formatarum tribuendarum, quarum exempla edimus ad annos 8(?)o. & 906., quæ ipſæ tamen ordinario, non primatiali jure conceſſæ videntur. *VII.* Jus convocandi Concilii Provincialis. *VIII.* Referendi ad Rom. Pontificem de majoribus cauſis. *IX.* cavendi, ut per univerſum Primatûs diſtrictum Canones ſerventur, & ſacra fides illibata permaneat. Quibus demum *X.*, ſed poſterioribus ſolùm ſæculis, additum jus appellationum à Metropolitanorum judiciis. Sublimibus his juribus etiam honorifica addidere Rom. Pontifices; nimirum ut crux ante Trevirenſem, ſicut & ante Ravennatem, Archipræſulem geſtetur, ipſique Archiepiſcopo per ſtationes equitare liceat cum nacco, qui eſt pannus ruber ſive ſtratum equi Pontificis, ùt ait Onuphrius; vel ùt ſcribit Alexander PP. III. ad Philippum Archiepiſcopum Colonienſem *Epiſt.* 52. feſtivi equi.

§. X.

Viri litterati; Liberales artes & ſtudia hoc ſæculo non vulgariter apud nos floruêre. Inter viros doctos patrios hìc primum nominare liceat

Sylveſter II. P.P. *Sylveſtrum II, PP. Max.*, qui monachus adhuc, ſub Gerberti nomine, adeò adhæſit Egberto noſtro Archiepiſcopo, ut ad eum non modò familiariſſimas epiſtolas perſæpe dederit, ſed & Adalbero Rhemenſis Metropolita *Epiſt. 56. inter Gerbertin.* Egberto ità ſcripſerit: *Gerbertum monachum ſicut nunquam contra veſtrum velle tenere tentavimus, ſic ex noſtra ſententia prima die rogationum usque Moſomum reducemus, & quia tanto tempore eo uſi ſumus, non erimus apud vos tanti immemores beneficii.* Unde apparet Gerbertum in Egberti officiis ſtetiſſe. Adeò autem Gerbertus ſcientiarum portentum ſuo ſæculo videbatur, ut minùs cautis magus fuiſſe ſcribatur Alberico *in Chron. ad an. 999. pag.* 37. & Sigeberto Gemblacenſi *ad an.* 998. *p.* 87. Otto autem III. Imp., olim Gerberti diſcipulus, eundem *Epiſt. Gerbert.* 153. *Divinorum peritiſſimum, atque tribus Philoſophiæ partibus laureatum* ſalutat. Sylveſtro Papæ ſubjungimus plures doctos

Archiepiſcopi Trevirenſes. Trevirenſes Archipræſules. Et imprimis quidem de jam laudati *Egberti* literis minimè dubitandum, vel ob ſolum eruditum illud cum Gerberto commercium. Rogat etiam Gerbertus Egbertum *Epiſt.* 69. ut, quem ad eum mittit, non careat ſtudiis, quibus impenſiùs operam dare diſpoſuit. *Henricus I.* Archiep. Treviros iens comitem ſibi ſumpſit virum eruditum & ſanctum, Wolffgangum, qui ejus antea in Augienſi, dein in Wurceburgenſi academia ſocius fuerat, uti ex vita S. Wolffgangi refert Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. III. Lib. XLV. n.* 93. *Ruotgerum* Trithemius *Annal. Hirſaug. Tom. I.* ad

ad an. 922. *p.* 64. *virum multæ lectionis & eminentis doctrinæ* vocat, *qui inter cetera ingenii ſui opuſcula ex ſententiis Patrum & Epiſtolis ſummorum Pontificum volumen quoddam Decretorum poſt Iſidorum Hiſpalenſem in unum comportavit, quod in Concilio Epiſcoporum, apud Treviros celebrato, auctoritate omnium approbatum fuit.* A *Rotbberto* Archiepiſcopo nepotem ejus Ansfridum in lege tum divinâ tum humanâ inſtitutum fuiſſe, ad tabulas Adæ de an. 936. *not. a.* meminimus. Plura de Ruothberti ſcientiâ Trithemius *Annal. Hirſaugien. Tom. I. p.* 90. 91. & 101. ubi eum *in omni genere doctrinæ multùm eruditum, ſapientiâ & eloquentiâ nulli ſuo tempore ſecundum* prædicat. *Luitolphus* doctrinæ laude ità effloruit, ut Hermannus Contractus *ad an.* 1008. *pag.* 578. occaſione obitûs ejus ſcribat: *Luitolfo viro docto Trevirenſi Archiepiſcopo defuncto &c.* De modeſtia, probitate, & dicendi auctoritate, quam doctrinæ junxit Luitolphus, vide Concilium Moſomenſe anni 995. apud Harduinum *Collect. Concil. Tom. VI. P. I. pag.* 738. In cætero Clero Trevirenſi fuiſſe, qui etiam ultra ſacra ſtudia ſaperent, vel ex ſola Gerberti *Epiſt.* 134. intelligimus, quam ſcripſit Remigio monacho Trevirenſi, Mathematices ſtudium multùm colenti; cui hæc inter alia: *ſphæram tibi nullam miſimus, nec ad præſens ullam habemus, nec eſt res tam parvi laboris tam occupatis in civilibus cauſis. Si ergo te cura tantarum detinet rerum, volumen de Achileidos ſtatu diligenter compoſitum nobis dirige, ut ſphæram, quam gratis propter difficultatem ſuam non poteritis habere, tuo munere valeas extorquere.* Eâdem de re ulteriùs deinde Remigio ſcribit Gerbertus *Epiſt.* 148. At non produnt hæ Epiſtolæ, cujus loci in noſtra Archidiœceſi Cænobita fuerit Remigius. Explet è contrario hac in parte deſiderium noſtrum Trithemius in catalogo virorum illuſtrium, ubi: *Remigius*, inquit, *Monachus & Abbas S. Luthvini Mediolacenſis, vir in divinis ſcripturis ſtudioſiſſimus & valde eruditus, atque in ſæcularibus litteris nobiliter doctus, ingenio ſubtilis, eloquio diſſertus, vitâ & converſatione devotus, Philoſophus, Poëta, & Muſicus omnium ſuotempore longè præclariſſimus.* Addit Trithemius *Chron. Hirſaugien. Tom. I. p.* 122. eum multa ſcripſiſſe præclara opuſcula, è *quibus*, ait, *numerantur ſubjecta: In quinque libros Moyſi. In quatuor Evangelia Chriſti. In omnes Epiſtolas Pauli. Regulas fecit de viſione abaci. In Priſcianum Grammaticum Commentarios edidit. Super Donatum quoque majorem & minorem. Jubente Trevirorum Archiepiſcopo Eckberto cantum de ſanctis Euchario, Valerio & Materno dulci & regulari modulatione compoſuit. Sermones quoque multos, & cantus in diverſorum honore ſanctorum elegantiſſimos fecit. Litanias & cantilenas, quæ in Rogationibus frequentantur, ipſe compoſuit.* Præter ſcholiarchas S. Matthiæ, de quibus §. *ſeq.*, floruit in eâdem Abbatia *Engelbertus* monachus, quem Trithemius *cit. Tom. I. ad an.* 987. *pag.* 130. *in divinis ſcripturis & ſeculari Philoſophia doctiſſimum, metro ſimul & proſa exercitatum* prædicat; qui inter cætera ingenii monumenta reliquit: De Vita & paſſionibus duodecim Apoſtolorum Chriſti libros XII. metricè. De Muſica & Proportionibus librum unum. De compoſitione Monochordi librum unum. In ſan-Maximiniana autem præcipuè commendandus venit *Sigebardus*, qui Wickeri Abbatis ſui juſſu, ſtylo elegantiori, atque ferè ea ætas ferebat, ſub Ratbodi Archiepiſcopatu ſcripſit opus de miraculis S. Maximini, quod ad diem 29. Maij edidere Hagiographi Antwerpienſes.

alii viri docti.

§. XI.

Schola Clericorum ſæcularium.

In tanta eruditiſſimorum virorum farragine non potuêre ſcholæ publicæ non eſſloreſcere. Harum aliæ *Clericorum ſæcularium*, aliæ *Monachorum*. Illas ſub Henrico I. Archiepiſcopo ducebat *S. Wolffgangus*, ipſe tum adhuc ſæcularis clericus. De eo auctor vitæ *cap. XVIII. p.* 822. *ſæculo V. Benedictino.* Wolffgangus, *juniores* (Canonici *ut ſcholaribus ſtadiis intenderent, præcepit.* Et ex eâdem vita Mabillonius *Annal. Benedict. Tom. III. Lib. XLV. n* 93. „ Hunc in tota „ Metropoli ſecundum a ſe haberi voluit Heinricus: verùm ille uni„co erudiendæ juventutis munere contentus de cætero conſilii ma„turitate multùm ei profuit, univerſis virtutis ac probitatis exemplo, „ adeò, ut jam non clericus ſed monachus haberetur. Ut verò eum „ ſibi arctiùs adſtringeret pontifex, quoddam ei clericorum vel mo„nachorum cœnobium regendum committere voluit; quod ille con„ſtanter detrectavit, víxque tandem obedientiæ neceſſitate compul„ſus conſenſit, ut eſſet Decanus clericorum. „ Inter *Monaſticas* ſcholas has præ cæteris florentes invenio: Primam *S. Matthiæ* Treviris.

Scholæ Monachorum. S. Matthiæ.

Splendorem hujus ſcholæ, quo priori jam ſæculo fulgebat, deſumimus ab ejusdem Rectore Florberto, an. 885. defuncto. De eo Trithemius *Chron. Hirſaugien. Tom. I. ad d. an. pag.* 37. *Eodem anno viceſima die menſis Martii obiit Florbertus monachus atque ſcholaſticus, vir certè undecunque doctiſſimus, qui multorum præceptor monachorum extitit, quos in omni genere doctrinarum nobiliter multùm erudivit. In omni ſiquidem ſcriptura, tam divina, quàm humana fuit doctiſſimus, & non minùs vita, quàm eruditione venerandus. Scripſit de compoſitione Monochordi librum unum. De mortuorum reſurrectione librum unum. De Trevirorum excidio, quod Nortmanni nuper patriæ Moſellanæ intulerant, elegiaco verſu libros quinque. In proverbia Salomonis commentarios edidit pulcherrimos. Alia quoque nonnulla compoſuit, quæ ad manus noſtras necdum pervenerunt. Huic in ſchola monaſtica ſucceſſit Eberhardus Presbyter & Monachus, omnifariam & ipſe doctus, & præfuit magiſterio annis ferme quatuor & viginti &c.* Atque hæc quidem ad ſæculum IX. pertinent, ac remotiſſima ſunt, quæ de ſchola ſan-Matthiana nobis retexerit ſolertiſſimus Trithemius; proſequitur autem eruditus hic Præſul hujus ſcholæ geſta ſæculi X. hac ratione *cit. Tom. I. pag.* 56. *ad an.* 909. *Obiit Eberhardus monachus & ſcholaſticus S. Matthiæ Apoſtoli in ſuburbano Trevirorum, qui inter cetera ingenii ſui monumenta complura ad hiſtoriam Trevirorum addidit, vitam quoque ſanctorum Eucharii, Valerii & Materni primorum Trevirenſium Pontificum, tam metro, quàm proſa elegantiori ſtylo conſcripſit. Hymnos etiam varios, cantus & proſas in laudem ſanctorum plures edidit; ac diverſa Epigramata lucubravit.* Pergit deinde Trithemius: *Poſt hunc Richardus monaſticæ ſcholæ præficitur, quam ſcribendo & docendo per annos ferme ſedecim ſtrénuè gubernans, multos in omni ſcriptura diſcipulos eruditos inſtituit.* Porro *ad an.* 932. *p.* 71. *Claruit his temporibus poſt Richardum Scholaſticum Diethelmus Monachus & Magiſter ſcholarum doctiſſimus, qui à bono præceptore optimè inſtructus multos in omni ſcientia diſcipulos doctiſſimos reliquit - - - - Scripſit de Menſura monachorum librum unum. De compoſitione Aſtrolabii librum unum. De uſu & utilitate Aſtrolabii librum unum. De arte Metrorum libros duos. De ſtudio & amore divinarum ſcripturarum ad Marquardum monachum Epternacenſem librum unum. In Evangelium Matthæi ad eundem librum unum. Alia quoque nonnulla*

com-

compilâſſe dicitur, quæ necdum in manus noſtras pervenerunt. Scholæ ſan-Matthianæ hiſtoriam poſt alia proſequens Trithemius *pag.* 98. *Eodem*, inquit, *anno* (955.) *mortuus eſt Diethelmus monachus & ſcholarum Magiſter apud Treviros in monaſterio S. Matthiæ, vir moribus & eruditione ſcripturarum inſignis. Poſt quem Magiſter ſcholarum conſtitutus fuit* ***Adelbertus****, monachus ejusdem Cænobii, vir prudens, & in omni genere ſcientiarum doctiſſimus: ingenio promptus, & clarus eloquio, metro ſimul exercitatus & proſa; qui ad geſta Trevirorum addidit ſui acta temporis. Scripſit etiam de monachorum juvenum inſtitutione ad ſeptem artes liberales nonnulla ſynthemata: & præfuit ſcholæ monachorum juvenum annis XXIV. menſibúsque tribus.* Inſiſtens hiſtoriæ ejusdem ſcholæ Trithemius *ad an.* 980. *p.* 121. *ſeq.* ait: *Poſt quem* (Adelbertum) *ſcholis monachorum præfectus eſt* ***Theodericus*** *ejusdem monaſterii monachus, tam in divinis ſcripturis, quàm in ſæcularibus literis egregiè doctus: præfuitque ſcholis monachorum ſtrenuè annis XIV., & multos inſignes diſcipulos glorioſè inſtituit. De cujus lucubrationibus iſta invenimus: De inventione reliquiarum S. Celſi, quæ per Egbertum Archiepiſcopum Trevirorum VII. calend. Martii in præfato monaſterio repertæ ſunt lib. I. De miraculis ejusdem ſancti lib. I. Sermones & varias homilias dixit ad fratres.* Theodericum anno 996. defunctum excepit *Theodorus*, quem Trithemius *p.* 142. à multa lectione & eruditione, tam in divinis ſcripturis, quàm in ſecularibus literis, & gratia docendi prædicat.

§. XII.

Ad florentiſſimam ſcholam S. Matthiæ proximè acceſſit *ſan-Maximiniana.* In hac, utì refert Trithemius ad an. 940. *cit. Tom. I.* S. Maximini.
p. 78. *Magiſter ſcholarum fuit Herdingus, qui &* ***Adelbertus*** *monachus, eruditione ſcripturarum inſignis, & vitæ merito ſanctiſſimus, qui poſtea Magdeburgenſis eccleſiæ primus Archiepiſcopus fuit ordinatus.* Poſt Adelbertum ibidem magiſterio præfuit ***Marinus*** an. 999. defunctus, de quo Trithemius *p.* 143. *vir*, ait, *in omni genere ſcientiarum doctiſſimus, qui monaſticæ ſcholæ in eodem loco* (S. Maximini Cœnobio) *plurimis annis præfuit, & multos monachorum ad perfectam ſcripturarum notitiam introduxit. Qui cùm eſſet ingenio ſubtilis, & promptus eloquio, multa ſcripſit ad utilitatem poſteritatis communem, quibus nomen ſuum æternitati prudentiſſima ratione conſecravit. E quibus nos invenimus, quæ ſequuntur: Commentariorum in Geneſin libros octo. In Leviticum lib. I. In Apocalypſin Joannis libros III. In Cantica Canticorum lib. I. In Evangelium ſecundùm Joannem lib. I. De Grammaticis regulis lib. I. De arte Metrorum libros quoque duos. Cætera quæ compoſuit, ad notitiam noſtræ lectionis non pervenerunt.* Proſequitur deinde Trithemius acta ejusdem ſcholæ his verbis: *Poſt hunc* ***Rathbodo*** *monachus ſcholæ Magiſter præfectus, patriâ Moſellanus, ex Longovico* (Lonquich) *qui uno diſtat in deſcenſu fluminis à Treviri milliario, natus, magnum eruditionis ſuæ palam experimentum dedit. Nam Peregrinum, doctrinâ hominem hæreticum, cunctis ut putabatur, invincibilem, primo diſputationis congreſſu vicit, & mox ad pœnitentiam convertit, qui in eodem cœnobio S. Maximini factus monachus in omni ſanctimonia vitam conſummavit. Rathbodo enim Præceptor juvenum Monachorum non ſolùm ſcientiâ ſcripturarum fuit illuſtris, ſed etiam vitæ merito præclarus, & ideo non ſolùm ad ſcientiam diſcipulorum intellectum illuminare ſtuduit, ſed multò magìs affectum ad Dei amorem in-*

CXXXIII.

902. 29. *Sept.*

LUDOVICUS

Trevirenſi Eccleſiæ reſtituit monetam, telonium, cenſuales, medenam, & reliqua jura Comitatûs.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ludvicus divina favente gratia rex. Si noſtrorum præſulum juſtis petitionibus indulgemus, omnium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorumque fidelium, præſentium ac futurorum, comperiat agnitio, quod Conradus & Geberadus illuſtres comites, noſtræ manſuetudini ſuggeſſerint, noſtræque celſitudinis clementiam popoſcerint, ut Trevericæ civitatis monetam, telonium, cenſuales, tributum ac medenam agrorum, cum fiſcalibus omnibus, quæ quondam tempore * Weomadi ejuſdem urbis archiepiſcopi de epiſcopatu obſtricta, & in comitatum converſa noſcuntur, eidem epiſcopo noſtræ majeſtatis autoritas reſtitueret. Quorum petitionem juſtam, noſtræque ſaluti proficuam eſſe cenſentes, pro amore Dei, & reverentia B. Petri apoſtolorum principis, nec non pro dilectione Ratbodi memoratæ civitatis venerabilis archiepiſcopi, per conſenſum Wigerici comitis, & omnium noſtrorum fidelium, qui præſentes adfuerunt, univerſa ſuperſcripta, monetam ſcilicet ipſius civitatis, telonium, omneque tributum intra civitatem & extra, per omnem comitatum, de monaſteriis, & villis, & vineis, ſed & cunctos cenſuales, atque fiſcales & medenam agrorum de comitatu ad epiſcopatum cum omni integritate convertimus, & de noſtro jure ad partem & poteſtatem S. Petri reddidimus, ejusque dominio, per hoc ſerenitatis noſtræ præceptum ſancientes, perpetua ſtabilitate firmiter nuncupavimus, præcipientes obnixè, ut hæc omnia, ſicut comiti ſolvebant, ſic a die præſente deinceps in perpetuum in poteſtate permaneant pontificis. Et ut hæc noſtræ largitionis ſeu redditionis autoritas firma & inviolabilis per cuncta ſuccedentia tempora conſiſtat, manu propria eam ſubter firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

* Vid. an. 761.

Ruadmirus notarius ad vicem Ratbodi archicancellarii recognovit. Data XIII. kalend. Octobris. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCII. indict. V. anno verò III. domini Ludvici glorioſiſſimi regis. Actum in villa Wadegozzinga, in Dei nomine feliciter amen. (*a*) (*a*)

CXXXIV. *EPI-*

N O T A.

(*a*) In hanc cartam ſic commentatur Eckhard *Rer. Francic. Lib. XXXII. n.* 103. „ Poſt „ fata Zuenteboldi Regis *Conradus & Geberhardus illuſtres Comites*, Rudolfi Wirceburgenſis Epiſcopi fratres, *Abbatias S. Maximini atque Horreum*, Trevirenſes, illam virorum, „ hanc virginum, in beneficium à Ludovico Rege acceperunt. Ii nunc de Eccleſia Trevirenſi „ ſolliciti à regis clementia petierunt, *ut Trevericæ civitatis monetam, telonium, cenſuales, tributum,* atque *medenam agrorum* cum „ fiſcalibus omnibus, quæ tempore Weomadi ejuſ„ dem urbis Archiepiſcopi de Epiſcopatu abſtra„ cta, & in Comitatum converſa fuerant, ei„ dem Archiepiſcopo reſtitueret. Annuit Rex „ pro amore Dei & reverentia B. Petri &c. & præ„ fata jura intra Civitatem & per omnem Comitatum de monaſteriis, villis & vineis, perſoniſque „ de ſuo jure ad partem & poteſtatem S. Petri reddidit, ſancivitque, *ut hæc omnia, ſicuti Comiti ſolvebant, ſic deinceps in perpetuum in poteſtate permaneant Pontificis.* &c. *Actum in villa Wadegozzinga*, quæ non procul à Sara eo „ loco fuit, ubi nunc eſt monaſterium Præmonſtratenſium *Wadagazzam.* „ Ediderat jam hoc diploma Browerus. Conf. Adlzreiterum *Part. I. Annal. Boicor. Lib. XIII. n.* 3. *p.* 305. Adde infr. diploma Ottonis I. de anno 947. 27. Januarii.

CXXXIV.

EPISTOLA FORMATA

905. 15. *Octob.* RATBODI ARCHIEP. TREVIRENSIS AD ROBERTUM EPISCOPUM METENSEM.

Ivo *Decreti P. VI. Cap.* 434.

IN nomine Π. Patris & Υ. Filii & Α. Spiritus ſancti. Ratbodus ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ, ac plebis ipſius humilis famulus. Rotberdo reverendæ ſanctæ Metenſis eccleſiæ antiſtiti, in Chriſto principe paſtorum manſuram cum gaudio proſperitatis & perpetuitatis gloriam. Decreta ſanctorum trecentorum decem & octo patrum Nicææ conſtitutorum ſaluberrima ſervantes, Deo dignam piamque fraternitatem veſtram canonice aggredimur, & ſub nomine formatæ epiſtolæ reverenter veſtram ſanctitatem adimus; vobis videlicet intimando, quia præſenti presbytero noſtro nomine Giblemaro, has dimiſſorias dedimus literas; quem in noſtra diœceſi eccleſiaſtice educatum, de ordine clericatus ad presbyteratus proveximus gradum, ut his canonicis munitus apicibus, cum noſtra licentia ei in veſtra parœcia, ſub defenſione & regimine veſtræ charæ dilectionis, degere liceat; illumque in ſinu ſanctæ matris eccleſiæ canonice fovendum ac regendum vobis committimus. (*a*) Hanc ergo epiſtolam Græcis literis hinc inde munire decrevimus, & annulo eccleſiæ noſtræ bullare cenſuimus. Chriſtus paſtorum princeps interventu B. Petri, cui ſpecialiter ovile dominicum commiſſum eſt, fraternitatem veſtram ad cuſtodiam ſui gregis diu nobis conſervet incolumem ΑΜΗΝ. Summa horum MCDXXXIX. Π. Υ. Α. Π. Ρ. Ο. Σ. Τ. Θ. ΑΜΗΝ. Data Treviris id. Octob. (*b*) anno Dom. Incarnat. DCCCCVI. Indict. IX. Π. Υ. Α. Π. Δ. Α. Ρ. Δ. Θ.

(a) (b)

NOTÆ.

(*a*) *Hanc epiſtolam Græcis literis hinc inde munire decrevimus.*] Arcanum hoc cum *cifris* & *ſiglis* aperuit Atticus ad Bonifacium in Epiſtola, quam exhibet Juſtellus *in Notis ad Eccleſiæ Africanæ Can. CXXXIV. p.* 441. *ſeq.* & nos ad Epiſtolam Teutgaudi anno 860.

(*b*) *Anno Dom. Incarnat. DCCCCVI. &c.*] Indictio IX. Idibus Octobris congruit anno DCCCCV.

Summa numerorum, quæ ſub finem adſcripta eſt, colligitur ex numero communi DCLX. & ex proprio DCCLXXIX. qui fit ex literis Ρ. Ο. Σ. Τ. & Indictione IX. Utriusque enim numeri ſumma, MCDXXXIX.

CXXXV.

DADONIS EPISCOPI VIRDUNENSIS

906. 11. *Maij.*

ad Ratbodum Trevirenſem, pro Adruino presbytero epiſtola, ut ei deinceps in ipſius parochia manere ac cenſeri liceat.

Ivo *Decreti Parte VI. Cap.* 435.

REverendiſſimo & ſanctiſſimo Ratbodo ſanctæ Treverenſis eccleſiæ archiepiſcopo, Dado Virdunenſis eccleſiæ devotus gregis famulus, in Domino vero ſummæ felicitatis beatitudinem.

Cum ſancta catholica eccleſia prompta ſit ſequi documenta evangelica, quæ dicunt: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui recipit juſtum in nomine juſti, &c. Et apoſtolus jubeat hoſpitalitatem ſectari, & neceſſitatem ſanctorum virorum communicare: tamen propter eos, qui cauteriatam habent ſuam conſcientiam, dicentes ſe eſſe ſimplices, cum ſint aſtutia diabolica repleti; & pro opere pietatis dicunt ſe de loco ad locum tranſire, cum ſint ſua malitia faciente fugitivi; & dicunt ſe eſſe miniſterio ſacro inſertos, cum non ſint: ſtatutum eſt a ſanctis patribus, neminem clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo epiſcopo, & inthronizari in ſua eccleſia, niſi habeat

CXXXV.

beat a proprio epiſcopo epiſtolam, quæ in canonibus vocatur formata. Ideo notum facimus paternitati veſtræ, quod præſens frater noſter harum literarum portitor, nomine Adruinus, non pro ſua nequitia expulſus eſt a nobis: ſed poſtulantibus fratribus noſtris, eo quod ex familia noſtra fuit, dedimus ei libertatem receptam a cornu altaris canonice, & ordinavimus eum ad gradum presbiterii. Cui etiam has dimiſſorias, ſive commendatitias literas fecimus, & eum ad veſtram dilectam fraternitatem dirigimus, ut in veſtra parœcia ſub veſtro ſacro regimine & defenſione conſiſtere valeat. Ego, inquàm, in nomine Π. Patris, & Υ. Filii, & Α. Spiritus ſancti, & in unitate ſanctæ eccleſiæ, in qua Petro datum eſt jus ligandi atque ſolvendi, abſolvo Dado humilis epiſcopus presbiterum Adruinum de civitate Virdunenſi, indictione IX. & licentiam do vobis, Ratbode, venerabilis archiepiſcope, inthronizandi eum in quacunque eccleſia vultis veſtræ parœciæ. Dilectam paternitatem veſtram virtutum floribus inſignitam, omnipotens Deus conſerva va dignetur. ΑΜΗΝ. DCCLXXVIII. Π. Υ. Α. Π. Δ. Θ. ϡ. Θ. Data quinto idus Maij, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCVI. Indictione IX. (a) (a)

N O T A.

(a) Indictio IX. menſe Majo, & epiſcopatus Dadonis anno Chriſti 906. competunt. Numerorum autem ſumma, quæ ſub finem exprimitur, & Græcis literis deſignatur, fit ex numero communi DCLX. & ex proprio CXVIII. quem reddunt literæ Δ. Α. Ρ. Δ. cum Indictione IX. Omnium enim una ſumma eſt DCCLXXVIII.

CXXXVI.

PERMUTATIO

909. Bonorum inter Monachos S. Maximini, & Roricum, Trevirenſis Eccleſiæ Vaſallum.

1. Januarij.

INter quos charitas illibata permanet, congrua ſibi beneficia mutuo impertiri non denegant, quia nihil ibi prorſus minui cernitur, ubi ſimilis qualitatis & quantitatis æqua portio recompenſatur. Itaque placuit atque convenit inter monachos in monaſterio S. Maximini Deo famulantes, & Roricum S. Trevirenſis eccleſiæ vaſallum, ut quaſdam res pro ambarum partium opportunitate inter ſe commutarent. Dedit itaque prædictus Roricus ad partem & poteſtatem S. Maximini de rebus ſuæ
(a) proprietatis (a) in pago Nedinſe in comitatu Luitardi in loco, qui dicitur * Burmeringas, de terra arabili * Wurmeringen.
jugera CCLVII. & mancipia his nominibus: Fraugerus, Engelhardus, Hucpertus, Walterus, Weringarda, & infantes illorum quinque, Othgerus, Lantfridus, Tolcon & filia ipſius Luidſintha, Routfridus, Adelfridus, Reginardus, Baldrada, Ozo, Oſpertus, & infantes illorum, Orizo, Folcarda, Huſilinda, Godefridus, Ochilo, Wericho, Hildigarda, & filia ipſius Hildigarda, Werinfridus; & de ſua poteſtate in jus & dominationem S. Maximini legali autoritate contradidit. Accepit autem econtra de rebus ejuſdem B. Maximini præfatus Roricus in pago Bedinſe, in com-

N O T A.

(a) *In pago Nedinſe.*] Sita etiam erat Burmeringa in agro Moslenſi ſeu Moſellano, haud longè ſupra Macharam (vulgò Grevvenmacheren) uti carta ſequenti videbimus. Nec tamen eò minùs rectè Nidenſi pago in his Rorici tabulis attribuitur; Moſellanus enim ager longiſſimè, & pene quantum ipſe Moſella diffuſus, minorum ſubindo pagorum extremos terminos admittebat; quod de Nidenſis agri finibus facilè perſuadendum. Nida enim cis Moſellam eodem curſu fertur, donec, ad nonum lapidem à fontibus, Saravum, velut fronte obverſâ, incurrit. Ager autem Nidæ circumpoſitus, quem & *Nitchouvam* appellârunt, proximè Burmeringam attingens, in ejus pene conſpectu Nitellam (Nitel) continet: ut facile ſit exiſtimare, huc uſque Nidenſem olim excurriſſe agrum cum Luitardi Comitis præfectura.

CXXXVI.

* Eslingen. comitatu Widrici in villa vocabulo * Eſlingis de terra arabili jugera CCXVI. cum mancipiis utriusque ſexus his vocabulis nuncupatis: Rathago, Thietza, Ruatlandus, Berniza & infantes illorum, Luidulfus, Luitrada, Diurutfus, Herckentruda, Regimboldus, Irmingarda, Arnulphus, Grimdruda, Odilberus, Ingelbertus, Ermenrada, Eurigerus, Rothmarus, Adecha, Eurigerus, Ingildrut, Dagafridus, Adelfridus, Regimbertus, Oza, Ruothcart, Reginohit. Quæ cuncta conſentiente domno Ebethardo, ipſius abbatiam S. Maximini tenente, monachis quoque aſſentientibus, Albuino videlicet præpoſito, Wamberto decano, Bernichone, Muotario, Amulricho, cæterisque totius congregationis, per manus Hartmanni eccleſiæ advocati, ita firmiſſima traditione memoratus Roricus ſuſcepit, ut ſicut de hæreditariis rebus, ita & de his liberam omnimodis poteſtatem impoſterum habeat, quidquid voluerit, faciendi. Supradictarum igitur rerum commutatio, ſicut præſentis ſcripturæ perhibet teſtamentum, ſub ea quidem ratione facta eſſe dignoſcitur, ut ab hodierna die in reliquum unaquæque pars quod accepit, teneat, & abſque ulla cujuslibet repetitionis calumnia, quieto ordine & ſecura dominatione poſſideat, proprioque in omnibus potiatur arbitrio. Si verò, quod futurum minime creditur, quispiam contra hanc conditionem venire, eamque diſſolvere tentaverit, iram Dei & ſancti Maximini incurrat, &, quod repetit, evindicare non valeat, inſuper talentum auri componat; præſentia vero hujus commutationis teſtamenta pro tenore conſcripta, manibusque bonorum hominum roborata, inviolata permaneant, conſtipulatione ſubnixa. Signum Widrici comitis. Signum Albuini præpoſiti. Signum Wamberti decani. Sig. Bernichonis. Signum Amalrici. Sig. Motarii. Sig. Saramanni. Sig. Hartmanni advocati. Signum Gerberni. Sig. Odilberti. Sig. Adæ. Sig. Wolmari. Signum Rumbetti. Sig. Betnacri. Sig. Lantberti. Sig. Gozberti. Signum Oſtarii. Sig. Deſilonis. Sig. Marquardi. Sig. Adelarti. Sig. Thiodonis. Signum Bettonis. Sig. Tetfridi. Sig. Otiarii. Sig. Grimaldi. Thietmarius notarius ſcripſit, & actum Treviris kl. Jan. anno Dom. Incarn. DCCCCVIII. anno autem dom. Ludovici glorioſi Regis VIIII. Indict. XII.

CXXXVII.

CONTRACTUS

909. Precariæ inter Abbatiam S. Maximini, & Roricum ſuper rebus antè in permutationem deductis.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Notum eſſe cupio induſtriæ omnium tam præſentium, quam futurorum, qualiter ego Roricus, cum interventu & auxilio amicorum meorum, quoddam prædium ſancti Maximini, Eſlinga nuncupatum, eo quod meis rebus adjacens eſſet, in precarium jus mihi a fratribus, eidem confeſſori Chriſti deſervientibus, impetrare ſtudui. Quod nihilominus, larga ſanctitatis eorum benevolentia annuente, ſicut deſideraveram, obtinui. Accepi itaque ab eis in loco prænominato, Eſlinga ſcilicet, quod in pago Bedenſi, in comitatu Widrici ſitum eſt, capellam unam, & de terra arabili jugera CCXVI. cum mancipiis utriusque ſexus, his vocabulis nuncupatis: Radacho, Thieza, Ruolandus, Berinza, Luidolff, Luitrada, Diuruſus, Ergentruda, Reginbolt, Irmingart, Arnolf, Grimdruda, Adilbert, Ingilbert, Ermendruda, Rotmor, Adecha, Euriger, Ingiltrud, Dagafrid, Adelfrid, Reginben, Ozo, Ruothard, Regineith, ea ſcilicet conditione, ut eadem poſſeſſio mihi, quàm diu vivam, uxori quoque meæ Anſtrudæ, filioque meo Wigenio, usque ad obitum vitæ eorum, (a) (a) precaria lege deſerviat, & tunc iterum mona-

N O T Æ.

(*a*) *Precaria lege deſerviat*] Cùm precariæ in ſequentibus plures obveniant, hic ſemel notandum duxi, dictam eſſe precariam, quòd precibus ab Eccleſia obtineretur inſtar eleemoſynæ, quæ per

CXXXVII.

monaſterii utilitatibus, absque ullius contradictione redeat. Ego vero econtra de mei juris proprietate, tradidi ſancto Maximino in ſupradicta illorum fratrum villa, Enſilinga ſcilicet, manſum unum, & in pago Moslenſi in comitatu Liutardi, in loco, qui dicitur Burmiringa, de terra arabili jugera CCLIIII., cum mancipiis, his nominibus nuncupatis: Frangen, Engibart, Hupertus, Waltaſus, Weringart cum infantibus eorum V. Otgen, Lantfridus, Foltgor, Liutſuinda, Gotfrid, Adalfrid, Reginhart, Valtruda, Ozo, Oſpert, cum infantibus eorum, Oriza, Folcarda, Huſilinda, Hildigarda, Uverinfrid. Ea ſiquidem, ſicuti ſupra dictum eſt, ratione, ut usque ad terminum vitæ meæ, uxorisque Anſtrudæ, filiique mei Wigerici, noſtris uſibus adhæreat, poſtea vero plena poſſeſſione monaſterii proprietatibus cedat. Si quis vero, quod fieri non credo, ex hæredibus meis, vel alia aliqua oppoſita perſona, hanc precariam violare temptaverit, imprimis iram Dei, & ſancti Maximini incurrat, & ad ærarium regis V. libras auri coactus exſolvat. Acta eſt autem hæc precaria traditio publice Treveris in monaſterio S. Maximini, adſtante (*b*) Ebèrhardo, ipſum abbazium tenente, & Præpoſito Albuino, Waberto Decano, & notario, per manum Hartmanoi advocati, teſtibusque ſubnotatis: Widrico, Gerberno, Gozmaro, Wolmaro, Reginhario, Rumberto, Lamberto. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCVIII. (*c*) Karoli vero regis VIIII. indictione XII. (*b*) (*c*)

CXXXVIII. LU-

NOTÆ.

per preces impetratur. Neque hæc olim interdicta erat Eccleſiæ, licèt omnis cæteroquin alienatio eſſet prohibita. In Capitul. Caroli M. *Lib. VII. Cap.* 142. apud Baluzium *Tom. I. p.* 1054. ità cavetur: *Præcipimus, ut nullus res Eccleſiæ, niſi precario poſſideat; & poſtquam precaria ipſa finita fuerint, faciant poteſtative ſpeculatores Eccleſiæ, utrum elegerint, aut ut ipſas res recipiant, aut poſteris eorum ſub precario & cenſu habere permittant.* Sed, quemadmodum fit, ut quæ unum in finem inventa ſunt, poſtea ad alios quoque uſus adaptentur, ita poſtmodum varia pacta, conventiones legesque precariis ſunt adjectæ, &, quod caput rei eſt, in bonis ſecularium ſic conſtitutæ, ut dominium *directum* in Eccleſiam tranſiret, *utile* verò ad vitam reſervaretur priſtino domino, poſt hujus deceſſum cum directo conſolidandum. Conf. infrà cartam ſan-Maximinianam Gozberti *ann.* 923. *not. a.*

(*b*) *Eberhardo, ipſum Abbazium tenente.*] Notanda vox *Abbazium*, pro Abbatia, quæ tum commendata erat Eberhardo.

(*c*) *Karoli vero Regis VIIII.*] Singulari hîc obſervatione dignum, quòd utraque Ronici tabula, hæc & præcedens, eodem loco & anno condita, ſingulæ tamen alium Regem præferant: hæc *Carolum*, ejusque annum regiminis nonum; prior *Ludovicum*, hujúsque pariter annum nonum. In re ſanè perplexâ, hæc conciliandi ratio supereſt, quòd, licèt inde à morte Arnolphi Imperatoris & Zuenteboldi cæde, Ludovicum plerique omnes Lotharienſium Regem agnoverint, dubium tamen aliquando fuerit, Ludovicóne an Carolo parerent, ancipitique inclinatione diſtractis animis duos ſubinde Reges per ambiguum favorem unam ſpectâſſe gentem. Certè Carolum ſimplicem, brevì poſt hæc tempora, regno Lotharienſi potitum conſtat; viderique fortaſſe poſſit, eum, quòd Ludovico Arnolphi filio ſtirps maſcula non eſſet, jam in avita bona, ceu in hæreditatem caducam, nec invito fortè Ludovico, immiſiſſe.

CXXXVIII.

910. 10. *Febr.*

LUDOVICUS REX

dat Curtem Brechene in dotem Eccleſiæ Limburgenſis ad Lahnam.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hludovicus divina favente clementia rex. Si de terrenis rebus, quas divini muneris largitate conſecuti ſumus, opportuna fidelibus noſtris conferimus ſuffragia fideliter nobis ſervientibus, Deum credimus inde habere propitium, & eos paratiores fore ad noſtrum ſervitium. Quapropter noverint omnes fideles noſtri preſentes ſcilicet & futuri, quia nos rogatu atque conſultu fidelium noſtrorum, (*a*) Hattonis videlicet venerabilis archiepiſcopi & ſpiritualis patris noſtri, nec non (*b*) Chuanrati egregii ducis & fidelis (*c*) nepotis noſtri, cuidam (*d*) Chuanrato dilecto comiti noſtro, filio Eberhardi,

(*a*)
(*b*)
(*c*)
(*d*)

NOTÆ.

(*a*) *Hattonis videlicet venerabilis Archiepiſcopi.*] Moguntini Limburgum ſeriùs, ſeculo ſcilicet XI., Trevirenſi Archidiœceſi acceſſiſſe, antè autem ſub Moguntinâ fuiſſe, in Annalibus obſervavit Brovverus; Maſenius verò *in Archidiæc. Treviren. MS. Lib. II. C.* 28.

(*b*) *Chuanrati egregii Ducis.*] De paterna hujus Ducis proſapia vid. Eckhart *Rer. Francic. Tom. II. Lib. XXXIII. pag.* 824. ubi addit: cùm Conradus *Dux* vocetur, ſibi hoc indicio eſſe, eum poſt decollationem Adalberti Marchionis Franciæ (de qua vid. *Singular. Norimberg. Cap. XVII.*) hanc dignitatem in Francia Rhenenſi & Haſſia à Rege Ludovico accepiſſe, ut ſcilicet eſſet, qui Regis loco populos in hoſtes ingruentes duceret & gubernaret. Succeſſit autem hic *Conradus* Regi *Ludovico* poſtea in regno Germaniæ.

(*c*) *Nepotis noſtri.*] Cùm Ludovicus Conradum hìc *fidelem nepotem ſuum* nominet, & in alio diplomate de anno ſequenti apud Eckhart *l. cit. pag.* 829. eundem *Conradum* & fratrem ejus *Eberhardum*, *venerabiles Comites*, *atque amabiles nepotes* vocitet, facilè apparet, aberrare omnes à vero, qui Carolingorum ſtemma cum Ludovico infante penitus exaruiſſe credunt. Fuerunt autem ex contrario quidam mediæ ætatis Scriptores, ſed ſeculo decimo inferiores, qui ſimilia monumenta videntes vocem *nepotis* pro *nato ex fratre* ſumpſerunt, ſicque Conradi patrem Ludovici Regis fratrem conſtituerunt. Sed hoc omnes coævi ſcriptores neſciunt; nepotis verò vox medio ævo non ſolùm de nato ex fratre, ſed etiam de nato ex patris, avi & proavi fratre uſurpabatur. Hanc igitur Ludovicum Regem inter, ejusque ſucceſſorem Conradum, cognationem probat, & primùm ſe detexiſſe gloriatur Eckhart *l. cit. n.* 3. *pag.* 825. ut ſicut *Ludovicus III.* patrem habuit Arnulfum Imperatorem; avum, Carolomannum Regem; proavum, Ludovicum I. Germaniæ Regem; abavum verò, Ludovicum Pium Imperatorem: Sic *Conrado I.* Germaniæ Regi pater fuerit Conradus Comes, ex aviâ Juditha, uxore Werinharii Comitis; proaviâ, Giſelâ uxore Eberhardi Marchionis & Ducis Forojulienſis, Ludovici Pii Imp. filiâ: ita, ut Ludovicus Pius utrique fuerit communis & proximus ſtipes. Conradum hunc Regem in Limburgenſi baſilica (de cujus dote præſenti diplomate agitur) ſepultum volunt, tum ex teſtimonio Ditmari *Lib. I. Chron. pag.* 325. tum inſcriptione ſepulchrali, quam mox referemus; ſed errari in eo dicemus *not. ſeq.* Potiùs ex Witikindi *Lib. I. Annal. pag.* 634. relatione eum Willenburgi (id eſt Weilburgi Naſſoviorum) requieſcere credam. Conf. Mabillon. *Tom. III. Annal. Benedict. Lib. XLII. n.* 87. Quamvis alii ejus extra Fuldæ quærere malint, ex fide Contin. Rheginonis *ad ann.* 919. *pag.* 74.

(*d*) *Chuanrato dilecto Comiti noſtro.*] Fuit hic Conradus, Limburgenſis Eccleſiæ fundator, Comes pagi Loganahæ, filius Eberhardi Comitis illius, qui anno 902. in prælio cum Adalberto Marchione commiſſo occidit. In monumentis Limburgenſibus *Dux* appellari ſolet; præſertim in lapide ſepulchrali, cujus hæc in baſilica ibidem exſtat inſcriptio:

Hic jacet in tumulo Dux, per quem ſervitus iſta
Fit celebris templo, laus, virtus, gloria Chriſto.

Ex ſuſpenſa autem in choro anniverſariorum tabula, ſic legitur: *hodie* (VIII. Julii) *anniverſarium Ducis Conradi, fundatoris hujus Eccleſiæ.* Diem tamen obitûs aliter memorant ejusdem Eccleſiæ diptycha, ita nempe: *ſecundo kalendas Julii obiit felicis recordationis Conradus, primus fundator Eccleſiæ in Limpurg, pro quo à ſingulis ſuis mancipiis utriusque ſexus tres denarii graves eodem die nobis præſtandi ſunt, quorum majorem partem, videlicet mulierem cum omni cognatione ſua, aufert nobis dominus Hartardus Mehrenberg* (ex Comitibus de Naſſau) *Item duo næmora.* Quæ omnia quàm parum imò nihil conveniant Regi Conrado, facile eſt intelligere. Quis enim unquam regio ſepulchro (quod illud eſſe volunt, cujus inſcriptionem jam retulimus) Ducis ſolùm titulum inſcriptum legit? Comitis econtra Ducisque vocabula inter ſe commutari, non eſt infrequens, vidimusque ejus rei exemplum *not. præced.* Quis Conradum Regem Limburgenſis Eccleſiæ fundatorem juſto titulo appellaverit, propterea, quòd cum Hattone Archiepiſcopo Ludovicum de procuranda dote rogaverit? Quis demum Scriptorum unquam prodidit, eundem 30. Junii diem ſuum obiiſſe, quem omnes conveniunt menſe Decembri eſſe defunctum? &c.

CXXXVIII.

hardi, in pago Loganahe, in ſuo comitatu, curtem dominicalem (*e*) Brechene noncupatam, cum curtibus, edificiis, eccleſia, decimis, mancipiis utriusque ſexus, terra ſalica, & univerſis rebus, queſitis & inquirendis, magnis & parvis, ad eandem curtem rite pertinentibus, perenniter & in proprium donavimus, cum terris cultis & incultis, agris, pratis, campis, vinetis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, molinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, omnibusque appendiciis & adjacentiis ſuis. Juſſimus hoc quoque preceptum inde conſcribi, per quod volumus, firmiterque jubemus, quatenus prefatus comes Chuonrat ab hodierna die, & deinceps, de ipſa proprietate liberam atque ſecuram teneat poteſtatem, (*f*) baſilicam ſuam dotandi, quam exſtruere nititur in monte quodam Lintburck vocato, in Loganahe. Et ut hoc preceptum largitionis noſtre firmum ſtabileque conſiſtat, manu noſtra illud firmavimus, & ſigillo noſtro conſignari juſſimus. Signum domini Hludovici ſereniſſimi regis. Salomon cancellarius ad vicem Piligrini * archicapellani recognovit. Data IIII. id. Feburarii, (*g*) anno Incarnationis Domini DCCCCVIIII. indict. XIII. anno autem regni domini Hludovici XI. actum Franconofort, feliciter in Dei nomine. amen.

* Archiep. Moguntini.

N O T Æ.

(*e*) *Brechene.*] Brechena duplex eſt, una *ſuperior*, quæ à Limburgenſi baſilica S. Georgii patrocinio gaudet, & villæ pagique conditionem non eſt ſupergreſſa; at *inferior* muro cincta, in oppidi ferè ſpeciem exceſſit. Utraque juris Treverici eſt, habetque in utrâque Collegium Limburgenſe cenſus & reditus, multò tamen ampliores in illa, quàm in hac.

(*f*) *Baſilicam ſuam dotandi, quam exſtruere nititur. in monte quodam Lintburck vocato.*] Hæc igitur primordia nobilis Georgianæ baſilicæ, & Collegii Canonicorum Limburgenſis, qui in Loganæ ſubterlabentis editiore ripa, quam collis ſeptentrionalis exaſperat, commune religionis ac vitæ domicilium habent. Templum à Conrado Comite exſtructum tam illuſtri ſe ſe effert viſendum ſtructura ac ſpecie, ut ſi exteriorem contempleris imaginem, nihil tota Archidiœceſi ſpectetur magnificentius, exquiſitiorique artificio fabrefactum. Quadrato ſectilique pars magna murorum lapide, nec vulgari opere legéque digeſto ad inſignem emergit altitudinem, quinîque eo ordine aſſurgit turribus, ut harum maxima ante chorum, crucis effigie formatum, attollatur; duæ paulo minores aditum templi, quo occidentem ſpectat, complectantur; aliæ duæ minimæ ſiniſtrum crucis cornu ornent, quibus totidem in dextero cornu reſponſuræ, atque ad Eccleſiæ frontiſpicium ſuis muris eductæ, imperfecto etiamnum hærent opere, aliàs ſeptenarium S. Spiritus donorum numerum eleganti turrium diviſione impletaræ. Mors conatum fundatoris intercepiſſe creditur.

(*g*) *Anno Incarnationis Domini DCCCCVIIII. Indict. XIII. regni D. Hludowici XI.*] Sic in originali, quod Canonici Limburgenſes ſervant. More ſcilicet Gallicano, quo ab VIII. Calendas Aprilis annus incipitur; unde juxta hodiernam computandi rationem annus 910. enaſcitur.

CXXXIX.

DECRETUM LUDOVICI REGIS

ſuper rebus quibusdam ſitis in villa Domni-Apri.

910. 15. Octob.

IN nomine Dei æterni & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ludovicus ſuperna ordinante gratia rex. Si fidelium noſtrorum petitionibus congruum præbuerimus aſſenſum, hoc nobis procul dubio ad ſtatum regni noſtri proficere, eosque in noſtro promptiores credimus aptati obſequio. Cunctorum igitur ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, noſtrorumque, præſentium & futurorum, noverit induſtria, quoniam Iſaac, Chuenradus atque Warnarus, partes, celſitudinem noſtram efflagitati ſunt, ut quibusdam vaſſalis

CXXXIX.

Hugonis illuſtris comitis, ſcilicet Bernardo, ſeu Ratfrido, ac Reginardo quasdam res proprietatis noſtræ ad proprium largiremur, quas olim pater noſter Arnolphus Hildemanno ex parte dedit, ſed ipſe fallaci deceptus, ultra modum donationis exceſſit, ſurripiendo: quod prænominatus Hugo comes, in cujus comitatu ipſæ res extiterunt, adprobans, noſtriſque auribus denuncians, judicio fidelium noſtrorum præſentialiter adſiſtentium, fiſco dominico redegimus. Quorum petitioni libenter adquieſcentes præfatis viris Bernardo videlicet, Ratfrido, ac Reginardo ipſas res ſitas in pago & comitatu Albinſe, (*a*) in villa ſiquidem vocabulo Domni-Apri, manſos XX. cum omnibus ad ſe juſte & legaliter pertinentibus, regia donatione impertiri decrevimus, hoc eſt manſum indominicatum, eccleſiamque in eadem villa conſtructam, cum cæteris manſis, caſtitiis, campis, pratis, paſcuis, cultis & incultis, ſylvis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & regreſſibus, ac mancipiis utriusque ſexûs. Unde præſentem noſtri vigoris munificentiam eis fieri juſſimus, noſtraque manu contulimus, ipſis impertiendo, per quam decernimus, firmiterque ſtatuendo ſancimus, quatenus ſicut de reliquis ſuarum poſſeſſionum rebus, ita & de prænominata villa Domni-Apri vocata ab hodierna die deinceps libero potiantur arbitrio, habendi, tenendi, tradendi, donandi, vendendi, commutandi, ſuiſque hæredibus jure ſucceſſionis derelinquendi, ſeu, quidquid propria elegerint voluntate, faciendi. Et ut hæc noſtræ largitionis auctoritas per ſuccedentia temporum fluctivagi ævi curricula a cunctis fidelibus verius credatur, atque diligentius ſervetur, manu propria ſubter eam firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum Ludovici ſereniſſimi regis. Theodulfus notarius ad vicem Ratbodi archiepiſcopi ſummique cancellarii recognovi. Data Id. Octob. anno Dom. Incarnationis DCCCCX. (*b*) indict. XIIII. anno vero domno Ludovico regnante XI. Actum Forcheim curte regia, feliciter in Dei nomine. amen.

CXL. CA-

N O T Æ.

(*a*) *In villa ſiquidem vocabulo Domni-Apri.*] Is vicus à divo Apro Leucorum Epiſcopo nomen accepit; hodie *Domeurre* dictus; cœnobio quondam Patrum Benedictinorum, nunc Collegio Auguſtinianorum Canonicorum, inclytus. Situs per hoc tempus erat intra fines Albenſis Præfecturæ; *Albomentum* Comitatum eum hodie vocant. Agri illius partem Hildemanno cuidam Arnolfus Rex donaverat; ſed Ludovicus filius ejus, cùm Hildemannus immodicâ poſſidendi libidine muneris modum ſupergreſſus eſſet, & Hugo Hildemannum criminis accuſâſſet, partem conceſſam in fiſcum redegerat, quam nunc Ratfrido & Reginardo Equitibus donat. Originale diplomatis monachi Maximiniani ſervant, an quod rerum in eo memoratarum poſtea facti ſunt poſſeſſores ?

(*b*) *Indictione XIIII.*] A Septembri hìc deductâ indictione; ſive jam Conſtantinopolitanam velis, quæ à Kalendis Septembris numerabatur, ſive Conſtantianam & Cæſaream, quæ ab VIII. Kal. Octobr. utramque enim apud Carolingos etiam obtinuiſſe docet Mabillonius *Lib. II. de Re diplom.* C. 24. §. 1.

CXL.

912. 1. Jan.

CAROLUS SIMPLEX

firmat poſſeſſiones S. Maximini.

Martene Tom. I. p. 267.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus divina propitiante clementia rex Francorum, & vir illuſtris. Cum igitur a noſtræ ſublimitatis gratia poſtulentur, ea videlicet, quæ ratione opportuna adſore videntur, animo nos decet libenti concedere, & petitiones flagitantium congrua proportione adimplere. Quamobrem omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, noſtrisque tam præſentibus, quam futuris, * venerabilem comitem atque (a) beati Maximini cœnobii, cujus gleba Treviris in ſuburbio quieſcit, abbatem celſitudinis noſtræ adiiſſe elementiam, & intuliſſe auribus noſtris, ſupra fati ſancti Maximini monachos quasdam res juſte olim poſſidere, quæ ob negligentiam prædeceſſorum abbatum, cupiditatemque malorum hominum, habebantur ſubtractæ, quasque ipſe, cum præfatum locum ad regendum largiremur, loco illi reddiderat, flagitans, ut, de iſtis præfatis rebus, & ex illis, quæ victui eotum deputatæ erant, de quibus quoque illis Arnolſus rex præceptum largitus eſt, noſtro inſtaurantes præcepto, ac noſtræ corroborarionis inſigniremus edicto. Cujus juſtam petitionem libenter implentes, hæc loca illis ad ſuam peculiaritatem perpetualiter habenda, ut ex his victum & habitum conſequantur, pro noſtræ animæ abſolutione conceſſimus: hoc eſt Appula, & Verneshem, Alfontia, * Furnifeld, * Brecenhem, Brechina, Aſcobach, Holshuſa, in Moguntia capella una, Rivanacha, Loavia, Gentireshuſa, Decima, Butiliaco, Cannis, Embilado, Tavena, Simera, *Beſſiaco, Vilare, Luciaco, Biſanga, Wimari-eccleſia, Cruſta, Scranna, cum omnibus abbatiæ ſancti Maximini ſalicis decimationibus, quas concedimus in uſus hoſpitum, peregrinorum, & pauperum. Juſſimus hoc quoque præſens præceptum inde conſcribi, per quod decernimus, atque firmiſſime jubemus, ut ipſi fratres prælibata loca cum omnibus pertinentiis ſub eorum cura teneant, atque ſecure, & quiete juxta ſuum arbitrium, illis potiantur; & nec nobis, neque illi, qui hanc abbatiam tenuerit, aliquod ſervitium impendant: excepto hoc, quod more ſolito (b) benedictionem ſuam illi offerent, qui ipſi monaſterio præſit, poteſtatemque teneant, ſuper ipſas res ſuum * præpoſitum ſpecialiter conſtituere, eumque pari modo, ſi bene officium præpoſituræ ſuæ non expleat, degradare. Et ut hoc præceptum noſtro munimine roboratum perpetualiter firmum, & ſtabile perſeveret, manu noſtra illud firmavimus, annulóque noſtro conſignare præcepimus.

(a) * Librarius omiſit: Notum ſit, vel ſimile quid.

* Furfeld apud Crucenacum. * Brecenheim.

* Beſingen, Beſange apud Vicum in Mediomatricibus.

(b) * i. e. Advocatum.

Signum Caroli regis glorioſiſſimi.

Hugo, regiæ dignitatis notarius, ad vicem (c) Henrici archiepiſcopi, ſubnotavit. Datum kal. Januarii, indictione * XIIII. anno XIX. regnante Carolo rege glorioſiſſimo, redintegrante XIX. largiore vero hæreditate indepta I.

Actum Mettis civitate, in Dei nomine feliciter. amen.

CXLI. CA-

N O T Æ.

(a) *Beati Maximini Abbatem.*] Reginarium, uti videtur Wilthemio *in Annal. S. Max. ad ann.* 911. Concludit autem ex hoc diplomate Eckhard *Rerum Francicar. Lib. XXXIII. n.* 18. Conradi Regis magnates ex Germania nunc, cùm Carolus ſimplex Lotharingiam adeptus eſſet, beneficia, quæ in ea habebant, perdidiſſe. Comiti enim illi ſeu Abbati Reginario, qui pro Monachis hic intercedit, Abbatiam S. Maximini Carolus largitus eſt, cùm eam ſub Ludovico Rege Conradus, nunc Rex, habuiſſet. Vid. ſupra *not.* ad diploma Ludovici Regis de anno 902.

(b) *Benedictionem ſuam.*] Paſtus Monachorum, quos etiam *Caritates* appellabant.

(c) *Henrici Archiepiſcopi.*] Rhemenſis. Obſervat Eckhard *l. cit.* poſt largiorem hæreditatem, id eſt Lotharingiam, à Carolo adeptam, Ratbodum Archiepiſcopum Trevirenſem ejúsque Notarios non ampliùs Cancellariatum adminiſtraſſe, ſed diplomata ſubnotata & recognita eſſe ab iis, qui hoc officium apud Carolum jam in Gallia habuerant. Quod quàm parum cum vero conveniat, ex iis concluditur, quæ Diſſert. ante hoc ſæculum §. 2. inſinuamus.

CXLI.

913. 13. *Aug.*

CAROLUS SIMPLEX

ſtatuit, ut impoſterum Clerus & populus Treviren. eligant Archiepiſcopum.

IN nomine ſanćte & individue Trinitatis, & unice Deitatis. Carolus divina preordinante providentia glorioſus rex. Cum totum ſanćte Dei eccleſie corpus ſacerdotali proviſione & adminiſtratione regalique tuitione procurari, unumque ſentire concorditer regia majeſtas cum miniſtris Domini debeat, equum fore cenſemus, pontificum noſtrorum petitionibus prò eccleſiaſticis negotiis ſupplicantium aſſenſum preberc, quorum orationibus nos & regni noſtri ſtatum incunćtanter credimus ſuſfragari. Omnium ergo chriſtiane religionis noſtrorumque fidelium preſentium & futurorum noverit induſtria, quod Ratbodus venerabilis ſanćte Trevirenſis ſedis metropolitanus archique capellanus noſter, ut providus bonusque paſtor impoſterum previdens, & eccleſie ſibi commiſſe future utilitati conſulens, noſtram popoſcit celſitudinem, quatenus de eligendis poſt ejus diſceſſum epiſcopis noſtre autoritatis privilegium ſedi ſue concederemus: cujus pie petitioni pro divino intuitu & reverentia beati Petri nec non pro illius dilećtione & fidelitate liberam acquieſcentes, preſentium apicum noſtrorum privilegium fieri juſſimus, enixius precipientes, & perpetue firmitatis inviolabili ſtabilitate ſanćtientes, ut poſt hujus antiſtitis obitum, quemcunque Trevirenſis clerus & populus de propriis ejusdem eccleſie filiis pari conſenſu elegerit, absque ulla cujuslibet contradićtione ille Deo favente eis detur epiſcopus, nec ulterius contra eorum libitum, contraque canonicam autoritatem quemcunque non optate perſone cogantur ſuſcipere paſtorem; etſi forte, quod futurum minime creditur, in ipſa eccleſia talis inveniri non poterit, qui hujusmodi honori aptus ſit mancipari, nec propterea infraćto privilegio noſtro illis denegetur elećtio, ſed potius a regali majeſtate ſuſcipiant, quemcunque voluerint aliunde eligere. Si hoc quoque evenit, quod in quorundam epiſcoporum elećtionibus jam contigiſſe dignoſcitur, ut vota eligentium diviſa diſſenſerint, ei parti, in qua clerus & melioris intentionis viri conſenſerint, quod in cauſam gregisque dominici ſalvationem querere comprobantur, regalis faveat autoritas, & ſecundum eorum elećtionem ſuper eos optatus conſtituatur antiſtes. Et ut hec noſtri privilegii autoritas per cunćta ſuccedentia tempora firmiorem in Dei nomine obtineat perpetue firmitatis vigorem, & a noſtris ſucceſſoribus inviolabili tenore ſervetur, manu propria ſubtus eam firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus adnotari. Signum Caroli ſereniſſimi regis. Gozlinus notarius ad vicem Ratbodi archiepiſcopi ſummique cancellarii recognovit. Et data idus Aug. indićtione prima, anno XXI. regnante Karolo rege glorioſiſſimo; reintegrante XVI. largiore vero hereditate indepta II. Aćtum Theodonis villa, in Dei nomine feliciter. amen. (*a*) (*a*)

RUT-

N O T A.

(*a*) Quæ ad obſcurandam hujus diplomatis fidem profert Autor *Quinquertii Cameral. p.* 281. deſumpta ab obitu Ratbodi, quem ante hæc tempora jam vità functum refert Gualter. *Chron. Chronicor. p.* 1453. *& ſeq.*, utpote nullo certo nixa auctore, minora ſunt, quàm ut aſſenſum mereantur. Notat Necrologium Fuldenſe apud Leibnit *Script. rerum Brunſuic. Tom. III. p.* 763. *Ratbodum Archiepiſcopum Trevirenſem* anno 915. obiiſſe. Addit Brovverus *Annal. Trev. Lib. IX. n.* 63. ejus obitus memoriam anniverſariam quondam à Clero Metropolitano die 30. Martii peraćtam fuiſſe. Errat autem Brovverus, dum Ratbodi obitum, hoc noſtro diplomate motus, in annum 918. differt. Datum diploma *Indićtione I. anno* (regni) *XXI. largiore vero hereditate indepta II.* Sic ego ex authentico fideliter deſcripſi; quæ omnia in annum 913. congruunt, quo utique hoc diploma datum eſt.

RUTGERUS
ARCHIEPISCOPUS.

CXLII.
CAROLUS SIMPLEX

916. 19. Jan. (a)

Monaſterio Prumienſi adjudicat Abbatiam Sueſtra. (a)

Martene & Durand *Tom. I. p. 870.*

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Karolus divina propitiante clementia rex. Si utilitates ſanctæ Dei eccleſiæ, commoda, & juſta procuramus, ea nobis in æterna beatitudine retribuenda confidimus.

Qua de re omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus notum eſſe cupimus, quia quidam fidelium noſtrorum nomi-
(b) ne (b) Richarius abbas monaſterii, quod vocatur Prumia, obtulit quoddam præceptum Arnulfi quondam ſereniſſimi regis, in quo continebatur, qualiter abbatiam, quæ vocatur Sueſtra, cuidam Prumienſis poteſtatis presbytero eximiarum artium, nomine Siginando, gratificis ſervitiis, & hæc eo promerente firmiſſime condonavit, & qualiter eodem poſtulante Siginando, hoc ipſum monaſterium ad Prumiam ſua regali auctoritate tradidit; quod ita non ſolum perfecit, ſed etiam præſcripto autoritatis ſuæ præcepto firmavit. Sed & aliud detulit præceptum, qualiter ſucceſſor regni, & filius ejusdem Arnulfi Zuentipoldus, paternæ auctoritatis præcepto, ſuum ſuperaddere ſtuduit, ut firmiori autoritate ſubnixa, utraque inviolabili firmitate conſtarent præcepta, hanc abbatiam ad Prumiam cœnobium firmantia; ſed inter hæc dum ſæpeſatus Siginandus precario more eandem excolendam ſuſcepit, potentiorum injuſto violentoque conamine ei ablata eſt.

Unde poſt multas, & pene innumeras reclamationes ſine effectu, nos cupientes eandem definire rationem, habito generali placito apud Hariſtallium in conventu totius regni tam epiſcoporum, quam comitum & procerum ac judicum diverſarum poteſtatum, omniumque conventu nobilium, cunctorum fidelium noſtrorum, quorum nomina hæc ſunt, Rotgarius ** Treviren.
archiepiſcopus, Herimannus * archi- * Colonien.
epiſcopus, Dado * epiſcopus, Stepha- * Virdunen.
nus * epiſcopus; Widricus comes Pa- * Leodienſis.
latii, Rhichuinus comes, Reinherus ** Reginarii filius.
comes, Giſſebertus, Matfridus, Beringarius comes, Theodericus comes, Ellebodus comes, Rodolfus comes, Otto comes, Cunradus comes, Walcherus comes, Sigardus comes, Lethardus comes, Fulbertus, Walterius, Hagano, Euwinus, Equinus, Witlegius, Hadeboldus, Widricus, Gerbernus, Odilbertus, Wulmarus, Farbertus, Euriegdus, Rotboldus, Lubertus, Wichingus, Amalricus; generali judicio decretum, & determinatum eſt, ſæpe fatam abbatiam majus juſte, & legaliter juri monaſterii Prumienſis, & ejusdem loci rectori, ac fratribus ibidem Deo ſervientibus, competere, quam ulli alii hominum.

Quorum judicio nos gratantiſſime aſſen-

NOTÆ.

(a) Vid. ſuprà præceptum Zuendeboldi R. de an. 895.

(b) *Richarius Abbas Monaſterii Prumia.*] Erat Richarius Gerardi & Matfridi Comitum frater, quorum magna tum apud Arnulphum Regem auctoritas; hi, ut Rheginonem Abbatem loco dejicerent, Arnulphum eâ de re conveniunt; qui ſe vinci facilè paſſus, Abbatiam Rheginoni anno 899. adimit, &, ut Gerardo ac Matfrido, quorum ope & auxilio in illa regni perturbatione indigebat, gratificaretur, Richario confert. Rem in Chronico ſuo narrat ipſe Rhegino, ubi Richarium *invidioſum* ſui *negotii ſucceſſorem* vocat; ſed poſtea modeſtiæ causa mutâſſe videtur ſententiam, *ne forte injuriis provocatus* (ſic loquitur *ad an.* 899.) *ultra, quàm Chriſtiana patientia permittit, perſecutionis ſuæ cauſas exaggeraſſe videretur.* Factus deinde Richarius etiam Stabulen Abbas, & tandem Leodii Epiſcopus.

CXLII.

aſſenſum præbentes, hanc noſtræ autoritatis notitiam fieri juſſimus, per quam omnibus tam præſentibus, quam futuris ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus, & noſtris notum eſſe cupimus, nos eandem abbatiam pro amore Dei, ſanctorumque omnium, pro eleemoſina noſtri omniumque prædeceſſorum noſtrorum, nec non & eorum, quorum collatione priori traditione collata ſunt, præfato Prumiæ monaſterio per hanc noſtræ autoritatis notitiam tradimus, atque transfundimus, ea videlicet ratione, ut deinceps omni tempore prælibatam abbatiam ſecure cum omnibus ad ſe pertinentibus rectores ſæpefati Prumiæ monaſterii habeant, teneant, atque poſſideant, & quidquid ad utilitatem jam dicti loci, fratrumque inibi habitantium facere diſpoſuerit, liberam in omnibus habeat facultatem, nemine inquietante.

Et ut hæc noſtræ autoritatis notitia inviolabilem & inconcuſſam in omnibus teneat firmitatem, & inviolabilis perpetualiter conſiſtat, & ab omnibus verius credatur, diligentiusque conſervetur, de anulo palatii noſtri eam ſubter juſſimus ſigillari.

Signum Karoli regis glorioſi.

Domnus rex fieri juſſit.

Ratbodus notarius hanc notitiam ſcripſit, vice Rutgeri archiepiſcopi ſummique cancellarii, & ſubſcripſit. Data XIV. calend. Februarii ind. IV. anno XXII. regnante domno Karolo rege, redintegrante XVII. largiore vero hæreditate indepta V.

Actum Heriſtallium palatium, in Dei nomine feliciter. amen.

CXLIII.

CAROLUS SIMPLEX

919. 9. *Julij.* Rutgero Archiep. Abbatiam Trajectenſem reſtituit.

Miræus *Opp. dipl. T. I. p.* 256.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina largiente miſericordia rex Francorum. Si ſervorum Dei petitionibus aurem libenter accommodamus, divini cultus amore regium decenter morem exequimur, ac vitæ æternæ præmia propter hoc adipiſci veraciter credimus. Quocirca comperiat omnium fidelium ſanctæ Dei eccleſiæ, noſtrorum videlicet præſentium, & futurorum ſolertia, quoniam archipræſul venerabilis Trevirenſis eccleſiæ Rutgerus noſtræ ſerenitatis culmen adiit, conquerens, quod abbatiam quandam, quæ eſt conſtructa ſuper flumen Moſam, in loco Trajectus nuncupato, ubi requieſcit corpus ſanctiſſimi confeſſoris Servatii, Arnulphus quondam rex, deprecante Rathbodo prædictæ eccleſiæ pridem archiepiſcopo, delegaverat ſancto Petro apoſtolo ad cathedram Trevirenſem. Idque ſanctionis præceptum confirmare ſtuduit, ſed irruentibus diverſis contrarietatibus a poteſtate ejuſdem ſedis Raginerus pridem comes eamdem abbatiam violenter ſubtraxit, & reclamante dicto Rathbodo (*a*) apud regem Zuendeboldum illam reddere compulſus eſt S. Petro. Verum Zuendeboldo perempto, iterum a Raginero pervaſa eſt, & poſt illum ab ejus filio (*b*) Giſilberto pari violentia hactenus negatur reddere. Cujus petitionem fore ſalubrem cognoſcentes, conſenſu epiſcoporum noſtrorum & judicio comitum, ſeu aliorum fidelium ſupradictam abbatiam in Trajecto ſuper flumine Moſa ſitam, in comitatu vero Hasbacenſi in conſpectu noſtro & præſentia

N O T Æ.

(*a*) *Apud Regem Zuendeboldum illam reddere compulſus eſt S. Petro.*] Zuendeboldi ſententiam reſtitutoriam dedimus ad annum 898. ubi vid. *not.*

(*b*) *Giſilberto.*] Reginarius Comes, occiſo Zuendeboldo Rege, à perſecutionibus ejus liberatus, avita non ſolùm bona ſua, ſed etiam dignitates recepit; nec inter has abbatiam S. Servatii Archiepiſcopo Trev. reliquit, ſed eam ſibi denuo uſurpavit, atque ad filium Giſelbertum tranſmiſit, Giſelbertus, Raginero ſeu Reginario ex Alberada filius, Dux Lotharingiæ fuit.

CXLIII.

ſentia principum noſtrorum ipſimet prælibato archiepiſcopo reddere imperavimus, pro amore Dei. Ita duntaxat, ut a nobis reſtitutam S. Petro, uſibusque ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ, ab hinc in futurum nullus valeat eam ſubtrahere vel dividere exinde; ſed noſtræ pietatis munere ipſe archipræſul Rutgerus, & ejus ſucceſſores memoratam ſæpe abbatiam habeant, teneant cum villis, mancipiis utriusque ſexus, & omnibus rebus, juſte ibidem pertinentibus, & earundem rerum exactionibus; & omnia ad ſe pertinentia regant & diſponant pro ſuæ utilitatis ſtudio, ſicut priorum regum auctoritates pateſaciunt. Hanc igitur abbatiam reddendam noſtræ auctoritatis præcepto archipræſuli Rutgero & ſuæ eccleſiæ manu propria roboravimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Signum Caroli regis glorioſiſſimi, Gozelinus notarius ad vicem Rutkeri archipræſulis ſummique cancellarii recognovit. Data VII. idus Julii, indict. VIII. anno regni Caroli inclyti regis XXVII. reintegrante XXII. largiore vero hæreditate indepta VIII. actum in villa Theodonis.

CXLIV.

920. 20. Aug.

CAROLUS SIMPLEX

Abbatiæ Prumienſi confirmat omnia Regum prædeceſſorum privilegia.

Knauff Defenſ. Prumien. p. 57.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Carolus divina ſaventeclementia rex &c. Si erga loca divinis cultibus mancipata curam & diligentiam adhibemus, parentumque noſtrorum, ac deceſſorum inſtituta non ſolum firmamus, verum etiam augmentare ſatagimus, id nobis in æternæ remunerationis retributione profuturum confidimus veraciter. Quapropter omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrisque fidelibus, præſentibus videlicet & futuris, cognitum eſſe volumus, quoniam inclytus, & venerabilis Richarius abba Prumienſis monaſterii, quod divinæ memoriæ Pipinus quondam rex Francorum proatavus noſter, ſuggeſtu & conſenſu Bertradæ auguſtæ conjugis ſuæ, in honore Domini & ſalvatoris mundi ejusque matris ſanctiſſimæ genitricis Mariæ, in juris ſui proprietate a fundamentis conſtruxit, una cum collegio monachorum ſub eo regulariter degentium, adiit ſerenitatis noſtræ clementiam, deprecans, ut munimenta, & auctoritates auguſtorum ab ipſo ſcilicet Pipino. *Et infra.* Quæ ſuper tenore ac ſtatu præfati monaſterii ſuis præceptis ac edictis roborárunt, eadem nos innovare, & regali auctoritate confirmare denuo dignaremur. Quorum petitionibus libentiſſime annuentes, propoſitique ſui conſtantiam in divinis excubiis indefenſam fore cognoſcentes, decrevimus ita fieri, & juſſimus hoc præſens muniminis noſtri præceptum, per quod cognoſcant omnes fideles Dei, & noſtri, tam præſentes, quam futuri, quoniam quidquid de ſtatu prædicti loci, cunctorúmque ad illum pertinentium univerſi deceſſores noſtri ſereniſſimi auguſti utiliter, perfectéque ſanxerunt, id inconvulſum ac ſtabile, modísque omnibus manere cunctas pec ſucceſſiones, decernimus. Igitur ſecundum præceptum & edictum præclariſſimi præfati regis Pipini, omniumque ſucceſſorum ejus auguſtorum auctoritatem, privilegium ſit monachis prædicti cœnobii, eligendi ſibi abbatem, more ſolito, de congregatione, nec aliunde recipiendi rectorem, vel poteſtatem alicujus perſonæ: ſed in eadem electione vigeat cum noſtro conſenſu, atque conſilio ſeniorum de ipſa congregatione, ſapientiorumque probitas, & humilis ſuggeſtio. Volumus præterea, ſicque decernimus, ut res, villæ, cellæ atque poſſeſſiones, in quibuscunque ſitæ ſint provinciis, & præfato ſubditæ ſervire debent loco, ſub defenſione noſtræ tuitionis atque mundiburdio ab omni exactione, ac diſcuſſione cujuſpiam immunes, & intactæ ſemper conſiſtant; nullus in eis co-

CXLIV.

mes, ſive aliqua judiciaria poteſtas, eorumque aliquis, qui rempublicam adminiſtrare debent, locum habeant tenendi audientiam, vel placitum; ab eis exigendi ſreda, parafredos, conjectos, vehiculos alicujus mundi, requirendi bannum, vel heribannum, tam a ſervientibus & colonis, qui per eadem paſſim reſident territoria, quam etiam a liberis, & de eisdem beneficia habentibus; quod ſic cenſuit Carolus de eis imperator maximus, filius Pipini regis, omnesque poſt eum usque ad hæc tempora reges & auguſti. Et ut abbas ſuos advocatos habeat licentiam ſtatuendi ſine regis præſentia in cujuscunque comitis mallum voluerit. Quidquid vero jus fiſci de ſupra dictis rebus ad regios uſus miniſtrorumque ejus exigere poterit, ad luminaria ejusdem eccleſiæ, ac recreationis indigentium, ſicuti ab eis eſt conceſſum, & nos in ſempiternum concedimus. De teloniis quoque, cunctis etiam occaſionalibus, exactionibus, quemadmodum conſtat præfinitum a ſupra dictis regibus, præcipiendo decernimus, ne quis exigere præſumat ab eorum miniſtris & miſſis, qui ob diverſas cauſas, ac neceſſitates diſcurrunt per loca diverſa: ſed neque ab ullo de tota ſamilia ſancti Salvatoris, nullo mercatu regni noſtri, portuque navali, vel naulum requiratur, vel telonium, ſintque ſemper & ubique ab hujusmodi exactoribus, & exactione immunes, & ſecuri, quocumque locorum ditionis noſtræ potuerint pervenire. Placuit etiam nobis interſerere illud, ut ſi aliquid minus reperitur de imperialibus & dictis regalibusque præceptis vel inſtrumentis cartarum, per quæ loco ſupra dicto a nobilium filiis res legaliter ſibi collatæ, quod concrematione incendii ſacti per irruptionem paganorum, ſeu aliqua negligentia, vel nimia vetuſtate deperüſſe probatur, nullus contra locum illum, ejusque privilegia, aliquas repetitiones, aut occaſiones propter hujusmodi rem movere deinceps præſumat: ſed quodcunque loco illi ſecundum legem a quocumque conlatum eſt, hactenusque ſine repetitione poſſedit, jugiter abſque contradictione poſſideat. Et ſi aliqua exinde per pravitatem pravorum hominum ſint ſubducta, vel ſubtracta, repetendi ea liberam habeant ſacultatem. Inter liberales donationes, quas deceſſores noſtri reges loco eidem contulerunt, reperietur hoc ab eis eſſe conceſſum, quatenus, ſi rectores ejus utile judicaverint, mercatum ſtatuant in quocunque poteſtatis ſuæ loco voluerint, propriique numiſmatis percuſſuram monetam ex regali regia haberent auctoritate licentiam, quod & nos, ſi ſic abbas neceſſarium duxerit, libenter annuimus, & auctoritate noſtra roboramus, ſitque locus ille ſub tutamine, vel emunitate noſtræ defenſionis, ſicut fuiſſe probatur ſub omni, qui ante nos fuerunt, regum tuitione: & quia rex non dedignatur cœleſtis loci illius eſſe poſſeſſor, rex terrenus, in quantum valet, ad vicem ejus, hujus ſtudeat infatigabilis eſſe defenſor, quatenus milites Chriſti ibi degentes pro nobis, atque omnibus ad nos pertinentibus, continuas preces, & laudes diu noctuque Deo perſolvere certent. Et ut hæc liberalitatis noſtræ inſtitutio firmiorem obtineat firmitatem, manu propria ſubter firmavimus, annulique noſtri impreſſione ſigillari juſſimus. Signum Caroli glorioſi regis ✝. Dantlinus notarius ad vicem Rotgarii archiepiſcopi, ſummique cancellarü recognovi. Data XIII. kalend. Septemb. Indictione octava, regnante Carolo rege, redintegrante XXII. largiore vero hæreditate IX. actum in pago Arduennaria in villa nuncupata Longramp.

CXLV. Con-

CXLV.

923. Junii.

Contractus Permutationis & Precariæ quorundam bonorum ab illuſtri viro Gozberto ad Monaſterium S. Maximini.

Cunctorum prudentium induſtriæ liquido patet, quod de temporalibus beneficiis præmia mereantur æterna, & de rebus tranſitoriis acquiri poſſunt lucra ſine fine manſura. Quod Gozbertus vir illuſtris diligenter mente pertractans pro ſempiternis remediis acquirendis, nec non pro præſentibus vitæ commodis quandam portionem ſuarum rerum ad monaſterium S. Maximini, & ad miniſterium portæ prætextu precariæ ſtatuit delegare; qui cum ſuæ diſpoſitionis voluntatem fratribus indicaſſet, miſerunt Bodonem & Moterum, Gainardum & Vigericum, ut utrumque ſuperviderent, quod dare, & accipere volebat. Qui diligenter utriſque partibus prævîſis, cum fratribus renuntiaſſent, per eorum omnium conſenſum, & collaudamentum ſtatuerunt, illius petitioni annuere. Dedit igitur præfatus Gozbertus legali traditione ad monaſterium domni ſancti Maximini, &, ut dictum eſt, ad miniſterium portæ manſum I. in villa & marca Callidi, quem tenet Liudivinus ſervus ipſius: & in alio loco inter Ruverum, & Cuningesbalch, ubi ſimul conveniunt, manſum indominicatum cum ædificiis ſupra poſitis, & omnibus illius adjacentiis, & mancipiis VII. Fredechone videlicet, & Werinza uxore ejus, & infantibus eorum IIII. & inter duos rivos, qui vocantur Plombach, manſum unum, & ad Fermaririvum manſum I. Accepit autem econtra per legitimam & firmiſſimam traditionem de poteſtate S. Maximini, & de miniſterio portariæ jure precario manſos VI. ſerviles in villa ſubterioris Callidi, & marca illius vocabuli, cum omnibus eorum appenditiis, & cunctis mancipiis de poteſtate illius ibidem reſidentibus; ea nimirum ratione, atque conditione, ut per precariam idem Gozbertus omnibus vitæ ſuæ diebus, & poſt illum filius ejus Gozbertus, & Bodo præpoſitus, utrumque, datum ſcilicet & acceptum, ab hodierna die inpoſterum (a) uſufructuario teneant, & cum omni libertate atque ſecuritate illarum rerum, omnimodis uſibus ſecundum propriam diſpoſitionem potiantur; poſt illorum vero diſceſſum omnes res ambarum partium abſque ullius diminutionis detrimento, imo cum meliorationis integritate ad partem S. Maximini, & ad miniſterium portariæ, ſine aliqua cujuſpiam contradictione redeant, & in ejus dominationis jure perpetua ſtabilitate conſiſtant, cum ſtipulatione ſubnixa. ✝ Sig. Bodonis Præpoſiti. Sig. (b) Motarii Cumbrarii. Sig. Wolfhaici Decani. Sig. Rotberti portarii. Sig. Bonifacii miniſterialis fratrum. Signum Gainardi ſuſceptoris pauperum. Sig. Madelonis diaconi. Sig. (c) Aſulfi. Sig. Wigerii diaconi. Sig. Norperti presbyteri. Sig. Tietgaudi presbyteri. Sig. Godeberti. Sig. Hereberti. Sig. Nantenili. Sig. Adelberti. Sig. (d) Wenidonis. Sig. Wolmari advocati, per cujus manum traditio hæc facta fuiſſe dinoſcitur. Sig. Gozberti. Sig. Rorici. Sig. Oſtarii. Sig. Heribrandi. Sig. Gozberti junioris. Sig. item Gozberti. (e) Vogo cancellarius ſcripſit, & ſubſcripſit. Actum Treveris anno dominicæ Incarnationis DCCCCXXIII. anno vero domini Caroli glorioſi regis XII. in regno quodam Lotharii. Indictione XI. in menſe Junio.

CXLVI. No-

NOTÆ.

(a) *Uſufructuario teneant.*] Quæ pro explicatione juris hujus uſufructuarii ſubjiciuntur, ſcilicet, *ut cum omni libertate atque ſecuritate illarum rerum, omnimodis uſibus, ſecundum propriam diſpoſitionem potiantur*, non obſcurè ſirmant id, quod à Juris patrii cultoribus ſæpiùs obſervatum eſt: precariam Germanicam non nudum continere uſumfructum Romani Juris, ſed Germanici, quocum omne dominium utile conjunctum eſt. Vid. Beyer *Jur. Germ. Lib. II. Cap. X. n.* 28. *ſeq.* Heineccii *Elem. Jur. Germ. Lib. II.* §. 37. 39. ubi obſervat, quòd quanquam precaria peregrinæ originis ſit (quam pluribus deſcripſit Bohmer *Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib. III. Tit.* 14.) attamen ſemel à Germanis recepta naturam uſusfructûs Germanici induerit.

(b) *Motarii Cumbrarii.*] i. e. Camerarii, ſeu rei veſtiariæ præfecti.

(c) *Aſulfi.*] quem ſua deinde merita abbatem S. Maximini effecêre.

(d) *Wenidonis.*] qui ſæpiùs in rebus S. Maximini occurrit; hoc alicubi titulo clarus: *candidi atque antiquiſſimi moris adituus.*

(e) *Vogo cancellarius.*] Fuit is poſtea cœnobii Præpoſitus, deinde Abbas, ac tandem Eburonum Epiſcopus; vir factis haud parum magnificus.

CXLVI.

926. ## Novæ acquiſitiones factæ Monaſterio S. Maximini ex manibus Bernacri.

IN nomine Domini Jeſu Chriſti. Pateat induſtrie tam preſentium, quam ſolito more ſuccedentium, quatenus ego Bernacrus, cum interventu aliorum amicorum, quandam precariam impetrare ſtudui erga Giſelbertum comitem, oec non Boddonem præpoſitum, ceterosque fratres in monaſterio ſancti Maximini profeſſores Chriſti commorantes, quod pro illorum bonitate cum omni alacritate peregi; & hoc eſt, quod ego illis donavi io loco denominato Radinga in pago Metenſi, in comitatu Matfridi manſos X. & VIII. eccleſiámque I. & molendina II. in loco, qui dicitur Syrio, & ſartum I. & aggerem, qui dicitur Bavonis; & in villa Radinga manſ. indom. I. & terras ad modia C. cum pratis ad carad. LX. ſylvam ad porcos CCC. & in villa, quæ dicitur Bœwillere, eccleſiam I. & in Villare manſ. VI. & in Anſchereo * Willere manſ. II. cum maucipiis ſubſcriptis: Childifrit, Faſtrada, Irminrada, Rotlint, Gotzbert, Tancrar, Zoddo, Atzo, Ruabo, Arnaida, Vulfri, Sreina, Engelbert, Egifridus, Huodilart, Gundrata, Litfrir, Ruoſtein, Reinlios, Meginfrid, Luica, Thanolf, Druitlint, Azilla, Ruadlinr, Albrich, Guntelin, Lello, Buireit, Reingart, Hildigart, Adelint, Sigiburch, Engila, Ratſuint, Bertſuvint, Godeſuint, Duoda, Opret, Mamila, Ruozilo, Erlint, Tieco, Vudlem, Glimuoz, Reginger, Willeram, Wipret, Fridegart, Tiedrich. Et ego accepi ab eis in pago Alſencenſi, in comitatu Methingovinſe, in (a) villa cognominata Wimaris-eccleſia, manſ. XX. eccleſiam I. cum curte, & caſa dominicata, & manſ. iodomin. C. qui recipir ſemeotis mod. LX. & ſylva, in qua ſaginari poſſunt porci CCC. & molendina VI. cum mancipiis prenotatis: Tulerico, Berta, Liudulfo, Luidrada, Baldrada, Alpaida, Richizone, Betta, Ingizoni, Lutſinla, Erardo, Gerlinda, Fridiloni, Adelulf, Lampone, Salvina, Bernardo, Hildigarde, Adelberto, Wodicho, Voza, Sigifrido, Sandrado, Tiedruda, Azila, Gerza, Deina, Albrico, Liuca, Wichardo, Thierhardo, Tetta, Embricho, Sigunda, Reinwiff, Waltero, Tiethuvich, Meginzo, Richilt, Wipa, Cuna, Engiza, Erzo, Reinza, Frowiſint, Salecho, Willigart, Eogilelm, Riliot, Guntilt, Wernunc, Erman, Gericho, Rico, Liuca, Rinigart, Adelbret, Waldrada, Offo, Gaganhart, Gordrada, Dagalo, Sandrat, Volo, Imiza, Adacha, Madacho, Reginwart, Geruvin, Biligart, Adelmuôt, Guotram, Geilſint. Ea videlicer ratione, ur ego ipſe, & uxor mea Eva, nec non & filia noſtra, Albuera nomine, easdem res teneamus, usque ad terminationem obitus noſtri: poſt noſtram vero metam ad communem ſratrum utilitatem remeantur, ſine ullius contradictiooe. Si autem una perverſibilis perſona contra hanc convenientiam inſurgere temptaverit, damnatus, atque convictus cum rubore amittat. Actum Treviris in cœnobio S. Maximini adſtante plebe, teſtibusque ſubſcriptis. †. Sig. Giſelberti comitis atque abbatis, qui hanc precariam fieri juſſit. Sig. Bodonis. Sig. Motarii. Sig. Rotberti. Sig. Wigerici. Sig. Tietmari. Sig. Gagenhardi. Sig. Tedgaud. Sig. Godeberti. Sig. Witgeri. Sig. Engelrici. Sig. Regefridi. Sig. Amelrici. Sig. Wolmari. Sig. Rorici. Sig. Volmari. Sig. Otwini. Sig. Richardi. Sig. Tietradi. Sig. Oudonis. Sig. Tietfridi. Sig. Heinrici. Sig. Megingaudi. Sig. Tietacri. Anno Dominice Incarnationis DCCCCXXVI. Indictiooe XIII. (b) regnante Henrico rege. Ego Vogo ſcripſi, & ſubſcripſi.

(a) (b) * *Anſerweiler*

CXLVII. PER-

N O T Æ.

(a) *Villa cognominata Wimaris-Eccleſia.*] Hodie *Weimerskirch*, ad Aliſontiam amnem, haud longè Luciliburgo, in Methingovenſi olim pago. Cùm autem Bernacri fundum Wimaris-Eccleſiæ precariò poſſidentis cupiditas ei ſuaſiſſet, ut vicinorum agrorum limites invaderet, vicini, damnum à ſe amoliturí, opem S. Maximini adverſùs Bernacrum implorant, quam & obtinent modo planè ſingulari. Rem narrat Sigehardus *Lib. II. de mirac. S. Maximini.*

(b) *Regnante Henrico Rege.*] Ex fœdere Bonnenſi, anno 924. pacto, omne Lotharingiæ regnum Henrici Imp. ſceptra verebatur: ſed jam ante pacem cum Carolo Simplice initam Treviri Henrico adhæſêre, uti teſtatur Frodoardus *ad an.* 923. 119. *Henricus* (Imp.) *invitantibus ſe Giſelberto Comite* (de quo nos ad an. 928.) *& Rotgario Trevirorum Præſule Rhenum tranſmiſiſſe, regnumque Lotharii deprædari nuntiatur. Depopulatus eſt autem, quod inter Rhenum & Moſellam interjacet.* Hinc minimè mirandum, quòd annus regiminis non addatur.

CXLVII.

926.
30. *Decemb.*

Permutatio Bonorum inter Monachos S. Maximini, & nobiles viros Nortpoldum, Franconem & Humbertum, qua hi locum munitioni aptum acquirunt ad Syram fl.

Martene *Coll. ampl. T. I. p. 286.*

INter quos caritas illibata conſiſtit, pars parti congrua ſibi beneficia impertiri non deneget, quia nihil ibi minus cernitur, ubi ſimilis qualitatis, & quantitatis equa portio recompenſatur. Ideoque placuit atque convenit inter Giſlebertum illuſtriſſimum comitem cum congregatione monachorum in monaſterio ſancti Maximini Deo famulante, & quoſdam nobiles viros, Nortpoldum ſcilicet, & Franconem, & Humbertum, ut quaſdam res pro ambarum partium opportunitate inter ſe commutarent. Dederunt itaque prefati viri legali traditione ad partem S. Maximini ad cuſtodiam ſcilicet, de rebus ſue proprietatis, Franco videlicet manſos V. & inſuper jugera IIII. in comitatu Magnacenſe, in loco, qui dicitur 1. Brula, & in 2. Cardone arrales III. cum eorum appenditiis. Nortpoldus vero ſimiliter manſos V. cum jugeribus IIII. in comitatu Nachgouve, in loco vocabulo 3. Beregen jacentes. Acceperunt autem econtra de rebus almi Maximini montem, & (*a*) rupem quandam munitionis faciende aptam ſuper ripam fluminis ſitam, quod dicitur Cyra, cum manſis V. & jugeribus VIII. in circuitu ejuſdem montis jacentibus. Ea nimirum ratione, ut utraque pars quod accepit, habeat, teneat [& abſque recompenſatione, & calumnia] in perpetuum poſſideat, & quod exinde agere decreverit, liberam in omnibus habeat poteſtatem, cum ſtipulatione ſubnixa. Si quis autem contra hanc commutationem inſurgere repertus fuerit auſus, legalibus ſubjaceat inſtitutis. Acta in civitate Trevirenſi, in monaſterio memorati patroni III. kalendas Januarii adſtantibus viris nobilibus, clericis, ac laicis, quorum iſta ſunt nomina. Sig. Giſleberti Comitis, qui hoc concambium legaliter fieri juſſit. Sig. (*b*) Wolmari advocati, cui Wormatie in publico mallo officium advocationis traditum eſt ab Henrico rege. Sig. Rotperti. Sig. Wigerici. Sig. Tiermari. Sig. Bonefacii. Sig. Gagenhardi. Sig. Gudeberti. Sig. Aſulfi. Sig. Heriradi. Sig. Heriberti. Sig. Nantelini. Sig. Engelrici. Sig. Reginarii. Sig. Franconis. Sig. Ravingeri. Sig. Gerardi. Sig. Herardi. Sig. Ruodacri. Sig. Sucidulfi. Sig. Everelmi. Sig. Sigibodonis. Sig. Folerici. Sig. Bottonis. Sig. Bobponis. Sig. Gozberti. Sig. Stephani. Sig. Rotfridi. Sig. Gerochi. Anno Incarnationis Domini DCCCCXXVI. & (*c*) preſidente in cathedra ſupradicte civitatis Rotgero venerabili metropolitano. Indictione IIII. * regnante Henrico rege.

1. al. *Brola*, Bruel.
2. *Carden.*
3. *Bergen.*

[hac exeſa ſunt modò in autographo.]

* lege XIV. denarium enim omiſit ſcribe.

CXLVIII. Ite-

N O T Æ.

(*a*) *Rupem quandam munitionis faciende aptam.*] Infeſtabant his temporibus Lotharingiam Hunni; horum inſultus multis cauſa fuerunt, ut adverſus barbaram gentem arcibus ſe munirent. Idem facturi tres viri illuſtres in carta enuntiati, eo fine ſibi à Maximinianis acquirunt collem Cyranum in Treviris ſitum, Saxis undique præruptum.

(*b*) *Wolmari advocati, cui Wormatie in publico mallo officium advocationis traditum eſt ab Henrico Rege.*] A tribus jam annis Gozberti tabulæ Volmarum advocatum Maximinianum præferunt, Carolo Simplice tum potiente regno Lotharienſi; quod officium ei deinde Henricus Auceps ſuo quoque jure publicè ſolemniterque demandâſſe videtur.

(*c*) *Præſidente in cathedra ſupradicte civitatis Rotgero.*] Hinc non obſcure concludendum monachos S. Maximini hoc tempore recognoviſſe juriſdictionem pedi Archiepiſcopalis Trevirenſis; eò quòd vix ſoleant inſtrumentis inſcribi anni reginimis, niſi eorum, quibus nos ſubjectos profitemur.

CXLVIII.

926. Iteratus Contractus Permutationis inter eoſdem. (a)

(a)

Martene *Coll. ampl. T. I. p. 280.*

CUnctis etenim in catholica eccleſia Salvatoris ſequentibus inſtituta decretum eſt, caritatem auctoris pre omnibus, & ſuper omnia preponere; fratri autem, ut ſibimet, in omnibus caritatis ſervore deſervire: his binis legalia preceptis, & prophetica impleſſe documenta. Anno autem DCCCCXXVI. auctoritatis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundum humanam fragilitatem, depopulantibus Ajarenis pene totum regnum Belgice Gallie, ſtuduit unusquisque diligenter tuta loca perquirere, ubi aliquid firmitatis fieri potuiſſet, contra predictorum inſidias perfidorum. Invento igitur quodam caſtro a Francone videlicet, & Nortpoldo, Humbertoque ſuper ripam fluminis, qui dicitur Cyra, vallatus undique preciſis rupibus de hereditate S. Maximini, Treverice urbis
(b) epiſcopi, cujns (b) glima oratorium S. Joannis in ſiniſtro latere predicte urbis fulgentibus decorat miraculis, &
(c) pertinet (c) ad miniſterium cuſtodis ſupradicti loci, quod ſibi concambiare, ſuas econtra duplicem dando obnixè flagitabant, inſtabiles hereditates, cum manſis ſinitiis VI. & jugeribus VIII. Hocque eis benevolenter conceſſimus, ac tradidimus propter memoratas fratrum dilectiones, cum juſſu & deprecatione ſenioris noſtri Gisleberti comitis & abbatis, & voluntate cunctorum cœnobiatarum memorati patroni, ut dictum eſt, in juſtum concambium. Et iſta ſunt loca, que de parte eorum econtra nobis in eternum poſſidenda traduntur: de parte Franconis, & Humberti manſe V. & jugera IIII. in villa, que dicitur Cardonis, cum ſuis appenditiis. De parte autem Nortpoldi manſas, & jugera totidem, in loco, qui dicitur Beregen. Et hoc firmiter actum, & funditus traditum utraque regione, & ſtipulatione ſubnixa. Si quis vero, quod fieri non credimus, hoc concambium irritare conaverit, non careat ire Dei, ſanctorumque ejus, & perſolvat ad erarium regis auri libras X. & argenti pondera XX. & ut ſtatutum, cum verecundia amittat. Actum eſt hoc concambium Treverim in cœnobio memorati antiſtitis, adſtante plebe, & advocato Volmaro, cui Wormatie in publico mallo ab Henrico rege miniſterium advocationis traditum eſt, cum teſtibus ſubſcriptis. Sig. Gisleberti [comitis] qui hoc concambium fieri juſſit. Sig. Bodonis præpoſiti. Sig. Motarii. Sig. Rotberti. Sig. Wigerici. Sig. Tietmari. Sig. Bonefacii. Sig. Gaganhardi. Sig. Godeberti. Sig. Aſulfi. Sig. Heriberti. Sig. Nantelini. Sig. Franconis. Sig. Ravingeri. Sig. Gerardi. Sig. Erardi. Sig. Ruodacri. Sig. Suidulfi. Sig. Everelmi. Sig. Sigibodonis. Sig. Folerici. Sig. Bettonis. Sig. Bopponis. Sig. Gozberti. Sig. Stephani. Sig. Rotfridi. Sig. Gerochi. Anno Incarnationis Domini ſupradicto, indictione IIII. * regnante Henrico rege. Ego Vogo in vicem cancellarii cum juſſu domini Bodonis præpoſiti, ſcripſi, & ſubſcripſi. * lege XIIII.

CXLIX. Quod

N O T Æ.

(a) Præſens inſtrumentum paucis à priore differt: &, quod ad rei ſubſtantiam attinet, in hoc ferè ſolùm, quòd inter res, quæ S. Maximino obvenerunt, hic omittatur *Brola*. Videtur itaque poſteriori conventione à præcedente receſſum, non cancellato tamen priori inſtrumento, quippe quod utrumque extet integrum in tabulario San-Maximiniano. Hac etiam ratione auctum fuiſſe membranarum numerum, nonnunquam aliàs obſervavi; quod inter cauſas multiplicatorum diplomatum recenſere omiſit Ludewig *Reliq. Manuſcript. Tom. I. in Præf.* §. 6. *ſeqq.* Quantum verò ad formam attinet, illud in hac carta amplius eſt, quàm in priore, quòd Hunnorum Galliam Belgicam vaſtantium expreſſa ſit mentio; pactum violanti mulcta conſtituta; & quod Hugonis Cancellarii loco ſubſcripſerit Vogo, qui deinde fuit loci Abbas.

(b) *Glima.*] ſeu *gleba*, id eſt, corpus, cadaver. Sic Gregorius Turon. *in vitis PP. Cap. 7. Ad virtutiferam ſancti glebam, nemine renitente, perveniunt.* &c.

(c) *Ad miniſterium cuſtodis.*] In carta Gozberti de anno 923. dicitur, *ad miniſterium porta.* Sed quid tot tantasque facere adquiſitiones in portariorum utilitatem? Puto, id illorum temporum, deprædationibus & incendiis horridorum, infelicitati tribuendum, quibus multam fortemque cuſtodum manum alere conveniebat. Hodie adhuc munitus eſt ambitus monaſterii S. Maximini foſſis aquâ repletis, quas, cùm antiquiſſimas eſſe appareat, facilè ad hæc tempora retulerim.

CXLIX.

Circa 927. Quòd profundus rivus juxta ripam Kyle & rupis in marcha Bodardi-Villaris cum ædificio ad Eccleſiam Trevirenſem pertineat.

LEx humana & conſuetudo expoſcit antiqua, ut quelibet de rebus condonacio, quocunque modo facta, per teſtium aſtipulacionem & ſcripture atteſtacionem roboretur. Preſentis igitur ſcripti aſſertione notum ſit inpoſterum hujus ſancte ecclesie fidelibus, qualiter, annuente domino Rothgero preſtantiſſimo archiepiſcopo, Volmarus vaſallus illius quendam locum pro facienda municiuncula jure precario acquiſiverit. Dedit ſiquidem legali traditione ad altare & partem ſancti Petri de ſua proprietate in loco, qui vocatur profundus rivus juxta ripam fluminis Chyle inter pratum & terram arabilem jugera duo, de ſilva jugera quatuor. Hac autem traditione acta conceſſit illi dominus archiepiſcopus per conſenſum ſuorum fidelium clericorum atque laicorum rupem unam in marcha Bodardi-Villaris jacentem cum edificio ſuprapoſito, quod bone memorie Ratbodus archiepiſcopus olim conſtruxerat, & in circuitu inter fructiferam & infructuoſam terram atque paludem jugera decem. Ea nimirum rationis conditione, ut utrumque, datum videlicet & acceptum, idem Volmarus & conjux ejus Richildis & unus eorum filius, quem ipſi ad hoc eligere voluerint, cunctis diebus vite illorum ſub pretextu precario cum omni ſecuritate habeant. Poſt illorum vero diſceſſum ad partem & proprietatem S. Petri utrumque, datum ſcilicet atque acceptum, cum omni integritate abſque aliqua cujuslibet condictione redeat, & in ejus dominationis jure perpetua ſtabilitate conſiſtat. Ut autem hujus precarie conditio firma & ſtabilis permaneat, dominus archiepiſcopus ſuo ſuorumque fidelium aſſenſu roboravit, cum ſtipulatione ſubnixa. Signum domini Rothgeri preſtantiſſimi archiepiſcopi, qui hanc conſcriptionem fieri & firmari rogavit.

CL.

GISELBERTUS DUX

928. dat Ruthgero Archiepiſcopo Trev. Burtz in Comitatu Arduennenſi, & Burg juxta Moſellam, ac Gulſa, & ad vitam villam Talevanc, pro Abbatia S. Servatii ad vitam.

IN nomine Dei eterni & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſanctiſſimi paſtoris, (a) Gyſalbertus gratia Dei dux, rectorque ſancte Trajectenſis ecclesie, cunctis hujus ecclesie, domnique ſancti Servatii fidelibus, preſentibus & futuris, cognitum eſſe volumus, qualiter per conſilium noſtrorum fidelium clericorum atque laicorum, abbatiam S. Servatii per conſenſum Ruthgeri Treverice ſedis archiepiſcopi acquiſivimus. Ego autem in hujus largitionis recompenſatione dedi legali & firmiſſima traditione ad altare beati Petri quandam villam vocabulo Burtz, in pago & comitatu Ardunenſi jacentem, cum omnibus appendiciis juſte & legaliter ad ſe pertinentibus; eo nimirum tenore, ut utrumque, abbatiam ſcilicet & eandem villam, uſufructua-

NOTÆ.

(a) *Gyſalbertus gratia Dei Dux.*] Vir magnæ in regno Lotharingiæ potentiæ, in continuis, quæ hoc ſæculo agitabantur bellis, Galliæ partes ùt plurimùm ſecutus; usque dum rebus Lotharingiæ pacatis Henricus I. Imp. eum, datâ in matrimonium filiâ Gerbertâ, anno 929. Ducem Lotharingiæ appellaret. Quare & anno præcedenti *Ducis* nomine ſimpliciter utitur.

CL.

fructuario teneam omnibus diebus vite mee. Poſt meum vero diſceſſum omnes res, monaſterium, & univerſe poſſeſſiones S. Servatii cum prefata villa Burtz cum omni integritate ad altare & proprietatem S. Petri revertantur, & in illius dominatione perpetua ſtabilitate conſiſtant. Alium quoque locum, qui dicitur Burg juxta fluvium Moſelle in comitatu Magnacenſi, legitima traditione principaliter dedi ad S. Petrum finetenus habendum. Guliſam in pago ſupradicto & comitatu Everhardi de rebus S. Servatii, ſecus Moſellam jacentem, (b) (b) pro veſtitura & firmitate reddidi. Conceſſi & ego Giſelbertus prefate eccleſie S. Petri in beneficio (c) (c) de rebus S. Maximini villam nomine Talevanc cum omnibus ſuis appendiciis, eo tenore, ut quamdiu ego vixero, eadem villa S. Trevirenſis eccleſie uſibus deſerviat, & epiſcopi arbitrio diſponatur. Hec convenientia & hujus rei pactum coram domino noſtro Henrico glorioſo rege, & coram illius principibus, ſtatutum & ab eo collaudatum atque ſancitum eſt, ſuis proceribus conſentientibus. Sed ne forte hujus conditionis atque traditionis notitia oblivione deperiat, verum ſtabilis & inviolata permaneat, preſentis ſcripture teſtamentum fieri, & quorundam virorum, qui interfuerunt, nomina ſubtus adnecti precepimus. Illorum videlicet, qui traditionem & veſtituram viderunt coram altare S. Servatii. Signum Vunthilberti, qui veſtituram attulit. Signum Vualgeri comitis. Signum Thiedrici comitis. Signum Chriſtiani comitis. Signum Folcoldi comitis. Signum Godefridi. Signum Geroldi. Signum Razoni. Signum Hugoni. Signum Reginoldi. Signum Burigerci. Signum Giſelbarti. Signum Godefridi. Signum Ingibrandi. Signum Anskirchi. Signum Vualtgeri. Signum Arnoldi. Signum Nithardi abbatis. Signum Friderici diaconi. Signum Herulphi prepoſiti. Signum Sarawardi decani. Signum Herimari cuſtodis. Signum Stephani presbyteri. Signum Arnoldi presbyteri. Signum Gerardi presbyteri. Signum Sigiberti presbyteri. Signum Helmirini presbyteri. Signum Walteri presbyteri. Signum Odriti presbyteri. Signum Geroldi presbyteri. Signum Reginhardi diaconi. Signum Frogliſi diaconi. Signum Warneri diaconi. Sigebertus S. Servatii alumnus ſcripſit & ſubſcripſit. Actum in Trajecto anno Dominice Incarnationis DCCCCXXVIII. (d) (d)
anno vero V. domini Henrici ſereniſſimi regis ſuper regnum quondam Lotharii indictione I.

CLI. ROT-

NOTÆ.

(b) *Pro veſtitura & firmitate.*] Id eſt, in ſecuritatem & confirmationem, quòd Abbatia S. Servatii ſit juris S. Petri Trevirenſis, eique finitâ hac precariâ, reſtituenda. Hodie autem adhuc eccleſia & Decimæ de Gülſa ad Eccleſiam Trajectenſem pertinent.

(c) *De rebus S. Maximini villam nomine Talevanc.*] Ita de rebus S. Maximini in propriam utilitatem vertiue Giſelbertum, Abbatem commendatarium, nihil miratur Wilthemius *in Annal. MS. h. an.* præſertim quòd conſtet eundem per hosce dies prædiis rebusque Maximinianorum malè temperâſſe, ſatellitibusque ſuis ea dilargitum fuiſſe; de quibus injuriis fruſtra apud Regem querebantur Maximiniani, hoc unum efficientes, quòd Giſelberti vindictam magìs accenderent. Hinc defecti animis, conſilia ſolvendi penitùs Collegii agitare cœperunt; perfeciſſentque cogitata, niſì mens ſanior de cœlo auxilium, quod terra negabat, quærere ſuaſiſſet. Sigehardus *Lib. de miraculis S. Maxim.*

(d) *Anno vero V. Domini Henrici ſereniſſimi Regis ſuper regnum quondam Lotharii.*] Annos regiminis Henrici I. in Lotharingia diverſi à diverſo tempore numerant; neque id mirum, cùm, uti ex coævorum teſtimoniis luculenter probat Auctor Chronici Gottwicenſis *Tom. prodrom. pag.* 155. non uno eodemque anno, ſed variis temporum viciſſitudinibus Lotharingia Henrico ſubdita fuerit. Trevirenſibus certè anno 923. eum imperare cœpiſſe docemur à Frodoardo *ad dict. ann.* & tamen in diplomatibus noſtris ejus regiminis anni à pace Bonnenſi, anno 924. pactâ, continuò numerantur. Cæterùm add. diploma Caroli Simplicis de 9. Julii 919.

CLI.

ROTGERUS

ARCHIEPISCOPUS TREVIRENSIS

929. dat cuidam Alberto villam Senebredde in pago Heilizacenſi in Comitatu Nortivege pro villa Beuera in Comitatu Bedenſi.

IN nomine Dei eterni & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Ruthgerus ſancte Treverice ſedis archiepiſcopus. Omnibus notum eſſe volumus, quod quidam vir vocabulo Albertus ad nos veniens popoſcit, ut quasdam res de proprietate ſancti Petri in pago * Heilizacen. jacentes de rebus ſive proprietatibus per comutationem acquirere poſſet. Nos ergo miſſos noſtros, Waltercherum vaſallum noſtrum, & cum illo Qualterum, Rodingum, & Albuinum ſamulos noſtros, illuc dereximus, qui perſpectis & inquiſitis omnibus renunciaverunt nobis, nihil aliud ibi eſſe, niſi manſum indominicatum & alios manſos IX. abſolutos, abſque ullo homine. De pratis autem ad carratas V. Conſiderantes itaque & intelligentes, res longe poſitas eccleſie noſtræ minus utiles, ſecundum ſtatuta * Agiecenſis concilii, per conſilium noſtrorum fidelium, clericorum atque laicorum, ſupradicti viri petitioni aſſenſum prebere decrevimus. Dedit itaque Albertus ſupradictus de rebus ſuæ proprietatis, legitima tradicione, abſque cujusslibet condictione, ad altare S. Petri in domo, cum omni integritate, quidquid viſus eſt habere in comitatu Bedenſi, & villa vocabulo * Beuera, rurales videlicet cum edificiorum ſtructuris, pomeria, vineas, terras arabiles, & partem ſilve atque molendinum unum. In eorum ergo recompenſatione dedimus de altari & proprietate S. Petri, per manum Walteri advocati noſtri, atque tradidimus cum omni integritate, quidquid in ſupra nominato pago Heilizacenſi in Comitatu Nortgowa & villa nomine Senebredde domnus S. Petrus habuiſſe dignoſcitur in manſis, cum capellula una, & predicto, & univerſis adjacenciis, ad eosdem manſos pertinentibus; ſub ea nimirum condicionis ratione, ut unaqueque pars, que accepit, teneat, & abſque ulla repeticione quieta ſecuritate, & perpetua ſtabilitate poſſideat, cum ſtipulatione ſubnixa. Signum Rotgeri preſtantiſſimi archiepiſcopi. Lambertus notarius ſcripſit & ſubſcripſit. Actum Treviris anno Dominicæ incarnationis DCCCCXXVIIII. anno vero domini Henrici ſereniſſimi regis VI. ſuper regnum quondam Lotharii indictione II. (a) (a)

* hodie Elizatenſi; *Elſas.*

* Agathenſis

* paulo infra urbem Treviren. *Biver* hodie.

NOTA.

(a) Conf. Brovver. *Annal. Trev. Tom. II. Lib. IX. n. 76. pag.* 450. qui hanc cartam viderat.

CLII.

929. Contractus Precariæ inter Monachos S. Maximini & Megingaudum.

IN nomine ſancte, & individue Trinitatis. Notum eſſe cupio induſtrie tam preſentium, quam futurorum, qualiter ego Megingaudus, cum interventu & auxilio amicorum meorum, quoddam predium ſancti Maximini confeſſoris Chriſti, * Gauzbehtinge vocatum, in precarium jus mihi a fratribus eidem confeſſori Chriſti deſervientibus impetrare ſtudui, quod nihilominus larga ſanctitatis eorum annuente benevolentia, ſicuti deſideraveram, obtinui; accepi itaque ab eis in loco prenomina-

* Bettingen.

CLII.

(a) (b) nato (a) manſum dominicatum, cum omnibus exitibus ſuis, & alios (b) manſos ingenuiles VI. cum Emardo ſervo, & aliis mancipiis ad eundem locum aſpicientibus, & cum omnibus appenditiis ejusdem loci, tam in vineis, quam in pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, molendinis, terris cultis & incultis; ea ſcilicet ratione, ut eadem poſſeſſio mihi, quamdiu vivam, uxori quoque mee Bilidrude, & filio meo Godefrido, usque ad obitum vite eorum, precaria lege deſerviat, & tunc iterum monaſterii utilitatibus absque ullius contradictione redeat. Ego vero econtra de mei juris proprietate tradidi ſancto Maximino in villa * Agullia III. manſos cum vineis, & omnibus exitibus ſuis, & Dingulfum ſervum, & aliis mancipiis in eisdem manſis habitantibus, & in alio loco, in villa Dundeba * manſum unum cum vinea optima, & Rudingum ſervum, cum filio ejus Herichone, ea ſiquidem ratione, ut usque ad terminum vite mee, vel uxoris mee Bilidrude, vel filii mei Godefridi, noſtris uſibus permaneant, poſteà vero ſancti Maximini proprietatibus cedant. Si quis vero, quod futurum non credo, vel ex heredibus meis, vel ex alia aliqua parte, hanc precariam violare temptaverit, imprimis iram omnipotentis Dei incurrat; & ad theſaurarium regis V. libras auri coactus exſolvat. Acta hec eſt precaria traditio Treveris, anno Incarnationis Dominice DCCCCXXVIIII. indictione II. regnante ſereniſſimo Heinrico rege, conſentiente & jubente duce Giſelberto; per manum Wolmari advocati; adſtantibus, & annuentibus monachis Bodone præpoſito, Motario cantore, Wolſtaico decano, Wamberto theſaurario, Rotberto, Boniſacio, (c) Wikero, Engilrico. coram teſtibus ſubnotatis: Bernacro, Adone, Razone, Bedone, Reginero, Humberto, Rumberto, Alechramno, Irimberto; item Irimberto, Balduino, Rodhero, Albricho. Ego Ogo humilis levita ſubſcripſi. (c)

* fortè Agel.

* Domſen, vel Demſjen, non longè à Coemiterio-Machern.

ROTH.

N O T Æ.

(a) *Manſum dominicatum.*] *Dominicus, dominicatus, indominicatus* manſus dicebatur proprius & peculiaris domini manſus, quem dominus ipſe excolebat, cujusque fructus percipiebat ipſe. Du Freſne *in Gloſſar. h. voce.*

(b) *Manſos ingenuiles.*] Dicebantur ii, qui ab ingenuis, hoc eſt, liberæ conditionis hominibus colebantur, vel qui ſervilibus obnoxii non erant. Du Freſne *l. cit. Tom. II. pag.* 446. His opponebantur manſi *ſerviles*, quos ſervi & coloni excolebant ſub cenſu, qui domino præſtabatur, & aliis conditionibus, quæ in ſervili graviores erant, quàm in ingenuili. Hæc modernorum interpretatio; ſed juvat intelligere illam coævorum. Dat hanc antiquus ſcriptor Prumienſis Cæſarius, gloſſator libri cenſuum Prumienſium, quem edimus infrà ad an. 1222. Hic poſtquam manſorum alios *ſerviles*, alios *lediles*, alios *ingenuales*, alios demum *Abſos* nuncupavit, eorum vocabulorum explanationem in hunc modum ſubdit: *Manſi* ſerviles *ſunt, qui continue tenentur nobis ſervire, id eſt, omni ebdomada per totum annum tribus diebus. Manſi* lediles *ſunt, qui nobis multa jura ſolvunt, ſed tamen ita continue non ſerviunt, ſicut manſi ſerviles. Manſi* ingenuales *ſunt, qui jacent in Ardenna, id eſt Oſtline, in qua terra jacet Hunlar & Vilantia. Quilibet iſtorum manſorum habet CLX. jurnales terræ, quos appellamus vulgariter* * *Kunigkgeshuue. Manſi* Abſi *ſunt, qui non habent cultores, ſed dominus eos habet in ſua poteſtate, qui vulgariter appellantur* * *Wroynde.* Quintum deinde genus addit, manſos ſcilicet indominicatos, de quibus nos ſupra, ipſe verò ait eſſe *agros Curia*, vulgariter appellatos, *Selgunt*, ſive Selgavv; id eſt ager Salicus, ſive *Atten*; Germani jam Achten vocant.

* Curtes regiæ Königshoff.

* Frönden.

(c) *Wickero.*] Hic poſt Ogonem & Willerum factus Abbas, multis rebus clarus.

ROTHBERTUS ARCHIEPISCOPUS.

CLIII.

ADA dat ROTHBERTO Archiepiſcopo Bruch cum manſis pro Eccleſia in Theoderica villa ad vitam.

936.

(a) IN nomine ſanctæ Trinitatis & unice Deitatis, (a) Rothbertus Treverice ſedis archiepiſcopus. Notum ſit omnibus hujus eccleſie fidelibus, preſentibus atque futuris, quod Ada filia Folradi, neptis Rothgeri venerabilis archiepiſcopi, nos adiens popoſcit, ut quandam eccleſiam, in villa * Theoderica vocata in pago Rizogohenſi in comitatu Ardenenſi ſitam, in duobus manſis ſervilibus inter vineam, & aliis terris & vineam unam & mancipiis quatuor, & quidquid ad eandem eccleſiam pertinere videtur, jure precario illi & duobus filiis ſuis concederemus. Nos igitur cum conſultu noſtrorum fidelium, clericorum ſimul & laicorum, illius petitioni aſſenſum prebere ſtatuimus. Dedit itaque prefata Ada de ſua proprietate legali tradicione ad altare S. Petri, in recompenſacione hujus eccleſie, in villa Bruch vocata in pago Rizogohenſi & in comitatu Ardenenſi manſum indominicatum cum terris indominicatis, ubi poſſunt ſeminari centum quadraginta octo maldra annone, & duobus pratis indominicatis ad triginta carri feni, & alios manſos ſerviles quatuor & dimidium, & quidquid ad eundem manſum indominicatum pertinere videtur in pratis, campis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, cultis & incultis, viis & inviis, & mancipia utriusque ſexus viginti ſex. Eo nimirum tenore, ut ipſa & filii ejus, Rothgerus videlicet & Folradus, cunctis diebus vite illorum cum omni ſecuritate datum & acceptum habeant, & ſine ullius repeticionis inquietudine teneant, atque poſſideant; & quisquis hanc precariam infringere voluerit, decem pondera auri perſolvere cogatur, & quod repetit evindicare non poſſit. Poſt illorum vero diſceſſum ad partem & dominacionem domni S. Petri utrumque, datum ſcilicet & acceptum, redeat, & in ejus deinceps maneat poteſtate. Ut autem hec precaria ſecundum ſubſcriptam condicionem firma & ſtabiliter tranquilla quietudine conſiſtat, manu propria ſubtus eam firmavimus, manibusque noſtrorum fidelium juſſimus roborari. Signum domni Rothberti preſtantiſſimi archiepiſcopi. Actum Treviris anno dominice Incarnationis DCCCCXXXVI. Indictione XI. (b) anno vero ſecundo regnante domno Ottone glorioſiſſimo rege ſuper regnum quondam Lotharii. Berengarius notarius ſcripſit & ſubſcripſit. (b)

* Theodonis. villa, Didenhoven.

CLIV. De

NOTÆ.

(a) *Rothbertus Treverice ſedis Archiepiſcopus.*] Quam. Ruotgero an. 930. 27 Jan. defuncto, conſcendit. Fuit patruus Anſfridi Comitis Hoyenſis & Lovanienſis ſeu Brabantini; qui à Rothberto *in lege tum Divina tum humana inſtructus* fuiſſe dicitur in Chron. Saxon. Vid. Mabillon. *Annal. Benedict. Tom. IV. Lib. L. n. 45.*

(b) *Anno ſecundo regnante D. Ottone R.*] Anno quidem 936. prius ſolemniter electus fuit Otto in Regem; ſed, ut teſtatur Witikindus *Lib. II. Annal. p. 642.*, *jam olim à patre in Regem deſignatus.* Ab hac igitur deſignatione fortè hic dicitur annus Ottonis ſecundus.

CLIV.

Circa 938.

De bonis in Erlont & aliis, in Waprenſi Comitatu, Trevirenſi Eccleſiæ acquiſitis.

IN nomine ſancte Trinitatis & unice Deitatis, Rothbertus Treverice ſedis archiepiſcopus. Notum ſit omnibus hujus eccleſie fidelibus, preſentibus atque futuris, quod Bertha, feminarum nobiliſſima, nos adiens popoſcit, ut quendam manſum indominicatum in villa, que vocatur Perdaitten, in pago & comitatu Waprenſi ſitum, cum tribus manſis ſervilibus, & dominium cum mancipiis XXXII. & aliis terris arabilibus, ubi poſſunt ſeminari CLXX. modii annone, & pratis indominicatis ad XVI. carr. feni, & quidquid ad eundem manſum pertinere videtur, jure precario illi & filio ejus Herlero videlicet, & nepoti ejus Seyberto concederemus. Nos igitur cum conſultu noſtrorum fidelium, clericorum ſcilicet & laicorum, illius petitioni aſſenſum prebere ſtatuimus. Dedit itaque prefata Bertha de ſua proprietate legali traditione ad altare domni S. Petri in recompenſationem hujus manſi in villa Erlont vocata in pago Waprenſi manſum indominicatum cum tribus indominicatis ubi poſſunt ſeminari CL. modii annone, & pratis indominicatis ad octo carr. feni, & alios manſos ſerviles duos, ex quibus exeunt in anno ſl. X. & quidquid ad eundem manſum pertinere dinoſcitur, in pratis, campis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, terris, cultis & incultis, & mancipia utriusque ſexus XVIII. cum uno molendino. Eo nimirum tenore, ut ipſa predicta Bertha & filius ejus Herlerus, nec non & nepos illius Seybertus cunctis diebus vite illorum cum omni ſecuritate datum & acceptum habeant, & ſine ullius repetitionis inquietudine teneant atque poſſideant. Et quisquis hanc precariam infringere voluerit, X. pondera auri perſolvere cogatur, & quod repetit, eum ditare non valeat. Poſt illorum vero deceſſum ad partem domni S. Petri utrumque, datum ſcilicet & acceptum, redeat, & in ejus deinceps maneat poteſtate. Ut autem hec precaria ſecundum ſupraſcriptam conditionem firma & ſtabilis tranquilla quietudine conſiſtat, manu propria ſubtus eam firmavimus, manibusque noſtrorum fidelium roborari, * quod & dedimus ei per manus advocati Rotheri. Signum Rothberti preſtantiſſimi archiepiſcopi. Lambertus cancellarius ſcripſit & ſubſcripſit.

* omiſſum *fecimus*.

CLV.

IMMUNITAS & PROTECTIO MONACHIS S. MAXIMINI AB OTTONE MAGNO IMP. CONCESSA.

940. 3. Junij.

Zylleſius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 15.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Noverint omnes noſtrum fideles, tam præſentes, quam etiam & futuri: qualiter Hugo venerabilis abbas, & reliqui fratres ex cœnobio ſanctiſſimi Maximini, digna & venerabili religione inſigniti, noſtram adierunt clementiam, germani noſtri, videlicet Heinrici, fulti interventionis præſidio, nec non Chonradi noſtri comitis, quatenus noſtræ clementiæ decretum juxta prædeceſſorum regum morem, in prædicto cœnobio conſentiremus illis quietem, ſecundum quod illorum religio & vita prætendebat, quæ diu ab anterioribus poſthabita, ſed auctore Deo tempore noſtri genitoris, ſcilicet Heinrici ſereniſſimi regis, relevata. Ipſius amore, & memoria ſuccenſi, quo finetenus ſervetur, juxta deliberationis voluntatem, fideliumque noſtrorum conſilium, & petitionem dedimus

CLV.

mus aſſenſum. Hoc eſt, ut ipſi fratres, prædicto degentes loco, tanta religione dedito, a nulla unquam vim dominationis patiantur perſona, ſed neque ullius premantur ordinationis poteſtate, vel famulatus, abſque voluntate electi abbatis, qui a reliqua promoveatur ejusdem cœnobii congregatione, ſecundum ſancti Benedicti regulam, quando Dominus, ut voluerit, prædeceſſorum diſcreverit tempora, utque in noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum regum maneant mundiburdio, quatenus illorum quietudo noſtro defendatur imperiali ſceptro. Res quoque prædiorum loci diſpoſiti, quæ ubinam noſtro verſantur in regno, ſimili potiantur libertatis poteſtate; hoc eſt in territorio Trevirenſi, & loco dicto Ambilaco, & Tabena, & quidquid ibi aſpicit, & quidquid in pago Bleſenſi viſus eſt ſanctus Maximinus habere, & in pago Salnenſe, & quidquid intra civitatem Mettis, & in ſuburbio illius; Beſſich, Everlinga, Meriſe, Gozzeltinga * Hehehichesdorff, * Vimares-Kiricha, & Marhetraht, & quidquid in pago Betenſe: Vallis, Camnis, Decima, Budinga, Luavia, Guntireshuſon, Rivenahha; & quidquid ultra Rhenum ipſe beatiſſimus viſus eſt habere: cellam etiam, quæ Appola dicitur, & quidquid ad ipſam aſpicit. Annectimus etiam confirmationis cauſa & eccleſiam, quæ eſt in (a) villa Tedonis noſtri palatii cum duobus manſis, quam noſter genitor ob recordationem ſuæ memoriæ præfato contulerat loco, utque (b) noſtræ recordatio memoriæ in reliquum, & per omne tempus inibi habeatur, & ſucceſſores noſtros precando monemus, ut quæ ſtatuimus ob honorem Dei, & beati Maximini confirment. Et hoc teſtamentum ſcriptionis fieri juſſimus, noſtrique impreſſione annuli roboratum tradidimus.

* Gozeldingen ad Altfontem infra Luciburgum.
* Heisdorff ibidem.

Signum domini Ottonis invictiſſimi regis.

Poppo Cancellarius ad vicem Ruodberti archicancellarii, ſubnotavi. Data III. nonas Jun. anno Incarnationis Domini DCCCCXL. indictione XIII. anno autem regni Ottonis piiſſimi regis IIII. Actum Moguntiæ in Dei nomine amen.

CLVI. OT-

N O T Æ.

(a) *Villa Tedonis noſtri palatii.*] Palatium hoc pluribus recenſitum videri poteſt apud Mabillonium *Lib. IV. de Re diplom.* Eccleſiam autem ipſam S. Maximini Abbatia hodieque poſſidet.

(b) *Noſtra recordatio memoria.*] Fideles fuiſſe in poſitæ conditionis adimplemento monachos S. Maximini, apparet ex pervetuſto Abbatiæ diptycho, quod in Annales ſuos MS. retulit Alex. Wilthemius *ad ann.* 940. ex quo dignoſci poſſunt Otto M., Otto filius ejus Auguſtus, Bruno, Magni frater, Colonienſis; Willehelmus ejusdem Ottonis M. filius Moguntiacenſis Archiepiſcopi; Everacrus Eburonum Epiſcopus; aliaque ex omni pene ordine columina, quorum in rem S. Maximini merita dies uondum aperuit. Merentur autem integra hîc legi verba diptychi: *Otto. Adelheit. Arnolt. Otto. Mahtild. Walburg. Fritharun. Amalric. Ricuvin. Ricguno. Baltharmu. Everard. Berenger. Heinric. Erp. Heinric. Winatheri. Thedbravan. Walthuſi. Althuſi..... Voda. Blittrud. Luibraht. Meginburg. Riſolf. Ida. Richild. Idishild. Luitbard. Bruno Archiepiſcopus. Wicfrid Epiſcopus. Berhardus Epiſcopus. Willehelmus Epiſcopus. Folcmar. Thiedirihc. Everaccar Epiſcopus. Reginbalt. Werinheri. Baſco. Aluan. Tezilin. Wihman. Folraht. Meginheri. Werin. Virdum. Aluan. Waldorf. Blizo. Ruotbraht. Reginnolt. Ropin. Ergoſ. Chriſtian. Wicman monachus. Engilbraht monachus. Engilram monachus. Reginbolt. Guidger monachus. Adelboldus Epiſcopus. Giſilbertus monachus. Richeri. Orteanbraht. Helmribe. Athalbraht. Richolf. Snitger. Alfrat. Berſuint Abbatiſſa. Wendelburg Abbatiſſa. Heilwig Abbatiſſa. Gerbirg Abbatiſſa.*

CLVI.

943. 18. *Jan.*

OTTO M. IMP.

Maximinianis iterum cavet jus eligendi Abbatis.

Zyllesius *Defenſ. S. Maxim. P. III. p.* 6.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quàm futurorum induſtria, quod nos pro amore Dei, & precatu venerabilis archiepiſcopi noſtri Friderici, monachis in loco, qui Treviris dicitur ad monaſterium S. Maximini, Deo famulantibus, noſtræ libertatis munere (*a*) poteſtatem eligendi concedimus inter ſe abbatem, cum hoc fieri neceſſitas poſtulaverit, quemcunque voluerint. Si autem, quod non optamus, inter illos huic regimini aptus inveniri non potuerit, ubicunque regulari vitæ illorum digniſſimus, & gratus eis inventus fuerit, electioni illorum aſſenſus præbeatur in ipſo. Et ut hæc noſtræ conceſſionis auctoritas firmior permaneat, nullus eis in antea, niſi regularis, & electus ab illis, in eodem loco conſtituatur abbas, manu propria ſubtus eam firmavimus, & annuli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domini Ottonis ſereniſſimi regis.

Actum in * Wittlara. Data XV. kal. Febru. anno Incarnationis Dominicæ DCCCCXLIII. anno regni domini Ottonis VII. indictione XIII. * * *Wezlaria.* * lege I.

N O T A.

(*a*) *Poteſtatem eligendi concedimus.*] Hæc Regalis conceſſio, à Regibus præcedentibus pluries inutiliter facta, tandem efficax fuit. Poſſideo in MS. *Res geſtas Ogonis*, in quibus ita narratur: „ Exinde (circa annum 934.) Ogo ipſi monaſterio præfectus eſt, non quidem Abbatis, ſed „ Præpoſiti nomine, quod per ea tempora Abbatia à Principibus laicis magno Monaſterii damno & rerum eccleſiaſticarum injuria, indulgentia Auguſtorum occuparetur. Verùm cum Giſelbertus Dux Lotharienſis Regni Abbatis nomine Monaſterium obtinuiſſet, moxque divinitùs caſtigatus ſe arbitrio & poteſtati Ogonis Præpoſiti ſubmiſiſſet, promiſiſſetque, ubi per mortem uxoris liceret, ſe monaſticam in S. Maximino profeſſurum, nolletque porro Abbatiam habere, dignitas monachis reſtituta eſt, & Ogo ab Henrico Aucupe Abbas nominatus eſt, qui „ extemplo aggreſſus inſtaurare monaſticam, profanorum Abbatum & Principum indulgentia proſtratam, pulſis diſcolis, & diſciplina veteri renovata, priſtino ſplendori monaſterium reddere conatus eſt. Inſtauratis animis, ædificiorum reparationi incubuit, & baſilicam nupero turbine convulſam à fundamentis iterum exædificatam magna ſolemnitate anno DCCCCXLIII. dedicavit, & corpora SS. Agritii, Maximini, Nicetii, Baſini, Weomadi in chriptam, quæ ſub altari ſummo viſitur, decenter tranſlata, magnificis tumulis condidit. &c. Breviter continuator Reginonis *ad ann.* 934. *Eccleſia S. Maximini turbine cecidit, ſed clementia Regis monachis reparata. Ogo, ante Præpoſitus, Abbas ejusdem loci eligitur; & monachi non regulariter viventes expelluntur.*

CLVII.

943.

Donatio villæ Hunzilines-Thorp facta Monaſterio S. Maximini per Gozilinum.

NEminem ex conventu lateat fidelium, qualiter quedam villula ſancto Maximino eſt tradita. Fuit igitur (*a*) Gozilinus nomine miles quidam ex nobiliſſimis regni Chlotharii ducens proſapiam, & ſecundum ſeculum, honeſtam, ac ſecundum Deum religioſam agens vitam: cui cum finis vite preſentis appropinquaret, dolore infirmitatis coepit pregravari, & usque ad extrema perduci. Ergo cum ſe jam ſentiret moriturum, neceſ-

N O T Æ.

(*a*) *Gozilinus*] Patruum habuit Fridericum, Cœnobii D. Huberti Abbatem ad S. Maximinum ſepultum, fratrem Adalberonem, Mediomatricorum Epiſcopum, quem acta D. Joannis Gorzienſis Abbatis memorant fuiſſe *regii*, *paterna ac materna ſtirpe*, *longe retro*, *usque ab hominum memo-*

CLVII.

neceſſarium ſue ſaluti iniit conſilium: lapſus ſcilicet culparum poenitere, confiteri, & pro venia emendationem poſterum repromittere. Nec mora, creſcente pietatis gratia partem proprie hereditatis ad ſervitium monachorom, in monaſterio S. Maximini preſulis converſantium, legitima traditione ſtatuit conferre. Deinde hanc voluntatem legitime uxoris * aut proprii filii auribus, ſi ipſe non poſſet, perficiendum commiſit. Poſtquam illi hoc ſe libenter facturos promiſerunt, dolor præfato Gozilino ad vitalia rediit, nec multo poſt noviſſimum ſpiritum emiſit; quem fideles ſui prefatum monaſterium perduxere, & ante limen ſepeliere baſilice; accedentesque altario uxor ejus, nomine Huoda, & filius ejus vocabulo Reginerus, tradunt legitime (*b*) villam, que vulgo Hunzilinesthorp dicta eſt, cum omnibus ibidem in preſenti adquiſitis, & impoſterum acquirendis. Sic autem eam tradiderunt, ut olim fuit tradita Gozilino a quodam viro Wolmaro; ut ſcilicet in uſum ac ſervitium monachorum fixa permaneat in perpetuum, ſine ullius contradictione. Jam vero, ſi aliquis huic veridice obviare nititur kartule, perfacile eſt eum cum ſua pravitate enervare ſubſcriptorum teſtium inditiali certamine: Friderici, Giſalberti, Sigeſidi fratrum ejus; Frouberti, Iremberti, Oſtradi, Bernacri, Joannis, Thietfridi, Nithardi, Beroldi, Amalrici, Hugonis abbatis, Ruotperti M̄., * Meginheri M̄. Engelrici M̄., Eudonis M̄. Hec traditio acta eſt Dominice Incarnationis anno DCCCCXLIII. regni domni Otthonis VII. indictione II. temporibus domni (*c*) Ogonis venerande memorie abbatis. Ego (*d*) Willerus vice cancellarii recognovi.

* pro &

(*b*)

* Monachi.

* à Septembri orta ardictio.

(*c*)

(*d*)

N O T Æ.

memoria, ſanguinis. Paria fermè de altero Goſlini fratre Friderico (qui Barrenſium deinde comitum fuit auctor) prodit Gerbertus, ex Rhemorum & Ravennatum Epiſcopo, Pontifex max. Silveſter appellatus, qui hunc in ejus Epitaphio verſum poſuit:

Quem proavi fudere Duces, à ſanguine Regum.

(*b*) *Villam, quæ vulgo Hunzilinesthorp dicta eſt.*] Hodie *Hinsdorff*, Alſontiæ tertio ſub Luxemburgum lapide oppoſitum.

(*c*) *Ogonis venerande memorie Abbatis.*] Videtur carta poſt obitum demum Ogonis, prominde aliquot annis ſeriùs exarata, quàm facta donatio. Obiit autem Ogo ſeu Hugo, factus deinde Leodienſis Epiſcopus, ſecundùm alios undecima Aprilis anni 947. ſecundùm librum commemorationis defunctorum ad uſum Eccleſiæ Leodienſis verò vigeſima quarta Jan. 948., ad S. Maximinum ſepultus. Vid. Bouille *Hiſt. de Liege Tom. I. pag.* 59.

(*d*) *Willerus vice Cancellarii recognovi.*] Cùm hæ tabulæ conſcriberentur, Willerus jam Abbas erat; ſucceſſit enim Ogoni immediatè. Totus cartæ tenor prodit, eandem à monachis privative factam eſſe, non intervenientibus aut rogantibus donatoris hæredibus; quod ipſum etiam firmat hæc inſtrumenti clauſula: *Si aliquis huic veridice obviare nititur Kartule, perfacile eſt, eum cum ſua pravitate enervare ſubſcriptorum teſtium inditiali certamine.* Similes cartas *privatas* jure appellat Hertius *de jactit. vulgo Ord. Ciſterc. libert. Sect. II.* §. 27.

CLVIII.

945. Albus Monachorum S. Maximini ſub Ogone Abbate, ex veteri membrana.

ISti ſeptuaginta monachi fuerunt hic ſub abbate Ogone, qui monaſterium reparavit: (*a*) Ogo abbas. Rutbertus. Wikerus. Bodo. Engilricus. Adolfus. Meginherus. Rabanus. Bebo. Willerus. Hoveman. Albericus. Meginherus. Hartwinus. Reginboldus. Thietgaudus. Adelhardus. Eudo. Lurillus. Arnoldus. Ruthardus. Johannes. Dominicus. Eudo. Witfridus. Lutgaudus. Tolmarus. Johannes. Hildibertus. Dagamundus. Reginhardus. Hildibertus. * Hekembertus. Gisleboldus. Erpmun-

(*a*)

* alius codex *Helbertus.*

N O T Æ.

(*a*) *Ogo Abbas*] Manuſcripta vita Ogonis, quam ſuprà laudavi, ſic porro habet: „ Idem „ Otto (M. Imp.) tandem Ogonem, cùm duodecim „ annis laudabiliter monaſterio præfuiſſet, ad Leo„ dienſem cathedram extulit. Præfuit Eccleſiæ Leo„ dienſi annis duobus, & menſibus circiter ſex, „ quan-

CLVIII.

Erpmundus. Effrem. Ruotbertus. Arbertus. Arbertus. (*b*) Gundelach. Udo. Ruotbertus. Hildimannus. Ruotbertus. Hadawardus. Ruotgerus. (*c*) Guntherus. Wigbrandus. Thiergaudus. Tangcradus. Ratfridus. Irimbertus. Snelgerus. Randoldus. Aldradus. Folcoldus. Walamannus. Amalbertus. * Oſtherus. Warnerus. Billuncus. Artolfus. Thiedolfus. (*d*) Richwinus. Zielboldus. Rumbertus. (*e*) Humbertus. Adeluncus. Hildiwinus. Ambroſius. (*f*)

* *alias Ideratbus.*

N O T Æ.

„ quanta populi clerique commendatione breviſſimo illo curſu, diſce ex Anſelmo *Hiſt. Leodien.* C. 43. qui de Ogone XLI. Epiſcopo ſic præfatur, breviculo, ſed locupleti elogio:

Huic (Richario) *ſucceſſit amor plebis, tremor Hugo potentum;*
Clarus avis, clarus ſtudiis, recreator egentum.

Paucis Frodoardus *ad ann.* 945. *Richario Tungrenſium Præſule defuncto, idem Epiſcopium Rex Otho Hugoni Abbati monaſterii S. Maximini nolenti atque refugienti dedit, eumque ordinari fecit Epiſcopum.*

(*b*) *Gundelach.*] Hunc florentem ætate & moribus juvenem, Fulda primum habuit alumnum. Hinc, poſtquam Maximiniani correcta diſciplinæ negligentiâ celebrari ex religionis cultu cœpere, ad eos commigravit. Inde, Agenoldi Gorzienſis Abbatis alliciente famâ, Gorziam profectus, tanta ſe neceſſitudine ei conjunxit, ut aſſiduus pene lateri hæreret comes, donec ad Maximinianos rediit. *Act. Joan. Abb. Gorzien.*

(*c*) *Guntherus.*] Legationem ad Agapitum Pont. Max. cum Aſolfo deinde obiit, ſi tamen genuina eſt bulla Agapiti II. de anno 950.

(*d*) *Richwinus.*] Prodigiosè à divo Maximino ex morbo repentino curatus, Vid. *Mirac. S. Maximin. Lib. II.*

(*e*) *Humbertus.*] Ille eſſe creditur, de quo exſtat titulus arcæ veteris lapideæ, quæ modò ſub ara D. Andreæ clauſa dicitur, his inciſa literis: *Humbertus. Eremita. &. Monachus. hic. eſt. ſepultus. qui. ſub. arta. regula. per. annos. XXX. eximie. vixit. vitamque. LXVI. annis. peractis. hic. permutavit.* Ne mireris Eremitam, addo in libris mortualibus Maximinianis crebram eſſe memoriam *incluſorum*, quos vocabant. Talis Betto fuit, de quo faſti San-Maximiniani: *VII. Id. Octob. Betto incluſus, noſtræ congregationis monachus.*

(*f*) Ex hac Monachorum ſerie ſucceſſivè Abbates electi ſunt; Willerus, Wickerus, Aſolfus, Ogo, Folmarus, Oſtherus.

CLIX.

OTTO M.

945. 17. Decemb.

donat cuidam fideli ſuo Franconi prædia quædam in pago Nahgeove, quæ poſtea monaſterii S. Maximini facta fuerunt.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Otto Dei gratia rex. Notum ſit preſentibus omnibus, nec non & poſt futuris, qualiter nos per interventum dilecti ducis noſtri Cuonradi, (*a*) cuidam fideli noſtro Franco nominato, in foraſto noſtro, Lutara dicto, VI. (*b*) regales manſos inter Baſinbahe, & Richinbahe cum tribus foeminis Volinza, Ymma, Meginza nuncupatis, & illarum filiis unoque ſervo Manno dicto, in pago Nahgeove nominato, in comitatu Cuonradi in proprium donavimus, cum omnibus illuc pertinentibus, agris, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus, & reditibus, queſitis, & inquirendis. Juſſimus quoque hoc preceptum inde conſcribi, per quod volumus, quatenus predictus Franco de ipſa proprietate ſecuram habeat poteſtatem, habendi, donandi, vendendi, commutandi, & quidquid ſibi libuerit, inde

N O T Æ.

(*a*) *Cuidam fideli noſtro Franco nominato.*] Franconem eum interpretor, qui nupero Hunnorum incurſu cum Noripoldo & Humberto anno 926. Cyranam arcem à Maximinianis commutando obtinuit.

(*b*) *Regales manſos.*] Quod Regis proprium erat, regale manſum dicebatur. Du Freſne *h. voce.*

CLIX.

inde faciendi. Et ut hoc noſtre conceſſionis preceptum firmiter permaneat, manu noſtra ſubtus firmavimus, annuloque noſtro inſigniri juſſimus.

Signum domini Ottonis ſereniſſimi regis.

(c) Brun cancellarius ad vicem Friderici archiepiſcopi recognovi. Acta XVI. kal. Jan. anno Incarnationis Domini DCCCCXLV. indictione II. anno domni Ottonis X. actum in Tarneburg. (c)

N O T Æ.

(c) *Brun Cancellarius ad vicem Friderici Archiepiſcopi.*] Sunt ambo Ottonis M. fratres; Bruno Colonienſis, Fridericus Moguntinus Archiepiſcopi.

CLX.

OTTO I.

945. 29. Decemb.

Abbatiam Trajectenſem iterum reddit Eccleſiæ Trevirenſi.

Miræus Opp. dipl. Tom. I. p. 519.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente elementia rex. Si juſtis fidelium noſtrorum precibus præbuerimus remunerationis compenſationem, ubi de eccleſiaſticis ſit rebus, Dominum; ubi autem de negotiis ſit humanis, noſtros fideles eredimus nobis fideliores exinde fore, ac promptiores devotioresque obſequio. Proinde agnoſcat omnium fidelium noſtrorum conventus, qualiter nos proceres noſtri adeuntes, ſcilicet Moguntiacenſis epiſcopus Fridericus, & frater noſter Henricus, ſimulque comes Hermannus, rationabili prece deprecati ſunt, ut eccleſiæ S. Petri Trevirenſi, ac fideli noſtro Routberto, ejusdem ſedis epiſcopo, daremus, quin potius reſtituremus (a) abbatiam S. Servatii, ſitam in Trajecto. Quorum ratis petitionibus acquieſcentes, agnoſeentesque nos ad hoc debitores, ut juſtitiam faceremus, eidem Trevirenſi eccleſiæ reddimus & reſtituimus prædictam abbatiam S. Servatii ex toto & integro, omnesque appendices, cum cæteris omnibus, quæ viſa eſt habere. Innovàntes ergo prædeceſſorum noſtrorum edictionem, regum videlicet Arnolphi, Zuendeboldi, Luduici & Caroli, qui prælibatæ ſedi antedictam contulere Trajectenſem abbatiam, hoc regiæ liberalitatis præcepto ſancimus, quo nemo ſucceſſorum noſtri præſens datum refringendi, ſeu aliquo modo violandi, habeat poteſtatem. Et ut hæc traditionis noſtræ autoritas pleniſſima vigeat firmitate, manu noſtra ſubterfirmavimus, & annuli noſtri impreſſione corroboravimus. Signum domini Ottonis ſereniſſimi regis. Bruno cancellarius ad vicem Friderici archicapellani recognovi. Data quarto kalend. Januarii, anno Incarnationis Dominicæ DCCCCXLV. indict. IV. (b) anno domini Ottonis X. Actum in Thalahem. (b)

CLXI. OT-

N O T Æ.

(a) *Abbatiam S. Servatii.*] Collegiata Canonicorum S. Servatii Trajecti ad Moſam, toties Trevirenſi Ec leſiæ ablata, toties eidem reſtituta, ſemper *Abbatia* nuncupatur; more & ſtylo ejus ævi, apud Leodienſes aliosque uſitato. Quippe Canonicis olim in communi viventibus præerant Abbates, ſed ſæculares, Vid. Molanus *de Canonicis Lib. II. C. 9.*

(b) *Anno Domini Ottonis X.*] Henricus I. Imp., Ditmaro *Annal. Lib. I. pag.* 328. teſte, deceſſit anno 936. ſexto Non. Julij. Poſt id tempus, atque ita à medio anno, computantur anni regiminis Ottoniani; attamen menſes ſuperſtites anni 936. in Ottonianis diplomatibus pro integro anno perſæpe recenſentur, uti & in hoc noſtro. Add. Chron. Gottvvicenſe *Tom. Prodrom. pag.* 188.

CLXI.

OTTO I. IMP.

947. 27. Jan. eximit Rotbertum & Eccleſiam Trevirenſem à placitis, teloneis & omnibus talliis, eique Comitatum tribuit.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Otto divina auxiliante clementia rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum, tam preſentium, quam futurorum ſolertia, quod Trevericus archiepiſcopus Rotbertus veniens deputatus eſt, ut cauſa tuitionis ſue eccleſie, noſtre majeſtatis preceptum daremus, quin potius innovaremus; quod ut faciſius ac juſtius impetrare poſſet, preceſſoris noſtri regis ac imperatoris auguſti Ludovici preceptum coram detulit, ut juxta inſcriptionem illius, idipſum imitando, noſtro precepto firmaremus; ſiquidem illo perlecto coram omnibus, dum reſideremus in palatio Francofurth juſtitie cauſa, judicatumque eſſet a circumſedentibus juridicis, hoc ratum ac inſolubile permanere, conveniunt poſtea ad nos una cum prelibato archiepiſcopo, qui affuerunt epiſcopi & proceres palatini, poſtulantes, eadem regia noſtra authoritate roborari, dicentes nos non minoris genere ineſſe apud Deum illo, qui primo dedit, & ſua authoritate firmavit. Quorum petitionibus aſſenſum prebuimus, & noſtre authoritatis ſimul & tuitionis preceptum pro Dei amore & anime remedio fieri decrevimus, per quod precipimus, & omnino interdicimus, ut ab hinc nullus judex publicus, vel quilibet alius ex judiciaria poteſtate comes, ingredi habeat poteſtatem cauſa legalis juſtitie, vel cauſa adnnandi placiti, in villis & in locis ejuſdem eccleſie Trevirenſis, ſitis infra ditionem regni & imperii noſtri; neque familia eccleſie ipſius ad cauſas eorum audiendas veniat, aut conjectos aliquos aut tributa vel freda exſolvat, vel ſolvere cogatur, aut ad aliquod caſtelli opus ab executionibus vectigalium impellatur, ne per has illicitas occaſiones, ſicut aliquando actum eſt, conſtringatur, ſed ſufficiat comitem ac advocatum S. Treviren. eccleſie, aut in privatis aut publicis negotiis juſtitiam de familia reddat, vel exigat infra comitatum, in mallidicis locis, ſed ſola hec poteſtas ſuper eandem familiam ejuſdem eccleſie archiepiſcopo ſit collata, & cui indulſerit. Similiter quoque teloneum ejuſdem familie dimittimua juxta Rhenum & Moſellam fluvios, tam cis, quam citra, & omnibus locis regni noſtri, ubicunque telonea exiguntur, quocunque vehiculo pergant; ſicuti & dimiſſum in preceptis regalibus a predeceſſoribus noſtris invenimus; ita, ut ſupra ſoluti, teloneum a nemine cogantur ſolvere, nec in caſtellis, nec in villis: nam, quia antiquitate ac vetuſtate precedit alias noſtri regni eccleſias, gratuletur ſe ſpecialiter accepiſſe privilegium. Siquidem liceat memorato preſuli, ſuiſque ſucceſſoribus, remota hujuſmodi inquietudine, res ſubjectas, cum hominibus ſe aſpicientibus vel pertinentibus, quieto ordine diſponere, & noſtro imperio fideliter parere. Et ut hec noſtre conceſſionis authoritas firma & ſtabilis permaneat, manu noſtra firmavimus, annuloque noſtro ſignari juſſimus. Signum domini Ottonis invictiſſimi regis. Brun cancellarius ad vicem Rotberti archicapellani recognovi. Data VI. kalend. Februarii, anno Dominice Incarnationis 947. indict. V. regnante pio rege Ottone anno XI. Actum Franckenfurt in Domino amen. (a) (a)

CLXII. OT-

N O T A.

(a) Conf. ſuprà diploma Ludovici pii de 27. Aug. an. 816. nec non Ludovici III. Regis Germ. de anno 902. In hoc poſteriori autem Ludoviciano, ſicut & in præſenti privilegio, quod eſt ad illud relativum, non de pecuniariis ſolùm exemptionibus, ſed de ipſo comitatu & annexis ei juribus, in Eccleſiam & Præſulem Trevirenſem tranſlatis, agitur. Vid. Eckhard ſuprà relatus in notis ad cit. diploma de anno 902. qui in indice *Tomi II. verb. Treviri.* diſtinctè ſcribit *Trevirenſi Eccleſia Comitatus urbis redditur.* Ceterùm, quod hæc ſæpiùs innovare opus fuerit, Comitum, regiorum Miſſorum, aliorumque regni Procerum injuriæ & violentiæ effecerunt. Vid. etiam infra Preceptum Ottonis II. de anno 974.

CLXII.

OTTO M. IMP.

948. 1. Junij.

Ingramno Abbati Prumienſi confirmat Sueſtrenſem Abbatiam.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 289.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina auxiliante clementia rex. Si utilitates ſanctæ Dei eccleſiæ, commoda, & juſta procuramus, ea nobis in æterna beatitudine retribuenda confidimus. Qua de re omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus notum eſſe cupimus, quia quidam fidelium noſtrorum nomine (a) Ingramnus, abbas monaſterii, quod vocatur Prumia, obtulit noſtris obtutibus quædam præcepta, ſcilicet Arnolfi quondam ſereniſſimi regis & Zuentiboldi ipſius filii, nec non præceptum regis Caroli, in quibus continebatur, qualiter abbatia quæ vocatur Sueſtera ad monaſterium, quod vocatur Prumia, regali auctoritate tradiderunt, & præceptis regalibus firmaverunt. Quapropter pro Dei amore noſtræque animæ abſolutione, cupientes eandem abbatiam confirmare, habito generali placito apud Niumagam in conventu totius populi, tam epiſcoporum, quam comitum & procerum, ac judicum diverſarum poteſtatum, omniumque conventu nobilium, cunctorum fidelium noſtrorum, quorum nomina hæc ſunt (b) Rotbertus archiepiſcopus, Wicfridus archiepiſcopus, Baldricus epiſcopus, Adelbertus epiſcopus, Dudo epiſcopus, Faraberttus epiſcopus, Cuonradus dux, Herimannus dux, Hezzo comes, Godefridus comes, Ruodolphus comes, Reginherus comes, & ceterorum; generali judicio decretum eſt, determinatum eſt, præfatam abbatiam majus juſte & legaliter juri monaſterii Prumienſis competere, quam ulli alii hominum. Quorum judicio nos gratantiſſime aſſenſum præbentes, hoc noſtræ auctoritatis notitiam fieri juſſimus, per quam omnibus, tam præſentibus, quam futuris, ſanctæ Dei eccleſiæ fidelibus & noſtris notum eſſe cupimus, nos eamdem abbatiam pro a[illegible]re Dei ſanctorumque omnium pro eleemoſyna noſtri, omniumque prædeceſſorum noſtrorum, nec non & eorum, quorum traditione priori collata ſunt, præfato Prumiæ monaſterio per hæc noſtræ auctoritatis notitiam tradimus atque transfundimus; ea videlicet ratione, ut deinceps omni tempore prælibatam abbatiam ſecure, cum omnibus ad ſe pertinentibus, rectores ſæpefati monaſterii habeant, teneant atque poſſideant, & quidquid ad utilitatem jam dicti loci, fratrumque inibi habitantium, facere diſpoſuerint, liberam in omnibus habeant facultatem, nemine inquietante; & nulli unquam homini abbas Ingramnus, qui hodie eſt, tradere in beneficium habeat poteſtatem, nec ullus de ſucceſſoribus ejus, nec epiſcopo nec comiti, nec alicui, ut prædiximus, homini; niſi tantum aliquem delectet deſervire erga ſanctum locum, hoc tantum permittimus, & fieri concedimus. Et ut hæc noſtræ auctoritatis notitia inviolabilem, & inconcuſſam ab omnibus obtineat firmitatem, & ut ab omnibus verius credatur, diligentiusque conſervetur, de anulo palatii noſtri eam ſubter juſſimus ſigillari. Signum domni Ottonis invictiſſimi regis. Brun cancellarius ad vicem Ruodberti archicapellani recognovit. Data calend. Junii, anno Domini DCCCCXLVIII. indict. VII. regnante pio rege Ottone anno XIIII. Actum Nimaga in Domino feliciter amen.

CLXIII. OT-

NOTÆ.

(a) *Ingramnus Abbas Monaſterii Prumiæ.*] Vidimus ad diploma Caroli Simplicis an. 916. Richarium Abbatem, qui Prumienſium in ſerie erat *octavus*. Huic teſte Knauff *Defenſ. Prumien. p. 44.* ſucceſſit *nonus* Ruotfridus, qui poſt unum regiminis annum, abdicato Abbatis munere, locum dedit Pharaberto, *decimo* Prumienſium Præſuli, hujus nominis ſecundo, Leodienſium deinde Epiſcopo. Pharabertum excepit Ingramnus, quem Ducis Limburgenſis filium faciunt, & Eccleſiam ſibi creditam præclariſſimè rexiſſe, & ſanctæ converſationis exempla reliquiſſe, memorant.

(b) *Rotbertus Archiepiſcopus, Wicfridus Archiepiſcopus.*] Epiſcoporum hic memoratorum hæ ſedes: Rotberti *Treviris*; Wicfridi *Coloniæ*; Baldrici *Trajecti ad Rhenum*; Adelberti, forte Adelberonis, qui *Metis*; Dudonis *Paterbornæ*; Faraberti *Leodii*; idem, qui mox memoratus.

CLXIII.

950. 27. Febr.

OTTO M. IMP.

firmat bona & poſſeſſiones monaſterii S. MAXIMINI.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 291.

IN nomine ſanctæ & individue Trinitatis. Otto divina largiente clementia rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum preſentium ſcilicet, & futurorum induſtria, quod nos admoniti imprimis Dei amore omnipotentis, deinde quoque interventu fidelium noſtrorum, Brunonis germani noſtri, Henrici etiam eque noſtri germani, ſed & (a) Conradi ducis reddidimus coenobitis ſancti Maximini, totius abbatie ejusdem confeſſoris Chriſti eccleſias, cum decimis, dote, dotalibusque mancipiis ad ipſas pertinentibus, quatenus predicti fratres talibus noſtre pietatis adjuti ſolatiis liberius Deo ſervire, & pro noſtra noſtrorumque incolumitate regi regum valeant ſupplicare. Et ut hoc noſtre largitatis munus per ſuccedentia tempora maneat inconcuſſum, iſtud fieri juſſimus conſcriptum, regio ſtatuentes decreto, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum prefatis monachis inde aliquid abſtrahere preſumat, nec ab his ſubſtrahi permittat, qui beneficia ex eadem predicta teneant abbatia. Quod noſtre auctoritatis preceptum propria manu roboravimus, annulique noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Ottonis ſereniſſimi regis.

Brun cancellarius ad vicem Ruotberti archicapellani cognovi. Data III. kal. Martii, anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCCL. (b) Indictione VII., anno vero Ottonis ſereniſſimi regis XIIII. Actum Nemetenſi civitate, in Dei nomine feliciter. amen.

NOTÆ.

(a) *Conradi Ducis.*] Lotharienſium.

(b) *Indictione VII.*] In hoc æque ac in præcedentibus nonnullis diplomatibus in errorem facilè inducitur, qui animum non advertit ad obſervationem Mabillonii *de Re diplom. Lib. II. Cap.* 24. §. 3. ſcilicet variam fuiſſe hujus ævi diplomatum indictionem; jam Conſtantinopolitanam, quæ à Calendis Septembris; mox Romanam ſeu Cæſaream, quæ ab VIII. Cal. Octobris inchoabatur.

CLXIV.

950. 21. Febr.

AGAPITUS II. PONT. MAX.

confirmat ſententiam OTTONIS M. in materia immunitatis S. Maximini.

Zyllefius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 18.

AGapitus ſervus ſervorum Dei, reverentiſſimo abbati Williario, totius caritatis exhibitionem in Chriſto. Nuntios veſtræ almitatis ad ſacrorum apoſtolorum limina, pariterque noſtram apoſtolicam dignitatem directos, Aſolſum videlicet atque Guntharium cum magna benevolentia ſuſcepimus, ac illorum legationem præſenti omni Romano clero clementer audivimus. Scimus vero ipſis referentibus ſæpe ac multum vos vexatos a Ruotberto, quamvis in hoc minime, in aliis tamen venerabili archiepiſcopo, eo quod vobis commiſſum monaſterium ſibi commiſſæ eccleſiæ vellet ſubdere injuſte, niſi vos tuerentur hinc juſtum judicium ex regia dignitate ſereniſſimi Otthonis prolatum, inde cartæ Caroli Magni, atque aliorum antiquorum regum in medio recitatæ. Ergo omnis ordo Romani cleri, annuente noſtra apoſtolica dignitate, decrevit, ut ſuper monaſterio veſtro, dico autem illo, quod in vicino Trevirenſium murorum in honore S. Johannis evangeliſtæ fundatum, ſanctis ſanctorum confeſſorum Maximini, Agritii, atque Nicetii corporibus dicatum, immobiles permaneant ſententiæ in cartis conſcriptæ, Otthonis regis præceſſorumque ejus, regum Francorum videlicet, ut in præſenti & in poſterum ſub regia tantum poteſta-

te

CLXIV.

te permaneat, neque unquam ulli alteri perſonæ ſubjaceat, excepto abbati, quem ejuſdem monaſterii fratres communi concordia ſecundum regulam elegerint. Si vero prædictus archiepiſcopus, aut aliquis ſucceſſorum ejus, ſeu alius quilibet fratrum, qui ſunt, vel erunt in eodem monaſterio, quietem impie, crudeliterque turbaverit, niſi primo præſenti conſcriptione, ac deinde ab apoſtolica dignitate ammonitus reſipiſcat, non ut paſtor, ſed ſicut mercenarius tractetur. Idcirco ſi in tam pertinaci duritia perſtiterit, ad ultimum noſtra apoſtolica auchoritate excommunicetur, & inſuper bonis regibus, ac ducibus, juſtiſque judicibus reſiſtentibus compos voti ſui nunquam fiat. Scriptum per manum ſcrinarii S. Romanæ eccleſiæ. Data II. kal. Martii. Indictione VIII. bene valete. (a) (a)

N O T A.

(a) Suſpectæ mihi fidei ſemper viſa eſt præſens bulla Pontificia, præſertim ratione *formæ*; ſanè cuivis, in hujus ævi monumentis modicè verſato, facilè apparet, eam illius ſæculi ſtylum, & uſum Romanæ Curiæ parum ſapere. Quod autem ad *materiam* attinet, nullatenus ea ad immunitatem Eccleſiaſticam, ſeu propriè dictam exemptionem pertinere poteſt; conſtat enim ignotâ illi ævo adhuc fuiſſe, exempta à juriſdictione Epiſcoporum monaſteria. Hoc obſervavit, & probavit inter alios Van Eſpen *Jur. Eccl. Univ. P. III. Tit.* 12. *C.* 4. *n.* 21. *ſeq.* Certè in Concilio Confluentiæ in Treviris ſæculo X., præſentibus Carolo Franciæ & Henrico Germaniæ Regibus habito, legitur: *Quatenus Eccleſiæ quorumcunque Monaſteriorum in ſingulis Parochiis ſitæ Epiſcoporum ditioni ſubdantur regimini, eiſque obſequia in exercendis eccleſiaſticæ curæ negotiis juncite exhibeant. Ipſi procul dubio Monachi Epiſcopis ſuis in omnibus obediant.* Unde apparet, Patres hujus Synodi ſuppoſuiſſe, Monachos Epiſcopis ſuis eo tempore indiſtinctè fuiſſe ſubjectos; nullâ exemptos inter & non-exemptos differentiâ.

CLXV.

ROTHBERTUS ARCHIEPISCOPUS

952. 12. Febr. dat Widoni villico bona circa Villen ſupra Liſuram pro cenſu quatuor ſiculatum vini.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis, & unice Deitatis. Rothbertus Treverice ſedis archiepiſcopus. Si petitionibus noſtrorum fidelium libenter aſſenſum prebuerimus, id procul dubio ad ſtatum & continuam epiſcopii noſtri ſoliditatem credimus profuturum. Omnium igitur ſancte Dei eccleſie noſtrorumque fidelium, tam preſentium quam & futurorum, comperiat notitia, quod Sigibodo, venerabilis ejuſdem eccleſie ſignifer, una cum clero & populo noſtram pontificalem deprecatus eſt benevolentiam, ut cuidam villico ejuſdem eccleſie, vocabulo Wydoni cum ſuis paribus aliquid juris noſtri rerum in perpetuum largiremur. Cujus petitioni voluntarie faventes, dedimus prefato Wydoni cum ſuis ſodalibus in pago Moſolenſi in comitatu Bedenſi, in marca & villa, que vocatur Villen, ſitum ſuper fluvium Lyſure, & in locis hiis nominibus nuncupatis: Campella, Rannoga, Valleit, Virvolrin legali traditione per manus advocati noſtri Vodilberti, (a) de adjacentiis ſedis noſtre Altreie, terram indominicatam ad vineas plantandas. (a) Poſtquam autem conſtructe erunt, antedictus Wydo cum ſuis ſodalibus nobis & ſucceſſoribus noſtris omni anno ad feſtivitatem ſancti Martini ex eiſdem vineis (b) quatuor ſiculas vini (b) per-

N O T Æ.

(a) *De adjacentiis ſedis noſtra Altreie.*] *Sedes* etiam locum idoneum ad conſtruendum ædificium ſignificat. Du Freſne *in Gloſſar. h. v.* eâque notione hîc intelligendum reor; ita, ut memorata in inſtrumento loca pertinentiæ ſint villæ Epiſcopalis *Altreie* nuncupatæ. In carta de anno 1065. dicitur *in domo noſtra apud Alteriam.*

(b) *Quatuor ſiculas.*] An ſitulas? Eymer Wein.

CLXV.

perſolvent; ſub ea nimirum ratione, ut ab hac die ipſi & poſteri more hereditario habeant poteſtatem deinceps tenendi, donandi, commutandi, vendendi, & quidquid voluerint faciendi. Si quis vero, quod minime credo, contra hanc traditionem venire conatus fuerit, & eam infringere tentaverit, protinus iram Dei omnipotentis incurrat, & quod repetit, evendicare non valeat. Sitque preſens donatio firma, & ſtabiliter abſque ulla repetitione perſiſtat cum ſtipulatione ſubnixa. Signum domini Rothberti archiepiſcopi, qui hanc cartam facere juſſit, atque firmavit. Actum Treviris in Dei nomine publice in domo S. Petri, ſecundo kalendas Martii anno Incarnationis Dominice DCCCCLII. anno vero glorioſi regis Ottonis XVIII. ſuper regnum quondam Lotharii. Indictione X. Aderoldus cancellarius juſſu domini Rothberti archiepiſcopi ſcripſit & ſubſcripſit.

CLXVI.

SENTENTIA OTTONIS M. IMP.

contra Rothbertum Archiep. Trev. pro immunitate monaſterii S. Maximini.

953. *20. Aug.*

Zyllesius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 17.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ottho divina annuente clementia rex. Notum eſſe volumus omnium noſtrorum præſentium ſcilicet, & futurorum induſtriæ, quod nos pie, & ſalubriter de noſtri ſtatu regni tractando, ſancta loca ab anteceſſoribus noſtris, videlicet regibus, vel aliis fidelibus in honore Dei conſtructa noſtris etiam privilegiis regali more roborare decrevimus; ſed venerabilis Treverica ſedis archiepiſcopus Rotbertus, aliquorum, quos rei veritas latebat, adhortatus inſtinctu, noſtram ſuper loco vel abbatia S. confeſſoris Chriſti Maximini adiit regalitatem, hanc injuſte ſibi, vel eccleſiæ ſuæ ablatam fuiſſe, conqueſtus. Nos tamen lectis in præſentia noſtra ejusdemque archiepiſcopi Ruotberti, vel aliorum fidelium noſtrorum, ſuper eodem loco præcedentium regum privilegiis, & decretis, eum ab antiquiſſimis temporibus ad opus monachorum conſtructum, nulli alii eccleſiæ vel ſedi appendicem, aut ſubjectum, ſed ſemper ſub regiæ tuitionis clypeo, & poteſtate permanſiſſe, certiſſima ratione reperimus. Idcirco interventu, & rogatu germani noſtri archiepiſcopi Brunonis, & Cuonradi ducis, ne vel eadem privilegia, talibus prædicti archiepiſcopi Ruotberti reclamationibus, & querelis infirmarentur, vel abbas, aut monachi ibidem Deo ſervientes tali ulterius infeſtatione comprimerentur, idem cœnobium cum abbatia ſub noſtra perpetualiter, & omnium ſuccedentium regum defenſione, & poteſtate permanſurum volumus, & prænotati epiſcopi, vel ſucceſſorum ſuorum epiſcoporum occaſionis injuſte ſuper eodem loco querelas, præcepti noſtri aucthoritate excludimus. Inſuper venerabilis ejusdem loci abbas Willerus in præſentia prænominati Trevericæ ſedis archiepiſcopi eſt conqueſtus, in Treverica valle multas ab eo ſuisque, ſuis, & ſibi incommoditates ingeri, maximéque in piſcatione, & venna quadam in Ruvera fluvio conſtructa, fideli noſtro duce Cuonrado affirmante, quærimoniam abbatis, juſtam eſſe. Igitur præſenti archiepiſcopo Ruotberto interdicimus, deincepsque volumus, atque aucthoritate regali jubemus, ne vel ipſe archiepiſcopus Ruotbertus, vel ſucceſſores ejus epiſcopi aliquid incommoditatis, vel in piſcatione ejusdem fluvii, vel in venna in eo conſtructa, vel in aliquo negotio, prædicto abbati cœnobitisque poſt futuris ingerant. Et ut præſens regalitatis noſtræ præceptum in poſt futura ſæcula fixum, & ſtabile permaneat, manu propria ſubtus firmavimus, & annuli noſtri impreſſione muniri juſſimus.

Signum domini Otthonis invictiſſimi regis.

Luidolfus cancellarius ad vicem Bru-

CLXVI.

Brunonis archicapellani recognovi. Data XIII. kal. Septemb. anno Incarnationis Domini DCCCCLIII. indictione VII. anno vero regni domini Otthonis regis XVIII. Actum Moguntiæ in Dei nomine feliciter. amen. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Agapiti II. Pontificis bullam, de exemptione Abbatiæ S. Maximini conceſſam, ſuppoſititiam videri, jam ſuprà dictum eſt, ejuſdem autem conditionis eſſe hoc Ottonianum diploma, etiam exinde apparet, quòd præfata bulla, quæ anno 950. data prætenditur, ſe referat ad præſens Imperiale diploma, triennio poſterius. Quæ etiam cauſa fuit, cur Zylleſius *in P. III. Defenſ. Maximin.* ubi de cætero ordinem chronologicum ſervat, Ottonianum diploma poſterius, anteriori bullæ Pontificiæ anteponere, neceſſum crediderit. Et quæ deinde veriſimilitudo, Imperatorem eâdem ſententiâ, quâ de re maxima, abbatiæ nimirum ſtatu & conditione, principaliter ſtatuit, etiam de re minima, vennâ ſcilicet in rivo Ruvera, id eſt ſepto ad intercipiendos piſces, decidere, & utramque in unum referre inſtrumentum? Demum, nec Data diplomatis vitio caret, cùm ad annum 953. non pertineat indictio VII. Sed XI. Quod unum tamen minùs foret curandum, niſi cætera ſuppoſitionis indicia concurrerent.

CLXVII.

O T T O M.

956.
10. *Martii.*

cavet monaſterio S. Maximini, ut ſalicæ ejus decimæ impoſterum dominicales ſint.

Martene *Coll. ampl. T. I. p. 293.*

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Ottho Dei gratia rex. Notum eſſe volumus omnibus fidelibus noſtris, preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter venerabilis Villerus, coenobitarum S. Maximini Treverice civitatis ſuburbio requieſcentis abbas, interventu fidelium noſtrorum, Brunonis videlicet germani noſtri atque archiepiſcopi, nec non Hainrici eque germani noſtri, atque Cuonradi ducis, noſtram regalem adierit munificentiam, conquerens ab eis perſonis, qui beneficia ex eadem tenerent abbatia, quoniam eidem abbati, eorundem optimatum noſtrorum interventu & conſilio, eccleſias * omnes abbatie illius ex beneficiis omnibus ad uſus predictorum coenobitarum reddidimus dominicales, quas vulgo ſalicas vocant decimationes, quoniam eſſent noſtre regales, & nulli unquam termino epiſcopali, vel eccleſie ſubjacentes, in ſuos uſus redigiſſe, & ob id hoſpitalitatem, que ab iiſdem ſalicis decimationibus jam antea in elemoſinam predeceſſorum noſtrorum, regum videlicet vel imperatorum, noſtri quoque, prebebatur hoſpitibus, peregrinis, & pauperibus, aut penitus deſtrui, aut ſi hec eadem elemoſina noſtri ex his locis, vel ſumptibus, quos predictis coenobitis in uſum prependarium conceſſimus, amminiſtraretur, nullomodo ſufficere monachice converſationi. Igitur conſilio prenominatorum optimatum noſtrorum in elemoſinam noſtri conjugisque, & filiorum noſtrorum, precedentium quoque vel ſubſequentium regum vel imperatorum, noſtra regali aucthoritate (*a*) reddidimus predicto venerabili abbati Willero, coenobitisque Deo ſanctoque Maximino in ejus proviſione ſub regula ſancti Benedicti famulantibus, omnibusque impoſterum eorum ſucceſſoribus, cunctas (*a*)

* locus obſcurus

N O T A.

(*a*) *Reddidimus.... dominicales, quas vulgo ſalicas decimationes vocant.*] Indominicatum ſeu dominicale dicitur quaſi proprium & *alodiale*, contradiſtinctum *feudali*. Salica autem decimatio eſt decima illa frugum pars, quæ à vaſallo penditur domino ex prædiis ſalicis (quæ curtilia prædia, vulgò Hof-Güter eſſe, alibi diximus) in beneficium datis. Igitur cùm imperator ſalicas decimationes in dominicum convertit, noluit ea prædia amplius eſſe *beneficiaria*; atque ita pro decima tantùm fructificare monaſterio, ſed invitus peregrinorum & pauperum *dominicalia* fieri; id eſt, domino ſuo ex toto fructificantia: fundum enim dominicalem dominus ipſe colit, omneſque ex eo fructus percipit.

CLXVII.

ctas abbatie ſancti Maximini dominicales, quas vulgo ſalicas decimationes vocant, in quocunque regni noſtri epiſcopio, parochiu, terminove ſint ſite, io uſus hoſpitum, peregrinorum, & pauperum; deſtructorem regni noſtri ſucceſſorumve noſtrorum deputantes, quicunque vel imperatorum, vel regum, vel qualiumcunque perſooarum, ob alicujus perſone machinationes vel infringere, vel debilitare voluerit. Et ut hoc noſtræ largitatis munus per ſuccedentia tempora maneat inconcuſſum, iſtud noſtre aucthoritatis fieri juſſimus conſcriptum; regio ſtatuentes decreto, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum prefatis coenobitis easdem decimationes auſferre preſumat, vel ab aliqua perſona ſubtrahi permittat, quod noſtre aucthoritatis conſcriptum propria manu roboravimus, & annuli uoſtri impreſſioue inſigniri precepimus.

Signum domni Otthonis invictiſſimi regis.

Liutulfus cancellarius ad vicem Wilhelmi archicapellani recognovi. Data VI. id. Martii anno Incarnationis Domini DCCCCLVI. indictione XIII. * regnante pio rege Otthone anno XXI. Actum in Francouowrt, ſeliciter. amen.

* Indictio hic à mente incarnationis Domini exurgit; ut & suprà anno 945. & 950.

HENRICUS I.
ARCHIEPISCOPUS.

CLXVIII.

958. 21. Nov.

Cambium bonorum in Bieura & in Janilergeio pro bonis Giniuerei in Comitatu Wapreníi ad vitam, inter Rothbertum Archiepiſcopum & Gremboldum militem.

Cum per temporalem divine religionis precarie ſtatutionem eccleſia ſolito ditaretur more, poſſeſſioneque ſua quosque ſublevaret infirmos: Ego Gremboldus miles eccleſie Virduoenſis, ſecundum modulum mee poſſeſſionis, hujus non immemor, ſancte eccleſie rebus uti, meisque eam ampliare diſpoſui. Qua de re adiens Rothbertum Treverice ſedis archipontificem, omni cum devotione poſtulans, quatenus ſibi commiſſis precariam nondiſpliceret mecum facere; precibus enim ſedule eum non veritus compellare, conſilio ejus fidelium, quod expoſtulaveram, ſua advocatique S. Petri ſuſcepi donatione. Ego itaque de Bicura & in Janilergeio iodeminicatos manſos tribuens duos, eorumque appendices ſex, cum mancipiis utriusque ſexus, quorum hec ſunt nomina: Johannes & Alfinda cum filiis & filiabus quinque; Algot & Routgart cum ſeptem; Harbal, Hunret & Gamildreia cum quatuor; Sancta cum tribus; Berner & Anna, Harenum, Zalechin cum ſex; Gumbert, Hauart & Aleſint, Heliſmut cum tribus; Albert, Petrus, Alſarnas & Heriſint, Aldelinza cum filia; Tierſint, Rembert & Rourgart cum duobus; Fraibert & Umhilt cum filia; Harigier, Oſimilt cum duobus; Huldreda, Bouinza cum tribus; omnes anime LXVI. Et vineam unam & molendinum unum Aduna in comitatu Ivotio, inter Boura & Lamuley; ſilvam ad porcos centum: prefati ſacerdotis conſenſu & coofirmatione advocati. Recipio autem in comitatu Waprinſe in villa Giniurei manſum indominicatum cum XI. ſubjugalibus & dimidium, & in eadem villa pratum ad XV. plauſtra, & corowadas & molendina duo, & ſilvam. Et in Ivotio pratum ad carratas XXI. & terram arabilem indominicatam, & ioſuper mancipia utriusque ſexus, quorum prima porcio hec eſt: Joannes, Odret, Stainfrid, Avitis, Gunterus, Hereodriz, Heliait cum II. * Haiodrut, Nomhil, Tzembt, Folmer, Herzendrut, Haisnit, Beyla, Flaminna, Daidrut, Grifrid, Keimbolt, Aogil-

* ſcilicet liberis.

rada,

rada, Albert, Lietart, Zolera cum III. Rambol, Zana cum IIII. Amulium & Ruolint cum II. Ribol & Scephana cum II. Silberia cum III. Maihart, Guntarr, Vogreda cum III. Tangri & Holdelinda cum III. Folger & Engilreda, Irmengot & Manſuiz cum II. Tiebus, Aderia cum II. Ada & Daidrud cum II. Adeſait & Anna cum II. Girenum & Salina, Holreda cum III. Friderich, Holdrada, Wandila cum III. Rainberia, Malalat, Reſtedunt, Valquart, Hendrut, Heremberia cum II. Adelart, Herimant, Ruotbertus, Haribus. In ſumma faciunt C. Ut ego Eremboldus & uxor mea Engiltrada cum filio noſtro Walthero more precarie firmiter teneam & poſſideam, nemine contradicente, pontificum ceterorumque fidelium illius eccleſie. Poſt noſtrum vero exceſſum utrumque predicta eccleſia fruatur feliciter. Dat. XI. kal. Decembr. anno Dominice Incarnationis * DCCC-LVIII. regnante Ottone rege anno XXI. Signum Rothberti archiepiſcopi, qui hanc precariam fieri & firmare precepit. Signum Odilberti &c. Eodem anno Otto rex Ungaros vicit. Berengarius notarius ſcripſit.

* lege DCCCC-LVIII.

CLXIX.

BOVO

offert monaſterio S. Maximini bona ſua in villa Dundeba.

959. 1 Novemb.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Quoniam hoc ſolum homini neceſſarium eſſe probatur, ut in hac vita poſitus, de futuris ſemper premeditetur, & tranſitoriis rebus eterna lucra mercari conetur, cum ſcriptura nos ammonens dicat: honora Dominum de tua ſubſtantia, idcirco ego Buovo cum conjuge mea Engila de ſalute animarum noſtrarum fideliter tractans, predium, quod ex hereditate paterna poſſidens eidem conjugi mee pro doralibus traditum habui, in villa * Dundeba, in comitatu Bedenſe, cui Godefridus comes preeſſe dinoſcitur, cum conſenſu & conſilio ejus, beato confeſſori Chriſti Maximino in perpetuam tradidi poſſeſſionem cum omnibus, que ibi hereditarie vel legaliter habere viſi ſumus, tam in edificus, quam in mancipiis, vineis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis; ut monachi ibidem Deo ſanctoque Maximino deſervientes ſuis illud uſibus perpetuo jure conjungant. Facta igitur traditione id ipſum predium benevola eorundem monachorum intentione recepimus, non proprium, ſed beneficiarium, noſtris, quam diu vivamus, victnalibus aut uſui deſerviat, & poſt ad illos, a quibus hoc beneficiarium accepimus, redeat; ea tamen ratione, ut eundem cenſum, quem ab illius abbate coenobil vel monachis injunctum, ibidem ad preſens perſolvimus, usque ad obitum noſtrum omni anno in feſtivitate ſancti Maximini perſolvamus. Si vero aliquis, quod abſit, traditionem irritam facere temptaverit, reus Deo elemoſine mee deſtructor exiſtat, & nihilominus ejus mala voluntas ad nihilum redacta quieſcat. Acta eſt traditio Treveris publice in templo ſancti Maximini, kal. Novemb. anno Incarnationis Dominice DCCCC-LVIIII. indictione III. * regni regis Otthonis XXV. * aſtante abbate Vikero, omnique ipſius loci congregatione; tradentibus Buovone, & Engila per manus fidejuſſorum Trancradi, & Gerſonis, coram advocato ipſius loci Hildrado, & teſtibus ſubnotatis: Sigebodone, Werinero, Adalberto, Liutardo, Chriſtiano, Thiedone, Radolfo, Thuringo. Ego Adelbertus ſcripſi.

* Dompſen non longè à Machera-Comum.

* exurgit indictio hic a Septemb.

* exurgunt hic anni Ottonis ab anno ultimo patris viventis.

CLXX.

HENRICUS

960. ## ARCHIEPISCOPUS TREVIRENSIS

determinat fines Parœciæ Mariſcenſis.

IN nomine ſancte, & individue Trinitatis. Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus, quam futuris, qualiter ego (a) Henricus divina annuente clementia Treverice ſedis preſul adveniens in villam * Mariſch (* hodie *Merſch.*), terminationemque ſancte matris eccleſie in eadem villa conſtructe multis annorum curriculis aſcriptam requirens, maxima ex parte in diebus anteceſſoris mei huc illucque deciſam, negligentiaque ſubtractam repperi. Rogatu itaque monachorum Deo ſanctoque Maximino famulantium, quorum utilitati eandem eccleſiam ſcimus a comite Nithado, & conjuge ejus Erhanſrida donatam, placuit ingenuorum tam clericorum, quam & laicorum cum noſtra authoritate ibidem fieri conventum, & eandem terminationem ab eccleſia predicta ex parte mutilatam, tantorum fidelium adunari, ac roborari teſtimoniis, quod & factum eſt. Quapropter viſum eſt, eandem terminationem anno Incarnationis Dominice DCCCCLX. indictione vero III. fidelium, ut diximus, teſtimoniis conquiſitam, ſcriptis etiam aſſignari, & locorum adjacentium notari vocabilis. Deſcriptio itaque terminationis hæc eſt: a Merelebach usque ad Ratpretresroth, a Ratpreresrothe usque Viſchebach, * a Viſchebach (* hodie *Fiſchbach.*) usque Iſcha, ab Iſcha usque Calambach, a Calambach usque Heimenſiburud, ab Heimenſiburud usque Beiresroth, a Beiresrothe usque Weſiſtein, a Weſiſteine usque Stalbach, a Stalbach usque Biſiceromarkun, * a Biſiceromarckun (* Nunc *Bieſen.*) usque Ulinabach, * ab Ulinabach (* *Weilerabach.*) usque Pitigeromarcun, * a Pitigeromarcun (* hodie *Pitingen.*) usque Eſtengeromarkun, ab Eſtengeromarkun usque Dieſenbach, a Dieſenbach usque Engilishart, ab Engilishart usque Mencebach, a Mencebach usque Buedoleſtein, a Buedoleſtein usque Dutilunbrunnum, a Dutilunbrunnum usque Wiwere* (* *Weyer*), a Wiwere usque Szerdeslegen, a Szerdeslegen usque Maſche & Houmbuch, ab Houmbuch usque Thiemeresbergh, a Thiemersberch usque Heidinbrunnum, ab Heidinbrunnum usque Frithegardumbroele, a Frithegardunbroele usque Glodabach, * a Glodabach (* *Glabach.*) usque Thietfurt & Merelebach.

CLXXI. LIUT-

NOTA.

(a) *Henricus Treverice ſedis Preſul.*] Rotberto Archiepiſcopo anno 956. Coloniæ peſte extincto, ad Archiepiſcopatum noſtrum pervenit Henricus, Ottonis Magni cognatus. Frodoardus *ad annum* 956. ſcribit: *Poſt hac Epiſcopatus Trevirenſis cuidam Henrico, Regis Ottonis propinquo, datur.* Schema genealogicum Henrici Archiep. figuravit Eckhard *Rer. Francic. Tom. II. Lib. XXXII. n.* 118. ex quo apparet, Henrici parentem fuiſſe Ottonem Comitem, quem Friſius in Chronico Wirceburgenſi *Comitem Hennebergicum* vocat. Hoc certum, Comites Hennebergicos ex hac familia produiſſe.

CLXXI.

960. 8. Aprilis.

LIUTGARDIS HENRICI COMITIS SOROR monaſterio S. Maximini tradit prædium Mambra.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Cum ſcriptura divina omnem hominem moneat elemoſinis eſſe peccata redimenda, quia ſicut aqua extinguit ignem, ita elemoſina extinguit peccatum. Et item: facite elemoſinam, & munda erunt omnia vobis. Idcirco ego Liutgardis neceſſariam eſſe hujus precepti oboeditionem omni Chriſtiano perſpiciens, tam ſalubri admonitioni fidelem oboedientie aurem accommodare diſpoſui; & ne inutilis eſſet hec, & vana cogitatio, operibus adimplere curavi. Tradidi igitur ſancto confeſſori Chriſti Maximino, qui in ſuburbio urbis Treverice requieſcit, quoddam mee proprietatis predium, (a) Mambra noncupatum, ad opus monachorum ibidem Deo deſervientium, in comitatu Mithegowe, cui Godefridus comes preeſſe videtur, quod mihi ex parentibus meis Wigrico, & Cunigunda hereditario jure acceſſit, pro remedio & abſolutione eorundem parentum meorum, ſeniorum quoque meorum Adalberti, & Eberhardi, vel filiorum meorum, & remiſſione peccatorum meorum, cum eccleſia ejusdem ville, & omnibus appendiciis ſuis, vel quidquid eo loci poſſeſſionis habere videbar, tam in mancipiis, quam in edificiis, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus ſcilicet, & immobilibus, exitibus, & reditibus, queſitis, & inquirendis, ut absque ullius contradictione jure perpetuo teneant, & poſſideant; ea ſiquidem conditione, ut meis utilitatibus, quousque vixero, cedat, & poſtea plena & perfecta poſſeſſione ad preſcriptum coenobium appendeat. Ne vero hec traditio debilis, & infirma eſſe videretur, veſtituram eis de eadem proprietate conceſſi, manſum videlicet unum cum ancilla Alphilda, & filiis ejus Woppone, Humboldo Thiekero. Si vero poſt obitum meum, vel ejusdem monaſterii abbas, vel alia aliqua perſona eundem locum in beneficium, aut precariam alicui dare temptaverit, imprimis ipſe Deo omnipotenti reus exiſtat, & idem predium in jus heredum meorum abſque ullo illorum periculo, vel culpa redeat. Familia quoque predicti loci eisdem legibus, quibus ab antiquitate, vel ſub parentibus meis, vel etiam me, ſubjecta fuerat, utatur, nec aliis gravioribus ſubdi cogatur. Acta eſt hec traditio publice Treviris in templo ſancti Maximini ſub die VI. idus April. anno Incarnationis Dominice DCCCCLX. indictione III. regno ſereniſſimi regis Otthonis XXV. per manum Irunberti, ſub fidejuſſoribus, quos vulgariter (b) ſaleburgiones vocamus, Conrado, Folmaro, Wolmaro, aſtante abbate ipſius loci Wikero, omnique congregatione monachorum; coram ejusdem coenobii advocatis Adalberto, & Hilrado; & teſtibus ſubnotatis, Erhardo, Bernuvino, Adalberto, Liutardo, Thiedone, Folrado, Wighardo, Egilberto, Unctimo, Herimanno, Helmgero, Frodone, Albrico; item Adalberto, Vodilberto, Ruolando; item Falſchone, Vodilberto, Alechrammo; item Thiedone, Sigiberto; item Folrado, Irimberto, Rapperto, Fiolchardo, Hartmanno. Ego Adalbertus ſcripſi.

CLXXII. OT-

NOTÆ.

(a) *Mambra noncupatum.*] à Mambræ rivo nomen habet *Mameren,* vicus Provinciæ Luciliburgenſis, primo à Luxemburgo lapide, viæ Romanæ (quæ Rhemis, Vungo, Ivodio, Orolauno, Andethanna, Treviros perpetuo aggere porrigitur) ad Auſtrum adhærens. Plura populi Romani veſtigia ibi aliàs inventa ſunt, ſæculo decimo ſexto in Luxemburgenſem urbem importata.

(b) *Saleburgiones.*] Vox compoſita ex Theutonico verbo *bürgen*, & *ſala*; quod poſterius inter plures ſignificationes has potiſſimùm habet, quòd *Prætorium judiciarium* indicet, nec non & *Curtem*, *Hof.* Eckhart *ad Leg. Sal. fol.* 26. ut itaque ſaleburgiones ſint vel fidejuſſores coram judicibus dati; vel fidejuſſores curtis, quaſi *Hof-Bürgen.*

CLXXII.

OTTO M. IMP.

961. 29. *Maij.*

quædam prædia ad Lahnam ſita donat Theodorico Præpoſito ſummæ ædis Moguntinæ, quæ poſtea facta juris Eccleſiæ Trevirenſis.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Ottho divina preordinante clementia rex. Notum ſit omnibus fidelibus noſtris, preſentibus ſcilicet & futuris, qualiter nos per petitionem noſtre dilecte conjugis Adelheide, atque interventu Wilhelmi ſancte Moguncienſis ecclesie venerabilis archiepiſcopi, tale predium, quale Lantberto, atque Megingozzo per (a) Emichonem comitem, (a) ſecundum jus ſcitumque Francorum, judiciumve ſcabinorum ablatum, & in fiſcum re- (b) gium (b) debita bannorum examinatione transmiſſum eſt, hoc eſt, quidquid in Kitero-marca, vel in Bergeromarca, ſive in Huſenbachero-marca, ſeu in Wickenrodero-marca, nec non in Puzwillaringero-marca poſſidere videbantur, cuidam nobis admodum fa- (c) miliari nomine (c) Theodorico, prefate eccleſie prepoſito, precepto in proprium donavimus, in mancipiis videlicet utriusque ſexus, & in areis, agrisque cultis & incolendis, in pratis, ſylvis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus & reditibus, ſive in acquiſitis rebus, vel acquirendis, atque omnibus ad predicta loca jure pertinentibus. Ut autem hoc firmum ſtabileque, & per ſuccedentium curricula temporum infractum atque incommutabile permaneat; & ut ipſe prefatus Theodoricus ejusdem predii ſupradicti poteſtatem, atque liberum arbitrium habeat donandi, vendendi, ſive commutandi, vel etiam, quidquid ſibi inde libuerit, faciendi, hoc preſens preceptum conſcribi, annulique noſtri impreſſione juſſimus corroborari, nec non & propria manu ſubtus firmavimus. Signum domini Otthonis invictiſſimi regis. Liutulphus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognovit. Data IIII. kalend. Jun. anno Dominice Incarnationis DCCCCLXI. indict. IIII. anno videlicet regni ſereniſſimi regis Otthonis XXVI. Actum Ingilinheim.

N O T Æ.

(a) *Secundum jus ſcitumque Francorum, judiciumve ſcabinorum.*] Conformiter omnino Francorum mori, de quo Hertius *Notit. regn. Franc. vet. Cap. V.* §. 43.

(b) *Debita bannorum examinatione.*] Inter varias *banni* ſignificationes ea hic magis convenit, quæ *edictum, juſſum, mandatum &c.* Regis ſignificat; in qua etiam eſt *Tit. LXV.* Legis Ripuariæ: *de eo, qui bannum non adimplet.* Sic præmiſſâ bannorum, id eſt, edictorum regiorum examinatione, viſum fuit, Lanbertum & Megingozzum (defectionis & latrociniorum reos) (Vid. cartam Ottonis *ad ann.* 966.) bonis exuendos, eaque fiſco mancipanda.

(c) *Theodorico prefate Eccleſie Prepoſito.*] Fuit is deinde anno 965. creatus Trevirenſis Archiepiſcopus. Geſta Trevir. *Cap. XLIV. Cui (Henrico) Theodoricus ſucceſſit, vir nobilis, & magna autoritatis, Prapoſitus Moguncia majoris Eccleſia.*

CLXXIII.

O T T O M. I M P.

962.

Abbatem S. Maximini conſtituit Imperatricis Capellanum.

Zylleſius *Defenſ. S. Maxim. P. III. p.* 19.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ottho divina favente clementia imperator auguſtus. Quamvis omnium eccleſiarum Dei curam nos oporteat gerere, præcipue tamen, & ſpecialius illius eccleſiæ profectum, & honorem augere, & confirmare dignum duximus, de qua, & per quam regni noſtri & imperii corroboratur ſtatus, & per quam contecta-

lem

CLXXIII.

lem noſtram, more prædeceſſorum noſtrorum, dotali lege nobis aſſociare, & in regnum & imperium ſublimare debemus. Quapropter fidelium noſtrorum, tam præſentium, quàm futurorum, magnitudini notum eſſe volumus, qualiter nos pie ſalubriterque de noſtri ſtatu regni tractantes, deuntamque ſollicitudinem prædeceſſorum noſtrorum regum & imperatorum, Conſtantini videlicet ſanctæ Helenæ filii, nec non Theodoſii, Mauritii, Dagnberti, Pipini, ſed & magni Karoli, aliorumque poſt illos usque ad nos, imitari cupientes, Adelheidam conjugem noſtram dilectiſſimam cum abbatia S. Joannis evangeliſtæ, quæ in ſuburbio Trevirorum ſita eſt, ubi ſanctus Maximinus pretioſiſſimus confeſſor corpore quieſcit, cum omnibus eccleſiis & poſſeſſionibus ad eam, in quibuscunque locis, juſte & legaliter pertinentibus, ſicut antea, cum nuptiali fœdere & regali conſecratione eam nobis aſſociaremus in regnum ultra montes, in Galliæ partibus, ita nunc & in hac Romana urbe, ſanctiſſimo viro Johanne ſummo & univerſali papa D. Petri apoſtoli vicem gerente, & per apoſtolicæ ſuæ authoritatis privilegium confirmante cum præfata abbatia, ſicut primitus in regnum, ita & nunc in imperium dotamus, ſublimamus & corroboramus, præcipientes videlicet, & per hoc noſtræ authoritatis privilegium firmiſſimè decernentes, ut idem locus, cui venerabilis vir Willikerus * abbas jam præeſſe dinoſcitur, a regni dote quacunque arte, vel ingenio nunquam avellatur, nec alicui ſedi vel eccleſiæ, vel alicui eccleſiaſticæ ſive mundanæ perſonæ, famula, aut appendex unquam ſubjaceat, ſed ſicut ſub prædeceſſorum noſtrorum mundiburdio, & defenſione, & apoſtolicæ ſedis dotata munimine, ab omni perturbationis moleſtia libera ſemper, & immunis permaneat. Decernimus etiam, atque conſtituimus, ut præfatus abbas, omnesque ſui ſucceſſores prædictæ conjugi noſtræ, Adelheidæ ſcilicet imperatrici, aliisque poſt illam reginis & imperatricibus ad capellam, ad menſam in curia regia ſerviant, & ſervitium, quod in ſecundo ſemper anno de eadem abbatia, dictante juſtitia, daturi ſunt, ſibi exhibeant. Ipſi vero, quotiescunque ad regalem curiam venerint, de regia menſa paſcantur, & inter curiales, & domeſticos regis & reginæ, qui regis cibo veſcuntur, non infimi ſemper habeantur, prout decet illum ſacratiſſimum locum, & proviſores ac miniſtros illius eccleſiæ, per quam cuncti reges & imperatores per viciſſitudines temporum cum ſuis conjugibus in regnum, & imperium ſemper confirmabuntur. Statuimus inſuper, & hac noſtra imperiali authoritate ad præbendam fratrum in antedicto monaſterio Deo ſanctisque ejus ſervientibus corroborare decrevimus, quicquid ſub anteceſſoribus noſtris Conſtantino, Dagoberto, Pipino, Karolo, Arnolfo, & Heinrico patre noſtro ad noſtra usque tempora ad peculiaritatem illorum, in eccleſiis aut locis ſubternotatis pertinere videbatur, ut ex his victum atque veſtitum conſequantur, hoc eſt Apula, Suaucheim, Evernesheim, Mannendal, Narheim, Buzinheim, Alſontia, Seeringesfeld, Ukinesheim, Baſinbah, Siemera, Gunthereshuſum, Ruosbah, Holshuſun, Folemaresbach, Rivenaha, Loavia, Windingun *, Ochisheim, Ratheresdorff, Buſtat, Meisbrath, Ebeno, Decima, Vallis cum ſuis pertinenciis, Markedeth, Dalcheim, Liniche, Mierske, Everlinga, Fula, & quod in pago Salnenſe, vel civitate Metenſi, vel circum circa in villa Wilere, in vinetis, aut agris habere videntur, vel in pagn Nahgowe in his eccleſiis, Gozolvesheim, Albucho, Wieldiſtein, Wienheim, aut juxta Moſellam Diedenhoven; ſive quod ultra Rhenum in curte, quæ Prichina vocatur, cum omnibus ad eam pertinentibus, ſanctus Maximinus habere videtur, Murmirdinga, & Drundildinga, quæ ad cellam in Tavena aſpicere probantur. Hæc igitur loca, & poſſeſſiones, & omnes S. Maximini eccleſias cum decimis & ſalicis decimationibus ad præbendam fratrum, & ad uſus hoſpitum, peregrinorum, ac pauperum, delegamus, & corroboramus. Et ut nullus ſucceſſorum noſtrorum, regum vel imperatorum, neque abbas aliquam de prædictis curtem vel eccleſiam cuiquam beneficiare præſumat, per hoc noſtræ authoritatis præceptum firmiſſime præcipimus. Et ut hoc, quod ad honorem regni noſtri & imperii, & ad utilitatem ejusdem loci ſtatuimus, firmum ſemper, & ſtabile permaneat, cartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum domni Otthonis magni, & invictiſſimi imperatoris auguſti.

Liudolfus cancellarius ad vicem Wil-

* lege Wikerus.

* infra anno 1042. dicitur Wendengia; *Wendingen* hodie.

CLXXIII.

lihelmi recognovi. Data anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXII. indictione V. anno imperii domni Otthonis I. regni vero ſereniſſimi regis Otthonis filii ejus II. Actum Romæ in Dei nomine feliciter. amen. (a) (a)

N O T A.

(a) Loco commentarii in hoc diploma juvat huc referre, quæ hanc in rem ſcribit Zylleſius *Defenſ. Abbat. S. Maxim. P. I.C.* 1. *Sect.* 8. §. 4. „Similia indulſit Henricus III. ſive Niger in reſcripto Moguntienſi anno MXLIV. Similia quoque habet Imp. Henricus IV. in reſcripto Tiburienſi anno MLXVI. ſub c. 27. Ab illis ergo temporibus Abbas S. Maximini de familia Imperatoria fuit, & ſemper ipſi vel ejus agenti, quoties aderant, locus curialis fuerat ſervatus, Reginasque & Imperatrices Prælati benedixerunt, & in regnum & Imperium confirmârunt, ut videre licet in literis prædictis circa S. Adelheidem Ottonis M. conjugem, Agnetem Henrici Nigri, Bertam Henrici ſenioris (IV.) Unde & Imperator Ferdinandus II. eam S.R.I. dignitatem Abbatibus S. Maximini confirmavit per reſcriptum de anno MDCXXVI. quod vide ſub n. 86. Ea etiam cauſa à Regibus donata ſunt Palatina templa Abbatibus Maximinianis, ùt Abbati Wilherio Francofurtenſe S. Salvatoris, fundatum à Ludovico Germ. Rege, prout liquet ex Francofurtenſibus literis Ludovici Regis, & Lotharii Ludovici filii ad Abbatem Wilherium de anno 880. quæ hodieque exſtant. Item Theonisvillanum à Ludovico Pio Imp ædificatum, datum Ogoni Abbati ab Henrico Aucupe, prout ex literis Ottonis M. Moguntinis de anno 940. ſub n. 7. & aliis ejusdem Ottonis Colonienſibus de anno 966. quæ hodieque exſtant. Delata eſt autem benedictionis nuptialis & conſecrationis dignitas Prælatis Maximinianis, vel ea cauſa potiſſimum. . . . . Quod S. Maximinum Auguſtæ generationi prolique regiæ vel maximè benignum & propitium crederent. Sic enim in citato diplomate loquitur Henricus III. *Ut per hanc prædictam Abbatiam omnes Reges & Imperatores cum conjugibus ſuis propagandæ ſobolis incrementum, & regiæ poteſtatis ac dignitatis ſemper percipiant teſtamentum.* Et Henricus IV. *Ut per præfatam Abbatiam S. Maximini omnes Reges & Imperatores ac conjuges illorum regiæ dignitatis ac propagandæ ſobolis accipiant fundamentum.* Quod bene cùm intelligeret Fridericus IV. Imp. placuit illi de nuptiis inter filium Maximilianum, & Mariam Burgundicam, tractare cum Carolo Audace in monaſterio Maximiniano, fortunatosque S. Maximini genios conjugio Auſtriaco-Burgundico conciliare &c. Huic verò titulo conſequens eſt & annexum, quod ſummi Principes & Imperatores hujus Abbatiæ fructus & ſervitia S.R.I. Regibus & Imperatoribus debita, Imperatricibus olim, veluti dotem quandam aſſignarunt. Ita ſtatuit Otto M. in diplomate jam relato: *Abbas, omnesque ſui ſucceſſores ſervitium, quod in ſecundo ſemper anno de eadem Abbatia, dictante juſtitia, daturi ſunt, ſibi* (id eſt, Imperatricibus) *exhibeant.*

CLXXIV.

THIEDO

962. ## S. Maximino donat prædium Dalheim.

IN nomine ſanctæ ſempiterneque Deitatis. Quoniam ineffabilis clementia Domini ſalvatoris noſtri per elemoſinam mundari promittit, in evangelio inquiens: date elemoſinam, & omnia munda ſunt vobis; idcirco ego Thiedo, ut hujus fidelis & ſalutifere promiſſionis participium adipiſci merear, trado S. Maximino in ſalutem anime mee, & patris mei Humberti, ſeu etiam (a) (a)
pro accquiſitione mea prebende, quoddam hereditatis mee predium, (b) Dalaheim nominatum, quod eſt in Recenſi pago, in comitatu Waldevinga, cui Egilolfus comes preeſſe videtur. Dedi (b)

N O T Æ.

(a) *Pro accquiſitione mea prebende.*] Eâ igitur conditione Thiedo monachis S. Maximini Dalheimium dedit, ut eb hu ſibi viciſſim victus præberetur. Dicitur enim præbenda cibi ac potûs portio diurna, quæ ſive monachis, ſive aliis quibusvis, datur ac *præbetur.*

(b) *Dalaheim nominatum, quod eſt in Recenſi pago*] Recenſis pagus dicitur à veteri Riciaco, quod Waldelefioga Dalcheimium tendentibus lævorſum exiguo intervallo relinquitur, jamque Rizzinga, *Rizzingen*, appellatur.

CLXXIV.

di ergo, & perpetualiter datum eſſe volo, locum ipſum Dalaheim cum eccleſia, & quidquid ad prædictum predium pertinet, tam in mancipiis infra & extra manentibus, quam edificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis ſylvis, aquis aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis; quatenus abſque ullius contradictione monachi in loco, ubi ipſe ſanctus Maximinus requieſcit, Deo illique famulantes, deinceps illum jure hereditario teneant, atque ad ſuam utilitatem poſſideant, familia quoque ipſa in ſervitio, & cenſu, quo a parentibus meis, vel a me habita eſt, permaneat. Quod ſi aliquis propinquorum meorum, vel alius omnino, hanc donationis mee elemoſinam deſtruere temptaverit, omnium fidelium pietas ei reſiſtat, & niſi ceſſaverit, in die extremi examinis, ut elemoſine deſtructor coram Deo rationem exolvat. Acta eſt autem hec traditio publice Treverę* in baſilica S. Maximini confeſſoris Chriſti, atque pontificis, adſtante venerabili abbate ipſius coenobii Wikero, & omnibus monachis, ſimulque Hildrado domus advocato; per fidejuſſores, quos vulgariter ſaleburgiones vocamus, Wolmarum, & Harduwicum. coram teſtibus ſubnotatis, Wolmaro, Liutardo, Adalberto, Warnero, Theodone, Thurinberto, anno Dominice Incarnationis DCCCCLXII. indictione quinta, regno ſereniſſimi regis Otthonis XXVI.

* Sic in Autographo

CLXXV.

Caſtellum Lucilinburch contractu permutationis a Monachis S. Maximini traditum Sigifrido Comiti.

963. 17. April.

IN nomine unigeniti filii Dei. Notum ſit omnibus populis in Chriſtum credentibus, tam preſentibus, quam venturis, clericis atque laicis, quod (a) Sigifridus comes de (b) nobili genere natus caſtellum, quod dicitur* Lucilinburhut, in proprietatem deſiderans adipiſci, perrexit ad dominum Brunonem archiepiſcopum, fratrem videlicet imperatoris Otthonis, qui tunc principatum totius regni poſt ipſum tenebat, eique ſuum deſiderium manifeſtavit. Cujus ſcilicet archiepiſcopi accepto conſilio, & impetrata licentia, ab eo venit ad abbatem Wikerum, & ad reliquos ſancti Maximini monachos, (c) in quorum predio idem caſtellum fuerat poſitum, petens, ut ei liceret cum ſuo allodio illud commutare: quod abbas libenter una cum fratribus conſentiens placuit, atque convenit inter eos, ut res

* Sic in originali.

NOTÆ.

(a) *Sigifridus comes.*] Cùm viciniis Lucilíburgo Comitatibus eo tempore præeſſent, Bedenſi Godefridus; Methingovenſi (in qua Luxemburgum ſitum) itidem Godefridus; Walderfingenſi Egilolfus; Arduennenſi Giſelbertus; ut Sigifridum nullum horum adminiſtràſſe appareat: Moſelenſis verò Provincia in complures eſſet diſtributa præfecturas, Scarponenſem, Saluenſem, Judiciacenſem, Ricciacenſem, Nitenſem &c. quas aut in toto aut in parte continebat, ſic harum Præfecturarum unam Sigifridum gubernaſſe, indicio ſunt Ottonis II. Imp. tabulæ, anno 19. poſt hæc conditæ, in quibus ita ſcriptum: *Curtes Morlingas & Lezei nominatas, in pago Moſalgowe, & in comitatu Sigifridi comitis ſitas.* Hunc fuiſſe Sigifridum noſtrum, & in Provincia Moſellenſi inter Ornam fluvium & Theodonis villam (ibi enim Morlinga eſt) Comitis munus geſſiſſe, nihil eſt quod opinari vetet.

(b) *Nobili genere natus.*] Concordat Sigifridi Epitaphium, quod extat Treviris in Eccleſia S. Maximini, cujus advocatus fuit Sigifridus, ejusque ſucceſſores. Verba Epitaphii hæc ſunt:

Ob culmen generis quondam non infimus orbis,
Cœno ſordidior, nunc male facta queror.
Nempe ſub iſtius lapidis fundamine clauſus,
Perpetior caſum omnibus ingenitum.
Ergo rogo ſimilem paſſuros conditionem,
Corde gemendo Deum ſollicitare pium,
Ut mihi parcendo tribuens veniam Sigefrido,
Pacis Jeruſalem transferas ad requiem.

Patrem Sigefridus habuit Ricuinum ex Comitibus Arduennæ; de quo Flodoardus *ad ann.* 923. *Karolus Rex in regnum Lotharii abiit, receptisque per vim quibusdam Ricuini infidelis ſui præſidiis ad miſſam S. Martini cum Heinrico Principe, reverſus eſt in montem Laudunì.* Atque inde nobiliſſima Comitum Luxemburgenſium propago, quæ latiùs uberiusque germinando Duces, Reges, Imperatores tulit.

(c) *In quorum predio caſtellum fuerat poſitum*

CLXXV.

res pro ambarum partium opportunitate commutaremus. Dedit itaque prefatus comes ad S. Maximinum de rebus ſue proprietatis legali traditione manſum unum, & dimidium cum ſervis cenſualibus in comitatu Giſelberti comitis, in pago Arduenne, (d) in villa, que dicitur Viulna. Accepit a predicto abbate, conſentiente monachorum congregatione, ſupra nominatum caſtellum cum exitibus & reditibus, & omnibus terris ab alveo fluminis Alſuntie uſque ad illos veteres truncos, qui ſtant ante (e) munitionem ejuſdem caſtelli, ſecundum quod protenditur in longum, & latum. Igitur poſita eſt hec eadem munitio in pago Methingowi, in comitatu Godefridi comitis, ſuper ripam Alſuntie fluminis. Factum eſt itaque concambium iſtud ea conſtitutione, ut utraque perſona, abbatis videlicet, & comitis ex eo, quod accepit, habeat in perpetuum liberam, & apertam poteſtatem tenendi, tradendi, vendendi, vel quidquid exinde voluerit facere, abſque ullius hominis contradictione. Acta eſt namque hec traditio publice in civitate Trevirenſium, in monaſterio memorati patroni, in die palmarum, XV. kal. Maij, adſtante abbate Wikero, ſimulque Hilderado ejuſdem coenobii advocato, & aliis quam pluribus teſtibus, (f) monachis, canonicis, & laicis. Signum domni Brunonis archiepiſcopi, qui hoc concambium legaliter fieri juſſit. Sig. Henrici Trevirorum archimandrite, qui conſilio iſtius rei per omnia interfuit. Sig. Aſolfi prepoſiti. Sig. Ramuoldi decani. Sig. Sandradi cellerarii. Sig. Adelungi M̄.* Sig. Chriſtiani M̄. Sig. Gerberni M̄. Sig. Herimberti M̄. Sig. Willeri M̄. Sig. Wolmari M̄. Sig. Hildradi M̄. Sig. Warneri M̄. Item nomina laicorum. Sig. Friderici Lotharienſium ducis, cujus conſenſu & collaudatione opus iſtud peractum eſt. Sig. Luithardi. Sig. Norperti. Sig. Sarachonis. Sig. Adalberti. Sig. Gerſonis. Sig. Tangradi. Sig. Anſelmi. Sig. Walteri. Sig. Harperti. Sig. Ruotperti. Sig. Thietperti. Sig. Thietfridi. Facta eſt igitur hujus carte conſcriptio anno Dominice Incarnationis DCCCCLXIII. indictione VI. regni Otthonis regis III. & patris ſui ceſaris principatum tenentis II.

* id eſt monachi.

CLXXVI. VO-

N O T Æ.

tum] Prædium Wimari-Eccleſiam, jam à Carolo Martello Maximinianis datum, caput fuit parœciæ, in cujus velut gremio caſtellum Luciliburg conſidebat.

(d) *In villa, que dicitur Viulna.*] Sita eſt Viulna, hodie *Feilen*, trans amnem Suram, Provinciæ Luxemburgenſis vicus, quarto à Luxemburgo lapide, ejusque partem Maximiniani jam Arnolfo imperante poſſidebant. Vid. tab. Arnolfi ſupra *ad ann.* 893.

(e) *Munitionem ejusdem caſtelli.*] De origine hujus caſtri egimus in Diſſert. huic ſæculo præmiſſâ §. *VI.* Dicitur autem Lützel-burg, quaſi Klein-Burg / uti Lützelſtein Gallis *petite pierre.* Vid. Wachteri *Gloſſar. German. verb. Litzel.*

(f) *Monachis*] Inter monachos, qui cartæ ſubſcripſere, plures nota digni ſunt: *Ramuoldum* Henrico Trevirorum Archiepiſcopo quondam à ſacris, nunc monaſterii Decanum, patruelem fuiſſe D. Wolffgangi Reginoburgenſis Epiſcopi, auctor eſt Selenderus. Fuit autem is deinde Reginoburgi Abbas. Ex reliquis nonnulli etiam póſt Abbates: *Aſolfus* ad S. Maximinum; *Sandradus* Gladebaci & Wizenburgi; quin & Sandradum eſſe illum, quem Otto M. cœnobio D. Galli monaſticæ rei inſtauratorem dedit, nihil vetat opinari.

CLXXVI.

VODA COMITISSA S. MAXIMINO

donat prædium Friſingam cum Eccleſia & aliis bonis.

963. 18. Maij.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Licet parva, & exigua ſint, que pro immenſitate criminum Deo offerimus, ipſe tamen non quantitatem muneris, ſed voluntatem aſpicit largitoris. Ideoque notum ſit omnibus in Chriſto fidelibus, qualiter ego Voda, gratia Dei comitiſſa, tradidi ſancto Maximino, qui in ſuburbio urbis Treverice requieſcit, quoddam mee hereditatis (a) predium Friſinga nuncupatum, ad opus monachorum ibidem Deo deſervientium in pago Rizzingowe, cui Egilolfus preeſſe conſpicitur, quod etiam hereditario jure meum eſſe dinoſcitur, pro remedio, & abſolutione peccatorum meorum, ſeniorisque mei Gozlini, nec non filiorum meorum, Heinrici videlicet, & Reginheri, Godefridi quoque, & Adalberonis cum eccleſia ejusdem oppidi, omnibusque ſuis appenditiis, vel quidquid in (b) Adespelt, vel in Ebiringen, atque in Wilniſtorff proprietatis habere videbar, tam in edificiis, quam in mancipiis, ſylvis, pratis, aquis aquarumve decurſibus, terris cultis & incultis, exitibus & reditibus, queſitis & inquirendis; & unum etiam agrum jacentem juxta vineam in Briſichi*, Vdmareſakar nominatam, ut ſine ullius contradictione jure perpetuo firmiter teneant, atque poſſideant, ea tamen ratione, ut quam diu vixero, meis utilitatibus ſuccumbat, ipſaque ſingulis annis vite mee ad eundem* monaſterium ſancti Maximini de eodem predio cenſum perſolvam; poſt obitum vero meum plena, & perfecta poſſeſſione ad predictum coenobium appendeat. Acta eſt autem hec traditio publice Treviris ſub die XV. kal. Junii, anno Incarnationis Dominice DCCCCLXIII. indictione* V, ſecundo anno regnante rege Otthone, filio imperatoris Otthonis, permanum Stephani, ſub fidejuſſoribus, quos vulgariter ſaleburgiones vocamus, Sigifrido comite, Richwino comite, Hildrado, adſtante Heinrico Trevirenſi archiepiſcopo, abbate quoque Wikero, cum omni congregatione monachorum in domo ſancti Maximini; teſtibusque ſubnotatis, Huodilberto, Lamberto, Hamberno, Wolmaro, Udone, Diederico, Gozberto, Waltero, Adalhando, Othardo, Thankrado.

* *Bruſch*, non longè à vicis ſupra memoratis.

* *ſc.*

* *lege VI.*

CLXXVII. OT-

NOTÆ.

(a) *Predium Friſinge nuncupatum.*] Friſinga (*Friſingen* modò dicimus) oppidum appellat Voda; nunc ab eo ſplendore multùm dejectum, vicus eſt ruſticus, Luciliburgo Theodonis-villam tendentibus ad primum lapidem obvius.

(b) *Adespelt.*] Hodie *Aſpelt*, arcem habet & Toparchiam, ſedem gentis Ahdespeltiæ (Archspalter) uti tradit in rebus Luxemburgenſibus verſatiſſimus Alex. Wiltheinius *in Annal. MS. S. Maximini ad ann.* 963. Ex qua familia oriundus fuit Petrus Moguntiacenſis Archiepiſcopus. Cujus tamen gentis nobilitatem Trevirenſi Capitulo Metropolitano ſatis probatam non fuiſſe, fuſiùs tradit Brovverus *Annal. Trev. Tom. II. pag.* 171. Joannis *Rer. Mogunt. Tom. I. pag.* 635. n. 1. 2. Ac ego quidem huic Petro ejusque familiæ Archspalterianæ omnino convenire putaverim, quod ſcribit Gudenus *Sylloge I. Varior. Diplom. in Præfat. pag.* 15. „ Etiam reſpectu *ignobilium* naſcuntur erroneè præſuppoſita, & occulti errores: utpote qui vel à loco nativitatis, vel ab ædibus, quas inhabitârunt, aut primam in eis aſpexere lucem, (idque ſæpiſſimè) nomina derivarunt ſua: indeque *de* ſe ſcribentes, ideam lectori, neſcio iterum quam, ingerunt de clara aliqua ſtirpe, ve ipſa civicæ ac plebeiæ conditionis homines; adeoque ad humiliores cancellos referendi.

CLXXVII.

OTTO II. REX

963.
21. *Julii.*

MONASTERIO S. MAXIMINI ſancit privilegia, eique tutelam ſuam more majorum addicit.

Zylleſius Defenſ. S. Maxim. P, III. p. 21.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ottho divina annuente clementia rex. Quoniam regalis anteceſſorum noſtrorum providentia, & ſollicitudo in conſtruendis, conſtructisve ſtabiliendis Dei eccleſiis pie jugiter invigilavit, idcirco benigniſſima, ac miſericordiſſima Chriſti miſeratione, in cujus manu regum corda, vel jura conſiſtunt, regni illorum diuturnitas pacificata viguit & efſloruit. Unde nos pie ſalubriterque de noſtri ſtatu regni tractantes, devotamque illorum ſollicitudinem imitari cupientes, privilegia piiſſimi genitoris noſtri domni imperatoris auguſti Cæſaris Otthonis, cæterorumque retroacti temporis imperatorum, aut regum, Dagoberti videlicet, Pipini, magni Caroli, piique Ludovici, ſucceſſorumque eorum, cœnobio S. Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, conceſſa, vel attributa cum conſilio archiepiſcopi Willihelmi, fratris ſcilicet noſtri, noſtra etiam auctoritate roborare decrevimus, & ut anteceſſorum noſtrorum benevola pietas non a nobis neglecta debilitetur, & monachorum inibi Deo ſervientium tranquilitas ab aliqua ſubintroducenda perſona non inquietetur; ea ſiquidem ratione, ut idem cœnobium, ubi prænotatus ſanctus pontifex requieſcit, cui venerandus abbas Wikerus præeſſe videtur, ſicut ſub anteceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque jure, mundiburdio, & defenſione conſiſtat, nec alicui ſedi, aut eccleſiæ, excepto noſtræ regalitati, ſamulum aut appendex ſubjaceat. Conceſſimus etiam eis liberum inter ſe eligendi abbatem arbitrium, ut eo ſecurius divinum ab illis impleatur officium, ſummæque propenſius majeſtatis pro nobis imploretur auxilium. Et ut hoc auctoritatis noſtræ præceptum firmum, & ſtabile permaneat, cartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam manu propria ſubtus firmavimus.

Signum domni Otthonis inviđiſſimi regis.

Liudulfus cancellarius ad vicem Willihelmi archicapellani recognovi. Data XII. kal. Auguſti. anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXIII. indictione VI. (*a*) anno imperii Cæſaris Otthonis II. regni vero ſereniſſimi regis Otthonis III. Actum Sologæ in Dei nomine feliciter. amen. (*a*)

CLXXVIII. Pro-

N O T A.

(*a*) *Anno imperii Caſaris Otthonis ſecundo, regni vero ſereniſſimi Regis Otthonis tertio.*] Obſervandum, quod Ottone II. ad regnum & Co-imperium aſſumpto, in Ottonis M. diplomatibus ejuſdem anni regni numerentur; ſicut & à contrario in Ottonis II. privilegiis, anni imperii Ottonis M. adſcribuntur. Sic in Zylleſiano diplomate de anno 962., quod ſuprà dedimus, annus Imperii domini Ottonis primus, regni vero ſereniſſimi Regis Ottonis filii ejus ſecundus; in præſenti vero diplomate annus Imperii domini Ottonis Auguſti Pii Cæſaris ſecundus, regni verò ſereniſſimi Ottonis Regis tertius computatur. Aliud exemplum occurret infra in diplomate de anno 970. ubi anni regni & anni Imperii Ottonis I. & anni regni & Imperii Ottonis II. connumerentur: annus ſcilicet regni domini Ottonis XXXV. Imperii autem IX. Filiique ejus regni X. Imperii autem IV.

CLXXVIII.

963. 21. Julii.

Prodigium interceſsione S. Maximini factum, in tabulas relatum authoritate Ottonis II. Regis. (a)

(a) Brovverus Annal. Trev. Tom. I. p. 467.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Ottho divina favente clementia rex. Inter multa S. Maximini miracula, miraculum, quod noſtris temporibus contigit, & preſentibus, & futuris innoteſcimus; ſcilicet qualiter Reginzo, & Engela de Brambach, liberi ex liberis parentibus orti, ſe & unicum filium ſuum Adelmannum S. Maximino tradiderunt, ea conditione, ut ipſe puer, quam diu viveret, & poſteri ejus, qui maſculi eſſent, duos denarios, foemine vero unum ad altare S. Maximini in feſtivitate S. Maximini perſolverent, poſt mortem vero illorum, quod melius haberent in pecoribus, ſive in veſtibus, eccleſie cederet. Interim, quidam (b) miles in eandem patriam prede cauſa veniens, ipſum puerum parentibus ignorantibus ſubtraxit, & Treverim per pontem tranſiens, abducere ſecum cogitavit. Sed puer reflexis oculis monaſterium S. Maximini reſpexit, ut eum ſanctus Dei de manibus ejus liberaret, exclamavit: unde iratus miles puerum percuſſit. Sed mox ultione divina fracto equi collo, de ponte in aquam cecidit, & puer ſuper pontem illeſus remanſit, ſicque puer ad S. Maximinum rediit, abbati Wikero cauſam innotuit, & abbas Deo gratias agens puerum parentibus reſtituit. Hoc celebre factum, cum Treveris eſſem, abbas mihi innotuit, & puerum ante me duxit, & ut teſtimento noſtro traditionem predictam pueri confirmarem, & ab omnibus advocatis predictum puerum, & ejus poſteros abſolverem, & ut nulli beneficiaretur, exoravit, quam ejus petitionem fieri decrevi, & hanc cartam inde conſcribi, (c) noſtrique ſigilli impreſſione juſſimus ſignari.

Signum domni Otthonis invictiſſimi regis.

Ludolfus cancellarius ad vicem Willehelmi archicapellani recognovi.

Data XII. kal. Aug. anno Dominice Incarnationis DCCCCLXIII. indictione VI. anno regni ſereniſſimi regis Otthonis III.

Actum Treverim feliciter. amen.

CLXXIX. JU-

NOTÆ

(a) Sigehardus monachus S. Maximini juſſu Wikeri Abbatis librum de miraculis S. Maximini, in actis SS. Antvverpien. ad diem 28. Maji editum, conſcripſit anno Ottonis M. XXVII. qui eſt præſens annus 963. unde mirum ſanè, cum de hoc prodigio nihil meminiſſe; niſi illud ſcripto jam Sigehardi opere eveniſſe dixeris; quod ipſum tamen nec ſua caret credendi difficultate; cùm ex præſentibus Ottonis II. tabulis appareat, ante Regis Treverim adventum opem S. Maximini puero Brambachiano luculento beneficio obveniſſe.

(b) *Miles in eandem patriam prede cauſa veniens, ipſum puerum, parentibus ignorantibus ſubtraxit.*] Celebres hoc ævo fuiſſe Virodunenſes puerorum mercimoniis, quos in ſpadones exſectos fœdo quæſtu Hiſpanis ſolerent divendere, autor eſt Luitprandus *Lib. VI. Cap.* 3.

(c) *Noſtrique ſigilli impreſſione juſſimus ſignari.*] Sigillum diplomati appenſum ſpeciem viri barbati, clipeati, haſtatique exhibet, cum perigraphe: *Otto Dei gratia Rex.* quod, cum vultum Ottonis II. octennis pueri nullatenus referat, reliquum eſt, ut typo Magni Ottonis id efformatum dicamus; idque ita eveniſſe, vel quòd typus aliquis in patris filiique uſus fuerit promiſcuus; vel quòd plures quandoque membranæ in Cancellaria regio ſigillo munitæ paratæ fuerint, quibus diplomata deinde qualibet occaſione inſcribi poſſent; atque ita membrana, ad expeditionem patris deſtinata, in filii uſus fuerit adhibita.

CLXXIX.

JUDICIUM OTTONIS II. REGIS

963. 21. *Julii.* inter Monachos S. Maximini, & eorum Advocatum ſuper juribus in vico Swegerbach.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ottho divina annuente clementia rex. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, qualiter Wiketus abbas monaſterii ſancti Maximini noſtram humiliter adiecit clementiam, poſtulans, ut familiam prædicti confeſſoris Chriſti Maximini de Swegetbach a miſeriis, & oppreſſionibus, quas ab advocatis patiebantur, abſolverimus, & juſtitiam, quam patres eorum habuerant, illis noſtra regali aucthoritate corroboremus. Cujus piæ petitioni aſſenſum præbuimus, &, ut juſtitiam ſuam ſecundum jura anteceſſorum ſuorum ſacramento confirmarent, juſſimus. Quod ab eis ita in noſtra præſentia juratum, firmum & ſtabile per futura tempora decernimus, ſcilicet, ut advocatus, quem ipſi petierint, duo placita in anno teneat; & quicquid ibi palam, vel ſecreto accquiſierit, duæ partes ad altare S. Maximini, tertia advocato cedat; ad unum vero placitum
(a) villicus advocato (*a*) pro ſervitio dabit triginta denarios, aut ſervitium, quod valeat XXX. denarios: ad ſecundum quoque placitum tantum ſervitii dabit illi, quantum ad primum, & non plus. Inſuper toto anno quicquid advocatus in familia vel petendo, vel in hoc, quod extraneas uxores duxerit, aut in alia qualibet cauſa placitando accquiſierit, duæ partes altaris, tertia advocati erit. Familia autem per annum advocato dabit, unusquisque eorum, unum manipulum, & unum denarium. Si in placito advocati culpabilis inventus fuerit aliquis de ipſa familia, non plus, quam quinque ſolidos ſolvet: qui vero omnino pauper eſt, unum tantum ſolidum, & non plus dabit. Ipſos vero homines de Swegerbach, & omnes, qui ad altare S. Maximini cenſum debent ſolvere, nullus unquam abbas audebit, vel poterit ulla ratione cuiquam in beneficium præſtare. Et ut hoc aucthoritatis noſtræ præceptum firmum, & ſtabile permaneat, cartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus ſignari.

Signum domni Otthonis invictiſſimi regis.

(*b*) Data XII. kal. Aug. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIII. indictione VI. anno regni ſereniſſimi Otthonis III. (b)

Actum Ingelinheim feliciter. amen.

CLXXX. SI-

NOTÆ.

(*a*) *Pro ſervitio dabit triginta denarios.*] Servitium hic pro paſtu accipitur; unde vox Gallica *Service*, Vid. du Freſne *h. voce. Tom. III. pag.* 918.

(*b*) *Data XII. kal. Auguſti, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIII.*] Vide tres ſucceſſivè tabulas ejusdem Ottonis II. Regis, uno eodemque die, XII. videlicet kalendas Auguſti, tribus diverſis locis datas, Sologo, Treviris, Ingelheimu; manifeſto argumento, vel non ſemper ibi eo die præſentes fuiſſe Reges & Imperatores, ubi eorum tabulæ datæ ſunt, quod nonnunquam eveniſſe alii obſervârunt; vel, ſi (quod omnino putem) hac obſervatione, hiſtoriarum fidem in multis convellente, rariùs, & non niſi in rebus de cætero indubitatis utendum exiſtimemus, harum cartarum fabrum non prævidiſſe, aliquando futurum, ut eæ ſimul & ſemel conſpiciendæ, & invicem conferendæ, prodirent in publicum. Scio etiam differentiam, quam hac in re obſervare convenit inter *Actum* & *Datum*; cùm multa diplomatibus conſignata alio loco & tempore *acta* ſint, alio *data*; ſed in tribus his cartis actum datumque expreſsè conveniunt, tanto majore ſuppoſitionis ſupplicio.

CLXXX.

SIGIFRIDUS COMES

964. 16. Sept.

dat Henrico Archiepiſcopo Trevirenſi Odowines Luica pro Sarburgo & Luica ad vitam.

Quisquis benevola intentione pro divino intentu quoddam ſuarum rerum ad eccleſias Dei jure precario delegaverit, non ſolum in preſenti tranſitoria recompenſationem, ſed etiam in futuro perpetuam, procul dubio, mercedem recipiat. Quod ego * Sygſridus, tamen comes indignus, mente pertractans, facta conventione cum domino (a) Henrico Trevirorum preſtantiſſimo archiepiſcopo dedi ad altare S. Petri in civitate Trevirenſi legali traditione ex rebus mee proprietatis in pago Satonenſi in villa, que vocatur Odowines * Luica; in eadem marcha, & in comitatu Bedenſi, airalem unum, & inter terram arabilem & prata, jugera LXXIII. & quidquid ad eundem airalem pertinere dinoſcitur, in paſcuis, pratis, aquis aquarumve decurſibus, ingreſſibus & regreſſibus; inſuper & mancipia utriusque ſexus ſeptem, quorum iſta ſunt nomina: Mamucho & uxor ejus Bilicha, Falchilo & uxor ejus Irmiza, Zhiericho, Tiezuol, Werinzo. Accepi autem econtra legali traditione ab advocato Huodilberto ſub pretextu precarie de rebus S. Petri in antedicto pago & in ſupradicta marcha in comitatu Bedenſi monticulum, qui antea vocabatur Churbelin, nunc autem Sarburg, ſitum ſuper fluvium Sarouue, & cum eo ſex manſos, juxta ſupradictum monticulum jacentes, in villa que nominatur Luica, cum omnibus adjacentibus illorum, cum pratis, campis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, terris cultis & incultis, viis & inviis, & mancipia utriusque ſexus quatuordecim, cum tali lege, ſicuti antea viſi fuerant habere, quorum iſta ſunt nomina: Hildemannus & uxor ejus Amilgarda, Engilbertus cum ſua femina Dominia, Heido & uxor ejus Tiedtada, Ravengerus & femina ejus Helmſnda, Vaſſimol, uxor ejus Gruna, Willehelmus, Engizo. Sub ea ſcilicet ratione, utrumque datum & acceptum, ego & conjunx mea Hadewig filiusque noſter Henricus omnibus vite noſtre diebus quiete teneamus atque poſſideamus, annuatim perſolvendo ad altare S. Petri cenſum ſex denariorum. Et quisquis hanc precariam infringere voluerit, decem libras auri perſolvere cogetur, &, quod repetit, eum ditare non valeat. Poſt noſtrorum vero deceſſum ad partem & ad dominationem domni S. Petri utrumque, datum videlicet & acceptum, redeat, & in ejus deinceps proprietate maneat. Ut autem hec precaria ſecundum ſuptaſcriptam conditionem firma & ſtabilis in tranquilla quietudine conſiſtat, ego ſupradictus Henricus indignus archiepiſcopus manu propria ſubnotavi, manibusque noſtrorum fidelium roborari juſſi. Signum domini Henrici archiepiſcopi, qui hoc teſtamentum ſcribere juſſit, atque manu propria firmavit. Signum Thiedonis archidiaconi &c. Actum Treviris publice in domo S. Petri in Dei nomine XV. kal. Octobris, anno Dominice Incarnationis DCCCCLXIIII. anno vero domini Ottonis glorioſi regis XXIX. ſuper regnum quondam Lotharii, indictione VII.

* primus Comes Luxemburgenſis.

* Leuken.

THEO-

NOTA.

(a) *Henrico Trevirorum preſtantiſſimo Archiepiſcopo.*] Qui hoc anno deceſſit. Sic enim Continuator Reginonis *ad an.* 964. (in exercitu Ottonis) *ex qua peſtilentia obierant Henricus Archiepiſcopus Trevirenſis, & Cerricus Abbas Wirtzeburgenſis, & Godefridus Dux Lotharienſis, aliorumque innumera multitudo, tam nobilium, quam ignobilium.*

CLXXIX.

JUDICIUM OTTONIS II. REGIS

963. 21. Julii. inter Monachos S. Maximini, & eorum Advocatum ſuper juribus in vico Swegerbach.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ottho divina annuente clementia rex. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, præſentibus & futuris, qualiter Wikerus abbas monaſterii ſancti Maximini noſtram humiliter adierit clementiam, poſtulans, ut familiam prædicti confeſſoris Chriſti Maximini de Swegerbach a miſeriis, & oppreſſionibus, quas ab advocatis patiebantur, abſolverimus, & juſtitiam, quam patres eorum habuerant, illis noſtra regali aucthoritate corroboremus. Cujus piæ petitioni aſſenſum præbuimus, &, ut juſtitiam ſuam ſecundum jura anteceſſorum ſuorum ſacramento confirmarent, juſſimus. Quod ab eis ita in noſtra præſentia juratum, firmum & ſtabile per futura tempora decernimus, ſcilicet, ut advocatus, quem ipſi petierint, duo placita in anno teneat; & quicquid ibi palam, vel ſecreto accquiſierit, duæ partes ad altare S. Maximini, tertia advocato cedat; ad unum vero placitum villicus advocato (a) pro ſervitio dabit triginta denarios, aut ſervitium, quod valeat XXX. denarios: ad ſecundum quoque placitum tantum ſervitii dabit illi, quantum ad primum, & non plus. Inſuper toto anno quicquid advocatus in familia vel petendo, vel in hoc, quod extraneas uxores duxerit, aut in alia qualibet cauſa placitando accquiſierit, duæ partes altaris, tertia advocati erit. Familia autem per annum advocato dabit, unusquisque eorum, unum manipulum, & unum denarium. Si in placito advocati culpabilis inventus fuerit aliquis de ipſa familia, non plus, quam quinque ſolidos ſolvet: qui vero omnino pauper eſt, unum tantum ſolidum, & non plus dabit. Ipſos vero homines de Swegerbach, & omnes, qui ad altare S. Maximini cenſum debent ſolvere, nullus unquam abbas audebit, vel poterit ulla ratione cuiquam in beneficium præſtare. Et ut hoc aucthoritatis noſtræ præceptum firmum, & ſtabile permaneat, cartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus ſignari.

Signum domni Otthonis, invictiſſimi regis.

(b) Data XII. kal. Aug. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIII. indictione VI. anno regni ſereniſſimi Otthonis III.

Actum Ingelinheim feliciter. amen.

CLXXX. SI-

NOTÆ.

(a) *Pro ſervitio dabit triginta denarios.*] Servitium hic pro paſtu accipitur; unde vox Gallica *Service*, Vid. du Freſne *h. voce. Tom. III. pag.* 918.

(b) *Data XII. kal. Auguſti, anno Dominica Incarnationis DCCCCLXIII.*] Vide tres ſucceſſivè tabulas ejusdem Ottonis II. Regis, uno eodemque die, XII. videlicet kalendas Auguſti, tribus diverſis locis datas, Sologæ, Treviris, Ingelheimii; manifeſto argumento, vel non ſemper ibi eo die præſentes fuiſſe Reges & Imperatores, ubi eorum tabulæ datæ ſunt, quod nonnunquam eveniſſe ubi obſervârunt; vel. ſi (quod omnino putem) hac obſervatione, hiſtoriarum fidem in multis convellente, rariùs, & non niſi in rebus de cætero indubitatis utendum exiſtimemus, harum cartarum fabrum non prævidiſſe, aliquando futurum, ut eæ ſimul & ſemel conſpiciendæ, & invicem conferendæ, prodirent in publicum. Scio etiam differentiam, quam hac in re obſervare convenit inter *Actum* & *Datum*; cùm multa diplomatibus conſignata alio loco & tempore *acta* ſint, alio *data*; ſed in tribus his cartis actum datumque expreſsè conveniunt, tanto majore ſuppoſitionis indicio.

CLXXX.

SIGIFRIDUS COMES

964. 16. *Sept.*

dat Henrico Archiepiſcopo Trevirenſi Odowines Luica pro Sarburgo & Luica ad vitam.

QUisquis benevola intentione pro divino intentu quoddam ſuarum rerum ad eccleſias Dei jure precario delegaverit, non ſolum in preſenti tranſitoria recompenſationem, ſed etiam in futuro perpetuam, procul dubio, mercedem recipiat. Quod ego * Sygfridus, tamen comes indignus, mente pertractans, facta conventione cum domino (a) Henrico Trevirorum preſtantiſſimo archiepiſcopo dedi ad altare S. Petri in civitate Trevirenſi legali traditione ex rebus mee proprietatis in pago Saronenſi in villa, que vocatur Odowines * Luica; in eadem marcha, & in comitatu Bedenſi, airalem unum, & inter terram arabilem & prata, jugera LXXIII. & quidquid ad eundem airalem pertinere dinoſcitur, in paſcuis, pratis, aquis aquarumve decurſibus, ingreſſibus & regreſſibus; inſuper & mancipia utriusque ſexus ſeptem, quorum iſta ſunt nomina: Mamucho & uxor ejus Bilicha, Falchilo & uxor ejus Irmiza, Zhiericho, Tiezuol, Werinzo. Accepi autem econtra legali traditione ab advocato Huodilberto ſub pretextu precarie de rebus S. Petri in antedicto pago & in ſupradicta marcha in comitatu Bedenſi monticulum, qui antea vocabatur Churbelin, nunc autem Sarburg, ſitum ſuper fluvium Sarouue, & cum eo ſex manſos, juxta ſupradictum monticulum jacentes, in villa que nominatur Luica, cum omnibus adjacentibus illorum, cum pratis, campis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, terris cultis & incultis, viis & inviis, & mancipia utriusque ſexus quatuordecim, cum tali lege, ſicuti antea viſi fuerant habere, quorum iſta ſunt nomina: Hildemannus & uxor ejus Amilgarda, Engilbertus cum ſua femina Dominia, Heido & uxor ejus Tiedrada, Ravengerus & femina ejus Helmſnda, Vaſſimol, uxor ejus Gruna, Wilihelmus, Engizo. Sub ea ſcilicet ratione, utrumque datum & acceptum, ego & conjunx mea Hadewig filiusque noſter Henricus omnibus vite noſtre diebus quiete teneamus atque poſſideamus, annuatim perſolvendo ad altare S. Petri cenſum ſex denariorum. Et quisquis hanc precariam infringere voluerit, decem libras auri perſolvere cogetur, &, quod repetit, eum ditare non valeat. Poſt noſtrorum vero deceſſum ad partem & ad dominationem domni S. Petri utrumque, datum videlicet & acceptum, redeat, & in ejus deinceps proprietate maneat. Ut autem hec precaria ſecundum ſupraſcriptam conditionem firma & ſtabilis in tranquilla quietudine conſiſtat, ego ſupradictus Henricus indignus archiepiſcopus manu propria ſubnotavi, manibusque noſtrorum fidelium roborari juſſi. Signum domini Henrici archiepiſcopi, qui hoc teſtamentum ſcribere juſſit, atque manu propria firmavit. Signum Thiedonis archidiaconi &c. Actum Treviris publice in domo S. Petri in Dei nomine XV. kal. Octobris, anno Dominice Incarnationis DCCCCLXIIII. anno vero domini Ottonis glorioſi regis XXIX. ſuper regnum quondam Lotharii, indictinne VII.

* primus Comes Luxemburgenſis.

* Leuken.

THEO-

N O T A.

(a) *Henrico Trevirorum preſtantiſſimo Archiepiſcopo.*] Qui hoc anno deceſſit. Sic enim Continuator Reginonis *ad an.* 964. (in exercitu Ottonis) *ex qua peſtilentia obierant Henricus Archiepiſcopus Trevirenſis, & Gerricus Abbas Wirtzebargenſis, & Godefridus Dux Lotharienſis, aliorumque innumera multitudo, tam nobilium, quam ignobilium.*

THEODORICUS I. ARCHIEPISCOPUS.

CLXXXI.

OTTO M. IMP.

966. 7. Januarij. monaſterio S. Maximini firmat capellam regiam Theodonis-villæ.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ottho divina favente clementia imperator auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter venerabilis Wikerus abbas de cœnobio S. Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum quieſcit, Coloniæ noſtram imperialem adierit clementiam, poſtulans, ut quandam traditionem a genitore noſtro, rege ſcilicet Heinrico, traditam, noſtra quoque firmaremus auctoritate; cujus poſtulationi annuentes voluimus, atque jubemus, ut hæc eadem traditio ſit firma, nec ab ullo imperatore vel rege in perpetuum violanda; ſed hæ ſemper poſſeſſiones a genitore noſtro traditæ, uſui deſerviant monachorum, Deo ſanctoque Maximino ſub regula ſancti Benedicti famulantium, videlicet (a) eccleſia in noſtro regali fiſco, Theodonis villa nominato, conſtituta, cum integro dotalitio, uno ſcilicet manſo, atque omni (b) decimatione, tam macelli & cenſus, quam & frugum & pecorum, noſtro uſui acquiſitorum, aliisque duobus manſis & dimidio, cum ſucceſſoribus mancipiorum a prædicto noſtro genitore traditorum, Martini & Schazhelonis, omnique rerum poſſeſſione & ſupellectili, tam adquiſitis, quam adquirendis, viis & inviis, cultis & incultis, agris, vineis, pratis, paſcuis, ſylvis, molendinis, aquis aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, exitibus & reditibus. Et ut hoc auctoritatis noſtræ præceptum ſtabile & inconvulſum permaneat, cartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam propria manu ſubtus firmavimus.

Signum domni Otthonis magni, & invictiſſimi imperatoris auguſti.

Liudolfus cancellarius ad vicem Willihelmi archicapellani recognovi.

Data VII. idus Januarii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI. indictione IX. anno regni domni Otthonis XXXI. imperii vero IIII. Actum Coloniæ in Dei nomine feliciter. amen.

CLXXXII. OT-

NOTÆ.

(a) *Eccleſia in noſtro regali fiſco, Theodonis villa.*] Qua de cauſa Abbatibus S. Maximini datæ Palatina templa, jam dictum ſuprà, in nota ad diploma Ottonis M. an. 962.

(b) *Decimatione, tam macelli & cenſus, quam & frugum & pecorum.*] Senſus perturbatus; ſic reddendus: *decimatione & cenſu, tam macelli & pecorum, quam & frugum.* Decima *macelli* eadem eſt, quæ pecorum; decimam ſanguinis dicimus, vernaculâ Blut-Zehenden.

CLXXXII.

OTTO M.

966. 7. Jan.

MONASTERIO S. MAXIMINI villam ad Valles à Rege Dagoberto donatam firmat.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 321.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter nos interventu dilectæ conjugis noſtræ Adelheidis, fidelisque archiepiſcopi noſtri Willihelmi pro ſtatu, & incolumitate regni vel imperii noſtri filiique noſtri chariſſimi Otthonis, quandam villam de proprietate almi confeſſoris Chriſti Maximini in comitatu vel ſuburbio Trevirorum ſitam, ad * Valles nominatam, quam anteceſſor noſter divæ memoriæ Dagobertus rex Francorum prælibato confeſſori Chriſti pro ſuæ animæ abſolutione, uti ſingulis kalendis pro eo vigiliæ agerentur, monachique Deo ſanctoque Maximino famulantes in eisdem kalendis inde paſcerentur, ſed & (a) æſtivo tempore poſt meridianam quietem ob ejus memoriam inde vini, vel potus clementia reficerentur, regali munificentia obtulit, multis retro temporibus ab anteceſſoribus noſtris in beneficium datam, monachis Deo ſanctoque Maximino famulantibus in cœnobio, quod in ſuburbio Trevirorum ſitum eſt, ex toto, & integro imperiali benevolentia concedimus, & remittimus; & ut calices aquæ, quos hactenus ob paupertatem æſtivo tempore pro calicibus vini, quos Dagobertus rex inſtituit, accipiebant, in antiquum, & priſtinum ſtatum redeant, & mutentur, volumus, & firmiter jubemus. Ita ſane noſtra regia vel imperatoria auctoritate jubentes, ut prænominata villa cum integritate, ſicuti a prædicto rege Dagoberto S. confeſſori Chriſti Maximino oblata eſt, monachis prælibati cœnobii perpetualiter deſerviat, nullusque ſucceſſorum noſtrorum eam hinc aufferre, vel in beneficium dare præſumat, ut nobis in regni negotiis occupatis, monachos eo devotius pro noſtra ſalute Dominum exorare delectet. Et ut hoc auctoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat, chartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & propria manu ſubtus firmavimus.

* hodie Grün-Hauß / una à Treviris horâ.

(a)

Signum domni Otthonis magni, & inviƈtiſſimi imperatoris auguſti.

Liudulfus cancellarius ad vicem Willihelmi archicapellani recognovi.

Data VII. id. Januarii, anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVI. indictione VIIII. anno regni domni Otthonis XXXI. Imperii vero IV. Actum Coloniæ, in Dei nomine feliciter. amen.

CLXXXIII. DO-

NOTA.

(a) *Æſtivo tempore poſt meridianam quietem vini vel potus clementia reficerentur.*] Obſervant hic Martene & Durand, de hoc potu poſt meridianam quietem æſtivo tempore nihil exſtare in regula S. Benedicti; antiquiſſimum tamen Ordinis uſum invaluiſſe, ut convenientibus poſt nonam in refectorium fratribus, vini hauſtus propinaretur; ejus fieri mentionem in regula Magiſtri *Cap.* 27. in Conſuetudinibus S. Benedicti Anianenſis *Tom. IV. Analect.* in Capitulis Monachorum ad Augiam directorum *Cap.* 8. in Capitulis Monachorum San-Gallenſium *Cap.* 27. &c.

CLXXXIII.

DONATIO

OTTONIS M. IMP.

966. prædiorum duorum fratrum in Marcka, Kira, Bergen, Putzwillare, Huſombach, Bettenvorſt & appenditiis Comitatus Nagouwe facta Eccleſiæ Trevirenſi.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Otto divioa favente clementia imperator auguſtus. Noverit omnium fidelium noſtrorum, tam preſentium, quam futurorum induſtria, qualiter nos interventu dilecte conjugis noſtre Adelheidis, fideliſque noſtri archiepiſcopi Wilhelmi, venerabili ſancte Treverice ſedis archiepiſcopo Theodorico quidquid predii Megingaldus & Reginzo fratres, antequam ob latrocinia & maleficia eorum in publicum regni & imperii noſtri jus & fiſcum adjudicatum eſt, hereditarium habere viſi ſunt, tertia tantum parte excepta, que fratri eorum majori Lantberto acceſſit, quod legibus in noſtrum jus & proprietatem redactum eſt, in perpetuum ex toto & in integro munifica largitate donavimus, ita ſane, ut quidquid prenominati duo fratres Megiligaldus & Reginzo in duabus ſibi hereditariis partibus in comitatu Nagouwe io locis ſubnotatis habebant, videlicet in Marcka, Kyra & Bergun, in Puzwillare & Huſonbach, in Beateoforſt cum omnibus appendiciis & utilitatibus, tam in mancipiis, quam in curtibus & edificiis, terris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus ſcilicet & immobilibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, queſitis & inquirendis, vel cujuscunque modi rebus, prenominatus venerabilis archiepiſcopus Theodoricus teneat & poſſideat, & liberam poteſtatem habeat donandi, vendendi, commutandi, vel quidquid ſibi libuerit, exinde faciendi. Et ut hoc autoritatis noſtre donum ſive preceptum firmum & ſtabile permaneat, cartam hanc conſcribi, & anuli noſtri impreſſiooe ſiguiri juſſimus, quam & manu propria ſubtus firmavimus. Signum domini Ottonis magni & invictiſſimi imperatoris auguſti. Ludolfus cancellarius ad vicem Wilhelmi archicapellani recognovi. Data II. nonas Februarii, anno Dominice Incarnationis DCCCCLXVI. indictione XI. anno regni domini Ottonis XXXI. imperii vero V. Actum Noviomago in Dei nomine feliciter. amen. (a) (a)

CLXXXIV. JO-

N O T A.

(a) Hanc cartam viderat Brovverus, qui ejus contenta refert *Annal. Lib. X. n. 7.* ubi prædia, in ea nominata, ſic recenſet: Ex Comitatu Nahagovvvio Marcka, Kyrna, Bergenum, Putzvvilarium, Huſenbachium, Beatenforſtum. Vid. quoad interpretationem horum locorum Diſſert. noſtram ſæculo VII. præmiſſam. Fuerant autem eadem prædia jam anno 961. donata Theodorico, tum ſolùm Metropolitanæ Moguntinæ Decano, cum facultate *donandi, vendendi, ſive commutandi, vel etiam, quidquid ſibi inde libuerit, faciendi.* Unde vix dubium, quin ipſe, jam ad ſedem Archiepiſcopalem Trevirenſem promotus, Imperatori auctor fuerit, transferendorum in ſuam Eccleſiam fundorum ſibi ante quinquennium Imperiali liberalitate donatorum.

CLXXXIV.

969.
22. Jan.

JOANNES XIII.

(4)

Primatum Trevirenſis Eccleſiæ firmat. (a)

Bullar. M. Rom. Tom. IX. p. 1.

JOannes epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Cariſſimis nobis in Chriſto fratribus, univerſis epiſcopis, ac totius dignitatis & ordinis catholicis viris, præſentibus ſcilicet & futuris, perpetuam ſalutem. Quia licet indigni, divinæ tamen dignationis gratia diſponente B. Petri apoſtolorum principis, ſacratiſſimam ſedem, univerſaléque in toto orbe terrarum miniſterium ſuſcepimus; neceſſe eſt omnium eccleſiarum, ut diligentiſſimam ſolicitudinem ita continenter habeamus, ne earum jura, anctoritate ejuſdem apoſtolorum principis cæterorúmque ſucceſſorum ejus venerabilium patrum inviolabiliter ſtatuta, & confirmata noſtro minuantur ac pereant tempore, ſed potius corroborata decenter augeantur atque proficiant. Ideoque omnium veſtrum noſſe volumus ſanctitatem, & induſtriam, quod Theodorico dilectiſſimo fratre noſtro Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopo veniente Romam, oratum ad ſanctorum apoſtolorum limina, audivimus, ſicut etiam pridem audiendo immo & legendo compertum habuimus, eandem ipſam præ cæteris Galliarum eccleſiis chriſtianæ religionis exordium catholicæque fidei prima rudimenta percepiſſe per ſanctiſſimorum virorum Eucharii, Valerii & Materni & cæterorum evangelicam doctrinam, quos tempore ſuo prædictus beatiſſimus Petrus apoſtolus ordinavit & inſtruxit, nec non illuc ad prædicandum direxit. Unde totius ordinis noſtræ ſedis apoſtolicæ conſultu, gratuitoque aſſenſu, jura privilegiorum, quæ a ſancta Romana matre eccleſia præfatis ſanctis, eorúmque reliquis ſucceſſoribus, id eſt Agritio, Maximino, Paulino, Severo almificis & apoſtolicis viris a primordio hucusque autentice conceſſa ſunt, quæque etiam ipſius civitatis excidio, incendio, aliove caſu conſumpta probantur, eidem Trevirenſi eccleſiæ prædictoque fratri noſtro Theodorico, & per eum cunctis ipſius ſucceſſoribus, reconfirmare, recorroborare & omni modo reſtituere dignum duximus; decernentes per hujus noſtri apoſtolici privilegii validiſſimam conſtitutionem, ut quandocunque a noſtra principali & apoſtolica ſede epiſcopus, presbyter, vel diaconus, vel ſubdiaconus, ſive quilibet ordinarius legatus rei eccleſiaſticæ ſeu cogendæ ſynodi cauſa in Galliam, Germaniamve deſtinatus fuerit, Trevirenſis præſul poſt quemlibet ordinarium legatum A. S. primum inter alios pontifices locum obtineat. Et ſi miſſus Romanæ eccleſiæ defuerit, ſimiliter poſt imperatorem ſive regem ſedendi, ſententiam edicendi, & ſynodale judicium canonice promulgandi, primatum habeat; utpote in illis partibus vicarius noſtræ ſedis apoſtolicæ merito conſtitutus. Neque enim dignum eſt, ut illius eccleſiæ præſul aliquo tempore cæteris non habeatur prælatus, cujus honor in illis partibus ſub ipſo apoſtolorum principe extitit primitivus. Pari quoque modo ſancimus, omnes in parochiis ejus degentes ſive ordinationem & promotionem cujuslibet eccleſiaſtici gradus a pontifice ipſius percipientes, eidem ipſi matrici eccleſiæ, epiſcopoque illius debere canonice placere, obſequi & jure obedire. Siquidem decreto B. Clementis papæ ſuper hoc ita cautum videtur: Si vobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ſubdiaconi ac reliqui clerici cuncti, omnesque principes tam majoris ordinis quam inferioris, atque reliqui populi, tribus & linguæ, non obtemperaverint, â liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt, dicente Domino: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Inter hæc quoque omnia, quæ ad ſæpe dictam Trevirenſem eccleſiam intra & extra civitatem pertinere videntur, id eſt eccleſias cum univerſis rebus ſibi attinentibus ſeu monaſteria tam monachorum, quam virginum, quæ ex præ-

cep-

N O T Æ.

(a) Confer Diſſertationem huic ſæculo præpoſitam §. IX.

CLXXXIV.

ceptis ſive ſcriptis regum ſeu imperatorum ſive eorundem fundatorum auctoritate, ad ſe pertinent & pertinere debent, & quidquid omnino illa ipſa eccleſia ubique & quoquo merito poſſidet & poſſidere debet, generaliter & ſpecialiter concedimus; reformamúsque præfato Theodorico fratri & coepiſcopo noſtro ſuisque ſucceſſoribus ad perpetuam ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ dominationem, atque ditionem per hujus noſtræ apoſtolicæ præceptionis ſeriem a præſenti XII. indictione & usque ad finem ſæculi valituram. Contra quam, ſiquis quid quolibet modo agere præſumpſerit, & quod juſtè & canonice â nobis decretum eſt, in aliquo infringere tentaverit, ſciat ſe ex Dei omnipotentis & prædicti beatiſſimi apoſtolorum principis, omniumque ſanctorum ac deinde noſtra auctoritate, damnandum, & anathematizandum, & cum omnibus impiis æternis ſuppliciis deputandum. Qui vero hoc privilegium noſtrum obſervare, cuſtodire, adimplere fideliter ſtuduerint, benedictionis gratiam & miſericordiæ plenitudinem in cæleſtibus caſtris inter electorum numerum efficaciter â Domino Deo conſequi mereantur. Scriptum per manum Stephani notarii & regionarii & ſcriniarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ in menſe Januario & indict. XII. data XI. kalend. Februarii, per manum Sicconis epiſcopi ſanctæ * N. eccleſiæ ad vicem Guidonis epiſcopi & bibliothecarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ. Anno, Deo propitio, pontificatus domini Joannis pontificis & univerſalis XIII. papæ in ſacratiſſima ſede D. Petri apoſtoli * IV. (*b*) imperii autem domini Ottonis majoris VII. minoris vero II. & indict. XII.

* Bleranæ

* al. III.

(*b*)

N O T Æ.

(*b*) *Imperii autem domini Ottonis majoris VII.*] Annum Ottonis *VII.* Brovverus emendat in *VIII.* Rectè id quidem: poſſet tamen inde ſeverioribus criticis naſci anſa hoc diploma ex chronologico vitio impugnandi; ſicut idem ille error materiam diſputandi dederat cl. Eckhart *in Animad. ad Fr. Schannat Dioe. Fuld. N. XXIX. pag.* 42. *ſeqq.* adversùs ejuſdem Joannis XIII. bullam, anno ſuperiori Eccleſiæ Fuldenſi conceſſam pro primatu abbatiali. At, quis neſcit, annos Ottonum tam in Italia quàm Germania à Notariis ſubinde perperam fuiſſe numeratos: adeo certè, ut reſp. literaria ingentem eſſet paſſura ſtragem, ſi cartæ quælibet ut ſpuriæ abjiciendæ forent, quoties chronicas Ottonum notas ſpuriè referunt. Hoc obſervavit inter alios Kettnerus *Antiq. Quedlinburg. pag.* 697. qui, poſtquam in concinnanda ſua Hiſtoria integrum loci archivum perluſtrâſſet, ingenuè faſſus eſt, ſe ſe in conciliandis Ottonum annis, præſertim cum indictionibus, fruſtra deſudâſſe. Eò autem remotior debet eſſe ab hac noſtra omnis ſubornationis ſuſpicio, quòd eam ſibi exhibitam teſtetur Leo IX indubitato diplomate, quod ad annum 1049. referemus.

CLXXXV.

OTTO M. IMP.

970. 29. *Martii.*

concedit Monachis S. Maximini jus conſtituendi & deſtituendi Advocatum, habitandi in Civitatibus, ibidemque contrahendi; demum immunitatem à telonio, & ab operis publicis.

Zylleſius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 24.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator auguſtus. Notum eſſe volumus tam præſentibus, quam & futuris, qualiter venerabilis abbas Thietfridus de cœnobio ſancti Maximini, quod eſt in ſuburbio Trevericæ civitatis conſtructum in honorem ſancti Joannis evangeliſtæ, noſtram imperialem Ravennæ adiit excellentiam conquerens, ob advocatorum incuriam, ſe ſuamque familiam permulta pati incommoda. Igitur quoniam idem locus ſub mundiburdio, & advocatia anteceſſorum noſtrorum imperatorum videlicet ſive regum, ſemper conſtitutus erat, per interventum dilectæ conjugis noſtræ imperatricis Adelheidis, filii noſtri ſereniſſimi auguſti æquivoci Ottonis, nec non Annonis Wormacienſis epiſcopi, & Pertolfi comitis, decrevimus no-

ſtræ

CLXXXV.

ſtræ authoritatis præcepto, ut idem abbas ejusque ſucceſſores advocarios habeant, quibus velint, dandi, quibusque velint, tollendi poteſtatem. Concedimus quoque ipſius prædicti confeſſoris Chriſti familiæ in prædicta Trevirorum urbe, aliisque imperii noſtri civitatibus, vel præfecturis habitandi, ut ea conditione, qua & noſtra imperialis familia, habeat licentiam, quam & ſemper habebat, intrandi, & exeundi, vendendi, & emendi, paſcendi, & adaquandi, prædia regalibus familiis mutuo dandi, vel ab ipſis accipiendi mutuo; & nec epiſcoporum, aut ducum, comitumve, aut alicujus judiciariæ poteſtatis placitum attendant, niſi ſolius abbatis, & advocatorum, quos ipſe elegerit, & conſtituerit. Addidimus etiam ſecundum privilegia anteceſſorum noſtrorum, ut ubicunque naves monachorum Deo in prædicto loco ſub regula S. Benedicti militantium, vel homines eorum pervenerint, nullus ab eis thelonium exigere audeat. Et (a) quoniam ſanctorum familiæ regiis civitatibus vel palatiis adjunctæ regalibus aliorumque potentium interdum opprimuntur operibus, eadem opera ſupraſcripti confeſſoris Chriſti familiæ pro animæ noſtræ remedio, perpetualiter perdonavimus. Et ut hoc noſtræ authoritatis præceptum inconvulſum, & ſtabile permaneat, cartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus

Signum domni & invictiſſimi imperatoris auguſti Otthonis.

Luthgerus cancellarius ad vicem Ruotperti archicapellani notavi.

Data IIII. kal. April. anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXX. indictione XIII. (b) anno regni domni Otthonis XXXV. imperii autem VIIII. (c) filiique ejus regni X. imperii autem IIII. Actum Ravennæ in Domino feliciter amen.

CLXXXVI. OT-

N O T Æ.

(a) *Quoniam ſanctorum familiæ regiis civitatibus vel palatiis adjunctæ, regalibus aliorumque potentium interdum opprimuntur operibus.*] Quæ publicorum operum eſſet ratio, quibusve ea imperari ſolerent, juvat ex veteribus commentariis, qui de rebus Caroli M. ad Carolum Craſſum ſcripti ſunt, quique Henr. Caniſii *Antiquar. lect. Tom. II. P. III. edit. Baſnage* extant. *pag.* 69. hìc repetere: „ Fuit conſuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquod opus ex imperiali præcepto faciendum eſſet, ſiquidem pontes vel naves, aut trajecti, ſive purgatio, ſeu ſtramentum, vel impletio cœnoſorum itinerum, ea comites per Vicarios & Officiales ſuos exequerentur, in minoribus duntaxat laboribus: à majoribus autem & maximè noviter inſtruendis nullus Ducum vel Comitum, nullus Epiſcoporum vel Abbatum, excuſaretur aliquo modo. Cujus rei teſtes adhuc ſunt arcæ pontis Moguntiacenſis, quem tota Europa, communi quidem, ſed ordinatiſſimæ participationis opere perfecit, fraudulentia verò quorundam malevolorum, & de navium ſubnectione merces iniquiſſimas compilare volentium conſumpſit. Si verò eſſent Eccleſiæ, ad jus regium proprie pertinentes, laquearibus vel muralibus ordinandæ picturis, id à vicinis Epiſcopis aut Abbatibus curabatur. Quod ſi novæ fuiſſent inſtituendæ, omnes Epiſcopi, Duces, Comites, Abbates etiam, vel quicunque regalibus Eccleſiis præſidentes, cum univerſis, qui publica conſecuti ſunt beneficia, à fundamentis usque ad culmen inſtantiſſimo labore perduxerunt.

(b) *Anno regni Domni Otthonis &c.*] Octonem M. annos Imperii regnique non computatis ſuperſtitibus regni menſibus in unum reſpective annum conjicere, obſervavit Papebrochius *Propylæi Part. I. §.* 45. Id hìc fit, ubi annus regni 35. numeratur, cùm tamen 34. adhuc curiat.

(c) *Filiique ejus regni &c.*] Cùm annos *Regni* Otto II. numeret ab anno 961. quo à patre in Comitiis Wormatienſibus Rex conſtitutus, coronam Aquisgrani ſuſcepit; *Imperii* verò à principio anni 968., quo Romæ Imperiali diademate inſignitus fuit, ſic chronologicum errorem hìc cubare apparet; quem qua ratione tollere oporteat, docet Author *Chron. Gottwicen. Tom. prodr. pag.* 205. & 207.

CLXXXVI.

971.
15 *Martii.*

OTTO M. IMP.

reſtituit Monachos Ordinis S. Benedicti in Abbatiam Epternacenſem.

Miræus Opp. dipl. Tom. I. p. 655.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator auguſtus. Imperio noſtro pace amplificato gratum Deo munus recompenſare nos credimus, ſi cultum ejus, & ſervitium plerisque in locis collapſum ad priſtinum religionis renovare ſtudeamus ſtatum. Unde audivimus monaſterium eſſe in regno noſtro, in quo beatus Willibrordus requieſcit, quod ipſe a piiſſimo rege Pippino datis prædiis conſtruxerat, & quod ipſe princeps, & ejus filius Carolus ſcriptis privilegiis ſub poteſtate ſuccedentium regum manere firmaverat. Hoc itaque pravitate (*a*) cujusdam Carolomanni invaſoris ſic fuerat deſtructum, ut monachi inde expulſi, & canonici ſint intromiſſi. Hortatu igitur venerandi (*b*) comitis Sigisfridi fidelis noſtri, in eodem monaſterio monachicæ vitæ religionem innovare decrevimus, præficientes ei venerabilem virum (*c*) Ravangerum abbatem, qui monachis in regulari propoſito præſit, & proſit.

Addidimus etiam noſtræ autoritatis privilegium, per quod firmiter decernimus, ut ipſe locus ſicut ſub anteceſſorum noſtrorum manſerat, ita ſub noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum perſeveret defenſione, nullusque ei aliquam violentiam, vel ſubreptionem poſſeſſionum ad monachorum ſtipendia pertinentium inferre præſumat. Dedimus inſuper electionem fratribus eligendi abbatem, quemcunque religioſæ vitæ congruum ſibi invenire voluerint. Et ut hæc noſtræ largitatis conceſſio pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, hoc idem præceptum propria manu firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione aſſignari juſſimus.

Signum domini Ottonis magni & invicti imperatoris auguſti. Willigiſus cancellarius ad vicem Rodberti archicapellani recognovi. Datum idus Martii (*d*) anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIIII. indict. II. anno vero regni domini domini Ottonis XXXIII. imperii autem XII. Actum Magadaburg.

CLXXXVII. OT-

N O T Æ.

(*a*) *Cujusdam Carolomanni invaſoris.*] Attribuunt aliqui ſecularisationem Epternacenſis Monaſterii Carolomanno, Caroli Calvi filio, cui jam excæcato à patruo ſuo Ludovico Germanico hæc Abbatia conceſſa fuit, teſte Reginone *ad ann.* 870. Sed ſeriùs eam eveniſſe, vel ſolum probat diploma Zuendeboldi regis de anno 895. quod ſuo loco dedimus. Magìs itaque placent, quæ in hanc rem ſcribit Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. II. Liv. XIX. n. 6.* „ Pour éclaircir donc la vraie „ époque de cette ſécularisation, il faut obſer- „ ver, qu' en ce tems la coûtume de donner le „ revenu des Monaſteres à des ſéculiers, ſubſi- „ ſtoit toûjours. Les Comtes, comme autoriſés „ à ſuccéder à celui d' Epternach, le pilloient „ plûtôt, qu' ils ne le gouvernoient en bons éco- „ nomes. Les Religieux voyoient à regret ces „ violences, & s'y oppoſerent autant qu' ils pu- „ rent. Mais leurs oppoſitions devinrent inutiles, „ & il fallut céder à une force ſuperieure. Ce- „ pendant ils diſputerent le terrain pas à pas, & „ allerent ſe cantonner dans leurs maiſons de „ campagne, non pas pour y vivre d' une ma- „ niere diſſoluë, ainſi que les auteurs le publi- „ ent fauſſement, mais pour empêcher la ruine to- „ tale, & arrêter, s' il leur étoit poſſible, la „ diſſipation de leurs biens . . . . Mais l' uſurpation „ continuant, & la foibleſſe de l' Empire n' y „ pouvant mettre ordre, les Comtes chaſſerent „ abſolument les Moines, & établirent en leur „ place des Chanoines: apparament, que le prin- „ cipal acteur de cette ſcéne ſe nommoit Car- „ loman.

(*b*) *Comitis Sigisfridi.*] Bertelius *Hiſt. Luxemburg. pag.* 164. laudem reſtitutæ diſciplinæ monaſticæ tribuit Sigefrido Luxemburgenſi Comiti, quem loci non tantùm advocatum fuiſſe, ſed & regiâ donatione Abbatiam loco beneficii obtinuiſſe & rexiſſe, fatetur.

(*c*) *Ravangerum Abbatem.*] Qui novam quadraginta Monachorum coloniam ſecum ex S. Maximino Epternacum transduxit.

(*d*) *Anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXIIII.*] Perturbatiſſima hujus diplomatis chronologia: hoc certum, Ottonem I. jam anno 973. vitâ functum fuiſſe. Cùm itaque anni Ottonis regni XXXIII., Imperii verò XII., reſpondeant anno Chriſti 971. (quo etiam anno Otto Magdeburgi celebravit Comitia) ſic ad hunc annum diploma referre malumus; ut ut non ignoremus, ei non reſpondere indictionem ſecundam, ſed decimamquartam.

CLXXXVII.

OTTO II. IMP.

973. 27. Aug.

jubet monaſterio S. Maximini varia bona reſtitui.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ottho divina favente clementia imperator auguſtus. Noverit omnium induſtria fidelium noſtrorum, tam præſentium & futurorum, qualiter venerabilis abbas Thietfridus cœnobii ſancti Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, piiſſimi genitoris noſtri Otthonis imperialem Ravennæ adierit clementiam, poſtulans quaſdam proprietates prædicti confeſſoris Chriſti, (*a*) jure quidem præbendarias, ſed multis retro temporibus injuſte beneficiarias, ejusdem loci cœnobitis reſtitui. Cujus poſtulationem benigne ſuſcipiens, in præſenti quidem diſtulit, hanc tamen, ſi felici ſucceſſu in patriam reverteretur, ſe completurum promiſit; ſed voti ejus effectum mors interveniens impedivit. Nos igitur imperii, & voti ſucceſſores ob elemoſinam prædicti genitoris noſtri, nec non per interventum dilectiſſimæ genitricis noſtræ Adelheidis conjugisque noſtræ Theophanu, fidelisque comitis noſtri Bertolfi, petitionibus præfati abbatis monachorumque annuimus. Igitur noſtra imperiali authoritate reddimus cœnobitis ſancti Maximini, quicquid prædictus confeſſor in pago vel comitatu videlicet Nahegowe, & in pago & comitatu Wormacenſi, & in pago & comitatu Spirenſi habere dinoſcitur: ſcilicet totum, quod hactenus Ruotpertus Moguntiacenſis archiepiſcopus in beneficio tenere videbatur, vel milites ejus, ut monachorum inibi Deo, ſanctoque Maximino ſub regula ſancti Benedicti ſervientium quies, his noſtræ donationis ſublevata beneficiis *, inſtantius, libentiusque; & pro animæ abſolutione piæ memoriæ genitoris noſtri, nec non pro ſtatu, & incolumitate imperii noſtri, Dei miſericordiam jugiter exorent; illud ſane noſtra imperatoria authoritate jubemus, ut prædictæ proprietates prælibati confeſſoris Chriſti, in ſupra dictis pagis vel comitatibus ſitæ, uſui monachorum perpetualiter deſerviat *, nullusque ſucceſſorum noſtrorum, regum videlicet vel imperatorum eas inde auferre, vel in beneficium dare præſumat. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum ſtabile, & inconvulſum permaneat, hoc privilegium conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quod propria manu ſubtus firmavimus.

* videtur aliquid deeſſe.

* ſic.

Signum domni Otthonis imperatoris auguſti.

Willigiſus cancellarius vice Rodberti archicapellani notavi.

Data VI. kal. Septemb. anno Incarnationis Domini DCCCCLXXIIII. * indictione I. anno regni domni Otthonis XIII. imperii VI. Actum Franconofurt.

* lege III.

CLXXXVIII. OT-

N O T A.

(*a*) *Jure quidem præbendarias, ſed multis retro temporibus injuſtè beneficiarias.*] Solebant ex monaſteriorum fundis, alios Cœnobitæ ſuis ipſi uſibus proprios ſecernere, alios clientibus utendos dare. Illos appellabant *præbendarios*, hos *beneficiarios*, quibus Nobilium cupiditas, ſpecioſo clientelæ obtentu, paſcebatur.

CLXXXVIII.

OTTO II. IMP.

974. 26. Junii.

Theodorico Archiepiſc. & Eccleſiæ Trevirenſi largitur foreſtam in Kylwalt, definitis finibus.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Otto divina favente clementia imperator auguſtus. Noverit omnium induſtria fidelium noſtrorum, tam preſentium quam & futurorum, qualiter rogante Deoderico Trevirenſi archiepiſcopo quidquid in ambitu videntur habere eccleſie Trevirenſis atque Prumienſis in comitatu Bethenſi iſtorum * terminum: ſcilicet flumen deceſſum a Manderſcheit in Lyſeram usque Moſellam, eundem ſurſum Suram usque Epternacum; indeque recto tramite usque Erlesbura in Kyla, atque inde ad Manderſcheit iterum in flumen Lyſera. Totum ergo in foreſtum noſtra imperiali poteſtate perpetuo tenendum conceſſimus, firmiterque donavimus, eo tenore, ut omnia hec jam dicta hoc terminorum ambitu circumcluſa ſancto Petro, ejusdemque ſancte Trevirenſi eccleſie archipreſuli in uſum foreſti deinceps cum omnibus eorum legalibus juſtisque appendiciis poſſidenda conſtent. Et ut hec noſtre donationis auctoritas firmiter perſeveret, magis inconvulſa perduret, hanc inſcriptionem fieri juſſimus, anuloque noſtro ſignatam manu propria noſtra ſubtus firmavimus. Si quis autem hoc bannum noſtrum infringere, vel ullatenus violare preſumpſerit, LX. ſolidos camere ſue ſine omni dubio componat. Willigiſus cancellarius vice Rothberti archicapellani ſubſcripſi. Data VI. kal. Julii anno Incarnationis DCCCCLXXIIII. indictione * I. anno regni domini Ottonis XIII. Imperii VI. Wormatie. (a)

* terminorum

* II.

(a)

N O T A.

(a) Auctor Miraculorum S. Huberti §. 15. apud Mabillonium *Sec. IV. Act. Ord. S. Benedict. P. I. p.* 301. *Comitatum Arduennenſem agebat Theodericus, cujus frater Alerandus partes aquabat ejusdem Comitatus. Hi cum opportunitate ſilvarum haberent venandi ſtudium, in eodem exercitio quidam Jamenoldus erat Prapoſitus venatorum, qui dum ſapius ſaltus circa Monaſterium* (Andagenenſe, nunc S. Huberti) *luſtraret, nullumque proventum venationis inveniret, condicit ſuis, ut in nomine S. Pontificis exeuntes, ſi quid proveniret, illi pro voto redderent .... Erat enim ab antiquo totius Arduenna primoribus ex debito firmata conſuetudinis, per ſingulas vices annua venationis primitias & decimas cujuscunque generis ferarum beato Huberto perſolvere &c.* Unde apparet, ante hanc Imperatoriam conceſſionem jus foreſtæ in ſylva Arduennæ, & in Kylwald, qui ejus fuit portio, ad iſtorum locorum Nobiles ſeu Primores pertinuiſſe. Quod inſuper confirmat tranſactio hac ſuper re deinde inter Popponem Archiep. & memoratos Nobiles anno circiter 1030. inita; & in univerſum probat Mettingh *de ſtatu Militia Germanorum pag.* 77. 127. & 212. Porro, qui ritu Impp. foreſtas facerent, jam diximus ad Cartam Zuendeboldi R. de 28. Jan. 895. *Not. d.*

CLXXXIX.

PRÆCEPTUM

OTTONIS II. IMP.

974. 25. Julii.

ſuper immunitate rerum Eccleſiæ Trevirenſis.

IN nomine Domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Otto divina præordinante providentia imperator auguſtus. Si liberalitatis noſtræ munere locis Deo dicatis quoddam conferimus beneficii, & neceſſitates eccleſiaſticas ad petitiones ſacerdotum noſtro relevamus juvamine, & imperiali tuemur munimine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, & ad æternam felicitatem obtinendam, profuturum liquido

cre-

credimus. Proinde noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum ſagacitas, quatenus venetabilis Theodoricus ſanctæ Ttevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus obtulit obrutibus noſtris auctoritatem immunitatis domini & genitotis noſtri bonæ memoriæ Ottonis piiſſimi auguſti, in qua erat inſertum, quod non ſolum idem genitot noſter, verum & prædeceſſores ejus, reges videlicet Francorum, eccleſiæ ſancti Petri principis apoſtolorum, cui auctore Deo ipſe archiepiſcopus præeſt, ſub ſuo nomine & defenſione cum monaſteriis & cellulis, baſilicis, vicis, caſtellis ad eandem ſedem pertinentibus, & rebus vel hominibus ad ſe aſpicientibus, ſub immunitatis nomine & tuitionis defenſione conſiſtete fecerant; videlicet ut nullus per mallobergos, nec per aliqua ingenia ejusdem eccleſiæ homines admallatet neque fredatet, teloneos erigere, aut patatas in eorum privatas audientias exactare præſumeret. Pro rei verò firmitate poſtulavit nobis præfatus Theodoticus archiepiſcopus, ut paternum ſeu prædeceſſorum noſtrorum regum morem ſequentes, hujuscemodi noſtræ immunitatis præceptum ob amorem Dei & reverentiam ſancti Petri erga ipſam eccleſiam fieri cenſeremus. Cujus petitioni libenter aſſenſum præbuimus, & hoc noſtræ autotitatis præceptum erga ipſam eccleſiam immunitatis atque tuitionis gtatiam, pto divini cultus amore, & animæ noſtræ remedio, fieri decrevimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut nullus judex publicus vel quilibet ex judiciaria poteſtate in monaſtetia, eccleſias, caſtella, vicos, loca vel agros, ſeu reliquas poſſeſſiones prædictæ eccleſiæ, quas pttiſco & moderno tempore juſte & legaliter tam cis Rhenum, quam citca Ligetim, in pagis vel territoriis infra ditionem imperii noſtri, memorata tenet vel poſſidet eccleſia, vel quæ deinceps in jure ipſius ſancti loci voluerit divina pietas augeri, ad cauſas audiendas, vel freda aut tributa, ad conjectos aliquos exigendos, aut manſiones vel patatas faciendas, aut fidejuſſores tollendos, aut homines ipſius eccleſiæ diſttingendos, aut redibitiones aut illicitas occaſiones requirendas, noſtris & fututis temporibus ingtedi audeat, vel ea, quæ ſupra memorata ſunt, penitus exigere præſumat, neque teloneum exigete; quemadmodum in præcepto domini & genitoris noſtri, ſeu in præceptis prædeceſſorum noſtrorum imperatorum ſive regum, Dagoberti videlicet, Caroli, Pipini & Ludovici continetut, ſed liceat memorato præſuli ſuisque ſucceſſoribus res prædictæ eccleſiæ ſancti Petri cum omnibus ſibi ſubjectis, & rebus vel hominibus ad ſe aſpicientibus ſeu pertinentibus, ſub tuitionis atque immunitatis noſtræ defenſione remota totius judiciariæ poteſtatis inquietudine, quieto ordine poſſidere, & noſtto fideliter parere imperio, atque pro incolumitate noſtta, matris, & conjugis, ſeu etiam totius imperii, a Deo nobis collati, & ejus clementiſſima miſeratione pet immenſum conſervandi, una cum clero & populo ſibi ſubjecto Dei clementiam jugitet exorare. Et quidquid de præfatæ eccleſiæ rebus Jus fiſci exigere potetat, in integrum eidem conceſſimus eccleſiæ, ſic ut perpetuo tempote ei, ad peragendum Dei ſervitium, augmentum & ſupplementum fiat. Hanc itaque autoritatem, ut pleniorem in Dei nomine obtineat vigorem, & a fidelibus ſanctæ Dei eccleſiæ & noſtris verius credatur, & diligentius conſervetur, eam manu ptopria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Signum domini Ottonis magni imperatoris auguſti. Willigiſus cancellarius vice Radbodi archicapellani notavi. Data VII. kalend. Auguſti, anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXXIV. indict. * L anno regni domini Ottonis XIII. imp. VI. Actum Aquisgrani palam. (a) * II.

(a)

CXC. OT-

N O T A.

(a) Add. notata ad Diplomata Ludovici Pii de anno 816. Zwendeboldi Regis de anno 899. Ludovici III. Regis Germ. de anno 902. & Ottonis M. de anno 947.

CXC.

974. 27. Aug.

OTTO IMP. II.

dat monetam in Ivodio & Longione Theodorico Archiepiſcopo & Eccleſiæ Trevirenſi.

IN nomine ſanćte & individue Trinitatis. Otto divina favente clementia imperatòr auguſtus. Noverit omnium induſtria fidelium noſtrorum preſentium & futurorum, qualiter rogatu Theodorici Trevirorum venerabilis archiepiſcopi venientes (*a*) Trevirim, totius Gallie Germanieque metropolim, a predićto archiepiſcopo honorabiliter ſuſcepti ſumus. Unde placuit nobis B. Petro apoſtolorum principi, vicarioque ejus, prefato videlicet archipreſuli, ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, per hoc imperiale decretum condonare (*b*) percuſſuram perpetuam monete, teloneumque ejusdem monete, quod nobis debebatur in * Evotio & * Longione absque ullius contradićtione ſeu inquietudine ut poſſideant. Et ut hoc aućtoritatis noſtre preceptum firmum & inconvulſum permaneat, cartam hanc conſcribi, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam manu propria ſubtus firmavimus. Willigiſus cancellarius vice Rothberti archicapellani ſubſcripſi. Data VI. kal. Septembris, anno Incarnationis DCCCCLXXIIII. indićt. I. anno regni domini Ottonis XIII. imperii VI. aćtum Franckenfurt.

* Ivoy. * Longuion.

N O T Æ.

(*a*) *Trevirim, totius Gallie Germaniéque metropolim.*] Vid. Diſſertationem in ſeculum *XI.* §. 7. & 8.

(*b*) *Percuſſuram perpetuam monete, teloneumque ejusdem monete.*] Vid, notata ad privilegium Lotharii Regis Abbatiæ Prumienſi anno 861. conceſſum; quibus hîc addo: non ſolius commercii, & publicæ utilitatis causâ, Eccleſiis quandoque fuiſſe conceſſam certis in locis monetam; ſed etiam (imò fortè ut plurimùm) proprii compendii ergo; nempe, ut haberent teloneum monetæ, quo aliàs ærarium Principis augebatur, quod hodie Müntz-Schatz appellamus.

CXCI.

975. 18. Jan.

BENEDICTUS PP. VII.

confirmat Archiepiſcopo & Eccleſiæ Trevirenſi jus legationis Pontificiæ, privilegia equitandi cum Nacco & Cruce, &c.

BEnedićtus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Kariſſimis nobis in Chriſto fratribus, univerſis epiſcopis ac totius dignitatis & ordinis catholicis viris, preſentibus ſcilicet & futuris, perpetuam ſalutem. Quia licet indigni, divine tamen dignationis gratia diſponente, beati Petri apoſtolorum principis ſacratiſſimam ſedem, univerſaleque in toto orbe terrarum magiſterium ſuſcepimus, neceſſe eſt, omnium eccleſiarum ut diligentiſſimam ſollicitudinem ita inſtanter habeamus, ne jura eorum authoritate ejusdem apoſtolorum principis, ceterorumque ſibi ſubſequentium venerabilium patrum, inviolabiliter ſtatuta & confirmata, noſtro iminuantur & pereant tempore, ſed potius recorroborata decenter augeantur, atque proficiant. Ideoque omnium veſtrum noſſe volumus ſanćtitatem & induſtriam, quod Theodorico fratre noſtro dilećtiſſimo, S. Trevirenſis eccleſie archiepiſcopo veniente Romam, oratum ad ſanćtorum apoſtolorum limina audivimus,

ſicut

CXCI.

ſicut etiam pridem audiendo imo & legendo compertum habuimus, eandem ipſam pre ceteris Galliarum eccleſiis chriſtiane religionis exordium, catholiceque fidei prima rudimenta percepiſſe per ſanctiſſimorum virorum Eucharii, Valerii, Materni, & ceterorum evangelicam doctrinam, quos tempore ſuo predictus Petrus apoſtolus ordinavit, & inſtruxit, nec non illuc ad predicandum direxit. Unde totius ordinis noſtre ſedis apoſtolice conſultu, gratuitoque aſſenſu, jura privilegiorum, que a ſancta Romana matre eccleſia prefatis ſanctis, eorumque reliquis ſucceſſoribus, id eſt Agritio, Maximino, Paulino, Severo, almificis & apoſtolicis viris a primordio, & usque nunc autentice conceſſa ſunt, queque etiam ipſius civitatis excidio, incendio, quove caſu conſumpta approbantur, eidem ſancte Trevirenſi eccleſie, predictoque fratri noſtro Theodorico, & per eum cunctis ſucceſſoribus ſuis reconfirmare, recorroborare, & omnimodo reſtituere dignum duximus; per hujus noſtri apoſtolici privilegii validiſſimam conſtitutionem decernentes, ut quandocunque a noſtra principali & apoſtolica ſede epiſcopus, presbyter, diaconus, vel ſubdiaconus, ſive quilibet ordinarius legatus, pro eccleſiaſtice utilitatis cauſa, ſeu pro agenda ſynodo in Galliam, Germaniamve
(a) deſtinatus fuerit, (a) Trevirenſis preſul poſt eundem apoſtolicum legatum, primum inter alios pontifices locum obtineat, & ſi miſſus Romane eccleſie deſuerit, ſimiliter poſt imperatorem, ſive regem ſedendi, ſententiam edicendi, & ſynodale judicium canonice promulgandi (b) primatum habeat, (b)
utpote in illis partibus vicarius noſtre ſedis apoſtolice merito conſtitutus. Neque etiam dignum eſt, ut illius eccleſie preſul aliquo tempore ceteris non habeatur prelatus, cujus honor in illis partibus ſub ipſo apoſtolorum principe extitit primitivus. Et quia ejusdem eccleſie archipreſulem, beatum Eucharium videlicet, a B. Petro apoſtolorum principe novimus ordinatum, ſicut & beatum Apollinarem Ravenne civitatis, placuit nobis eidem fratri noſtro Theodorico S. Trevirenſis eccleſie archiepiſcopo, cunctisque per eum ſucceſſoribus ſuis permittere, quatenus, ſicut in unius beati Petri ſcilicet apoſtoli ordinatione, benedictione, directione, gentibus ad predicandum Chriſti evangelium, ambarum civitatum predicatores equales extiterant, ita ut miſſarum ſolemniis celebrandis, & (c) equitando cum nacco per ſta- (c)
tiones, & in omni honore equales exiſtant; crux ante eundem, ſicut & ante Ravennatem archipreſulem, ubi ubi geratur. (d) Cardinales quoque pres- (d)
byteri, fratre noſtro Theodorico archiepiſcopo miſſam celebrante, dalmaticis, & diaconi una cum presbyteris (e) ſchandaliis utantur; ebdomo- (e)
dariis quoque presbyteris ad ſanctum Petrum miſſam celebrantibus ſue dilectionis intuitu dalmaticis uti permittimus. Pari namque modo ſancimus, omnes

NOTÆ.

(a) *Trevirenſis Preſul poſt eundem Apoſtolicum Legatum primum inter alios Pontifices locum obtineat.*] Attamen non patiebantur Germani Legatos Pontificis Conciliis Germaniæ præſidentes. Experti id ſunt anno 1074. Legati Gregorii PP. VII. de quibus Fleury *Hiſt. Eccleſ. Liv. LXII.* n. 11. „ Les Legats demanderent de la part du Pa„ pe la liberté de tenir un concile en Allema„ gne, mais tous les Eveques s' y opposerent for„ tement, prétendant, que c' étoit une choſe „ ſans exemple, & contraire à leurs droits; & „ ils declarerent, qu' ils n' accorderoient jamais „ la prerogative de ſe laiſſer preſider en concile, qu' „ au Pape en perſonne. „ Sed nihil hoc ad Archiepiſcopum Trevirenſem; cujus jus præſidendi conciliis nationalibus non tam privilegio Pontificiæ legationis, quàm Primatui toties confirmato, & à natione Germanica ſæpiùs ſolemniter agnito innitebatur.

(b) *Primatum habeat.*] De Primatu Trevirenſis Eccleſiæ jam actum ſæpiùs, & plura dicentur impoſterum. Vide interim Bullam Joannis XIII. de anno 969. nec non Leonis IX. de anno 1049. & Diſſertationem ſæculo ſequenti præmiſſam §. 7. *&* 8.

(c) *Equitando cum nacco.*] *Naccum*, *Nattum*, *Nactum* vel *Nactus* eſt inſigne feſtivi equi. Inſternebatur enim ſtragulo totus equus in feſtivitate vel pompâ; atque inter eximia referebatur privilegia, ſi cui Epiſcopo in proceſſione Palmarum, & feria ſecunda poſt Paſcha, equo albo, qui udone ſeu *nacco* coopertus erat, inſidere & procedere facultas data fuerat; quod nulli planè licebat abſque ſpeciali conceſſione. Du Freſne *in Gloſſar. voce Equus* & *Nactum.* Add. infr. Bull. Calixti II. de anno 1120.

(d) *Cardinales quoque presbyteri.*] Sic Metropolitanæ Eccleſiæ Trevirenſis Canonicos vocat Pontifex ſtylo, eo ævo, ſatis uſitato; uti latè probat Buddeus *ſchediaſmate hiſtor. de origine Cardinalitiæ dignit.* §. *XV.* p. 40. *ſeqq.*

(e) *Schandaliis utantur.*] Scandalia ſeu ſcandilia ſunt gradus, quibus elatiùs ac honoratiùs ſtatur ſedetúrve.

CXCI.

omnes in parochiis ejus degentes, ſive ordinationem & promotionem cujuslibet eccleſiaſtici gradus a pontifice ipſius percipientes, eidem ipſi matrici eccleſie, epiſcopoque illius debere canonice placere, obſequi, & jure obedire; ſiquidem decreto beati Clementis pape ſuper hoc ita cautum videatur: Si vobis epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, ac reliqui clerici cuncti, omnesque principes, tam majoris, quam inferioris ordinis, atque reliqui populi, tribus & lingue non obtemperarint, a liminibus ſancte Dei eccleſie alieni erunt, dicente Domino: Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Inter hec quoque omnia, que ad ſepedictam Trevirenſem eccleſiam intra & extra civitatem pertinere videntur, id eſt eccleſias cum univerſis rebus ſibi attinentibus, ſeu monaſteria, tam monachorum, quam virginum, que ex preceptis ſive ſcriptis regum ſeu imperatorum, ſive eorundem fundatorum auctoritate ad ſe pertinent, & pertinere debent, & quidquid omnino illa ipſa eccleſia, ubi ubi & quoquo merito poſſidet, & poſſidere debet, generaliter & ſpecialiter concedimus, & reconfirmamus prefato Theodorico fratri & coepiſcopo noſtro, ſuisque ſucceſſoribus, ad perpetuam ſancte Trevirenſis eccleſie dominationem atque ditionem, per hujus noſtre apoſtolice preceptionis ſeriem, a preſenti tertia indictione & usque in finem ſeculi valituram. Contra quam ſiquis hominum quolibet modo agere preſumpſerit, & quod juſte & canonice a nobis decretum eſt, in aliquo infringere temptaverit, ſciat, ſe ex omnipotentis Dei, & predicti beatiſſimi apoſtolorum principis, omniumque ſanctorum, ac deinde noſtra auctoritate damnandum & anathematizandum, & cum omnibus impiis eterno ſupplicio deputandum. Qui vero hoc ipſum noſtrum privilegium obſervare, cuſtodire, adimplere fideliter ſtuduerit, benedictionis gratiam, & miſericordie plenitudinem in celeſtibus caſtris inter electorum numerum efficaciter a Domino Deo conſequi mereatur. Scriptum per manum Stephani notarii & regionarii & ſcriniarii ſancte ſedis apoſtolice, in menſe januario, indict. ſupraſcripta III. Bene valete. Datum XV. kalend. Februarii per manum Widonis epiſcopi & bibliothecarii ſancte ſedis apoſtolice. Anno, Deo propitio, pontificatus domini noſtri Benedicti ſanctiſſimi VII. papæ primo, imperante domino piiſſimo patre patrie auguſto Ottone a Deo coronato, magno Imp. anno VII. indictione III.

CXCII.

975. 18. Jan.

BENEDICTUS VII.

Eccleſiæ Trevirenſi cellam quatuor Coronatorum MM. donat.

Browerus Annal. Trev. Tom. I. p. 476.

Benedictus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Cariſſimis nobis in Chriſto fratribus, univerſis epiſcopis, ac totius dignitatis & ordinis catholicis viris, præſentibus ſcilicet & futuris, perpetuam ſalutem. Quia licet indigni, divinæ tamen dignationis gratia diſponente, B. Petri apoſtolorum principis ſacratiſſimam ſedem, paſtoraleque in curam dominici gregis miniſterium ſuſcepimus, juxta apoſtolicam doctrinam, ſicut malis terrori, ne deſideria pravitatis ſuæ perficiant, nos oportet exiſtere, ita ſanctæ Dei univerſalis eccleſiæ filios in religionis piæque devotionis profectu paternæ gratiæ benedictione fovere; maximeque eos, qui in ſanctam Romanam eccleſiam, beatumque Petrum apoſtolorum principem cæteris devotiores probantur; quatenus eis pia ſui devotio, & in præſenti benignitatis conferat conſolationem, & in futuro æternam, ipſo intercedente, remunerationem. Unde omnium, tam præſentium, quam futurorum ſanctitatem & induſtriam noſſe volumus, de ſancta fratris noſtri Theodorici, ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopi primatisque, noſtra præ-

do-

CXCII.

deceſſorumque noſtrorum, ab exordio chriſtianitatis per B. Petrum conſtitutione, totius Galliæ ac Germaniæ in eundem apoſtolorum principem devotione, qui in ſua ſede eccleſiam Chriſti glorioſius gubernando, multa monaſteriorum, quæ usque in ſua tempora manſerunt deſerta, reſtaurando, beatorum apoſtolorum limina cæteris ſæpius, nullo longioris viæ periculo ſeu labore territus, liberaliſſime viſitando, nobis usque eo complacuit, ut eidem Theodorico, & ipſius eccleſiæ poſſidenda in perpetuum aliqua conferre juſtum duceremus; quatenus, ut præfati ſumus, pro tanta ſui devotione, a nobis gratiam & benedictionem in præſenti,& in futuro a Deo,beatisque apoſtolis, centuplicatam in cæleſtibus reciperet gloriam. Quapropter omnium, tam præſentium, quam futurorum, notum fieri volumus induſtriæ, nos cum autoritate B. Petri apoſtolorum principis,gratuitoque ſacerdotum, clericorum, totiusque Romanæ plebis aſſenſu eidem ſanctæ Trevirenſi eccleſiæ cellam quatuor Coronatorum condonaſſe in perpetuum poſſidendam, cum omnibus appendiciis ſuis, aquis ſcilicet, aquarumque decurſibus, pratis, paſcuis, vineis, ſilvis, cultis & incultis, curtilibus & manſis. Quæ omnia eidem fratri noſtro Theodorico ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopo vicarioque noſtro cariſſimo in partibus totius Galliæ & Germaniæ, ac per eum cunctis ſucceſſoribus in perpetuum poſſidenda, tenenda, ac ordinanda, per hujus noſtræ apoſtolicæ præceptionis ſeriem tribuimus, quæcumque eadem cella ex diverſis fidelium donationibus autentice ſecundum legem Romanam poſſidet, vel jure poſſidere debet, data videlicet, & usque in finem ſæculi quoquo pacto danda, ſeu per violentiam inimicorum eidem cellæ ablata, ſeu per incuriam commorantium in eadem cella perdita, ex integro & ad integrum eidem fratri noſtro Theodorico ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopo, digniſſimoque noſtro vicario in partibus totius Galliæ & Germaniæ, univerſisque ſucceſſoribus ſuis per eum a præſenti die, indictioneque tertia, B. Petri apoſtolorum principis, noſtraque permittimus autoritate. Contra quam, ſiquis hominum quolibet modo agere præſumpſerit, & quod juſte ac canonice a nobis decretum eſt, in aliquo infringere tentaverit, ſciat ſe ex Dei omnipotentis, & prædicti beatiſſimi apoſtolorum principis, omniumque ſanctorum, ac deinde noſtra autoritate damnandum, anathematizandum, & cum omnibus impiis æterno ſupplicio deputandum. Qui vero hoc ipſum noſtrum privilegium obſervare, cuſtodire, adimplere, fideliter ſtuduerit, benedictionis gratiam, & miſericordiæ plenitudinem in cæleſtibus caſtris inter electorum numerum efficaciter a Domino Deo conſequi mereatur. Scriptum per manum Stephani notarii, & regionarii, & ſcriniarii ſanctæ ſedis apoſtolicæ, menſe Januario, indict. III. Data XV. kalend. Februarii per manum Widonis epiſcopi & bibliothecarii S. ſedis apoſtolicæ. Anno, Deo propitio, pontificatus domini noſtri Benedicti ſanctiſſimi VII. papæ primo. Imperante domino piiſſimo imperatore auguſto Ottone a Deo coronato, magno, anno VIII. indict. III. (a) (a)

CXCIII. MO-

NOTA.

(a) Donatio hæc deinde à Leone IX. PP. Eberhardo Archiepiſcopo innovata & confirmata fuit Bullâ Pontificiâ, data XV. kal. Maij. per manum Petri Diaconi, Bibliothecarii & Cancellarii ſanctæ Apoſtolicæ ſedis, Anno Domini Leonis IX. Papæ primo, Indictione ſecunda. Qui eſt annus Incarnationis 1049.

CXCIII.

MONACHI S. BENEDICTI

975. 12. Jan.

reintroducuntur in monaſterium S. Martini Treveris.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Benedictus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Chariſſimis nobis in Chriſto fratribus, univerſis epiſcopis ac totius dignitatis & ordinis catholicis viris, præſentibus ſcilicet & futuris, perpetuam ſalutem. Quia licet indigni, divinæ tamen dignationis gratia diſponente, B. Petri apoſtolorum principis ſacratiſſimam ſedem paſtoraleque in curam dominicl gregis miniſterium ſuſcepimus, neceſſarium nobis ſalubreque perſpicimus, omnium eccleſiarum diligentiſſimam ſollicitudinem inſtanter habere, quatenus noſtra procurante diligentia in ſanctæ religionis augmento pacem, quietem atque defenſionem adverſus omnium machinationes noſtra auctoritate finetenus poſſideant. Unde omnium, tam præſentium, quam futurorum, noſſe volumus ſanctitatem & induſtriam, quod Theodorico dilectiſſimo fratre noſtro ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopo veniente Romam cauſa orationis ad beatorum apoſtolorum limina, eodem narrante comperimus, quoddam monaſterium, ubi S. Magnerius corpore requieſcit, ſuæ ſedis, ſicut religione, ita quibuſdam poſſeſſionibus, usque in ſua tempora ab inimicis Dei fuiſſe deſtitutum; quod poſſeſſionibus prioribus neceſſariisque omnibus renovans, ac renovatum ſuæ ſuorumque conprovincialium epiſcoporum excommunicatione confirmans, quo ſanctæ religionis ſtatus major firmiorque fieret, in eodem monachos, ut prius Deo famulantes collocavit, præficiens eidem loco abbatem Engelbertum, cujus diligentia non ſolum locus poſſit in melius reparari, verum religio indies fœlicius perfectiusque augmentaretur. Unde quia in eodem loco laudabilis probatur monachica converſatio, ne id, quod venerabilis frater noſter coepiſcopus Theodoricus cauſa ſanctæ religionis ſuæque ſaluris reſtauravit, per aliquam ſibi ſuccedentium archiepiſcoporum, ſeu per alicujus terreni poteſtatem dominii poſſit deſtrui, per hujus apoſtolici noſtri privilegii, atque ſanctæ Romanæ ſynodi validiſſimam conſtitutionem placuit ſtatuere decretum, quatenus idem abbas cunctique ejus ſucceſſores in monachica converſatione inibi Deo militaturi privilegium infularum ad vicem epiſcopi, quod ex traditione S. Magnerici (ut in ipſius vita legitur) abbatibus conſtat inſtitutum, perpetuo obtineant; & eundem locum cum omnibus illic pertinentibus, videlicet eccleſiis, villis, cunctisque appenditiis, absque ullius contradictione ſeu inquietudine cum omni pace poſſideant. Eo vero ex hac decedente vita, quatenus monaſterio ex eadem congregatione abbas juxta regularia S. Benedicti monita conſtituatur, placuit noſtræ apoſtolicæ ſanctionis ponere decretum. Quodſi ex eadem congregatione (quod abſit) perſona conveniens monachicis inſtitutis minime reperitur, cum conſenſu archiepiſcopi ex eadem diœceſi abbas monaſterio proficiatur. Contra hanc ergo apoſtolorum conſtitutionem, quam abbati monaſterioque ſtatuimus, ſiquis hominum quolibet modo agere præſumpſerit, & quod juſte & canonice a nobis in plena ſynodo decretum eſt, in aliquo modo infringere tentaverit, ſciat ſe Dei omnipotentis & prædicti B. Petri apoſtolorum principis omniumque ſanctorum, ac deinde noſtra auctoritate, damnatum & anathematizatum, atque divinæ iræ jaculo perpetualiter confoſſum, cum omnibus impiis æterno ſupplicio deputatum. Qui vero hoc ipſum noſtrum privilegium obſervare, cuſtodire, adimplere fideliter ſtuduerit, benedictionis gratiam & miſericordiæ plenitudinem in cæleſtibus caſtris inter electorum numerum efficaciter a Domino conſequi mereatur. Scriptum per manus Stephani notarii & regionarii, & ſcriniarii ſanctæ ſedis

apo-

CXCIII.

apoſtolicæ in menſe Januario, indict. III. Bene valete. Data XV. kalend. Februarii per manum Widonis epiſcopi & bibliothecarii S. ſedis apoſtolicæ. Anno, Deo propitio, pontificatus domini Benedicti ſanctiſſimi papæ, imperante domino piiſſimo ſemper auguſto Ottone a Deo coronato, magno imperatore, anno VII. indictione III. (*a*) (*a*)

NOTA.

(*a*) De perantiqua, ut ut obſcurâ, hujus monaſterii *S. Martini ad litus* origine retulimus pauca in Diſſert. ad ſæculum VII. §. *fin.* Cùm autem lapſis ſubinde temporibus, Barbarorum ſæpiùs in Galliam irrumpentium vi injuriiſque vaſtatus locus, & ſacra violata neglectaque jacerent, Magnericus Archiep. Trev. ſæculo VI. ſemirutum atque informem ſuperioris ævi cladibus locum non ædificiis modò ac tectis, ſed legibus ac præceptis religioſæ vitæ hominum, ad quos ipſe & ſucceſſores Archiepiſcopi ſe ſe nonnunquam reciperent, piè excoluit, beatique Martini miraculorum jam poſt mortem gloriâ ubique inclareſcentis nomen ibidem extare voluit, ubi jam vivus Tetradii proconſularis viri ſervum à cacodæmonis obſeſſione liberâſſet, ut Sulpicius refert in vita S. Martini *Lib. I.* Collapsâ autem deinde iterum, temporum injuriis, & præſertim Normannorum vi, diſciplinâ eccleſiaſticâ, Theodoricus hanc, unà cum S. Benedicti regula, huc introduxit.

EGBERTUS
ARCHIEPISCOPUS.

CXCIV.
HENRICUS COMES

975. reſtituit monaſterio S. Maximini villam Okisheim cum Eccleſia, quam ab ea beneficiariam habuit.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Cum ſcriptura omnem hominem moneat, elemoſinis eſſe peccata redimenda, quia ſicut aqua extinguit ignem, ita elemoſina extinguit peccatum; & item: Facite elemoſinam, & munda erunt omnia vobis. Idcirco ego Henricus comes, neceſſariam eſſe hujus præcepti obeditionem omni Chriſtiano, proſpiciens, tam ſalubri monitioni aurem obedientiæ fidelem accomodare diſpoſui, & ne inutilis eſſet hæc & vana cogitatio, operibus adimplere curavi. Tradidi igitur ſancto confeſſori Chriſti Maximino, qui in ſuburbio urbis Trevericæ requieſcit, quoddam beneficium, in Eifflenſi ſitum, ad opus monachorum in cœnobio dicti ſancti Maximini Deo ſervientium, quod mihi ex parentibus meis Wigerio, & Cunegunda hæreditario jure a dicto cœnobio acceſſit, pro remedio, & abſolutione eorundem parentum meorum, ſeniorumque meorum Adalberti, & Everhardi, eccleſiam unam in villa Okisheim conſtitutam, cum omni decimatione, & XVIII. manſos cum omni integritate, & omnibus appendiciis ſuis, capellis videlicet, Barwilre, Noyn, Aredorff, & quidquid eo loci poſſeſſionis habere videbar, tam in mancipiis, quam in ædificiis, terris cultis & incultis, pratis, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, mobilibus ſcilicet & immobilibus, exitibus & reditibus, quæſitis & acquirendis; ut abſque ullius contradictione dictam eccleſiam cum ſuis appenditiis jure perpetuo teneant, & poſſideant. Ne vero hæc traditio debilis, & infirma eſſe videatur, jus patronatus, & inveſtituram de eadem eccleſia cum ſuis appendiciis, quod a dicto cœnobio ſancti Maximini etiam in beneficio tenui, reſignavi, & donavi. Si vero poſt obitum meum, vel ante, ejuſdem monaſterii abbas, vel alia aliqua perſona, eandem eccleſiam in beneficium alicui dare

CXCIV.

dare temptaverit, imprimis ipſe Deo omnipotenti reus exiſtat, & quod machinatur, non efficiat, coactusque theſaurario regis X. libras auri, & C. talenta perſolvat argenti. Familia quoque prædicti loci iisdem legibus, quibus ab antiquitate, vel ſub parentibus meis, vel etiam a me ſubjecta fuerat, utatur, nec aliis gravioribus ſubdi cogatur. Acta eſt hæc traditio publice Treviris in cœnobio ſancti Maximini, aſtante venerabili ſanctæ Trevericæ ſedis archiepiſcopo Egilberto, ejusdem cœnobii Thietfrido abbate, omnique congregatione monachorum ejusdem loci; & teſtibus, quorum hæc ſunt nomina: Hildebolck. Eppo. Gerach. Hugo. Berenger. Radolck. Adalharch. Hunfrit. Gerolch. Guniberto. Rorico. Otwalch. Thiedo. Albericus. Almerich. Wido. Gnmbert. Arnolch. Higebolck, & aliis multis. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXV. indictione IV.* & præſentes literas impreſſione ſigilli dicti domni Egilberti ſanctæ Trevericæ ſedis archiepiſcnpi feci & obtinui meis precibus inſigniri.

* recte; ſed exurgit hic indictio ab VIII Kal. Octobr.

CXCV.

WICHFRIDUS

ARCHIDIACONUS TREVIRENSIS

975. Monachis S. Maximini dat parœciam Riforſcheit, latis ad Aram fluvium finibus deſcriptam.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Noverit omnium in Chriſto fidelium, tam præſentium, quam & futurorum induſtria, qualiter ego Wichfridus, ſanctæ Trevirenſis ſedis archidiaconus, quandam precariam a venerabili abbate Thietfrido, ſibique commiſſa congregatione, Deo ſanctoque Maximino ſub regula S.Benedicti in prædictæ ſuburbio civitatis deſerviente, impetrare ſtudni, quam & obtinui. Dederunt itaque mihi in pago Eifflienſi in comitatu Hermanni per manum advocati eorum Voleberti, & egn ſuſcepi per manum advocati mei Volcoldi eccleſiam unam in villa Okisheim conſtitutam, cum omni decimatione, & XVIII. manſos, cum omni integritate, tam in mancipiis, quam in ædificiis, molendinis, ſylvis, pratis, vineis, paſcuis, cultis & incultis, acquiſitis & acquirendis, aquis aquarumve decurſibus. Dedi eis, ut precario quoque conqueſtarer jure in eodem pago & comitatu, per manum advocati mei Volcoldi, quod ipſi ſuſceperunt per manum Voleberti eorum advocati, eccleſiam unam in villa * Riforſcheit conſtitutam, hac terminatione deſcriptam: ad Rodorum, & inde in Lintbach; & inde in flumen Ara, & inde Ara ſuſum usque in Loſenbach, & inde usque terminationem Scolta, & inde usque ad Liervesdanauwa, & inde usque ad Waldaradagevelle, & inde in Hoenheva, & inde ad montem Acha, & inde Mure, & inde ad terminationem Muſca, & inde ad terminationem Ametwilere, cum foraſto eidem eccleſiæ contiguo, & VI. manſos eidem eccleſiæ dotales, & ut C. porci de eadem eccleſia per totam ſylvam ad Refereſcheit curtem dominicalem pertinentem absque decimatione paſcantur. Ideo tamen legalis decimatio totius decimationis omnium utenſilium ad eandem Refereſcheit curtem pertinentium, tam in porcis videlicet, quam in aliis utenſilibus, non remaneat, quin ab hæredibus meis inviolabiliter eidem eccleſiæ perpetim conferatur; uſumque cædendæ materiæ ad conſtructionem ejusdem eccleſiæ, & manſorum eidem eccleſiæ dotalium. Et in Huffelt manſum I., & in villa Muſca, & Rodorum manſos XVI. cum markis ſuis, ſic determinatis: ex Gunzenhecken in Lintbach, inde Mara, & Ara ſuſum usque in Muſca; item ex alia parte Gunzenhecke in Benchenbah, & inde in Guotherdebah, & inde in Volpreteshuomeſe; & inde ad rectam ſtratam, & inde ad Alſlindabah viſu usque in Muſca; & in villa Puppinga manſos VII. Vineta etiam juxta Ara flnvium cum mancipiis CC. & VIIII. tam in ædificiis, quam in paſcuis

* Reiferſcheit.

ſcuis

CXCV.

ſcuis, molendinis, pratis, ſylvis, cultis & incultis, acquiſitis & acquirendis, aquis aquarumve decurſibus, ea ſcilicet ratione, ut ad terminum vitæ meæ, & quod dedi, & quod accepi, ſecundum precarium jus, absque ullius contradictione poſſideam: poſt obitum vero meum, utraque cum omni integritate ad prædictum cœnobium redeant. Si quis igitur cohæredum, vel ſucceſſorum meorum hanc precariam infringere, quod quidem non credo fieri, voluerit, vel aliquid his, quæ aote prædicto cœnobio collata ſunt, defraudare, vel minuere temptaverit, imprimis iram Dei ſanctique Maximini incurrat, & quod machinatur, non efficiat, coactusque theſaurario imperatoris X. libras auri, & C. talenta perſolvat argenti. Acta eſt
(a) hæc traditio publice (a) in comitatu Zulpiche, in villa Lomeresthorf, aſtante prædicto abbate Thietfrido, & monachis Folcmaro, & Hungero. Confirmata eſt denuo publice Treviris in monaſterio ſancti Maximini, aſtante ſive dicto abbate cum omni congregatione per prædictos advocatos, Volcoldum, & Volebertum, ſub fidejuſſoribus, quos vulgo ſaleburgiones vocamus: alio Volkoldo, Rorico, Gunberto, Sigiboldo, Widone; coram teſtibus, quorum hæc ſunt nomina: Hilnibolt. Eppo. Udo. Gerard. Bernart. Wippret. Beringer. Radolt. Adelart. Hundfrit. Gerolt. Otwalch. Gerland. Everhart. Thiedo. Albrich. Herman. Amelrich. Hupret. Adolbret. Gerart. Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXXV. regni vero domni Otthonis XII. * imperii autem VIII. indictione III. * lege XIV.

NOTA.

(a) *In Comitatu Zulpiche, in villa Lomeresthorf.*] Hunc Comitatum Zulpiche (i. e. *Tulpiche*) omnes pagorum deſcriptores negligunt, qui tamen noſtris tabulis non infrequens eſt. Nomen habet à loco pagi principe *Tolpiaco*, in hiſtoriis multùm celebri, quod Tacitus in finibus Agrippinenſium collocavit, & ibidem Itinerarium Antonini. Fama ejus deinde ingens apud Francos, poſtquam ibi devicti à Chlodovæo Alemanni; adeo, ut abolito ſuperiorum nomine, regio omnis latè circumfuſa à Tolpiaco dicta ſit *pagus Tulpiacenſis*. Specialim autem nobis occurrit hujus pagi mentio in diplomate Lotharii Regis de an. 817. ubi: *in pago Tulpiacenſi, in villa vel marca, qua vocatur Hengarda.* Item in alia ejusdem de eodem anno: *in pago Tulpiacenſi in villa, qua dicitur Cheſnich.* Et deinde: *in pago Tulpiacenſi in villa Leudisheim* (Ludesheim prope Tolbiacum) *de beneficio Abrahanni; & in villa Bullingeheim* (Bullingen, juxta viam, quæ Prumia ducit Coloniam) *de beneficio Albuni.* Demum in carta Aubaldi Abbatis Prumienſis an. 867. *in pago Tulpiacenſi, in villis his nominibus: Albanaca, Miniſtraca.*

CXCVI.

UDO, & GISLA

978. Conjuges per precariam transferunt in monaſterium S. Maximini fundos in villa Gundelavinga.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus fidelibus tam præſentibus, quam futuris, qualiter ego Udo cum conjuge mea Giſla quandam precariam a venerabili abbate Thietfrido fratribusque, Deo ſanctoque Maximino deſervientibus, impetrare ſtudui, quam & ego obtinui. Dederunt itaque mihi in pago Biedenſi in comitatu Otthonis per manum advocati eorum Warneri XII. manſos in villa Bueſtedi dicta, & baſilicam, tam in mancipiis, quam in ædificiis, pratis, paſcuis, cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus. Dedi vero eis econtra in pago Aiſlenſi in comitatu Hermanni, quod & ipſi ſuſceperunt per manum Griſonis advocati eorum, quinque manſos in villa, Gundelavinga dicta, cum omni integritate tam in mancipiis, quam in ædificiis, ſylvis, pratis, paſcuis, cultis & incultis; totum videlicet, quod in ſupradicta villa hæreditario jure poſſideo, ea ſcilicet ratione, ut usque ad terminum vitæ meæ prædictæque conjugis meæ Giſlæ, & quod dedi, & quod accepi, ſecun-

CXCVI.

ſecundum precarium jus poſſideam; poſt obitum vero noſtrum utraque in uſum fratrum ſupradictorum redeant. Acta eſt hæc traditio publice Treveris in eccleſia ſancti Maximini, aſtante prædicto abbate Thietfrido cum omni congregatione, coram teſtibus ſubnotatis: Lamberto, Gozberto, Humberto, Hildrado, Harperno, Warnero; item Warnero, Liutgaudo, Wegezone, Theoderico, Bernacro, Hugizone; item Lamberto, Reginperto. (a) Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXXVIII. indictione VI. anno vero regni domni Otthonis XV. imperii VIII. (a)

NOTA.

(a) *Anno incarnationis Dominicæ.*] Turbatum hic iterum aliquid in annis regni & imperii Ottonis. Ut enim hic exprimuntur, conveniunt anno Chriſti 975. Sed nos modò maluimus ſequi annum Chriſti & indictionem harum tabularum.

CXCVII.

DONATIO

979. villæ Long-Sure per Egbertum Archiepiſcopum Trevirenſem monaſterio S. Mathiæ.

Calmet *Hiſtoire de Lorraine Tom. I. in prob. p. 185.*

IN nomine Dei amen. Nos Egbertus ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus. Statum ſanctæ eccleſiæ Deique ſervitium corroborandum exoptans, & æternæ retributionis præmia præcipue proſpiciens, univerſis, tam præſentibus quam futuris, ſeu legi audituris, volumus eſſe notum, quod ſancti David prophetæ verbis incitati & moti, dicentis: Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria; ſalubri deliberatione præhabita, corpore incolumis, ſanaque mente, villam noſtram * Longa-Suram, juxta fluvium Sura ſitam, & omnia bona infra marcham prædictæ villæ, & ex utroque latere fluvii Suræ, quam vir nobilis, domnus Adelbertus dux Lotharingiæ & marchio & Inditta uxor ſua, tanquam bona propria, ab omni ſervitute, advocatia, juribus, juriſdictionibus & exactione libera, nobis vendiderunt, vendita in eadem libertate nobis aſſignaverunt, aſſignata temporibus vitæ eorum quiete poſſidere nos fecerunt, & nos eadem bona, in omni libertate prædicta hactenus poſſidemus usque hodie, pro remedio animæ noſtræ conferimus, tradimus, donamus & legamus cum campis, areis, ædificiis, decimis, curtibus, familiis, mancipiis utriusque ſexus, agris, pratis, vineis, paſcuis, ſylvis, venationibus, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, vicis, viis & inviis, exitibus & reditibus, terris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, ac cum univerſis appendiciis & adjacentiis ſuis, ſancto Materno, cujus baſilica ad aquilonem baſilicæ S. Eucharii confeſſoris prope conſtructa eſt; ea videlicet ratione, ut a præſenti die divini officii ſtabilitas vigilanti ſolertia in perpetuum ibidem permaneat, & omnibus horis nocturnis ante ſanctum altare lucernæ incenſæ lumen adeſſe perpetim non deficiat. Si qua vero perſona hanc noſtræ conceſſionis gratiam permutare, ſeu iſtius conſcriptionis paginam temeraria poteſtate frangere unquam, niſi cum communi fratrum ibidem Deo militantium conſenſu, tentaverit, aut conſimili concambio abſolvat, anathematis maran-athæ damnatione ſubditus, vindicali a Deo virga in perpetuum percuſſus luat & lugeat. Et ut firmius hæc noſtræ conceſſionis clementia maneat, iſtaque conſcriptio, noſtri ſigilli impreſſione, nec non ſigillis nobilis viri Adalberti ducis Lotharingiæ, & marchionis & Inditta uxoris ſuæ duciſſæ inſigniri juſſimus.

* *Langſur. corruptè Lanſur. Lanſer. Laſer.*

CXCVII.

ſimus. Data eſt hæc donatio anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXIX. anno epiſcopatus noſtri quinto. Actum Treveris in eccleſia majori feliciter. amen. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Magna fuit Egberti in Baſilicam S. Eucharii, eique cohærentes eccleſias, locique cœmiterium, quæ omnia Sanctorum reliquiis veneranda ſunt, pietas. Scribitur de eo in Geſtis Trevirorum *Cap. XLIV. Corpus S. Celſi Confeſſoris in cœmiterio S. Eucharii reperit.* Conf. Brovver. *Annal. Trev. Tom. I. Lib. X. n. 32. 33. pag. 481.*

CXCVIII.

981.

EGBERTUS

Collegiatam D. PAULINI opibus auget.

Brovverus Annal. Trev. Tom. I. p. 484.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Noverit omnium Chriſti fidelium, tam præſentium quam futurorum, induſtria, quod ego Egbertus divina favente clementia Trevericæ ſedis archiepiſcopus, videns monaſteria & eccleſias noſtræ diœceſios omnibus eccleſiaſticis uſibus, a diebus anteceſſorum noſtrorum, usque ad tempora noſtra, miſerabiliter deſolatas, atque in id redactas, ut vix eſſet ſpes, eas reparandi; deliberavi, ut, (*a*) ſi non omnibus poſſem, ſaltem aliquibus pro virili parte mea ſuccurrerem, ſatius ducens, quasdam ex illis meis diebus reſtaurare, quam omnes neglectas relinquere; quod nunquam convenientius aut ſtabilius fore credidi, quam ſi unicuique loco propriam terram, ut antiquitus ſtatutum & conceſſum eſt, determinarem, atque ſolidarem. Cumque in hoc minime prævalerem, nec deſiderii mei compos in hac re effici poſſem, præſertim, cum ipſius epiſcopii maxima pars militibus in beneficium diſtributa, ita ut nulli locorum propria hæreditate prodeſſe poſſem; illud incidit conſilii, quatenus ex aliorum terra locorum ſumerem, unde ad manum meam aliquid tenui, quo alia reædificarem, unde nihil habui. Quod factum ſtabile & firmum eſſe volui, ea conditione, ut nihil ex his, quæ taliter eccleſiis contuleram vel a me, vel a quovis ſucceſſorum meorum, divelleretur, niſi aut melius, aut æque bonum vice ejus reſtituatur. Hoc etiam pacto, quidquid (*b*) Luthuinus dux in monachum converſus, & poſtea hujus ſedis ſacer archiepiſcopus, in Bambach & Birckenfeld, in eccleſiis, aut in omnibus appendiciis aliis ad habendum fratribus, Deo & ſancto Paulino ſervientibus, contulit, & quicquid Dagobertus orthodoxus rex Francorum, ſcilicet Billike cum Sulmana, Rula & Nieufela, cum eccleſiis, ac cum omnibus rite ad eadem loca pertinentibus, de ſuo hæreditario jure eidem beatiſſimo confeſſori contradidit, & quæcunque Ludovicus pius imperator, videlicet Maſſolter cum eccleſia ibidem ſita, & cum appendiciis, de ſua proprietate præfato ſancto firma donatione conceſſit; & quidquid Hetti archipræſul prædeceſſor noſter in loco Waderola dicto, & Reinonis campo de ſuo (*b*)

indo-

N O T Æ.

(*a*) *Si non omnibus poſſem, ſaltem aliquibus pro virili parte mea ſuccurrerem.*] Una ex cauſis, ob quas Egbertus in Baſilicam S. Paulini oculos & animum præ aliis converterit, videtur hæc fuiſſe, quod in illuſtri quondam Collegio S. Paulini plures Trevirorum Pontifices vitam olim egerint, quorum etiamnum ſepulturis claret, uti SS. Felicis, Leontii, Aprunculi, Bonoſi, Ruſtici, Mari, ac prlæprimis Paulini.

(*b*) *Luthuinus Dux in monachum converſus &c.*] De hoc egimus in fine ſæculi VII. In Diſſertatione autem eidem ſæculo præmiſſa §. *fin.* aliqua tetigimus de antiqua hujus Eccleſiæ origine, quam firmant, quæ hic de benefactis Luthuini Archiepiſcopi & Dagoberti Regis memorantur.

CXCVIII.

indominicato ſubtrahendo ſupradictis fratribus dedit. Et quæcunque loca, S. Paulino injuſte prius ablata, ſereniſſimus rex Henricus juſte reddidit: Viden ſcilicet cum eccleſia, Roſcheid cum eccleſia, Waldrach cum eccleſia, Waderola cum eccleſia, & cum appendiciis ſuis. In Caſtenich quoque *picturas quatuor, in Bubraco picturas tres, cum omnibus ad eaſdem rite pertinentibus. Quidquid etiam Ratbodus archiepiſcopus anteceſſor noſter, capellam ſcilicet in loco Wilre dicto, cum ipſa villa, & cum omnibus additamentis, & omoem * indominicam quoque decimationem in villa Noviant; ſimiliter in Gaurici-campo eccleſiam & manſos, cum omni integritate, de ſua proprietate S. Paulino conſcripſit. Quia omnia ſupradicta prædia partim in beneficium militibus diſtributa, partim ad uſus noſtros, ad menſas & ad ſervitium conſtituta, monaſterio, unde ablata fuerant, reſtituere non potui, alias poſſeſſiones ad uſus & ad ſervitium noſtrum pertinentes eidem loco pro reſtauratione conceſſi. Itaque de beneficio Luthardi comitis, qui mihi, ipſo mortuo ſine hærede aliquo, ad proprios uſus contigit, quidquid in villa Kerne, & in Sirtzenich, Lorich, & Hederiſchrode, atque Cervia, & Crimelrode habui, fratribus Deo & ſancto Paulino famulantibus donavi, talique conditione tradidi, ut neque advocatus aliquis, neque laicalis aliqua vel mundana poteſtas, & ſuper his, quæ (c) in valle Treverica, vel ubicunque ſunt ſita, ad uſus fratrum pertinentia, habeat poteſtatem aliquam regendi, defendendi, judicandi; (d) niſi ipſius loci præpoſitus, cum debita fratribus adminiſtrat ſtipendia; & (e) ego & poſteri mei archiepiſcopi, cum ſtola ſua, ſi opus fuerit, adverſus potentes & rebelles perſonas. Et quia earundem poſſeſſionum ſumma a nobis reſtituta, vix ad decimam partem pervenit bonorum, quæ fuerant ablata; ne propter rei familiaris inopiam monaſteriale dilaberetur ædificium, communi conſilio fidelium noſtrorum, clericorum & laicorum, mihi atque ſucceſſoribus meis id deinceps conſtitui atque banno meo confirmavi agendum, ut eadem cura eademque diligentia & ſolicitudine, qua domum B. Petri ædificant, & huic mooaſterio trabes, laquearia, feneſtras ponant: caſulis, dalmaticis, cappis vetuſtate conſumptis meliores ſufficiant, (f) præpoſito ipſius monaſterii cætera in ædificiis procurante; cuſtode vero lineas veſtes in eccleſia utendas reparante. Hanc traditionem feci & ſcripto confirmavi ipſo feſto S. Paulini ad altare ipſius ſancti. In celebratione vero miſſarum ejuſdem ſolennitatis, poſt conſecrationem euchariſtiæ, coram multis adſtantibus, corpus dominicum accepi in manum, denuncians anathema omnibus iis, qui aut ſua voluntate, aut aliorum inſtinctu ex eodem monaſterio, quidquid illi ante, vel tunc, vel poſtea datum, aut conſtitutum eſſet, auferre fuiſſent auſi; precatus ad hæc, ut dominici corporis ſacramentum in perniciem iis damnationemque cederet, ni aut melioribus, vel paribus certe beneficiis, ablata compenſaſſent. Hanc cartam ego Egbertus archiepiſcopus ipſa die ſolennitatis conſcriptam, adſtante clero & populo recitari juſſi, & ſigni noſtri impreſſione, atque propriæ manus ſubſcriptione firmavi. Acta feliciter ſunt hæc Treviris anno Dom. Incarnatio-

* modus agri vel vineæ.

* indominicatam.

N O T Æ.

(c) *In valle Treverica.*] Vallem Trevericam appellamus, quidquid planitiei ſupra & infra urbem eſt; in qua præſertim apparent Baſilicæ S. Paulini, S. Maximini, S. Mathiæ, S. Mariæ ad Martyres, & S. Martini.

(d) *Niſi ipſius loci Præpoſitus.*] Qui adhucdum juriſdictione civili & criminali gaudet in territorio Eccleſiæ adjacente.

(e) *Ego & poſteri mei Archiepiſcopi.*] Igitur præter Præpoſitum, & ſupra eum, Archiepiſcopus habuit poteſtatem in Paulinianis aliiſque *vallis Treverica* prædiis, ſicut hodiedum habet; *nunc* quidem vi ſuperioritatis territorialis; *tunc* autem ex jure regii Comitatus in Archiepiſcopum tranſlati.

(f) *Præpoſito ipſius monaſterii cætera in ædificiis procurante.*] Quæ de fabrica hic caventur, modo extra obſervantiam ſunt. Nihilominus, cùm Baſilicæ ſplendorem & ornamenta ignis ab bellorum violentia non ſemel aboleverit, & poſtremò quidem Gallico excidio anni 1674. templum cum omnibus Canonicorum habitationibus ſolo æquatum fuerit, vix ullâ reſtaurationis ſpe relictâ, modernus S. Paulini Præpoſitus, Eminentiſſimus ſcilicet Archiepiſcopus noſter Franciſcus Georgius, illud proprio ære, egregióque opere ita reſtituit, & etiamnum, cùm hæc ſcribo, ita exornat, ut elegantiâ nulli planè per Galliam Germaniámve ſecundum fore appareat.

CXCVIII.

nationis DCCCCLXXXI. indict. VIII. regnante Ottone II. imperatore Romanorum auguſto. Signum benigniſſimi Egberti Trevirorum archiepiſcopi (*g*) primatis & cancellarii.

Signum Luzonis præpoſiti ejusdem loci. S. Ansgeri præpoſiti. S. Adalmari præpoſiti. S. Ehrenberti decani. S. Roberti archidiaconi. S. Hermanni chorepiſcopi. S. Gerhardi chorepiſcopi. S. Alfati presbyteri. S. Adelberti presbyteri. S. Udalrici presbyteri. S. Martini diaconi. S. Roberti ſubdiaconi.

Signum Theodorici comitis. S. Chriſtiani comitis cognomento Veſani. S. Regeneri rerum S. Mariæ advocati. S. Siffridi comitis & rerum S. Maximini advocati. S. Udonis. S. Dietfridi. S. Luzonis. S. Epponis. S. Eberwini. S. Burgizonis. S. Alaframmi. S. Adelberti. S. Megingaudi.

N O T Æ.

(*g*) *Primatis & Cancellarii.*] Primates haſtenus fuiſſe Archiepiſcopos noſtros, jam vidimus frequenter; primum tamen hic Metropolitanorum unum hoc titulo in tabulis *nominatum* lego. Archicancellarius etiam Ottonis II. Imp. fuit Egbertus, & ut talis occurrit in diplomate Pataviensi de anno 980. apud Hundium *Tom. I. Metropol. pag.* 361. *n.* 4.

CXCIX.

EPISTOLA GERBERTI

AD

EGBERTUM ARCHIEPISCOPUM TREVIRENSEM

de mittendis in Italiam Scholaſticis.

Circa 983.

Biblioth. Patrum Tom. X. pag. 617. *Epiſt.* 63.

VEſtram fœlicitatem gloriam exiſtimamus eſſe noſtram. Incommoditatem, ſi quam ſuſtinetis, ſimul patimur. Domini noſtri Cæſaris magnanimitatem, intentionem, appetitum bonorum virorum ſupereminentem cognoviſtis: proinde ſi deliberatis, an ſcholaſticos in Italiam ad nos usque dirigatis, conſilium noſtrum in aperto eſt: quod laudabitis laudabimus, quod feretis feremus. (*a*)

CC. EPI-

N O T A.

(*a*) Gerbertus (tum adhuc monachus Ord. S. Benedicti, deinde Archiepiſcopus Remenſis, poſtea Ravennenſis, demum Romanus Pontifex ſub nomine Silveſtri II.) Ottonem II. Imp. in Italiam ſecutus; ibi literas interim docebat, ab Egberto Archiep. petens, ut ſcholaſticos, id eſt diſcipulos, ſibi illuc mittat. Quo etiam ſenſu Bernardo monacho Aureliacenſi *Epiſt.* 92. ſcribit, ſe *nobiliſſimis ſcholaſticis diſciplinarum liberalium ſuaves fructus offerre.*

CC.
EPISTOLA
ADALBERONIS ARCHIEP. REMENSIS
AD
EGBERTUM TREVIRENSEM
ratione motuum Germaniæ.

984.

(a) Biblioth. Patrum Tom. X. pag. 618. Gerberti Epiſt. 26.

LAbefactari rempublicam veſtram quorundam ignaviâ, cum perhorreſcimus, tum erubeſcimus, & privilegio amoris noſtri circa vos, & communi patriæ cognatione. Pauci ne creati ſunt reges, qui novum filio domini veſtri præponere vultis? forte quia Græcus ut dicitis, more Græcorum conregnantem inſtituere vultis. (b) Quo receſſit ſanctiſſima fides? exciderúntne animo beneficia Ottonum vobis collata? Magnam intelligentiam veſtram revocate, generoſitatem perpendite, ne perpetuo dedecori generi veſtro eſſe velitis. Si vires vos deſtituere acclamatis, meliora ſentientes perquirite, nos fautores, coadjutores in talibus negotiis fore perpendite. In perturbatione & confuſione omnium rerum, quis alterius levabit onus? Poſtremo ſi ſalva dignitate veſtri nominis (c) urbem Trevirorum tutari non valetis, Remorum utrique noſtrum ſit ſatis: (d) ditioreſque erimus, quam Eucharius quondam; & Sixtus in vobis rationum ignominiam conferet.... irritum nec liberos efficiet.

NOTÆ.

(a) *Labefactari Remp. veſtram quorundam ignavia.*] Per hoc labefactabatur Reſp. Germanorum, quòd Henricus Bavarus, quem alii *rixoſum*, alii *pacificum* vocant, defuncto Ottone II. & filio ejus Ottone III. jam in Imperatorem electo, *accreſcentis avaritiæ ſtimulis agitatus, quorundam etiam præſumptione malè illectus, regnum tyrannicè invaſit, atque in id elationis uſque prorupit, ut & Rex dici .... appeteret*: ſunt verba Chronographi Saxonis *ad an.* 984. *p.* 197. Conf. Annales Hildesheimenſes *ad eund. an. p.* 719. Ditmarum *Lib. IV. Annal. p.* 348.

(b) *Quo receſſit ſanctiſſima fides &c.*] Hæc invectiva indicat, Egbertum ſtetiſſe à partibus Henrici; cui etiam favebant Warinus Colonienſis & Poppo Trajectenſis. Cùm ex contrario pro Ottone adhuc puero eſſent Willegiſus Moguntinus, Notgerus Leodienſis, Adalbero Remenſis &c.

(c) *Urbem Trevirorum tutari non valetis.*] Signo: urbis curam & imperium jam penes Archi-epiſcopum fuiſſe.

(d) *Ditiores erimus, quàm Eucharius quondam & Sixtus.*] Alludit ad paupertatem primorum Trevirenſis & Remenſis Eccleſiæ fundatorum; cui opponit præſentes ambarum Eccleſiarum divitias & potentiam.

CCI.
GERBERTI EPISTOLA
ad Egbertum Archiepiſcopum occaſione pacis inter Lotharium Regem Galliæ & Ottonem III. Imp.

986.

Biblioth. Patrum Tom. X. pag. 628. Epiſt. 100.

QUantum utilitatis reipublicæ contulerit, quantumve collatura ſit (a) pax inter reges noſtros bene fundata, teſtis eſt (b) civitas Verdunenſium ſine cæde & ſanguine, ſine obſidibus, ſine pecuniis in integrum imperio veſtro reſtituta. Teſtis erit Colonia, rebus ſibi diu ſubactis in integrum reſtituendis, quod utique maturius foret, niſi acrior

NOTÆ.

(a) *Pax inter Reges noſtros.*] Diſcordiis in Germania ortis, de quibus nos ad an. 984. *Not. a. Lotharius, exercitu congregato, regionem* (Lotharingicam) *ſubintravit. Virdunum quoque ad deditionem coegit*, inquit Guilielmus Nangius *ad an.* 984. *p.* 210. Conf. Sigebertum Gemblacenſem *ad eund. an. p.* 86. Albericum *eod. an. P. II. Chron. p.* 25.

(b) *Civitas Verdunenſium ſine cæde & ſangui-*

CCI.

(c)
* Adalberto.

acrior cura regnorum nuper in conficienda pace longius nos detinuiſſet propter inverſos mores quorundam noſtrorum. Nunc itaque tempus opportunum nacti, obſequio noſtro adſumus. Monemus, uti Dudo & Giſelbertus comes, rerum (c) eccleſiæ veſtræ pervaſores, ſine dilatione excommunicentur. Moneatur frater, ne amicus veſter * A. Remorum archiepiſcopus ſuper Dudone, Guido Sueſſonicus epiſcopus, ſuper Giſelberto, ne filios ſuæ eccleſiæ impune vos lædere ſinant, ſed excommunicatos a vobis excommunicent, donec confeſſa quantur a vobis veniam digna ſatisfactione, qui conati ſunt ſanctuarium Domini hæreditate poſſidere. Quid domina noſtra Theophania imperatrix ſemper auguſta in ſequenti tempore rerum publicarum ſit actura, quibusve in locis demoratura, & an Saxonum exercitus victor a conſueto hoſte redierit, ſignificatum iri nobis plena fide oramus; veſtra veſtrorumque averſa triſti vultu accepturi, proſpera jucundiſſimo animo laturi & perlaturi.

N O T Æ.

guine, ſine obſidibus, ſine pecuniis in integrum imperio veſtro reſtituta.] *Lotharius Rex videns Ottonem, quem Barones Teutonici de manu Henrici Ducis Bavariæ. . . . . extorquentes in regno paterno ſublimaverant, virtute ſuorum militum proficere, mandatis & apicibus ejus obtemperans Virdunum urbem reddidit, & Godefridum Comitem* (Virdunenſem) *de carceribus liberavit, tractatúmque concordiæ, cum illius patre pactum, cum eo ſtabilivit.* Nangius l. cit. ad an. 985.

(c) *Eccleſiæ noſtræ pervaſores ſine dilatione excommunicentur.*] His armis tum pugnandum erat Prælatis noſtris, cùm Eccleſiæ quidem vaſallos haberent; ſed à quibus eccleſiaſticis bonis plus damni quàm defenſionis imminebat, uti queritur Egbertus Archiep. in tabulis San - Paulinianis an. 981.

CCII.

986. De eodem pacis negotio Epiſtola Gerberti ad Egbertum Archiepiſc. Trevirenſem.

Biblioth. Patrum Tom. X. p. 648. Epiſt. 101.

(a)

Multitudine curarum feſtinatæ legationis, ſimulque viarum prolixitate preſſi deſiderabili colloquio veſtro magna cum mœſtitia privati ſumus; ſed reficit nos præſentia (a) ſpectabilis viri Folmari, in quo veſtra virtus intellecta eſt, dum eo utimini miniſtro, qui voluntatem domini etiam non monitus laudabiliter expleat. Addicti ergo ſumus veſtræ ſervituti, cum hac & jam plurima dilectione ſenioris noſtri * Adelberonis circa nos, qui earum rerum, quas ferimus participes vos fore per omnia, voluit. IIII. cal. Aprilis (b) domina dux Beatrix apud palatium Compendiacum hoc effecerat, calend. Junii ad montem Falconis (c) dominæ imperatrici, (d) duci Carolo (e) rex Ludovicus, (f) regina

* Archiepiſc. Remenſis.
(b)
(c) (d)
(e) (f)

N O T Æ.

(a) *Spectabilis viri Folmari.*] Monachum S. Maximini interpretor, qui poſt ejuſdem monaſterii factus abbas.

(b) *Domina Dux Beatrix.*] Friderici Ducis Moſellanæ olim conjux, Hugonis Capeti ſoror.

(c) *Domina Imperatrici.*] Theophaniæ, quæ filii ſui Ottonis III. tum adhuc minorennis tutelam gerebat.

(d) *Duci Carolo.*] Lotharingiæ; qui fervente inter Ottonem Imp. & Regem Lotharium bello fucum facere videtur, dum in Gerberti Epiſt. 32. ſic ſcribit: *Non ſolus, nec in angulo fidem integerrimam filio noſtri Cæſaris* (ſcilicet Ottoni III.) *adſtruo . . . . . adſunt mecum Galliæ Principes; Reges Francorum. . . . his eſt cura filius Cæſaris; huic nec regnum quærunt eripere. . . . nec conregnantem inſtituere.* Conf. Hahn Reichs-Hiſtorie P. II. p. 141. Not. i. & n. Vid. etiam Gerberti *Epiſt.* 60.

(e) *Rex Ludovicus.*] Qui Lothario Regi Galliæ, 2. Martii 986. defuncto, ſucceſſerat.

(f) *Regina Hemma.*] Lotharii regis conjux, Ludovici mater.

CCII.

(g) regina Hemma, (g) dux Henricus cauſa conficiendæ pacis occurrerent. ſed quoniam per ignorantiam dominæ Theophaniæ imperatricis ſemper auguſtæ hoc fiebat, dolum ſubeſſe intelligentes, uti per ſe potius pax fieret, cum ſoluimus, utque prius per vos, quæ conditio pacis foret, experiretur. Quod laudatum eſt, veſtrique itineris ſocii denominati XV. kal. Junii Francorum colloquio nobis occurrendum, ibique, ſi pacem cum rege ſenior noſter * confecerit, (h) pro pace regnorum plurimum elaborabit. * Adalbero Archiepiſc. (h) Magnæ intelligentiæ veſtræ pauca ſuggeſſiſſe ſatis eſt. Cæterum de terra, quæ in veſtris partibus vi vobis eripitur, monemus ad præſens tacere, poſtmodum demonſtraturi, quid exinde facere debeatis.

N O T Æ.

(g) *Dux Henricus.*] Bavariæ; de quo ad Epiſtolam anni 984. *not. a.*

(h) *Pro pace regnorum plurimum elaborabit.*] Igitur pax vivo Lothario nondum perfecta erat, quidquid ſcribat Nangius, quem ad Epiſtolam præcedentem *not. b.* retulimus; qui etiam in eo errat, quòd Godefridum Comitem Virdunenſem ante Lotharii deceſſum vinculis laxatum memoret. Vid. Gerberti *Epiſt.* 72. & 103.

CCIII.
JOANNES XV. PONT. MAX.
monaſterio S. Maximini exemptionem firmat.

987. 2. Jan.

JOannes epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili abbati amabili nobis in Chriſto filio Ogoni benedictionem apoſtolicam. Convenit apoſtolico moderamini pia religione pollentibus, benevola compaſſione ſubvenire, & religioſo voto aſſenſum impartiri; a ſummo enim opifice nos ex hoc præmium accepturos ſperamus, ſi eccleſias ad ejus cultum præparatas noſtra induſtria in melius ſtatuere laboramus. Igitur tuæ religioni aſſenſum præbentes, authoritate apoſtolici præcepti decernimus, ut congregatio Deo ſanctoque Maximino deſerviens, ſicuti a cariſſimo filio noſtro rege Otthone, cæteriſque regibus, vel imperatoribus Francorum, tuo cœnobio conceſſum eſt, liberam deinceps habeant poteſtatem creandi inter ſe, quem ſecundum Deum ſibi elegerint, (a) abbatem, (a) nec aliqua qualibet dignitatis perſona infra monaſterium, niſi a te vel a ſucceſſore tuo invitatur, quicquam pro ſuo libitu ordinare, vel exercere præſumat. Interdicimus etiam apoſtolico præcepto, (b) ne cui (b) unquam eccleſiæ vel ſedi, concambio vel aliquo ingenio ſubdatur, ſed tali libertate, & immunitate, ſicut Prumienſe monaſterium, cæteraque regalia loca, inoffenſe, & perpetualiter fruatur; ipſe vero locus monaſterii perenniter (c) ſub mundiburdio re- (c) gum & imperatorum, filiorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, apoſtolico præcepto jubemus, ut maneat; nulli unquam perſonæ beneficiarius, aut invadendus pateat, ſed ad uſus, & tranquillitatem monachorum ibidem abſque ullius contradictione liber permaneat. Ad cumulum quoque vel augmentum monaſticæ tranquillitatis adjicimus, nequis cujuslibet dignitatis perſona, vel aliquis ſucceſſorum tuorum ſpiritu maligno ſeductus, quiddam vel minimum alienare præſumat, tam ex his, quæ modo monaſterio tuo collata ſunt,

quam

N O T Æ.

(a) *Nec aliqua qualibet dignitatis perſona &c.*] Hæc omnia, tanquam relativà ad gratiam ab Imperatoribus conceſſam, ad immunitatem *Civilem*, non ad *Eccleſiaſticam* pertinent.

(b) *Ne cui unquam Eccleſiæ vel ſedi concambio vel aliquo ingenio ſubdatur.*] Unione ſcilicet ſuppreſſivâ vel aliâ minus principali & perpetuâ. Conf. notata ſupra ad *Bullam Agapiti II. Pont. de anno* 950.

(c) *Sub mundiburdio Regum & Imperatorum.*]

CCIII.

quam ex his, quæ cæteri fideles Indies collaturi ſunt. Si quis autem (quod abſit) neſario auſu præſumpſerit ea, quæ ad utilitatem jam dicti venerabilis monaſterii ſtatuta ſunt, infringere, aut in quoquam violare, ſciat ſe authoritate omnipotentis Dei, per interventionem beati Petri apoſtolorum principis, cujus vice fungimur, & noſtræ authoritatis apoſtolicæ conſtitutionem, (*d*) & ſuffraganeorum epiſcoporum, anathematis vinculo inextricabiliter innodatum. Scriptum per manus Theophili Latini notarii, & regionarii, atque ſcriniarii S. R. E. in menſe Januario indictione XV. Bene valete. Datum VI. idus Januarii, per manum Joannis epiſcopi & bibliothecarii ſanctæ apoſtolicæ ſedis, anno, Deo propitio, pontificatus domini Joannis ſummi pontificis, & univerſalis epiſcopi XVI. in ſacrario eccleſiæ ſancti Petri apoſtolorum principis, anno Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCCLXXXVII.

N O T Æ.

rum.] Conferantur hæc, quæ tradidimus in Diſſertatione ſæculo VIII. præmiſſa §. 6.

(*d*) *Et ſuffraganeorum Epiſcoporum.*] Hinc apparet, hanc bullam primariò adverſùs Archiepiſcopum fuiſſe impetratam.

CCIV.

OTTO III. IMP.

990. 16. Jan.

Privilegiis monaſterii S. Maximini firmatis, adjicit, ut Colonis Maximinianis, Scarariis dictis, non Advocatus ſed Abbas jus dicat.

IN nomine ſanctæ, & * indivæ Trinitatis. Ottho divina favente clementia rex. Quoniam omnia regum imperia conſiſtunt in divinæ manus potentia, miſericordiſſima Dei ea gubernari miſeratione credimus, ſi dignis ſervorum Dei petitionibus aures pietatis accomodamus. Unde noverit omnium induſtria fidelium, tam & præſentium, quam & futurorum, qualiter venerabilis abbas Volemarus cœnobii ſancti Maximini, regulari ſecundum regulam ſancti Benedicti religione inſigniti, quod conſtructum in ſuburbio Trevirorum in honore ſancti Joannis apoſtoli & evangeliſtæ, prædictus Chriſti pontifex inſigni corpore adierit clementiam noſtræ regalitatis, Willigiſi ſanctæ Moguntienſis eccleſiæ archiepiſcopi, nec non & Otthonis comitis fultus præſidio interventionis, quatenus noſtri privilegii decreto, juxta morem præceſſorum noſtrorum, regum, vel imperatorum prædicto cœnobio tranquillitatem, juxta quod illius religio expoſcit, concederemus. Igitur amore religionis accenſus, quod in eodem loco abſque ullius impedimenti ſcrupulo ſerventur finetenus, juxta propriæ deliberationis arbitrium, bdelitumque noſtrorum petitionem, & conſilium, privilegia anteceſſorum noſtrorum, regum vel imperatorum, Dagoberti videlicet, Pipini, magni Karoli, Luthwici pii, ſucceſſorumque eorum, avi etiam noſtri Otthonis, divorum ſcilicet auguſtorum, noſtræ authoritatis decreto corroboraverimus, ut & benevola anteceſſorum noſtrorum pietas non a nobis neglecta debilitetur, & monachorum Deo mihi ſub regula ſancti Benedicti ſervientium tranquillitas, ab aliqua ſub introducenda perſona non inquietetur, decernentes ut hoc idem cœnobium ubi prænominatus S. pontifex requieſcit Maximinus, cui præeſſe videtur prædictus venerabilis abbas Volemarus, ſicut ſub anteceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque ſucceſſorumque noſtrorum jure, mundiburdio, & defenſione conſiſtat, nec alicui ſedi, aut eccleſiæ, excepto noſtræ regali-

* ſic per abbreviationem.

CCIV.

regalitati, ſucceſſorumque noſtrorum, famulum aut appendex vel beneficiarium ſubjaceat. Concedimus etiam eiſdem monachis liberum inter ſe eligendi abbatem arbitrium, ut eo ſecutius divinum ab illis impleatur officium, ſummæque propenſius majeſtatis implorent auxilium. Inſuper etiam concedimus, ut idem abbas, ſibique commiſſa congregatio, eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant, advocatias monaſterii ſui, cui velint, dandi, cuique velint, tollendi. Advocati quoque conſtituti in villis eorum, nec cum hominibus illius loci,
(a) (a) qui vocantur ſcararii, niſi in præſentia abbatis, vel ejus propoſiti, placidum habere præſumant, bannumque in placido cum ſcarariis hominibus habito non advocatus, ſed abbas accipiat, aliaque familia abbati ſubjecta placidum nullius, niſi abbatis, vel ab eo conſtitutorum, attendat. Bannum, & fredum nulli, niſi abbati, perſolvat, & nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis perſona in curtibus eorum placidum teneat. Teloneum a navibus eorum nullus exigat; & in ſingulis civitatibus regalibus vel præfectoriis liberam poteſtatem habeant intrandi, & exeundi, vendendi, & emendi, paſcendi, & adaquandi, eisque (b) opera imperialia vel comitialia funditus perdonamus. Et ut hoc (b)
noſtræ authoritatis præceptum ſtabile, & inconvulſum permaneat, privilegium hoc conſcribi, & anuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quod propria manu ſubtus firmavimus.

Signum domni Otthonis glorioſiſſimi regis.

Hildibaldus epiſcopus, & cancellarius vice Willigiſi archiepiſcopi recognovi.

Data XVI. kal. Julii anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXC. indictione III. anno autem tertii Otthonis regnantis ſeptimo. Actum Franconowrt feliciter. amen.

N O T Æ.

(a) *Qui vocantur ſcararii.*] De hujus nominis derivatione & ſignificatione omnium accuratiſſimè Wachter *in Gloſſar. German. voce Schar.* ubi „ *Schar*, inquit, villa, pagus, ager. Vox „ Celtica, quæ Cambris effertur *caer*, Anglo- „ Sax. *ſcir*, Anglis *ſhire*. Antiquiſſimis tempo- „ ribus latiùs patuit, & communem habitandi lo- „ cum denotavit, ut demonſtravi in *Kerl*. Po- „ ſtea ad villam reſtringi cœpit. Inde Latino- „ Barbaris *Scararii* ruſtici, villani, *Scaramanni* „ judices & præpoſiti villarum. Cangius *Scara-* „ *mannos* cum *Scarariis* confundit, ſed ex lin- „ gua Anglolaxonica noſſe poterat, *Scyr-man* „ denotare centuriæ præfectum. Leibnitius *Sca-* „ *rarios* confundit cum militibus, quod ex regi- „ ſtro Prumienſi refellit Eſtor in Commentario „ *de Miniſterialibus*. Sed ruſticos *ſcararios* ipſe „ malè derivat à *Schar* cohors, turma, cum ma- „ nifeſto ſit à *Schar* villa. Quod vel hinc collige- „ re poterat vir doctiſſimus, quia *Scharwerk* „ etiamnum dicitur *opera ruſtica* in Palatinatu „ ſup. Boiariisque, prout ipſe refert pag. 188.

(b) *Opera imperialia vel Comitialia.*] De operis publicis, ad quas Abbates & Monaſteria tenebantur, vid. *Not. ad dipl. Ottonis M. de an.* 970. Adde Chron. Gottwicen. *p.* 199.

CCV.

992. 3. *April.*

OTTO III.

Abbatiæ Epternacenſi concedit jus monetæ.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Si regia dignitas pro divino amore aliquid eccleſiarum utilitatibus confert, id ad ſtatum præſentis vitæ, & æternæ beatitudinis præmium liquido ſibi profuturum credit.

Quapropter omnium fidelium noſtrorum præſentium ſcilicet, atque futurorum pateat induſtriæ, qualiter nos, & interventu fidelis noſtri Sigifridi comitis, Ravangero Epternacenſis eccleſiæ venerabili abbati conceſſimus, ut in eodem loco Epternaco faciat monetam

CCV.

(a) tam, in qua (a) nummi probabiles, ſicut in aliis locis regiæ poteſtati ſubditis percutiantur, ad uſum eccleſiæ ſuæ, & monachorum Deo ſanctoque Willibrordo confeſſori die nocteque ibi ſervientium. (b) Et (b) ut eadem moneta deinceps ſub perpetuo jure eccleſiæ ſupradictæ, & abbatis adhuc in carne viventis, ſucceſſorumque illius ſine beneficiario uſu conſiſtat, nullaque perſona magna ſive parva, clericalis, aut laicalis, ſuper eam dehinc aliquam poteſtatem habeat, niſi prædictus Ravangerus abbas, ſuique ſucceſſores & monachi Deo ibi & ſancto Willibrordo ſerviturі ad eccleſiæ ſuæ ornamentum & præbendæ ſuæ augmentum; ea videlicet ratione, ut eos pro noſtra ſalute, & pro remedio animarum beatæ memoriæ avi noſtri Ottonis, & ejus æquivoci genitoris noſtri imperatorum auguſtorum, ac pro genitrice noſtra Theophana imperatrice auguſta, omniumque fidelium defunctorum Deum amplius delectet exorare. Et ut hæc noſtræ conceſſionis autoritas præſenti ac futuro tempore firma conſiſtat, hoc noſtræ dominationis præceptum inde conſcriptum ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

Signum domini Ottonis glorioſiſſimi regis., Hildibaldus epiſcopus, & cancellarius vice Willigiſi archiepiſcopi recognovi.

Datum tertio nonas Aprilis anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCII. indict. V. anno autem Ottonis regnantis nono. Actum Aquisgrani feliciter.

N O T Æ.

(a) *Nummi probabiles.*] Cùm hæc clauſula, ut nummi *probabiles*, id eſt, probi percutiantur, in aliis horum temporum diplomatibus non infrequenter occurrat, facilè concluditur, eo jam ævo fraudes ſordeſque in re monetaria fuiſſe commiſſas ab iis, quibus jus monetæ ab imperatoribus erat conceſſum.

(b) *Ut eadem moneta deinceps ſub perpetuo jure Eccleſiæ ſupradictæ &c.*] Refert Bertelius *Hiſt. Luxemb. pag.* 164 hoc privilegium monetæ ab omnibus deinde Imperatoribus uſque ad Carolum V. Abbatiæ Epternacenſi fuiſſe confirmatum. Debuit id non ignoráſſe Bertelius, eò quòd ipſe hujus Monaſterii Abbas eſſet, cùm Luxemburgenſem hiſtoriam ſcriberet.

CCVI.

992.

SIGEFRIDUS
COMES LUXEMBURGENSIS
fundat hoſpitale Epternacenſe.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus, qui ad eccleſiam Dei omnipotentis conveniunt, qualiter Dominus noſter Jeſus Chriſtus, dum in hoc ſæculo corporaliter ambulavit, duodecim diſcipulos ſibi ad miniſtrandum elegit, eisque poteſtatem prædicandi, & ſigna faciendi poſt aſcenſionem ſuam conceſſit, unde mos inolevit apud eccleſiaſticos viros, ut duodecim pauperes in formam duodecim apoſtolorum eligerent, atque ipſis de rebus propriis, quantum facultates habendi permitterent, in eleemoſinam darent.

Ex his igitur electis viris extitit unus, ſanctus videlicet Willibrordus, vir magni meriti coram Deo, qui hunc locum utilitati ſuæ providit, nec non biſſenos conſtituit eleemoſinarios, ut omnes, qui pro remedio animarum ſuarum aliquid in eleemoſinam erogare voluiſſent, eis mente devota quaſi Deo conferre ſtuderent. Hæc ego Sigifridus licet indignus, honore tamen

CCVI.

(a) comitis ſublimatus, conſiderans, (a) dum egregia datione abbatiam S. Willibrordi pro beneficio ſuſcepiſſem, eamque per multos annos poteſtative direxiſſem, pro ſalute animæ meæ cogitavi aliquid illis tribuere, unde victum poſſent habere. Denique tunc cum conſilio fratrum, ac totius familiæ petii clementiam dominantiſſimi regis Ottonis humiliter petens, ut mihi liceret de eadem abbatia quidquam dono perpetuo eis largiri: quod ſua miſericordia ita conſenſit fieri.

Poſtea itaque vocavi ſupradictos pauperes, qui vulgo miſelli nuncupantur, & tradidi eis unam vineam citra Suram juxta monaſterium S. Willibrordi in eleemoſinam Dei omnipotentis, & S. Petri principis apoſtolorum, & omnium ſanctorum. Subſequenti item tempore cum meo inſtinctu, & rogatu præfatus imperator Otto pro reſtauratione monaſticæ vitæ abbatem Ravangerum eidem eccleſiæ S. Willibrordi præfeciſſet, ipſe venerabilis abbas una mecum memoratis fratribus de parte eccleſiæ molendinum unum in loco, qui dicitur Enge, dono perpetuo tradidit; ita, ut liberam, & firmiſſimam habeant licentiam res præfatas poſſidendi, excolendi, aut cuicumque voluerint, debitum pactum reddendi, commendandi & tradendi. Idem quoque abbas dedit eis decimam in Cruſtaet, in Wolfesfelt, & in Kirſt, & in Beche.

Confirmavimus etiam eis omnes res, quæ a temporibus B. Willibrordi usque nunc vel in præſenti, vel in futuro a quibuscunque fidelibus eis traditæ ſunt, vel fuerunt, ita ut ſiquis eis auferre, vel minuere voluerit, inprimis iram Dei omnipotentis & S. Petri, & S. Willibrordi, qui eosdem duodecim fratres conſtituit, incurrat, & quod repetit, evindicare non valeat: ſed præſens traditio omni tempore firma, ſtabiliſque permaneat. Ut ad majorem quoque proficiat firmitatem hæc noſtra conceſſio, decrevimus, ut hanc chartam ſigilli B. Willibrordi confirmaret impreſſio. Actum anno Domini DCCCCXCII.

N O T A.

(a) *Dum egregia datione Abbatiam S. Willibrordi pro beneficio ſuſcepiſſem, eamque per multos annos poteſtative direxiſſem.*] Abbas Bertelius, cùm pro ſuorum temporum in rebus & juribus Germaniæ ſub Carolingis & primis Germanicis Impp. inſcitiâ, capere non poſſet, Sigefridum Luxemburgi Comitem Abbatiam Epternacenſem beneficiario jure non *tenuiſſe* tantùm, ſed *rexiſſe* etiam; *Hiſtoria Luxemb. pag.* 164. finxit alium à Luxemburgenſi Comite Sigefridum Abbatem; ſed male: ipſe quippe Sigefridus Luxemburgicus fuit, qui Abbatiam eo tempore etiam *in ſpiritualibus* regeret; & ejectis Clericis ſecularibus ſub auſpiciis Ottonis M. Imp. anno 971. Ravangerum Abbatem cum turma monachorum Maximinianorum introduci faceret, eique ſic introducto regimen ſpirituale commiſerit; denique hoc anno hoſpitale fundârit.

CCVII.

OTTO III. IMP.

992. 29. Maij.

monaſterio S. Maximini reſtituit bona in Comitatibus Nachgouve, Wormacenſi & Spirenſi, quæ Heribertus Comes beneficiario jure occupaverat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter venerabilis abbas Thietfridus cœnobii ſancti Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, piiſſimi avi noſtri Otthonis imperialem Ravennæ adierit clementiam, poſtulans quaſdam proprietates prædicti confeſſoris Chriſti juſte quidem præbendarias, ſed multis retro temporibus injuſte beneficiarias ejuſdem loci cœnobitis reſtitui. Cujus poſtulationem benigne ſuſcipiens, in præſenti quidem diſtulit, hanc tamen, ſi felici ſucceſſu in patriam redierit, ſe impletu-

CCVII.

plerarum promiſit: ſed voti ejus effectum mors interveniens impedivit. Prædictus vero abbas Thietfridus ejusque ſucceſſor Ogo eodem querimonio patris noſtri Otthonis, atque D. imperatoris clementiam adierunt, ejusque ſimili modo promiſſionem, ſed variis bellorum aliorumque imperii negotiorum obſtantibus cauſis effectum completionis non perceperunt. Nos tamen regni, & voti eorum ſucceſſores adiens prædicti monaſterii venerabilis abbas Folemarus per harum poſtulationum, & promiſſionum teſtes, & interventores, dilectiſſimam videlicet aviam noſtram, divam imperatricem Adalheidam, nec non & venerabilem ſanctæ Moguntinæ eccleſiæ archiepiſcopum Willigiſum, in elemoſinam prædictorum imperatorum eorum promiſſionem nos complere poſtulavit. Igitur ob elemoſinam avi & patris noſtri, & per petitionem prædictorum teſtium, & interventorum, noſtra regali authoritate reddimus cœnobitis S. Maximini, quidquid prædictus ille confeſſor in pago, & in comitatu videlicet Nachgouve, & in comitatu Wormacenſi, & in pago & comitatu Spirenſi habere dinoſcitur, ſcilicet totum, quod hactenus Heribertus comes in beneficio tenere videbatur; ut monachorum Deo inibi ſanctoque Maximino ſub regula ſancti Benedicti ſervientium quies, his noſtræ donationis ſublevata beneficiis, inſtantius, libentiusque, & pro animarum abſolutione piæ memoriæ avi, & genitoris noſtri, nec non pro ſtatu, & incolumitate regni noſtri, Dei miſericordiam jugiter exorent; illud ſane noſt a regali authoritate jubentes, ut prædictæ proprietates prælibati confeſſoris Chriſti in ſupradictis pagis vel comitatibus ſitæ, uſui monachorum perpetualiter deſerviant, nullusque ſucceſſorum noſtrorum, regum videlicet vel imperatorum eas inde auferre, vel in beneficium dare præſumat. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum ſtabile, & inconvulſum permaneat, hoc privilegium conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quod propria manu ſubtus firmavimus.

Signum domni Otthonis glorioſiſſimi regis.

Hildibaldus epiſcopus & cancellarius, vice Willigiſi archicapellani, recognovi.

Data IIII. kal. Junii ipſo die feſto ſancti Maximini archiepiſcopi, anno Dominicæ IncarnationisDCCCCXCII. indictione V. anno autem tertii Otthonis regnantis nono. Actum in ſuburbio Treviris, in cœnobio prædicti ſancti feliciter in Dei nomine. amen. (a) (a)

N O T A.

(a) Conf. Diploma Otthonis II. de 27. Auguſti an. 973.

CCVIII.

O T T O III.

993. 18. April.

Trajectenſem Abbatiam Eccleſiæ Trevirenſi reſtituit. (a)

(a) Brovverus Annal. Trev. Tom. I. p. 491.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Otto divina ſavente clementia rex. Omnium fidelium noſtrorum, tam præſentium quam futurorum, piæ devotioni pateat, qualiter vir venerabilis Egbertus, ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus, ad nos venit, ſecum deferens præceptum prædeceſſoris noſtri Arnolphi regis, in quo continebatur, quomodo ipſe pro

N O T Æ.

(a) De hoc diplomate ſequentia Kyriander. Annal. Trev. P. XI. pag. 102. ſeq. edit. Bipont. „ Enimvero diploma hoc in geſtis ita legitur; ceterum multis nominibus ſuſpectum, vel certe „ per obreptionem obtentum videri queat: quamobrem & effectu caruit. Nam Trajectenſis hæc „ Abbatia S. Servatii, ſeu jus patronatus in ea, „ nihilominus apud Reges & Imp. Romanor manſit:

CCVIII.

pro remedio animarum bonæ memoriæ avi ſui Ludovici regis, nec non Carolomanni genitoris ejus, patruorumque ſuorum Ludovici videlicet & Caroli, chtiſtianiſſimorum regum, quandam ſuam abbatiam in honore ſancti Servatii confeſſoris Chriſti in loco, Ttajecto vocato, conſtructam juxta fluvium, Moſam dictum, ſitam, ad eccleſiam ſancti Petri principis apoſtolorum in civitate S. Petri Treviris ædificatam, ſua præceptione cum omnibus appendiciis ad eandem abbatiam tite pertinentibus donavit & tradidit, aliique ſucceſſores ejus, præfati ſcilicet regis, ſuis præceptionibus id ipſum confitmaverunt. Similiter etiam avus noſter Otto imperator auguſtus per ſuam præceptionem, ut in ea ſcriptum invenitur, prælibatam abbatiam eidem eccleſiæ Trevirenſi cum omnibus utenſilibus illuc aſpicientibus, innovando donationes prædeceſſorum ſuorum, regum videlicet Arnolphi, Zuendeboldi, Ludovici & Caroli ad integrum robotavit. Sed poſtea, malorom hominum conſoltu, neſatio facto donationes & confitmationes prædictorum regum ſuamque ipſius, prô dolor! cottoborationem, commutatione, nulli ptobabili viro tunc vel nunc placita, infirmavit; ipſius ſanctæ ſæpe jam dictæ Trevirenſi eccleſiæ abbatiam Horrea dictam, quaſi ſua propria eſſet, in concambium præceptionis ſuæ autotitate dando pro abbatia Trajectenſi, quæ a tot regibus, ut prælibatum, & tradita & confirmata eſt. Pro hoc facto neſando, nobis & aliis fidelibus noſtris omnibus, qui aderant, majoribus & minotibus, inaudito, præfatus archiepiſcopus Egbertus flexis genibus & voce lacrymabili noſtram clementiam precatus eſt, ut pro redemptione animæ ipſius jam dicti (b) (b)
avi noſtri, qui eandem Trajectenſem abbatiam a jure S. Petri abſtulit, & pro remedio animarum beatæ memoriæ ejus æquivoci genitoris noſtri imperatoris auguſti, noſtræque genitricis Theophaniæ imperatricis auguſtæ, Trevirenſi eccleſiæ abbatiam ablatam, novo noſtræ celſitudinis donativo reddeteruus, & reſtitueremus. Nos vero divini timoris & amoris intuitu, ſimul etiam omnium fidelium noſtrorum conſultu archiepiſcoporum, epiſcoporum, abbatum, ducum & comitum piis ejus petitionibus aſſeoſum præbentes, hac regia noſtræ poteſtatis munificentia, ſanctæ Trevirenſi eccleſiæ & prædicto archiepiſcopo, qui ei præſidet, quod incaute contra eum ſactum eſt, ſatisfecimus, denuo ei dantes & reddentes & reſtituentes ſupra ſcriptam abbatiam, cum omnibus utenſilibus eam juſte aſpicientibus, & hoc noſtræ præcepto regio ex integro confirmantes, ita ut nec regali potentia, nec alterius perſonæ præſumptione a ſancto Petro & ejus eccleſia Treviris conſtructa, niſi ſub anathemate, deinceps avelli poſſit vel auferri. Et ut hæc noſtræ donationis, reſtitutionis, & confirmationis autoritas præſenti ac futuro tempore inviolabilis perſeveret, hoc regiæ magnitudinis noſtræ præceptum inde conſcriptum manuque propria, ut infra videtur, corroboratum, ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. (c) Signum domini Ottonis glo- (c)
rioſi regis. Hildebaldus epiſcopus & cancellarius vice Willigiſi archiepiſcopi recognovi. Data XIV. kalend. Maij. Anno Dom. Incarn. DGCCCXCIII. ind. VI. anno autem III. Ottonis regnantis X. Actum Ingelheim feliciter.

CCIX. SI-

N O T Æ.

„ ſit: tandemque ſimul cum univerſa civitate Trajectenſi à Philippo rege per ſpeciem feudi conceſſa eſt Duci inferioris Lotharingiæ Brabantiæque, ſicuti Fridericus Schenck Baro à Tautenberg *Comment. ad Lib. III. Feud.* ex Oldradi veteris JC.ti 312. *Reſponſo* memorat. „ Sed econtra Brovverus *Annal. Lib. X. n. 62. Quaſi vero iccirco res jure non teneamus, quia manus inveſtione vindicare ſemper non liceat, ubi vis & arma ſunt ante leges; aut olim occupata non fuerit, quia jam non eſt in manibus.*

(*b*) *Avi noſtri, qui eandem Trajectenſem Abbatiam a jure S. Petri abſtulit.*] Stupendum verè, quòd Imperatores, quo indulgentiores eſſent ad donandum Comitatus, Dynaſtias, territoria Eccleſiis, eò etiam faciliores fuerint ad aſſignandum donata laicis, vel tempore belli loco ſtipendiorum, vel etiam pro lubitu, ſine ullo pudore aut ſacrilegii metu. Ludevvig *Jur. Feud. Cap. XI. Quæſt.* 11. §. 2. *not.* 1055. *pag.* 699.

(*c*) *Signum Domini Ottonis glorioſi Regis.*] Ottonianum hoc monogramma edidit Brovverus, illuſtri Abbati Gottvvicenſi *Tom. prodrom. Chron. pag.* 211. ideo ſuſpectum, quod Otto ante peractam Romæ coronationem, & ſic anno 993. monogrammate ſimili uſus non fuerit.

CCIX.

993.

SIGEFRIDUS
COMES LUXEMBURGENSIS

monaſterio S. Maximini donat partem fundi Mariſcenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Quoniam omni homini neceſſarium eſſe pernoſcitur, ut in hac vita poſitus de futuris pie meditetur, & rebus tranſitoriis lucra æternæ vitæ mercari conetur; ſacra exhortante ſcriptura: Honora Dominum de tua ſubſtantia; itemque: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſina extinguit peccatum. Idcirco ego Sigefridus comes cum conjuge mea Hadewiche hac ſalutifera exhortatione commonitus, ob remedium animarum noſtra-
(a) rum, (a) liberorumque noſtrorum, ſuperſtitum videlicet ſeu defunctorum, tradimus Deo ſanctoque Maximino, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, & cœnobitis Deo, prædictoque confeſſori ſub regula ſancti Benedicti, militantibus, quibus venerabilis abbas Folemarus præeſſe videtur, in valle Alſuncienſi, in (b) villa Mariſch, in (b)
comitatu Ardennenſi, regimini filii noſtri Heinrici comitis ſubjacenti, unum videlicet manſum Nevelungi, & ejus conjugis Rozele, ſucceſſorumque noſtrorum, altari ſancti Clementis in eodem monaſterio poſito, (c) ubi cor- (c)
pora noſtra diem extremi examinis exſpectabunt, Deo propitio, ita duntaxat, ut idem Nevelungus, vel ſucceſſores ejus, omni anno ſolidos probatæ monetæ perſolvant ex eodem manſo, ab omni deinceps ſervili ſervitio libero, quatenus benedictione, & licentia venerandi abbatis, ſacer-
dos

NOTÆ.

(*a*) *Liberorumque noſtrorum ſuperſtitum.*] Fuerunt autem hi: *Henricus* Arduennæ Comes, poſtea Maximinianorum & Epternacenſium Advocatus, Bojorumque Dux. *Fridericus*, gentis Luciburgenſis propagator. *Theodoricus* Mediomatricum Epiſcopus. *Adalbero* D. Paulini Treviris Præpoſitus. *Giſelbertus*, Ticini in ſeditione à Longobardis interemptus. *D. Kunigandis* Auguſta, D. Henrici Imperatoris uxor. *Abenza*, memorata in tabulis Gorzienſibus Henrici Imp. cognomento Nigri, his verbis: *Nos Abenza; pro reconciliatione & proclamatione illorum prædiorum, quæ ipſa repetebat, & quæ ei contingebant ex parte ſuæ ſororis, contectalis ſcilicet Henrici Imperatoris, & quæ dicebat ſibi pertinere hæreditario jure, tale prædium, quale viſi ſumus poſſidere in villa, quæ dicitur Morlinga, in pago ſcilicet Muſiligeuuve, in Comitatu ſcilicet Virid, per hujus noſtræ auctoritatis præceptum ſtabiliter concedimus & donamus. Data tabula XIIII. kal. Julii anno*
* lege VIII. *Dominica Incarnationis MXL. indict.* * *XVIII. Anno Domni Henrici III. Ordinationis XIII.*
* Moienvis. in provincia Metenſ. *regni II. Actum in* * *Medio-vico feliciter.* Conf. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. L.* 23. *n.* 16.

(*b*) *Villa Mariſch.*] Partem alteram fundi Mariſcenſis Maximinianis jam antè dederat Erkanfrida. Vid. *ſupr. ann.* 853.

(*c*) *Ubi corpora noſtra diem extremi examinis exſpectabunt.*] Quem ſibi & familiæ ſuæ Sigefridus tumulum deſignaverat, eum illis ita obtigiſſe ſeculum decimum ſextum docuit. Quippe in ea veteris baſilicæ Maximinianæ regione, quæ modò ad D. Quiriaci tumulum vergit, latere lævo, ubi D. Clementis olim ara ſtetit, arcæ lapideæ duæ effoſſæ ſunt. Alteri cineres incluſi, & mera pene caries, ſpeciem tamen viri promiſſè barbati præbebat. Inventa ibi multa ſcobs ferri ærugine exeſi; creditum hamatæ loricæ fuiſſe reliquias; ad hæc, gladii capulus, antiqui admodum operis; item baltei fruſta, lora ex corio erat, bullis æneis affabrè factis denſâ perpetuaque ſerie aſperſa. Præter hæc dentiſcalpia gemina aurea, quorum alterum palmum adæquabat; claves præterea duæ, tum priſco artificio, tum magnitudine viſendæ. Poſtremò orbis planus aureus, palmæ manûs commenſus, ſupernè uncinatus, & multiplici gemmarum ordine circummargenatus. Gemmarum pleræque integræ, cæteræ ſitu & vetuſtate vel fractæ vel excuſſæ, umbone caſſidis aut loricæ interpretabantur. In arca altera repertus torques, globulis nigris atque candicantibus conſertus, mundi muliebris argumentum; quæ res, Hatevvichæ eum fuiſſe tumulum, eò magìs ſuadere viſa eſt, quòd utrique arcæ ſaxum commune incumbens Sigifridi mariti titulum, grandibus inciſum literis offerebat, cujus verba nos ſupra dedimus *ad ann.* 963. Annus, quo Sigifridus è vita abiit, incompertus eſt: dies in faſtos Maximinianos ita relatus: *XVIII. kal. Sept.* Θ *Sigifridus. Comes. qui. dedit. iſti. Ecclesiae. Merſche. cum. omnibus. appendiciis. ſuis. &. Giſelbertus. Comes. dedit. Suepeſinge. &. Leſenich.* Addita vox ſolemnis Karitas. epuli funebris, quod Sigifridus annuum decreverat, index.

CCIX.

dos ibidem Deo pſalmodiæ, & miſſarum celebraturus ſacrificia, his xeniis adjutus pro ereptione animarum noſtrarum exoret libentius. Reliquæ vero proprietatis noſtræ poſſeſſiones, in eadem villa conſiſtentes, in communem cænobitarum uſum, quicquid videlicet vel concambio vel theſauro noſtro acquiſimus, tam in mancipiis, quam ædificiis, molendinis, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus cum omni integritate, ſervitio, & cenſu, ſicut eam hactenus habuimus, excepto Ravachone, & conjuge, & filiis ejus; Lazone, & filiis ejus, & hæreditate eorum. Ea ſcilicet ratione, ut ego, & conjux mea Hadewich usque ad terminum vitæ noſtræ idem prædium in uſum noſtrum poſſideamus: poſt obitum vero noſtrum in uſum prædictorum cœnobitarum absque ullius contradictione pertineat; illud ſane omnimodis in Dei nomine rogantes, ut in anniverſario obitus mei ex eodem prædio recordatio prædictis cœnobitis exhibeatur in memoriam noſtri. Præterea etiam rogamus, atque obſecramus, ne abbas vel aliquis ejusdem loci proviſor, alicui perſonæ ex eodem prædio aliquod beneficium accommodent, ne ut deſtructores elemoſinæ noſtræ ab hæredibus noſtris, noſtra promiſſione ad id commonitis, idem prædium perdant, niſi moniti reſipiſcant. Si quis vero cohæredum meorum, quod quidem fieri non credo, infringere voluerit, vel temptaverit hanc traditionis noſtræ largitatem, inprimis iram Dei ſanctique Maximini incurrat, &, quod machinatur, non efficiat, coactusque theſaurario regis C. libras auri, & mille talenta perſolvat argenti. Acta eſt hæc traditio publice Treviris in monaſterio ſancti Maximini coram Hildrado ejusdem monaſterii advocato: adſtante venerabili abbate Volmaro cum omni ejusdem loci congregatione, me Sigiſrido comite, & conjuge mea Hadwich. Sub fidejuſſoribus, quos vulgo ſaliburgiones vocamus, alio Hildrado, & Thiezilino; coram teſtibus Gozberto, Trancrado, Thietfrido, Duodone, Iſevardo, Waleramo, Wiſerico, Immone, Odalberto, Everberone, Bertramo, Reginero, Norperto, Liuzone, Ricberto, Benzone, Folerico, Everhardo, Beringero, Waldone, Amelrico, Vodilberto. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCIII. regni autem domni Otthonis tertii X. indictione VI.

LUDOLFUS
ARCHIEPISCOPUS.

CCX.
IRMINARDUS
996. fundum Heleſdorfenſem donat Maximinianis, fructu, dum viveret, retento.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Noverit omnium induſtria in Chriſto fidelium, tam præſentium quam & futurorum, me Irminardum, propriis animæ corporisque utilitatibus providentem, tradidiſſe ſancto confeſſori Chriſti Maximino, qui in Trevirorum requieſcit ſuburbio, mei juris poſſeſſionem, hæreditaria mihi parentum meorum ſucceſſione provenientem, in comitatu Ardennenſi, qui * Henrici comitis ſubjacet

* Vid. Cart ſeq. not. a.

CCX.

jacet procurationi, (a) in villa Heckesdorph, quicquid ibi viſus ſum habere tam in mancipiis, quam in ædificiis, (b) vineis, terris, cultis & incultis, ſylvis, pratis, paſcuis, exitibus & reditibus, viis & inviis, ea ſcilicet ratione, ut eandem poſſideam uſque ad terminum vitæ meæ, & a proviſoribus cœnobitarum prædicto confeſſori Chriſti famulantium, qui nunc venerandi abbatis Folemari ſubduntur regimini, omni anno mihi dentur duæ karidæ vini, ante feſtivitatem ſancti Martini, & duæ denariorum libræ ante Domini natale, & ſylvæ portionem, juris eorum, ad prædictam villam Heckesdorph aſpicientem; poſt obitum vero meum totum abſque ullius contradictione poſſideant. Mancipia quoque, quæ trado, & poſteri eorum, ſi in eadem villa ſederint, vel nupſerint, tali libertate, & ſervitio perfruantur, ſicut cætera confeſſoris Chriſti inibi manens familia: ſi qui vero foris nupſerint, vel manſerint, vel alias vagati fuerint, unusquisque eorum in feſtivitate ſancti Maximini perſolvat unam denariatam ceræ pro remedio animæ meæ. Si quis vero propinquorum meorum hanc traditionem infringere voluerit, imprimis iram omnipotentis Dei incurrat, & quod machinatur, non efficiat, coactusque ærario regis auri, & argenti libras perſolvat. Si vero a proviſoribus prædicti cœnobii hæc prænominata ſumma mihi fuerit denegata, vel contra voluntatem meam fuerit detenta, vel minorata, aut hæc traditio fiat irrita, aut advocatus eorum mihi legitime componat. Acta eſt hæc traditio Treviris publice in monaſterio ſancti Maximini, aſtante prædicto venerabili abbate ejusdem loci Folemaro, cæterisque inibi Deo famulantibus monachis, me Itminardo hanc traditionem ſtipulante, ſub fidejuſſoribus, quos vulgo ſalebutgiones vocamus, Hildrado, Gozberto, Thiedone, Dudone, Rudolpho; coram teſtibus: Thietfrido, Ravengero, Otperto, Viſerico, & multis aliis. (c)

NOTÆ.

(a) *In villa Heckesdorph.*] Hodie *Heisdorf* altero ſub Luciliburgum lapide Aliſontiæ flumini adjacens; tunc ſitum in pago Arduennate, cui Henricus Comes, Sigifridi Luciliburgenſis filius, præerat.

(b) *Vineis.*] erant ſuperiori adhuc ſæculo ibi vineæ. Hodie Heisdorfium ampla toparchia eſt, pleno jure ad DD. de Marchant in Dolnelingen, cognatione mihi propè, affinitate autem proximè junctos, pertinens.

(c) Deficit data chartæ. Cum autem Novillanius, accuratus Maximinianarum Antiquitatum indagator, hoc illam anno ſcriptam non vanè autumet, nos eum tutè ſequimur.

CCXI.

BERTHA

996. VIDUA COMITIS VOLEMARI

jure precarii monaſterio S. Maximini dat villam Muodenfurt.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Volemarus Dei gratia abbas. Noverit omnium induſtria fidelium, tam præſentium, quam & futurorum, qualiter religioſa fœmina domna Bertha viri illuſtris Volemari comitis relicta, & per ſemetipſam, & per ſtrenuiſſimos internuncios, Beringerum videlicet fratrem ſuum ſanctæ Treveticæ ſedis corepiſcopum, (a) comitem Heinricum monaſterii noſtri advocatum, aliosque viros

NOTÆ.

(a) *Comitem Heinricum monaſterii noſtri advocatum.*] Sigifridi Comitis Luxemburgenſis filium; unde ſuadetur, Sigifridum (cujus obitum in annum 998. refert Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Lib. XXIII.*

CCXI.

viros nobiles, adierit nos fratreſque noſtros, cœnobitas ſcilicet ſancti Maximini Chriſti confeſſoris, in ſuburbio civitatis Trevericæ requieſcentis, poſtulans quaſdam villas, utilitateſque monaſterii noſtri in precarium jus ſibi debere concedi. Nos vero utilitatibus monaſterii noſtri, ſucceſſorumque noſtrorum, conſulentes, detrimentumque penuriæ noſtræ præ illorum commoditate parvipendentes, præfatis petitionibus aures noſtræ conſenſionis accommodavimus. Dedit itaque nobis, quod & nos recepimus per manum prænominati advocati noſtri comitis Heinrici, in pago Moſellenſi, in comitatu Waldelevinga, cui Giſelbertus comes præeſſe videtur, (b) villam Muodenſurt nominatam, quam ſibi præfatus ſenior ſuus comes Volemarus in dotalirium dederat, eique exinde poteſtatem, quicquid facere vellet, conceſſerat, & usque ad terminum vitæ ſuæ absque ullius contradictione multorum teſtimonio confirmaverat, firma aſtipulatione cum eccleſia omnique ejus decimatione, & manſo, & caſa dominicali, & XX. manſis ſervilibus cum omnibus ad ea pertinentibus tam in mancipio, quam in ædificiis, vineis, ſylvis, pratis, paſcuis, molendinis, mobilibus & immobilibus, aquis aquarumve decurſibus, cultis & incultis, exitibus & reditibus. Dedimus ei econtra jure precario per manum ſæpe nominati advocati noſtri Heinrici comitis, in eodem pago, & comitatu (c) villam Dalaheim nominatam cum eccleſia, & ejus decimatione, & manſo dominicali cum XII. ingenuilibus & XX. ſervilibus; & inter villas Burmeringa & Druſtelevinga X. manſos ſerviles, cum omnibus ad ea pertinentibus, tam in mancipiis, quam in ædificiis, vineis, ſylvis, pratis, paſcuis, molendinis, mobilibus & immobilibus, cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, exitibus & reditibus: ea ſcilicet ratione, ut quod dedit, & quod accepit, more precario usque ad terminum ſuæ ſolius vitæ poſſideat, poſt obitum vero illius in perpetuos uſus prædictorum S. Maximini cœnobitarum omnia cum integritate absque ullius contradictione redeant. Inſuper etiam præter prædictum precariæ jus ad dies vitæ ſuæ ſingulis annis IIII. carradas vini noſtra largitate ei accommodavimus. Si quis vero vel cohæredum præfatæ religioſæ domnæ Berthæ, vel ſenioris quondam ſui comitis Volemari, hanc precariæ traditionem confregerit, vel annihilaverit, domna Bertha legibus cuncta, aut præſentis aſtipulationem traditionis ſanciat; aut in eodem comitatu tantidem, vel, ſicut moris, in proximo duplum, in tertio triplum, reſtituat; aut advocatus noſter quia hæc omnia geſſimus ejus conſilio, & inſtinctu, ſi negligens exactor præfatæ traditionis extiterit, vel retributionis, ne advocatiæ negligentia feriatur, detrimentum monaſterii de ſuo componat. Acta eſt hæc traditio publice in eodem comitatu in loco Waſeneshunt dicto, me aſtante, aliisque cœnobii noſtri fratribus, ſub fidejuſſoribus, quos vulgo ſaleburgiones vocamus, Bertramo, Betone, Giſelberto, Hildrado; coram teſtibus, quorum hæc ſunt nomina: (d) Friderich comes, Bolſo, Winrich, Linzo, Fridelo, Rudoſ, Wiſerich, Embricho, Thiebolt, Thietfrit, Iſuwarth, Ruoprath, Norprath, Wikelin, Volemar, Volker, Adelo. Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXCVI. regni autem domni Ottonis tertii XIII. imperii vero I. indictione VIIII.

CCXII. OT-

NOTÆ.

Lib. XXIII. n. 14.) hoc jamtum anno inter vivos deſiderari, quippe cui in Magiſtratu & cæterâ hæreditate ſucceſſit Henricus. *Senioris* nomen huic Henrico datur; qui poſtea Bavariæ Dux ab Henrico II. Imp. factus, eodem Ducatu, teſte Hermanno Contracto *ad ann.* 1008. privatus fuit. Sed referente Ditmaro *Lib. VII. ad an.* 1017. *p.* 416. *Henricum* (ſeniorem) *quondam Bavariorum Ducem, & nunc octo annos & pene tot menſes ſuâ depoſitam culpâ, priſtinis imperator reſtituit honoribus.*

(b) *Villam Muodenſurt nominatam.*] Eſt Muodenſurtum vicus Luxemburgenſis Provinciæ, ad Siram fluvium Luxemburgo & Remoco interjectus.

(c) *Villam Dalaheim.*] De quo ſuprà ad annum 962. in Charta Thiedonis.

(d) *Friderich Comes.*] Quem Sigifridi Luciliburgenſis filium interpretantur Du Cheſne, & poſt eum Wiltheim. *Annal. Max. ad h. an.*

CCXII.

OTTO III. IMP.

Monachis Epternacenſibus donat & confirmat varia bona, cum curtili apud ſedem Aquisgrani.

997. 24. Octobr.

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Otto divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Si fidelium noſtrorum petitionibus quorumlibet obſecundantes, noſque horum ſcilicet apprime neceſſitudini ſubrogantes, quos ſpecialius, ac devotius in divino cultu ſolicitos, ac promptos perſpeximus, ut apoſtolica monet ſententia, hujusmodi nos inſtituens: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. Ideo notum omnibus præſentibus, & futuris fidelibus noſtris fieri volumus, qualiter poſtulationi (a) clari illuſtriſque abbatis Ravangeri, de monaſterio S. Clementis Willibrordi, quod ſitum eſt Epternaci, annuentes, ſuæ ejusdem loci congregationi, præſentibus poſteriſque monachis conceſſimus (b) locum habitationis, integrum ſcilicet curtile, apud ſedem Aquisgrani palatii noſtri in loco, qui dicitur Guddinga, ut ipſi cœnobitæ Epternacenſes Deo, ſanctoque Clementi Willibrordo infatigabiliter ſervientes habeant, teneant, & poſſideant; ea tamen ratione, ut annis ſingulis in ærario domini imperatoris auguſti hora conſtituta ii perſolvantur nummi.

Conceſſimus etiam eisdem fratribus quoddam prædiolum, olim ab eis per vim abſtractum annos permultos (c) in pago Ribuarienſi, quod dicitur Bergh; & in alio loco notiſſimo, qui vocatur Blidrighe, ut in eis corpus ſupradictæ congregationis in æternum lætetur, quod multos viduatum per annos, ab amicis ſæculi hujus rapinam lacrymabatur. Petiit etiam nos comes Sigifridus, ſupradicti monaſterii advocatus, ſibi licuiſſe locum quendam nominatum Munderchinga in pago Wavarienſi, de accepto beneficio regalis donationis, monachis eisdem aſcribendo ſubjici, quod ut perageret, imperiali autoritate fieri decrevimus. Et ut hæc autoritas futuris temporibus inconvulſa permaneat, non ſolum ſcribere juſſimus, ſed etiam ſigilli noſtri impreſſione ſubter eam ſignavimus.

Signum domini Ottonis tertii Romanorum imperatoris auguſti. Hildebaldus epiſcopus & cancellarius ad vicem Willigiſi archicancellarii recognovi. Data ſecundo idus Octobris anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXC. VII. indict. XI. anno autem tertii Ottonis regnantis XIV. imperii vero II. Actum Aquisgrani palatio feliciter amen.

CXIII. OT.

NOTÆ.

(a) *Clari illuſtriſque Abbatis Ravangeri de monaſterio S. Clementis Willibrordi.*] Edidit hujus Abbatis Epitaphium Brovverus *Annal. Trev. Tom. I. Lib. X. n.* 82. *p.* 478. Sed mutilum; ecce illud integrum:

Hac recubant foſſa Ranningeri patris oſſa,
Et fiunt hominis lege ſoluta cinis.
Hunc Otto primus transmiſit Cæſar opimus,
Sifredi monitis, egregii Comitis.
Miſit & hunc talem, qui vitam cænobialem,
Hic reparare pio ſufficeret ſtudio.
Nam locus iſte bonii hac tempore relligionis
Factus erat vacuus, rebus & exiguus.
Dumque vir induſtris tribus annis, ſex quoque luſtris
Præfuit, eximiam reddidit Eccleſiam.
Septembris flendis Nonis, deniſque Calendis
Clauſerat ipſe diem, nunc habeat requiem.

(b) *Locum habitationis, integrum ſcilicet curtile.*] Inter varias ſignificationes verbi *Curtis*, quas examinat Ludevvig *Jur. Feud. Cap. X. Quæſt.* 1. ea huic loco propior eſt, qua pro *villa*, id ed, *Curia*, *Hard*, *Hof*, accipitur. Hujus diminutivum eſt *Curtile*, in vernacula *Hürtlein*, *Höflein*. Ludevvig *l. cit. p.* 515.

(c) *In pago Ribuarienſi, quod dicitur Bergh.*] Eadem eſt hæc *villa Montis*, de qua agebamus ad cartam S. Irminæ de an. 699. ubi in pago *Tulpiacenſi* locabatur, cùm tamen ad ſuperiorem Moſellam poſita ſit. Nimirum locutus eſt Imperator more interpretum, uníque vocabulo ſubſtituit alterum. Cùm enim Ripuarii Rheno fere & Moſella infero recepti, ibi præcipuè, ubi ſitum eſt Tulpiacum, haberent ſedes, nihil intereſſe ratus inter pagos *Ripuarienſem* & *Tulpiacenſem*, in illo villam *Montis* conſtituit. Sanè apud Ottones pagus Ripuarienſis ita inclaruit, ut Lotharienſium inferiorum Dux ab eo ſubinde ſit appellatus *Dux Ripuariorum*, ùt Henricus Luxemburgicus aliique. Fortè acutioris critices homo ex hac nominum diverſitate ſuppoſitionis notam eruet.

CCXIII.

Circa 1000.

OTTO III. IMP.

monaſterio S. Maximini concedit jus mercatus in loco Billich.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ottho Dei gratia Romanorum Imperator auguſtus. Si locis divino cultui mancipatis alicujus honoris, & augmentationis ſupplimentum præbuerimus, divinitus nos remunerari procul dubio credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, præſentium ac futurorum, ſolers comperiat ſagacitas, quoniam nos ob remedium animæ noſtræ, & parentum noſtrorum Oſtrado reverendo abbati de S. Maximino ſuisque ſucceſſoribus largiti ſumus, conceſſimus, ac perdonavimus jus, poteſtatem, ſecuramque licentiam, mercatum, ac monetam conſtituendi, tali legitimæ ſecuritatis ordine, ut idem abbas, quam ipſe, quam & ſui ſucceſſores in ſua liberali poteſtate teneat, regat, & perpetualiter habeat idem mercatum cum moneta, & theloneo, ac totius reipub. functione ac diſpoſitione (a) in quadam villa, Billich dicta, ad abbatiam S. Maximini pertinente, in pago quoque Muſelgowi, & in comitatu Becelini comitis ſita. Proinde volumus, & imperialiter edicimus, ut homines, præſentes, futurique omnes, prædictum mercatum viſitantes cum omni pace illuc eant, redeant, comparent, & quidquid illis placuerit, ſicut in aliis publicis mercatis, vendent. Quicunque autem hujus noſtræ authoritatis, conceſſionis, & poteſtativæ perdonationis contradictor, & violator in aliqua re extiterit, ſciat ſe componere noſtrum bannum, ita ſicut ille, qui mercato Mogunciæ, Coloniæ, & Treviris conſacto, & contiminato damnatus fuerit. Et ut hæc noſtra imperialis donatio ſtabilis permaneat, hanc paginam inde conſcriptam manu propria corroborantes, ſigillantes præcepimus.

Signum domni Otthonis Cæſaris invicti.

(b) Actum in Angolneim curia (b) anno regni domni Otthonis III. VIIII. in Dei nomine feliciter amen.

SÆCU-

N O T Æ.

(a) *In quadam villa, Billich dicta.*] Hodie *Waſſer-billich*, vicus ad Suræ Moſellæque confluentes ſitus.

(b) *Anno regni domni Otthonis III. VIIII.*] Annus regni Ottonis III. nonus, eſt annus Dominicæ Incarnationis 991. hoc autem anno & pluribus ſequentibus monaſterio S. Maxim. adhuc præfuiſſe Volemarum Abbatem, ex præcedentibus certum eſt. Annum obitûs ejus ſilent faſti domeſtici, diem autem ſic exprimunt: *XVIII. kal. Sept. ☉. Folemarus. Abbas. Noſtra. Cong. Monachus.* Ejus obitum non anteceſſiſſe annum vulgaris æræ milleſimum, præmiſſo exacto omnium monumentorum examine ſtatuit Alex. Wilthemius *in Ann. S. Maxim. d. an.* quo ei demum ſucceſſiſſe potuit Oſtradus. Qua igitur ratione conciliabimus Oſtradi Præſulatum cum anno VIIII. regni Ottonis III.? Nodum, quem ipſe Wilthemius nullâ ratione ſolvere potuit; ſcindendum, aut, ſi mavis, cum ipſa carta abjiciendum, autumo.

Digitized by Google

SÆCULUM XI.

§. I.

Quæ de perpetuo nexu regni Lotharingici cum Germanico Diſſert. præcedent. §.1. & ſeqq. memoravimus, ea tam firma hoc & ſequentibus ſæculis permanſêre, ut quamvis illud non ſemel abinde Gallicis armis turbatum, nonnullæ etiam ejus particulæ, ſuperiore præſertim ſæculo, ab Imperio avulſæ ſint, univerſum nihilominus Lotharii regnum, cujus pars Treviri, pro portione Imperii Romano-Germanici, & iisdem legibus publicis cum illo, ſemper habitum fuerit; adeò, ut in ipſis Commentariis, qui Legatis Gallicis, ad pacificationem Weſtphalicam proficiſcentibus pro defendendis juribus regiis fuerunt ab aula dati, agnitum legas, univerſam Lotharingici regni poſſeſſionem penes Germanos illibatam permanſiſſe. Vid. Negotiations touchant la paix de Munſter. *Tom. I.* & ibi *Droits du Roy ſur les villes & Evechez de Metz, Toul & Verdun. p. 67.* Quare, cùm quoad nexum cum Imperio nulla deinceps Treviris acciderit mutatio, rem ſæpiſſimè actam ageremus, ſi notas Imperatorum germaniæ ſucceſſiones proſequi ſuſciperemus. Quanquam autem Lotharingiæ regnum Imperio ità unitum jam ſæculo X. per Duces gubernatum fuiſſe dixerimus Diſſert. præced. §. 3. horum tamen poteſtas ad Trevirenſem Metropolitam minimè pertinuit. Tralatitium quippe eſt, Rhenenſes tres Archiepiſcopos ſub Saxonicis Imperatoribus nullius paruiſſe imperio, ſed Imperatori immediatè ſubfuiſſe. Vid. Spener *Jur. Publ. Lib. II. cap. 5. §. 2. not. b. in fin.* Hanc exemptionem & immedietatem, à Carolingicæ ſtirpis regibus Archi-Præſulibus noſtris jam conceſſam, hoc ſæculo firmârunt Imperatores Henricus II. & III. præceptis ſuis, quæ ad annos 1016. & 1046. exhibemus.

Regnum Lothar. jam perpetuò unitum Germaniæ. — regebatur Ducibus, — à quorum poteſtate exempti Archiepiſcopi.

§. II.

Sed & *res* omnes ad Trevirenſem *Eccleſiam pertinentes*, *ſcilicet monaſteria*, *baſilicas*, *caſtella*, *vicos*, *agros*, *vineas*, *ſylvas*, *homines*, *omneſque reliquas poſſeſſiones*, præſentes & futuras, ſub poteſtate & *jure Pontificis Trevirenſis*, & *cui ipſe commiſerit*, unà cum *moneta* & *teloneis* eſſe, & in *perpetuum permanere* memorato diplomate anni 1046. ſanxit Henricus III. Imperator. Quod (uti jam inſinuavimus iis diſcurſibus, quibus ante ſæcula IX. & X. locum damus) aliud non eſt, quàm Trevirenſi Metropolitæ in ſuis terris & poſſeſſionibus dare *Comitatum* ejúſque jura. Unde in tabulis San-Maximinianis Ottonis M. de anno 966. locus, duobus circiter millibus paſſuum ab urbe remotus, in *Comitatu vel ſuburbio Trevirorum* ſitus, & Theodericus hoc ſæculo à Sigeberto *Comes Trevirorum* perapte dicitur. Ex

& res Trevirenſis Eccleſiæ, — quæ ipſi ſuberant Archiepiſcopo,

eo tempore, inquit Ludewig *de Jur. Feud. Cap. XI. §. 6. p. 702. Eccleſiarum Antiſtites ipſi ſuos comitatus ac dynaſtias rexerunt operâ Comitum & Vogtiorum.* Et quid (ut ex parte noſcamus totum) niſi ſuprema illa poſt Imperatorem, ac quantum illius ævi ſtatus patitur, omnimoda poteſtas deſignatur? cùm iis, quas ad annum 1052. exhibemus, tabulis Comitis de Arlo, Eberhardo Archiepiſcopo in proprium traduntur *prædia in Obtimetdinc & in Pulicha, Camda, Retherod, Lemena, Cuberna, Alcana, Langenfeld, Bucho, Encrich, Rigila & villis circumjacentibus, ad prænotata prædia pertinentia; & prædia quæ poſſidebat in Trogona, & circa rivum Trogonæ fluvii cum Eccleſiis, areis, vineis, molendinis, agris, pratis, ſylvis, venationibus, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, mancipiis utriusque ſexus, cum banno & conſtrictu, inquiſitis & inquirendis, & omni utilitate, quæ vel haberi vel cogitari poteſt; & tali poteſtate & conſtrictu, quali vel anteceſſores illorum, vel ipſi poſt illos poſſidebant &c.* Quæ, uti etiam obſervat Mettingh *de ſtatu Militiæ Germanorum Sect. IV. §. 6. pag.* 232. manifeſtè indicant exemptionem territorii à judiciis pagorum & reſpectivè juriſdictionem in hoc proprio territorio competentem. Quæ de multitudine & amplitudine terrarum & prædiorum ad Trevirenſem Eccleſiam pertinentium, & Archi-Epiſcopi ditioni ſubditorum alibi dixi, hîc non repeto: multa tamen eorum, ſive negligentiâ propriâ, ſive vicinorum violentiâ, ſive aliis temporum injuriis ablata dolent noſtri, tum in carta Popponis, quam ad annum 1033. referimus, tum alibi. Succeſſere tamen in amiſſorum locum continuò alia; & hoc quidem ſæculo, anno ſcilicet 1018. Henrici II. Imp. beneficio, regia Curtis *Confluentia* unà cum *theloneo, moneta & reliquis pertinentiis*, quæ ſicut deinceps Archiepiſcopis frequenter dedit domicilium, ita & plurium in ea regione acquiſitionum occaſionem.

Patrimonium Trev. Eccleſiæ auctum.

§. III.

acquiſita vaſallagia.

Quæ omnia, ut ſervarentur, cùm propriæ vires ſemper non ſufficerent, clientelis opus erat; quarum inter alias unam circa annum 1097. à vicino Comite Luxemburgico obtinuit Engelbertus Archiepiſcopus *datis* in feudum, non verò à Comite *oblatis* ſexcentis manſis. Præter Vaſallos nobiles, in expeditionibus ſerbituros, erat etiam Trevirenſi Præſuli, poſtquam jam temporale imperium ſpirituali adjecerat, conſtans in Archiepiſcopali aula Nobilium Comitatus. Inter hos Palatinos, qui Archiepiſcopum Principem quoquo comitabantur, legimus in tabulis noſtris San-Simeoneis, exaratis à Poppone anno 1042. Confluentiæ; ab Eberhardo anno 1052. Treveris; ab eodem anno 1061. itidem Treviris in Monaſterio S. Simeonis; *Bernardum de Virnenburg, Undelbertum de Stalle, Adelberonem de Madelberg, Anshelmum de Conza, Hartmannum* quendam, *Luef*, id eſt *Ludolfum, Sigebodum, Ezelinum, Sigemarum* &c. Cúmque multimodis curis temporalibus diſtractis minùs liceret Metropolitis noſtris vacare officio Pontificali, ſicnunc primùm cœperunt, uti quidem anno 1042. ſanctiſſimus Præſul Poppo, *pro opere conſecrationis & opere confirmationis*, à Romano Pontifice petere & obtinere Vicarium in Pontificalibus generalem, quem hodie Epiſcopum ſuffraganeum dicimus.

Aula Archiepiſcopi,

& Vicarius in Pontificalibus.

§. IV.

§. IV.

Ampliſſima illa, quam *ſ. II.* memoravimus, poteſtas temporalis Archiepiſcopi in res omnes ad Trevirenſem Eccleſiam pertinentes, dedit anſam gravi litigio inter Popponem Archiepiſcopum & Brunonem Tullenſem Epiſcopum: an ſcilicet ſæcularis illa jurisdictio ſe etiam ad comprovincialium ſuffraganeorum terras, res & eccleſias extendat? Placet contentionem, poſterorum memoriâ non indignam, referte verbis Viberti *in vita Leonis IX. Lib. I. cap.* 12. *p.* 63.: *Bruno Tullenſis Præſul à Domno Archiepiſcopo Trevirorum Poppone pontificalem humiliter popoſcit benedictionem, atque inter ſe ſtatuerunt, tempus hanc ſanctam fieri ordinationem. Trevirim ergo venitur ..... ubi durus quæſtionis ſcrupulus omnem rem peragendam diutius intricat ..... Nam a prælibato Archipræſule quoddam privilegium promulgatur, in quo hæc lex ſuperflua atque impoſſibilis a nemine ſervanda continebatur, ſcilicet, ut quisque ſuorum ſuffraganeorum ab eo ordinandus prius ſub divinæ præſentiæ teſtimonio ſpondere deberet, quatenus in cunctis rebus agendis eum ſibi ad conſilium adhibeat, ſublatoque omni excepto, nihil extra ſuum præceptum aut velle, quaſi quidam ſervus, aut agere præſumat ..... Bruno .... omnimodis ſe abnegat hujus incongruæ rationis fore ſponſorem, ne per impoſſibilitatis effectum mendacii incurreret offenſam.* Pergit deinde Wibertus: *Diuturno ſpatio ..... perſtitit litigium, noſtrumque ſæpedictum Patrem* (Brunonem) *re infecta contigit a Treviris habere regreſſum. Quo cognito ..... Conradus Auguſtus ad ſuum palatium Wormatiæ utrosque* (Trevirenſem & Tullenſem) *convocavit concitus, ipſiusque innitente auctoritate tandem vicit Archiepiſcopum juſtæ rationis præmonſtratio, atque ceſſit a ſuperfluo, quod injuſte exigebat, poſſeſſionis voto; tantum requiſivit ab eo ſponderi, quod in eccleſiaſticis negotiis agendis ipſius uteretur auctoritate conſilii &c.* Cùm igitur in *cunctis rebus agendis* poteſtatem per ſuffraganeatus ſuos ſibi aſſereret Poppo, & in ſolis *Eccleſiaſticis negotiis* obtinuerit, ſatis apparet, de *ſæcularibus* potiſſimùm fuiſſe quæſtionem ex imperiali diplomate ortam, & ad Imperatoris judicium delatam; coram hoc verò in rebus *eccleſiaſticis* quidem agnitam fuiſſe Metropolitæ jurisdictionem per ſuffraganeorum epiſcoporum diœceſes; at in *temporalibus* jurisdictionem Archiepiſcopi inter terminos propriæ archidiœceſeos atque res quascunque ad Trevirenſem Eccleſiam propriè ſpectantes conſtrictam, atque adeò hanc non obſcurè agnitam firmatámque fuiſſe. Quæſtio de poteſtate Archiepiſcopi in terris ſuffraganeorum.

§. V.

Extenſum latè territorium ſuum Archiepiſcopi noſtri per Advocatos, Vicedominos & Comites adminiſtrabant. Præceperat jam Ludovicus pius *Capitul. p.* 689. *omnibus Epiſcopis, Abbatibus cunctoque Clero, Vicedominos, Præpoſitos, Advocatos ſive defenſores habere bonos, non malos, non crudeles, non cupidos* &c. Horum officiorum nomina in hoc & ſuperiori ſæculo frequenter nobis occurrunt. Nempe in Sigefridi Comitis Luxemburgenſis carta Trevirenſis Eccleſiæ *Advocatus* Huodilbertus. In tabulis Popponis Archiep., quas ad annum 1033. referimus, Roricus ſimiliter *Advocatus*. In carta ejusdem Popponis anni 1042. *Oeconomus* Archiepiſcopi memoratur. In commutatione Eberhardi Archiep. de an. 1065. Gerunt *Advocatus* vice Theodorici Comitis & Eccleſiæ Trevirenſis *Procuratoris*, ubi in notis obſervamus, eundem Theodoricum a Sigiberto ſimpliciter *Comitem* Archiepiſcopus regit per Advocatos, Vicedominos, Comites &c.

Trevirorum appellari, à Schafnaburgenſi verò, uti & ab auctore Geſtorum Trev. *Vicedominum* dici. Similiter in carta Udonis ſan-Simeonea anni 1075. ſubſcribit Adalbertus *Vicedominus*, actui autem in cartæ deſcripto intervenit Archiepiſcopi *Advocatus* Reymbaldus Comes. Hæc quidem omnia officia *Advocati, Procuratoris, Oeconomi, Præpoſiti, Vicedomini* &c. ab interpretibus & Gloſſariis promiſcuè, & quaſi idem ſignificantia, ſumuntur; ſed accuratiùs Spener *Jur. publ. Lib. II. cap. 5. §. 3. not. a.* nomen *Advocati* ità generale ſtatuit, ut, ſi ad tutelam Eccleſiæ præcisè datus vel admiſſus fuerit, *Protector* vel *Defenſor* dicatur; ſi ad curanda Eccleſiæ judicia, ejusque civilia jura adminiſtranda & gerenda, *Vicedominus* appelletur; ſi demum ad præſidendum Eccleſiæ rationibus, *Oeconomus* nominetur. Verùm hæc nomina ùt plurimùm confuſa, & pro indicandis diſtinctis his officiis unum *Advocati* nomen plerumque uſurpatum fuiſſe, idem obſervat Spener *l. cit.* Porro *Subadvocatos* quoque nobis æque ac plerisque aliis Eccleſiis fuiſſe, minimè dubitem. Eoque nomine cenſendum putem, quod de permutatione Eberhardi Archiepiſcopi anni 1065. mox innuimus, cui Gerunt advocatus *vice* Theodorici Comitis & procuratoris intervenerat. Demum & illa advocatorum differentia hìc minimè prætermittenda, quâ alii fuerunt Trevericæ Eccleſiæ advocati *univerſales*, uti mox dictus Theodoricus, & plures è domo Palatina Comites; alii verò advocati *particulares* certorum monaſteriorum, uti inter alia Comites Luxemburgenſes Abbatiæ S. Maximini, *Thiedfridus* advocatus Capituli Metropolitani Trevirenſis in carta anni 1036. ubi vid. *not. d.* &c. Quam etiam differentiam obſervavit Tolnerus *Hiſt. Palat. cap. XI. p. 275.* Porro quamvis univerſales noſtri Advocati ab ipſis Archipræſulibus noſtris (ſcilicet lege publica illorum admiſſionem & uſum imperante) ad hoc munus aſſumpti fuerint, illúdque non proprio nomine aut jure, ſed nudi *officii* titulo geſſerint, non tamen eò minus apud nos, atque apud alias ferè omnes Eccleſias, fuit querelarum contra eorum præſumptuoſam nonnunquam adminiſtrationem hoc & ſequenti ſæculo. Cogitanti aliquando de harum vexarum occaſione aut prætextu, occurrit illud Ludewigii *de juribus feudorum cap. XI. §. 6. p. 704. in not.* ubi ait, Præſules caviſſe quidem in admiſſione advocatorum, ne Eccleſiis ſuis moleſti eſſe poſſent ullatenus, aut ſe invitis officium ſuum exercerent; *niſi tamen*, addit, cauſa *Imperii ſit, quæ ipſa admonet advocatum officii ſui, Eccleſiâ etiam invitâ.* Advocati noſtri temporalem Archiepiſcopi jurisdictionem gerebant reſidentes certis locis, primarius certè ſeu univerſalis in ipſa Trevirorum urbe. Sed quia ſæpe juris dicundi neceſſitas alibi obveniebat, fiebat id per *Nuntios* ſeu *Miſſos* Epiſcopi, quorum ſpecimen extat in donatione Popponis Præpoſiti de II. Julii an. 1097. nec non Egilberti Archiep. de an. 1098.

Differentia Advocatorum.

Miſſi Archiepiſcopales.

§. VI.

Vicina nobis territoria.

Eodem ferè ævo, quo ſua Metropolitis noſtris temporalis jurisdictio nata, plura in vicinia, imò in ipſa noſtra Archidiœceſi diverſorum Dominorum territoria, licèt non omnia uno eodémque tempore, neque paribus omnia juribus enata fuiſſe, jam inſinuavimus Differtat. præced. §. 5. ſcilicet ceſſante in pagis imperio Comitum; in quibus tamen ampla prædia ùt plurimùm in proprio habebant, ab Impp. maximè pro ſuſtinendo miniſterii onere conceſſa (vid. Kopp. *de different. S. R. I. Comitum & Nobilium immed. Sect. I. §. 15. p. 85.*)

quod

quod tamen imperium Comitum non ſimul ubique extinctum fuiſſe, præter multa alia, probat noſtra *Not. c.* in donationem Henrici Imp. de an. 1080. Propiores hujus mutationis circumſtantias, quippe quarum notitia ad res noſtræ Archidiœceſis, tot aliis territoriis permixtæ plurimùm confert, referemus verbis cl. Mettinghii *de ſtatu Milit. German. Sect. IV. p. 206. & Sect. V. p. 329.* „Antehac, inquit ille, obtinue- [unde cœnaſ?]
„ rat diviſio pagorum in Germania. Aſt Sæculo XII. (alibi citiùs) ea
„ evanuit, cùm tot prædiis in unum conglutinatis, non nomen Pagi
„ (qui diſtrictus ingenuos cives liberos rerum ſuarum arbitros, conti-
„ nuit, ſuper quibus Imperio nil niſi jurisdictio, nullum autem domi-
„ nium competiit) ſed Curtis, Marchæ &c. (quæ vocabula cum ingen-
„ ti quandoque terrarum tractu rem proprietariam & dominio obno-
„ xiam denotant) locum invenire potuerit. Porro notiſſimum eſt,
„ cognomina Comitum non minùs ac reliquorum liberorum Domino-
„ rum Nobilium à propriis arcibus eſſe deſumpta. Vid. Spener *Juris*
„ *Publ. Lib. III. Cap. 3. §. 1. Not. c.* adeò, ut Comitia ſive Comitatus [Origo nominum familiarum illuſtrium,]
„ in unico caſtro & ejus pertinentibus conſtiterit, nec ampliùs pagi
„ ratio habita fuerit, nec dominia terrarum integrum antiquum pa-
„ gum ſemper exhauſerint. Semina autem hujus argumenti (ſcilicet
„ novorum illorum Comitatuum ſeu Dynaſtiarum) quærenda in ma-
„ gnitudine originariorum allodiorum nobilium, tot familiis emor-
„ tuis contractorum, quorum catalogum texuit Struvius *de allod. Imp.*
„ *Cap. III.* cui ingens addi poſſet numerus, cùm olim omnes terræ allo-
„ diales, nullæ feudales, niſi quæ ex domanio Imperii conceſſæ, qúod
„ tamen domanium quartam partem Germaniæ vix æquavit &c. „

Nempe aliunde notum eſt, & idem etiam Mettingh *Sect. II. §. 4. p. 129.* annotavit, terras in republica noſtra quadrifariam fuiſſe diviſas, ità, ut ad I. claſſem pertinuerit domanium Regis in quacunque provincia, unde partim Eccleſiis fundationes, partim Nobilibus feuda conſtituta; ad II. verò referantur terræ Eccleſiarum majorum, hoc eſt, Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, & Abbatiarum; III. conſtituant ampliora prædia Nobilium, puta Comitum & Dynaſtarum; Demum IV. agri [& juriſdictionis patrimonialis,] hominum liberorum, è quibus deinde immediata nobilitas, quæ hodie eſt, enata. Igitur quam Comitibus & Dynaſtis propriam circum nos diximus fuiſſe jurisdictionem, ea tum Imperatorum beneficio illis obvenit, tum nobilibus eorum prædiis ab antiquo, & tantùm non originariè, adhæſit: nimirum ex retenta poteſtate in ſervos manumiſſos, quam patrimonialis noſtræ jurisdictionis genuinum eſſe fundamentum, ritè aſtruunt Heineccius *Diſſert. de origine & indole jurisdict. patrimonial.* Struben *de orig. Nobilit. Germ. Sect. II. Cap. 2.* Quæ tamen deinde variis, [Juriſdictio ſacra Archiep. in vicinis territoriis.] & ferè latentibus incrementis aucta fuit. In his Treverico vicinis territoriis Archipræſules noſtri ordinariam jurisdictionem jure Epiſcopalis officii exercuerunt in cauſis eccleſiaſticis omnibus, non *perſonalibus* ſolùm, ſed etiam *realibus*. Poſterioris bina exempla hìc repetimus ex cartis hujus ſæculi: alterum ex præcepto Henrici III. Imp. de an. 1056. favore Collegiatæ S. Simeonis ſuper prædio Mertloch, ſito in pago Meynfeld, tum nondum diſſoluto, & Comitatu Bertholfi Comitis; alterum de eccleſia in Stenaco, ſub Ducis Lotharingici poteſtate poſitâ, ab Archiepiſcopali Conſiſtorio Trevirenſi an. 1088. Gorzienſibus Monachis adjudicatâ.

§. VII.

Nec Primatialia Trevirenſis Eccleſiæ jura hoc ævo minùs fuêre [Primatus Trevirenſis à Rom. Pont. confirmatus,] undique recognita & comiter obſervata. Hæc expreſſe firmat Leo IX. Rom. Pontifex, an. 1049. Eadem prædicat Alexander II. PP. in Epi-

ſtola

ſtola anno 1070. ad Udonem Archiepiſcopum exarata. Demum de illis teſtantur an. 974. Otto II. Imp. in præcepto de moneta in Ivodio; anno 1157. Fridericus I. in literis ad Hillinum Archiep. datis. Sed neque hunc Primatum ſilent eorundem temporum ſcriptores & documenta. Sic in annalibus Pithœanis ad an. 863. Theudgaudus Trevirenſis *Galliæ Belgicæ Archiepiſcopus* audit. In actis Concilii Remenſis de an. 1049. referente monacho Remenſi in Itinerario Leonis IX. *Clerici Archiepiſcopi Trevirenſis conabantur Archiepiſcopo ſuo tanquam Primati primam ſedem poſt Romanæ Eccleſiæ Præſulem in celebrando Concilio requirere.* Monachus S. Matthiæ, qui ſub initium Sæculi XII. acta Brunonis Archiep. literis conſignavit, *in Geſtis Trevirorum Cap. 67. pag. 108. edit. Leibniz. ad cujus* (Trevirenſis) *Præſulatum*, inquit, *ex permiſſione B. Petri Apoſtoli ſuorúmque ſucceſſorum Apoſtolorum, quos enumerare longum eſt, inviolabilium teſtamentorum roboratione totius Galliæ atque Germaniæ pertinet Primatus.* Demum, ut alia jam prætermittam, Cuno de Falkenſtein ſuo, quod circa annum 1397. conſcripſit, Chronico, hoc ſibi ſumpſit tituli genus, quod in capite libri poſuit: *Cono de Falconis-petra, magnifica Dei providentia ſanctus ſanctæ Eccleſiæ Trevirenſis Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Galliam Regnumque Arelatenſe Archicancellarius, & totius Galliæ & Germaniæ auctoritate Apoſtolica, primus Patriarcha & Patronus.* Vid. Brower. *Annal. Trevir. Lib. XVIII. n. 56.*

ab aliis aſſertus.

§. VIII.

Ejus amplitudo dubia

Unum tamen eſt, quod fortè mireris, in tot per ſæcula repetitis Treverici Primatûs confirmationibus & aſſertionibus eundem tam diverſè deſignari, ut de illius amplitudine ſumma videatur incertitudo. Etenim anno 969. Joannes PP. XIII. Theodorico Archiepiſcopo, ejúſque ſucceſſoribus concedit *Primatum in omnibus ſynodis in Gallia Germaniáve celebrandis.* Et paulò pòſt, nempe anno 974. Otto II. Imp. Trevirim *totius Galliæ Germaniæque Metropolim* prædicat; quo jure etiam confiſus Theodoricus Archiepiſcopus, teſte M. Chronico Belgico, *in omnibus Curiis ſolemnibus locum ſeſſionis ſuæ inter Pontifices poſt Imperatorem obtinuit.* An. 1070. Alexander II. Pontifex Trevirenſem Eccleſiam laudat *de viciniori Romanæ ſedis affinitate præ omnibus Galliæ & Germaniæ.* An. 1157. Fridericus I. Imp. Hillino Trevirenſi Archiep. *vos*, inquit, *eſtis Primas cis Alpes*; & deinde *Trevirim ſecundam Romam* appellat. Cono Archiepiſcopus circa an. 1397. *totius Galliæ & Germaniæ primi Patriarchæ* titulo utitur &c. Ubi econtrariò Nicolaus PP. anno 863. Teutgaudum noſtrum in decreto depoſitionis ſtrictim *Belgicæ provinciæ Primatem* vocat; Leo PP. IX. an. 1049. Eccleſiæ Trevericæ *Primatum Galliæ Belgicæ* confirmat. Nempe, quoad diverſos effectus Primatus noſter laxior fuit aut adſtrictior. Nonnullas ſpecies jurium Primatui annexorum recenſuimus Diſſertationis in Sæculum X. §. 9. Inter hæc alia ad ſolam *Belgicam* pertinebunt; alia ad univerſam *Galliam* & *Germaniam.* Ad *illa* referimus jus convocandæ ſynodi *provincialis*, concedendarum literarum Formatarum, appellationum &c. Ad *hæc* jus primi loci & primæ vocis in ſynodis *nationalibus*, promulgandi Canones & cavendi de eorum obſervantia, referendi ad ſummam ſedem de majoribus cauſis; demum aliorum in Trevirenſem obſervantia & canonica obedientia &c. Conf. dipl. Friderici Imp. de an. 1157. & ibi *Not. d.* Sed dum hìc de Primatu quoad certos effectus per Belgicam tantùm extenſo agimus, aliud ſuboritur dubium: an ſola Belgica ſtrictiùs accepta (quam ſub medium Sæculi IV. à Germanica prima & ſecunda

ſub diſtinctione determinatur.

cunda diſtinctam diximus Differt. I. §. 13.) eodem continceatur; an econtra *Belgica univerſa*, prout hanc ejuſdem Differt. §. 8. deſcripſimus, complectentem univerſæ Galliæ partem tertiam, nempe præter Trevirenſem metropoles Remenſem, Moguntinam & Colonienſem? Re curatiùs perpensâ hoc ultimum affirmamus: De *Remenſi* ſiquidem minor eſt difficultas; quippe quæ arctiori etiam ſignificatione Belgicæ nomine comprehenditur. Quamvis autem, everſis deinde Reip. fortunis, Remi novo Francorum regno ſe attollerent; huc tamen, nec ultrà, utrimque deſcenſum eſt: ut, cùm Trevirenſis plùs jam non poſſet, partitâ cum Remenſi dignitate, in ſynodis, ordinationibus, Regum unctionibus unà rem gererent, aut præferentiam ex ordinationis prioritate metirentur, ſicque ambæ Eccleſiæ tanquam jure æquato, ſorores haberentur. Vid. Aimoinum *Lib. V. C.* 21. Acta Concilii Remenſis an. 1049. apud Baronium *Annal. Eccleſ. eod. an. N.* 17. *V. Die verò.* Epiſtolas noſtras Brunonis Archiep. *de an.* 1113. & 1115. De *Colonienſi* probamus in Notis ad Bullam Leonis PP. de anno 1049. Ad *Moguntinam* prona eſt ſequela, quam firmant, quæ Maſenius in *Metrop. Eccleſ. Trev. M.S. Lib. I. C.* 4. *n.* 12. diſſerit: „ In his, inquit, Germaniæ primæ „ ſpatiis, qui Treverico Paſtori prædicandi antiquitus jus fuiſſe mon- „ ſtrârit, is profectò Moguntinam Eccleſiam eâdem operâ doceat „ Trevirenſi inferiorem. At in actis Severi Epiſcopi clarum eſt, ſæcu- „ lo IV., longo ſcilicet tempore ante Bonifacii Apoſtolatum, ripâ jam „ novis colonis oppletâ, ex magna Germania affluentibus, *ipſum Seve-* „ *rum Trevirorum Antiſtitem prædicâſſe gentibus*, ùt Beda loquitur, *Ger-* „ *maniæ primæ*; veteri, ùt reor, ſedis ſuæ privilegio, novâ licèt occaſio- „ ne. Quo faciunt etiam Joannis & Benedicti ſub Ottone I. & II. ac „ aliorum Rom. Pontificum diplomata, quibus, cùm Primatûs hono- „ rem Trevirorum Eccleſiæ ſanciunt, ab hoc perpetuo fonte uſque jus „ ſuum repetunt, quia nimirum ampliſſimâ legatione B. Petrus trium- „ viros illos Eucharium, Valerium, Maternum, rei Chriſtianæ conſtitu- „ endæ in Treviros miſerit, aſſignatâ diœceſi non anguſto Galliarum in „ angulo; ſed, ùt vetuſta quoque B. Materni acta loquuntur, in tota, „ quàm latè patebat, cis Rhenum Germania. „ Quamvis quæ dein Moguntiæ parta ſunt decora, obſtetricante potiſſimùm Cancellariatu eandem ab hoc Trevirenſi Primatu facilè ſubduxerint. Sed non illud ſolùm in his mutârunt tempora.

ad univerſam Belgicam plenè pertinet.

§. IX.

Quæ in ſuperiore ſæculo vidimus illuſtria in noſtris monaſteriis ſcientiarum palladia, ea hoc ſæculo non minùs effloruêre; primatum tamen in his ſemper gerente ſcholâ S. Matthiæ. In hac Diſſertationis præcedentis §. XI. liqueramus *Theodorum* Magiſtrum; ſcripſit is, teſte Trithemio in *Chron. Hirſaugien. ad an.* 1012., quo Theodorus obiit, in Iſaiam Prophetam Commentariorum libros quatuor. De Incarnatione Domini librum unum. De reſurrectione mortuorum librum unum. De Virtute charitatis librum item unum. In Geſta Trevirorum additiones uſque ad ſua tempora. Sermones & Homilias plures, & lectione veterum locupletes. Abinde eidem ſcholæ præfuit Theodori diſcipulus Cœnobita ibidem, *Golſcherus*, vir & ipſe multùm eruditus, metro ſimul exercitatus & proſâ. Trithemio *loco cit.* referente, inter alia ingenii ſui opuſcula ſcripſit libros de laudibus S. Eucharii primi Tevirorum Epi-

Scholæ monaſticæ.

S. Matthiæ.

ſcopi diſcipuli S. Petri. De laudibus S. Valerii ſecundi Epiſcopi. De laudibus S. Materni Trevirorum tertii Epiſcopi. Multos quoque Sermones & cantus in laudem Dei compoſuit. ad Hiſtoriam Trevirorum geſta ſui temporis addidit. Rexit autem ſcholam usque ad annum 1038., quo moriens locum fecit *Lamberto de Legia*, qui & de *Petra* vulgò dicebatur. Poſtquam illius laudes retuliſſet, Trithemius *pag.* 174. ſubjungit ejus, quæ ſuperſunt, opera: nempe, de miraculis Sanctorum libros quinque. De S. Agricio Archiepiſcopo Trevirorum librum unum. Vitæ S. Matthiæ Apoſtoli librum unum. Sermones inſuper varios & diverſa carmina in laudes Sanctorum. Lamberto, anno 1047. defuncto, ſucceſſit *Joannes* vir, ùt ait Trithemius *pag.* 184. *in omni genere ſcientiarum doctiſſimus, ſed in Muſica præcipua eruditione ſingularis, qui ad honorem omnipotentis Dei & ſanctorum ejus multos cantus & proſas compoſuit, ac regulari melodia dulciter ornavit. Ad Geſta Trevirorum, quod deerat, usque ad ſua tempora addidit, & carmina diverſi generis plura ſcripſit. Iſte quoque vir doctiſſimus geſta ſanctorum in duodecim volumina ſecundum totidem anni menſes, non ſine maximo labore comportavit, quod opus a plerisque legenda aurea nominatur. Commentarios etiam ſcripſit in omnes Epiſtolas Pauli, & alia plura lucubraſſe dicitur, quæ necdum ad notitiam noſtræ lectionis meminimus perveniſſe.* Joannem, anno 1063. defunctum, *Arnoldus* Monachus excepit, quem tamen biennio tantùm docuiſſe, tradit Trithemius *p.* 208. Cum Arnoldo commercium literarum habuit Marianus Scotus, ad quem ſcripſit ille de ratione computi eccleſiaſtici librum unum. Porro compoſuit de Proverbiis Salomonis opus metricum; De Cyclo & inventione feſti Dominicæ Reſurrectionis librum unum &c. Arnoldum in Magiſterio ſecutus alius *Joannes*; hunc anno 1076. *Erhardus*, quem Trithemius *pag.* 245. laudat; addens, eum reliquiſſe de Monomachia ſpirituali virtutum & vitiorum, ad imitationem Prudentii, proſaicè tamen, opus pulcherrimum, quod in libros VII. diſtinxit. De inſtitutione & perſeverantia Monachorum librum unum. Item de puritate vitæ regularis librum unum. Demum additiones in Geſta Trevirorum. Hoc quoque ſæculo non vulgariter floruiſſe ſcholam Monaſterii *Tholejenſis*, idem Trithemius auctor eſt, qui imprimis quidem *Chron. Hirſaugien. Tom. I. p.* 13. in hoc cœnobio antiquitus & magnam Monachorum religionem viguiſſe, & ſtudium divinarum ſcripturarum ibidem omnibus celeberrimum fuiſſe, memorat. Deinde verò *pag.* 161. *ad annum* 1009. ita ſcribit: *Claruit his temporibus Eberwinus, Abbas ex ſcholaſtico monaſterii S. Mauritii Tholegienſis, vir doctiſſimus. Inter alia ſcripſit juſſione Bopponis Archiepiſcopi Trevirorum vitam S. Simeonis Monachi libro uno. Geſta quoque ejusdem Bopponis Archiepiſcopi libro uno. De jejunio & potentia librum unum. Sermones etiam multos & varios ad fratres.* Nos, quod ad auctorem vitæ S. Simeonis attinet, ſententiam noſtram latiùs explicamus ad Epiſtolam Popponis de anno 1038. *Not. b.*

Tholejenſis.

§. X.

Scholaſticus Clericorum ſecularium.

Porro quas Diſſertatione in Sæculum X. §. 11. à S. Wolffgango in Metropolitana Trevirenſi inſtitutas meminimus Clericorum ſæcularium

larium ſcholas, eas hoc & ſequentibus ſæculis continuatas intelligimus ex officio *Magiſtri ſcholarum* ſeu *Scholaſtici*, quo in munere nunc præcipuè nobis occurrit *Huenricus* vel *Guenricus* aut *Wennericus*, de quo Sigebertus in Libro de Scriptoribus eccleſiaſticis: *Huenricus ex Scholaſtico Treviren ſi Epiſcopus Vercellenſis ſcripſit librum ſub perſona Theoderici Virdunenſis epiſcopi ad Hildebrandum ſeu Gregorium Papam de diſcordia regni & ſacerdotii, non eum increpans, ſed ut ſeniorem obſecrans & patrem, & amicabili inductione quaſi affectu dolentis, ſuggerens ei omnia, quæ contra jus legum & fas religionis eum feciſſe & dixiſſe divulgabat loquax fama.* Librum ipſum Huenrici ſcholaſtici, cujus meminit Sigebertus, ad annum 1080. edidêre Martene & Durand *Theſ. nov. Anecdot. Tom. I. p.* 214. *ſeqq.* qui quamvis in multis ſanctiſſimo Pontifici gravis & injurioſus ſit, nonnulla tamen ad ipſius laudem continet; præcipuè dum fatetur Gregorium *ad ſummum chriſtiani nominis culmen ſæpe electum & accitum, ſemper quidem animi, aliquando etiam corporis fuga, dignitatis locum declinaſſe.* Aliam Magiſtri ſcholarum Trevirenſis notitiam ex donatione Egilberti Archiep. ad annum 1098. haurimus, occurretque is nobis deinceps continuò.

CCXIV.

1003.

INVENTARIUM

Sacræ Suppellectilis Abbatiæ Prumienſis.

ANno Dominicæ Incarnationis I. III. regni autem regis ſereniſſimi atque orthodoxi Heinrici, ipſo jubente, recenſitæ ſunt res Prumienſis eccleſiæ ſub Udone * loci ejusdem abba, quod monaſterium quondam divæ ac prædicandæ memoriæ Pipinus rex ſub honore S. Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti ac S. genitricis ejus Mariæ, & S. Joannis Baptiſtæ, beatorumque apoſtolorum Petri & Pauli, ſeu etiam ſanctorum martyrum, protomartyris Stephani, Dionyſii, Mauritii, necnon & confeſſorum Martini, Vedaſti & Germani, Benedicti, atque omnium ſanctorum conſtruxit, & de ſcandaliis Domini & reliquias ſupradictorum inibi recondidit. Sed & proceſſu temporis pronepos ejus Lotharius imp. auguſtus, licet alio modo, non diſpari tamen affectu, idem monaſterium multiplici poſſeſſione ditavit, varioque ornamentorum genere decoravit. Unde ut maniſeſtius fiat, ponam ejusdem præfati imperatoris verba, quoniam præcepto de eccleſiaſtico theſauro ſic ait inter cætera: Notum, inquit, eſſe volumus omnibus eccleſiæ ſanctæ filiis, præſentibus videlicet & futuris, obtuliſſe nos gubernatori noſtro Domino, pro animæ noſtræ ſalute, & cæleſtis patriæ adeptione, opus, quod divino cultui dicandum propriis ſumptibus juſſimus ad ornatum præfati ſancti loci, per ſuccedentium curricula temporum in divinis laudibus jugiter poſſidendum, ſcilicet cum ebore criſtallo atque auro gemmisque compoſitum. I. Bibliothecam cum imaginibus & magnis caracteribus in voluminum principiis deauratis, nec non feraculis cum catenulis argenteis deauratis. I. Capſulam auream cum altari ſubpoſito, innitentem quatuor columnis argenteis, & alia capſula modica altari ſuperpoſita, & coronula aurea; nec non & crucem auream gemmatam altari affixam, cum diverſis criſtogis hinc inde connexis, optimi generis gemmis undique decoratam, una cum reliquiis his nominibus infra reconditis, aſtantibus duobus archiepiſcopis Teudgaudo videlicet Trevirorum antiſtite, & Rugnando Arelatenſium præſule, ſeu cunctis ejusdem cœnobii fratribus: De ligno ſanctæ crucis; de ſepulchro Domini; de loco Calvariæ; de præſepio Domini; dein ſaxum de lapide, ubi oravit in monte Oliveti; de ſudario Domini; de ſpongia; de veſtimento ſanctæ Mariæ; manum S. Jacobi fratris Domini cum parte brachii; caput S. Coſmæ; brachium S. Gregorii martyris; brachium S. Theodori martyris absque manu; pedem S. Simeonis, qui Dominum ſuſcepit in templo; os S. Zachariæ filii Barachiæ; os S. Thomæ apoſtoli; pedem & brachium S. Anaſtaſiæ virginis, caput * Siſineij martyris; pedem S. Hyeronimi presbyteri, ſimul & brachium S. Stephani protomartyris; oſſa Prophetarum; oſſa Innocentum. Calicem aureum cum patena aurea in crucis modum compoſitum gem̃atum una cum cæborio aureo gem̃atoque, & (*a*) fiſtula nihilominus aurea cum gem̃is; offertorium aureum gemmatum cum patena; fontem aureum cum gemmis; (*b*) fanonem auro & margaritis ornatum; caſulas XII. *Hucusque Lotharius.* Sed & ejusdem imprimis temporis Marcuardus ipſius loci proviſor, accepta imperiali epiſtola, Romanum pontificem nomine Sergium adiit, ac pretioſorum martyrum Chryſanti & Dariæ corpora una cum reliquiis XLVI. martyrum ab eo percipere meruit, quæ congrua, ut decuit devotum, ad præfatum monaſterium detulit, partemque eorum ibi reliquit, & cum ſummo honore in cellam, quæ * Novum Monaſterium nuncupatur, ad eundem locum pertinentem, tranſtulit, ubi nunc eorum interceſſionibus ad laudem ſui nominis orantes Chriſtus exaudit. Sunt præterea ibi de corporibus ſanctorum: ſcilicet Andreæ apoſtoli, & modicæ partes

*XV Abbate Prumien.

* S. Siſinnii

(*a*)

(*b*)

* hodie monaſterium Eifliæ.

NOTÆ.

(*a*) *Fiſtula.*] Cujus ope ſanguis Domini à communicantibus fidelibus antiquitus hauriebatur, cùm communio ſub utraque ſpecie adhuc obtineret, Ita *fiſtulam* hoc loco interpretantur PP. Benedictini in editione nova Gloſſarii Du Freſne ex Brovveri *Annal. Trev. Lib. VIII. n.* 114.

(*b*) *Fanonem.*] Hic navim ſignificat; infrà manipulum.

CCXIV.

partes pretioſorum martyrum Primi & Feliciani, Euſebii & Pontiani, Gordiani & Epimothei; Marij, Marthæ & Audifax & Abacuc, Mauritii & ſociorum ejus multimodæ reliquiæ; Criſpini & Criſpiniani, Ypoliti, Tiburcii, Thimodei, Bonefacii, Joannis & Pauli martyrum, Laurentii, Chriſtophori; de columpna, ad quam in paſſione Dominus flagellatus eſt, de ſpinea corona. Item Cornelii, Caliſti, Marcellini & Petri, Abdon & Sennes, Petri & Hyacinthi, Agapiti & Sylvani, Magni & Andreæ, nec non de reliquiis ſociorum eorum. De corpore quoque S. Lupiani confeſſoris; dentes quoque duo S. Goaris. Item reliquiæ Galli, Benedicti, Sylveſtri, Baſilii, Amani, Audoueni, Amandi; coſta S. Margarethæ, quædam S. Remigii epiſcopi reliquiæ; cætera ſanctarum virginum Agathæ, Cæciliæ, Luciæ, Barbaræ, Scholaſticæ. Sed & de veſtimentis ſanctorum confeſſorum Paulini, Maximini, Willibrordi, Remagli, Huberti, Cuniberti, aliorumque plurimorum ſanctorum martyrum, confeſſorum atque virginum, quos tam ignorantia prætermittimus, quam percenſere nimis longum duximus. Inventæ ſunt etiam ibi altare aureum ſancti Salvatoris. Capſæ auro & gemmis decoratæ IIII. poſitæ ſuper duobus ſcriniis deargentatis, corona altari ſuperpoſita in modum pilei, auro gemiſque compacta. In circuitu altaris cœborium auro argentoque paratum, & (c) duo oſtiola circa eundem lectum ſimul argento decorata. Item altare Lutharii imperatoris argenteum, & IIII. capſæ auro gemmiſque compoſitæ. Ad S. Mariam capſa una aurea, tabulæ quoque argenteæ per altaria XL, & VIII. capſæ argenteæ; philacteria auro gemmiſque ornata, in quibus reliquiæ continentur, XX. Pixides III. I. argentea, & duæ eburneæ, cum reliquiis; cruces aureæ VI. crucifixi argentei III. In abſide circa altare parietis duo deargentatæ. Coram altare pendet rota cum tintinnabulis fabricata. Evangelia IIII. cum eo, quod dominus Lotharius dedit; ex quibus unum totum interius & exterius aureum, argenteum I. quotidianum., Tabulæ ad opus evangeliorum IIII.; duo auro & lapidibus; altare argento compactum. Miſſalem unum cum auro & gemmis; lectionarium unum cum auro & gemmis paratum; antiphonarium I. cum tabulis eburneis, (d) croparium I. ſimile cum tabulis eburneis. Ambo, quod nos dicimus (e) analogium, argenteus cum arcubus præparatum, & deſuper aquila deaurata ſtans ſuper fabrica in modum pomi argentea, pendulæ inde machinæ quadrifico opere compoſitæ, quæ Gallica lingua pantheres nuncupantur, auro argentoque nitentes. Coronæ argenteæ VII., exceptis XIII. parvulis in cancellis deargentatis pendentibus, quarum duæ argenteæ ſunt deauratæ; inter quas pendet patena criſtallina. Coram altare S. Salvatoris lampades VII. Coram altare imperatoris duæ aureæ ſcutulæ, I. argentea. Calices aurei IIII. cum ipſo, quem dominus Lotharius dedit, una cum totidem patenis & duabus fiſtulis. Calices argentei III. exceptis his, qui quotidiano uſu in miniſterium habentur. Candelabra argentea XIII. & unum magnum ex fuſuli opere cum imaginibus leonum compoſitum. (f) Colatoria tria, I. aureum & gemmatum, cujus ſupra meminimus Lotharii imperatoris; alia II., unum auro argentoque paratum, alterum argenteum quotidianum. Clamites, qui vocantur Ephod, II. manipuli, quos nos vocamus phanones, XX.; quorum XII. auro, ſex argento ſunt præparata, exceptis aliis quotidianis. Ampullæ VI. cum III. patenis, quarum III. auro gemmiſque compoſitæ, cum ipſa, quam ſupra memoravimus, & tres argenteæ. Urcei tres, I. aureus cum aqua manili, quem imp. Lotharius dedit; alius ex nichino totus abſque aqua manili, tertius argenteus quotidianus cum aqua manili. Turribula IIII., duo aurea, I. argenteum, & I. metallinum. (g) Acerræ duæ, una eburnea, altera argentea; pallia ad murum pendentia XLIIII. ſuper altare S. Salvatoris V., auro parata,

&

NOTÆ.

(c) *Duo oſtiola.*] Inter miniſteria ſacra oſtiolum recenſetur ab Hariulfo *Lib. II. Chron. Centul. Cap. X.* apud Du Freſne *in Gloſſar. voce oſtium.*

(d) *Cropiarium.*] Gallicè *Crapiere*, poſtilena.

(e) *Analogium.*] In veteribus Gloſſis *pulpitum manuale* appellatur; ſumitur autem pro pulpito portatili.

(f) *Colatoria.*] In quo collatæ ſeu collecta pro eleemoſyna Eccleſiæ reponuntur; ſeu vas pro recipiendis oblatis.

(g) *Acerra.*] Pro arca.

CCXIV.

& I. quotidiaoum. Super altare imperatoris, III. ſimul auro parata, & XI. alia per altaria. Pallia lania in tempore quadrageſimali ſuper altaria pooenda VII., unum ſericum ſuper altare S. Salvatoris, opere plumario, alterum partim ſericum ſuper altare imperatoris. Dorſalia X., pulmaria ſerica ad ſedeodum II., & alia quatuor ſub evangeliis ponenda. Implices duo; dalmaticæ diaconales XXVIII., dalmaticæ ſubdiaconales XXIIII. Cappæ LXXX. Caſulæ XXX.

Nomina ſanctorum ſic perlege ſcripta piorum,
Horum quo precibus ſit tibi ſumma ſalus.

Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLII. indict. XV. adveniens Lotharius imp. Prumiam monaſterium, quod eſt conſtitutum in honore Domioi & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, nec non & genitricis ejusdem Domini, & dom ni noſtri beatiſſimi Joannis Baptiſtæ & præcurſoris ejus, ſanctiſſimorum etiam apoſtolorum Petri & Pauli cæterorumque apoſtolorum, Stephani quoque prothomartyris, cunctotumque ſanctorum martyrum Martini etiam & Benedicti venerabiliſſimorum confeſſorum, cunctorumque ſanctorum anno imperii ſui in Italia XXXIII. & io Francia XIII., & obtulit hæc mente devota ſancto Salvatori & omnibus præfatis ſanctis pro remedio animæ ſuæ & conjugis defunctæ & omoium prædeceſſorum ſuorum pro ſtatu regni. Anno Domini 855. obüt Lotharius.

CCXV.

HENRICUS II. IMP.

1005. 9. April.

innovat prædeceſſorum immunitates & privilegia, monaſterio S. Maximini conceſſa.

Zylleſius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 28.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia tex. Quoniam regalis anteceſſorum noſtrorum providentia & ſollicitudo in conſtruendis, conſtructisve ſtabiliendis Dei eccleſiis pie jugiter invigilavit, idcirco Chriſti benigniſſima miſeratione, in cujus manu regum corda vel jura conſiſtunt, regni illorum diututnitas pacificata viguit, & efflotuit. Unde nos pie ſalubriterque de noſtri ſtatu regni tractantes, devotamque illorum ſollicitudinem imitari cupientes, privilegia anteceſſorum noſtrorum regum ſive imperatorum cœnobio S. Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, conceſſa, vel atttibuta, ob interventum dilectiſſimæ conjugis noſtræ, Cunigundæ videlicet reginæ, noſtra etiam authoritate roborate decrevimus, ut & anteceſſorum noſtrorum benevola pietas non a nobis neglecta debilitetur, & monachorum inibi Deo ſervieotium tranquillitas ab aliqua ſubintroducenda perſona non inquietetur; ea ſiquidem ratione, ut idem cœnobium, ubi prænotatus ſanctus pontifex requieſcit, cui venerandus (a) abbas Oſderath nunc præeſſe videtur, ſicut ſub anteceſſotum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque jure, mundiburdio, & deſenſione conſiſtat, nec alicui ſedi, aut eccleſiæ, excepto noſtræ regali poteſtate *, ſucceſſorumque noſtrorum, ſamulum, aut appendex, vel beneficiarium ſubjaceat. Concedimus etiam eis liberum arbitrium inter ſe eligendi abbatem tali honore dignum, & ad id officium idoneum, ut eo ſecurius divinum ab illis impleatut miniſterium, ſummæque propenſius majeſtatis pto oobis implorent (a)

* ſic

N O T Æ.

(a) *Abbas Oſderath nunc praeſſe videtur.*] Oſderathus Abbas nullo deinceps veteri monumento inſcriptus legitur. Vitæ ejus diem ultimum (nam de anno nihil habetur compertum) ità faſti Maximiniani edunt: *XVI. Kal. Jul. Oſtradus. Abbas. noſtrae. congregationis.* Eum excepit *Vinrichus*, Nonis Maitis, quoquo demum anno, inauguratus.

CCXV.

rent auxilium. Inſuper etiam concedimus, ut idem abbas, ſibique commiſſa congregatio eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant advocatias monaſterii ſui, cui velint, dandi, cuique velint, tollendi. Et ut nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis perſona in curtibus eorum placidum habere præſumat, thelonium a navibus eorum nullos exigat, familiaque eorum bannum, & fræda nulli, niſi abbati perſolvat, nulliusque, niſi abbatis, vel ab eo conſtitutorum, placidum attendat, & in ſingulis civitatibus regalibus vel præfectoriis liberam poteſtatem habeant intrandi, & exeundi, vendendi, & emendi, paſcendi, & adaquandi; eique opera regalia vel comitialia funditus perdonamus. Et ut hoc authoritatis noſtrum præceptum firmum & ſtabile permaneat, manu propria corroborantes, (b) ſigilli noſtri impreſſione ſigniri juſſimus. (b)

Signum domni Heinrici regis invictiſſimi. Egilbertus cancellarius, vice Willigiſi archicapellani, recognovi. Data V. id. April. anno Dominicæ Incarnationis MV. indictione III. anno vero domini Heinrici ſecundi, regis III. Actum Aquisgrani, in Dei nomine feliciter. amen.

N O T Æ.

(b) *Sigilli noſtri impreſſione.*] Sigillum præſentis diplomatis, à Zyllelio non editum, in eo ſingulare eſt, quod Imperatoris dextera, non ut aliàs ſceptrum, ſed crucem protendat, ſiniſtra globum nullâ cruce inſignitum teneat.

P O P P O
ARCHIEPISCOPUS.

CCXVI.

1014
HENRICUS II. IMP.

Popponi de immunitate Eccleſiæ Trev. cavet.

(a) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. (a) Henricus divina favente clementia rex. Si locis Deo dicatis quoddam beneficii juxta petitiones Dei ſervorum & noſtre liberalitatis munere conferimus, id nobis profuturum liquido credimus, & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, & ad eternam feliciter obtinendam. Proinde volumus intimari noſtris fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod vir venerabilis Poppo ſanctæ Trevirenſis eccleſie archiepiſcopus nos ſepe monuit, noſtramque ſub-

N O T A.

(a) *Henricus divina favente clementia Rex.*] Hanc cartam in antiquiſſimo, & fide digniſſimo, libro copiali deſcriptam, datâ carentem ad annum Popponis primum refero, quòd eo anno Imperator Treviris fuerit. Sic Geſta Trevir. *Cap.* 48. *Megingaudo Epiſcopo Treberica Metropolis de medio facto, Rex ipſe Treberim feſtinato venit; erat enim in Confluentia poſitus; & impetrato tam Cleri quam populi conſenſu, ipſum Pontificali cathedra ſublimavit.* Illud autem ſingulare, quòd Henricus, jam anno 1014. Imperator coronatus, ſe *Regem* nominet. Admittit hoc Præſul Gottwicen. *Chron. Tom. prodr. p.* 233. Confer dicenda ad Bullam Benedicti PP. VIII. ann. ſeq.

CCXVI.

ſublimitatem petiit, ut multitatem rerum & familie ſancti Petri, quam noſtri predeceſſores, reges videlicet & imperatores, Treverice ſedi pro divine contemplationis intuitu delegaverunt, ſuique auctoritate precepti confirmaverunt, hanc dignaremur revocare, noſtrisque ſtabiliendo ſceptris confirmare. Cujus petitioni libenter conſentientes, & hoc noſtre auctoritatis preceptum erga ipſius eccleſiam pro Dei timore, ejusque amore, fieri decernentes, firmiter precipimus, & ſtatuimus, ut in facultates vel res ad eccleſiam ſancti Petri Treverice urbis pertinentes, ſcilicet in monaſteria, baſilicas, caſtella, vicos, agros, vineas, ſilvas, homines, vel reliquas poſſeſſiones, ſeu omnia, que deinceps in jure ipſius loci divina augeri voluerit clementia, nullus comes vel aliquis ex judiciali poteſtate ad cauſas audiendas vel freda aut tributa ſeu aliquos conjectos exigendos, aut manſiones vel paratas faciendas, aut homines eccleſie diſtringendos, aut injuſtas exactiones requirendas, vel theloneum exigendum, noſtris temporibus & futuris, ingredi audeat, nec ea, que predicta ſunt penitus exigere preſumat; ſed omnia ſub jure ſancti Petri Treverice ſedis ejusque pontificis, & cui ipſe commiſerit, permaneant; & monetas & thelonea, que memoratus pontifex in veſtitura ſue eccleſie invenerat, aut poſtmodum a noſtris predeceſſoribus acquiſierat, legaliter in perpetuum teneat. Ad hoc ut juxta noſtri anteceſſorum precepta, & pro noſtra noſtrique parentum eleemoſina omnino interdicimus, ne in villa Theodonis theloneum exigatur a bonis fratrum Treveriren. principi apoſtolorum ſervientium, vel a ſuis hominibus, aut ibi, aut in villa Madert manentibus, eo ſcilicet tenore, ut gratuitæ noſtra invigilent oratione. Hoc, & quidquid de prefate rebus eccleſie laudavimus, noſtri auctoritate ſceptri firmavimus, quod preſenti & futuro tempore viris credatur, noſtrisque ſucceſſoribus diligentius cuſtodiatur, id manu propria confirmavimus, noſtrique impreſſione ſigilli ſignari juſſimus. Signum domini Henrici * III. regis invictiſſimi. * II.

CCXVII.

BENEDICTUS PP. VIII.

Popponi pallium impertitur.

1017. 8. Aprilis. Geſta Trevir.

BEnedictus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Beatiſſimo confratri & epiſcopo Popponi S. Trevericæ ſedis archiepiſcopo venerabili æternam in Domino ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Apoſtolicæ ſolicitudini convenit benignum erga fratres ſemper præbere affectum, eorúmque petitionibus, quæ ratæ rationabilesque videntur, commodare aſſenſum. Proinde, dulciſſime frater, quia poſtulaſti a me, uti juxta morem prædeceſſorum tuorum, uſum tibi pallii concederemus, libenter tuo voto annuimus, ſolerter tuam commonentes fraternitatem, ut exterioris indumenti habitum morum probitate exornes, talemque te in omnibus exhibeas, ut creditæ diſpenſationis officium paſtorali cura ſemper adminiſtrare ſtudeas: tunc enim velut lucerna, quæ in domo Domini lucet, cunctis apparebis conſpicuus, ſi, uti exteriori habitu, ita & interiore, fueris adornatus; crucem Chriſti, quam ſub pallii ſpecie geſtas in corpore, intus decreveris portare in mente, clamans cum apoſtolo, mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo; deſideranter quoque & illud addens prophetæ: Confige clavis a timore tuo carnes meas. (1) Debita igitur caritate te admonentes, ab apoſtolica ſede pallium tibi tranſmittimus, hujus privilegii noſtri autoritate ſtatuentes, ut in celebratione miſſarum, his tantummodo ſolennitatibus eo adornatus incedas, videlicet: in Natali Domini, in Epiphania Domini, in Cœna Domini, in Paſcha, Pentecoſte, & in Aſcenſione Domini; & feſtivitatibus ſanctæ Dei genitricis & perpetuæ virginis Mariæ, & in Natali ſancti Joañis Baptiſtæ, & in ſolennitatibus omnium apoſtolorum, & in ſolennitate omni-

CCXVII.

omnium ſanctorum; in feſtis quoque illorum ſanctorum quorum corpora & reliquiæ in tuo epiſcopatu requieſcunt, & in dedicatione tuæ eccleſiæ, & in die annuæ ordinationis tuæ; & ſiquando ſacros ordines competenter facere decreveris. Concedimus etiam, cariſſime fili, crucem ante te geſtari. Omnipotens Dominus fraternitatem tuam, dulciſſime frater, hic & in futuro cuſtodiat, ſicque mentes noſtras in ſervitio ſuo corroboret, ut pro bene adminiſtratæ paſtoralis curæ officio in æterna beatitudine laborem noſtrum remuneret. Bene vale. Data VI. idus Aprilis menſis, per manus Benedicti epiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati. Anno (*a*) Henrici invictiſſimi regis Romanorum XVII. imperii vero ejus III. indict. XV. (*a*)

N O T A.

(*a*) *Henrici invictiſſimi Regis Romanorum.*] Henricum II. *Regis Romanorum* titulo uſum fuiſſe (& fortè omnium primum inter Germaniæ Reges, Vid. Hahn. *Hiſt. Imp. P. II. Cap.* 6. §. 9. *in not. Lit. R. p.* 201.) apparet ex diplomate Paderbornenſi de anno 1013. apud Lunig *Spicil. Eccleſ. Tom. II. p.* 704. necnon Fuldenſi apud Schannat *Corp. trad. Fuld. n.* 593. *p.* 243. Sed id ità ante Henrici unctionem in Romanum Imperatorem, Romanámque coronationem. At poſt hanc, & ab ipſo quidem Benedicto PP. peractam, eum ab eodem Romano Pontifice adhuc *Regem Romanorum* in hoc noſtro diplomate appellari, Hahnio *l. cit.* mirum, quin & tantùm non ſuſpectum videtur. Vide tamen hanc noſtram Bullam ab hac ſuſpicionis notâ liberantem Auctorem Chron. Gottvicen. *pag.* 233.

CCXVIII.

FUNDATIO

1017. 27. Octob.

Collegiatæ Eccleſiæ Prumienſis firmata auctoritate Henrici II. Imp.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratia imperator Romanorum omnibus epiſcopis, abbatibus, comitibus, cæteriſque fidelibus noſtris, tam præſentibus, quam futuris, notum eſſe volumus. Quia (*a*) Viroldus Prumienſis abbas noſter fidelis, noſtra licentia & conſenſu, quoddam monaſterium a fundamentis conſtruens, & in honore ſancti ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſanctæque Dei genitricis ſemper virginis Mariæ, nec non victorioſiſſimæ crucis, & ſancti Stephani prothomartyris, inclytique martyris S. Nazarii dicari faciens, imperiali noſtra tuitione defendendum commendavit; inſuper etiam narravit nobis prædictus venerabilis abbas, qualiter Deo annuente, noſtraque gratia conſentiente, præfatum monaſterium canonicis voluiſſet locare, eisque ex (*b*) proprietatibus, quas ipſe jure precario acquiſivit, absque omni monachorum ſibi ſubditorum detrimento, præbendam adhibere, quorum nomina hæc ſunt: Wittenbach, Stadtfeld, Ludtſcheim. Cujus petitioni, cæterorumque noſtrorum fidelium ſibi comprecantium, hoc eſt archiepiſcopi Trevirenſis Popponis, Hereberti Colonienſis, Areckenbodi Moguntinenſis, Eber-

N O T Æ.

(*a*) *Viroldus Prumienſis Abbas.*] Numero decimus ſeptimus. De eo Knauff *in Defenſ. Prumien. p.* 44. „Abbas Uroldus ex antiquo Comi„tum ſtemmate de Duna cum Conventu hic „Prumiæ Collegium duodecim Canonicorum „fundavit in qualitate perpetuorum ſacellanorum „Abbatis & Conventus. Eccleſiam magnificè ædi„ficatam & dotatam corpore S. Nazarii ditavit, „in qua ſepelitur, & annuâ memoriâ recolitur. Add. Mabillon. *Annal. Benedict. Tom. IV. Lib. LIV. n.* 42.
Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

(*b*) *Proprietatibus, quas ipſe jure precario acquiſivit.*] Auxit Collegii præbendam Uroldi ſucceſſor Albero. Sed reditibus poſtea & Cleri numero bellorum tempeſtate imminutis, demum ſub an. 1360. Boëmundi II. Archiep. & Theodorici

CCXVIII.

Eberhardi Bambergenſis, Brunonis Auguſtenſis, Hehelini Wurtenbergenſis, Burchardi Wormatienſis, comitumque Gerlaci, Gebhardi, Bebenhardi, Brunungi; nec non abbatum Poponis Fuldenſis, Winnerichi Trevirenſis, Luthardi Munchenbergenſis, Richardi Amarbachenſis, aſſenſum præbentes, prædicta loca ſub noſtræ tuitionis immunitatem ſuſcepimus, mercatum publicum cum omni jure ejusdem, annuale ſimiliter & hebdomadale, ad ſtipendium fratrum ibidem legitime inſtituimus; & per hanc imperialem cartam imperamus & præcipimus, ut nullus de prædictis rebus alienandum fratribus jam dictis aliquid ſibi uſurpet, quatenus illos quiete & pacifice, quæ Deus dedit, vel daturus erit, poſſidentes, pro noſtra incolumitate, regnique noſtri ſtabilitate Dei miſericordiam exorare delectet. Et ut hæc juſſionis noſtræ donationisque authoritas verius credatur, & diligentius ab omnibus obſervetur, hanc cartam inde juſſimus ſcribi, manusque proprii ſubſcriptione confirmari, & ſigillo noſtro inſigniri. Signum domini Henrici Romanorum imp. Guntherus * cancellarius N. & vicearchicancellarius, (c) Ludu archicancellarius. Data XVI. calend. Novemb. indict. XV. anno Dominicæ Incarnationis MXVII. anno vero domini Henrici II. regnante XV. imperii autem III. Actum Franconefort, feliciter. amen.

* poſtea Archiep. Salisburgenſis.

N O T Æ.

ci Abbatis operâ, nec non Innocentii III. P. M. indulto, Collegii res, abolitâ tamen Præpoſiturâ reſtitutæ ſunt. Canonicatus omnes confert, & Decanum electum inveſtit Abbas ſeu Adminiſtrator Prumienſis.

(c) *Ludu Archicancellarius.*] Quis hic, in nullo hactenus edito diplomate occurrens, Archicancellarius ſit, aliis inveſtigandum relinquo.

CCXIX.

1018. # HENRICUS II. IMP.

Popponi & Eccleſiæ Trevirenſi confert curtem Confluentiam cum omnibus pertinentiis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Si venerabilia eccleſiarum Dei loca alicujus doni commodo ſublimare ſtuduerimus, nobis id regnique noſtri ſtatui profuturum eſſe, minimè dubitamus. Quapropter noverit omnium Chriſti fidelium, noſtrorumque univerſitas, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ, nec non dilectiſſimæ conjugis noſtræ, Cunigunde videlicet imperatricis auguſtæ, Trevirenſi eccleſiæ, cui venerabilis archiepiſcopus Poppo preeſſe videtur, quandam (a) noſtri juris curtem nomine Confluentiam, & (b) abbatiam ſitam in pago Trichire, in comitatu vero

N O T Æ.

(a) *Noſtri juris curtem nomine Confluentiam.*] *Curtes regiæ* & *Fiſci regii* appellatæ fuere loca, ex quibus hujusmodi reditus deſumebantur. Hinc pluribus diplomatibus diverſi reditus ad unam *curtem* ſeu *villam regiam* pertinentes recenſentur. Sed & interdum curtes regiæ *palatium* Principis deſignant. Utroque ſenſu Confluentia curtis regia fuit: *primum* quidem plura loca comprobant, quæ recenſuimus Diſſertatione præmiſſâ ſæculo VI §. *XI.* *Alterum* evincit ibidem relatus Annaliſta Saxo *ad an.* 885. *p.* 222.

(b) *Abbatiam ſitam in pago Trichire.*] Trajectenſem S. Servatii Abbatiam hic minùs rectè intelligit Brovverus *Annal. Tom. I. Lib. XI. n.* 16. *p.* 507. Non enim *Abbatiam Trichire* dicit Imperator, ſed *ſitam in pago Trichire*; in quo Trichiræ pago Confluentia cum ipſa Abbatiâ quærenda. Scilicet hic pagus omne illud terrarum ſpatium occupat, quod ab Hunnesruckio Rhenum inter & Moſellam ad ipſa usque hujus fluvii oſtia interjacet. Vid. Diſſert. ante ſæculum VII. §. *XX.* Sed inquis: quæ intra Confluentiam Abbatia? Reſpondeo: Eccleſia & Collegium S. Floriani, quod teſte ipſomet Brovvero *l. cit. p.* 504. *n.* 4. iis temporibus vocabatur *B. M. V. Monaſterium*; voce eo ævo Cathedralibus & Collegiatis Eccleſiis ferè communi. Nempe Canonicis olim in communi viventibus præerant *Abbates*, ſed

CCXIX.

(c) vero Bertholdi comitis, (c) cum theloneo & moneta & cum omnibus eorum pertinentiis, areis, edificiis, mancipiis utriusque ſexus, agris, paſcuis, vineis, pratis, ſilvis, venationibus, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, viis & ioviis, exitibus & reditibus, mobilibus & immobilibus, ſeu cum omni utilitate, que ullatenus aut ſcribi aut notari poſſit, tradimus, atque firmiter donamus. Et ut hec noſtre authoritatis pagina ſtabilis & inconvulſa omni permaneat evo, eam manu propria roborantes ſigilli impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domini Henrici Romanorum invictiſſimi imperatoris auguſti. Guntherius cancellarius vice Erchenbaldi archicapellani recognovi. Anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti MXVIII. indiƈt. I. Anno regni domini Henrici Romanorum invictiſſimi imperatoris auguſti XVII. Imperii autem V. Aƈtum Boderebrunnen feliciter, amen.

N O T Æ.

ſed ſeculares: de quorum officio & prærogativis Molanus *de Canonicis Lib. II. Cap.* 5. Et apud Leodienſes quidem, aliíſque, ejus ævi more & ſtylo, Collegia Canonicorum *Abbatias* nuncupatum fuiſſe traditur à *Miræo Diplom. Belgic. Lib. II. Cap.* 19. *not.* 1.

(c) *Cum theloneo & moneta & cum omnibus eorum pertinentiis &c.*] His demum Imperialis præcepti verbis Confluentia Archiepiſcopo ſubjecta fuit. Imò ne nunc quidem ita, ut omnis adhuc Officialium Imperii poteſtas in eâ ceſſaret. Conf. inſtrumentum fundationis Aroſteinianæ an. 1056. *not. a.* Equidem legitur in Geſtis Trev. *Cap.* 46. *edit. Leibnit.* quod *Henricus* (II. Imp.) *Megingaudo* (Popponis deceſſori) *Epiſcopatum* (Trevirenſem) *confirmavit, quem usque ad finem vitæ ſuæ in caſtello. . . . Confluentia adminiſtravit.* Item apud Albericum *ad an.* 1003. *P. II. Chron. p.* 42. *Diſſenſio. . . . . diu fuit, & Megingaudus ſemper apud Confluentiam manſit.* Et expreſſius Ditmar *Chron. Lib. VII. p.* 406. *Megingaudus obiit in urbe ſua Cophelenci dicta.* Unde cum Brovvero *Annal. Trev. Tom. I. L. X. n.* 100. *p.* 502. concludit Hahn *Hiſt. Imp. P. II. Cap.* 6. §. 6. *not. e.* Confluentiam jam ante annum 1018. fuiſſe juris Trevirenſis. Sed id unus Ditmari locus vix efficiet. Si enim, quod *ſuam* dicat Confluentiam, de *civili* etiam jure intelligamus, facile eſt, ut prolepſi uſus ſit Epiſcopus Merſeburgenſis in Chronico, quod ſeriùs ſcripſit, & ad annum 1021. perduxit. Cæterùm Megingaudum non ſponte Confluentiam ſeceſſiſſe, ſed Adalberonis Præpoſiti violentiis adactum, conſtat. Vid. Geſta Trev. *l. cit.* Vita B. Meinvverci §. 10. *in Act. SS. Antvverpien. menſis Junii Tom. I. p.* 134. *lit. a.* Albericus *l. cit.* Chronographus Saxo *ad an.* 1008. *p.* 220. Ditmarus *p.* 384.

CCXX.

1010. # HENRICUS II. IMP.

Prumienſi monaſterio concedit prædium Butenhart.

Martene *Coll. ampl. Tom. I. p.* 380. IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia imperator auguſtus. Si noſtræ liberalitatis munere locis Deo dicatis quiddam beneficii conferimus, & neceſſitates eccleſiaſticas noſtro juvamine relevamus, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, & ad æternam vitam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Unde pateat notitiæ omnium Chriſti fidelium, præſentium ſcilicet atque futurorum, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ, ac dilectæ conjugis noſtræ Chunigundæ, & per interventum (a) Hilderadi abbatis noſtri dilecti prædium nomine Butenhart, in pago * Hulpiæ in comitatu Hezelini comitis ſitum, quod poſt obitum Epponis viri, & legis jure & lege ad noſtras regales & imperiales manus devenit cum utriusque ſexus mancipiis, & omnibus utenſilibus, terris cultis & incultis, agris, pratis, cam- (a) * Tulpiæ cenſ.

N O T Æ.

(a) *Hilderadi Abbatis noſtri dilecti.*] Uroldo Abbati Prumienſi, quem laudavimus ad *Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.* annum 1017. ſucceſſit Hilderadus ex Comitibus Burgundiæ, ob vitæ integritatem SS. Henrico & Cune-

CCXX.

campis, paſcuis, ſilvis, aquis aquarumve decurſibus, piſcationibus, molendinis, viis & inviis, exitibus & reditibus, & omnibus appertinentiis, quæſitis & inquirendis, quæ dici poterunt, aut nominari, ad monaſterium S. ſalvatoris mundi, ſitum in loco, qui dicitur Prumia, in uſus fratrum Deo inibi ſub regula S. Benedicti ſervientium conceſſimus, & in proprietatem donavimus, ut per omnia ſuccedentium temporum curricula, eidem monaſterio abſque omnium mortalium contradictione firmum atque ſtabile in æternum permaneat. Et ut hæc noſtræ conceſſionis traditio omni tempore ſtabilis & inconvulſa permaneat, hanc imperialis præcepti paginam inde conſcribi, & manu propria confirmante, propria ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domni Henrici Romanorum invictiſſimi imperatoris auguſti Witarius cancellarius vice Erchanbaldi archiepiſcopi recognovi. Data V. calendas Octobris, indict. III. anno Dominicæ Incarnationis MXX. anno autem domni Henrici II. regnantis XVIIII. imperii vero ejus VII. Actum (*b*) Hammerſtein feliciter. amen. (b)

N O T Æ.

Cunegundi Imp. carus, uti ſcribit Knauff *in Defenſ. Prumien. p.* 44.

(*b*) *Hammerſtein.*] Caſtrum & oppidum juris Trevirenſis ad Rhenum.

CCXXI.

102.

COMES KADELO

Curtem Prunzevelt cum pertinentiis Eccleſiæ Trevirenſi concedit titulo precariæ.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Boppo Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, notum facio omnibus meis fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod cum inter virtutum exercitia viderem ad ſalutem animarum nimis proficere, aut eccleſias Dei, in quibus Chriſtiani illorum debita perſolvunt, deſtructas reſtituere, aut reſtitutas, ut deficiant, non permittere; exiſtimavi, ut vel multum felicitatis anime mee inde attraherem, ſiquidem non habui, nec in proprietate ſancti Petri inveneram, qualitunque modo meis bonis poſſem acquirere, unde inprimis epiſcopalis ſedis predia adaugerentur, & cum quibus augmentis cetera monaſteria ſuis neceſſitatibus poſtea melius ſublevarentur. Sub qua ergo exiſtimatione quendam (*a*) comitem Kadelonem & ejus dilectam contectalem Itmengart adieram, & hoc beoeficiis meis effeceram, quod ipſam partem hereditatis & proprietatis, quam de curte, * Pruncevelt ſcilicet nominata, poſſedit & tenuit, per manum ſui proprii matiti Kadelonis, ſancto Petro Treveris legavit, legaliterque illum cum eadem, in omni utilitate ad illam partem pertinente, quam dedit, ſtatim inveſtivit, exceptis quatuor ſuis ſervientibus, Adalgor, Danno, Ernoſt, Fridemer, cum omnibus illorum prediis & mancipiis, & preter eos, qui in aliis aliorum prediis ſedent: reliquos omnes, ubicunque locorum eſſent, ſupradicte legationi addidit, & firma adſtipulatione veſtitione confirmavit. Contra quod, ut collau- (a)

* *Prunerfeld* in Ardenna.

N O T A.

(*a*) *Comitem Kadelonem.*] Ejus mentio fit in diplomate Richezæ Reginæ Poloniæ, Collegio S. Urſulæ Colonienſis dato, apud Tolnerum *in Cod. Diplom. Palat. p.* 31 nec non apud Brovverum *Annal. Trev. Lib. XI. n.* 140. Nomen autem à Gothilonis nomine (quod Gothofridum denotat) apud Lotharingos illis temporibus uſitato, non multum diſcrepare, poſt Gelenium notat Tolnerus *l. cit. not. A.*

CCXXI.

* hodie *Bleialf.* ut equidem puto.

collaudavi, duas curtes, videlicet * Alua & Werede uominatas, in omni integritate preſtiti; & inſuper in loco, qui dicitur Berege, meos fideles vineas per ſacramentum eligere precepi, que quando annus eſſet aut magne fertilitatis aut nimie ſterilitatis, in illa medietate ſolummodo X. caratas vini viderentur portare, & poſtea, quantum vini ex illo quor annis poſſet contingere, ſeu plus, ſeu minus, totum cum ſupradictis locis adjunxi, ea ratione, eoque tenore, ut quamdiu ambo ſupradicti vivant, quod illis preſtiti, teneant, & poſt mortem illorum nullus alius heres iſtius boni ſubeat, niſi iterum ſanctus Petrus, a quo illius, quod preſtiti, uſusfructus ſupradictis placuerat. Sin autem ego vel aliquis meorum ſucceſſorum hoc confregerit, & aliter quam conſtitutum fuerit, diverterit, quod Irmengart per manum ſui mariti Kadelonis ſancto Petro legavit, uter illorum vivat, ut proprium recipiat; quod ego autem preſtiti, mihi meisque ſucceſſoribus in integritate redeat. Iſtius conſtitutionis, quicunque incredulus fuerit, in ſuppoſito ſigillo firmitatem invenit, & in ſubſcriptis teſtibus adhuc magis erit credulus: videlicet Diefrido advocato, duci Godeſrido, Adalberto de Muſal, comes Becelinus, Odilbertus, Sigemaro, Adelone, Matzone, Fridelone, Winethre, & iterum Winethre, Gerhardo, & item Gerhardo, Adelberone, Lamberto, Godefrido.

CCXXII.

HENRICUS II. IMP.

1022. 21. *Nov.*

Eccleſiæ Bambergenſi donat prædium Hormunze in Archidiœceſi Trevirenſi, quod à Poppone Archiepiſcopo acceperat.

Udalrici Babenb. *Cod. Epiſt.* n. 76. Eckhard. *Corp. hiſt. Tom. II.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus Dei ſavente clementia Rom. imperaror auguſtus. Quoniam temporalium amiſſione bonorum ſine fine manentium debemus ſperare remunerationem; notum ſit omnibus fidelibus noſtris, qualiter & nos pro remedio animæ noſtræ, noſtrorumque anteceſſorum, nec non pro ſalute dilectiſſimæ conjugis noſtræ C. ſcilicet imperatricis auguſtæ, tale prædium, quale Poppo Trevirenſis archiepiſcopus nobis dedit, (a) in Hormunze ſitum, in pago ...... in comitatu ...... comitis, cum areis, ædificiis, agris, vinetis, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis aquatumque decurſibus, piſcationibus, viis & inviis, exitibus & reditibus, mancipiis utriusque ſexus, quæſitis & inquirendis, cumque omnibus utenſilibus, quæ vel ſcribi vel nominari poſſunt, ad altare S. Petri apoſtolorum principis, in uſum epiſcopi, epiſcopalem ſedem Babenbergenſis eccleſiæ poſſidentis, perpetualiter habendum donamus, & de noſtro jure in ejus jus omnino transfundimus. Unde eadem imperiali poteſtate, qua cæteri ante nos reges vel imperatores hucusque ſunt uſi, præcipimus, ne quis hanc traditionem noſtram audeat violare. Et ut hæc noſtra auctoritas ſtabilis & inconvulſa maneat, hanc paginam inde conſcribi, manu propria roborantes, ſigno noſtro imperiali juſſimus inſigniri. Data III. idus Novembris indict. V. Anno Dominicæ incarnationis * MXXIIII. Anno domni H. ſecundi regnantis XXI. imperii vero VIII. Actum Auguſtæ feliciter. amen.

* potiùs MXXII.

CCXXIII. HEN-

N O T A.

(a) *In Hormunze ſitum.*] Modò *Ormiz*, ſeu *Urmiz* dicitur, ad ſiniſtrum Rheni litus, medio ferè inter Confluentiam & Andernacum itinere, ſitum in pago Meginenſi. Hodie adhuc Eccleſia de Urmiz cum decimis & Perſonatu jure dominii directi ad Præpoſituram Cathedralis Eccleſiæ Bambergenſis pertinet, quæ nobiles à Scheben de Cronfeldt ſuos ibi vaſallos habet.

CCXXIII.

HENRICUS II. IMP.

1023. 18. *Junii.*

Monaſterio Epternacenſi confirmat jus monetæ.

Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. in prob. p.* 15.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Noverit omnium Chriſti noſtrorumque fidelium univerſitas, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ parentumque noſtrorum, nec non per interventum (*a*) Henrici Boariorum ducis inclyti monaſterio, Epternach dicto, monetam a ſeniore nepote, & anteceſſore noſtro, tertio videlicet Ottone *, imperatore auguſto conceſſam, in qua nummi probabiles, ſicut in aliis locis regiæ poteſtati ſubditis percutiantur, ad uſum eccleſiæ, & monachorum Deo ſanctoque Willibrordo confeſſori die noctequé ſervientium, per hanc noſtram imperialem paginam concedimus, renovamus, atque confirmamus, & ut eadem moneta deinceps ſub perpetuo jure eccleſiæ ſupradictæ, & abbatis adhuc in carne viventis ſucceſſorumque illius ſine beneficiario uſu conſiſtat, nullaque perſona magna, ſive parva, clericalis, aut laicalis ſuper eam dehinc aliquam poteſtatem habeat, niſi ejuſdem eccleſiæ abbas ſuique ſucceſſores, & monachi ibi Deo & ſancto Willibrordo ſervituri, ad eccleſiæ ornamentum, & præbendæ ſuæ augmentum ea videlicet ratione, ut eos pro noſtra ſalute, & remedio animarum, parentum noſtrorum, omniumque fidelium defunctorum Deum amplius delectet exorare.

(*a*)

* Vid. ſup. an. 992.

Et ut hæc noſtræ confirmationis præceptum inde conſcriptum * ſigilli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, manuque propria, ut infra videtur, corroboravimus.

* hic aliquid omiſſum.

Signum domini Heinrici Romanorum invictiſſimi imperatoris auguſti. Guntherius cancellarius vice Aribonis archicapellani recognovit. Data XIV. kalend. Julii. indict. VI. anno Dominicæ Incarnationis MXXIII. Anno domini Heinrici ſecundi regnantis XXII. imperii vero X. Actum Nuiſs. feliciter amen.

NOTA.

(*a*) *Henrici Bojarorum Ducis.*] Sigefridi Comitis Luxemburgenſis filius natu major, primus Comes Arlunenſis; nec non Comes Ardennæ: Abbatiarum S. Maximini & Epternacenſis Advocatus, quem Henricus S. Imp. (qui ejus ſororem Cunegundam uxorem duxerat) anno 1002. Ducem Bavariæ fecit.

CCXXIV.

HENRICUS II. IMP.

1023. 10. *Decemb.*

6650. manſos ab Abbate S. Maximini in beneficium accipit, quos Ezzoni Comiti Palatino, & Heinrico Duci, nec non Otthoni Comiti beneficiavit.

Tolner. *Cod. diplom. Palat. p.* 22.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Quamvis ab eccleſiaſticis inſtitutionibus, & a paternis præjudiciis nulli ſit licitum deviare, noſtri tamen juris eſt præ cæteris id ſolum & ſpeciale, ut unde fideles noſtri infra regnum noſtrum gravantur, aut unde eccleſiæ Dei detrimentum magis, quam commodum patiuntur, in melius debeamus commutare. Idcirco fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum ſolertiæ notum fieri cupimus, qualiter nos ex abbatia S. Joannis evangeliſtæ & S. Maximini, quæ in ſuburbio Trevirorum ſita eſt, ubi Haricho abbas

præ-

CCXXIV.

(a) præeſſe videtur, quaſdam (a) curtes
& territoria, villas & poſſeſſiones, ſci-
(b) licet (b) ſex millia ſexcentos quinqua-
ginta ſex manſos, ut verius computa-
ri potuit, a præfato abbate in benefi-
cium accepimus, & his fidelibus no-
(c) ſtris, (c) Ezzoni videlicet Palatino co-
(d) miti, & (d) Heinrico duci, nec non
(e) (e) Otthoni comiti, ea conditione
beneficiavimus, ut quia præfatus ab-
bas jam ſenio confectus commode no-
bis domi, militiæque ſervire non po-
terat, ipſe, & hæredes, qui hæc be-
neficia habent, pro eodem abbate, ſuiſ-
que ſucceſſoribus curiam regalem pe-
tant, & in expeditionem eant; abbas
vero ſuique ſucceſſores, a curia re-
gia, & ab omni expeditione omnino
ſint liberi, niſi in Mogontinenſem, ſi-
ve Metenſem, aut Colonienſem civi-
(·) tatem ad generale concilium ſive col-
loquium, aliqua neceſſitate cogente,
fuerint invitati. Et ne animæ noſtræ
detrimentum inde patiamur, ſi ea quæ
a fidelibus Chriſti eidem ſacratiſſimo
loco tradita ſunt aut collata, nos in-
(f) juſte auferre videamur, (f) ſervitium
quod nobis, & quibusdam prædeceſ-
ſoribus noſtris in ſecundo ſemper an-
no de eadem abbatia traditum eſt, pro
timore Dei, & veneratione S. Joan-
nis, ac S. Maximini, & ob interven-
tum Aribonis Moguneiacenſis, ac Pili-
grini Colonienſis, & Popponis Trevi-
renſis venerabilium archiepiſcoporum, aliorúmque fidelium noſtrorum, Deo ſanctoque Johanni, & beato Maximino, cunctiſque per eos inibi abbatibus in perpetuum indulgendo ignovimus, & ignoſcendo induſimus. Et ne quis ſucceſſorum noſtrorum regum vel imperatorum idem ſervitium, in periculum animæ noſtræ, ac ſuæ, inde ulterius exigat, niſi eadem bona, quæ nos non tam in noſtrum, quam in eorum ſervitium, inde diſtraximus, ex integro reddat, aut reſtituat, noſtra imperiali autho[r]itate conſtituendo præcepimus, & præcipiendo confirmamus. Jubemus etiam, atque interdicimus præfato abbati ſuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, ne de reliquis curtibus, eccleſiis, ac poſſeſſionibus, quæ ad peculiarem præbendam fratrum Deo ibi famulantium a noſtris prædeceſſoribus regibus, & imperatoribus, Dagoberto videlicet, Pippino, Karolo, Ludowico, Arnolfo; item Karolo, Zientiboldo, nec non a tribus Ottonibus, in noſtra usque tempora, & per nos etiam delegata ſunt, & conceſſa, alicui de majoribus, ſive liberis hominibus, aut alterius eccleſiæ vel alienæ familiæ quibuslibet ſervitoribus, quicquam beneficiare, vel ab eorum jure quoquo modo alienare præſumant; hoc eſt in his locis, Suabheim, Heſinesheim, Brizinheim, Eversheim, Wel-

N O T Æ.

(a) *Curtes & territoria, villas & poſſeſſiones.*] Tolnerus, qui hoc diploma ex Zylleſio edidit, *not. a.* cenſet, hic intelligi caſtra *Cocheim, Clotten, aliaque ad Moſellam loca.* Sed, cùm hæc nunquam fuiſſe juris S. Maximini vel inde appareat, quód in tanta Regiarum & Imperialium confirmationum, etiam à nobis editarum copiâ, in quibus notabiliora monaſterii prædia & acquiſitiones maxima ſollicitudine enarrantur, altiſſimum de iis ſit ſilentium; neque alibi in inſtructiſſimo S. Maximini Archivo talium poſſeſſionum vel minima notitia ſuperſit; ſic ego prædia hic intellecta, malim trans Rhenum, & circa eum ſita; de quibus ſermo eſt in Cartis Ottonis M. de annis 945. & 966. Ottonis II. de anno 973. nec non Ottonis III. de anno 992.

(b) *Sex millia ſexcentos quinquaginta ſex manſos.*] Diximus ſuprà ad Cartam Megingaudi de anno 929 *not. b.* ex Cæſario Prumienſi, manſum ingenualem eſſe CLX. jugerum. Manſus deinde invenitur apud eundem Cæſarium habens bunuaria XII., *Bonniers* dicunt Galli. In eo communiter conveniunt omnes, manſo tantum ineſſe terræ, quantum jugo uno boum annuo ſpatio poſſit verti, quantumque uni familiæ ruſticæ alendæ ſatis ſit. Volunt autem rei geórgicæ periti, jugum unum boum ſufficere quot annis ſexaginta quatuor jugeribus arandis; quam rationem, ſi in mille ſexcentos quinquaginta ſex manſos, Maximinianis ademptos, ſubducamus, jugera quadragies octies mille, nongenta octoginta quatuor, efficimus, vix credibilem terrarum quantitatem.

(c) *Ezzoni videlicet Palatino Comiti.*] Ezzonem ſeu Erenfridum, conditorem poſtea cœnobii Brovvilerenſis, Hermanni Comitis Palatini filium cenſent ex Mathilde, Conf. Toloer. *cit. pag.* 22. *not. c.*

(d) *Henrico Duci.*] Fuiſſe hunc Bojorum Ducem Sigifridi Com. I Lucemburgenſis ex Hadevviche filium, Kunegundis Auguſtæ fratrem, & Maximinianorum Advocatum, ſatis conſtat.

(e) *Ottoni Comiti.*] Hoc nomine Tolnerus *l. cit. not. e.* intelligit Ezonis S. Erenfridi Rheni Palatini filium, patrique anno 1035. in Palatinatu ſucceſſorem. Alii malunt Ottonem hunc eſſe, Hammerſteinii Trevericæ arcis Rheno impoſitæ Dynaſtam, qui haud multò ante hunc annum Irmingardæ cujuſdam concubinæ amoribus flagrans, cùm in Moguntiacenſem Archiepiſcopum Erckenboldum, vetitos amplexus acriter caſtigantem, arma intuliſſet, metu deinde Henrici Imp., & ſeveritatiâ Aribonis Moguntiacenſis Archiepiſcopi diras imprecantis, fraudibus illicitis abjectis, furere deſiit. Vid. Joannis *Rer. Mogunt. Tom. I. p.* 461.

(f) *Servitium.*] Certa pecuniæ quantitas. Confer tamen Spener *Jur. Publ. Lib. II. Cap. XI. §.* 6. *not. a.*

CCXXIV.

Weldinſtein, Albucha, Goſolvesheim, Bingin, Holzhuſa, Apula, Alſontia, Sceringesfelt, Hakinesheim, Bukinheim, Siemera, Mannendal, Karheim, Folemaresbach, Proverſtervoch, Gracha, Decima, Vallis cum ſuis pertinentibus, Rateresdorff, Bikendorff, Meisbrath, Ebeno, Arnolfesberc, Lieznich, Okisheim, Rivenacha, Loavia, Windingis, Lukeſingis; & in pago Sallingowe, Dincriche, Juolkurt, Biſangis; & in civitate Metenſi & circum circa, domos, vineas, agros, & areolas; & in his locis, Diedenhovun, Wilare, Beſiaco, Luzelenkiricha, Tavena, Druhdilingis, & Murmiringa; Meroldivilla, Wimareskiricha, Straza, Cruſta, Seranna, Markidith, Kriſche, Billich, Curmiringun, Bruñnacha, Haniwileri; inſuper etiam (*g*) in pago Drachere locus qui vocatur Gunthereshuſan, nec non in pago Einriche locus alius, vocabulo Prichina cum omnibus ad ſe juſte & legaliter pertinentibus, vel aſpicientibus rebus. Has duas curtes (*h*) ad ſagimen, & ad femoralia, mantellas etiam, & menſalia fratrum, nec non ad infirmorum curam, & debilium, & ad ſuſceptionem hoſpitum, nec non ad recreationem pauperum, & peregrinorum, ſicut anteceſſores noſtri conſtituerunt, ita & nos ſpecialiter conſtituimus, atque confirmamus; & ut ex his locis & eccleſiis nullus abbas, nulla alia perſona, magna ſive parva, alicui libero, & alieno homini, ut antea diximus, aliquid beneficiare, vel a præbenda fratrum quoquo modo abalienare præſumat, firmiſſime præcepimus; ſed liceat inde abbati ſuisque ſucceſſoribus luminaria eccleſiæ reſtaurare, ædificia recuperare, &, quæ neceſſaria tantummodo fratribus ſunt, procurare. De eccleſiis vero, & de omnibus per totam abbatiam ſalicis decimationibus, nulli omnino beneficium aliquod concedi permittimus, ſed in uſus hoſpitum, pauperum, & peregrinorum perpetualiter conſtituimus, atque ſancimus. Conſtituimus præterea hoc, & hac noſtra imperiali authoritate firmamus, ut ſiquis fortaſſe illorum, aut filii filiorum ſuorum, quibus bona, & poſſeſſiones S. Maximini beneficiavimus, ſine hærede fuerit defunctus, beneficium, vel quidquid ab eodem loco habere viſus eſt, ſub jus, & dominium præfatorum ſanctorum & abbatis, ac fratrum ipſius monaſterii redeat, & tranſeat, & ad amplificandam congregationem, nec non ad regale ſervitium, quantum abbas inde ſine detrimento aliarum rerum eccleſiæ bene perficere poſſit, absque omni contradictione permaneat. Inſuper etiam concedimus, atque præcepimus, ut idem abbas ſuique ſucceſſores poteſtatem habeant advocatias omnes monaſterii ſui; cui velint, dandi, cui velint, juſto judicio tollendi. Et ut advocati (*i*) nullum poſt ſe ponere audeant, qui vocetur proadvocatus, nullumque placitum præter tria jure debita in abbatia tenere præſumant, nec cuiquam illorum liceat aliqua violentia hominem gravare, aut vi (*k*) paraveredos eorum, aut pecora tollere, vel quicquam ſuper officiales, aut miniſtros ſive manſionarios, ſeu omnia jura abbatis conſtituere. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum inde conſcriptum firmum & ſtabile ſemper permaneat, non ſolum hoc manu propria firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, verum etiam, ut firmiori auctoritate polleret, beatiſſimi patris noſtri domni videlicet Benedicti, ſedis apoſtolicæ præſulis privilegium inde conſcriptum, & apoſtolica auctoritate roboratum, præfato cœnobio obtinere meruimus, ut ſi, quod abſit, aliquis ſucceſſorum noſtrorum regum vel imperatorum diabolica aviditate corruptus quicquam de his, quæ præfati ſæpe monaſterii fratribus ad quietem illorum conſtituimus, imminuere temptaverit, abbas, qui tunc ibi præeſſe videbitur, ac fratres libere apoſtolicam ſedem, cui idem locus ſacratiſſimus ſub antiquis temporibus Conſtanti-

NOTÆ.

(*g*) *In pago Drachere.*] Haud dubium eſt, Trichoriam illam eſſe veterem agrum Rheno conterminum, de quo nos in Diſſert. ſæculo VII. præmiſſa §. *XX.*

(*h*) *Ad ſagimen.*] Saginam, ſeu ſagimen, veteres dicebant moderatam lautitiam, qua aſcetæ, perpetuo rei Divinæ cultu viribus attenuati, feſſa ſubinde corpora recrearent.

(*i*) *Advocati nullum poſt ſe ponere audeant, qui vocetur Proadvocatus, nullumque placitum præter tria &c.*] Notabilem hunc locum cenſuit Author *Chronici Gottvvicenſis pag.* 235. quem vide.

(*k*) *Paraveredos.*] Veredi jumenta ſunt, quæ ad celeritatem per intervalla diſponuntur, à rhedis vehendis dicta.

CCXXIV.

ſtantini imperatoris, & Helenæ matris illius addictus eſſe dignoſcitur, fiducialiter appellent, & ad eam quaſi filii ad matrem confugiunt, ut ab ea, ſicuti dignum eſt, fulciti, aut ea, quæ inde abſtulimus, bona ſua recipiant, aut quod nos pro tantis bonis, & poſſeſſionibus S. Johannis & S. Maximini inde ablatis ad quietudinem illorum ordinavimus, atque firmavimus, apoſtolica authoritate roborati, obtinere prævaleant.

Signum domni Heinrici Romanorum invictiſſimi imperatoris auguſti.

Guntherius cancellarius vice Aribonis archi-capellani recognovi. Data IIII. id. Decemb. indictione VI. anno Dominicæ Incarnationis MXXIII. (*l*) anno vero domni ſecundi Heinrici regnantis XXIII. Imperii autem X. Actum in Triburia, regia villa, palatio publico, in Dei nomine amen, amen. (l)

N O T Æ.

(*l*) *Anno vero Domni ſecundi Heinrici regnantis MXXIII.*] Ponitur annus MXXIII. loco MXXII. quod occurrit in pluribus aliis Cartis relatis in *Chron. Gottwvicen. Tom. I. p.* 241. Excuſari id poteſt, dicendo: anni 1022. ſuperſtites menſes pro integro anno, alios deinde menſes anni 1023. rurſum pro toto anno computatos eſſe; quod Notariis ſeu Cancellariis haud fuiſſe infrequens, nos jam aliàs monuiſſe meminimus.

CCXXV.

1026. 11. Jan.

CONRADUS II. IMP.

firmat jura, poſſeſſiones, & libertates monaſterii S. Maximini.

Zyllesius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 32.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Cuonradus divina favente clementia rex. Si rationalibus fidelium noſtrorum petitionibus, quas pro utilitatibus eccleſiarum Dei noſtræ regali excellentiæ ſuggeſſerint, aſſenſum præbuerimus, id nobis ad æternæ vitæ præmium promerendum ſine dubio profuturum eſſe, liquide novimus. Unde noverit omnium fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum induſtria, qualiter Poppo venerabilis abbas ex monaſterio S. Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum corporaliter quieſcit, quaſdam præceptiones noſtris obtutibus obtulit, in quibus continebatur, quod prædeceſſor noſter Heinricus videlicet imperator excellentiſſimus ex præfata abbatia curtes aliquas, & poſſeſſiones quam plurimas, uſque ad VI. millia DC. quinquaginta VI. manſos, ut verius computari potuit, progrediens abſtulit, & quibusdam fidelibus ſuis ea ratione beneficiaverit, ut ipſi, & hæredes eorum pro eodem abbate, ſucceſſoribusque ejus, regalem curiam peterent, & in expeditionem irent. Abbas vero, ſuique ſucceſſores, ab omni expeditione, & a regali ſervitio, imperiali prædicti imperatoris conſtitutione, liberi omnino exiſterent, relictis videlicet illis, & ſpecialiter delegatis quibusdam curtibus, & villis, ac eccleſiis omnibus, ubicunque in ſancti Maximini prædio jacentibus cum eunctis (*a*) ſalicis decimationibus, unde neceſſaria tantummodo ſuis deberent (a)

N O T Æ.

(*a*) *Salicis decimationibus.*] *Sal* aut *ſele* veteribus domum, villam, curtem deſignat. Eckhard *ad Leg. Salicam pag.* 26. & 107. Hinc & antiquus Gloſſator Prumienſis Cæſarius, cujus verba ſupra *ad Cartam Megingaudi de anno* 929. *Not. b.* retulimus, *manſos indominicatos, agros curiæ* appellat, *vulgariter ſelgunt* dictos. *Salicæ* igitur, ſeu *ſelicæ decimationes* ſunt, quæ ex prædiis, curtibus, Hof-Güter / in beneficium datis, aut aliàs in decimam elocatis, penduntur domino. Hodie adhuc in ſuperiori Archidiœceſi Trevirenſi frequentes ſuperſunt decimæ, diſpenſ[ſæ] per

CCXXV.

rent procurare fratribus, flagitans noſtram regalem clementiam, ut easdem poſſeſſiones, eccleſias, & villas, ad præbendam monachorum Deo inibi famulantium pertinentes, illis peculiariter concederemus, & noſtris privilegiis corroborando firmaremus. Cujus petitioni propter amorem Dei, & reverentiam B. Joannis apoſtoli & evangeliſtæ, in cujus honore idem locus ſacratiſſimus ſub Conſtantino, & Helena quondam dicatus eſſe dinoſcitur, nec non beatiſſimi confeſſoris Chriſti Maximini, & ob interventum dilectiſſimæ conjugis noſtræ, Giſilæ videlicet reginæ, & Aribonis Moguntiacenſis, ac Piligrini Colonienſis venerabilium archiepiſcoporum, & Ramberti Verdunenſis epiſcopi, ac (b) Theoderici ducis, aliorumque fidelium noſtrorum, aſſenſum præbemus, ſtatuentes videlicet, & hae noſtra regali authoritate firmiter præcipientes, ut in eccleſiis, villis, & poſſeſſionibus, quas ad præbendam monachorum Deo inibi ſervientium prædictus anteceſſor noſter Heinricus piæ memoriæ imperator auguſtus, aliique ante eum reges & imperatores, Dagobertus, Pipinus, Karolus, Hluduicus, Lotharius; item Carolus, Arnolfus, Zuendiboldus, nec non tres Ottones ad peculiaritatem fratrum, ſieut in privilegiis eorum in noſtra præſentia lectis cernitur, nullam a quolibet judiciariæ poteſtatis violentiam patiantur, ſed victum, & habitum pro noſtræ animæ abſolutione, aliorumque prædeceſſorum ac ſucceſſorum noſtrorum remiſſione, ſpecialiter conſequantur; hoc eſt in Suabheim, Ebernesheim, Heiſinesheim, Bricinheim, Manneldal, Narheim, Brichina cum omnibus ad ſe pertinentibus, Gunthereshuſun cum ſuis pertinentiis; quas duas curtes ad ſagimen, & ad femoralia, nec non ad infirmorum debiliumque fratrum curam, & ad ſuſceptionem hoſpitum, ac peregrinorum, pauperumque recreationem, ſicut anteceſſores noſtri conſtituerunt, ita & nos ſpecialiter ſtatuimus, decernimus, atque firmamus. Similiter quod in his locis poſſidere videntur: Apula, Sceringesfelt, Alſontia, Furnivelt, Holzhuſun, Hukinesheim, Siemera, Folemaresbah, Pruovesdervod, Weildiſtein, Albueha, Guozolvesheim, Bingin, Decima, Vallis cum ſuis pertinentiis, Rateresdorff cum ſuis, Bikendorff, Meisbrath, Okisheim, Arnolfesbere, Fracturis, Rivanacha, Loavia, Windingis, Lukeſingis, & in civitate Metenſi, & circum circa, domos, vineas, agros, & areolas; & in pago Sallingowe, Dinerich, Juolhurt, Biſanga. Item alibi Wilare, Luzelenkiricha, Tavena, Beſſiaco, Drudelinga, Murmiringis, Meroldewilla, Wimari-eccleſia, Cruſta, Straza, Scranna, Markedith, & Billiche, & Kriske. Ex his ergo villis, & earum pertinentiis nullus abbas audeat alicui libero homini, ſive alterius eccleſiæ ſervienti aliquid beneficiare, aut a præbenda fratrum quoquo modo abalienare, ſed liceat inde illi, ſuisque ſucceſſoribus luminaria eccleſiæ reſtaurare, ædificia recuperare, & cætera, quæ neceſſaria tantummodo ſunt, fratribus fideliter procurare. Statuimus etiam, & corroborare decrevimus, ut idem abbas ſuique ſucceſſores poteſtatem habeant advocatias ſuas per omnem abbatiam, cui velint, dandi, cui velint, juſto judicio tollendi: & ut advocati nullum poſt ſe ponere præſumant, qui vocetur poſtadvocatus; nec quisquam illorum poteſtatem habeat, aliqua violentia ſive petitione homines gravare, aut placitum præter illa tria, jure debita, tenere, vel quidquam ſuper officiales, aut (c) manſionarios, aut miniſtros, ſeu omnia jura abbatis, conſtituere. Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmum ac ſtabile permaneat, manu propria corroborantes (d) ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum

N O T Æ.

per campos prædiis affixæ, Gel-Zehend dictæ, quarum origo, forſitan hactenus ignorata, hic recta eſt.

(b) *Theoderici Ducis.*] Moſellanorum ſcilicet; neque enim alius tunc erat Theodericus Dux, ut ex Wippone liquet, qui omnes hujus temporis Duces enumerat; quanquam pro Theoderico Fridericum filium ejus ponit, non rectè.

(c) *Manſionarios.*] A manendo *manſus* dicitur, quod degeret in manſo colonus, quem & ex re *manentem* (unde Gallica vox *Manans*) & *Manſuarum*, nec non *Manſionarium* appellârunt. Manſionarius itaque *Colonus* eſt.

(d) *Sigilli noſtri.*] Singularia hujus ſigilli notavit Autor *Chron. Gottwicen. pag.* 247.

CCXXV.

Signum domni Chuonradi regis invictiſſimi.

Odalricus cancellarius ad vicem Aribonis archicancellarii recognovi.

Data III. id. Jan. * indictione VIII. anno Dominicæ Incarnationis MXXVI. anno autem domni Chuonradi ſecundi regnantis II. Actum Treveris in Dei nomine amen.

* cœperat anno præcedenti menſe Martio, ſecundùm Caſſiodorum & Bedam; & Januario menſe hujus anni etiamnum durabat.

CCXXVI.

1030. Donatio villæ Momendorff Abbatiæ S. Mathiæ, per Juttam Marchioniſſam Lotharingiæ.

Calmet Hiſtoire de Lorraine Tom. I. in prob. p. 403.

IN nomine Domini, amen. Mortalium facta, ne ſimul cum memoria hominum fragili labantur, ſcripturæ apicibus ſolent perennari. Nos igitur Jutta marchioniſſa Lotharingiæ, univerſis, tam præſentibus quam futuris, has literas viſuris, ſeu legi audituris, volumus eſſe notum, quod ſancti David prophetæ verbis incitata & mota dicentis: Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria; noſtrorumque parentum veſtigia imitari volentes, qui ob cæleſtis regis gratiæ obtentum, de terrenis facultatibus ſibi commiſſis, divinitusque indultis, eccleſiis plurima contulerunt, ſaluti noſtræ ſimiliter conſulere cupientes, aliquid in gazophilacium Domini cum vidua paupere mittere ſtudentes, famulantibus in domo Domini ſubſcripta decrevimus conferre. Quapropter ob reverentiam ſanctorum Mathiæ apoſtoli, Eucharii, Valerii, & Materni pontificum, viva & ſana mente & corpore, voluntate libera, ſine omni hæſitationis contradictione, villam noſtram Mamendorff cum eccleſiis, decimis, curtibus, ædificiis, familiis, mancipiis utriusque ſexus, campis, agris, pratis, aquis aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, vicis, viis & inviis, exitibus & reditibus, terris, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, ac cum omnibus appendiciis & adjacentiis ſuis, monaſterio prædictorum ſanctorum, extra mutos Trevirenſes ſito, conferimus, tradimus & donamus per præſentes inter vivos, perpetuo tenendam, quiete & poſſidendam, volentes & ſtabili teſtamento confirmantes, ut nullus nepotum ſeu hæredum noſtrorum in villa prædicta, ſeu ejus attinentiis ſuperius expreſſis, aut non expreſſis, ſibi aliquod jus in gravamen & præjudicium præfati monaſterii poſſit uſurpare, aut de cætero valeat vindicare. Præterea decimam noſtram in Wittiſſe cum omni jure & attinentiis ſuis; item decimas villarum noſtrarum, videlicet Devehingen, Bettingen, Gundelvingen, Beringen, Selvingen, Gerlevingen cum omni jure & attinentiis ſuis; item decimam in Beterdorff cum omni jure & attinentiis ſuis; item villam Vegingen cum decima ibidem, & omni jure & attinentiis ſuis; item villam Weiskerch cum decima ibidem & omni jure & attinentiis ſuis; item curtes noſtras in Cuſe & Berencaſtell ſuper Moſellam, cum omni allodio & jure ad ipſas pertinente; item villam noſtram Monſerville & Lœncamp cum omni jure & attinentiis ſuis, ſimiliter donamus monaſterio prædictorum ſanctorum Mathiæ apoſtoli, Eucharii, Valerii, & Materni pontificum, nulla uſurpatione de cætero ab aliquibus cujuscunque conditionis exceptis perſonis in monaſterio prædicto degentibus, aliqualiter occupandas. Volumus inſuper ut anniverſarium noſtrum & parentum noſtrorum in monaſterio jam dicto perpetuo ſolemniter peragatur. Siquis igitur violentia aut fraude qualibet, ſupradicta monaſterio memorato a nobis collata auferre præſumpſerit, divinam ſentiet vindictam, & pro illicito & temerario auſu auri libras centum ad fiſcum regium componat irrita tamen manente iſtarum rerum eccleſiaſticarum alienatione. In cujus rei memoriam & tobur præſentibus ſigillum noſtrum duximus appendendum. Datum anno Domini MXXX. indict. I.* Epacta XVI. concurrente VII. regnante glorioſiſſimo imperatore Conrado conſanguineo noſtro. (a)

* vero III.

(a)

CCXXVII. CON-

NOTA.

(a) Confirmavit deinde Juttæ maritus, ab expeditione transmarina, in qua obiiſſe ferebatur, redux, hanc donationem anno 037. Vid. Brower. *ad d. an. n. 61.*

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

CCXXVII.

CONVENTIO

303- POPPONIS ARCHIEPISCOPI

cum vicinis ratione terminorum ſylvæ Kylwald.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam etiam futuris eccleſie Dei fidelibus, qualiter ego Boppo Trev. eccleſie Dei clementia archiepiſcopus, predeceſſoribus meis ejusdem loci archiepiſcopis cum quibusdam ſui epiſcopatus * principibus, (a) de communi eorundem principum ſylva, que vocatur Kylewald, per ſepem certantibus, & eandem ſylvam in ſuam poteſtatem uſurpantibus, & hanc litem eo usque protrahentibus, donec ex regis imperio, qui tunc temporis erat, bannum acceperant, & eandem ſylvam, (b) repugnantibus & contradicentibus predictis principibus, cum ſibi hoc perhenni jure confirmaverunt; ego autem hanc contentionem voluerim finire, illamque cauſam juſte examinare; quapropter eisdem principibus in provincia, que vocatur Bydegouwi, manentibus ad me vocatis, atque predictam cauſam coram exponentibus, & ſe ſe ex mea meorumque anteceſſorum poteſtate injuſte in propriis ſuis rebus vaſtatos eſſe conquerentibus, in invicem pepigimus, atque conduximus, ut ex hoc, quod predeceſſores mei contra voluntatem illorum (c) regali banno tenuerunt, quasdam partes illis remitterem, & econtra ex eo, pro quo jurgati ſunt, idipſum ſua ſponte reciperem. Confirmato ergo & collaudato utriusque noſtrum aſſenſu, quantum de predicta ſylva concupivi, bona voluntate erga illos impetravi, reliquum vero, quod remanſerat, illis permiſi. Ne autem poſteris latere queat, quod traditio paterna confirmabat, quantum mihi de predicta foreſte deliberaverunt, ſi qui cognoſcere geſtiunt, hic ſubnotatum videbunt. Dederunt ergo mihi meisque ſucceſſoribus de prenominata ſylva fines atque confinia cum ceteris uſibus, ex eo loco ubi rivus, qui vocatur Quinta, cadit in Muſellam flumen, & totam Quintam ſurſum, usque ad fluvium, qui vocatur Fluorbach; & hanc ſurſum, usque in viam publicam, que tendit per Slendenwilre, & inde usque in Wiſehach, deinde ad flumen Kilam; & trans Kilam, usque ad villam, que dicitur Wilere. Deinde per quendam tramitem usque in Kurdelam flumen, & Kurdelam deorſum usque in Marckenbach fluvium, & hunc ſurſum, usque in publicam plateam, & per eam recto itinere totam vallem deorſum usque quo perveniatur ad villam Ulcam, per quam fluit fluvius Egelebach, & hunc deorſum usque in fluvium Suram, & hanc deorſum usque in illum iterum locum, ubi predictus rivus Quinta cadit in eam. Ea autem ratione in invicem ſtatuimus, ſi aliquis ex predictorum principum, eorumque nepotum, venatoribus in communi illorum ſylva venationem exerceret, (d) & ejus canis non venatoris voluntate in noſtram ſilve partem, que in predictis terminis includitur, incurreret, & ille poſt eum, ut revocaret, equitaret, & ibi a meis meorumque ſucceſſorum cuſtodibus inventus foret, ſi ſe expurgare potuiſſet, quod nulla alia cauſa veniret, niſi ut canem, qui non ſua ſponte illuc incurrit, retraheret, ut canis redderetur, & ipſe nequaquam ſpoliaretur. Si autem ſe non valeret expurgare, ſtatuimus,

* Primoribus.

N O T Æ.

(a) *De communi eorundem principum ſylva.*] De hoc jam egimus in *Nota* ad Præceptum Ottonis II. de 26. Junii anni 974.

(b) *Repugnantibus & contradicentibus predictis Principibus.*] Sine horum autem conſenſu non potuiſſe Imperatorem foreſtam tertio conſtituere, probat Mettingh *de ſtatu militia Germanorum pag.* 212. *ſeq.*

(c) *Regali banno tenuerunt.*] Scilicet diplomate Ottonis II. præmemorato.

(d) *Et ejus canis non venatoris voluntate &c.*] Hoc ita conformiter Juri Germanico. Vid. Schwäbiſch-Lantrecht. *edit. Meichs. Cap.* CCCL. *n.* 5. *ſeq.* Sächſiſche Lantrecht. *Lib. II. art.* 61. Speichbild *Art.* 121, *nr* 12.

CCXXVII.

mus, quod juſtum eſſet, nobis perſolvere. Hoc autem in ſempiternum ut ſtabile permaneret, & firmum, de his rebus cum communi noſtro conſenſu, duas kartas ſimili materia ſcribere precepi, unam illis, eorumque poſteris, tribuendam, alteram mihi, meisque ſucceſſoribus, obtinendam. Ut ſi nos, ſive illi in aliquo ab iſta lege diſcordaremus, in his predicte rei teſtimonium haberemus: ſi autem ego ipſe, quod abſit, aut illi, ſive mei ſucceſſores, aut illorum nepotes, hanc voluntariam traditiunem quandocunque conantur infringere, firmiter ſtatuimus, ut iſte karte penitus deleantur & comburantur, & priores contentiones inter illos exerceantur.

CCXXVIII.

Circa 1033.

POPPO ARCHIEP.

varia prædia Eccleſiæ Trevirenſi vindicat.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Boppo, quamvis meritis non exigentibus, tamen ſecundum proceſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti (a) electionemque totius cleri & populi Trevirorum archiepiſcopus. Multorum virorum facta per multas generationes ſtabilia permanere conſiderans, nihil autem talium, cum quibus ullam commutationem mei exitus memoriam facere poſſim, me habere, meque poſſidere, aſſidue gemendo lacrymans, vix quidem a ſompno excitatus, ſic ſubito de quarundam rerum revelatione ab imminenti metore ſui relevatus, non ſolum propter cupiditatem & fructum claritatis, verum etiam propter honorem & ſtabilitatem mee commemorationis. Nam ex quodam meorum fidelium relatum mihi revelabatur, veriſſimeque dicebatur, plurima infra extraque vallem Trevericam predia jacere, que, (b) ſi tantum jus & legem voluiſſem ſequi & implere, juſte ſine ullius contradictionis impedimento mee ditioni potuiſſem ſubjugare; Idcirco quia quedam ex S. Petri meorumque * ſucceſſorum theſauro olim emerentur, ipſorumque proprietate quedam manciparentur; atque non propter aliud hec predia eorumque cenſum tamdiu eſſe ſublatum, niſi propter inciositatem inquiſitorum, oblivionemque dominorum. Quod ut ex communi voce ſenum, & juvenum percepi, ſtatim (c) in Rorici advocati placito ſuper hec exclamavi, atque ſecundum legem, judicum aſſenſum, omniumque ibi circumſedentium, mihi aliiſque poſt mei Trevirenſem eccleſiam regentibus ad tenendum, & quidquid ex eo facere voluerint, adquiſivi. Que res peracta, venit ad me mulier vidua, nomine Appa, rogans, ut quidquid exclamati allodi, quod ex cujuſdam Adelmanni traditione ejus maritus atque ipſa haberet, intetim in pacis tranquillitate habere liceret, donec in tetris vitam duceret, ne prebendam, quam cum ipſius fundi parte inter fratres Deo ſanctoque Petro Treviris ſervientes comparaſſet, per ullius predii abſtractionem perdidiſſet, ea ſcilicet ratione, ut poſt illius vitam torum conſtitueretur procuratoribus ſedis Treverice. Que, ut rogavit, conceſſi, & omne, quidquid ex predicto allodo unquam habuit, excepta una parte, que vocatur * Enciche ſuper Moſellam, quam propter prebendam tradidit mihi, omnibusque poſt me epiſcopalem ſedem poſſidentibus ad habendum diſponi. Et ne hoc conſtitutum unquam per illius preclum & acclamationem frangatur, hanc kartam ſcribere juſſi, & omnia ſupradicta ſub horum teſtium aſtipulatione confirmavi. Signum Adalberonis, ſignum Hungeri, ſignum Folmari, ſignum Linlemanni, ſignum Rorici advocati, ſignum Sigibodonis, ſignum Godelonis, ſignum Arnoldi.

* anteceſſorum.

* Enſch.

CCXXIX. COM-

NOTÆ.

(a) *Electionémque totius Cleri & populi.*] De eo egimus Diſſertatione ad ſeculum præcedens §. 8.

(b) *Si tantum jus & legem voluiſſem ſequi.*] Hoc eſt, jure experiri; ſcilicet coram Trevirenſis Eccleſiæ Advocato, in aſſeſſu judicum ſeu ſcabinorum jus reddente, uti, quæ ſequuntur, innuunt.

(c) *In Rorici Advocati placito ſuper hec exclamavi.*] Epiſcopi, ſecularem jurisdictionem jam ipſi habentes (uti hic Trevirenſis) juſtitiam reddebant & accipiebant per Eccleſiarum ſuarum Advocatos, quod inpoſterum videbimus amplius. Hoc autem munere apud nos tunc fungebatur Roricus.

CCXXIX.

COMMUTATIO

1035.

quorundam bonorum inter Abbatias S. Maximini & Malmundarienſem, auctoritate Conradi Imp. facta.

Martene *Tom. II. p.* 58.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ordinationes eccleſiar. bonum eſt noſci Chriſti fideles, ut ſi quis Deo ſervientibus aliquid velit demere, ſit, qui poſſit contradicere. Ob hoc literarum memoriis traditur, quidquid a bonis diſpenſatoribus de rebus eccleſiaſticis geritur, ſi eas augent, vel minuunt, dono, preſtaria, ſive concambio. Hujus rei gratia notum ſit omnibus, quale concambium factum ſit de Aſteneburno villa S. Petri, quæ fuerat pertinens ad altare Malmundarii. Igitur regnante domno imperatore Cuonrado villa quædam Hanuubro * vocata erat de abbatia S. Maximini. Et quoniam bonum erat ipſius imperatoris, placuit ſibi eandem Anubro de loco accipere, & Moguntiæ S. Martino dare. Erat eo tempore comes quidam Giſelbertus in partibus Hasbanniæ, qui ob irreverentiam ſui malefacti ipſius imperatoris amiſerat gratiam. Ob hanc readquirendam bonum ſibi viſum eſt, ſupradicto imperatori de allodio ſuo dare XX. manſus apud Coruvorommo, cum omnibus eorum appenditiis, terris, cultis & incultis, ſilvis, aquis, omnibusque ipſius allodii uſuariis. Placuit itaque ipſi imperatori, ob ſalutem animæ ſuæ, hoc bonum ſibi a prædicto comite datum S. Maximino reſtaurare pro villa, quam ſupra diximus, eum de loco accepiſſe. Igitur (*a*) abbate Joanne abbatiam S. Maximini regente*, quoniam hoc bonum longe a loco aberat, bonum ſibi viſum eſt alias commutare, petiitque domnum Popponem tum temporis monaſteriorum Stabulaus, & Malmundarii abbatem, ut hoc bonum, quoniam abbatiæ ſuæ vicinum erat, ſibi acciperet, & villam, Aſteneburno vocatam, loco ſuo proximam, ſibi pro hoc bono traderet. Placuit hoc ſupradicto abbati Popponi, & convenit utriſque commutationem facere prædicti boni. Igitur convenientibus ipſis in unum, ſimul & advocatis ipſorum locorum, comite Henrico de bono S. Maximini, Friderico fratre ejus de abbatia S. Remacli, tradita eſt prædicta Aſtenebruno ab advocato Friderico, præcepto domni imperatoris, atque conſenſu domni abbatis Popponis, comiti Henrico in ſervitium S. Maximini, cum omnibus appenditiis ſuis, terris cultis & incultis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, cunctiſque inde procedentibus, debitis, quæſitis, & inquirendis. Item datum eſt comiti Friderico ab advocato Henrico, in ſervitium S. Petri ad altare Malmundarii, quidquid datum fuerat a prædicto imperatore, S. Maximino apud Curuuorommo cum omnibus appenditiis ſuis, terris, ſylvis, aquis, omnibusque debitis, uſuariis; viſumque communibus utriusque partis fidelibus eſt, inæqualem hanc eſſe commutationem, pro prædicto bono, dato ab abbate Poppone. Unde ſibi auctum eſt ab abbate Joanne, quod habebat Wendenges de bono S. Maximini, & apud Rinmago dimidium manſum, & quinque partes vineæ: ſuper Moſam quoque manſum, & dimidium, cum omnibus horum appenditiis; familiam quoque ultra Moſam, quæ erat S. Maximini. Facta eſt itaque hæc commutatio, juſſu prædicti imperatoris, & confirmata

* lege: *Hanewilare.*

(*a*) * videntur hæc omnino Joanne mortuo conſcripta.

NOTÆ.

(*a*) *Abbate Joanne Abbatiam S. Maximini regente.*] Deceſſit hoc anno 1035. V. Idus Julias Joannes Abbas; in Eccleſia ſua tumulatus, hanc accepit monitualem epigraphem, hodieque exſtantem:

Fundite corda preces, putret hic pius Abba Joannes.
Heu gravis illa dies te pater hinc rapiens!
Eccleſiæ paucis huic poſtquam præfuit annis,
Pſichis judicium ſoma ſubit tumulum.
Idibus in quinis dum ſervet Julius arvis,
Translatus medio redditur in Domino.
Hunc piæ Pantocrator vitæ non mortis amator,
Poſcentum votis cœtibus adde tuis.

CCXXIX.

ta legali advocatorum banno, & recta traditione, & habita ab utriſque ſupradictis abbatibus per annum & diem, digna cenſus, ac ſervitii ſolutione. Regnante imperatore Cuonrado; ducatum Lotharienſis regni duce Gozilone tenente; advocatorum* locorum prædictis comitibus, Henrico, ſive Friderico; archiepiſcopatum Trevirenſ. gubernante Poppone, Piligrino Colonienſem, Theoderico Metenſem, Rainardo Leodienſem. Teſtes fuerunt comes (b) Giſelbertus de Salmo, Bavo de Lotauſe; Stephanus de Malenpret, Herimannus de Gruofles, Gunzelmus, Arnulfus. (b)

* forte advocatis.

N O T Æ.

(b) *Giſelbertus de Salmo.*] Giſelbertus hic, ſtirpe Luxemburgicus, Henrici Maximiniani & Friderici Stabulenſis Advocatorum frater, pater fuit Hermanni ſatoris familiæ Comitum Salmenſium. Vid. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liv. XXVII. n.* 24. Ejus verò deſcendentes vid. *eod. Tom. III. pag. XXXIII. ſeqq.* Giſelbertus titulo Comitis Salmenſis usque ad obitum patris ſui tantùm uſus fuit; Luxemburgenſium Comitum propaginem ipſe in poſteros ſuos diffundens.

CCXXX.

THIEFRIDUS
ADVOCATUS TREVIRENSIS
1036. dat XII. manſos, ut Conſanguineam, quam duxerat in uxorem, ſibi retinere liceat.

(a) IN nomine ſancte & individue Trinitatis. (a) Poppo Trevirorum archipreſul gratia divine immenſitatis. Notum ſit omnibus noſtris in Chriſto fidelibus, tam poſteris, quemadmodum preſentibus, Thiefridum hujus ſancte Trevirenſis eccleſie advocatum quandam ſibi feminam nomine Luitard quodammodo cognatam, lege ſua ſcilicet ignoranter deſponſaſſe, proindeque noſtro ex conſenſu connubialis vinculi ſociatum affectaſſe. Namque, a quibusdam ut deprehenſum eſt, erant cognati, (b) ſcilicet quinto cognationis* actu & ſexto viciſſim alterati; & idcirco hujus ſedis eccleſie duodecim manſos, totidem cum mancipiis ſe pollicebant allegaturum, deſponſata conjuge noſtra eum ex licentia, ſi contingeret fruiturum. Cujus agendi ſanctionem, quod minime concedant, legali noſtra nequidquam freti audacia, confirmati alloquiis conferendis ſtatuimus, talia eorum, quo ſaltem reſciremus conſiliis, hujusmodi ex rebus noſtris quid foret decernendum in conciliis. Quos inter preſules Piligrinum Colonienſem mire ſanctitatis virum, cum Baidone Moguntienſi ut convenimus, confratres noſtros quidem & archipreſules; Rambertum etiam Virdunenſem, alios ſimiliter coëpiſcopos venerabiles, plurima de ſacre fidei conferendo religione, hac ut neceſſe duximus, aliquantiſper immorati ſumus queſtione, utrum cuiquam jura connubii ad hujusmodi contiguam licerent, quam ſine lege ſuam pridem deſponſatam haberet. Quod ergo ipſi cum aliis quam maxime autoritatis ſenioribus ſolerter inveſtigando, diligentiſſimeque elaborando, non ſolum id ſub gratia concedi, ajunt, oportere, verum in preſentia ſimiliter manere; (c) cum ſancte Dei eccleſie tanta predii bona perditum (c)

(b) * gradu

N O T Æ.

(a) Hanc cartam in Annales ſuos retulit Broverus *Lib. XI. n.* 60. brevi, ſed minùs accurato extractu. Apparet autem ex ea, quòd quanquam conſuetudine tandem invaluerit, & moderna habeat diſciplina, ut ſummo Pontifici reſervata ſit diſpenſatio in impedimentis matrimonium dirimentibus, hoc tamen antiquis Canonibus ſtatutum non fuerit, ſicut nec in Decretalibus Gregorii IX. id adhuc determinatum eſt.

(b) *Scilicet quinto cognationis actu & ſexto viciſſim alterati.*] Gradibus juxta leges civiles computatis; is enim computandi modus ſeculo XI. adhuc obtinebat in matrimonialibus. Cujacius *ad Cap. penult. X. de Conſanguin.* Van Eſpen *Jus. Eccleſ. Univ. P. II. Tit.* 13. *C.* 5. *n.* 14. 15.

(c) *Cum ſancte Dei Eccleſie tanta predii bona perditum iri nequaquam debeant.*] Hanc claues

CCXXX.

vitum iri nequaquam debeant. Quorum nos, uti tantorum auctoritas exegerit virorum, conſiliis acquieſcendo, eidemque advocato legitimi conjugii copulam conſentiendo, idem (d) Tietfridus, hujus coenobii advocatus, ſimiliter Luitardis ejus conjux, noſtri ex licentia duodecim manſos totidemque mancipia nobis contradiderunt, in primorum noſtri militum ac ſui preſentia, Sigobodonis, Arnolfi, Arnolfi comitum, nec non Odelberti (e) uniteri noſtri, Hazonis, Gozelonis ſui militum. Ad Michilembach ſub comitatu Bezelini ex beneficio comitis Henrici V. Obaf in pratis, ſylvis, cultis & incultis, aviis & inviis, & quarta parte molendini; ad Brunen II. in pratis, ſylvis, arvis cultis & incultis; ad Einſcheit I. pratis, ſylvis, arvis, cultis & incultis; ad Rode ſub comitatu Bozelonis IIII. pratis, arvis, cultis & incultis. Anno Dominice Incarnationis MXXXVI. indict. IV. regnante Conrado imperatore auguſto; anno regni ejus XII. imperii X. & epiſcopatus noſtri XXI.

N O T Æ.

elucet antiquitas cauſæ diſpenſandi, qua petentibus diſpenſationem injungitur, ut eleemoſynam ſubminiſtrent in uſus pauperum, Eccleſiæ vel alterius operis pii.

(d) *Thietfridus, hujus Cœnobii Advocatus.*] Per *Cœnobium* intelligo Metropolitanam Eccleſiam, cujus Thiedfridus *Advocatus* fuit; *particularis* tamen ſolùm, non principalis & univerſalis Urbis & Eccleſiæ Trevirenſis. Vid. Differt. huic ſeculo præmiſſ. §. 5.

(e) *Uniteri noſtri.*] Tanquam utrique Domino, Archiepiſcopo ſcilicet Popponi & Thiedfrido Advocato, militari ſervitio ſimul junctus ſit Odelbertus, & in hac parte *uniter* ſeu *pariter* utriusque miles ſit; ad differentiam Hazonis & Gozelonis, qui *ſui* (Thiedfridi nempe) tantùm milites dicuntur. Adjectivum *uniteri* ab adverbio *uniter* ſumi, aut econtra, nihil ſanè mirandum; hoc autem vocabulo in notione non multum abſimili utitur Fortunatus *Lib. V. Poëm.* 4. ubi:

Unius eſtis oves, heu cur non uniter itis.

CCXXXI.

ADALBERO

1036. PRÆPOSITUS S. PAULINI

varia donat monaſterio S. Matthiæ juxta Treviros.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Quoniam illas ſolummodo poſſeſſiones credo in æternum manſuras, quas pro Dei amore aliquis expendeat feliciter, idcirco ego Adalbero Dei gratia præpoſitus ſancti Paulini Trevirenſis, dominus de Ruxheio, de Serico, de Sarburgh, & de Berncaſtel, certiſſima fide credens ſecundum ſcripturam, ſicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſinis redimi poſſe peccata; quia præſens vita ſtatum neſcit præſtare beatum, cum ſit inæqualis, nunc lucida, nunc pluvialis, timens inſtabilitatem loci, & perſonarum attendens mutationes rerum aſſiduas, vitamque hominis non eſſe diuturnam, ignorans quid craſtina dies pariat, illum, qui redditurus eſt unicuique, prout geſſit, ſive bonum, ſive malum, mihi placare deſiderans. Idcirco Deo, cui omnia debentur, pro animabus parentum meorum, & pro peccatis meis maximis, quibus Deum ultionum, perſonas eccleſiaſticas, (a) monaſteria nimis graviter offendi, curtes

N O T Æ.

(a) *Monaſteria nimis graviter offendi, curtes ipſorum deſtruendo & deprædando bona ipſorum.*] Conf. Cartam ejuſdem Adalberonis de anno 1037. & ibi not. A.

CCXXXI.

tes ipſorum deſtruendo, & deprædando bona ipſorum, aliquid de meis proprietatibus, quas ipſo jubente Deo habere juſſus ſum, offerre diſponens ſanus & incolumis, quia ſatis Deo carum non eſt, qui illi hoc dat, quo ipſe perfrui non poteſt, trado ac tradidi, lego & legavi villas meas Nenmche, * Palecte, Dilmere, & Helefelt. Item villas meas proprias Hintre, Balderingen, Lampaden, & ea attinentia, & curtem meam * Bermeroth, beatis patronis, & dominis meis Euchario, Valerio, & Materno cum paſcuis ovium & pecorum, in terminis villarum prædictarum * Wiltinck videlicet, & Emmelde; quæ paſcua prædicta venerabilis abbas Bertolfus S. Eucharii mihi ſupplicavit in præſentia S. Patris, & domini Popponis archiepiſcopi Trevirenſis, ut eas ſpecificarem, & expedirem in terminis prædictarum villarum, Wiltinck videlicet, & Emmelde; ego vero dictus præpoſitus, Deum habens præ oculis & juſtitiam, curtem abbatis ſæpe dictam expedivi in hunc modum.

* Paltzeln.

* hodie *Benrod.*

* Wiltingen.

Paſcua curtis prædictæ Bermeroth extenduntur in terminis illorum de Wiltinck usque ad magnam ſylvam illorum de Wiltinck, & ad arborem, quæ vulgariter dicitur Melbaum. Item paſcua curtis ſæpe dictæ, in terminis illorum de Emmelde, extenduntur usque ad rivulum, qui deſcendit de monte Pillinck, & de monte Buyſiris, juxta vineas eorum de Emmelde, mediante cenſu, quem curia prædicta foreſtariis, & villicis de Wiltinck & Emmelde paſtoribus, & villico ab antiquo ſolebat perſolvi, in ſignum perpetuæ poſſeſſionis paſcuorum prædictorum. Item jura, & exactiones venationum, quas ego, & anteceſſores mei apud prædictas villas habere videbantur, Wiltinck videlicet, & Emmelde, pro paſcuis prædictis, & propter ſuffragia beatorum Eucharii, Valerii & Materni (*b*) werpivi, & afeſtucavi, ad petitionem abbatis prædicti Bertolfi. (*b*)

Ut autem hæc donatio ſive legatum, ſive collatio a me facta robur habeat perpetuæ firmitatis, & inconvulſa omni ævo & tempore valeat permanere, ſigillum reverendi patris ac domini noſtri Popponis, Dei gratia Trevirorum archiepiſcopi, ad meam ſupplicationem, & humilem petitionem præſentibus una cum ſigillo meo eſt appenſum.

Et nos Poppo Dei gratia Trevirenſis archiepiſcopus jam dictus, ad rogationem, & petitionem venerabilis viri Adalberonis præpoſiti S. Paulini Trevirenſis, ſigillum noſtrum dignum duximus apponendum præſentibus, & appoſuimus in teſtimonium veritatis. Acta autem hæc donatio ſolemniter in eccleſia Trevirenſi præſente venerabili domino Poppone archiepiſcopo Trevirenſi, (*c*) Theodorico epiſcopo Metenſi ſecundo, Bertolfo abbate prædicti monaſterii, Godefrido duce, Gerhardo comite, Bertolfo comite, Friderico comite, ejusque fratribus Sigilberto, & Theodorico, Hermanno comite, & duobus Arnolfis, uno de Salmana, altero de Negelbach, & multis aliis prælatis, clericis, & laicis. Anno Dominicæ Incarnationis MXXXVI. indict. III. Conrado ſereniſſimo imperatore imperante, epiſcopatus autem domini Popponis archiepiſcopi Trevirenſis XX. (*c*)

CCXXXII. DO-

N O T Æ.

(*b*) *Werpivi, & afeſtucavi.*] Hiſce ſignificatur rei abdicatio, & traditio alteri facta; qui enim rei dominium in alium transferebat, aut illius juri renuntiabat, feſtucam, ſeu ſtipulam poſſeſſori tradebat in ſignum dominii tranſlati; vel eam in terram projiciebat, tanquam re, quam in alium transferebat, ſe exueret. Vid. Du Freſne *in Gloſſar. Verb. Feſtuca.* & *Verb. Guerpire.*

(*c*) *Theodorico Epiſcopo Metenſi.*] Fratre Adalberonis Præpoſiti. Ambo erant filii Sigefridi primi Comitis Luxemburgenſis.

CCXXXII.

1037. 12. Junii.

Donatio altera villæ Momendorff facta Abbatiæ S. Matthiæ Trev. per Adelbertum Marchionem Lotharingiæ & Juditam uxorem ejus.

Calmet. *Hiſtoire de Lorraine Tom. I. in prob. p. 405.* (a)

IN nomine Domini, amen. Mortalium facta, ne ſimul cum memoria hominum fragili labantur, ſcripturæ apicibus ſolent perennari. Nos igitur (a) Adelbertus marchio Lotharingiæ, & Judita uxor mea, univerſis, tam præſentibus, quam futuris, has literas viſuris, ſeu legi audituris, volumus eſſe notum, quod ſancti David prophetæ verbis incitati & moti, dicentis: Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria; noſtrorum parentum veſtigia imitari volentes, qui ob cæleſtis regis gratiæ obtentum de terrenis facultatibus ſibi commiſſis, divinitusque indultis, eccleſiæ plurima contulerunt, ſaluti noſtræ ſimiliter conſulere cupientes, aliquid in gazophilacium Domini cum vidua paupere mittere ſtudentes, famulantibus in domo Domini ſubſcripta decrevimus conferre. Quapropter ob reverentiam ſanctorum Mathiæ apoſtoli, Eucharii, Valerii, & Materni, diſcipulorum Domini noſtri Jeſu Chriſti, vivi & ſani mente & corpore communi manu, voluntate libera, ſine omni hæſitationis contradictione, villam noſtram Mamendorff cum eccleſiis, decimis, curtibus, ædificiis, familiis, mancipiis utriusque ſexus, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, venationibus, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, in flumine (quod ibidem tranſit a loco, ubi duo fontes oriuntur, ſupra villam Selewiggen, quorum fontium unus dicitur Oppenburnen, alius Milburnen, ut nullus in confluxu eorundem fontium aliquod ædificium conſtruere præſumat ſine abbatis & conventus conſenſu usque ad locum illum, ubi dictorum fontium confluxus fluit in magnum flumen Sare) viis, viis & inviis, exitibus & reditibus, terris cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, ac cum univerſis appendiciis & adjacentiis ſuis, monaſterio prædictorum ſanctorum, extra muros Trevirenſes ſito, confeſrimus, tradimus, & donamus manu communi, per præſentes inter vivos, perpetuo tenendam, quiete & poſſidendam; volentes, & ſtabili teſtamento confirmantes, ut nullus archiepiſcoporum, epiſcoporum, ducum, comitum, nepotum ſeu hæredum noſtrorum in villa prædicta ſeu ejus attinentiis ſuperius expreſſis, ſibi aliquod jus in gravamen & præjudicium monaſterii præfati poſſit uſurpare, aut de cætero valear vendicare. Præterea decimam noſtram in Wijs cum omni jure & attinentiis ſuis; item decimas villarum noſtrarum, videlicet Devechingen, Beringen, Gundelvingen, Bettingen, Selvingen, Gerlevingen cum omni jure & attinentiis ſuis; item decimam in Betersdorff cum omni jure & attinentiis ſuis; item villam Wegingen cum decima ibidem; item villam noſtram Weiskirch cum decima ibidem & cum omni jure & attinentiis ſuis; item curtes noſtras in Couſe & Berencaſtell ſuper Moſellam, cum omni allodio & jure ad ipſas pertinente; item villas noſtras Munſerville, Lœncamp, cum omni jure & attinentiis ſuis, ſimiliter donamus monaſterio ſanctorum prædictorum Mathiæ apoſtoli, Eucharii, Valerii & Materni pontificum, diſcipulorum Domini noſtri Jeſu Chriſti, nulla uſurpatione de cætero ab aliquibus perſonis, cujuscunque conditionis exiſtant, exceptis perſonis in monaſterio prædicto degentibus, aliquatenus occupandas. Volumus inſuper, ut anniverſarium noſtrum & parentum noſtrorum in monaſterio jam dicto perpetuo ſolemniter peragatur. Siquis igitur violentia, aut fraude aliqua ſupradicta monaſterio memorato a nobis

NOTÆ.

(a) *Adelbertus Marchio Lotharingiæ.*] Refert Calmet *Hiſt. Lotharing. Tom. I. Lib. XIX. n. 64. Col. 1009.* ſe in Archivo Abbatiæ S. Mathiæ vidiſſe bina præſentis confirmationis originalia inſtrumenta, in hoc ſolo ſibi diſſimilia, quòd in altero uno habeatur: *Nos Adelbertus Marchio Lotharingiæ, & Judittha uxor mea.* In altero: *Adelbertus Dux & Marchio Lotharingiæ, & Judittha uxor mea Duciſſa & Marchioniſſa.* Quo etiam titulo inſignitur Adelbero in Carta Adelberonis Præpoſiti, qua hoc anno Monaſterio S. Mathiæ donat Nennich, Falten &c. Sed per pro-

CCXXXII.

nobis collata auferre præſumpſerit, divinam ſentiet vindictam, & pro illicito & temerario auſu auri libras centum ad viſcum regium componat, irrita tamen manente iſtarum rerum eccleſiaſticarum alienatione. Facta autem eſt hæc donatio ſolemniter in ſynodo ſancta venerabilis S. Popponis archiepiſcopi Trevirenſis, præſente ipſo archiepiſcopo Poppone, Theodorico epiſcopo Metenſi ſecundo, & Bertolpho abbate prædicti monaſterii, & multis aliis prælatis, clericis & laicis. Regnante ſereniſſimo Conrado imp. IV. idus Junii pontificatus autem domini Benedicti * VIII. papæ anno* II. In cujus rei memoriam & robur præſentibus duximus appendenda (*b*) ſigilla noſtra. Datum anno Domini MXXXVII. in eccleſia Trevirenſi menſe Junio.

* IX, * V. (*b*)

NOTÆ.

proleпſin Adelberonem Lotharingiæ Ducem vocari rectè monet Brovverus *Annal. Trev. Lib. XI. n.* 61. Wippo *in Vita Conradi Salici p.* 425. cum *Comitem* appellat.

(*b*) *Sigilla noſtra.*] Sigillum deſcribit Calmet *Hiſt. Lothar. Lib. XIX. n.* 64. cujus hæc Epigraphe: *S. Alberti Marchionis & Ducis Lothar.* Contraſigilli verò; *Sigillum ſecretum Marchionis Ducis*.

CCXXXIII.

ADELBERO
PRÆPOSITUS S. PAULINI
donat Abbatiæ S. Matthiæ villas Nennich, Falſen, Dilmar & Helifeld. (*a*)

1037. (*a*)

Calmet. *Hiſt. de Lorraine Tom. I. in prob. p.* 415.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Nos Adelbero Dei gratia præpoſitus S. Paulini Trevirenſis, univerſis, tam præſentibus, quam poſteris, hoc ſcriptum viſuris, volumus eſſe notum, quod nos aliquid cum vidua paupere in gazophilacium mittere cupientes, corpore incolumi, ſanaque mente, ſalubri deliberatione præhabita, villas allodii noſtri, Nennich, Falſen, Dilmar, & Helifeld, cum eccleſiis, curtibus, ædificiis, familiis, mancipiis utriusque ſexus, decimis, vineis, campis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, aquis, aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, vicis & villis, viis & inviis, exitibus & reditibus, cultis & incultis, quæſitis & inquirendis, mobilibus & immobilibus, cum univerſis appendiciis & adjacentiis ſuis, monaſterio S.Mathiæ apoſtoli, ſanctorumque Eucharii, Valerii & Materni extra muros Trevirenſes, legamus

NOTÆ.

(*a*) Hæc donatio, ſicut illa, quam anno ſuperiori huic monaſterio fecit Præpoſitus Adelbero, fructus ſunt pœnitentiæ, quam ſub finem vitæ egit pro tot direptionibus, eccleſiis in vegetiori ætate illatis. Rem ſic narrant Geſta Trevirorum *Cap. XLVI. Quo* (Ludolpho Treviris) *pontificante præfuit in Monaſterio S. Paulini Præpoſitus nomine Adelbero de Lutzelenburg ortus, vir potens & dives, habens caſtella hæc: Sarburc, Berencaſtel & Rutich; qui inito cum Lutholdo Archiepiſcopo pravo conſilio, Eccleſiam S. Simphoriani, quæ Abbatibus S. Martini ſubjacebat, partim vi, partim dolo ſibi vendicat, Epiſcopo, proh dolor! ſibi conſentiente, & deinceps eam S. Paulino retinuit. Lutholdo autem defuncto, ea fiducia, quod ſoror ſua Henrico Claudo imperatori nupta fuerat, Epiſcopatum invaſit, milites in ſua ſacramenta jurare coëgit, palatium, quod ſitum eſt in urbe, occupavit; pontem quoque Moſellæ turribus munivit. Heinricus autem imperator Megingaudo Epiſcopatum dedit, Præpoſito Eccleſiæ Moguntiæ; qui cum potentia Adelberonis reſiſtere pararet, LX. manſos de rebus S. Martini* (Materni) *Navengero* (Ravengero de Madelbere) *& Udalberto de Scalle* (Stalle) *in beneficium dedit, nec tamen prævaluit. Tunc Heinricus Imp. cum exercitu Treberim venit, & palatium obſedit a Dominica poſt Albas uſque ad Kal. Septembris.* . . . . *Cæſar ergo, cum nequaquam proficeretur, in ejus expugnatione ad Kal. Septembris profectus, pontem dejici juſſit, quem cuſtodia Adelberonis obtinuerant. Et Megingaudo Epiſcopatum confirmavit, qui uſque ad finem vitæ ſuæ*

CCXXXIII.

mus & donamus, contulimus & conferimus per præſentes; volentes, eligentes & confirmantes, ut abbas & conventus monaſterii prædicti in villis jam dictis, eo jure, quo nos gaudebamus, nullo ſucceſſorum noſtrorum contradicente aut impediente, perpetuo valeant gaudere. Hoc dontaxat excepto, ut quælibet domus dictarum villarum uno die ſingulis annis unius viri labore pro caſtro noſtro Sarburg laborare tenebitur, & tenetur, ad edictum illius, qui ipſum caſtrum tunc temporis, pro tempore, titulo poſſederit juſto: adjicientes, ut ſiquæ domus dictarum villarum, aut omnes, hujusmodi laborem redimere voluerint, vel decreverint, obulo Trevirenſi bono & legali ſingulæ domus ſingulis annis redimere valebunt, ac deinceps anno illo ab omni exactione & ſervitute, quantum ad prædictum caſtrum Sarburg, liberæ manebunt, & abſolutæ. Amplius in gazophilacium Domini mittere decernentes villas noſtras Hempteren, Lamperdem, Baldcringen, eodem jure cum omnibus earum attinentiis & petinentiis, & conditionibus ſuperius expreſſis, monaſterio prædicto dedimus, donamus, legavimus, & legamus ſimiliter per præſentes: conſentientes & ſtabili teſtamento confirmantes, ut nullus hæredum ſeu ſucceſſorum noſtrorum in villis prædictis, aut ipſarum attinentiis vel pertinentiis, aliquid juris vel aliquam jurisdictionem ſibi valeat uſurpare, aut vendicare præſumat; hoc ſolum excepto, quod quælibet domus villarum prædictarum, viduis exclusis, dimidium maltrum avenæ ad caſtrum noſtrum Sarburg prædictum ſingulis annis dare tenetur. Ratione cujus nos, & ſucceſſores noſtri in caſtro prædicto easdem villas ab omnibus ſibi violentiam aut injuriam facientibus defenſare tenebimur & tenemur. Abbas vero & conventus monaſterii prædicti, omnia quæ ſibi placuerint, Dei timorem præ oculis habentes, in villis prædictis facere, ordinare & exercere poſſunt, & debebunt. Volumus inſuper, ut añiverſarium noſtrum, & parentum noſtrorum in monaſterio prædicto ſolemniter peragatur. Siquis igitur violentia, aut fraude qualibec ſupradicta monaſterio ſupra memorato a nobis collata auferre præſumpſerit, divinam ſentiet vindictam, & pro illicito ac temerario auſu auri centum libras ad fiſcum regium componat, irrita tamen manente iſtarum rerum eccleſiaſticarum alienatione. Facta eſt autem hæc donatio ſolenniter anno Domini MXXXVII. præſente venerabili patre & domno Poppone archiepiſcopo Trevirorum, in majori eccleſia, & Bertulpho abbate prædicti monaſterii, & multis aliis prælatis, clericis & laicis. Regnante (*b*) ſereniſſimo imperatore Conrado nepote noſtro; pontificatus, autem D. Benedicti papæ octavi anno III. In cujus rei teſtimonium & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum ſigillo noſtro; nec non (*c*) Adelberti avunculi noſtri marchionis & ducis Lotharingiæ & Judithæ amitæ noſtræ uxoris ſuæ, ſigillis muniri fecimus.

CCXXXIV. POP-

N O T Æ.

in Caſtello Confluentia Epiſcopatum adminiſtravit, Adelberone ſupradicto invaſore maximam Epiſcopii familiam retinente. Tandem circa finem Megingaudi, gravi infirmitate depreſſus, omnia Megingaudo reddidit, ſed palatium ſibi retinuit. Obeunte Megingaudo, Heinricus Imp. Popponem, in Regensburgk educatum, ad offenſam Adelberonis Præſulem conſtituit, ita dicens: Talem virum debeo dirigere, qui tua veſania ſufficiat reſiſtere. Igitur Adelbero tandem ſera pænitentia tactus, nec valens vires Poponis ſufferre, ſupplex eidem factus, palatium & ſua Caſtella, & omnia ſua contradidit, & dein in Monaſterio S. Paulini usque ad finem vitæ permanſit.

(*b*) *Sereniſſimo Imperatore Conrado nepote noſtro.*] Conradus Salicus erat filius Adelheidis ſeu Albertæ, ſororis Adelberti Ducis, Marchionis, ſeu Comitis Lotharingiæ, cujus hîc damus Cartam donationis, ſeu potiùs confirmationis de villa Momendorff, 10. Junii hoc anno Monaſterio S. Mathiæ factæ. Wippo *in Vita Conradi p.* 425. *Majoris Chunonis* (id eſt Conradi Imp.) *mater Adelberta* (*vel Adelbera vel Adelheyda*) *ex nobiliſſima gente Lotharingorum oriunda* (fuit). *Quæ Adelhayta ſoror erat Comitum Gerardi & Adelberti, qui ſemper cum Regibus & Ducibus confligentes, ad extremum cauſa propinqui ſui Conradi Regis vix adquieſcebant.* Conf. Hahn *Hiſt. Imp. Tom. II. Cap. VII.* §. 1. *in not. Lit. b.*

(*c*) *Adelberti avunculi noſtri Marchionis & Ducis Lotharingiæ & Juditha amitæ noſtræ.*] Adalbero Præpoſitus erat filius Sigefridi (& non Giſelberti, uti perperam Brovverus *Annal. Lib. XI. n.* 64.) primi Luxemburgenſium Comitis, cui ſoror Guditha, huic verò maritus Adelbertus, de quibus hîc; ſuntque ij ipſi, qui Abbatiæ S. Mathiæ Momendorff donaverunt. Vid. Calmet *Hiſt. Lotharing. Tom. I. Lib. XIX. n.* 64.

CCXXXIV.

Circa 1038.

POPPO ARCHIEP. TREV.

petit a Romano Pontifice Epiſcopum Suffraganeum; & B. Simeonem ſanctum declarari.

Geſta Trevir.

Reverendiſſimo patri patrum, gratia & nomine Benedicto, Poppo, licet indignus, divina tamen largiente clementia ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ miniſter, cum totius affectus dilectione debitam ſubjectionem. Superiore tempore, cum annuente venerandæ memoriæ D. Joanne in hac ſancta ſede apoſtolica prædeceſſore veſtro, amore viſionis ſepulchri hominis Dei Jeſu Chriſti, peregre profectus fuiſſem, in regione noſtra pravorum hominum ſupercrevit iniquitas, ita ut nec adhuc manus ab incepta poſſint retrahere nequitia, omnia per circuitum diripientes & devaſtantes, (*a*) ſuper quo ſæpiſſime deprecatus faciem domini mei regis, quatenus manum mihi porrigeret ſuæ animadverſionis, nihilque profeci, ſæpe etiam ſupra nominato prædeceſſori veſtro pro eodem ſupplicavi, nec quidquam usque huc conſolationis impetravi. Quam ob rem deſidero, ut vel nunc ſolatietur mihi Deo amabilis paternitas veſtra, mittatque virum de honoratioribus veſtris ac prudentioribus, qui mihi in neceſſitatibus meis conſilio ſimul & auxilio ſuffragetur; auxilietur, dico, de adverſis, conſilietur autem de his, quæ latere non credo ſanctitati veſtræ. At vero ſi hactenus vos latuerunt, jam nunc obſecro, uti benignum literis meis accommodare velitis auditum. Vir quidam vitæ ſanctitate laudabilis apud nos diebus iſtis ex hac luce migravit, quem ſi ſignis & virtutibus, quæ per eum Dominus operatur, credere debeamus, procul dubio eum cum ſanctis æternæ beatitudinis habere conſortium non dubitamus; ſed non tam ſigna, quæ fidelibus & infidelibus communia ſunt, quam fidei virtus, qua fideles ab infidelibus ſequeſtrati ſunt, qua ipſe cum adhuc in corpore maneret, plurimum viguit, de ejus nos ſanctitate certos reddit, proinde accerſivit nos tam clerus quam populus eccleſiæ noſtræ, obſecrantes uti literis noſtris ad hanc apoſtolicam ſedem, cui vos auctore Deo præſidetis, (*b*) cum illius viri ſancti

N O T Æ.

(*a*) *Super quo ſæpiſſime deprecatus faciem Domini mei Regis.... ſæpe etiam ſupra nominato prædeceſſori veſtro pro eodem ſupplicavi.*] Sedit Joannes XIX. hujus Benedicti IX. PP. deceſſor ac patruus ab anno 1024. ad 1033., imperante Conrado II., ad quem ſe quoque fruſtra confugiſſe Poppo ſcribit. Interim omnia per Archidiœceſin direptionis plena & triſtia erant, præſertim ab iis, qui Adalberonis Præpoſiti Paulmiani, Epiſcopalem ſedem affectantis, partes ſectabantur. Has turbas ſic deſcribit Autor Vitæ B. Meinvverci *Cap. X.* in Act. SS. Antvverp. Menſis Junii *Tom. I. p.* 534. *Lit. B. Poppo autem Epiſcopatum adeptus, Berencasdel caſtellum à prædonibus Athelberonis defenſum, deſtruxit; & aliud caſtellum cujusdam tyranni Athelberti, quod dicitur Siſitra, ad terram ſimiliter dejecit. Qui videlicet Athelbertus caſtellum, Treveris quandam in honore S. Crucis conſtructum, poſſidebat; unde frequenter cum multitudine militum erumpens ad Curiam Epiſcopi, quidquid ibi ad ejus obſequium parabatur, violenter auferens, abducebat. Cujus rei ignominia confuſus Epiſcopus, videlicet, quod hoſtem quotidianum ſibi tam proximum ob munitionem caſtelli non poſſet debellare, multis ad amicos ſuos habitis querimoniis, ad hujuscemodi infamiam depellendam conſilium & auxilium cœpit inquirere.* Add. Tabulas immediatè præcedentes & ibi *Not.* 4.

(*b*) *Cum illius viri ſancti vita & miraculis miſſis.*] Scriptorem hujus vitæ & miraculorum fuiſſe Ebervinum, nemo dubitat. De eo autem controvertitur, cujus loci fuerit Ebervinus, an Theologienſis Abbas, an S. Martini Treviris? primum aſſerit Brovverus *Ann. Trev. Lib. XI. n.* 21. Nobis aliud videtur. ut ut aliàs conſtet, Abbatem Theologienſem Ebervinum anno 1023. Seligenſtadienſi concilio interfuiſſe, virum eâ tempeſtate celebrem. Etenim acta divi Simeonis, quæ extant Treviris in ejusdem ſancti baſilica, anno 1088. hunc titulum præferunt: *Præfatio Ebervvini Abbatis cœnobii S. Martini Trev. in vitam S. Simeonis.* Similem ferè titulum habent alia ejusdem D. Simeonis acta in codice perantiquo cœnobii D. Martini Treviris; quibus ſic ſcriptum: *Præfatio Eberuvini Abbatis S. Martini Archiepiſcopi Trevirenſis in vitam S. Simeonis Confeſſoris.* Deinde monumentis ejusdem Abbatiæ S. Martini traditur, Ebervinum, qui de S. Simeone ſcripſit, fuiſſe ejusdem cœnobii Abbatem. Conſtat etiam, præſediſſe hac tempeſtate eidem Monaſterio Ebervinum, & ſcripſiſſe res à divo Magnerico geſtas eſſe complexum, quas actis ſuis inſeruere Hagiographi Antvverpienſes ad diem 25. Julii,

CCXXXIV.

ſſi vita & miraculis miſſis peteremus; quod petitione dignum credimus, quatenus, ſi vobis ita cautum videatur, dato nobis veſtri apoſtolatus decreto, nomen ejus liceat eum ſanctorum nominibus conſcribi, cæterique honores ſanctis debiti ipſi impendi. Itaque quid ſolatii, quid conſilii ſuper alleviatione anguſtiarum mearum hinc & inde obortarum prudentia veſtra mihi inemundum decreverit, ſine longa temporis dilatione dignemini inſinuare. Honor veſter & meritum apud Deum ſemper & homines augeantur. (c) (c)

N O T Æ.

opus ſtylo ſimillimum actis D. Simeonis. Ad hæc in actis D. Richardi Abbatis cœnobii S. Vitoni Virduni, quæ ediderunt Antvverpienſes ad diem 14. Junii, proditur Richardus ſocium habuiſſe Hieroſolymitani itineris *Eurinum*, ſeu Eberuinum Abbatem *Trevirenſem*, non Theologenſem. En ejus verba: *Comitatui ejus adhærentibus religioſis quam plurimis utriuſque ordinis viris, inter quos vitæ venerabilis Abbas Eurinus à Treviris, illius ſanctitatis familiaritate illectus efficitur ei comes individuus.* Atqui is idem eſt, qui librum de vita D. Simeonis edidit. Ipſe denique Ebervinus in actis D. Simeonis ſe non Theologii, ſed Treviris habitaſſe, ſatis indicat; præſertim cum mortem viri ſancti (mortuus autem eſt Treviris in turri) ita deſcribit: *Clericus* (Gozilo) *in feria quinta illum viſitat: famulus Dei nullum reſponſum dat; ſed tamen de manu ejus potum ſuſcipit, ſeque in lectum recolligit. In die octava, dum reviſit illum, valde diluculo in extremis reperit, mihique notum facit. Concitus cucurri, infirmus toto corpore, & maxime debilis pedum invalitudine, quaſi janus aſcendi ſine dolore.* Narrat deinde, ut morienti adfuerit. At ſi Theologii degeret, uno ſcilicet die moneri, & æger pedibus Treviros usque excurrere potuiſſet?

(c) Ut hanc Popponis epiſtolam non cum Brovvero ad annum 1042. ſed aliquot annis citiùs referremus, movit ſequens reflexio Papebrochii in Act. SS. menſis Junij *Tom. I. p. 96. Lit. D.* ubi „ Erat, inquit, Benedictus, cum anno MXXXIII. „ contra jus fasque ordinaretur, puer annorum „ circiter duodecim, ùt ſcribit Rudolphus Gla„ ber, haud facilè hoc in puncto reſorabilis, uti „ ſuo loco oſtendi, & usque ad annum MXLV. „ quo Gregorio VI. Pontificatum ceſſit, ſemper „ luxuriis inquinatum eum fuiſſe, queritur „ S. Petrus Damiani; neque hæc latere Popponem „ poterant. Vide tamen, quomodo perſonam „ Chriſti, in ejus tam indigno Vicario, ſanctus „ Archiepiſcopus veneretur. Ille, cum epiſtola „ ſcribebatur, fortaſſis annum occiduoi vigeſimum „ attigerat; nec enim in tanta Romanæ Curiæ „ corruptione citò res expedita eſt; ſed *crebris „ nuntiorum indiciis, crebriſque litterarum „ characteribus* actam cauſam, ſignificat Bulla an„ no MXLII. expedita; ut inter prænotatam Epi„ ſtolam & Reſponſum Benedicti facilè potuerit „ effluxiſſe triennium aut quadriennium.

CCXXXV.

1039. 13. Sept. **Donatio & Confirmatio Comitatus de Marivelis, Eccleſiæ Trevirenſi, per Henricum III. Imp.**

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente elementia rex. Si loca divino cultui mancipata aliquibus rebus ſublimare ſtuduerimus, hoc quoque ad præſentis vitæ ſtatum & ad eternam requiem promerendam, nobis profuturum eſſe, minime ambigimus. Unde Dei noſtrique fidelium, præſentium ſcilicet ac futurorum, univerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos ob interventum dilectiſſime matris noſtre Cysle, videlicet imperatricis auguſte, fideli noſtro Bopponi archiepiſcopo, ſanctæque, cui ipſe, Deo donante, preſidet, Trevirenſi eccleſie, (a) comitatum, Marvelis nominatum, in pago Einrieha ſitum, (a) cum

N O T A.

(a) *Comitatum Marvelis nominatum in pago Einricha.*] Brovverus *Annal. Lib. XI. ad h. an. p.* 119. ſitum hujus Comitatûs determinare non poteſt; veſtigia tamen ejus quærit in *Mereberg* vel *Mare*, dominio Comitibus Naſſoviciis, tanquam Advocatis Eccleſiæ Cambergenſis, appertinente. Auctori Chron. Gottvvicen. *p.* 586. videtur eſſe *Marienfels* vel *Mirenfels* ad *Mylam* ſupra Naſſoviam. Nos pagum *Einriche*, cujus Comitatûs hic noſter pars eſt, curatè deſignavimus Diſſertatione ſeculo VII. præmiſſâ §. 24. Ego fundos, ad ipſum hunc Trevirenſis Eccleſiæ Comitatum pertinentes, deſcriptos invenio apud Kopp *Tract. de Inſigni differentia inter S. R. I. Comites & Nobil. immed. Sect. I.* §. 25. *p.* 152. ex literis reverſalibus Gerlaci Dom. de Iſenburg de an. 1337.

CCXXXV.

cum omni ſua integritate & omnibus pertinentiis, cum quibus felicis memorie genitor noſter Conradus, Romanorum ſcilicet imperator auguſtus, ſibi ſuiſque ſucceſſoribus donaverat, nos donamus, & hac noſtri precepti auctoritate hoc confirmamus, eoque tenore, ut predictus archiepiſcopus ſuique ſucceſſores jam ſupraſcriptum comitatum habeant, teneant, commutent, vel quidquid ſibi, ad uſum tamen prenominate eccleſie, placuerit, inde faciant. Et ut hec noſtre confirmationis auctoritas ſtabilius diligentiusque ab omnibus per futura annorum curricula obſervetur, hoc preceptum inde conſcriptum manu propria confirmantes & corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione inferius inſigniri juſſimus. Signum domini Henrici III. regis invictiſſimi. * Theodericus cancellarius vice * Bardonis archicapellani recognovit. Data idus Septembris, Indictione VII. anno dominice Incarnationis MXXXIX, anno autem domini Henrici III. ordinationis XII, regni vero I. Actum Botfelden feliciter, amen.

* Ep. Conſtantienſis.

* Archiep. Moguntin.

N O T A.

1317. in quibus feuda Trevirenſia ſic referuntur: Die Graffſchafft von dem Ewriche mit denen Mannen und der Herrſchafft/ als ſie von Alters zu der Herrſchafft von Jſenburg gehöret/ derſelben Graffſchafft wir ein rechter Erbe ſeyn/ und darauf wir/ noch keiner unſer Eltern oder Vorfahren/ nicht han verziehen/ die rühret auch von dem Stifft zu Trier/ und haben wir ſie auch empfangen zu rechten Lehen.

CCXXXVI.

HENRICUS COMES

1041. **reſtituit curtem Epternacum monaſterio ibidem.**

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia rex. Si ſanctarum eccleſiarum bona ab uſu fratrum ibidem Deo ſervientium aliquo modo alienata reſtituere ſtudemus, nobis & ad propagandum præſentis vitæ ſtatum, & ad æternæ retributionis promerendam mercedem proficere indubitanter ſcimus.

Quapropter omnibus Chriſti noſtriſque fidelibus, tam futuris, quam & præſentibus, perſpicuum eſſe volu-
(a) mus, qualiter (a) Henricus comes divino inſtinctu, noſtræque petitionis conſultu, curtem Epternacum S. Clementis Willibrordi, quam beneficii nomine viſus eſt habere, nos poſt obitum ſui Humberto abbati ejusque ſucceſſoribus, ſcilicet abbatibus, ad uſum fratrum ibidem Deo ſanctoque Clementi Willibrordo famulantium reddere, & per hoc præceptum reſtituere conlaudavit, & quidquid inde ſpecialiter habuit ad ſuum ſervitium, iis exceptis, quæ milites ſui habent in beneficium. Ea videlicet ratione, ut nec ipſe comes Henricus, nec aliquis ſuorum hæredum poteſtatem habeat hanc conlaudationem permutandi, aut inde ſe aliquid intromittendi.

Et ut hæc noſtræ reſtaurationis auctoritas nunc & per ſuccedentium temporum curricula ſtabilis & inconvulſa per-

N O T Æ.

(a) *Henricus Comes.*] Luxemburgenſis ſcilicet, Zyleſio in *Defenſ. S. Maxim. P. I. C.* 3. *Sect. I. p.* 42. & aliis dictus *Henricus Junior*, Advocatus S. Maximini, Sigefridi, primi Comitis Luxemburgenſis, nepos; Friderici, ſecundi, filius. Obiit circa annum 1046. Ejus ſub *Ducis* titulo fit mentio in diplomate Maximiniano Henrici III. Imp. de anno 1056. *infrà*.

CCXXXVI.

permaneat, hoc noſtræ dominationis præceptum inde conſcribi manu propria, ut ſubtus videtur, corroborantes ac ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum domini Henrici tertii regis inviĉtiſſimi. Eberhardus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi. Data VII. kalend. Febr. indict. IX. anno Domini MXLI. anno autem Henrici tertii ordinationis ejus XIII. regni vero II. Actum Aquisgrani palatio feliciter amen.

CCXXXVII.

BENEDICTUS IX.

1042. mittit Popponi adjutorem in Pontificalibus, quem petierat; & B. Simeoni honores Sanctorum decernit.

Geſta Trevir.

Benedictus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Popponi non tam ſuis meritis, quam divino cariſmate Trevirorum archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sumptis reverentie veſtre literis, & lectis, atque relectis, in imo corde earum vim repoſuimus, ut vobis petentibus deſiderata concederemus; nam illius regulam magiſtri nos oportet, in quantum poſſumus, imitari, qui ſe bene petentibus, non eſt obſtinatus; ſe in veritate querentibus, non eſt prolongatus; nec ad fores ſuas perſeveranter pulſantibus, ad aperiendum retardatur. At nos, licet tardius, quam cupivimus, ad ſonum tamen pagine veſtre, ut debemus, pro affectu reſpondemus, neque enim facimus, quod volumus, cum volumus, ſed cum divinitus, ut faciamus, accipimus, queque ſuis temporibus ſuperna diſpoſitio coaptavit. Quod igitur meminiſtis, ſedem apoſtolicam, cui ex divina dignatione preſidemus, totius eccleſiaſtice paſtoralitatis eſſe refugium, ut votis veſtris ad eam confugientibus annueremus meritis amplexibus, hec ipſa verba donavimus, quippe cum ſit origo & fundamentum eccleſiarum, Domino confeſſionem Petri taliter compenſante: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram edificabo eccleſiam meam. Dignum plane videtur, ut omnis Chriſtiana fidelitas ad eam concurſum habeat, & ipſe omnibus manum ſolatii porrigat. Vobis vero in congreſſu poſitis ad iniquitates pravorum hominum debellandas, ac ſpeciali gladio puniendas, quem in rebus divinitus vobis commiſſe vicis coadjutorem preſulem a nobis popoſcitis, eum dirigimus. (a) Quem quidem & honeſtas morum, ſicut nomine indicat, & ſagax animi pulchritudo decorat, quem huic negotio aptiſſimum cenſuimus, quem Dei fidelem, & prudentem ſervum cognovimus, cui & aſtutia ſerpentis, & columbe ſimplicitas; de cujus quodammodo labiis fluunt mella, pro captu audientium celeſtis ambroſie plena; quem a corpore noſtro velut dexterum ſeparavimus brachium, imprecantes ei ſalutem & gaudium. Dirigimus ergo illum, ut ſolatietur vobis in neceſſitatibus veſtris, (b) tam ſcilicet in opere (a) (b)

N O T Æ.

(a) *Quem quidem & honeſtas morum, ſicut nomen indicat &c.*] Quod fuerit viri hujus, ad ſuffraganeum Trevirenſi Archiepiſcopo à ſummo Pontifice miſſi, nomen, quæve conditio, nuſquam expreſſum legitur; prudens tamen eſt, & variis fulfulta adminiculis conjectura Papebrochii in Actis SS. menſis Junii *Tom. I. p. 97. Lit. A.* eum fuiſſe *Gratianum Archipresbyterum*, laudatiſſimum virum, qui deinde Benedictum & Silveſtrum de Pontificatu contendentes, ab ejuſdem uſurpatione prudenter deduxit; & Pontifex electus, ipſemet dictus eſt Gregorius VI. Licèt poſtea Pontificatui ceſſerit, quia voluit.

(b) *Tam ſcilicet in opere conſecrationis, quam etiam in unctione confirmationis.*] Sub medium demum ſeculi XIII. Archiepiſcopi & Epiſcopi

CCXXXVII.

opere conſecrationis, quam etiam in unctione confirmationis; & ſiquid in neceſſitatibus aliis, Deo ſavente, valebit, pro libitu veſtre ſancte fraternitatis, ut illum tractare, uti decet, non detrectetis, vel diſſimuletis, nulla, credimus, ammonitione indigetis, cum veſtra benignitas inde ſit profuſior, unde etiam ſanctior. De cetero ad virum illum Simeonem veniendum, quem innumeroſis coruſcantem miraculis, divinis perfolgentem virtutibus, oſtenditis; ex quo liquet, eum in fragili corpore theſaurum bajulaſſe ſpiritualis gratie, ut non ſolum ſibi providerit ad ſalutem, ſed aliis quoque atque aliis ad multiplicem ſanitatem. Quia igitur ad eternam illam ſumme felicitatis perpetuitatem ac celeſte conſortium perveniſſe creditur, ſicut opere ſignorum frequentius panditur; noſtre apoſtolice auctoritatis ſententia, judicium divini arbitri ſecuta, & complurium fratrum noſtrorum aſſenſu ſuffulta, decernit, eundem virum Dei Simeonem poſt hanc ſemper & usque ſanctum debere nominari, ejusque natalem, ſicut & aliorum ſanctorum reverentiſſime ſingulis annis celebrari. Non enim, qui ſe ipſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Dominus commendat, dicit apoſtolus. Glorietur, laudetur, vigeat, placeat, celebretur, ametur, & colatur, nomenque illius martyrologio inſeratur; ipſe intercedat pro peccatis & negligentiis noſtris & commiſſorum nobis apud clementiſſimam divini numinis majeſtatem, ut mirabilia, que viſibiliter exhibet circa infirmorum corpora, in animabus noſtris occulta virtute dignanter exhibeat. Valete.

N O T Æ.

ſcopi Germaniæ ſuffraganeos titulares, eosque ordinarios paulatim aſſumpſerunt; Concilio Lateranenſi, gravibus de cauſis, nuper indulgente, ut ubi publica negotia, valetudo, incurſiones hoſtiles, literarum ac doctrinæ inopia obſtarent, Epiſcopis Adjutorem in partem curarum adſciſcere fas eſſet. Unde Theodoricus II. Archiep. Trev. omnium primus, quantùm quidem conſtat, circa annum 1141. Henricum Oſtienſem Epiſcopum adhibuit ſuffraganeum. Itaque pro re non vulgaris exempli habendum eſt, quòd jam ſeculo XI. Romanus Pontifex Trevirenſi Archipræſuli ſubmiſerit Epiſcopum titularem, qui eum *in opere conſecrationis, & unctione confirmationis, aliisque neceſſitatibus adjuvet.*

CCXXXVIII.

1042. ## Bulla Canonizationis S. Simeonis recluſi Trevirenſis.

Acta SS. Antv. T. I. Junii p. 97.

BEnedictus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, ſacerdoribus, & univerſo clero cunctisque populis tam regni Teutonici, quam etiam quarumcunque nationum vel linguarum, ſalutem cariſſimam cum benedictione apoſtolica. Divinæ majeſtatis inenarrabilis auctoritas ſemper inenarrabilia faciens, ſicut in ſanctis ſuis mirabilis prædicatur, ita & operibus declaratur, dans eis virtutem & fortitudinem curare omnem languorem & omnem infirmitatem. Quod donativum ipſe Deus, ſpiritualium donorum diſtributor & auctor militibus ſuis, quorum non eſt numerus, in hoc etiam mortali corpore, dum in ſeculo degerent, propterea conceſſit; ut & iidem ipſi ſuper ſpe futuræ retributionis habentes S. Spiritus fidele pignus, fiducialius & fortius innitei entur, & gentes, divina myſteria intuentes, omni ſuperſtitione poſtpoſita, ad viam chriſtianæ veritatis ex intimo cordis converterentur; alios vero, quorum ſimiliter incomprehenſibilis eſt multitudo, poſt vincula tantum carnis, his operibus virtutum donavit atque magnificavit; ut corporeis exuviis in ſepulchro poſitis, & membris in cineres ac favillas reſolutis, ſentientibus atque videntibus mirabilia fides inculcaretur, & cumularetur, eos illic feliciter vivere, ubi vera eſt & æterna vita, ad quam nemini accedere licet, niſi vitæ temporalis oblectamenta exoſus, ad illam tota ſemper mentis intentione ſuſpiret, ſi quando mereatur de pe-

CCXXXVIII.

regrinatione ad patriam, de exilio ad poſtliminium revocari. Igitur quoniam crebris nuntiorum indiciis, crebriſque literarum caracteribus, clamor magnus ſtrepensque rumor ex Trevirorum partibus usque Romam ad nos, jamque etiam ulterius pervolavit, eſſe inibi viri cujusdam Symeonis admirabile corpus, ſignis & prodigiis, virtutibus & miraculis radians, ut ſol meridie ſereno aëre; terram ſtrictius oſculati, Dominum benediximus toto corde, tota mente, totis viribus; qui noſtris temporibus dignanter, intra ſanctam ſuum corpus eccleſiam, hoc præcipuum membrum divino lumine accendit, ut ſic lucerna ardens, poſita ſuper candelabrum, quæ luceat omnibus, qui ſunt in domo Domini.
(a) (a) Itaque conventi atque pulſati a cariſſimo fratre noſtro D. Poppone ejusdem Treviris archiepiſcopo, ut, quod nobis viſum fuiſſet de celebratione ejusdem ſanctiſſimi viri, ſalubri definitione noſtræ apoſtolicæ auctoritatis ſtatueremus, atque decerneremus; omnibus, quos in ſalutatione prænotavimus, notum his literis facimus, quid ex ea re cenſuerimus.
(b) Nam (b) collecta Romani noſtri cleri ſplendida fraternitate, cum partus ſacratiſſimæ virginis annuo recurſu per hunc orbem radiaret, concordi deliberatione determinavimus, & alta ſententiæ radice fundavimus, eundem virum Dei Symeonem, quem Dominus commendat atque probat, ſignificatione tantarum virtutum ſanctitatis & gratiæ plenum, ab omnibus populis, tribubus & linguis ſanctum procul dubio eſſe nominandum, ejusque natalem ſingulis annis recurrentem paſſim ſolenniter obſervandum, & ferialiter celebrandum ac venerandum, adinſtar diei feſti: nomen quoque ipſius martyrologio cum * ſociorum nominibus ſuo loco inſerendum. Cui ſententiæ hoc etiam ſubdidimus, ut quisquis hujus noſtræ conſtitutionis temerarius contemptor, & cervicoſus refragator exſtiterit, primo ſe noverit Dominum graviter offendere, deinde ſancti illius patrocinia, imo omnium ſanctorum, quorum contuberino gratulatur, noſtramque de cætero apoſtolicam nullatenus debere benedictionem ſperare; conſervatoribus ea multipliciter donatis, in omnia ſæcula ſæculorum. amen. amen. amen.

* Sic in autographo.

CCXXXIX. POP-

N O T Æ.

(a) *Itaque conventi atque pulſati à cariſſimo fratre noſtro D. Poppone.*] Multis ſæculis ſolâ auctoritate Epiſcopali Canonizatio, ſive relatio in ſanctorum catalogum ſiebat. S. Udalrici Auguſtani Epiſcopi Canonizatio (cujus diploma exſtat in Bullar. Mag. Rom. *Tom. I. pag. 22. edit. Luxemb.*) omnium prima fuiſſe creditur inter eas, quæ è ſede Romana poſtulata & à Joanne XV. PP. anno 993. ſolemniter decreta fuit. Vid. Mabillon. *Tom. IV. Annal. Benedict. Lib. L. n. 77. p. 81.* Hanc verò ſecunda excepit, præſens noſtra S. Simeonis. Papebrochius *Act. Ss. menſis Junii Tom. I. p. 96. Lit. B.*

(b) *Collecta Romani noſtri Cleri ſplendida fraternitate.*] Cùm primitus à Romanis Pontificibus Canonizationes fierent, eas non niſi comprobante generali ſynodo decerni conſueviſſe, tradit Chriſtianus Lupus *Scholiorum Tom. III. p. 569.* uſque dum Eugenius III. primus ſine concilio in ſolo ſuo Conſiſtorio canonizavit S. Henricum Imp. de plenitudine poteſtatis, hac uſus ratione, quòd *Romanæ Eccleſiæ auctoritas ſit omnium Conciliorum fundamentum.* Vid. Bullam Canonizationis *in Bull. M. Rom. l. cit. p. 34.* Ex quo tempore Pontifices ſibi hanc auctoritatem privativè reſervârunt; tandémque generaliter, & ab omnibus Eccleſiis recepta fuit hæc Pontificia reſervatio, potiſſimùm auctoritate cujusdam Decretalis Gregorii IX. in *Cap. 1. X. de Reliq. & venerat. ſanctorum.*

CCXXXIX.

1042. # POPPO

ARCHIEPISCOPUS

dat Collegio S. Simeonis telonium in Confluentia.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Poppo Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus cunctis Chriſti fidelibus notum eſſe volumus tam præſentibus, quam futuris, quod pro remedio animæ noſtræ, & ad ſalutem omnium fidelium,
(a) (a) in porta, quæ apud gentiles Marti conſecrata memoratur, eccleſiam ædificantes in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti & matris ejus glorioſæ & perpetuæ virginis Mariæ, & beati Simeonis, qui ibidem requieſcens innumeras virtutes, & miracula in medium noſtrum operatur, omniumque ſanctorum
(b) conſecravimus, & (b) fratribus ad ſerviendum Deo in eodem loco collectis, præter alios reditus, quos in uſum præbendarum eis contulimus, thelonium, quod a pertranſeuntibus navigio univerſis, & in foro Confluentiæ ſolvitur, acquirentes, & cum omni jure ſuo libere in manu noſtra tenentes imperiali conceſſione, integraliter donavimus, hoc tantum excepto,
(c) quod (c) œconomus epiſcopi in feſto beatæ nativitatis Dominæ noſtræ accipiet medietatem thelonii per unum diem integrum, & duos dimidios, & exceptis tribus ſervitiis inde præpoſito ipſorum fratrum conſtitutis, quæ tres marcas tranſcendere non debent. Volumus etiam, ut prædicti fratres in conſtituendo theloniario, (d) ſicut & (d)
in aliis, ſine præpoſito ſuo liberam habeant electionem, præpoſitus vero inveſtituram. Ut autem hæc noſtra donatio & conſtitutio perpetuam obtineat firmitatem, ſub anathemate concludimus omnes, qui attentaverint ea aliquo ingenio violare, ad majorem vero ſecuritatem vigore noſtri ſigilli & impreſſione muniri fecimus. Actum Confluentiæ in eccleſia ſancti Caſtoris anno Dominicæ Incarnationis MXLII. indictione decima. Hujus facti teſtes ſunt hi: ſcilicet Geraldus comes, Bernardus de Wirnenburg, Gerlach, & Renneboit, Udelbret de Stalle, Adalbero de Madelberg, Egilbret, Hacko, Bertolt, Ludolff, Gerolt, Henrich, Raitwin, Ditmar, Lutzzo, Engelbret, Harman, Eplin, Berolt, Benno, Günter, Adelbrech. præterea clerus & populus Confluentinus.

CCXL. POP-

NOTÆ.

(a) *In porta, quæ apud Gentiles Marti conſecrata memoratur.*] Hujus portæ meminimus Diſſertatione hujus operis primâ §. 11. De ea pluribus Brovverus & Maſenius *Annal. Trev. Tom. I. p. 46. & 98.*

(b) *Fratribus ad ſerviendum Deo in eodem loco collectis.*] In memoratam Martis portam, jam ante Popponis tempora in templum S. Michaelis converſam, Poppo Canonicorum Collegium ſub invocatione S. Simeonis introduxit, hodieque titulis omnibus, quæ Collegiatam Eccleſiam *inſignem* reddere valeant, florens.

(c) *Œconomus Epiſcopi.*] Talem Confluentiæ habere conveniebat, poſtquam Henricus II. Imp. Archiepiſcopo anno 1018. Curtem, ſeu Fiſcum Regium Confluentinum donaverat, unà cum teloneo, de quo hic agitur. Conf. Diſſert. huic ſæculo præfixam §. 5.

(d) *Sicut & in aliis ſine Præpoſito ſuo.*] Nec hodie Præpoſitus ſeſſionem aut votum in Capitulo habet.

CCXL.

POPPO ARCHIEPISCOPUS

104-
9. Aprilis.

Curtem Hönningen acquirit in utilitatem Canonicorum S. Simeonis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Poppo Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus notum facio omnibus meis fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, quod quædam vidua, Gerbirch vocata, ſub ſigno chriſtianæ fidei venturam vitam, ſicut debuit, inſpexerat, & pro remedio ipſius animæ, nec non præſentis ſæculi commoditate, ſancto Petro Trevirenſi prædium ſuæ proprietatis, videlicet * Hoinga nominatum, abſque omni contradictione legaverat, inveſtiverat, atque firmiſſima juris, legumque aſtipulatione confirmaverat. Contra talem benevolentiam talisque dilectionis manantiam Hoinga, excepte Turri, & quod terrali circumdatum eſt, cum vinea, quæ ibidem jacet, totum aliud ſibi in beneficio remiſi, & inſuper Megenam cum omnibus ſuis appendiciis; item excepto, quod fratres de domo ſancti Petri ibidem in omni utilitate habent. Cætera omnia cum illa curte, quæ Mendich dicitur, illi præſtiti, & ſingulis annis decem (a) carratas vini Confluentiæ dari, menſe, quo ibi vinum datur & accipitur, dum ipſa viveret, diſpoſui. Nec non adhuc eccleſiam in * Briſiaco his omnibus addidi. Hoc tutum agens iis verbis, ut, quando illa non eſſet, Hoinga ſanctus Simeon haberet; ego vel meus ſucceſſor Megenam teneret; Mendich fratribus de domo ſancti Petri reveniret, eccleſia autem ad ſanctum Florinum rediret, & ſic in perpetuum ejus memoria apud ſanctam Trevirenſem eccleſiam permaneret. Cujus confirmationis teſtes ſunt hi: ſcilicet Gerolt comes; Gerlach, Reigmbolt, Flacko, Ratwin, Lindolff, Lutzo, Tietmar, Hartman, Reginzo, Egilbrach, Ezelm, Nyzo, Gerolt, Brimo, Heinrich, Adelbrach, Berringer, Hötzo, Gerlach, Wetzil, (b) manu dextera. Gerunart, Adalgelt, Ludvvin, Volckbrach, Cerbrecht, Embricho, Hetzel, Witbrach. Sed abſque horum teſtium firmitudine, ut majori ſtabiliretur auctoritate, juſſi, quod hoc ſcriberetur, atque ſigillo meo ſignaretur. Hanc cartam datam in menſe Aprili die 9. Angilbaldus recognovit.

* Höningen, ad Rhenum.

* Briſiaco.

N O T Æ.

(a) *Carratas vini.*] Carrata plauſtrum eſt, ſeu vas ſex amarum capax.

(b) *Manu dextera.*] H. e. Teſtibus manu dexterâ ſtipulantibus.

CCXLI.

HENRICUS III. IMP.

1044.
17. Julii.

amplissimè innovat & firmat jura ac privilegia Abbatiæ S. Maximini.

Ryleſius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 34.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Cum regiæ dignitatis officium ſit, diverſarum partium negotia pia ſollicitudine prævidere, maxime tamen, & magis proprie illius eccleſiæ utilitatibus conſulere nos decet in omnibus, per quam regni noſtri ſtatum confirmare, & conſectalem noſtram dotali lege, & legitimo jure in regnum nobis aſſociare, & ſublimare debemus. Quapropter fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum univerſitati notum eſſe volumus, qualiter nos de noſtri ſtatu regni tractantes dilectiſſimam nobis in Chriſto conſectalem Agnetem, a cunctis regni noſtri principibus electam, & regali more, ac pia omnium fidelium

CCXLI.

lium noſtrorom devotiooe in Moguntina civitate ſolenoiter conſecratam, & regalibus inſignibus decoratam, ad honorem regni noſtri ſublimavimus, & corroboravimus, & ſecundum morem, & inſtiturionem piiſſimi genitoris noſtri Chuonradi imperatoris invictiſſimi; aliorumque prædeceſſorum noſtrorum Heinrici, & trium Otthonum, Arnulfi, magni Caroli, Pippini, Dagoberti, & aliorum regum, & imperarorum usque ad nos cum abbatia S. Maximini pretioſiſſimi confeſſoris Chriſti, quæ in ſuburbio Trevirorum ſita eſt, quam Conſtantinus & Helena regina in Chriſto ſacratiſſima in honorem S. Joannis apoſtoli & evangeliſtæ primirus conſtruxerat. Hanc igitur, & cum omnibus rebus, eccleſiis, & poſſeſſionibus ad eam in quibuscunque locis juſte, & legaliter pertinentibus præfatam conjugem noſtram Agnerem feliciter nobis in Chriſto cariſſimam dotali lege, & legitima regni dote ad thronum & honorem regni noſtri dotavimus, ſublimavimus, & confirmavimus, ut ſicut revera per B. Petrum apoſtolum, & diſcipulos ejus ſanctiſſimos Eucharium, Valerium, Maternum in Trevirenſi epiſcopio, & inde per totam Galliam catholicæ fidei primitus cœpit pullulare, & initiare ſacramentum; ita & per hanc prædictam abbatiam omnes reges, & imperatores cum ſuis conjugibus propagandæ ſobolis incrementum, & regiæ poteſtatis ac dignitatis ſemper percipiant teſtamentum. Decernimus etiam, atque hujus noſtræ regiæ authoritatis confirmamus edicto, ne eadem abbatia alicui ſedi vel eccleſiæ famula, aut appendex unquam ſubjaceat, ſed ſicut ſub prædeceſſorum noſtrorum mundiburdio, libera ſemper permaneat; addentes videlicet, & conſtituentes, ut Poppo ejusdem loci abbas, ſuique ſucceſſores prænominatæ conjugi noſtræ Agneti ſcilicet, aliisque poſt illam reginis, in regali curia ſemper ſerviant, & obſequantur. Et quia ſub Henrico imperatore ea bona ablata illis ſunr, unde ad militiam ire, vel nobis in ſecundo ſemper anno regale ſervitium perſolvere, vel unde ſe ſuosque victitaſſe videbant, volumus, atque conſtituimus, ur quotieſcunque ad curiam regiam venerint, ſive vocati fuerint, de regia menſa paſcantur, & inter curiales, & domeſticos regis, & reginæ non infimi ſemper habeantur, ſicut revera magiſtros, & proviſores illius eccleſiæ decet, per quam regum, & imperatorum conjuges in regnum, & imperium ſemper conſecrari, & confirmari videbuntur. Conſtituimus præterea, & ad præbendam ſrarrum inibi Deo famulantium ſpecialiter delegamus, quidquid ſub temporibus Caroli, prout ipſe diſpoſuit, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum, regum, vel imperatorum peculiaritatem illorum pertinere cognovimus, id eſt has eccleſias: Gozolvesheim, Albucho, Wieldeſtein, Huzun, Wienheim, Diedenhoven, Weinvelde: inſuper omnes S. Maximini eccleſias cum decimis, & decimarionibus, & omnes ſalicas decimatiooes, quas in uſus hoſpitum, peregrinorum, ac pauperum deſtinamus, vel quicquid in his locis habere videntur hactenus, hoc eſt Suaveheim, Evernesheim, Heſinesheim, Mannendal, Narheim, Apula, Alſontia, Scheringesvelt, Bnkinheim, Siemera, Baſinbah, Ukinhesheim, Guntbereshuſun, Ruosbah, Holshuſun, Dieſſenbach, Sueppenhus, Rivenacho, Luovun, Ochisheim Lieznich, Ratheresdorff, Buſtat, Meisbrath, Bnocheneburi, Folemaresbah, Decima, & Vallis cum ſuis pertinentiis, Markedeth, Daleheim, Friſinga, Mormindinga, Linnich, Everlinga, & Fula, & Rewilere, Windingen, vel quod in pago Sallingouve, aut juxta Metenſem civitatem in Willere villa, vel in ipſa urbe, in vineis, aut areolis, aut agris habere videnrur, & ultra Rhenum fluvium curtem, quæ Prichina dicitur, cum omnibus ad eam pertioentibus, quam ad ſagimen, & ſemoralia, matela, & menſalia fratrum, & ad ſuſceptionem hoſpitum, ac pauperum, ac infirmorum curam ſpecialiter conſtituimus, atque firmavimus. Et ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum regum & imperatorum, neque abbas quicquam de his rebus, præter hæreditaria illius eccleſiæ miniſtris beneficia, alicui præſtare, vel a præbenda fratrum quoquo modo abalienare præſumat, firmirer præcipimus, & præcipiendo firmamus. Cui rei teſtem cartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum domni Heinrici tertii regis invictiſſimi.

Eberhardus cancellarius vice domni Bardonis archicancellarii recognovi.

CCXLI.

(a) Data VIII. kal. Aug. (a) anno Incarnationis Domini MXLIIII. indictione XII. anno autem domni Heinrici tertii, ordinationis ejus XVI. regni vero V. Actum Moguntiæ in Dei nomine feliciter amen.

N O T A.

(a) *Anno incarnationis Domini MXLIIII.*] Sic in Authographo; perperam autem Papebrochius *in Propylæo, Tom. II. menſ. April.* præfixo, edidit annum MXLIII. Ceterùm de hac chronologia, & qualiter cum annis regiminis Henr. Imp. conveniat, vide Chron. Gottwicen. *Tom. I. pag.* 277.

CCXLII.

HENRICUS III.

1045. 13. *Aug.*

confirmat Eccleſiæ Trevirenſi immunitatem à judiciaria poteſtate; telonia, monetam &c.

IN nomine ſanctæ & individue Trinitatis. Henricus divina favente clementia rex. Si locis Deo dicatis quoddam beneficii, juxta petitiones Dei ſervorum, ex noſtre liberalitatis munere conſetimus, id nobis profuturum liquido credimus, & ad mortalem vitam temporaliter tranſigendam, & ad eternam feliciter obtinendam. Proinde volumus intimari noſtris fidelibus, tam futuris, quam preſentibus, quod vir venerabilis Poppo, S. Treviren. eccleſie archiepiſcopus, nos ſepe monuit, noſtram quoque ſublimitatem petiit, ut immunitatem rerum & familie ſancti Petri, que noſtri anteceſſores, reges videlicet & imperatores, Treverice ſedi pro divine contemplationis intuitu delegaverunt, ſuique auctoritate precepti confirmaverunt, hanc dignaremur renovare, noſtriſque ſtabiliendo ſcriptis confirmare. Cujus petitioni libenter conſentientes, & hoc noſtre auctoritatis preceptum erga ipſius eccleſiam pro Dei timore, ejuſque amore fieri decernentes, firmiter precipimus atque ſtatuimus, ut in facultates vel res ad eccleſiam S. Petri Treverice urbis pertinentes, ſcilicet in monaſteria, baſilicas, caſtella, vicos, agros, vineas, ſilvas, homines vel reliquas poſſeſſiones, ſeu omnia, que predicta nunc poſſidet eccleſia, tam citra quam ultra Rhenum vel Moſellam conſiſtentia, vel que deinceps in jure ipſius loci divina voluerit augeri clementia, nullus comes vel aliquis ex judiciali poteſtate ad cauſas audiendas, vel freda, aut tributa, vel aliquos conjectos exigendos, aut manſiones, vel paratas faciendas, aut homines ipſius eccleſie diſtringendos, aut injuſtas exactiones requirendas, vel theloneum exigendum, noſtris temporibus & futuris, ingredi audeat, nec ea, que predicta ſunt, penitus exigere preſumat; ſed omnia ſub jure S. Petri Treverice ſedis, ejuſque pontificis, & cui ipſe commiſerit, permaneant, & monetas vel thelonea, que memoratus pontifex inveſtita ſue eccleſie invenerat, aut poſtmodum a noſtris predeceſſoribus acquiſiverat, legaliter in perpetuum teneat. Ad hoc juxta noſtri anteceſſorum preceptum, & pro noſtra noſtrique parentum eleemoſyna, omnino interdicimus, ne in villa Theodonis theloneum erigatur a bonis fratrum Treveri apoſtolorum principi ſervientium, vel a ſuis hominibus, aut ibi, vel in villa Madriz manentibus, eo ſcilicet tenore, ut gratuito noſtra invigilarent oratione. Hoc, & quidquid de prefate rebus eccleſie laudavimus, noſtri authoritate ſcripti firmavimus. Quod ut preſenti & futuro tempore verius credatur, noſtriſque ſucceſſoribus diligentius cuſtodiatur, id manu propria confirmavimus, noſtrique impreſſione ſigilli ſignari juſſimus. Signum domini Henrici III. regis invictiſſimi. Theodericus cancellarius vice Ratdonis archicancellarii recognovi. Data idus auguſti anno Dominice (a)

Incar-

CCXLII.

Incarnationis MXLV. indictione XIII. anno domini Henrici III. ordinationis ejus XVII. regni vero VII. Actum Botfelde in nomine Domini feliciter amen. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Confer ſuprà diplomata Zwendeboldi Regis de anno 899. Ludovici de anno 902. Ottonis I. de anno 947. Ottonis II. de 25. Julii 974. Henrici II. de an. 1016. Quæ omnia præſentibus tabulis confirmantur & innovantur.

CCXLIII.

EVERBERUS NOBILIS

monaſterio S. Maximini donat bona ſua in villa Frenkinka.

Circa 1047.

Omnes fideles ſanctæ, & beatæ operationis amatores per cæleſtis gratiæ benedictionem hujus cartæ animadvertant deſcriptionem. Ego enim Everbero ex nobili proſapia trahens originem, & heu! filiorum atque filiarum procreatione privatus propter petitionem dilectiſſimi fratris mei nomine Wazonis, qui monaſtica religione apud Deum & apud homines ſatis approbatus eſt, mei juris poſſeſſionem, hæreditaria mihi ſucceſſione provenientem in pago Bietgowenſi (*a*) in comitatu Heinrici ducis, in villa, quæ dicitur Frenkinka, in eccleſia, in decimatione, in mancipiis, & ædificiis atque pecoribus, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis, molendinis, piſcationibus, ſylvis, venationibus, & omnibus ſuis appenditiis egregio confeſſori Chriſti Maximino, qui in Trevirorum ſuburbio nobiliter requieſcit, in perpetuam poſſeſſionem firma traditione donavi; authoritate tamen illius conditionis, ut quamdiu ſæculari vita vigeam, fraternitatem monachorum Deo, & S. Maximino famulantium inviolabilem teneam, & poſt hujus vitæ terminum per ſingula anniverſariorum meorum curricula talis animæ meæ apud illos fiat commemoratio, quaſi cujuſdam monachi ex illis in pace dormientis; atque ex prænominata villa pauperibus eleemoſina præbeatur, & fratribus convivium præparetur. Si quis autem propinquorum meorum, aut alius quiſque dilexerit malitiam ſuper hanc benignitatem, & deſtruere voluerit iſtam traditionem, ſancto Maximino judicante, deſtruat illum Deus in finem, & evellat animam ejus de terra viventium. amen. amen. amen.

CCXLIV. Or-

N O T A.

(*a*) *In Comitatu Heinrici Ducis.*] Sigifridi primi Comitis Luxemburgenſis ex Friderico filio nepotis, quem Zylleſius *Defenſ. S. Maxim. p.* 42. Advocatum S. Maximini; Brunnerus *Annal. Boic. Tom. II. Lib. IX. p.* 865. & Adlzreitter *P. I. Hiſt. Bavaric. Lib. XVII. p.* 5. poſt Henricum ſeniorem, Ducem Bavariæ rectè ſtatuunt. De hoc noſtro Hermannus Contractus Canil. *ad an.* 1047. *p.* 595. *ipſis quoque diebus Bawariæ Dux Heinricus defunctus Treviris ſepelitur.*

CCXLIV.

Circa 1047.

Ordinatio facta pro Colonis San-Maximinianis in Bilaco, ſuper modo cenſûs pendendi, obſequiáque præſtandi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Cum conſtet legis divinæ atteſtatione probabiliter firmiterque divulgatum, ac manifeſtum, beatas fore eccleſiaſticas res, ſi eas gubernent, & ordinent religioſi, ac magnifici viri; vel ſi earum rectores rebus probabilibus inſudare contingat, jure credimus, ratum firmumque debere, quicquid hujuſmodi hominum comprobatur aſſenſu. Unde cunctorum noverit induſtria fidelium, tam præſentium quam futurorum, quid venerabilis pater Poppo, hujus cœnobii, videlicet ſancti Maximini, memorabilis atque digniſſimus abbas quid relatu, quid memoria fecerit dignum, ad utilitatem rerum ſibi commiſſarum. Nam cum certum ſit, homines familiæ noſtræ, illa ſcilicet de villa, quæ * Bilacus nuncupatur, in exolvendis reditibus debiti cenſus, atque ſervitutis, ſemper duræ cervicis, ac pertinaciter rebelles extitiſſe, & ante hæc tempora fere inſuperabiles; hoc prædictus pater, fidelis in domo Dei diſpenſator, ac prudens, non ſurda aure comperiens, uti res expoſtulabat, communicato conſilio ſereniſſimi ducis * Henrici, loci hujus tunc temporis advocati, ſuorumque fidelium, ſcilicet Becilini comitis, Wigerici, Gerardi, tantam ac talem eorum hominum ſtatuit exterminare pertinaciam, indicta eis hujuſcemodi lege, vel pacto totius cenſus, ac ſervitii, non multum ſcilicet illis intolerabile, nec nobis adeo inutile. Et quia IX. manſionalia, quæ & curtilia vocitantur, hæreditarie dicuntur poſſidere, decretum eſt, ut quanticunque prædictorum curtilium poſſeſſores fuerint, plures vel pauci, ſingulis annis a ſingulis curtibus III. ſolidos denariorum, qui faciunt VIII. libras, in feſtivitate perſolvant ſancti Paulini, & (a) hamam vini, quæ dicitur Pippini, eo duntaxat tenore, ut juxta incrementum vinearum, quod in die aſſumptionis Dei genitricis Mariæ miniſter dominicarum rerum perſpexerit, pro ſingulis ſolidis denariorum, totidem hamas vini perſolvant, ad juſtiſſimam menſuram Trevirorum, apud eos nunc temporis rectiſſime currentem. Item cum præfata hama vini, quæ dicitur (b) Pippini linile, quoque cautiſſime ſtatutum eſt, ut quantacunque facultas in fœcunditate vinearum provenerit, ſupra memorata pecunia pro vinibus vino redimatur. Cæterum, ut dictum eſt, præſcriptum cenſum abſque ulla contradictionis mora perſolvant. Præterea vennam reficere, coroadas facere, (c) ad opera caſtelli venire, univerſa ſecundum antiquas inſtitutiones, juſſum laudatumque adimplere. Solum montem illum contra * Marca dictum, ſupra Moſellæ fluminis ripam poſitum, vineis conſitum, a præmonſtrata ratione reditum placuit excipere, eo quod alio modo noſtris debeat uſibus inſervire. Quæ omnia, ut firma, rata, & inconvulſa perpetualiter permanerent, præſentibus curatum eſt literis aſſignare, placuitque, ut ſi quiſpiam hanc infringere voluerit ſcedam, quod abſit, centum libras publico regis inferat ærario, dignoque inſuper anathematis jaculo. Fiat, fiat, fiat. Amen, amen, amen. (d)

* Hodie *Waſſerbillich*, ad Suræ & Moſellæ confluentes.

* vid. cartam præcedent.

* Mertert vicus ſupra Bilacum.

EBER-

NOTÆ.

(a) *Hamam vini, quæ dicitur Pippini.*] Non modicas poſſeſſiones Rex Pipinus monaſterio S. Maximini tribuit; tabulæ quidem, largitionis teſtes, temporum longitudine interiêre, at memoria in veteribus monimentis ſalva permanſit. Epigrammata quippe olim ſculpta in monaſterii Capitulo donum hac formâ dabant: *Pipinus Rex contulit nobis Remich & Thabennam.* In veteri quoque membranaceo libro, quem Anniverſariorum dicunt, ita ſcriptum: *XIV. kal. Martii. Pipinus Rex, qui contulit nobis curiam in Remiche, & multa alia bona. Karitas.* Horum ergo bonorum pars videtur fuiſſe in Bilacenſi vico; ex quibus vinum certa menſurâ annuè pendi ſolitum ſeu adſcriptitii coloni fundorum à Pipino provenientium, qui ex Pipini prædio obnoxii erant hamæ vini in annos ſingulos monaſterio S. Maximini pendendæ, unde *Pipini vinum, Pipini laide.*

(b) *Pippini linile.*] Sic in authographo, nullo ſenſu; potiùs ergo legendum *laide*, quaſi *liti*,

(c) *Ad opera caſtelli venire.*] Caſtellum, id eſt, parvum caſtrum, quale fuit ipſa S. Maximini Abbatia. Vid. ſupra Cartam permutationis S. Maxim. *de anno* 926. *not. c.* & infra Cartam compoſitionis *de anno* 1080. *not. c.* Ad ipſas igitur monaſterii munitiones operas ſuas conferre obligantur coloni Bilacenſes. Add. tamen Du Freſne *in Gloſſar. h. voce.*

(d) Cera his tabulis affixa eſt, ſedentis D. Maximini ſimulacrum referens, induti Archiepiſcopali pallio; dexterâ baculum, cujus ſuperior pars in florem deſinit, geſtantis, ſiniſtra librum. Quod cœnobii ſigillum eſt pervetus.

EBERHARDUS ARCHIEPISCOPUS.

CCXLV.

EBERHARDUS ARCHIEP.

1048. bona Eccleſiæ S. Simeonis à Poppone prædeceſſore data confirmat, & alia addit.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Eberhardus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus. Quisquis eccleſiatum Dei fundator extiterit, bonam gratiam & mercedem ſibi perpetuam lucratur. Quapropter notum ſit omnibus, tam præſentibus, quam etiam futuris, qualiter anteceſſor noſter bonæ memoriæ Poppo archiepiſcopus in loco, antiquitus portæ Martis nuncupato, ubi requieſcit corpus beati Simeonis confeſſoris, eccleſiam Deo conſecravit, catervulamque canonicorum Domino ibidem famulantium collocans, ſumptibus prædiisque, proprio labore, aut precariis, aur venditionibus acquiſitis ditavit, hoc eſt thelonium Confluentinum, & curtim, quæ vocatur Hoingen, in comitatu Schonenfelt ſitam, & * Winchera, & duo manſi in * Numagio, & tres in Beckingen, & cætera omnia, quæ quolibet modo aut concambio, vel ſynodali jure, aut ſui vel eccleſiæ pretio acquiſierat, aut alius aliquis pro ſui eleemoſina condonaverat. Hæc & nos conſilio & hortatu noſtrorum fidelium benigna voluntate conſentientes, illuc concedimus, & ſic nobis inconvulſa permittimus, & noſtri cum impreſſione ſigilli confirmavimus, ut ſi quid etiam a nobis, divinæ pietatis clementia favente, quod ratum & ſtabile deſideremus, fuerit factum, quemadmodum iſtud a nobis, ſic etiam illud a noſtris ſucceſſoribus permaneat inconvulſum & inviolatum. Ad hæc nos etiam eidem eccleſiæ, & fratribus inibi Deo ſanctoque Simeoni ſervientibus duas curtes, unam, quæ vocatur Ceila, alreramque, quæ vocatur * Nagelbach, pro noſtro remedio animæ, & pro ejusdem eccleſiæ præpoſiti, nomine Gerraſimi, cæterorumque noſtri fidelium ſupplicatu, poteſtativa traditione damus, firmiterque concedimus, quatenus numerus eorundem fratrum ad Dei ſervitium illic amplietur, & poſt augmentum ſui ſumptus quotidianique victus liberalius devtiousque Deo ſub obtentu patrocinii præmemorati confeſſoris beati Simeonis ab eisdem deſerviatur. Hanc igirur traditionis chartam, ne noſtri facta teſtamenti ſuccedenre oblivione fiant irrita, ſub aſſignatis teſtibus inſigniri, certaque ſubnotatione affirmari præcepi. Hujus rei teſtes ſunt: Betzelinus comes, Arnolfus comes, Theodericus, Sigemarus, Anſelmus, Fricco. Anno MXLVIII. tertii Henrici imperatoris, regni ejus nono, imperii ejus vero ſecundo publice firmata eſt.

* Wincheringen. * Neumagen. * Nalbach.

CCXLVI.

LEO IX.

1049. 13. *April.*

Primatum Trevirenſem ſtabilit. (a)

(a)

Browerus *Annal. Trev. Tom. I. p.* 526.

LEo epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimo Eberhardo, Trevirenſium archiepiſcopo, veſtriſque ſucceſſoribus, ſalutem in Domino. Æternum divinæ diſpenſationis conſilium, quo decrevit per tempora diſtribuere omnia, nulla rerum mutabilitate mutatur, nullaque temporum diverſitate variatur. Unde factum eſt, ut hujus æternæ diſpoſitionis immutabilis ordo noſtram de Tullenſis epiſcopatus humilitate mediocritatem ad apoſtolicam promoveret ſublimitatem; gratuito quidem dono, non aliquo exigente noſtro merito. Quocirca veſtra fraternitas, dulciſſime frater, nos, noſtra charitate vita, comitata eſt, & Romæ nobiſcum aliquantulum remorata. Interea loci cum unicuique ſuum jus ſuumque rectum, quod vel ablatum penitus, vel aliquantulum immutatum eſſet, omnimodis reſtituere cuperemus, dilectionis veſtræ privilegia nobis attuliſtis, quæ (b) primatum Galliæ Belgicæ ſubſcripto modo veſtris anteceſſoribus datum a noſtra apoſtolica ſede aſſerebant, pro eo, quod in exordio religionis veſtra Trevirenſis eccleſia prima illis in partibus fidei rudimenta percepiſſet, per egregios dogmatiſtas, Eucharium, Valerium, Maternum, quos beatiſſimus Petrus apoſtolorum princeps inſtruxit, & inſtructos ordinavit, & illuc ad prædicandum direxit. In quibus privilegiis etiam antiquiora privilegia incendio memorantur conſumpta; quæ prænominatis ſanctis eorumque ſucceſſoribus, id eſt, Agritio, Maximino, Paulino, Severo almificis utique viris a primordio autenticè conceſſa erant de eodem. Quæ etiam privilegia Theodorico Trevirenſi archiepiſcopo Joannes XIII. papa, Benedictus VI., nec non alius Benedictus VII. Egberto ſimiliter Trevirenſi archiepiſcopo temporibus Ottonis primi & ſecundi pia diſpoſitione contulerant. Nos autem ea intuentes, & diligenter perpendentes, dignum duximus cum conſilio & conſenſu totius cleri & populi Romani, idipſum de primatu, ſicut conſtitutum erat confirmare, atque noſtris apoſtolicis apicibus corroborare. Quod ubi in eccleſia S. Petri in Dominica paſſionis cuncto clero cunctoque populo nos ipſi ſurſum in ambone conſiſtentes præſentia * veſtra revelavimus, & eadem privilegia legi fecimus pro amore diſcipulorum S. Petri, quos prætulimus Eucharii, Valerii & Materni, ab omnibus acclamatum eſt, jure primatum ipſum vobis veſtriſque ſucceſſoribus deberi, qui in cathedra ſedetis diſcipulorum ſancti Petri. Quapropter omnibus ipſis laudantibus & reſpicientibus pro Inveſtitura ipſius primatus, Romana mitra caput veſtrum inſignivimus, qua & vos & ſucceſſores veſtri in eccleſiaſticis officiis Romano more ſemper utamini, ſemperque vos eſſe Romanæ ſedis

* noſtra

dis

N O T Æ.

(a) Eò majorem præſens Trevirenſis Primatus confirmatio meretur attentionem, quòd non obſtante aliorum oppoſitione, quaſi in contradictorio, ſancita fuerit, neque à ſolo R. Pontifice, ſed à ſynodo, cui nec ſoli Itali interfuère. Hildebrandus certè, in Eccleſia Colonienſi enutritus, nolebat Magiſtram ſuam Trevirenſis ſedis elatione deprimi; quæ itaque quantáque egerit, ut hanc confirmationem ſynodalem impediret, ſub nomine Gregorii VII. poſtea creatus R. Pontifex hic verbis ad Annonem Archiep. Colonienſem anno 1074. perſcribit *Epiſt.* 79. *Lib. I. Regeſti. Ob recordationem diſciplinæ, qua tempore Anteceſſoris noſtri in Eccleſia Colonienſi enutriti ſumus, ſpecialem ei præter cæteras Occidentales Eccleſias dilectionem impendimus; & ſicut adhuc Romanæ Eccleſiæ filii teſtantur, tempore beati Leonis Papæ, Trevirenſi Epiſcopo pro honore Eccleſiæ veſtræ, quod idem beatus Leo ægrè tulit, viribus totis reſtitimus.* Si autem hac ſua oppoſitione nihil nocuit confirmato per Leonem Primatui Hildebrandus, in hoc ei prodeſt rei geſtæ fidelis narratio, in Gregorii VII. Epiſtolis ſervata, ut vel inde etiam appareat, Trevirenſis Primatiæ jura ſupra Colonienſem Archidiœceſin ſe ſe protendiſſe, tanquam Galliæ Belgicæ partem.

(b) *Primatum Galliæ Belgicæ.*] Sed, ut quid hìc, & in ſententia depoſitionis Thiedgaudi de anno 863. *Belgicæ* tantùm *Primas* audit Trevirenſis Præſul, qui autè Germaniæ, Galliæque dicebatur? Tribuunt hoc Zech *de Primat. German. Cap. II.* §. 17. & alii, declinanti ſplendori & auctoritati civili Trevirorum Auguſtæ. Ego quid in re obſcura ſentiam, in Diſſertatione, quam huic ſæculo præmiſi, latiùs explico.

CCXLVI.

dis diſclpulos reminiſcamini. Quod tamen io ſynodo noſtra, quam circa XVII. poſt ipſum paſchalem diem Deo præſidente celebravimus, epiſcopis & archiepiſcopis nec non & aliis ordinibus conſentientibus melius & firmius ſtabilivimus; ea tamen ratione, ut ſingulis annis vos veſtrique ſocceſſores ſemel legatos veſtros ad nos noſtrosque ſucceſſores mittatis, per quos vobis de noſtris utilitatibus, illis in partibus agendis, remittamus, & ſemper vos ipſi tertio anno Romam viſitatioois gratia, ut dulciſſimi fratres ad primogenitum fratrem veoiatis, niſi forte inevitabilis neceſſitas ingtuerit. Quapropter deſideriis veſtris annuentes, ſecundum præfatorum privilegiorum tenorem per hoc ooſtræ apoſtolicæ autoritatis privilegium decernimus, & confirmamus ipſum vobis veſtrisque ſucceſſoribos primatum hoc modo, ut habeatis primum locum poſt legatum apoſtolicum in Galliam Germaniamque deſtinatum, &c. & ſi miſſus Romanæ ecclesiæ defuerit, poſt imperatorem vel regem ſedeodi, quæque alia in privilegiis Theodorico conceſſis enarrata ſuis locis. Ego Halmardus Lugdunenſis eccleſiæ indignus archiepiſcopus in prædicta ſynodo reſidens, ſalva priſcarum conſtitutionum firmitate & (c) Lugdunenſis eccleſiæ autoritate hoc decretum laudavi, manuque propria roborans ſubſcripſi. Ego Joannes Portuenſis epiſcopus in prædicta ſynodo reſidens, confirmavi, & ſubſcripſi. Ego Cadalous epiſcopus ſubſcripſi. Ego Benedictus * Tuſcanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcr. Ego Gerhardus Florentinus epiſcopus ſubſcr. Ego Creſcentius S. Sylvæ candidæ, gratia, non meritis, epiſcopus ſubnotavi. Ego Hugo * Aſilienſis epiſcopus ſubſcr. Ego Wido Aſteoſis epiſcopus ſubſcr. Ego Wido Vulturnenſis epiſcopus ſubſcr. Ego Cunibertus Taurinenſium epiſcopus ſubſcr. Ego Henricus Spoletus epiſcopus ſubſcr. Data idibus Aprilis per manus Petri diaconi & bibliothecarii, & cancellarii ſanctæ apoſtolicæ ſedis. Anno domini Leonis IX. papæ I. indict. II.

(c)

* Tuſculana

* Aſiſienſis.

NOTÆ.

(c) *Salva Lugdunenſis Eccleſiæ autoritate.*] Hac Lugdunenſis reſervatione non obſcurè firmantur, quæ memoratâ Diſſertatione prævia §. 8. de Trevirenſi Primatu *per Gallias* ejusque juribus ſtatuimus. Ab illo ſpecialibus Eccleſiæ ſuæ privilegiis metuebat Halmardus; non Primatui; quem demum anno 1079. in Gebuini Lugdunenſis Archiep. gratiam conceſſit Gregorius PP. VII. ſcilicet ſuper quatuor provincias, Lugdunenſem, Rhotomagenſem, Turonenſem & Senonenſem.

CCXLVII.

LEO IX. PONT. MAX.

1051. 14. Jan. monaſterio S. Maximini firmat ſuas poſſeſſiones & immunitates.

LEo epiſcopus ſervus ſervorum Del. Eccleſiæ in honorem S. Joannis evangeliſtæ ſanctiqoe Maximini confeſſoris in ſuburbio Trevirorum ſpecialiter dedicatæ, & per eam Theoderico abbati, ſuisqoe ſucceſſoribus, monachis, & jam inibi Deo famulantibus ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Sacri apoſtolatus ordo, & ſanctæ Romanæ ſedis pia devotio, id ſemper exigit a nobis, ut vigilanter eccleſiarum Dei ſollicitudinem gerere, & utilitatibus famulorum Dei digne providere debeamus in omnibus. Idcirco propter amorem Domini, & ob petitionem dilectiſſimi filij ooſtri, Heinrici videlicet imperatoris auguſti, eccleſias, & villas ad victualia monachorum in præfato cœnobio Deo famulantium ſpecialiter pertinentes, noſtræ apoſtolicæ aucthoritatis privilegio, ad uſus illorum, prædeceſſorum ooſtrorum more, confirmare decrevimus. Volumus itaque, & ſacræ primæ ſedis aucthoritate ſancimos, ut in eccleſiis, villis, ac poſſeſſionibus, quas ad præbendam prædictorum fratrum a regibus, & imperatoribus, Dagoberto videlicet, ac Pippino, Karolo, Ludivico, Arnolfo,

CCXLVII.

nolio, Heinrico, Counrado, & a tribus Ortonibus, ſic a præfato filio noſtro kariſſimo, Heinrico ſcilicet imperatore auguſtiſſimo, conceſſa vel attributa ſunt, nullius perſonæ, vel magnæ, vel parvæ, violentiam patiantur, ſed victum inde, atque habitum conſequanrur, hoc eſt Apula, Suaveheim, Bricinheim, Evernesheim, Heinſinesheim, Veſunesheim, Secringesfeld, Bulcinheim, Alſontia, Baſinbach, Siemera, Mannendal, Narheim, Provesdervot, & de his eccleſiis, Gozoluesheim, Albucha, Weildiſtein, Weinheim, Flanheim, Huſun, & de villa Gundcreshuſun, aliisque ad eam pertinentibus, id eſt Ruosbach, Hulzhuſun, Daffindal, Sueppenhuſun; & ex his locis, Rivenacha, Luovun, Gracho, Decima, Vallis cum ſuis pertinentiis, Marchidith, Billiche, Kriske, Daleheim, Biske, Wilere, Druchildinga, Mambra, Murmiringa, eccleſia in Steinſeila, & Diedenhuvum, Wimareskircha, Berge, Cruſta, Lutcresdarra, Tavena, Lindiche, Merske, Biſanga, & quæ infra, vel extra eiviratem Mettis, in domibus aut vineis, agris, aut areolis habent, quæve in pago Beitgowo his in locis, Ratheresdorff, Buſtat, Franchingun, Ebeno, vel Meisbrach poſſidenr, aut quæ *juxta* Maſam fluvium in Curmiringun, & Fractura, aut in pago Eiſflia his in locis, Okisheim, vel Lieznicb ad idem monaſterium pertinent; curtem etiam quandam vocabulo Prichina in pago Einriche ſiram, quam ſicut eisdem fratribus præfatus dilectiſſimus filius, Heinricus videlicer imperator auguſtus, ante aliquot annos abſtulit, ita modo noſtræ apoſtolicæ aucthoritatis patroeinio commonitus reddidir, & ne quis eum ulterius a præbenda fratrum cuiquam præſtando ſubtraheret, ſuo præcepto firmavit, nosque, ut idem faceremus, devotiſſime poſtulavit, quatenus iidem fratres de prædicta villa aliisque adpertinentibus ſagimen *, interdum habeant, & ſecundum præceptum ſanctæ regulæ hoſpites ſuſciplant, & infirmorum debiliumque curam agentes, peregrinorum ac pauperum uſibus fideliter inde deſervianr; femoralia etiam ae *mantelas*, & menſalia ad uſus neceſſarios inde percipiant. Igitur, ut iidem fratres prælibata loca cum omnibus pertinentiis ſuis, & omnes totius abbatiæ eccleſias cum decimis, dote, dotalibusque ad ipſas pertinentibus, & cunctas ſalicas decimationes, quas in uſus hoſpitum, peregrinorum ac pauperum eoncedimus, ſub eorum cura teneant, & *juxta* ſuum arbitrium ſecure, ae quiete poſſideant, divina obteſtatione, & hac noſtra apoſtolica confirmatione taliter illis roboramus, ut nullus imperator, nullus rex, nullus abbas, nullus dux, nullus comes aut vicecomes, nulla eccleſiaſticæ dignitatis, vel mundanæ eonditionis, magna parvave perſona, alicui libero homini ſive alterius eccleſiæ, vel domini famulo, vel miniſtro aliquid inde præſtare, vel a præbenda fratrum quoquu modo abalienare præſumat, ſed *juxta* id, quod ſanctæ apoſtolicæ ſedi jure ſubjectum eſſe debet, & ſub mundiburdio regum & imperatorum conſtat, absque omnium contradictione ad uſus monachorum perpetualiter permaneant. Si quis autem, quod abſit, nefario auſu præſumpſerit hæc, quæ vel a nobis, aut ab aliis prædeceſſoribus noſtris, ſanctæ Romanæ eccleſiæ pontificibus ſanctiſſimis, ad laudem omnipotentis Dei, pro ſtabilitare jam dicti venerabilis cœnobii ſtatuta ſunr, infringete, aut in quoquam violare ſtuduerit, ex authoritate omnipotentis Dei per interventum beati Petri apoſtolorum principis, cujus vice ſungimur, & noſtræ humilitatis apoſtolicæ conſtitutionem anathematis vinculo inextricabilirer innodamus.

Dstum XVII. kal. Febr. per manus Udonis ſanctæ apoſtolicæ ſedis cancellarii, & bibliothecarii, & Tullenſis primicerii. Anno domni Leonis IX. papæ II. indictione IV. anno Incarnationis Domini MLI.

* vide ſupra literas Henrici II. anno 1023. *not. b.*

CCXLVIII. HEN-

CCXLVIII.

HENRICUS III. IMP.

1051. 21. *Jan.*

monaſterio S. Maximini reſtituit curtem Prichinam, & cæteras poſſeſſiones ac Eccleſias firmat.

Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 429.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Si locisDeo dicatis, quibus beneficia non conferimus, ſaltem prius ab aliis tradita, & injuſte ſubtracta, vel ablata reſtituerimus, divinitus nos procul dubio remunerari confidimus. Quapropter fidelium noſtrorum, tam præſentium ſcilicet, quam & futurorum, induſtria noverit, qualiter nos ob amorem Dei, & ob interventum ſpiritualis patris noſtri
(a) domni videlicet (a) Leonis ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſummi pontificis, & univerſalis papæ reddidimus cœnobitis ſancti Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum corporaliter quieſcit, curtem quandam, vocabulo * Prichine, in pago Einriche ſitam, cum omnibus appenditiis, & cum omni utilitate, quæ vel ſcribi, vel nominari poterit, quam nos cuidam Anshelmoni Theodericum abbatem injuſte pro beneficio præſtare juſſimus, modo autem juſtitia dictante eandem curtem cum omnibus & quibuscunque locis ad eam juſte & legaliter pertinentibus, vel aſpicientibus rebus, ſancto Johanni, ſanctoque Maximino, & fratribus eis famulantibus, reddidimus, firmavimus, & in æternum Deo auctore ſtabilivimus, ea videlicet ratione, ut nec præfatus Theodericus abbas, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum alicui unquam præſtare vel vendere præſumat, ſed fratres iidem, inde conſolati, ſagimen habeant, femoralia etiam, (b)
(b) mantelas, ac menſalia ad uſus neceſſarios inde percipiant, hoſpites ſuſcipiant, & peregrinorum, ac pauperum uſibus fideliter inde deſerviant.

* Conf. infra compoſitionem ſuper hac curte ann. 1080.

Statuimus etiam, & hac noſtra imperiali authoritate ad præbendam eorundem fratrum corroborare decrevimus, eccleſias, villas, & poſſeſſiones, quas ſub temporibus regum, & imperatorum Dagoberti, Pippini, Karoli, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum ad noſtra uſque tempora ad peculiaritatem illorum pertinere videbantur, ut ex his victum, atque habitum conſequantur: hoc eſt Apula, Suabheim Evernesheim, Bricinheim, Heſinesheim, Mannendal, Narheim, Siemera, Bukinheim, Alſontia, Sceringesfelt, Vehinesheim, Baſinbach, & de his eccleſiis, Albucha, Gozolvesheim, Weinheim, Weildiſtein, Huſun, Flanheim; & de his locis Prichina, Guntheresbuſun, Ruosbah, Holzhuſun, Deiſenbah, Provesdervod, Folemaresbah, Decima, Vallis, Gracho, Loavia, Rivanacho, Okisheim, Leiznich, Curmiringen, Fracturis, Rateresdorff, Ebeno, Melsbrath, Buſtat, Trankonheim, Marchedith, Billiche, Biſche, Drudildinga, Murmuringa, Dahleheim, Luzelenkircha, Wilare, Mambra, Fula, & in civitate Metenſi, & circum circa, domos & agros, vineas & areolas; Biſanga, Wimareskiricha, Cruſta, Scranna, & eccleſia in Steinfiela, & Diedenhuvun. Hæc igitur loca, & omnes ſancti Maximini eccleſias cum decimis, dote, & dotalibus, & cunctis ſalicis decimationibus, quas in uſus peregrinorum, ac pauperum, & hoſpitum conſtituimus, ad peculiaritatem fratrum Deo ibi famulantium more prædeceſſorum noſtrorum regum, & Imperatorum, tali modo, & ea ratione delegamus, &
corroboramus, ut ſicut (c) Henricus deceſſor (c)

N O T Æ.

(a) *Leonis S. R. E. ſummi Pontificis.*] Leonis ſcilicet IX, qui ex Epiſcopo Tullenſi factus ſummus Pontifex, poſt adeptum Papatum natale ſolum adiit, Henricum Imp. convenit in Saxonia commorantem, inde Coloniam venit, deinde Rhemis in Gallia concilium celebravit, ac denique in Germaniam reverſus Trevirim inviſere potuit.

(b) *Mantellas ac menſalia.*] Mantella hic idem eſſe videtur ac Mantellus, veſtimenti genus, Gallicè *Manteau.* Menſalia autem erant ſupertunicalia, quibus veteres ad menſam utebantur, ad parcendum magis pretioſis veſtibus.

(c) *Henricus deceſſor noſter.*] Nempe Henricus II, vid. ſupr. ad an. 1023.

CCXLVIII.

deceſſor noſter divæ memoriæ Auguſtus inſtituit, poſtquam de eadem abbatia, ea, quæ ad expeditionem, ſive ad regale ſervitium, pertinebant, abſtulit, nullus imperator, nullus rex, nullus abbas, de eisdem locis & eccleſiis alicui de his, qui liberi dicuntur homines, ſive alterius eccleſiæ, vel domini famulo, vel miniſtro quicquam beneficiare, vel ab eorum jure diſtrahere præſumat, ſed liceat inde abbatibus luminaria eccleſiæ reſtanrare, ædificia recuperare, & neceſſaria fratribus fideliter miniſtrare. Et, ut hoc præceptum inde conſcriptum firmum ſemper & ſtabile permaneat, non ſolum hoc, manu noſtra firmatum, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, verum etiam, ut apoſtolicæ defenſionis auxilium, ſiqnis eis hæc infringere voluerit, habere valeant, prædicti patris noſtri, domni videlicet Leonis ſanctiſſimi papæ privilegium, inde conſcriptum, eidem venerabili loco obtinere meruimus.

Signum domni Heinrici tertii regis invictiſſimi ſecundi Romanorum imperatoris auguſti.

Winitherus cancellarius vice Bardonis archicancellarii & archiepiſcopi recognovi. Data XII. kal. Febr. anno Dominicæ Incarnationis MLI. anno autem domni Heinrici tertii regis, ſecundi imperatoris, regni XIII. imperii vero V. Actum Treviris in Dei nomine amen.

CCXLIX.

PRIVILEGIUM HENRICI III. IMP.

1051. 23. *Julii.* ſuper Clotteno, aliisque bonis in tractu Moſellano, datis ad monaſterium Brauweiller.

Tolnerus *Cod. Diplom. Palat.* p. 25.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Si locis Deo dicatis, quibus beneficia non conferimus, ſaltem ab aliis fidelibus Chriſti tradita confirmaverimus, divinitus nos procul dubio remunerari confidimus. Quapropter fidelium noſtrorum, tam præſentium quam futurorum, magnitudo comperiat, qualiter quædam domina venerabilis, (a) Richeza nomine, regina quondam Poloniæ, prædium ſuum, (b) Clotteno dictum, cum aliis locis ſupernotatis, id eſt (c) Cochenheimb, Ebre, Bremſ-be, Aſche, Maßbrich, Verruſi, Caneſ-bach, Vilre, Pulego, Condedo, Werſ-le, & Kyle, Enchriche, Lützenrodt, Dreiſ-ſe, & Ottingen cum manſis, & mancipiis, & cum omni integritate ipſius in villis, in areis, in manſionibus, in vineis,

(a)
(b)
(c)

NOTÆ.

(a) *Richeza Regina quondam Poloniæ.*] Erenfridi Comitis Palatini Rheni filia, deſponſata Mieslao II. filio Boleslai Regis I. Poloniæ (de qua fuse Tolnerus *Hiſt. Palat. Cap. IX. p.* 259. *ſeqq.*) teſtamento ſuo, 7. id. Sept. anno 1051. condito, præſente Henrico Comite Palatino Rheni Domino de Lacu (quod exhibet Gelenius *in Vindiciis B. Richezæ*) præſentem donationem, jam à parentibus ſuis factam, iterum ratam habuit, his verbis: *Clotteno etiam ſuper Moſellam cum ſuis appendititiis Meſenich & Rile cum omni integritate, ſicut pater meus ea jure proprietatis legitime & pacifice poſſederat, & jam dudum vivus & incolumis pro remedio animæ ſuæ & matris meæ præfato monaſterio* (Brovvüler) *cum filiarum conſenſu libere tradiderat, quemadmodum in privilegio Piligrini venerabilis Archiepiſcopi Colonienſis continetur; hæc, unquam, Deo & S. Nicolao conſignata ſecundum patris mei conſtitutionem non ſolum rata & inconvulſa cuſtodire curavi, verum etiam de patrimonio meo &c.*

(b) *Clotteno dictum.*] Hodie *Clotten.* Extrui ibidem fecit Richeza ſacellum, ut ipſa moram ibi trahens, miſſas extra tumultum populi celebrari faceret; hoc ſacellum in antiquiſſimis literis vocabatur *Recluſorium Dominarum*; quia, *cum miſſa celebraretur, ipſa cum pediſſequis ſuis & reliqua familia intus exiſtens, claudi mandabat capellam, ne à tumultu turbari poſſet.* Tolner. *l. cit. p.* 263. *Lit. H.*

(c) *Cochenheim.*] *Cochem* modò. Non autem ipſum caſtrum & oppidum Cochem data ſunt Brovvillerienſi monaſterio, ſed tantùm prædia. Vid. Tolner. *Hiſt. Palat. in indice, voce Cochem.*

CCXLIX.

vineis, & arpennis, in ſylvis, & in agris, in pratis, & aquis, aquarumque decurſibus, & in paſcuis, viis & inviis, terris, cultis & incultis, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, & cum omnibus appenditiis ſuis, absque ulla ſui diminutione, pro remedio animæ ſuæ, ſuique fratris bonæ memoriæ Ottonis ducis, aliorumque parentum ſuorum in monaſterio Browilerenſi ſepultorum, libere & integre, Deo ſanctoque Nicolao ad prædictum monaſterium per manum (d) Henrici Palatini comitis filii patrui ſui, ſub cujus nunc * mundeburnio manebat, contradidit; terminum etiam, & bannum ejusdem prædii, ſicut ipſa prius habuit, (e) a fluvio Andrida usque ad fluvium Elza ita conſtituit, ut nullus ibi aliquam poteſtatem habeat, niſi abbas ejusdem loci, & villicus ejus, quem conſtitueet. Quas etiam arpennas, id eſt, vineas quibusdam ſervientibus ſuis beneficiaverit: id eſt, Roberto præpoſito duas, Weringero de Salefeld duas, Sigobodoni de Odendorf duas, Sigefrido pincernæ tres, Epponi de Altendorff duas, & Cameram juxta dominicalem curtem; Adelberto fratri Winboldi duas, Embrichoni de Gildesdorff duas; Aufrido clerico ſuo XIIII. manſos cum mancipiis ſuis ad Lutzenrode, & unum quod dicitur Scovvein in Clotteno; Erneſtoni fratri ſuo duos manſos cum mancipiis in Dreiſe, Wolferum etiam tradidit illum cum ſua poſſeſſione, ea videlicet conditione, ut, quam diu vivant, eccleſiæ bona ſeu beneficia habeant, poſt mortem vero illorum nullus hæredum ſuorum quicquam de his ſibi quaſi jure hæreditario vindicet, aut poſſideat, ſed in jus, & dominium S. Nicolai, & abbatis ipſius, ac fratrum ſibi ſervientium redeant, ut quod abbas utilius ſibi, & fratribus inde judicaverit, faciat, ac diſponat. Homines etiam, quos dedit S. Nicolao, ita tradidit, ut nullus extraneas, niſi forte liberas, vel ex parte S. Petri Coloniæ ducat uxores; ſi autem alienas acceperit uxores, omnis hæreditas eorum, & univerſa, quæ poſſident, ad S. Nicolai cedant monaſterium, & nullus hæredum ſuorum in his quicquam habeat. Si vero ex poteſtate S. Petri Coloniæ uxores duxerint, filii eorum iterum accipiant uxores ex poteſtate S. Nicolai; quod ſi non fecerint, omnis hæreditas eorum, & omnia, quæ poſſident, ad S. Nicolai, & abbatis redeant dominium. Eadem vero abbas Tegeno prædicti monaſterii idem ei prædium promiſit, cui in beneficium, poſtquam ipſe illud in ſuum redegerat dominium, cui ſtatim curtem Caneda, & familiam quinque libras ibi ſolventem, quod fuit Ellonis beneficium, ad Gevverre tradidit; & VI. arpennas Clotteno, quæ fuerant Sicconis comitis beneficium, & duas manſiunculas, quas Wecelinus habuit, & in quibus habitavit. (f) Tradidit etiam caſtrum ſuum Chucbomo Henrico Palatino comiti, filio patrui ſui, ea ſcilicet conditione, ut quamdiu viveret, ſuper ipſum Clotteno defenſor, & advocatus exiſteret, poſt obitum vero ſuum, ſi ipſe hæredibus careret, proximus hæres Richezæ reginæ advocatiam ſuper eadem bona haberet; ſi vero & ipſi hæredes defuerint, Colonienſis archiepiſcopus eandem advocatiam tribuat, cuicunque abbas, & fratres pertierint; Sicconi vero comiti, qui eandem advocatiam a Palatino comite, prædicta regina Richeza petente, ſuſcepit, tale ſervitium tribus tantum temporibus anni ſibi ſuccedentibus advocatis conſtituit, ſcilicet ut ad unum, quod placitum, detur advocato modius unus tritici, & unus ſiliginis, & ſolidi quinque levis monetæ, pro carne autem proce, vel ovis quinque ſolidi levis monetæ valentes, & tantum vini detur, quantum ad iſtud ſervitium conveniat; modii quinque avenæ, id eſt, ad duo placita modii decem avenæ. In natali vero Johan. Bapt. in prato, quod vocatur Hu-

N O T Æ.

(d) *Henrici Palatini Comitis filii patrui ſui.*] Erat hic Erenfridi, ſuprà *not. a.* memorati, Rheni Palatini ex fratre Hezilone, id eſt Henrico, nepos, Dominus de Lacu, fundator monaſterii ad Lacum; de quo infrà ad annum 1091.

(e) *A fluvio Andrida, usque ad fluvium Elza.*] *Andrida*, hodie die Endert / Cochemii miſcetur Moſellæ; *Elza*, quæ ſuperiorem Archidiœceſin ab inferiori dividit, infra Caradunum, inter Miden & Kern; eſtque Frehero Aliſontia Auſonii *in Moſella* v. 371.

(f) *Tradidit etiam caſtrum ſuum Chucbomo Henrico Palatino Comiti.*] Quomodo hoc caſtrum pòſt, Wilhelmo Comite Palatino ſine liberis defuncto, ad Imperium, deinde ad Archiepiſcopatum Trevirenſem pervenerit, videbimus in diplomate Conradi III. Imp. de anno 1144. & Adolphi Naſſovii de anno 1294.

CCXLIX.

Humut, papulum ei detur in gramina, addito uno modio avenæ. At ſi villicus vel de ædificiis, vel de agricultura placitum ibidem habuerit, nullam inde partem, vel juſtitiam quærat advocatus; ſimiliter & de placito, quod vocatur Budineck. Hanc autem traditionem cum moneta, & mercatu per manum Henrici comitis Palatini, ſub cujus tunc mundiburnio manebat, in præſentia noſtra, & domini Hermanni ſanctæ eccleſiæ Colonienſis venerabilis & pii archiepiſcopi multorumque principum regni fecit; quum abbas Tegeno ejuſdem monaſterii, & Sicco præfatus comes, & advocatus ibidem ſuſceperunt, noſtram imperialem flagitantes clementiam, ut eadem bona Deo, ſanctoque Nicolao confirmaremus. Et ut navibus, & bonis abbatis, & patrum, & familiæ de Clotteno, & Meſenich per alveum Rheni, ſive inſulæ, quotieſcunque neceſſitas popoſcerit, liberum aſcenſum, & deſcenſum ſine aliqua exactione thelonii traderemus; quorum petitioni annuentes chartam hanc inde conſcribi, manuque propria, ut ſubtus videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. Quam ſi quis infringere tentaverit, ad primum iram Dei, ſanctique Petri, ſimulque omnium ſanctorum incurrat. Signum domini Henrici tertii regis invictiſſimi, ſecundi Romanorum imperatoris auguſti. Wintherícus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovit. Dat. X. kal. Auguſti, indictione IV. anno Dom. Incarnationis MLI. anno autem Henrici tertii regis, ſecundi imperatoris, ord. ejus XXIV. regni vero ejus XIII. imperii V. Actum, Comphyngen feliciter amen. Hujus rei teſtes ſunt Hermannus archiepiſcopus Colonienſis, Henricus comes Palatinus, Sicco comes, Starchri comes, Gerardus, Beringerus, Gozvvinus, Rutgerus, Embrico, Eppo, Winboldus, Auffridus &c.

CCL.

1052. **Contractus precariæ inter Eberhardum Archiepiſcopum Trevirenſem, & Comitem Waldramum de Arlo.**

Browerus Annal. Trev. Tom. I. p. 530.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Eberhardus gratia Dei Treberorum archiepiſcopus quamvis indignus. Noverit omnis ordo eccleſiaſticus, imo omnis populus Chriſtianus, & qui eſt, & qui venturus eſt, conventionem ſive precariam, qua cum (a) comite Waldramo de Arlo & uxore ejus Adelheide convenimus, annuente & ſuggerente ſereniſſimo, victorioſiſſimo & chriſtianiſſimo domino noſtro Henrico rege III. Imperatore II. villas noſtras, imo eccleſiæ noſtræ, (b) Buſſawilre, Merceche, Fuhde, Oſima, Eveſche, Serveche, Bureche, Egle, Machera, Miena, Biliche, Sulyme, Aule, Iranc, (c) Palenzele, excepta congregatione B. Dei

N O T Æ.

(a) *Comite Waldramo de Arlo, & uxore ejus Adelheide.*] Sigifridus, primus Luxemburgenſium Comes, & Arluni poſſeſſor, Comitum Arlunenſium ſator eſt. Tranſmiſit is Arluni Comitatum per filium ſuum primogenitum Henricum I. ad nepotem Henricum II.; quo anno 1052. Treviris improli defuncto, Arlunenſis Comitatus ad Conradum Luxemburgenſem, Sigifridi prædicti ex Gilberto nepotem, devolutus eſt, qui eum reliquit filio ſuo Conrado, parenti Waldrami noſtri hujus nominis primi. Vid. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liſte genealogique pag. XLV.* Adelheidis Waldrami conjux, filia eſt Theoderici Lotharingiæ Ducis.

(b) *Buſſavvilre, Merceche &c.*] Hodierna harum villarum nomina ſunt: *Buſchvveiler, Merzig, Fuchte, Oſame, Eveche, Serveche, Burich, Igel, Macheren, Minheim, Welſchbillich, Seul, Aigle, Erang.*

(c) *Palenzele, excepta congregatione B. Dei genitricis in eadem villa ſerviente.*] Palatiolum eſt, primo ab urbe Trevirenſi ad Moſellam lapide ſitum, in quo collegium Canonicorum ſub invocatione B. M. V. quos induxit Poppo Archiep. in locum diſcolarum monialium, quas ibi fundaverat Adela, Dagoberti filia.

CCL.

B. Dei genitricis in eadem villa ſervieente, omnibusque ad eandem congregationem jure pertinentibus; omnes has villas & ad eas pertinentia cum omni integritate & utilitate, qualinos ad noſtros poſſedimus uſus, exceptis ſervientibus nec non venatoribus, piſcatoribus, fabris, cæmentariis, architectis, ſive latomis noſtris, eorumque beneficiis, Walramo de Arlo & uxori ipſius Adelheide in precariam dedimus, cum legitima advocati noſtri adſtipulatione, cleri, militiæ & filiorum eccleſiæ noſtræ præſentia, conſilio & favore. Econtra prædictus Walramus & conjux ipſius Adelheid prædia, quæ habebant in (d) Obtimetdinc, & in Pulicha, Camda, Retherod, Lemena, Cuberna, Alcana, Langenfelt, Bucho, Encrich, Rigila & villis circumjacentibus, ad prænotata prædia pertinentia; & prædia, quæ poſſidebant in * Trogona, & circa rivum Trogonæ fluvii, cum eccleſiis, areis, vineis, molendinis, agris, ptatis, ſylvis, venationibus, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, mancipiis utriusque ſexus, cum banno & conſtrictu, inquiſitis & inquirendis, & omni utilitate, quæ vel haberi, vel axcogitari poteſt; & tali poteſtate & conſtrictu, quali vel anteceſſores illorum, vel ipſi poſt illos poſſidebant, cum adſtipulatione Juſta & adſtipulatione & conſenſu filiorum ſuorum, ad principale altare S. Petri in proprietatem tradiderunt, hac videlicet conventione, ut quousque viverent, ſupranominatis eccleſiæ noſtræ prædiis, quæ in precariam acceperant, liberrime uterentur; poſt eorum vero mortem, tantum ad filios eorum Walramum & Folconem hæc eadem precaria tranſiret, eis vero de hac vita diſcedentibus, ceſſante penitus precaria, & ceſſante ſive hæredum ſive affinium, ſive ſucceſſorum eorum poteſtate, in hæc præſcripta eccleſiæ noſtræ bona, omni ſive controverſia, ſive inclamatione ſopita, in jus, ditionem, uſus, & utilitatem Trevericæ eccleſiæ ejusdem eccleſiæ epiſcopi rediret, ſimulque ea prædia, quæ S. Petru in proprietatem comes Walramus & uxor ejus dederunt & cum adſtipulatione, ut dictum eſt, & conſenſu filiorum ipſorum ſupradictorum tradiderunt, in eccleſiæ noſtræ proprietate & poteſtate (e) quiete, ſecure atque liberrime perpetualiter manerent. Præterea quoddam prædium in * Egla, item & aliud in Corricha ſæpe dictis Walramo & uxori ipſius conceſſimus, hac videlicet pactione, ut prædia in Mandernacha, & circumjacentibus villis ad illa pertinentia, injuſte illis ablata, ſi acquirere poſſent, S. Petro traderent, ſi vero acquirere non poſſent, ipſi, & poſt mortem ipſorum quicunque filiorum eorum, Walramus, ſive Folco, alterum ſuperviveret, ea ipſa bona in Egla & Corricha in finem vitæ ſuæ habeat, & epiſcopo Trevericæ ſedis hoc inde ſervitium faciat, ſcilicet (f) XL. ſcutatos ex iſta parte alpium, & ſi iter epiſcopi vel regia expeditio ultra alpes fuerit, XX. mittat. Et ut hæc conventionis & precariæ pagina firma & inconcuſſa permaneat, ſigilli noſtri impreſſione eam firmavimus. Data anno Incarn. Domin. MLIL ind. V. Hi teſtes qui interfuerunt: Ruricus corepiſcopus, Arnoldus corepiſcopus, Ruricus præpoſitus, Gerramus præpoſitus, Adelbero presbyter, Hugo præpoſitus, Godeſcalcus, Werenbertus, Reginerus, Rutardus. Laici. Arnoldus de Salmana, Arnoldus de Amſtein, Bezelinus de Ham, Adelbero de Madelberc, Odelbrecht de Stalle, Dietfrid advocatus, Anſelmus Bern, Anſelmus Hartman. EBERHARDUS ARCHIEPISCOPUS.

(d) * Drohn (e) * Igel. (f)

CCLI. EBER-

NOTÆ.

(d) *Obtimetdine, & in Pulicha, Camda &c.*] Hodie *Oeſtendunck*, *Pollich*, *Cande*, *Retteroth*, *Lehmen*, *Covern*, *Alcken*, *Langenfeld*, *Buch*, *Enckrich*, *Reil*. Cognoſcitur hinc, quo tempore, quóque jure hæc loca, quorum pleraque (priora ſcilicet, in Meinfeldia ſita) hujus tractûs magna pars ſunt, ad Trevirenſem Eccleſiam devenerint. Unde facilè confutantur Palatinæ ſcriptores Freherus *Orig. Palat. Cap. II. p. m.* 13. & *Cap. XI. p.* 87. *ſeq.* Tolner *Hiſt. Palat. Cap. III. p.* 95. *Lit. F.* qui ferè ex ſolo *Palentiæ* nomine, in hoc ipſo diſtrictu ſitæ, inter Confluentes, Andernacum & monaſterium Meinfeldiæ, ſuis olim Palatinis, neſcio quæ, vindicabant.

(e) *Quiete, ſecurè atque liberrime perpetualiter manerent.*] Dinaſtæ tam pro ſua perſona, quàm ratione ſuorum territoriorum à judiciis Pagorum, ſive inferioribus exempti, Imperatori immediatè ſuberant, ipſi in ſuis territoriis jurisdictionem jure proprio competentem exercentes, nulli alteri obnoxii quoad jura territorio annexa, tam ea, quæ ſuper terram ſunt, quàm quæ ſub illa. Hanc libertatem & excellentiam dominii expreſſit formula brevis ſed momentoſa *Quiete & liberrime*, ſeu etiam *libere*. Mettingh *de ſtatu milit. Germ. Sect. IV.* §. 6.

(f) *XL. Scutatos.*] Hic tum belli modus, ut Nobiles cum ſuis *ſcutariis*, *ſatellitibus*, *beneficiariis*, *ſoldariis*, *clientalis* in bellicis expeditionibus ſervirent Imperatori, aut cui aliàs ad ſervitia obnoxii eſſent.

CCLI.

1052.

EBERHARDUS ARCHIEP.

novis prædiis facultates S. Simeonis auget.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Eberhardus peccator ſanctiſſimorum Trevirenſis metropolitanæ archipræſulum ſucceſſione indignus notum eſſe cupio omnibus noſtris, imo omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, traditionem, quam cum conſenſu, atque favore, imo conſilio eccleſiæ noſtræ meliorum ſancto Simeoni ſolemniter legali & aucthorali jure gentium feci. Quoniam nobis & Walramo comiti de Arlo, conjugique ejus dominæ Alheydæ de precaria, quam fecimus, convenit bonum, quod ſanctus Simeon in * Egela primo ab urbe Treverica milliario habuit, ſupradicto comiti, & uxori ejus ea conventione, quam charta * de eadem precaria, & pactione facta edocet, conceſſimus, ea ratione, ut prædicto domino confeſſori bonum & majus & utilius redderemus. Memores igitur pactionis noſtræ, tradidimus tibi, ſanctiſſime confeſſor & patrone noſter Simeon, ea bona, quæ nobis in * Lyemana provenerunt, ex traditione comitis Walrami, & uxoris ejus, ea utilitate & poteſtate, qua ad noſtram manum tenuimus, ſcilicet cum utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſylvis, cum lapſu, qui eſt in Moſella; hac addita, & confirmata conventione, ut poſt obitum Walrami, & uxoris ejus Alheydis, nec non (a) filiorum eorum Walrami, & Falckonis, cum bona noſtra, quæ in precarium acceperunt, ad eccleſiæ noſtræ poteſtatem & utilitatem, ſicut conſtitutum eſt, redibunt, prædium tunc in Egela abſque omni contradictione in tuos atque congregationis tuæ uſus liberrime, atque integerrime recipias, & utraque bona in Egela & in Liemena libere, quiete & ſecuriſſime perpetualiter habeas. Et ut hæc traditionis noſtræ charta ſit aucthorabilior, ſigilli noſtri impreſſione eam roboravimus; quisquis tentaverit infringere, anathema ſit. Data Treviris anno dominicæ incarnationis MLII. indictione quinta, regnante Henrico rege tertio, imperatore ſecundo. Teſtes ſunt Rambertus præpoſitus in domo ſancti Petri, Germanus præpoſitus, Ruricus præpoſitus, Godeſchalcus presbiter, Luzzo presbiter, Regenherus ſubdiaconus. Laici: Udalbertus de Stable, Bern de Virneburg, Anſelmus de Dudelindorff, Arnold de Salmana, Diefrit advocatus, Anſelhin de Conza, Hartmannus, Sygebodo, Sygemar, Ezzelin.

(a)

* Igel, ubi monumentum Secundinorum

* carta præcedens.

* Lehmen ad Moſellam inferiorem.

N O T A.

(a) *Filiorum eorum Walrami & Falckonis.*] Falco natu major duas quidem proles genuit, ſed in infantia defunctos; unde Comitatum Arlunenſem tranſmiſit Waleramo fratri, hujus nominis ſecundo, qui non niſi unicam filiam reliquit, Adelam, Henrico II. Duci Limburgenſi nuptam. Hoc matrimonio tranſiit Arlunenſis Comitatus in familiam Limburgicam.

CCLII.

1053.

HENRICUS III. IMP.

Vilmariam donat monaſterio S. Eucharii, è quo corpus S. Valerii acceperat.

Brovverus *Annal. Trev. Tom. I. p.* 531.

HEnricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Omnium Chriſti noſtrorumque fidelium, tam futurorum, quam præſentium, ſolers noverit induſtria, qualiter nos venerabilis Eberhardi Trevirenſis archiepiſcopi charitativam popoſcimus benignitatem, ut noſtræ voluntati aliqua ſanctarum reliquiarum conſolatione ſatisfaceret, & tali theſauro monaſterium noſtrum, quod

Gos-

CCLII.

Goſlariæ in honorem B. Mariæ perpetuæ virginis & ſanctorum apoſtolorum Simonis & Judæ a fundamento incepimus, & Deo adjuvante perfecimus, ditaret. Quam videlicet petitionem venerabilis jam dictus præſul fideliter attendens corpus S. confeſſoris Valerii archiepiſcopi cum aliis quam plurimis ſanctorum reliquiis nobis benigne & honorifice apportavit. Quod ut juſtum erat, ſuſcipientes, ſumma devotione in prædicto monaſterio Dei, ſuique ſervitio inibi pleniter & canonice ordinato, prout potuimus, cara pignora venerabiliter recondidimus. Sed ne S. Eucharius tali ſucceſſore, tamque amabili ſocio, ex parte noſtra abſque omni remuneratione careret, ideoque nobis, implorantibus auxilii ſui gratiam, non impenderet; præbendam monachorum Deo ſanctoque Euchario regulariter ſervientium aliquantulum augeri deſideravimus, ut eo melius ac delectabilius vigilarent in Dei laudibus. Quamobrem ob honorem ipſius glorioſi confeſſoris Valerii, nec non interventum Agnetis noſtri thori & regni chariſſimæ conſortis, & propter dilectionem fidelis noſtri archiepiſcopi ſuperius nominati, & pro animæ noſtræ felicitate, proliſque dilectæ proſperitate, & anteceſſorum noſtrorum requie, ad altare S. Eucharii in augmentum præbendæ fratrum inibi Deo ſervientium, de noſtra hæreditatis parte villam quandam, quæ * Vilmar nuncupatur, cum omnibus eo pertinentibus dedimus atque tradidimus. Actum Goſlariæ anno MLIII. Indict. VI. anno autem domini Henrici III. regis, imperatoris II. regni XV. imperii VII.

* ad Logenam fluvium.

CCLIII.

ANSELMUS

1053. villam Leiwen Eccleſiæ S. Simeonis tradit variis conditionibus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Anſelmus omnium Chriſti fidelium humillimus, cum per plurimos Chriſti fideles conſpicerem, bonis operibus vigilantique cura Domino jugiter famulari, ſuarumque multiplicium medicina eleemoſinarum ſuorum vulneribus peccatorum inceſſabiliter mederi, me miſerum omnium ponderibus iniquitatum prægravatum, horum nihil ſimilium usque modo feciſſe ingemiſcens, & inter omnia, quæ locutus ſum, aut feci, noviſſimum vitæ meæ diem conſpiciens, tandem intra memetipſum ſæpius meditari cœperam, ut & ego juxta mearum poſſe facultatum, ſi non omnem, ſaltem aliquam meorum relevarem ſarcinam criminum. Unde primum conſiderans recens * examen fratrum ſancti Simeonis, humilemque devotionem noviter ibidem inceptæ Dei ſervitutis, eorum inopiæ, atque neceſſitati juxta meam poſſibilitatem aliquo meorum adminiculo bonorum ſuccurrendum fore dignum exiſtimavi. Quapropter omnibus eccleſiæ Chriſti fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, notum eſſe deſidero, qualiter propria mea voluntate, nec non & dilectæ conjugis meæ Abbæ, filiorumque meorum conſenſu, & eorum, & mei amicorum ſuggeſtione prædium meum ex ingenuorum manu, atque liberali poteſtate traditum mihi, ſcilicet ſitum in marcha cujusdam villæ, quæ vocatur * Lyva, cum omnibus mancipiis utriusque ſexus, ſylvis, vineis, agris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, & cum omnibus appendiciis, pro remedio animæ ibidem requieſcentis domini mei omnium mihi chariſſimi, ſcilicet bonæ memoriæ archiepiſcopi Popponis, & pro mei eleemoſina, atque commemoratione dilectæ contectalis meæ Abbæ, filiorumque meorum, ſancto Simeoni ac fratribus ibidem Deo famulantibus firmo & perpetuo jure tradidi, atque donavi; hac conditionis lege, ut,

* collegium.

* Leiwen ad Moſellam.

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I. Ddd 2 quoad

CCLIII.

(4) quoad vixero, fraternitatem, & de eodem monaſterio (4) æque ut unus fratrum præbendam, poſt finem vero vitæ cum conjuge mea atque filiis locum ſepulchri, & officium humanitatis ibidem habeam. Deinde vero quicunque fratrum hebdomadarius inibi fuerit miſſæ, eandem ad præſens habeat præbendam, eo ſcilicet tenore, ut, quamdiu vixero, pro mei, meorumque conſanguineorum, & omnium ſalute viventium unam decantet miſſam quotidie; poſt obitum vero meum ſimiliter faciat pro domini mei ſupradicti archiepiſcopi Popponis, atque mei, & omnium, ſicut dixi, conſanguinitate mihi junctorum commemoratione, & omnium defunctorum beatitudine. Præterea ſine dubio volumus, & iſtius chartulæ ſcriptis firmiter confirmamus, ut ad idem prædium pertinens familia non ad ampliorem, quam ante hanc donationem, cenſum cogatur, ſed eodem, quo tradidi, atque donavi jure & clementia ulterius dimittatur. Si quis autem, quod abſit, vel ejusdem monaſterii præpoſitus, avaritiæ cupidine ductus, vel meorum quiſpiam nepotum, hujuscemodi pactum & conſtitutionem infregerit, & a communi fratrum commodo derogatum privatæ potius, quam publicæ utilitati arrogaverit, fratribus de publica ſede Deo ejusque genetrici Mariæ, & ſancto Petro famulantibus prædictum cum omnibus ſupramemoratis appenditiis prædium trado, & æqua conſtitutionis lege dono, ut quemadmodum ante dictis fratribus fuerat conſtitutum, iſti ſimili, & eodem modo perſolvere velint orationis votum. Aut ſi nunquam, quod abſit, neque apud hos, nec apud illos hujus conſtitutæ orationis memoria fuerit, hæredes mei idem ad ſe ſe prædium recipiant, & absque dubio ſuæ poteſtati ſubdere non abnuant. Verum ut hujus traditionis pagina firma permaneat, & inconvulſa, collaudante, atque conſentiente venerabili hujus ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archipræſule Eberhardo ipſius forma, atque ſui impreſſione ſigilli juſſa eſt inſigniri, & confirmari. Hæc autem facta anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quinquageſimo tertio, indictione ſexta. Hujus rei teſtes ſunt in ordine cleri: Rambertus præpoſitus, Luzzo decanus, Gerram ejusdem eccleſiæ præpoſitus, Arnolphus, Roricus, Hungerus. Iſti ſunt laici: Arnolphus comes, Waldo, Adalbero, Anſelmus, Udilbertus, Beren, Diefrit advocatus, Humbertus.

NOTA.

(4) *Æque ut unus fratrum præbendam habeam.*] Refert Trithemius *Chron. Hirſaugien. Tom. I. p.* 116. *ad an.* 973. ſub Henrico I. Archiep Trev. Canonicos majoris Eccleſiæ S. Petri, qui antè ſub certa regula in communi vixerant, abjectâ priſtinæ converſationis normâ, *diſtributionibus inter ſe factis præbendarum*, deſiiſſe eſſe regulares; Horum exemplum deinde ſecutos Canonicos S. Paulini apud Treviros, S. Caſtoris in Confluentia, SS. Martini & Victoris Moguntiæ; ſimiliter alios Wormatiæ & Spiræ. Extinctâ itaque vitâ communi apud Treviros, antequam Collegium S. Simeonis conderetur, ea huic minimè præſcripta, nec hoc tempore in obſervantia fuit; quod præſens locus tabularum Anſelmi viri uxorati firmat, & evidenter probat auctoritas Theodorici Archiep. de an. 1240.

CCLIV.

HENRICUS III. IMP.

Advocatorum S. Maximini inſolentiam coërcet.

Circa 1054.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Si eccleſiis vel cœnobiis divino cultui mancipatis, alicujus patrocinii vel defenſionis ſolatium adverſus inſolentiam perfidorum præbuerimus, divinitus nos remunerari procul dubio credimus. Quapropter omnium ſanctæ Dei eccleſiæ fidelium, tam præſentium quam futurorum, comperiat ſagacitas, qualiter nos ob remedium animæ noſtræ, & progenetorum noſtrorum, interventu

CCLIV.

tu etiam kariſſimæ contectalis noſtræ Agnetis, imperatricis auguſtæ, noſtrique filii dilectiſſimi Heinrici quarti * regis crebram, & importunam querimoniam Theoderici reverendi abbatis cœnobii S. Maximini benigne ſuſcepimus, & coram fidelibus noſtris diligenter diſcuſſimus, de multis ſcilicet oppreſſionibus, quas familia S. Maximini patiebatur a comitibus, & advocatis, adeo etiam, ut omnino videretur deſtituta antiquis legibus, & non quaſi regalis abbatiæ familia, ſed, ut propria advocatorum ancilla, eſſet in ſervitutem reducta. Unde noſtrorum conſilio amicorum præcipiendo decrevimus, ut coram legatis noſtris Bertolſo ſcilicet, (a) comire de Strumburg, & Dragebodone * miniſtró noſtro, & aliis nuntiis noſtris, & coram præſente abbate Theoderico, & (b) comite Giſelberto, tunc temporis advocato, majores & antiquiores de familia ſancti Maximini convocarentur, & ſacramento conſtricti confirmarent, quibus legibus, temporibus (c) Heinrici ducis ſenioris, & Heinrici ducis junioris, familia illa ſubjacerer, qualiter placita, & judicia fierent, ut ipſi, & poſteri eorum, eodem jure, eademque legê exinde perfruerentur. Electi ſunt ergo, qui hanc legem, & juſtitiam facerenr inter abbatem, & advocatum ſecundum jura priorum, & anteceſſorum ſuorum, ſuper reliquias ſanctorum confirmarenr, & poſtea Treviri in præſentia epiſcoporum, Eberhardi Trevirenſis, Liutbaldi Moguntiacenſis, Adelberonis Mettenſis, & Deoderici Virdunenſis epiſcopi, & aliorum principum noſtrorum juxta petitionem prædicti abbatis ſacramento corroborarent. Confirmatum eſt itaque eorum ſacramento, quia advocatus familiæ illius, niſi ter in anno * in abbatia placitare non debeat: quicquid autem illis placitis reus vadicaverit, arbitrio abbatis, & ſuorum præpoſitorum, & villicorum, ſecundum culpam, & poſſe uniuſcujusque hominis cedar, & duæ partes abbati, tertia advocato cedat. Er ſi aliquis forte culpam furti, vel ſeditionis inciderir, & abbas ob rebellionem temeritatis advocatum acceſſerit, (d) ex eodem vadio, abbati duæ partes, advocaro tertia proveniat; ita tamen, (e) ſi advocarus a regia manu bannum ſuſcepit, aliter in abbatia placitare non præſumat. Servientes vero, qui (f) præbendarii, & qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt, vel qui ſoris ad curtes (g) dageſcalci dicuntur, nulli advocato, neque (h) hunnoni ſubjaceant; ſed tantum abbati, ejusque præpoſitis, pro quibuscunque culpis reſpondeant. Advocatus qui bannum a regia manu ſuſcepit, proxima die poſt feſtum ſancti Maximini ſuper prædia, & mancipia eorum, qui (i) ſcaremanni dicuntur, illa ſola die, ſi jejunium, vel celebre feſtum, aut dominicus dies non fuerir, placitabit. Sin autem jejunus, (k) prima ſonante placitum intrabit, & usque ad nonam horam illud tenebit: poſtea vero nullum diucius ibi ſtare cogere poterit, & quidquid ibi accquiſierir, duæ parres abbatis, tertia ejus erit, nullumque alium

* is cùm creatus ſit Rex hoc anno, utique hæ tabulæ poſt ejus inaugurationem ponendæ erant.

* vetus apographum ante annos 600. exaratum: & Othnando aliisque Miniſtris noſtris.

* aliud exemplum neque vetus atque autographum, addit: & ille, qui dicitur Hunno, tertio anno, niſi recens furtum fuerit.

N O T Æ.

(a) *Comite de Strumburg.*] *Stromburg* caſtrum eſt ad Navam haud longè Pinguia.

(b) *Comite Giſelberto, tunc temporis advocato.*] Comite Luxemburgenſi, de quo *Geſta Trevir. Cap. LII. edit. Leibnit.*

(c) *Heinrici Ducis ſenioris, & Heinrici Ducis junioris.*] Bojorum Duces, ambo Luxemburgi Comites, De quibus nos alibi.

(d) *Ex eodem vadio.*] Pœna ſeu mulcta pecuniaria.

(e) *Si advocatus à regia manu bannum ſuſcepit.*] Non aliter ergo jus erat advocato, præſidere judiciis in cœnobio, quàm ſi Rex aut Imperator eum advocatum creâſſet.

(f) *Præbendarii.*] Miniſtri ſunt cœnobii, qui ab eo ſtatam, obſequiorum causâ, habent annonam; eorum pars circum monaſterii muros, pars ſoris ad Taveuam atque Apulam colebant.

(g) *Dageſcalci.*] Sunt alii Abbatiæ miniſtri, qui in villis diurnam operam elocabant.

(h) *Hunnoni.*] Fuerunt Hunnones Magiſtratus quidam publicus, ac provinciales judices. Legitur in monimentis Ravingirsburgenſibus, Hunnones ſecundùm ſeptenos annos Abbatum judicibus aſſeſſores adeſſe, deque menſuris, ponderibus, paſtionibus, viis atque ſemitis &c. jus dicere ſolitos. Quanquam apud Maximinianos brevius Hunnonibus conſtitutum erat judiciorum ſpatium, redibâtque eis juriſdictio in tertium quemque annum, ni recens furtum, quod genus criminum Hunnones quoque judicabant, antevertere id tempus juberet.

(i) *Scaremanni.*] De his actum ſupra ad cartam Ottonis III. *de anno* 990. *not. a.*

(k) *Prima ſonante placitum intrabit, & usque ad nonam horam illud tenebit.*] Id eſt, cùm Primæ horæ pſalmi eria pulſu indicti eſſent,

CCLIV.

alium poſt ſe ponere præſumat, qui vocetur poſt-advocatus. Eadem vero die abbas ipſi advocato ſervitium dabit (l) (m) (l) dnos modios panis, (m) friozkingas IIII, & unam amam vini. Si eccleſiæ homo interfectus fuerit, & abbas, aut villicus ejus ab homicida (n) (n) wiregildum exigere poterit, totum ſui juris erit; ſin autem advocatum neceſſe fuerit accerſire, tertia pars cedit ei. Poteſtative per abbatiam placitare, hoſpitia vel ſervitia a ruſticis exigere, petitionibus gravare, & pecora eorum, aut palefridos tollere, & redditus ab ipſis extorquere, tam comitibus, quam advocatis, omnimodis imperiali auctoritate interdicimus. Et ut noſtræ præceptionis de his omnibus firma ſervetur authoritas, manu propria ſubter firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domni Henrici tertii Romanorum imperatoris auguſti.

Geberhardus epiſcopus & cancellarius vice Wezelonis * archiepiſcopi & archicancellarii recognovi.

* Wezelo, ſeu Bezelo, contractè & vernaculè eſt Adelbertus; eratque Hamaburgenſis Epiſcopus.

NOTÆ.

usque ad pſalmos Officii monaſtici, qui ad Nonam decantantur.

(l) *Duos modios panis.*] Tot nempe panes, quot binis modiis frumenti coqui poſſunt.

(m) *Friozkingas IIII.*] Id eſt, quatuor oves ſeu verveces.

(n) *Wiregildum.*] Mulctæ genus, quod pendebatur pro libero homine occiſo.

CCLV.

IMMUNITAS

Abbatiæ Epternacenſi confirmatur per Henricum III. Imp.

1056. 16. Maij.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Nos divinæ eruditionis percipientes doctoribus, quanta remunerationis gratia cuncta ſequatur benefacta, non dubitamus defenſores eccleſiarum, in quibus Chriſtianæ plebis univerſitas Deo ſanctificatur & conjungitur, ſede beatitudinis maxime coronari, & remunerari.

Unde cunctis ſanctæ Dei eccleſiæ filiis noſtriſque principibus & fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, notum eſſe volumus, qualiter nos propter miſericordiam Dei, & ſancti Clementis Willibrordi, & per interventum contectalis noſtræ ſcilicet Agnetis imperatricis auguſtæ, noſtrique filii dulciſſimi Henrici quarti regis, & ob petitionem (a) Regimberti abbatis (a) viri venerabilis, abbatiam Epternacenſis loci, quam ibidem Clemens Willibrordus, in honore ſanctæ, & individuæ Trinitatis conſtruxit, & ubi ipſe corpore quieſcit, eodem jure, & eadem libertate, qua ab anteceſſoribus noſtris usque in hanc tempeſtatem noſtram extitit ſtabilita, firmamus, ea ſcilicet ratione, ut eadem abbatia in noſtro noſtrorumque ſucceſſorum mundiburdio, & defenſione ſemper libera, & ſecura totius regalis ſervitii, omniumque cæterarum perſonarum, niſi ſolius Dei ſubſiſtat; & ut fratres inibi Deo devote famulantes pro regni noſtri ſtatu, & noſtra, ſuccedentiumque regum vel imperatorum ſalute, & perpetua felicitate jugiter Deo ſupplicare delectet.

Ad

NOTA.

(a) *Regimberti Abbatis.*] Eum anno 1060. jus mitræ & infularum ab Alexandro Pontifice adeptum perhibent; jus etiam plurium Eccleſiarum Bataviæ à Wilhelmo Ultrajectenſi Præſule recuperavit. Victûs quoque domeſtici portiones locupletavit, ut indigentiæ querelas plerumque adjunctas tolleret. Anno 1059. ex objectâ quondam ſuperni viſi ſpecie anniverſariam venerationis reliquiarum Epternacenſis Eccleſiæ memoriam inſtituit, quæ jam XVII. Kal. Decembris frequentatur. Demum adjutore in ſucceſſorem admiſſo, opportunè monaſterio vivens conſuluit, defunctus anno 1081.

CCLV.

Ad hæc etiam volumus in tota ſupradicta abbatia poſthac nullos effici advocatos, niſi conſenſu, & conſilio ejusdem abbatis Regimberti ejusque ſucceſſorum. Et ut libertas noſtra imperiali autoritate firmata perpetualiter ſtabilis, & inconvulſa ævo ſuccedenti perduret, hoc præcep.um inde conſcribi, & manu propria, ut ſubtus videtur, corroborantes, ac ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domini Henrici tertii regis Invictiſſimi, ſecundi Romanorum imperatoris auguſti. Winitherius cancellarius vice Luitboldi archicancellarii, & archiepiſcopi.

Data XVII. kal. Junii anno Dominicæ Incarnationis MLVI. indict. IX. anno autem domini Henrici tertii regis, ſecundi imperatoris ordinationis XXVI. regni vero XVIII. imperii X. Actum in Dei nomine feliciter, Goslare, amen.

CCLVI.

1056. 30. Junii.

Quod HENRICUS III. IMP. adversùs Advocatos S. Maximini nuper decreverat, nunc, adjectis aliis, innovat.

Zylleſius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 38.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Heinricus divina favente clementia, Romanorum imperator auguſtus. Si eccleſiis vel cœnobiis divino cultui mancipatis, alicujus patrocinii vel defenſionis ſolatium adverſus inſolentiam perfidorum vel malignorum hominum præbuerimus, divinitus nos procul dubio remunerari confidimus. Quapropter fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum, magnitudo comperiat, qualiter nos ob amorem Dei, & per interventum cariſſimæ contectalis noſtræ Agnetis imperatricis auguſtæ, noſtrique filii dilectiſſimi Heinrici quarti regis crebram, & importunam querimoniam Theoderici reverendi abbatis de cœnobio ſancti Maximini benigne ſuſcepimus, de multis ſcilicet oppreſſionibus, quas familia S. Maximini patitur ab advocatis & comitibus, eam defendere magis, quam diſſipare, vel affligere debentibus, quæ non ſolum antiquis legibus deſtituta, ſed ita potius in ſervitutem advocatorum eſt omnimodis redacta, ut non quaſi regalis, ſive regiæ dotis eadem abbatia, ſed ut propria magis eorundem advocatorum eſſe videatur ancilla. Unde in præſentia noſtri, aliorumque fidelium noſtrorum Eberhardi Trevirenſis, Liutbaldi Moguntienſis, venerabilium archiepiſcoporum, Adelberonis Metenſis, Theoderici Verdunenſis, epiſcoporum; nec non Ebbonis Fuldenſis*, Ruotberti Prumienſis, Odalrici Laureshamenſis, reverendorum abbatum; Godefredi, Gerhardi, Friderici, ducum, Giſilberti, Herimanni, Theoderici, Emichonis, & Berhdolfi de Struomburg comitum, aliorumque fidelium noſtrorum, duodecim de ſervientibus, qui ſcaremanni dicuntur, & viginti quatuor ex antiquioribus de familia, per ſacramentum jurare, & confirmare decrevimus, quibus legibus vel juri, ſub tempore* Henrici ducis junioris, ſervientes aut familia illius loci ſubjaceret, qualiter placita, & judicia fierent, ad quem præbendarii, qui ante portam, vel circa urbem ſunt, aut in cellula, quæ Tevena vel Apula dicitur, reſpectum habere deberent, ut ipſi, & poſteri eorum eodem jure, eademque lege exinde perfruerentur. Confirmatum eſt itaque eorum ſacramentum, quia advocati abbatiæ illius, ubicunque in regno noſtro ſita ſit, non niſi ter in anno, & illi, qui hunnones dicuntur, tertio tantum anno, niſi recens furtum Inerit, aut ex parte abbatis vocati fuerint, placitare in abbatia debeant. Quidquid autem in illis tribus placitis advocatorum vel hunnorum clam aut aperte, retro vel ante in via, illuc vel inde eundo, quisque reus vadiaverit, arbitrio abbatis, vel præpoſitorum, aut villicorum & meliorum, qui in curtibus ſunt, ſecundum culpam & facultatem uniuscujusque hominis diſponatur: inde duæ partes abbati, tercia advocatis tribuatur. Si cujus bona, vel

*Brewero in Fuldenſibus Eppo, &, quod idem eſt, Ekbertus.

* Vid. ſupra ann. 1041. in not.

CCLVI.

vel prædia propter aliquam culpam vel querimoniam (*a*) in placitis abbatis, id eſt Budingun, dominicata vel publicata fuerint, omnia abbatis erunt, niſi bonis eisdem, priusquam villici abbatis ea in cuſtodiam ſuſceperint, ſe quilibet temere intromiſerit: de bonis autem, quæ in advocatorum placitis publicata fuerint, duæ partes abbatis, tercia vero pars in eodem tantum anno rerum, aut frugum advocatorum erit: poſtea vero nihil ad eos pertinet, quid abbas inde diſponere velit. Advocati autem ſervicia in curtibus, in quibus jura dabuntur, cum villicis & (*b*) ſcavionibus accipiant, & non emittant, vel vendant; quia ad hoc eis donantur, ut quidquid abbati vel familiæ adverſitatis contigerit, corrigant. Quod ſi non fecerint, & bis vel ter aliquid in agris aut vineis, unde damnum habet abbas aut familia, eis accuſatum, aut denunciatum fuerit, & non correxerint, (*c*) ſervitio eos abbas conſtringat, donec ea, quæ in prioribus binis, aut tribus placitis accuſata ſunt, ad correctionem perducant. Si quis propter furtum, vel latrocinium captus, aut juſto judicio dijudicatus, vel dampnatus fuerit, ſubſtantia illius, & omnis poſſeſſio abbatis erit: advocatis vero de homine, quod juſtum eſt, aut quod ſibi & aliis comprovincialibus ſuis viſum fuerit agere, licebit. Si aliquis ex familia interfectus fuerit, precium illius, id eſt weregelt, ſi ſine advocato accquiri poterit, totum abbatis erit; ſi autem per advocatum accquiſitum fuerit, terciam partem advocatus habebit. Servientes vero, qui præbendarii ſunt, & qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt, ſive in ipſo loco, vel cellulis illuc pertinentibus, id eſt Apula vel Tavena, quamvis jam diu deſtructis, Deo tamen noſtroque & dilectiſſimæ conjugis noſtræ Agnetis imperatricis auguſtæ, ſi vita comes fuerit, auxilio patrocinante conſtruendis, & recipiendis, ſive qui foris, vel intus dagescalzci, vel piſtores, bavarii, aut piſcatores, coci, aut lavatores, vel quicunque foris vel intus, cotidiano ſervitio fratribus ſervituri ſunt, nulli advocato, neque hunnoni ſubjaceant, ſed tantum abbati, ſuisque præpoſitis pro quibuscunque culpis ſuis reſpondeant, vapulent aut evadant. Si villani aut manſionarii debitum cenſum vel ſervitium S. Maximino & abbati volunt denegare, primum per alios judices, deinde in ipſo principali loco Treveris, unde vivunt, per illos judices, ac miniſtros, qui ſcaremanni dicuntur, & qui meliores ſunt eccleſiæ, conſtringantur: ſin autem per cartam & advocatum, ad ultimum vero per manifeſtum judicium, in quo, ſi convicti fuerint, omnibus bonis ſuis, ad manus abbatis attractis, carebunt, & jus, quod abbas eis poſtea conceſſerit, habebunt. Servientes vero, qui ſcaremanni dicuntur, nulli advocato, niſi abbati, ſubjaceant, nulli eorum ſerviant, niſi beneficia ab eis habeant, aut abbas pro neceſſitate, & utilitate monaſterii cum illis eos alicubi ire præcipiat; (*d*) advocatus vero Giſelbertus, qui in præſentiarum eſt, aliique ſucceſſores ipſius, qui bannum a regia manu ſuſceperint, proxima die poſt feſtum S. Maximini ſuper prædia, & mancipia eorum, qui miniſtri, vel ſcaremanni dicun-

N O T Æ.

(*a*) *In placitis Abbatis, id eſt, Budingun.*] Erat judicii genus Abbatibus proprium, in quo de fundis, agricolatione & re ruſtica, colonorúmque, quos ſcaremannos vocabant, obſequiis diſceptabatur. Sic ex cartis Ravingirsburgenſis monaſterii colligitur.

(*b*) *Scavionibus.*] Id eſt, ſcabinis.

(*c*) *Servitio eos Abbas conſtringat.*] Servitio ſcilicet nummorum, ſeu mulctâ. Conf. Du Freſne *in Gloſſar. Tom. III. pag. 921. ſeq.*

(*d*) *Advocatus verò Giſelbertus.*] De eo ita Zylleſius *in Defenſ. S. Maxim. P. I. C. 3. Sect. 1. p. 42.* „ Giſelbertus Comes Luxemburgenſis & „ Salmenſis Sigefridi nepos, Friderici filius, Henrico juniori fratri ſucceſſit; is ſuæ Advocatiæ „ jura cum monaſterii juribus confuſa, in præſen„ tia plurium Principum ab Imperatore liquidari „ curavit. Refert Richardus Waſſeburg Archi„ diaconus Virdunenſis *Tom. I. Annal. in vita* „ *S. Richarii fol.* 218. quod cùm Luthardus Ot„ tonis III. Imp. propinquus, ex Comite de Lon„ gui Monachus ad S. Vitonum Virduni, in S. „ Maximini monaſterio defunctus, ibidem eſſet „ ſepultus, per Giſelbertum Comitem Luxembur„ genſem Advocatum Maximinianum fuiſſe deinde „ exhumatum, & Vitonianis reſtitutum, S. Richa„ rio Abbate S. Vitoni eum repetente. Giſelber„ tus creditur ad S. Maximinum juxta majores ſuos „ ſepultus. Dedit eidem monaſterio Svvepſingen „ & Lezenich pagos Luxemburgenſes, ut notat „ vetus Necrologium ſeu Mortuale Maximinia„ num ad XIX. Kal. Sept. Vid. Andream du Chêne „ *in Hiſtoria Luxemb. Cap. IV. p. 24. & 25.*

CCLVI.

dicuntur, illa ſola die, ſi celebre feſtum vel jejunium non fuerit, placitabunt: ſin autem, cum prima pulſata fuerit, placitum intrabunt, & usque ad nonam horam illud tenebunt, poſtea vero nullum ibi diutius ſtare, diſtringere poterunt, & quicquid ibi placitando acquiſierint, duæ partes abbatis, tertia ipſorum erit. Eadem vero die abbas ipſi advocato, quicunque eſt, ſervitium dabit, duos ſcilicet modios panis, friskingos quatuor ovinos, & amam unam vini; ſi amplius habere voluerit, de placito habebit. Si quis ex villanis, vel manſionariis, qui circa urbem, vel in aliis, longe vel prope poſitis curtibus commanent, cenſum debitum, qui ad uſum fratrum cotidianum, ſive in lignis, aut aliis quibuslibet rebus, pertinet, neglexerit, & ſtatuto die vel tempore non dederit, ſtatim ſequenti die villicus
* pignus abbatis * vadimonium de domo ipſius ſine advocato tale accipiat, cum quo illud, quod ipſe ad ſervitium debuit fratrum, pleniſſime perſolvat; cæterum vero ſervitium ejus in eadem curte, in qua habitat, ab eo, prout juſtum fuerit, exigendo requirat. Nusquam niſi inter ſe, nubant, aut uxorem ex familia S. Petri accipiant, ita tamen, ut alteri eccleſiæ altera damnum non inferat, ſed per ſucceſſiones filiorum, aut filiarum, quod ſuum eſt, utraque eccleſia retineat. Si homo in hominem verbis, aut factis deliquerit, nec abbas, nec advocatus in rationem id ponere debet, niſi præſens ſit aliquis, qui eum accuſet, aut res talis ſit, ut inter ſe clam, aut aperte pacificati inde fuerint, ibi culpa paret. Omnes eccleſiæ, & ſalicæ decimationes tam in agris, quam in vineis, ſive in ſylvis, ubicunque in prædio ſancti Maximini jacentibus, tam Kiliwalde, quam in ſylva circa curtem Steinſiela, vel caſtrum Liuzelenbun, aut in Hart, vel Wabet, juxta Talevanc, adjacente, ad ſuſceptionem hoſpitum, & pauperum debent pertinere. In ſuis vero ſylvis, quas adhuc abbas, aut fratres habere videntur, quicquid ſibi utile videbitur, exceptis feris bannitis, decet eos libere diſponere. Addimus etiam nos, & noſtra imperiali auctoritate firmiſſime interdicimus, ut nullus advocatorum aliquod placitum, præter tria jure debita, in abbatia habeat; nullus illorum hoſpitia vel ſervitia in curtibus abbatis, aut fratrum ſive a ruſticis violenter exigat; nullus eorum per inſciſiones, aut petitiones homines gravare, aut vi pecora illorum, aut paraveredos tollere præſumat, quia ſex millia ſeptingentos quinquaginta & amplius manſos de bonis S. Maximini, unde abbas in militiam ire, & noſtræ contectali vel nobis in ſecundo ſemper anno inſervire debuit, ad hoc iidem advocati ex noſtra parte habent in beneficium, ut cætera, quæ fratribus remanſerant, abſque omni advocatorum moleſtia quiete poſſideant. Harum omnium rerum teſtem cartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum domni Henrici tertii regis invictiſſimi Romanorum imperatoris auguſti.

Winitherius cancellarius vice Liutboldi archicancellarii, & archicapellani recognovi.

Data pridie kal. Julii anno Dominicæ Incarnationis MLVI. indictione VIIII. anno autem domni Heinrici tertii regis, ſecundi imperatoris ordinationis * XXVIII. regni vero XVIII. * (e) Imperii X. Actum Treveris in Domino feliciter, amen. * Coronationis in regem. * à morte patris Conradi.

CCLVII. HEN- (f).

NOTÆ.

(e) *Imperii X.*] Rectè: ſed annus priſco more deducendus à Natali Domini; atque ita Henricus anno 1047. die Natali Domini Romæ imperator ſalutatus eſt, quod noſtro more factum anno 1046. exeunte.

CCLVII.

HENRICUS III. IMP.

1056. 28. *Sept.*

concedit Canonicis S. Simeonis Trev. villam Mertloch.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina ſavente clementia Romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti, noſtrique fidelibus, tam futuris, quam præſenribus, qualiter nos ob remedium animæ noſtræ, nec non per interventum chariſſimæ contectalis noſtræ, ſcilicer Agneris imperatricis auguſtæ, noſtrique filii dilectiſſimi Henrici quarti regis tres manſos cum dominicali terra ad illum pertinentes in villa, Merthelach dicta, jacentes, & in pago Meynvelt ſitos, in comitatu Bertholphi comitis, ad altare ſancti Simeonis Treviris requieſcentis poteſtative rradidimus cum omnibus ſuis appenditiis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, terris cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, aquis aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſilvis, venationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, cum omni utilitate, quæ ullo modo poterit inde evenire; ea videlicet ratione, ut (*a*) epiſcopus ejusdem loci nullam poteſtarem ſuper illud habeat prædium, ſed fratres, qui eccleſiæ ſancti Simeonis ſerviunt, de hoc ad uſum proprium liberam poteſtatem habeant obtinendi, commutandi, precariandi, vel quidquid inde utilitatis poſſint acquirere. Et ſi ullus epiſcopus de hinc præſatum prædium illis fratribus velit auferre, iterum hoc ad regales manus redeat. Et ut hæc noſtræ imperialis traditionis authoritas ſtabilis & inconvulſa omni tempore permaneat, hanc charram inde conſcriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Data quarro kalendas Octobris anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quinquageſimo ſexto, indictione nona. Anno autem domini Henrici tertii regis, ſecundi imperatoris, ordinationis vigeſimo octavo, imperii decimo. Actum Botuelt, in Dei nomine feliciter, amen. (*a*)

N O T A.

(*a*) *Epiſcopus ejusdem loci nullam poteſtatem ſuper illud habeat prædium.*] Unde à contrario concluditur, Archiepiſcopum Trevirenſem regulariter exercuiſſe poteſtatem in omnia ſuæ Diœceſis eccleſiaſtica bona.

CCLVIII.

HENRICUS IV. REX ROM.

1056. 5. *Decemb.*

confirmat privilegia & poſſeſſiones monaſterii Prumienſis.

Martene *Coll. ampl. Tom. I. p.* 443.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia rex. Si erga loca divinis cultibus mancipata curam & diligentiam adhibemus, parentum ac deceſſorum noſtrorum inſtituta non ſolum firmamus, verum etiam augmentare ſatagimus, id nobis in æternæ remunerationis retributione profuturum veraciter confidimus. Quapropter omnibus ſanctæ Dei eccleſiæ noſtrisque fidelibus, præſentibus ſcilicet atque futu-

CCLVIII.

(a) futuris, cognitum eſſe volumus, quoniam inclytus ac venerabilis (a) Robertus abbas Prumienſis monaſterii, quod divæ memoriæ Pippinus quondam rex Francorum ſuggeſtu & conſenſu Bertradæ auguſtæ conjugis ſuæ in honore Domini noſtri Jeſu Chriſti ejusque ſanctiſſimæ genitricis Mariæ in juris ſui proprietate a fundamentis conſtruxit, una cum collegio monachorum ſub eo regulariter degentium, adiit ſerenitatis noſtræ clementiam, deprecans, ut monimenta & auctoritates auguſtorum ab ipſo ſcilicet Pippino, & infra, quæ ſuper tenore ac ſtatu præfati monaſterii ſuis præceptis & edictis roborarunt, eadem nos innovare & regali auctoritate firmare denuo dignaremur. Quorum petitionibus libentiſſime añuentes, præpoſitique ſui conſtantiam in divinis excubiis indefeſſam fore cognoſcentes, decrevimus ita fieri, & juſſimus hoc præſens muniminis noſtri conſcribi præceptum, per quod cognoſcant omnes Dei fideles & noſtri, tam futuri quam præſentes, quoniam quicquid de ſtatu prædicti loci, cunctorumque ad illum pertinentium, univerſi deceſſores noſtri sereniſſimi auguſti utiliter perfecteque ſanxerunt, id pro remedio noſtri patris Henrici II. Romanorum imperatoris auguſti, nec non ob interventum noſtræ cariſſimæ matris ſcilicet Agnetis imperatricis auguſtæ, inconvulſum ac ſtabile modis omnibus cunctas per ſucceſſiones manere decernimus. Igitur ſecundum præceptum, & edictum præclariſſimi præfati regis Pippini omniumque ſucceſſorum ejus auguſtorum auctoritate, privilegium ſit monachis prædicti cœnobii eligendi ſibi abbatem, more ſolito, de ipſa congregatione, nec aliunde recipiendi rectorem vi vel poteſtate alicujus perſonæ; ſed in eadem electione vigeat cum noſtro conſenſu atque conſilio ſeniorum de ipſa congregatione ſapientiorum probitas ac humilis ſuggeſtio. Volumus præterea ſicque decernimus, ut res, villæ, cellæ atque poſſeſſiones in quibuscunque ſitæ ſint provinciis, & præfato ſubditæ debent ſervire loco, ſub defenſione noſtræ tuitionis atque mundiburdio ab omni exactione ac diſcuſſione cujuſpiam immunes & intactæ ſemper conſiſtant. Nullus in eis comes, ſive judiciaria poteſtas, eorumque aliquis, qui rempublicam adminiſtrare debent, locum habeat tenendi audientiam vel placidum, ab eis exigendi freda, parafredos, conjectos, vehiculos; alicujusmodi requirendi bannum vel heribannum tam a ſervientibus & colonis, qui per eadem paſſim reſident territoria, quam etiam a liberis, & de hisdem beneficia habentibus, quia ſic cenſuit de eis Karolus Pippini filius imperator maximus, omnesque poſt eum usque ad hæc tempora reges & auguſti. Et ut abbas ſuos advocatos habeat licentiam ſtatuendi, ſine regis præſentia, in cujuscunque comitis malum voluerit. Quidquid vero jus fiſci de ſupradictis rebus ad regios uſus miniſtrorumque ejus exigere poterit, ad luminaria ejusdem eccleſiæ ac recreationes indigentium, ſicut ab eis eſt conceſſum, & in ſempiternum concedimus. De theloneis quoque cunctis etiam occaſionibus, exactionibus, quemadmodum conſtat præfinitum a ſupradictis regibus, præcipiendo decernimus, nequis exigere præſumat ab eorum miniſtris & miſſis, qui ob diverſas cauſas ac neceſſitates diſcurrunt per diverſa loca, ſed neque ab ullo de tota familia S. Salvatoris in ullo mercato regni noſtri portuque navali vel naulus vel theloneus requiratur, ſintque ſemper & ubique ab hujusmodi exactoribus & exactione immunes & ſecuri, quocunque locorum ditionis noſtræ potuerint pervenire. Placuit etiam illud interferere, ut ſi aliquid minus reperitur, de imperialibus edictis, regalibusque præceptis, vel inſtrumentis cartarum, per quæ loco ſupradicto & nobilium filiis res vel prædia legaliter ſint collata, quod tum crematione incendii facti per irruptionem paganorum, ſeu aliqua negligentia vel nimia vetuſtate deperiſſe probatur, nullus contra locum illum ejusque privilegia aliquas repetitiones vel occaſiones propter hujusmodi rem movere deinceps præſumat; ſed quodcunque illi loco ſecundum legem a quocunque collatum eſt, hactenus ſine

NOTA.

(a) *Robertus Abbas Prumienſis.*] In Abbatum ſerie decimus nonus; quem Eccleſiæ ſibi commiſſæ in ſpiritualibus & temporalibus operosè & fructuosè præfuiſſe memorant Faſti Prumienſes. Natus erat nobili ſtirpe de Aræcaſtro.

CCLVIII.

ſine repetitione poſſedit, jugiter absque contradictione alicujus poſſideat; & ſi aliqua exinde per pravitatem pravorum hominum ſunt educta ſive ſubtracta, repetendi ea liberam habeat facultatem. Inter hæc liberales quoque donationes, quas deceſſores noſtri reges loco eidem contulerunt, reperitur hoc ab eis eſſe conceſſum, quatenus ſi rectores ejus utile judicaverint, mercatum ſtatuant in quocunque poteſtatis ſuæ loco voluerint, propriique numiſmatis percuſſuram, monetam videlicet faciendi ibidem, ex regia haberent auctoritate licentiam. Quod & nos, ſi ſic abbas neceſſarium duxerit, libenter annuimus, & auctoritate noſtra roboramus; ſitque locus ille præclariſſimus ſub tutamine & emunitate noſtræ defenſionis, ſicuti fuiſſe probatur ſub omnium, qui ante nos fuerunt, regum tuitione. Et quia rex cæleſtis ejusdem loci peculiariter non dedignatur eſſe poſſeſſor, cum totus ejus ſit orbis ipſiusque plenitudo, rex terrenus, in quantum valet, ad vicem hujus infatigabilis ſtudeat eſſe defenſor, quatenus Chriſti milites inibi degentes pro nobis cunctisque ad nos pertinentibus, atque regni noſtri ſtatu, cuncta etiam in toto orbe diffuſa eccleſia, continuas preces debitasque Deo laudes die nocteque perſolvere alacriter certent. Et ut hæc liberalitatis noſtræ inſtitutio firmiorem in Dei nomine per omnia futura tempora obtineat ſtabilitatem, manu noſtra ſubtus eam firmavimus, ſigillique noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domni Henrici IV. regis. Winiterius cancellarius vice Luitboldi archicancellarii archiepiſcopi recognovi. Data nonas Decembris anno Dominicæ Incarnationis MLVI, indict. IX. anno autem domni Henrici regis ordinat. III. regni I. Actum Coloniæ in Dei nomine feliciter. amen.

CCLIX.

EBERHARDUS ARCHIEP.

1061. S. Simeoni dat nonnullas villas in pago Nachgowe.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Eberhardus divina favente clementia Trevirorum archiepiſcopus. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris, qualiter nos ob remedium animæ noſtræ, nec non per interventum fidelis noſtri præpoſiti Geraſimi, nec non Abrahæ cæterorumque fidelium noſtrorum, prædium, quod Hunoldus habuit in marcha, & in villa Munzecha, nec non Merckedisheim in pago Nagowe, in comitatu Emichonis, liberali manu nobis traditum, poteſtative, legaliter atque ſolemniter ſancto Simeoni tradidimus cum omnibus appendiciis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, vineis, terris cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, aquis, aquarum decurſibus, molendinis, piſcationibus, ſylvis, venationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, cum omni utilitate, quæ ullo modo inde poterit provenire; ea videlicet ratione, ut nobis viventibus omni ſexta feria miſſa cantetur pro noſtra cunctique populi Chriſtiani ſalute, & tres pauperes paſcantur; poſt obitum vero noſtrum ſimili modo pro defunctis agatur. Nullus rex, epiſcopus, præpoſitus, comes, vicedominus, advocatus poteſtatem habeat vendendi, commutandi, inbeneficiandi, vel inde aliquid agendi, niſi quod conſtitutum eſt, ſed ſemper ad uſum fratrum Deo & ſancto Simeoni ſervientium, absque ullius contradictione ſive controverſia, permaneat. Si quis autem, quod non optamus, neque credimus, aliter quam conſtitutum eſt, facere voluerit, irrita ejus inceptio fiat; inſuper ad fiſcum regium decem libras auri perſolvat. Et ut hæc noſtræ traditionis authoritas ſtabilis, & inconvulſa permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria, ut infra videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Actum Treviris in monaſterio beati Simeonis. Data per manum

Rober-

CCLIX.

Roberti notarii. Anno Dominicæ Incarnationis MLXI. indictione XIV. anno archiepiſcopatus domini Eberhardi decimo quinto. Rambertus præpoſitus, Geraſimus præpoſitus, Roricus præpoſitus, Hugo præpoſitus, Rudhardus presbiter, Lutzzo presbiter, Lutzzelinus presbiter, Linzo presbiter, Werembertus presbiter, Regenherus diaconus, Megengoz diaconus. Laici: Bernardus de Virninburch, Udelbret de Stalle, Adelbero de Madelberch, Luef, Anshelin, Sigebodo, Ezzelin, Sygemar, Rudinch, Gebehart, Cuno, Hartman.

CCLX.

DECRETUM

EVERHARDI TREVIRENSIS ARCHIEPISCOPI,

1063. 1. *Novemb.*

quo monaſterio Prumienſi confirmat plurium eccleſiarum reſtitutas decimas.

Martene Coll. amp. Tom. I. p. 462.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Everhardus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus quibuslibet cupio innoteſcere fidelibus, & a præſenti notitia per continuam poſteritatis memoriam protendi; Quia domnus Ruopertus ſancti Prumienſis cænobii venerabilis abbas noſtram adiit paternitatem, reſtitui primum ac deinde confirmari poſtulans a nobis, eidem cænobio decimas eccleſiarum quarundarum in epiſcopio noſtro, quæ neque ab epiſcopo quo debuerant conſecratæ, nec parochiis ut oportuerat ſolenniter determinatæ, ſynodali judicio in jus noſtrum conceſſerant. Nos autem perpetuæ ſalutis conſideratione, temporali in his renuntiantes commodo, ſimul etiam petentis caritati & obſequiis plurimorum debentes, voluntarium ejus petitioni præbuimus aſſenſum. Itaque proficiſcentes ad loca ſupraſcripta, videlicet Melendorff, Seſerna, Romeresheim, Buodenesheim, inventas ibidem conſecravimus eccleſias, ſingulis parochias, decimationumque terminos, tam in agris quam ſilvis, tam in novalibus quam antiquitus cultis, eodem quo prius uſurpati fuerant ambitu legaliter & canonice aſſignavimus, hancque aſſignationem præſente locorum eorundem advocato absque qualibet contradictione banno noſtro ſtabilivimus. Pergentes porro ad ipſum tandem cænobium, jam dicti abbatis ductu & rogatu venimus, ubi parte monaſterii, quam ipſe veteri apponens a fundamento conſtruxerat, dedicata, altare quod in medio ſitum a nobis pariter conſecratum eſt, conditisque in eo reliquiis ſupra nominatas cum decimationibus ſuis eccleſias ea conditione tradidimus, quatenus ex tunc per continuam jam amplius ſucceſſionem temporum, tres ibi quotidie pauperes noſtro nomine paſcantur, & perpetualiter in memoria noſtri communis fratrum ejus loci perſeveret oratio. Et hanc quoque traditionem absque ullius contradictione ſuper jam dicto altari in manum Walonis advocati aſtante (a) Brunone chorepiſcopo regionis ipſius, aliisque quamplurimis, tam clericorum quam laicorum, idoneis perſonis, ſolenniter peregimus, bannoque noſtro canonice confirmavimus. Quæ ut rata omni temporum futurorum ſerie & inconvulſa permaneant, hanc fieri cartam, & imaginis noſtræ ſigillo inſigniri præcepimus, & contra obloquentium improbitatem, eorum, qui interfuerunt actioni noſtræ, probabile teſtimonium nominatim hic inſerere curavimus. Signum domni Everhardi archi- (a)

N O T A.

(a) *Brunone Chorepiſcopo regionis ipſius.*] Plures jam in Trevirenſi Eccleſia Chorepiſcopi ſeu Archidiaconi, quorum officia per diverſas Archidiœceſis regiones diſtributa erant. Prumia, &c. quæ in his tabulis memorantur, eidem vicino Eccleſiæ ad Archidiaconatum S. Petri referuntur.

CCLX.

archiepiſcopi, qui hanc cartam conſcribi juſſit. Signum Brunonis chorepiſcopi. Signum Rorici chorepiſcopi. Signum Diethbaldi presbyteri. Signum Ozonis presbyteri. Signum Hazzonis presbyteri. Signum Hildeberti presbyteri. Signum Sigewini presbyteri. Signum Udonis diaconi. Signum Werinheri diaconi. Signum Burchardi ſubdiaconi. Signum Bopponis ſubdiaconi. Signum Efridi ſubdiaconi. Signum Luozonis diaconi. Signum Walteri ſubdiaconi. Signum Waldonis advocati. Signum Eberhardi comitis. Signum Bertoldi comitis. Sig. Anſelmi. Sig. Adalberonis. Sig. Cuononis. Sig. Godefridi. Actum feliciter Prumiæ in domo ſalvatoris noſtri, calendis Novembris, anno Dominicæ Incarnationis MLXII. indict. I. anno pontificatus domni Everhardi XVII. Data autem eſt hæc carta in decimo kalend. Novembris, & recitata publice in totius ſacræ ſynodi conſpectu, anno Dominicæ Incarnationis MLXV. indictione III. anno pontificatus domni Everhardi XIX.

CCLXI.

1065.

HENRICUS IV. IMP.

monaſterio S. Maximini jura & libertates ſuas firmat.

Zyllesius *Defens. S. Maxim. P. III. p. 42.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Rex. Quoniam regalis anteceſſorum noſtrorum providentia, & ſollicitudo in conſtruendis, conſtructisve ſtabiliendis Dei eccleſiis pie jugiter invigilavit; idcitco benigniſſima Chriſti miſeratione, in cujus manu regum corda, vel jura conſiſtunt, regni illorum diuturnitas pacificata viguit, & effloruit. Unde nos pie ſalubriterque de noſtri regni ſtatu tractantes, devotamque illorum ſollicitudinem imitari cupientes, privilegia anteceſſorum noſtrorum, regum ſive imperatorum, cœnobio ſancti Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum requieſcit, conceſſa vel attributa, ob interventum dilectiſſimi nobis Adelberti * Hammaburienſis archiepiſcopi, nec non & Annonis Colonienſis archiepiſcopi, & (a) Eberhardi Trevirorum archiepiſcopi, Ellenhardi quoque Friſingenſis epiſcopi, & Theoderici Virdunenſis epiſcopi, aliorumque fidelium noſtrorum, ſcilicet Gerhardi ducis, & Godefridi ducis, & Otthonis marchionis, noſtra etiam auctoritate roborare decrevimus, ut & anteceſſorum noſtrorum benevola pietas non, a nobis neglecta, debilitetur, & monachorum inibi Deo ſervientium tranquillitas ab aliqua ſubintroducenda perſona non inquietetur. Ea ſiquidem ratione, ut idem cœnobium, ubi prænotatus ſanctus pontifex requieſcit, cui venerandus abbas Theodericus nunc præeſſe videtur, ſicut ſub anteceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque jure, mundiburdio & defenſione conſiſtat, nec alicui ſedi & eccleſiæ, excepto noſtræ regali poteſtati ſucceſſorumque noſtrorum, famulum aut appendex, vel beneficiarium ſubjaceat. Concedimus

* ex Monacho S. Maximini.

(a)

NOTÆ.

(a) *Eberhardi Trevirorum Archiepiſcopi.*] Diſceſſerat quidem nuper Eberhardus Archiep. tam gravi diſcordia à Theodorico Abbate, ut hic ad Abbatiæ defenſionem vaſallorum ſervitia inclamare neceſſum habuerit. Vid. infr. *Compoſitionem inter Abbatem & Comit. Guntrannum de anno* 1084. Quibus turbis an.. m dediſſe credibile eſt, quòd Eberhardus ſibi ab Imp. Henrico IV. Abbatiam S. Maximini rogaverit, & obtinuerit etiam, eamque proinde invadere tentaverit. Cui tamen prætenſioni poſtea renunciatum eſſe, apparet, non ex præſenti ſolùm rogatione, ſed vel inde etiam, quod Everhardus, non multò poſt mortuus, cum memoriâ haud vulgaris beneficii in Codices mortuales Maximinianos ſic relatus ſit: *XVII. Kal. Maij* ⊖ *Evehardus Trevirum Archiepiſcopus. Karitas. Duo modii dominicales. XXX. D.* * *ad piſces, & ama vini dabitur.*

* denarii

CCLXI.

dimus etiam iis liberum arbitrium inter ſe eligendi abbatem, tali honore dignum, & ad id officium idoneum, ut eo ſecurius divinum ab illis impleatur miniſterium, ſummæque propenſius majeſtatis pro nobis implorent auxilium. Inſuper etiam concedimus, ut idem abbas ſibique commiſſa congregatio, eorumque ſucceſſores poteſtatem habeant advocatias monaſterii ſui, cui velint dandi, cuique velint, tollendi; & ut nulla cujuslibet judiciariæ dignitatis perſona in curtibus eorum placitum habere præſumat. Theloneum a navibus eorum nullus exigat, familiaque eorum bannum & fredas nulli, niſi abbati, perſolvat, nulliusque niſi abbatis, vel ab eo conſtitutorum placitum attendat; & in ſingulis civitatibus regalibus vel præfectoriis liberam poteſtatem habeant intrandi & exeundi, vendendi & emendi, paſcendi & adaquandi; eisque opera regalia vel * comitialia funditus perdonamus. Et ut hoc authoritatis noſtræ præceptum firmum & ſtabile permaneat, manu propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

* h. e. Collectas pro oneribus comitiorum.

Signum domni Heinrici quarti regis. Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi. Data anno Dominicæ Incarnationis MLXV. indictione III. (*b*) anno autem ordinationis domni Heinrici quarti regis XII. regni vero VIIII. Actum Treviris, in Dei nomine feliciter, amen. (*b*)

N O T Æ.

(*b*) *Anno autem ordinationis XII.*] Loco XI. quia anno 1056. regimen demum inchoavit. Sed quod in aliis diplomatibus jam ſæpiùs uſuvenit, hoc hic quoque applicationem habet, ſcilicet: in Henricianis diplomatibus aliquot anni menſes pro integro anno perſæpe computari. Vid. *Chron. Gottwicen. Tom. prodrom. pag.* 304.

CCLXII.

Commutatio bonorum in marca Witliacenſi ſupra Lyſuram in curte Altrey inter Eberhardum Archiep. & Nepulonem.

1065.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Ebirhardus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus notificari cupio quibuscunque fidelibus, & a preſenti memoria ad futurorum notitiam transmitti, quod ex familia ecclesie noſtre quidam, Nepolo dictus, petierit a nobis rerum quarundam proprietatem ſive commutationem, ſcilicet pro quadam ecclesie noſtre poſſeſſiuncula, quam ad reditus noſtros pertinentem coloni noſtri pro cenſu debito tenebant. Quod quidem ea conditione annuimus, ut ab eo, ſicut jus & conſuetudo exigent, majus & utilius recipiemus. Itaque ex precepto noſtro accepit idem Nepolo per manum advocati Gerunt, vice (*a*) Theodorici comitis & procuratoris noſtri, Richezonis agrum quendam in marcha ** Williacenſi ſuper fluvium Leſuram menſura, quam novem .... * diurnales dicunt eſtimatum. Reſtituit autem nobis ex hereditaria patrimonii ſui poſſeſſione in eadem marcha hec: In Perdellis pratum ad carr. II. In Communpraticem ad II. In Granprat item ad I. In Kufruprat in duobus locis ad carr. II. In eodem loco terre arabilis diurnale & dimidium. In Faverota diurnalem I. In Brule diurnalem dimidium

(*a*) (*b*) (*a*)

** Witliacenſi.

* gallicè journaux.

N O T A.

(*a*) *Theodorici Comitis & procuratoris noſtri.*] Id eſt, Advocati noſtri. *Vicedomini* titulo indigitatur idem Theodericus Comes, Trevirenſis Eccleſiæ advocatus à Lamberto Schafnaburgenſi *ad an.* 1066. qui Sigeberto ſimpliciter *Comes Trevirorum* appellatur. Conf. du Freſne *Gloſſar. Tom. II. P. II. pag.* 394. *edit. Francof.* Et Diſſertationem huic ſæculo præmiſſam §. 5.

CCLXII.

-dium. In Buckamp III. In Flod Halkamp I. In Certeſchel I. In Val ex utroque latere vineam unam, eſtimatione ad amas vini IIII. Que omnia cum voluntate & aſſenſu ipſorum, qui ſupradictum agrum in manſo poſſiderunt, ſupra nominatis advocato noſtro & procuratori in domo noſtra apud Alteriam idem Nepolo publice & legaliter tradidit; ea videlicet condicione, ut agrum ex noſtris redditibus acceptum tam ipſe, quam tota ejus poſteritas, jure predii perpetuo poſſiderent. Et ne aliquis eum aut heredem ejus moleſta interpellatio, ſi forte, quod minus utile acceperat, utilius ſtudio & labore ſuo reddidiſſet, calumpniantium aliquando pulſaret, cum aſſertione jurisjurandi a judicibus loci, & tota familia noſtra exquiſitum eſt & comprobatum, multo melius eo tempore fore, quod nobis & colonis noſtris reſtituit, quam ex numero quod accepit. Quare ut hec commutatio noſtra voluntate & legaliter tranſacta perpetuo rata & inconvulſa permaneat, ſubſcripto eorum, per quos actum eſt, quique interfuerunt, teſtimonio, ſigilli noſtri impreſſione hanc cartam confirmavimus. Data Treviris anno dominice incarnationis MLXV. indict. III. XIX. pontificatus anno do. Ebirhardi archiepiſcopi.

CCLXIII.

1065. # HENRICUS IV. IMP.

Advocatorum S. Maximini officium & poteſtatem novis legibus conſtringit.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum rex. Si eccleſiarum Dei utilitatibus contra perverſorum hominum malevolentiam, regiæ defenſionis patrocinio digne conſulimus, divinitus nos inde remunerari, procul dubio, non diffidimus. Quapropter noverit univerſitas fidelium noſtrorum, tam præſentium ſcilicet quam & futurorum, qualiter venerabilis Theodericus abbas ex monaſterio ſancti Maximini, quod in ſuburbio Trevirorum ſitum eſt, noſtram regalem adivit clementiam, poſtulans, ut more piiſſimi genitoris noſtri Henrici auguſti, atque Chuonradi avi noſtri, æque invictiſſimi imperatoris auguſti, nec non prædeceſſoris ſui Henrici piæ memoriæ auguſti, noſtræ confirmationis renovaremus conſcripto, quibus legibus vel juri ſervientes, aut familia S. Maximini ſubjacere deberent, quot placita, vel jura advocati in eadem abbatia habituri eſſent; quatenus per ſuccedentia temporum curricula eidem ſacratiſſimo loco priora jura, & inſtituta per omnia ſerventur illæſa. Cujus petitioni per interventum dilectiſſimæ genetricis noſtræ, Agnetis videlicet imperatricis auguſtæ, & Annonis Colonienſis, Eberhardi Trevirenſis, Adalberti Hammaburgenſis, venerabilium archiepiſcoporum, Ellenhardi quoque Friſingenſis, & Theoderici Virdunenſis, venerandorum epiſcoporum; Ottonis marchionis; Gerhardi, & Godefridi ducum, aliorumque fidelium noſtrorum; (a) Chuonrado etiam comite, & ejuſdem loci advocato annitente, & ſummopere petente, aſſenſum præbentes, & paternæ traditioni per omnia conſentientes, hoc noſtræ auctoritatis præceptum, pro immunitatis atque tuitionis ejuſdem familiæ gratia, fieri decrevimus; per quod volumus atque præcipimus, ut ſicut (b) piiſſimus genitor

NOTÆ.

(a) *Chuonrado etiam Comite & ejuſdem loci Advocato.*] Conradus Comes Luxemburgenſis, ejus nominis I., Giſelberto patri in Advocatia ſucceſſit. Matrimonio ſibi junxerat Clementiam Comitatûs Longvionenſis hæredem, & fundatâ Abbatiâ B. M. V. Luxemburgi, in peregrinatione Hieroſolymitana obiit an. 1086.

(b) *Piiſſimus genitor noſter aliique prædeceſſores.*] Vid. diplom. Henrici II. de an. 1023. Conradi II. de an. 1026. Henrici III. de an. 1056. Nec non infrà Conradi Comitis de 1135.

CCLXIII.

nitor noſter, aliique prædeceſſores ſui prænominati, leges & jura præſatæ familiæ per juramenta diſtinxerant, & ſuis privilegiis confirmaverant, ita deinceps firmata, & ejusdem loci hominibus ſtabilita ſemper, & inconvulſa permaneant. Conſtituimus etiam atque jubemus, ut advocati in abbatia illa non niſi ter in anno tantum placitare debeant; & illi, qui hunnones in quibusdam locis dicuntur, tertio tantum anno, niſi recens furtum fuerit, aut ex parte abbatis vocati fuerint, placitum habeant. In illis ergo placitis advocatorum, vel hunnorum quicquid clam aut aperte, retro vel ante, in via, illuc vel inde eundo, vel redeundo, quisque reus vadiaverit, ſecundum arbitrium abbatis, ac præpoſitorum, aut villicorum ſuorum, & meliorum, qui in curtibus ſunt, juxta modum culpæ & facultatis uniuscujusque hominis, diſponatur; & inde duæ partes abbati, tertia advocatis tribuatur. Si propter cenſus ſui negligentiam, vel ob quamlibet etiam culpam, manſus aut poſſeſſio alicujus hominis in placito abbatis publicatum, ſive dominicatum fuerit, totum abbatis erit, niſi, quod abſit, bonis eisdem, poſtquam villicis in cuſtodiam commendantur, ſe quilibet temere intromiſerit. Bonorum vero, quæ in placitis advocatorum publicata fuerint, duæ partes abbatis, tertia advocati erit; & tertia pars frugum in eodem tantum anno, amplius vero ad eos non pertinebit, quid abbas per villicos ſuos inde diſponere velit. Servitia, quæ in quibusdam curtibus advocatis tribuuntur, cum villicis, & ſcavionibus accipere, & non emittere debent, vel vendere, quia ad hoc eis donantur, ut quicquid abbati, vel familiæ adverſitatis contigerit, quantotius ſtudeant corrigere: quod ſi non fecerint, & bis, vel ter aliquid a familia, unde damnum habet abbas, eis denunciatum vel accuſatum fuerit, & non correxerint, tam diu ab abbate ſervitio ſuo conſtringantur, donec ea, quæ in binis, aut tribus placitis ſuis accuſata ſunt, ad correctionem perducantur. Quisquis propter furtum vel latrocinium damnatus fuerit, omnis ſubſtantia, ſive poſſeſſio illius abbatis erit. Advocatis vero de homine, quod ſibi & comprovincialibus ſuis melius viſum fuerit, agere licebit. Si quis ex familia interfectus fuerit, precium illius, id eſt, weregelt, totum abbatis erit. Si autem per advocatum quæſierit, tertiam partem ſibi dabit. Servientes vero, qui ſcaremanni dicuntur, nulli advocato pro quibuscunque culpis & rebus reſpondeant; nulli eorum ſerviant, niſi beneficia ab eis habeant, aut abbas pro neceſſitate & utilitate monaſterii cum illis eos alicubi ire jubeat. Præbendarii autem, qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt, ſive in ipſo loco, aut in cellula illuc pertinentibus Apula vel Tavena, vel qui foris ad curtes dageſcalci, vel piſcatores, aut piſtores dicuntur, nulli advocato vel hunnoni ſubjaceant, ſed tantum abbati, ſicut cenſuales vel cereales, pro quibuscunque rebus reſpondeant. Si villani debitum cenſum abbati volunt denegare, primum per alios judices, deinde in ipſo principali loco Treviris per illos judices ac miniſtros, qui ſcaremanni dicuntur, ad viam reducantur, ſi poſſunt; ſin autem, per cartam & advocatum: ad ultimum vero per manifeſtum judicium, in quo ſi convicti fuerint, omnibus bonis ſuis carebunt, & jus, quod abbas eis poſtea conceſſerit, habebunt. Si quis ex manſionariis, qui circa urbem, vel in aliis longe vel prope poſitis curtibus commanent, cenſum debitum, qui ad uſum fratrum cotidianum pertinet, ſtatuto die vel tempore non dederit, ſtatim ſequenti die * vadimonium de domo ipſius, ſine advocato villicus abbatis tale accipiat, cum quo illud, quod ipſe ad ſervitium fratrum daturus erat, perſolvat. Cæterum vero ſervitium ejus in curte, qua habitat, prout juſtum eſt, ab eo exigendo requirat. Nusquam, niſi inter ſe, villani aut manſionarii nubant, aut uxorem ex familia ſancti Petri * noſtro conſenſu accipiant, ita tamen, ut alteri eccleſiæ altera damnum non inferat, ſed per ſucceſſiones filiorum aut filiarum utrique eccleſiæ, quod ſuum eſt, ad ultimum redeat, nec emaneat. Si homo in hominem verbis aut factis deliquerit, advocatus in rationem id ponere non debet, quia utrumque, & judex & rector, eſſe non poterit, niſi præſens ſit aliquis, qui alium accuſaverit, vel res talis ſit, de qua inter ſe inimici clam, aut aperte pacificati fuerint, ibi culpa utrorumque parebit. Advocatus vero Chuonradus, ſive ſucceſſor ipſius, qui banum a regia manu habuerit, proxima die poſt feſtum S. Maximini ſuper prædia, & mancipia eorum, qui mini-

* pignus.

* id eſt, Eccleſiæ Archiepiſcopalis Trevirenſis.

CCLXIII.

ſtri vel ſcaremanni dicuntur, a prima uſque ad nonam placitabit, ita tamen, ſi celebre feſtum vel jejunium ea die non fuerit; & quicquid ibi placitando acquiſierit, duas inde partes abbas, tertiam ipſe, habebit. Ad ſervitium vero ſuum, ſi placitaverit, & quæ corrigenda ſunt, * ſcavionum judicio correxerit, duos modios panis, quatuor oves & amam vini abbas dabit; ſi amplius neceſſe habet, de placito habebit. Sicut omnes eccleſias & ſalicas decimationes ad ſuſceptionem hoſpitum & peregrinorum abbatem habere decrevimus, ita ſine dubio de omnibus ſylvis, ſive nemoribus in ſancti Maximini fundo jacentibus decimam partem in arboribus, quam de precio pecorum, ſive utilitate apium, eum per omnia habere volumus, & firmamus, tam Kiliwalde, quam in ſylva juxta curtem Steinſeila, vel circa caſtrum Liuzelenburc adjacente, nec non in ſilvula, quæ Hart vel Waber juxta Talevanc dicitur conſiſtere. In ſuis autem ſylvis, quas adhuc in manibus habet, poteſtatem ei damus, quicquid ſibi placuerit, exceptis feris bannitis, libere diſponere. Poteſtative vero per abbatiam placita, exceptis tribus debitis, habere, vel de curte in curtem, de domo in domum ire, aut hoſpitia vel ſervitia a ruſticis, ſive villicis abbatis & fratrum violenter exigere, aut inſciſionibus vel petitionibus eos gravare, & pecora illorum, aut parafredos tollere, & reditus ab ipſis extorquere, tam comitibus, quam advocatis, hac noſtra regali authoritate omnimodis interdicimus; quia ſicut in privilegiis Henrici piæ memoriæ auguſti, cæterorumque progenitorum noſtrorum Henrici atque Chuonradi piiſſimorum imperatorum inſpeximus, ſex millia ſeptingenti quinquaginta & amplius manſi, unde abbas in militiam ire, vel prædeceſſoribus noſtris, vel noſtræ regalitati in ſecundo ſemper anno ſervire debuit, & ad hoc beneficiati ſunt, diverſis fidelibus noſtris, ducibus ſcilicet atque comitibus, ut cætera, quæ ad præbendam fratrum remanſerant, absque omnium advocatorum inquietudine, exceptis tribus placitis, libere & quiete poſſideant. Et ut hæc jura præfati monaſterii & familiæ ſancti Maximini ab iſta die & deinceps nullus infirmare audeat, vel infringere, cartam hanc inde conſcriptam manu propria ſubtus firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

* ſcabinorum.

Signum domni Heinrici quarti regis.

Sigehardus cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data anno Dominicæ Incarnationis MLXV. indictione III. anno autem ordinationis domni Henrici quarti regis XII. regni vero VIIII. Actum Treviris in Dei nomine, feliciter, amen.

CONO
DESIGNATUS
ARCHIEPISCOPUS.

CCLXIV.

1066.

SIGEFRIDI
ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI
Epiſtola ad Alexandrum II. PP. de nece Cononis deſignati Archiepiſcopi Trevirenſis.

Eckhard Corp. hiſt. medii ævi Tom. II. p. 124.

Domino beatiſſimo & vere apoſtolici culminis honore reverendo epiſcopo, ſancto patrum patri & ſummo præſulum præſuli A. Moguntinæ ſpeculator eccleſiæ, quidquid filius patri & membrum capiti. Apoſtolicæ inſtructionis documento didicimus matrem ac radicem virtutum eſſe caritatem, cui quicquid inſeritur boni operis, Chriſto incrementum

CCLXIV.

tum dante, parit fructum æternæ beatitudinis. Hoc in ſanctiſſimo pectore veſtro æternam poſuit ſedem, & in fœcundiſſima cordis veſtri terra altam fixit radicem, de qua rore cœleſtis gratiæ irrigante per totam ſanctæ eccleſiæ aream multiplices ſacræ doctrinæ, & bonorum operum protenduntur rami, quorum fructifera ubertate aluntur, & umbra proteguntur oves, quas paſcendas ſuſcepiſtis vice illius magni Petri. Hac quoque dictante, nos quoque, qui ſanctiſſimo apoſtolatui veſtro in fructiferam olivam ſumus inſerti, & ſub clavigera tanti pontificatus manu in opus miniſterii aſſumpti, nos, inquam, ſemper paternæ donationis benevolentia gratanter accepiſtis, & quidquid conſulendum & corrigendum ad apoſtolicum veſtri culminis verticem retulimus, noſtræ favendo parti, ut patrem decuit, ad meliora direxiſtis. Nunc, ſicut oportet, reverendiſſimæ celſitudini veſtræ multiplices gratiarum actiones & humile exhibemus inclinium, continuis orationum victimis divinam exorantes clementiam, ut ad ſtabilitatem ſanctæ eccleſiæ ſuæ longævum & incolumem cuſtodiat apoſtolatum veſtrum. Et ſicut in proximis, quas ad ſanctam ſedem veſtram direximus literis, ita nunc quoque humili ſupplicatu veſtram deprecamus ſanctitatem, ut quæ corona regni & diadema Romani imperii in manu veſtra & per manum Petri filii veſtri domini mei H. regis ſemper in bono meminiſſe dignemini, & ſicut a primitivis ſanctæ invocationis veſtræ exordiis primitias regni ejus adhuc pueriles conſilio & auxilio foviſtis, & enutriſtis, ita apoſtólici vigoris conſtantia usque ad coronam imperii cum eo perſiſtatis. Præterea adhuc antiquam noſtram ſuper rebellibus Thuringis conqueſtionem ad notitiam almæ ſedis veſtræ referimus, obnixe rogantes, ut armata manu, gladio Spiritus S. usque ad expugnationem eorum nobis dexteram auxilii feratis. Suggerimus quoque ſanctitati veſtræ, quod ſynodum ſuper his poſt paſcha celebrare decrevimus, ad quam de latere veſtro legatos mitti poſtulamus, qui auctoritate veſtra & Chriſti ſynodo præſint, & hæc quæ de Thuringis agimus, canonice terminent. Et ſiquæ alia corrigenda occurrerint. Quod ſi fieri nequit, aliis vos occupantibus negotiis, ſaltem petimus, ipſam ſynodum noſtram & apoſtolicis ſanctitatis veſtræ literis roborari, quæ & rebellibus anathema denuntient, & quoque mihi canonice geſta veſtra auctoritate confirment. Quia vero maxima quoque eccleſiaſticæ diſciplinæ negotia ab ipſo præſulum vertice debent examinari, cujus ex injuncta omnium eccleſiarum ſollicitudine ſpeciale privilegium eſt, quod per nos non poſſumus corrigere, ad patrocinium almitatis veſtræ referimus, quæ & jam pridem ad vos perveniſſe cognovimus. De crudeliſſima & inaudita nece deſignati Trevirenſium epiſcopi, qui Chriſtianis temporibus nefandiſſima & ſceleratiſſima vel Romanæ & Decianæ perſecutionis cruciamenta expertus, horribili & execrabili pœnarum genere addictus eſt morti. Ad cujus monſtruoſæ necis ultionem teſtamenti ſui recordatus, primum aſſurgat Dominus Jeſus Chriſtus, deinde veſtræ auctoritatis fortiſſima & patrocinalis manus. Sacris namque canonum decretis ſancitum eſt, ut ſicubi epiſcopus ordinetur, qui vita & moribus a tanta diſcrepet dignitate, vel qui ad tantum adſcendat apicem, ſubreptione, non electione, ei audientiam non negari, ſed hoc tamen propter ſententiam Romanam pontificis non debere fieri. In qua re ſi ſe clerus vel populus cujuslibet civitatis ſingulari potentia viderit prægravari, ad ſacram ſedis defenſionem habeant confugium, cui præcipiente Domino delegatus eſt primatus omnium eccleſiarum. Hic vero nedum iſti daretur audientia, de quo agitur, canonica, nedum veſtri examinis expectaretur ſententia, qui furtiva latrocinantium manu captus & ſpoliatus, dein graviſſima de loco ad locum tranſportatione afflictus, tandem, ut aſſeritur, communi illorum conſilio, morte turpiſſima mulctatus eſt. Qua de re, quam graviter unanimitas fratrum ſit concuſſa, quam arrociter audax facinoroſorum hominum violentia, ad ſacri ordinis injuriam ſit erecta, veſtræ ſanctitatis eſt, prudenter perpendere & hoc nefarium ſcelus canonice ulciſcendo, ne de cætero tale quid præſumatur, poſteris exemplum relinquere. Orat ergo ſanctitatem veſtram ſocialis fratrum noſtrorum concordia, & hæc veſtri culminis patrocinio tota implorat eccleſia, ut tanti ſceleris auctores diligentiſſime perquiratis, inventos diſtrictiſſime puniatis: quod ſi forte diſ-

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

CCLXIV.

ſimulando latent, gladio Spiritus S. velut putrida membra de corpore Chriſti abſcindatis, & ut omnes etiam ſacerdotes noſtri eos perpetuæ maledictionis anathemate feriant, firmiſſime præcipiatis. (a) (a)

N O T Æ.

(a) Conf. Browerum Annal. Trev. Lib. XII. n. 10. & ſeq. & Diſſert. noſtram ſeculo X. præfixam §. VIII.

UDO
ARCHIEPISCOPUS.

CCLXV.

HENRICUS IV. IMP.

1066. 13. Julii.

occaſione conjugii ſui cum Bertha initi, Abbati S. Maximini firmat Decretum, ut ipſe ejúsque Succeſſores Capellani Auguſtarum eſſent. &c.

Zylleſius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 43.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divinæ pietatis adjuvante clementia rex. Si locis divino cultui mancipatis, & inibi Deo famulantibus, digne conſulimus, multo magis illi loco ſacratiſſimo aliqua pietatis opera impendimus, per quem, & a quo regni noſtri ſtatum ſemper confirmabimus, & conjugem noſtram legitimo jure noſtræ regalitati in regnum aſſociare, dotare, & ſublimare debemus. Proinde cunctis fidelibus noſtris tam præſentibus ſcilicet quam futuris notum eſſe volumus, qualiter nos de noſtri ſtatu regni tractantes, Bertham contectalem noſtram in Chriſto nobis dilectiſſimam a cunctis regni noſtri principibus electam, regalibus nuptiis in villa Triburia noſtræ regalitati copulavimus, & ſecundum morem, & inſtitutionem piiſſimi genitoris noſtri, avique noſtri, Henrici videlicet, atque Chuonradi invictiſſimorum imperatorum, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum regum, & imperatorum Henrici, nec non trium Otthonum, Arnolfi, magni Karoli, Pippini, Dagoberti, Conſtantini, & omnium regum a tempore præfati Conſtantini & Helenæ matris illius ſanctiſſimæ uſque ad nos, cum abbatia ſancti Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum corporaliter quieſcit, cum omnibus rebus, & eccleſiis, ac poſſeſſionibus ad eam in quibuſcunque locis juſte, & legaliter pertinentibus prænominatam conjugem noſtram, Bertham ſcilicet reginam, legitimo jure in regnum nobis aſſociamus, dotavimus, perpetuo jure firmavimus, ut ſicut revera primitus per B. Petrum apoſtolum, & diſcipulos illius ſanctiſſimos, Eucharium, Valerium, Maternum, & poſtea per B. Agritium, Maximinum, atque Paulinum in Trevirenſi epiſcopio, & inde per totam Galliam catholicæ fidei, & chriſtianæ devotionis cœpit pullulare, & initiare ſacramentum: ita & præfatam abbatiam ſancti Maximini omnes reges, & imperatores, ac conjuges illorum regiæ dignitatis, & propagandæ ſobolis, percipiant fundamentum. Volumus etiam, atque hujus noſtræ regalitatis edicto præcipimus, atque firmamus, ut eadem abbatia nulli eccleſiæ, vel ſedi, ſive perſonæ quoquo pacto, unquam famula, aut appendex ſubjaceat, ſed ſicut ſub prædeceſſorum noſtrorum, ſic ſub noſtro quoque mundiburdio, & defenſione, aliorumque ſucceſſorum noſtrorum tuitione libera ſemper permaneat. Addentes videlicet, & per hoc noſtræ regiæ auctori-

CCLXV.

ctoritatis privilegium firmiſſime decernentes, ut Theodericus ejusdem loci abbas, ſuique ſucceſſores prænominatæ contectali noſtræ Berthæ ſcilicet in Chriſto nobis chariſſimæ, aliisque poſt illam reginis, & imperatricibus in regia curia ſemper ſerviant, & obſequantur. Et quia ſub Henrico piæ memoriæ auguſto, ante avum noſtrum Conradum proximo, ea bona illis ablata ſunt, unde ad militiam ire, vel noſtræ regalitati ſervire, aut unde ſe ſuosque primitus victitare videbantur, volumus, atque conſtituimus, ut quotiescunque ad regalem curiam venerint, ſive vocati fuerint, de regia menſa paſcantur, & inter curiales, ac domeſticos, atque capellanos regis, & reginæ, non infimi ſemper habeantur, ſicut revera miniſtros, & procurarores illius eccleſiæ decet, de qua, & per quam reges & imperatores, & conjuges illorum legitimo jure in regnum & imperium ſemper dotari, & confirmari videbantur. Conſtituimus præterea, & ad præbendam fratrum inibi Deo famulantium ſpecialiter delegamus, quicquid per privilegia Henrici genitoris noſtri, atque Cuonradi avi noſtri, aliorumque prædeceſſorum noſtrorum regum, & imperatorum a Conſtantino videlicet, & Helena matre ejus, usque ad nos, ad peculiaritatem illorum pertinere cognoſcimus, id eſt has eccleſias, Gozolvesheim, Albucho, Weildeſtein, Weinheim, Huſun, Diedenhowen, Windeldun; & inſuper omnes ſancti Maximini eccleſias cum decimis, cuicunque curtes beneficiatæ ſint; nec non omnes ſalicæ terræ decimationes, quas in uſus hoſpitum, peregrinorum ac pauperum conſtituimus; vel quicquid in his locis habere videntur hactenus, hoc eſt, Suaveheim, Evernesheim, Mannendal, Narheim, Apula, Sceringesfeld, Buckenheim, Heſinesheim, Siemera, Gunthereshuſun, Ruosbach, Holzhuſun, Sueppenhuſun, Rivenacho, Louvin, Okisheim, Lieznich, Fracturis, Rotheredorff, Buſtat, Meisbrath, Frainkingun, Mierzriche, Decima, & Vallis cum ſuis pertinentiis; Markideth, Daleheim, Murmirdinga, Bruchdildinga, Liſche, Scililinga, Mambro, Linuche, Mierſche, Everlinga, Fula, Aſtilabrunna, & quod in pago Bleſenſe, ſive Salnenſe, aut Salingowe, vel juxta Metenſem urbem in villa Wilere, aut in ipſa civitate, in vineis, aut areolis habere videntur; curtem etiam quandam vocabulo Prichina ultra Rhenum fluvium ſitam, quam genitor noſter Henricus piæ memoriæ imperator auguſtus per præſatum Theodericum abbatem cuidam Anſelmo miniſtro ſuo beneficiari præcepit, ſed poſtea pœnitentia ductus, & beati Leonis papæ, atque Agnetis genitricis noſtræ piiſſimæ interventu commonitus, ejusdem loci fratribus reddidir, atque firmavit; ita & nos, illius exemplum ſectantes eandem curtem cum omnibus rebus ad eam juſte, & legaliter pertinentibus, ſancto Maximino & fratribus ſibi ſervientibus, ab iſta die, & deinceps per interventum Berthæ contectalis noſtræ dilectiſſimæ reddimus, atque confirmamus, & ut ſagimen & femoralia, mantelas & menſalia inde habeant, & hoſpites, ac pauperes inde ſuſcipiant, ſtatuimus atque jubemus, & ut nullus ſucceſſorum noſtrorum regum, vel imperatorum, neque abbas, aliquid de prædictis curtibus, vel eccleſiis, præter hæreditaria ſervientium beneficia, cuiquam præſtare præſumat, firmiſſime interdicimus. Harum omnium rerum teſtem cartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum domni Henrici quarti regis.

Sigehardus cancellarius ad vicem Sigefridi archicancellarii recognovi.

Data III. idus Julil anno Dominicæ Incarnationis MLXVI. indictione IIII. anno ordinationis domni Henrici quarti regis XII. regni vero X. Actum in Triburia in Dei nomine amen. (a) (a)

CCLXVI. LI-

N O T A.

(a) Conf. ſuprà dipl. Ottonis M. de anno 962. & ibi notata.

CCLXVI.

LIBERALITAS GERARDI DUCIS LOTHARINGIÆ in Abbatiam Epternacenſem.

1067. 11. *April.*

Calmet. *Hiſt. de Lorraine Tom. I. in prob. p. 463.*

(a) IN nomine ſanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Notum, & certum ſit cunctis fidelibus, præſentibus atque futuris, quod ego (*a*) Gerardus divina gratia Lotharienſium dux, audiens Eſternacenſium fratrum, ſub venerabili Regimperto abbate, laudabile in ſancta converſatione ſtudium, eorum religioſo propoſito admodum congratulatus ſum, & volui eſſe illorum apud Dominum particeps, & conſocius præmiorum. Itaque rogatu domini mei regis Henrici, ejusque matris dominæ imperatricis Agnetis,
(b) (c) & (*b*) uxoris meæ Hadvidis, (*c*) filiique noſtri Theodorici, atque venerabilis Reginberti abbatis, ac totius ſanctæ congregationis, & meorum fidelium, Adelonis ſcilicet, ac fratris ſui Bezelini, ac reliquorum, reddidi eccleſiæ ſancti Willibrordi, allodium quoddam in villa Heinga, quod poſſederam in beneficio ex regno; ut ex meo jure tranſeat in perpetuam poſſeſſionem ipſius eccleſiæ, & absque ulla refragatione teneatur a fratribus ipſius cœnobii firma, & immutabili ſtabilitate. Statuit ergo prædictus venerabilis abbas, conſenſu & laude omnium fratrum ipſius cœnobii, & cunctorum fidelium, ut pro hoc meo tantillo munere habeatur ibidem in perpetuum memoria mei, & uxoris meæ Hadvidis, filiique noſtri Theodorici; & annuatim fiat ſolemniter anniverſarius
dies (*d*) patris mei Gerardi, (*e*) matrisque meæ Giſlæ, & noſtrorum, poſt noſtrum deceſſum. (d) (e)
Verum ut in dies ſæcli firma & ſtabilis permaneat hæc donatio, hoc chyrographum fieri decrevimus, corroboratum teſtimonio fidelium inſra nominandorum, ut ſi forte aliquis, quod abſit, hoc deſtruere, aut removere tentaverit, centum libras auri perſolvere cogatur, & tunc retecta pagina chyrogtaphi, & teſtibus in palam productis convictus diſcedat, & quod factum eſt, fixum & ſtabile permaneat.

Signum Gerardi ducis; Sig. Theodorici filii ejus; Sig. Ruotolfi de Caſteneich; Sig. Bezelini Deunteche, & fratris ejus Adelonis, ejusdemque filii Duoch; Sig. Guntramni de Diefurt; Sig. Woltelini Delfin; Sig. Cuononis; Sig. Reginboldi filii; Sig. Getardi frattis Sigeberti; Sig. Ravangeri præpoſiti; Sig. Melftidi præpoſiti.

Actum eſt publice in caſtello Sirkæ. III. idus Aprilis. anno ab Incatn. Domini MLXVII. indict. V. regnante domino Henrico IV. rege, anno venetabilis abbatis Reginberti XVI.

CCLXVII. GO-

N O T Æ.

(*a*) *Gerardus divina gratia Lotharienſium Dux.*] Vulgariter *Gerardus de Alſatia* dictus, qui Ducatum Moſellanorum anno 1048. ab Henrico III. Imp. obtinuerat. De eo Hermannus Contract. *ad annum* 1047. *Eodem tempore Gothefridus* (inferioris Lotharingiæ Dux) *Adelbertum* (Moſellanorum) *Ducem ſe deprædantem perſecutus . . . . . occidit.* Deinde *ad annum* 1048. *Poſt quem Gerardus Dux ab Imperatore conſtituitur.* Similiter Sigebertus *ad annum* 1044. *Cauſa hujus diſſidii extitit Moſellanorum Ducatus . . . . . ab Henrico Conradi ſucceſſore Alberto cuidam traditus.* Et poſtea *ad annum* 1048. *Albertus, qui Ducatum Moſellanorum Gothefrido negatum ſuſceperat, à Godefrido perimitur, Ducatum Gerardus de Alſatia obtinet.* Hic Gerardus, communiter III. dictus, Alſatiæ Comes, primus fuit hæreditarius Lotharingorum Dux, & hodiernæ familiæ Lotharingicæ ſator. Vid. Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. I. liv. XVIII. n. 69.*

(*b*) *Uxoris meæ Hadvidis.*] Filiæ Alberti I. Comitis Namurcenſis.

(*c*) *Filii noſtri Theodorici.*] Qui Gerardo patri ſuo in Ducatu Lotharingiæ ſucceſſit anno 1070.

(*d*) *Patris mei Gerardi.*] De eo Albericus *ad ann.* 1036. ex Sigeberto: *Albertus Comes Metenſis & Gerardus* (II. de Alſatia) *filius ejus multa contulerunt Eccleſiis.*

(*e*) *Matrisque meæ Giſlæ.*] Johannes de Bayon in *Chronic. Median. monaſt. Cap.* 42. à D. Calmet *Hiſt. de Lorraine. Tom. II. preuves pag.* 68. *Prædictus Comes Gerardus* (II.) *neptem Cæſaris* (Conradi Salici) ex ſorore, nomine *Giſelam, pro re, quam decet ſilentio premi, uxorem ſortitus eſt; pro quo æquivocus ex ea natus*, Gerardus III.) (*quia ipſe cita morte obiit*) *Ducatum Lotharienſem poſt aſſecutus eſt.*

CCLXVII.

GODEFRIDUS DUX

1069. cum conſenſu Cunradi Archiepiſcopi Trevirenſis transfert Monachos Abbatiæ Gorzienſis ad Prioratum ſancti Dagoberti in Stenaco.

Miræus opp. dipl. T. I. p. 352. (a)

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. (a) Godefridus Dei gratia dux & marchio. Dignum & animabus noſtris utile ac neceſſarium eſſe cenſemus, ut qui diutius in hujus mundi pelago converſati, & per ejus, vel adverſa, vel proſpera, variis caſibus delati, ſecundis ac contrariis ventis agitati ſumus, tandem aliquando ſalvatoris Domini clementiam invocantes portum ſalutis & tranquillitatis comprehendere ſatagamus, & ipſi Domino Deo noſtro pro omnibus, quæ nobis tribuit, ſaltem parum quodlibet retribuere feſtinemus. Quod ita competenter poſſe fieri ſperamus, & credimus, ſi in eccleſiis, quæ ſub noſtro jure fuerant hactenus conſtitutæ, ſed non ſatis divini officii executoribus inſtitutæ, Deo religioſe ſervientes monachos aggregemus, & eis de noſtris prædiis ac reditibus, unde ſibi miniſtrent neceſſaria, prorogemus, ut dum nos illis bona temporalia procuramus, Deo procurante participari bonis eorum ſpiritualibus valeamus.

Unde ego Godefridus dux, inſtinctu & ſupplicatione venerandæ (b) collateralis noſtræ Beatricis multotiens ſollicitatus, conſiderans, eccleſiam S. Dagoberti apud * Sathanacum, villam juris noſtri, & pretioſis ipſius ſancti martyris oſſibus, & multis aliis ſanctorum pignoribus illuſtratam, ſed a canonicis ibi ſub carnali vita degentibus, & ſua potius, quam divina, quærentibus, uſquequaque neglectam, virum boni teſtimonii, & ſanctæ converſationis Henricum Gorzienſem abbatem & monachos ejus cum conſilio domini Cunradi ſanctæ Trevirorum ſedis archiepiſcopi, in cujus diœceſi locus ſitus erat, cæterorumque fidelium Dei ac noſtrorum, convocavimus, & illis remotis, iſtos in locum eorum ſubſtituimus. Quapropter notum eſſe volumus tam futuris, quam præſentibus, ſanctæ (c) Gorzienſis eccleſiæ filiis & fidelibus, quia eccleſiam jam dictam ſancti Dagoberti, ſancto Gorgonio & abbati Gorzienſi Henrico & ſucceſſoribus ejus legali donatione concedimus & confirmamus, & omnibus rebus ſibi ex antiquitate appendentibus delegamus; id eſt in dotibus altaris, in decimis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, piſcationibus, cenſibus, (d) capaticis, & omnibus aliis pertinentiis. Præterea ſuperaddimus eis (e) judiciarium manſum; ſuperponimus cum reditibus ſuis eccleſiam ſitam apud Moſacum; adjungimus decimas omnium noſtrarum ipſius poteſtatis indominicatarum, hoc eſt in cenſibus terrarum & capaticis virorum & fœminarum; decimam moliture, & piſcinam molendinorum noſtrorum, decimam caſeorum ad curiam noſtram pertinentium; decimas etiam rerum beneficiatarum. Donamus etiam eis vineam apud villam vocabulo Colombariam, & pratum, quod dici-

* *Stenay ad Moſam*

N O T Æ.

(a) *Godefridus Dei gratia Dux & Marchio.*] Scilicet Godefridus Bullionius, inferioris Lotharingiæ Dux, cognomento *Magnus*, Godefridi Gibboſi pater. De eo plura accuratè Hahnius *Hiſt. Imp. Part. III. Cap.* 1. §. 5.

(b) *Collateralis noſtra Beatricis.*] Bonifacii Marchionis Piſani viduæ, neptis Henrici III. Imp., quo invito eam duxerat Godefridus. De quo matrimonio vid. Lambertus Schaffnaburgenſis *ad ann.* 1055. *p.* 711.

(c) *Gorzienſis Eccleſia.*] Gorzienſe S. Gorgonii monaſterium Benedictinorum, à S. Chrodegando Metenſi Epiſcopo circa annum 758. tertio ab Urbe Metenſi lapide fundatum, non modò virorum ſanctitate ac literis eminentium, ſed & plurium Epiſcoporum ſeminarium fuit, in quo 70. aut 80. Monachi vivebant. Sed vel bellorum injuriis, vel Abbatum Commendatariorum prodigalitate, ſic diminutus fuerat ejusdem Abbatiæ ſplendor, ut Gregorius PP. XIII. eam anno 1580. ſuppreſſerit, ejusque proventus ad inſtantiam Ducis Lotharingiæ univerit Primatiæ S. Georgii Nancei.

(d) *Capaticis,*] Jus mortuarium intellige, germanicè *Haubt-Recht, Beſt-Haubt* &c. de quo Pottgieſſer *Tract. de ſtatu ſervorum Lib. II. Cap.* 11. *per tot.*

(e) *Judiciarium manſum.*] Interpretare manſum, cui adhæret juriſdictio.

CCLXVII.

dicitur ad Canirol, juxta pratum noſtrum indominicatum, ſed & corrantem in loco, qui vocatur Blaſiris-fontana. Et hæc omnia eis confirmamus, jure quieto poſſidenda per ſæcula. Ad hæc, ne quis hominum, ſive liber, ſive ſervus, ſive judex, ſive advocatus, huic noſtræ donationi contraire præſumat, neve ei in ullo vel otio, vel negotio refragator vel temerator exiſtat, noſtræ poteſtatis authoritate & banno prohibemus & interdicimus, & omnes ſucceſſores noſtros ut idem prohibeant & inculcent, votis omnibus flagitamus. Et ut hæc donatio & confirmatio perpetuum memoriale obtineat, nec cujusquam oblivionis vetuſtati ſubjiceat, hanc deſcriptionem teſtimentalem juſſimus exarari, & noſtri ſigilli impreſſione, ſimulque teſtium idoneorum affixione, ſignari.

Signum Godefridi ducis. Sig. Beatricis conjugis ejus. Sig. Godefridi filii ſui. Sig. Goſelini comitis. Sig. Fulconis comitis. Sig. Helbranni caſtellani. Sig. Helbranni filii ſui. Sig. Alberti filii ſui. Sig. Giſlebberti. Sig. Godaſcalci. Sig. Roderici. Sig. Balduini. Sig. Godefridi. Sig. Hugonis. Sig. Theobaldi. Sig. Herberti. Sig. Rudolphi & multorum aliorum. Actum (*f*) Bulioni anno Dominicæ Incarnat. MLXIX. ind. VII. regnante Henrico filio Imp. Henrici, anno regni ejus XIII. (*f*)

NOTÆ.

(*f*) *Bulioni.*] Bulionenſe Caſtrum cum ditione vicina, Godefridus noſter Bullonius, ad bellum ſacrum anno 1096. profecturus, Otberto Leodienſi Epiſcopo vendidit.

CCLXVIII.

1070.

EPISTOLA ALEXANDRI PP. II. ad Udonem Archiepiſcopum Trevirenſem de pœnitentia Sacerdotis inceſtuoſi perpetua.

Martene *Coll. ampl. Tom. I. p.* 410.

ALexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Udoni chariſſimo fratri Trevirorum archipræſuli ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Litteris tuis, dilectiſſime frater, ſuſceptis, quemdam ſacerdotem matris & filiæ commixtione pollutum didicimus, eundemque officio prohibito, ſuſceptoque pœnitendi judicio, miſſarum officia uſurpaſſe cognovimus; item depoſitum pſalmodiis quotidianis addictum, carnibus vetitis jejunio maceratum intelleximus, propterea, quod a te caute proviſum ſapienterque diſpoſitum eſt, ex toto commutare indignum, ſed ut in hac pœnitentia eum omnibus diebus vitæ ſuæ facias permanere, nobis ſcias per omnia complacere. Veruntamen, quia per baculum principis apoſtolorum Petri, quem per manus ſancti Eucharii diſcipuli Domini ſuſcepiſti, (*a*) præ omnibus Galliæ & Germaniæ ſuffultus, viciniori nimirum Romanæ ſedis affinitate in Domino gloriaris, ne noſtri, quod abſit, temporibus, tantæ dignitatis privilegio aliquatenus deſtituaris, volumus, ut in hujus clerici pœnitentia, & in omnibus a te dandis vel adimendis pœnitentiæ vinculis liberiori quoque præ cæteris Galliæ & Germaniæ pia moderatione epiſcopis propriæ diſcretionis arbitrio fungaris, quatenus & afflictioribus & ſpiritu contritioribus, frænum diſciplinæ pia moderatione remittere ſufficias, ſuperbis vero, jugumque diſciplinæ Domini detrectantibus, eadem ligamina juſta ſeveritate conſtringere prævaleas. Vale. (*a*)

CCLXIX. ALE-

NOTA.

(*a*) *Præ omnibus Galliæ & Germaniæ viciniori Romanæ ſedis affinitate in Domino gloriaris.*] Alexandrum PP. hic in Trevirenſis Eccleſiæ Primatum intendere, in aperto eſt.

CCLXIX.

ALEXANDRI PAPÆ II. EPISTOLA

Circa 1071. ad Udonem Trevirenſem & Theodoricum Virdunenſem Epiſcopos, ut qui in morbo monachum ſe futurum promiſerat, & beneficia abdicaverat, ſi deinde convaleſcens monachus fieri nolit, beneficia illi reſtituantur.

Ivo Parte VI. Cap. 415.

Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Udoni Treverenſi & Theodorico Virdunenſi, epiſcopis, ſalutem perpetuam. Præſentium lator Coſaldus presbiter ad limina apoſtolorum veniens, querelam apoſtolicæ ſedi depoſuit, beneficium & altaria, quæ per canonicam Virdunenſis eccleſiæ obtinere ſolebat, a quodam diacono, Richerio nomine, ſibi ablata eſſe. Dixit enim, quod quondam in infirmitate, fervore paſſionis oppreſſus, monachum ſe facere promiſerit, non tamen ut monaſterio vel abbati ſe tradiderit, vel promiſſionem ſcripſerit: ſed confitetur, quod beneficium in manu advocati eccleſiæ refutaverit. At poſtquam convaluit, monachum facere mox negavit. Dixit etiam, quod cum infirmus jaceret, prædictus Richerius beneficium ſuum ab epiſcopo Virdunenſi acqnirere potuiſſet, quia dixit eum monachum jam factum eſſe. Cauſa differtur in Treverenſem ſynodum, in qua præfatus Richerius diaconus mala fide acquiſiſſe ac male intraſſe convictus eſt. Quapropter quia beati Benedicti, canonicaque, & præcipue patris & prædeceſſoris noſtri ſancti Gregorii papæ conſtitutio interdicit, ante unius anni probationem effici monachum: ſi ita eſt, ut dixit, judicamus & auctoritate apoſtolica præcipimus, ut diligentia veſtra atque clementia harum portitor, Coſaldus presbiter videlicet, beneficia & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat.

CCLXX.

GREGORII PP. VII.

1074. 6. Maij. Breve ad Udonem Archiepiſcopum Trevirenſem, concernens inobedientiam Theoderici Virdunenſis Epiſcopi.

Regeſti Lib. I. Ep. 81.

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Udoni Trevirenſi archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Confrater noſter Theodericus Virdunenſis epiſcopus, ut ſæpe nobis relatum eſt, habitatores loci apud monaſterium quoddam ſancti Michaëlis infra parochiam ſuam ad quaſdam novas conſuetudines ſua virtute & potentia flectere & coërcere diu conatus eſt, videlicet, ut cum litaniis majorem eccleſiam, hoc eſt, ſuam epiſcopalem ſedem ſimul congregati ſingulis annis viſitarent, quod cum illi inuſitatum, ne forte ad alterius novæ exactionis occaſionem darent, pati renuerent, divinum ibi officium fieri penitus interdixit. Ex qua re, cum epiſcopus apoſtolicas jam ante literas recepiſſet, commonitus, ut locum abſolveret, & nihil inde, niſi quod canonicum & juſtum foret, exigeret; verba quidem non plene conſervatæ materiæ parum modeſte notavit, ſed voluntatem & cognitam magiſtræ intentionis ſententiam omnino neglexit. Unde nec nos quidem de ejus obedientia, ſi privatim loquimur, multum confidentes, fraternitatem tuam apoſtolica autoritate monemus, ut ex noſtra & tua parte convocatis & conjunctis tibi ſuffraganeis epiſcopis, videlicet Herimanno Metenſi, & Popone Tullenſi, præfatum epiſcopum ad colloqnium noſtra vice convoces, indicans ſibi nos non æquo animo neglectam ab eo ſedis apoſtolicæ reverentiam accepiſſe, pariterque eum admonemus, ut prædicto loco communionem ſacroſancti &

CCLXX.

& divini miniſterii reddat. Et ſi quid juſtitiæ ſe confidit habere, conceſſo prius eisdem hominibus tanto tranquillitatis tempore, quanto eos violenter adſtrinxit, poſtea aut in conventu religioſorum epiſcoporum, aut in præſentia Romani pontificis, quæ ſui juris æſtimat, ordinate requirat. Neque enim ad hoc prælati ſumus, ut noſtræ commiſſos providentiæ potenter magis, quam juſte tractemus. At ſi ille hæc noſtra parte procuranda monita adimplere ſpreverit, tibi injungimus, ut apoſtolica fultus authoritate una cum confratribus tuis antefignatum locum ab omni interdictione & excommunicatione abſolvas, & eadem authoritate presbiteris ibidem conſiſtentibus ad celebrandum divinum officium roboratis, epiſcopum, ut nobis de pertinacia ſua, & contemptu noſtro reſpondeat, ex parte B. Petri & noſtra, per illum apoſtolica præceptione commoneas. Has vero literas noſtras idcirco aperte ſignificari fecimus, ut tam Viriduneuſi, quam cæteris epiſcopis oſtenſæ, commiſſæ tibi procurationis & authoritatis certitudinem præbeant. Data Romæ ſecundo nonas Maij indictione duodecima. (a) (a)

N O T A.

(a) Conf. Brovver. *Annal. Trev. Tom. I. Lib. XII. n. 34. pag. 551.*

CCLXXI.

1075.

UDO ARCHIEPISCOPUS Eccleſiæ S. Simeonis aſſignat prædium Olckenbach.

SAnctæ & individuæ Trinitatis gratia præveniente meritum ego Udo, ſanctorum patrum indignus ſucceſſione, Trevirorum archiepiſcopus, notum fieri cupio tam futuris quam præſentibus cunctis in Chriſto fidelibus, quod quidam nobilis homo, Hugo ſcilicet de Hachenvels, pro commodo præſenti, & futuro animæ remedio, prædium, quod in villa Olckebach habebat, ſancto Simeoni & ejusdem ſancti confeſſoris loco Deo ſervientibus donavit & vendidit, & pretium venditionis per manum Burchardi venerabilis prænominatæ eccleſiæ Præpoſiti ducentas & decem marcas argenti accepit. Sicut igitur præfatum prædium idem Hugo, quaſi novale & noviter in uſum redactum, liberum, abſolutum ab omni alterius conditione, ſolo proprietatis & ſervitutis ſuæ jure tenuerat, ita beato Dei confeſſori & miniſtris ejus in perpetuam ſecuritatem, ſtabilitatem, famularum & ſervitutem donavit, tradidit & confirmavit; ita videlicet, ut nullus advocatus, nullus omnino ſæcularis officiarius aliquid ibi audeat invadere, aut diſponere, ſed omnis actio vel exactio, aut quæcunque diſponendi vel ordinandi, dandi vel accipiendi fuerit opportunitas vel neceſſitas, omnino in ſancto eccleſiæ, præpoſiti vel nuntiorum ejus arbitrio, & poteſtate conſiſtat. Cum autem noſtri ſit juris, & pontificalis officii indubitata poteſtas, ea, quæ antiquitus nulli presbitero ſubjecta, vel atterminata fuerunt, dandi vel atterminandi, quo voluntas noſtra decreverit, decimationem de præfato prædio, quam prænominatus Hugo ex conſenſu meliorum noſtrorum, quo volebat, dabat, & in fratrum uſus, ſive Chriſti pauperem diſtribuebat; nos pro Dei amore, & animæ noſtræ ſalvatione, ut omnino prædictum prædium beato Simeoni integrum, & abſolutum ab omni alterius jure maneret, conceſſimus, & manu propria cum advocato noſtro comite Reymbaldo ad ſanctum, quod ad viri ſancti corpus ſitum eſt, altare dedimus, & legali traditione, cum nullus contradiceret, tertio acclamantibus banno noſtro confirmavimus. Ut autem hæc talis traditio firma & ſtabilis & inconvulſa eccleſiæ Dei permaneat, hanc hujus traditionis chartam ſigilli noſtri impreſſione, & eandem banni pontificalis allegatione corroboravimus, certa interpoſita

CCLXXI.

poſita definitione, ut, ſi quis malevolus laicus, vel, quod abſit, clericus hanc conſtitutionem a nobis fideliter actam, perpetuo ſtabilitam mutare, vel pervertere ſtuduerit, inſolubili anathemate alligatus, diabolo, & angelis incendii ejus aſſociatus, nunquam niſi ſatisfactione condigna ab infernalibus pœnis abſolvatur. Signum Udonis archipræſulis. Signum Arnoldi majoris domus præpoſiti. Signum Burchardi præpoſiti. Signum Hungeri chori epiſcopi. Signum Thiebaldi capellani. Signum præpoſiti Diecellini de Revengeresburg. Signum Gunzelmi decani. Signum Uzonis presbiteri. Signum Conſtantini diaconi. Signum Adelberonis cuſtodis. Signum Henrici comitis de Lach. Signum Diepaldi de Naga. Signum Stephani de Spainheim. Signum Adelberonis de Düna. Signum Cunonis, & Adelberonis de Madelberg. Signum Everhardi de Stayna. Signum Adelberti de Merckedesheim. Signum Adalberti vice domini. Signum Hartman de Seleim. Signum Baldevini. Signum Coſtuz. Signum Sanſonis. Signum Rudevini. Data Treviris in monaſterio ſancti Simeonis ante ipſum ſacri corporis altare anno Dominicæ Incarnationis MLXXV. indictione XIII. anno octavo pontificatus domini piiſſimi Udonis archiepiſcopi.

CCLXXII.

GREGORII PAPÆ VII.

1076. Breve ad Udonem Archiepiſcopum Trevirenſem ejúsque Suffraganeos Metenſem & Virdunenſem, ut ſchiſmaticos devitent, & Epiſcopum Tullenſem ad obedientiam hortentur.

Regeſt. Lib. III. Ep. 12.

GRegorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, fratribus & coëpiſcopis Udoni Trevirenſi, Theoderico Virdunenſi, & Herimanno Metenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Literas apoſtolicæ ſedis ideo vobis dirigendas eſſe cenſuimus, quia ſchiſmaticis, qui contra Dominum & auctoritatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſe erexerunt, (a) non ſponte vos conſenſiſſe intelleximus. Qua in re, qualiter (a)

NOTA.

(a) *Non ſponte vos conſenſiſſe intelleximus.*] Intendit Pontifex ad conventum Wurmatienſem, ab Henrico IV. Imp. cum in finem coactum, ut ibi deponeretur à Pontificatu Gregorius. In quo, uti refert Lambertus Scafnaburgenſis *ad ann. MLXXVI. Cum cæteri omnes damnationi ejus, nihil hæſitantes, ſubſcriberent, Adelbero Wirzburgenſis Epiſcopus, & Herimannus Metenſis Epiſcopus aliquamdiu reſtiterunt, dicentes: incongruum valde & contra Canonum ſcita eſſe, ut Epiſcopus aliquis abſens, abſque generali Concilio, ſine legitimis & idoneis accuſatoribus & teſtibus, necdum probatis criminibus, quæ objicerentur, condemnaretur. Nedum Romanus Pontifex, adverſus quem nec Epiſcopi, nec Archiepiſcopi cujuſquam recipienda ſit accuſatio. Sed Vilhelmus Trajectenſis Epiſcopus, qui cauſam Regis pertinacius tuebatur, vehementer imminebat, ut aut cum cæteris in damnationem Papæ ſubſcriberent, aut Regi, cui ſub jurejurando fidem ſpopondiſſent, protinus renuntiarent.* Quod teſte Schafnaburgenſi Herimannus Metenſis in hoc conventu, forte ampliore zelo, aliquamdiu præſtiterat, in id reliquos Trevirenſis provinciæ Præſules (Tullenſi excepto) conſpiraſſe, præſens Gregorii Epiſtola teſtatur. *Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.* Porro quibus minis victi tandem ſuccubuerint, refert Paulus Bernriedenſis *in vita Gregorii VII. C. VII. §. 56. p. 127. Facta conventiane ſtatuerunt, ut Imperialis conſtitutio cunctos in ſuo regno manentes Epiſcopos, curſoribus ubique miſſis, ante ſuam præſentiam juberet aſſiſtere, & coadunatis omnibus, anathemati, quod Moguntinus.... contra beati Petri Vicarium...... componeret, ſubſcriberent: Quod ſi forte motus aliqua reverentia quis eorum ſe ſubtrahere vellet, rebus omnibus & dignitate privatus, ut regalis majeſtatis obnoxius, capitalem ſubiret ſententiam.* Id quod etiam confirmat Chronicon Hildesheimenſe *in vita Ethylonis Ep. Tom. I. Leibnitiano p. 745. Pene omnibus Italicis & Teutonicis Epiſcopis, inauditam, & in omni Canonum ſerie non lectam.... Gregorii..... ſeptimi damnationem ſubſcribentibus (Ethylo) quoque timore mortis ſubſcripſit.* Cùm autem non fuerit in Germania ſchiſma ante hunc conventum, Wormatiæ anno 1076. 23. Januarii coactum, ad ejus acta præſentem Epiſtolam referri apparet. Ut mirum proinde ſit, qua ratione eam anno 1075. tribuere poſſit Brovuerus, atque per hoc ſeriem hujus hiſtoriæ haud leviter turbare.

CCLXXII.

liter reſipiſcere vos oporteat, cum eandem, quam nos habemus fidem, & de ſanctorum patrum libris ſcientiam habeatis, omiſimus ſignificare, ſperantes fraternitatem veſtram ſtultiſſimam inimicorum noſtrorum præſumptionem deteſtari, & in ea, qua debetis & ſoliti eſtis, devotione, & amore ſanctæ apoſtolicæ ſedi fideliter uniri. Unde rogamus & admonemus, ut quod ſchiſmaticorum pervaſione deliquiſtis, competenti emendatione corrigatis, ut ſicut mater veſtra de exceſſu veſtro condoluit, ita de ſatisfactione lætetur. Volumus etiam, ut vice noſtra Pipponem Tullenſem epiſcopum admoneatis, quatenus ea, quæ ſibi injunximus, deinceps facere non omittat. Decuerat enim, ut de objectis ſibi debuiſſet reſpondere magis, quam contra auctoritatem principis apoſtolorum ad defenſionem iniquitatum ſuarum arma corripere, atque regem ſollicitare, id contra nos præſumere, quod nunquam licuit, neque Deo annuente licebit, in aliquem clericum fieri. Qui ſi verba exhortationis noſtræ contempſerit, auctoritate B. Petri eum a communione corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti ſeparatum eſſe, ſibimet notificetis, & non ſolum inanima, ſed etiam in corpore ipſius principis apoſtolorum, ultione digna fore puniendum.

CCLXXIII.

GREGORII PP. VII.

1076. 16. octob. Breve ad Udonem Archiepiſcopum Trevirenſem, ut inquirat in controverſias inter Epiſcopum Tullenſem, & quendam ejus Diœceſis Clericum.

Regeſti Lib. II. Ep. 10.

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Udoni Trevirorum archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Admonere te frater, ut ea, quæ tibi committimus, fideliter agas ex caritate, ut vero velociter, ex conſiderata cauſarum vel temporum ſit competentia & neceſſitate: quæ quidem utraque in ſubſcripto negotio ita te obſervare volumus, ut, quemadmodum credimus, fidum te & indefeſſum nobis cooperatorem cognoſcamus. Frater iſte Tullenſis, ut fatetur clericus ad nos veniens, conqueſtus eſt nobis, quoniam iratus ſit ei dominus ſuus videlicet Tullenſis, ut dicitur epiſcopus, ſe exulem factum, & omnibus rebus ſuis expoliatum, ſupplicans, ut apud apoſtolicam pietatem tantarum miſeriarum aliquam inveniret conſolationem. Nobis vero, cur hoc ſibi acciderit, diligenter inquirentibus, retulit, ſe ab epiſcopo quandam eccleſiam poſtulaſſe, quæ ad officium cuſtodiæ, quod tenebat, legali conſtitutione dicitur attinere. Qua de re commotus epiſcopus, cum ei non ſolum hanc denegaret eccleſiam, ſed totum officium per ſummam interdiceret obedientiam, reſpondit ſe non debere ſibi obedientiæ reverentiam. Quoniam archidiaconatus, conſecrationes eccleſiarum, & ipſas eccleſias vendendo, ſimoniaca hæreſi ſe commaculaſſet; cum muliere quadam in publica fornicatione jaceret, de qua filium genuiſſet, quamque rumor eſſet, ſacramento, & deſponſatione, laicorum more, ſibi copulaſſe; & præterea quod nonnulli eum ad epiſcopatum pactione præmii perveniſſe dicerent. His auditis epiſcopus quaſi de manifeſtis culpis pœnitens, & de ſua correctione tum cum hoc ſolo, tum cum cæteris fratribus, loquens, tandem manifeſta indignatione & ira ſuper iſtum inflammatus eſt; egreſſoque ab urbe epiſcopo, paulo poſt milites ejus, utpote non ignorantes voluntatem domini, huic omnem ſecuritatem abnegavere, & intra clauſtrum ei minitati ſunt in faciem. Quos cum inſidiari vitæ ſuæ & honori intelligeret, clam diſceſſit, ut ſua abſentia temperaret ſeveritatem hujus furoris. Epiſcopus vero confeſtim ſua omnia diripi & publicari præcepit; & ita iſte exulem ſe & egenum jam diu fuiſſe conqueritur. Verum hæc nobis inordinata & valde iniqua videntur, quoniam, ſi illa vera ſunt, epiſcopus, imo exepiſcopus, non hunc, ſed con-

ſcien-

CCLXXIII.

ſcientiam ſuam odiſſe & perſequi debuerat, ſin vero falſa, & utinam falſa, non tamen milites, ſed diſciplinam canonum, iſtum corripere & flagellare æquum fuerat. Quocirca fraternitatem tuam apoſtolica auctoritate commonitam, & in hac cauſa ſuffultam eſſe volumus, ut convocato & adjuncto tibi dilecto confratre Herimanno venerabili epiſcopo Metenſi, Tullenſem conveniatis, eumque, ut clericum iſtum ſine omni periculo vitæ, & ſecurum ab omni contumelia, in clauſtrum ſuum recipiat, & officium cuſtodiæ cum eccleſia, quam poſtulavit, ſi juſte attinet, cum cæteris omnibus juſtis pertinentiis & utilitatibus ſuis & præpoſituram ſuam, & officium ſcholarum, nec non omnia ablata ſibi bona, & tam irrationabiliter illata damna reſtituat, apoſtolicis juſſionibus commoneatis. Deinde convocatis Tullenſibus clericis per veram eos obedientiam, imo ſub comminatione anathematis conſtringite, ut quidquid de introitu & vita epiſcopi ſciunt, vobis aperiant, & vos undique explorata veritate, quid nobis inde credendum ſit, in ſynodo, vel ante ſynodum, quam in prima hebdomada quadrageſimæ celebraturi ſumus, per literas veſtras notificare nullatenus prætermittite. Quod ſi epiſcopus, ut optamus, inocens de tot ac tantis criminibus apparuerit, quod clericus temere peccavit, quoniam ad noſtram venit aud .ntiam, qualiter juſte corrigatur, Deo aſpirante procurabimus. Si vero epiſcopus ea, quæ ſibi intenduntur, veraciter removere non poterit, nullo modo ferendum eſt nobis, vel vobis, ut locum paſtoris lupus obtineat. Has autem literas idcirco aperte ſigillari præcepimus, ut certiorem vobis auctoritatem traderemus. Data Romæ decimo ſeptimo kalend. Novemb. indictione decima tertia.

CCLXXIV.

1077. 30. *Sept.*

GREGORII PP. VII.

Breve ad Udonem Archiepiſcopum Trevir, ejúſque Suffraganeos, ratione diſſenſionum inter R. Pontificem & Imperatorem Henricum IV. (*a*)

(*a*)

Regeſt. Lib. V. Ep. 7.

GRegorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Udoni Trevirenſi archiepiſcopo, & ejus coëpiſcopis ſuffraganeis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. De motu & perturbatione regni Teutonicorum quantam ſolicitudinem, quantamque jam per longum tempus anxietatem ſuſtinuerimus, ille præ omnibus novit, qui omnium ſecretorum cognitor eſt & inſpector verus. Cui etiam, ſi tales exaudire dignatur, multas ſupplicationes fecimus, & faciemus, commonitis & exoratis multis fratribus & religioſis congregationibus ad ſtudium earundem ſupplicationum, ut miſereretur gentis illius, nec ſineret eam in propria armari viſcera, & ad ruinam domeſticæ fortitudinis in bello confligere, ſed totius diſcordiæ cauſas ſua potenti virtute compeſceret, & ſua moderatione ſine funeſto & luctuoſo fine componeret. Literas quoque jam ante tres menſes & eo amplius illuc direximus, videlicet legatis noſtris Bernardo diacono noſtro & item Bernardo Maſſilienſi abbati, quem captum eſſe audivimus, nec non & univerſis principibus terræ, tam eccleſiaſticis, quam ſæcularibus perſonis, in quibus, quod nobis ad evitandam cædem, incendia, & alia bellorum pericula, optimum, & in tanti negotii diffinitione juſtiſſimum videbatur, eos conſulendo & hortando cum omni ſtudio exequi admonuimus, & ut fortius inſiſterent, apoſtolica authoritate injunximus. Verum quia nobis non ſatis compertum eſt, utrum ad vos pervenerint illæ literæ, aut ſi perlatæ ſint, ne forte de earum veritate aliquid dubitetis, eaſdem vo-

N O T A.

(*a*) Conf. Brower. *Annal. Trev. Tom. I. Lib. XII. n.* 64. *pag.* 558. *ſeq.*

CCLXXIV.

vobis de noſtris exemplaribus reſcriptas mittere curavimus, admonentes vos & per veram obedientiam præcipientes, modis omnibus operam detis, ut cauſa ſecundum ſententiam earum literarum pertractata finem habeat & accipiat.
(b) (b) Miſimus etiam vobis ſacramentum, quod rex Henricus nobis per fideles ſuos quoſdam fecit, data quidem propria manu ſua in manum abbatis Cluniacenſis, ut perlecto eo cognoſcatis, quam recte quamque honeſte pro ſuo nomine ſe erga nos habuerit: quippe a cujus fidelibus legati noſtri poſtea capti ſunt, videlicet Gerardus Oſtienſis epiſcopus in Longobardia, Bernardus abbas Maſſilienſis in terra Teutonica; unde eum nihil adhuc dignum feciſſe cognovimus. Quanquam nos nunquam eum in aliqua cauſa, Deo providente, hac occaſione contravenire, juſtitiam circumvenire, aut gravare velimus, ſicut etiam poſt captum negotium nunquam apud nos aut precibus aut aliqua oſtentatione amicitiarum vel inimicitiarum obtinere potuit, ut quidquam pro eo, præter quod juſtum videretur, dicere vel cenſere vellemus. Atque in ea re, quoad viximus, incunctanter, Deo adjuvante, perſiſtere, nullo periculo vitæ vel mortis deterrebimur. Agite ergo dilectiſſimi fratres, ut appareat, quantum libertatem eccleſiæ & communem ſalutem omnium diligatis: ſcientes, quoniam, ſi cauſa neglecta fuerit, & ad graviorem, quod abſit, exacerbationem venerit, non ſolum genti veſtræ, & regno Teutonicorum, ſed, quoad fines chriſtianitatis ſunt, damna, pericula, confuſionem & inæſtimabiles miſeriarum cauſas pariet. Data Romæ ſecundo kalendas Octobris. Indictione prima.

NOTA.

(b) *Miſimus vobis etiam ſacramentum, quod Rex Henricus nobis per fideles ſuos quoſdam fecit.*] Juramentum illud Gregorio VII. præſtitum exſtat apud Goldaſtum *Tom. uno p.* 239.

CCLXXV.

UDO TREVIR. ARCHIEPISCOPUS

1077. Bambergenſem Epiſcopum Spiram invitat, ad aſſiſtendum, de mandato Pontificis, conſecrationi Epiſcopi Spirenſis.

Udalrici Babenberg. *Cod. Epiſt. n.* 156. *Tom. II.* Eckhard.

TRevirorum Dei gratia proviſor indignus, ſanctæ Babenbergenſis eccleſiæ pontifici, ſinceræ caritatis obſequium. Beatitudini veſtræ magna hilaritate congratulor, quoniam non absque magno ſanctitatis veſtræ merito credo provenire, memoriam veſtri dominum papam tam dul-
(a) citer retinere. (a) Cum domini mei regis legatione functus eſſem, de obedientia veſtræ caritatis mecum contulit, vobisque ſalutem & apoſtolicam benedictionem per me mandavit. Inito autem diſpenſationis conſilio, nobis injunxit, ut Eiſtetenſem atque Spirenſem electum conſecraremus, vosque in adjutorem & cooperatorem nobis vocaremus. (b) Quia de Spitenſi quadam ſibi ſignificata fuerant, præcepit, (b)
ut eum ſancto ſtudio examinaremus, & ſi ordine, fratrumque, qui adeſſent, teſtimonio, poſſet ſe de objectis expurgare, ad Dei honorem, & eccleſiæ neceſſariam providentiam ipſum ordinaremus. Ex parte igitur domini papæ vos moneo, & ratione ejus, quæ inter nos eſt, fraternitatis, convenio, ut hoc, quia cauſa Dei eſt, ne per vos protelecur, ſtudeatis, & a die reſurrectionis dominicæ infra quindecim dies ad nos Spiram veniatis.

CCLXXVI. Cle-

NOTÆ.

(a) *Cum Domini mei Regis legatione functus eſſem.*] Vid. Brovv. *Annal. Trev. Tom. I. Lib. XII. n.* 57. *pag.* 557.

(b) *Quia de Spirenſi quadam ſibi ſignificata fuerant.*] Fuit is Rutgerus ex gente Huſmanorum, ad quem Gregor. VII. *Regeſt. Lib. V. Epiſt.* 18. ſic ſcripſerat: *Quia in ſuſceptione Spirenſis Eccleſiæ veremur, ne contra decretum Apoſtolicæ ſedis virgam de manu Regis ſcienter ac temerarie ſuſcepiſſes, Epiſcopale officium hactenus te agere non conceſſimus.*

CCLXXVI.

1077. Clerus & populus Spirenſis preces ſuas jungunt invitationi Archiepiſcopi Trevirenſis ad Epiſcopum Bambergenſem.

Udalrici Babenb. Cod. Epiſt. n. 153. Tom. II. Eckhard.

Venerabili ſanctæ Babenbergis eccleſiæ epiſcopo, clerus Spirenſis, ſummæ devotionis obſequium, cum inſtantia orationum. Veſtram, domine, precibus obnixis implorare majeſtatem, neceſſitas graviſſima noſtræ nos compellit eccleſiæ, perſuadet veſtræ propenſum in cunctos ſtudium benevolentiæ, hortatur debita laboris impenſi, præſertim inter epiſcopos, viciſſitudo. Cum conſecrationes epiſcoporum differri neceſſitas non toleret eccleſiarum, & ultra menſes tres protelari ſancta patrum inſtituta prohibeant, quid pro tam diu protracta noſtri pontificis ordinatione detrimenti incurrerimus, magis rerum evidentia demonſtrari poteſt, quam ut verbis explicari debeat. Ipſe autem communi aſſenſu tam cleri quam populi libere electus, a metropolitano ſuo, quoad vixit, promotionem debitam reverenter expetiit, nec congruam differendæ rei, tam debitæ cauſam ſaltem invenit. Ne igitur negligentiæ argueretur, a domino apoſtolico ejuſdem rei licentiam quæſivit, & conſilium; qui, ratione perpenſa, archiepiſcopo Trevirenſi injunxit, quatenus legitime a nobis electum, vobis laudante & ſuffragante, conſecraret epiſcopum. Precamur ergo domine, nos Spirenſis clerus & populus, ut quod dominus apoſtolicus conſenſit, & voluit, quod regi & epiſcopis placuit, quod Trevirenſis archiepiſcopus expoſcit, vos cauſa Dei, cauſa precum noſtrarum & obſequii, facere non differatis.

CCLXXVII.

EPISTOLA GREGORII VII. PAPÆ

1078. 9. Martij. ad Germanos, ut cum Trevirenſi Archiepiſcopo, favente Henrico Imperatori, & alio præſule, qui à partibus Rudolphi ſtaret, de loco & tempore conventûs in Germania habendi ſtatuant.

Regeſti Lib. V. Ep. 15.

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, archiepiſcopis, epiſcopis, clericis, ducibus, principibus, marchionibus, omnibusque majoribus & minoribus, in Teutonico regno conſtitutis, exceptis his, qui canonica excommunicatione tenentur, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Notum vobis fieri volumus, fratres chariſſimi, quod in ea ſynodo, quam nuper Romæ celebravimus, inter multa alia, quæ de ſtatu ſanctæ eccleſiæ Deo cooperante peregimus, de ruina & confuſione nobiliſſimi regni veſtri diligenter tractantes, hoc ſalutiferum & oportunum pro reparatione pacis veſtræ fore putavimus, ut religioſi legati apoſtolicæ ſedis ad partes veſtras dirigantur, qui archiepiſcopos, epiſcopos, & religioſos clericos nec non laicos ad id idoneos in loco, qui utrique parti habilis & congruus ſit, convenire commoneant; ut aut pacem, Deo auxiliante, inter vos componant, aut cui parti juſtitia faveat, veraciter addiſcant. Nam in eadem ſynodo diffinitum eſt, quod nos contra eam partem, quæ pacem faſtu ſuperbiæ refutaverit, & cui juſtitia non faverit, omni conamine, omnibusque modis poteſtate beati Petri inſurgamus. Et quia nonnullos de regno veſtro intelleximus magis jurgium & diſcordiam, quam pacem diligere, ex parte omnipotentis Dei & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli interdicimus, ut nullus ſit, qui aliquo ingenio aut ſtudio

CCLXXVII.

dio ſeu violentia impediat prædictos viros ad reſtaurandam regni veſtri concordiam convenire, aut convenientes juſtum, & legalem huic diſcordiæ finem imponere; ad reprimenda etiam mala ingenia & illicitos conatus judicio S. Spiritus, & auctoritate apoſtolicæ ſedis, anathematizavimus & anathematizamus, quicunque ſive rex, ſive archiepiſcopus, ſive epiſcopus, ſive dux, ſive marchio, ſive alicujus dignitatis vel ordinis perſona ſit, præſumpſerit aliquo modo hanc ſaluțiferam conſtitutionem perturbare: videlicet, qui operam dederit, ne prædictus conventus fiat, aut coocordia tantæ perturbationis. Adjecimus etiam eidem anathemati, ut quicunque hujus iniquitatis præſumptor fuerit, non ſolum in anima, ſed etiam in corpore & in omnibus rebus ſuis vindictam omnipotentis Dei ſentiat, & in omni congreſſione belli nullas vires, nullumque in vita ſua triomphum obtineat; ſed duplici contritione proſtratus, ſemper vileſcat, & confundatur, ut ſic ſaltem ad pœnitentiam redire addiſcat. Præſentium vero portionem ad hoc vobis dirigimus, ut una cum venerabili fratre noſtro Trevireoſi archiepiſcopo, qui Henrico favet, & altero, qui utilis & religioſus ad hoc ſit opus, epiſcopus, ex parte Rodulphi locum & tempus prædicti conventus ſtatuant; quatenus legati noſtri, quos præfati ſumus, ſecurius & certius ad vos veoire, & quæ omnipotenti Deo placeant, ipſo auxiliante, vobiſcum valeant perficere. Data Romæ ſeptimo idus Martii. Indict. prima. (a) (a)

N O T A.

(a) Scripta eſt hæc & ſequens Pontificia epiſtola defuncto jam Udone; ſed de cujus obitu fortè Romæ necdum conſtabat. Nam Engelbertum Udonis ſucceſſorem in Epiphania Domini anno 1078. electum eſſe, apparebit ex ſequentibus.

CCLXXVIII.

GREGORII PP. VII.

1078. 9. Martii. **Breve ad Archiepiſcopum Trevirenſem Udonem, ut pacem in Germania reſtituere modis omnibus allaboret, & Romam veniat.**

Regeſti Lib. V. Ep. 16.

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Udoni Trevirenſi archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quanta nobis ſolicitudo, quantaque triſtitia ſit de perturbatione, imo de diſſidio, regni veſtri olim clariſſimi & potentiſſimi, in communibus literis, quas hoc in anno ad vos miſimus, ſatis vobis declaratum eſſe putamus. Verum, quia res de die in diem pernicioſius implicari videtur, nobis quoque cura cum nimia anxietate altius in mente figitur. Proinde quidquid nobis ſuper hac re ad præſens melius viſum eſt, quod noſtra providentia vel auctoritate intervenire potuiſſet, maturare curavimus, quod tua fraternitas literis, quibus id ſingulariter ſcriptum eſt, plenius cognoſcet. Rogamus igitur & admonemus prudentiam veſtram, in qua multum confidimus, ut ſecundum tenorem earundem literarum ſine omni dilatione de cauſa hac te intromittas, & omnibus tam minoribus, quam majoribus quoad potes, quid a nobis deliberatum, & qualiter tibi injunctum ſit, notum facias, ut miſerante Deo, & adjuvantibus his, qui Dominum diligunt, tam feralis diſcordiæ furorem aut penitus compeſcere, & (quod maxime optamus) ad plenam pacem reducere poſſimus; aut ſi illud peccatis impedientibus minime obvenire poterit, ſaltem nos in tanto fratrum noſtrorum periculo culpam negligantiæ declinemus. Notificato autem conſilio & decreto noſtro, & requiſitis utrimque reſponſionibus, ut eam certitudinem & cooſenſum inveniatis, ne in mittendis legatis nobis dubitan-

CCLXXVIII.

bitandum non ſit, ordinatis & confirmatis omnibus, quæ ad proſequendum hoc negotium loco, tempore, vel cæteris convenientiis neceſſaria ſunt, volumus, ut tu & frater ille, qui tecum hujus rei mediator eſſe debuerit, confeſtim ad nos veniatis: quatenus cognitis ſecuritatibus & quæ ſpes pacis eſſe debeat, legatos noſtros tam ſine periculo, quam ſine deſperatione fructus, laboris & fatigationis eorum vobiſcum mittere valeamus. Nec durum tibi ſit, frater, ſubire, quod imponimus; quoniam ex quo in eccleſia locum ſacerdotii & officium ſuſcepiſti, nihil Deo dignius, aut animæ tuæ ſalubrius feciſti, quam ſi in hac re nequitiam diabolicæ fraudis elidere, & ſaluti tot millium hominum, opitulante Deo, conſulere potueris. Et ſi hoc fatigationi tuæ pro voto non ſucceſſerit, tibi tamen apud illum certa manet retributio, apud quem non infectum reputabitur omne bonum, quod juſta & perſeveranti voluntate concipitur. Illud tamen a dilectione tua omnino nobis exhiberi volumus, ut etiamſi illum alium, quem hujus rei mediatorem te habere, ſupra diximus, ſocium itineris te habere non poſſis, tu tamen ad nos venire nullatenus prætermittas. Præcipimus etiam tibi ex authoritate B. Petri, ut cui juſtitia favet, tu omnino faveas, & hoc idem facere clericos & laicos, quos poteris ex parte noſtra commoneas. Treva etiam a vobis proviſa, usque ad quindecim dies, poſt conventus ſolutionem illæſa ſervetur. Volumus autem ut apud regem diligenter procures, quatenus legati noſtri, qui in partibus illis ſunt, Bernardus ſcilicet diaconus Romanæ eccleſiæ, & Bernardus Maſſilienſis abbas, ſi voluerint, licenter & ſecure ad nos redire valeant. Data Romæ ſeptimo idus Martii, indictione prima.

EGILBERTUS
ARCHIEPISCOPUS.

CCLXXIX.

EPISTOLA
DIDERICI VIRDUNENSIS EPISCOPI
ad Status Imperii contra Gregorium VII. Papam.

1078. — Junii.

Goldaſt. T. I. Conſt. p. 236.

Dilectis in Chriſto fratribus & dominis, archiepiſcopis, epiſcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, principibus Romani imperii, majoribus & minoribus, clero & populo ſanctæ eccleſiæ cultoribus, Virdunenſis, id quod eſt, Dei gratia, fraternam dilectionem, debitam ſervitutem, & perpetuam in Domino ſalutem. Regni noſtri perturbatio, & ut verius dicam, niſi Deus avertat, prima nimis annullatio in maximum dolorem nos excitat, in lacrymas vocat, in miſerabilem queremoniam coram Deo & hominibus nos convertit. Hildebrandus, qui dicebatur caput, jam cauda eccleſiæ; qui fundamentum, jam detrimentum eſt eccleſiæ; qui decus, jam dedecus eſt eccleſiæ; hic diſpergit, qui dicebatur congregare; hic eccleſiam odit, qui dicebatur diligere, jam usque ad omnimodam hæreſim infirmat, qui dicebatur ſanctam eccleſiam confirmare. O inaudita arrogantia hominis ſupra omnem gloriam de ſe glorianti, ſupra omnem malitiam male agentis, unitatem eccleſiæ ſcindentis, quod inauditum eſt, regnum & regem catholicum deſtruere præſumentis, impios juſtificantis, pios injuſte damnantis, decreta patrum pervertentis, regem adulterinum extollentis, regem liberum & legitimum, & cum memoria nominis regii extin-

CCLXXIX.

guere meditantis & minantis. O temporibus noſtris nunquam audita hæreſis! perjuria fidelitates dicit, fidem ſacrilegium facit, imo, quia ab initio pater ejus mendax fuit, per omnia mentitur, & in omnibus veritati contradicit. Videat Deus, & judicet; videte vos, & judicate: hominem impium, hominem abbominatum, membra eccleſiæ ſubvertentem, caput nobis faceremus? Nos omni eccleſiaſtico honore deſtituentem, patrem nobis conſtitueremus? Vita ſua accuſat illum, perverſitas damnat, obſtinatio malitiæ illum anathematizat. In qua re vobiſcum eſſe, vobiſcum facere, vobiſcum laborem ſubire, aſſenſus, conſilium, & auxilium noſtrum non recuſat; de eligendo autem ſummo pontifice, qui errata corrigat, qui deſtituta reſtituat, qui hujuſmodi fortia confundat, Deo cooperante vobiſcum operabimur, Deo conſentiente vobiſcum ſentiemus, & pro honore eccleſiæ & pro recuperatione regis & regni, in (a) nullo vobis deerimus. (a)

N O T A.

(a) Hæc Theodericus, in Regis Curia exiſtens, nihil minùs, quàm liberè ſcribit, uti ipſe fatetur in literis mox referendis ad Engilbertum Trevirenſem, quibus talia memorat: *Conſilio meorum, ſatis importuno, & teſte Deo, mihi contrario, in Pentecoſten veni ad Curiam, terribiliter adſtrictus, multipliciter coactus ſum ibi agere contra ordinem, contra ſalutem meam, imo contra dignitatem Eccleſiaſticam; abrenuntiavi ſedenti in ſede Apoſtolica* &c.

CCLXXX.

THEODERICUS
VIRDUNENSIS EPISCOPUS
ſe excuſat, quòd, ipſe ab ordine ſuſpenſus, non poſſit intereſſe Conſecrationi Egelberti Archiepiſcopi Trevirenſis.

1079.

(a) Udalrici Babenb. *Cod. Epiſt.* n. 158. *Tom. II. Collect. Eckhard.*

EGelberto ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ patri reverendiſſimo (a) unanimiter electo, canonice admiſſo, Dei gratia, id quod eſt, debitam dilectionem, ex dilectione ſubjectionem, ex ſubjectione ſervitutem, ex ſervitute intimam, in omnibus ſervata ratione, devotionem. Teſte conſcientia, teſte & illo, qui omnia novit, nemo eſt, qui dignitati veſtræ

N O T Æ.

(a) *Unanimiter electo, canonice admiſſo.*] Adulatoriè hoc ſcriptum. Rem ſic narrant coæva Geſta Trevirorum *Cap. LX. Per idem tempus fuit in Batavia de Optimatibus Bojariæ ex Clero quidam Præpoſitus majoris Eccleſiæ & ſcholaſticus nomine Egilbertus, qui vice quadam, cum Epiſcopus loci illius, ſicut & aliarum Civitatum Epiſcopi ex præcepto Romani Pontificis ſupra memoratum decretum* (adverſus Clericos concubinarios & contra inveſtituras laicales) *in eccleſia ſua pronuntiaret, auſu temerario illi in faciem reſtitit, palam dans cunctis intelligere, quod & ipſe cum Henricianis vinculo teneretur anathematis. . . . . Cum vidiſſet eum Epiſcopus incorrigibiliter Simoniacæ parti, & nil penitus Eccleſiaſticæ aſſentire, juſſit eum à communione Eccleſiæ alienum exiſtere, uſque dum univerſali Papæ præſentatus unitati Eccleſiæ per ipſum meruerit ſociari. Proinde cum diutius intra ſe hæſitaſſet, demum voluntas ei Romam proficiſcendi incidit. Verumtamen à Rege inconſulto ire illo noluit, à quo Rege, tanquam, accepta ad eum, quem ſuprapoſitum Papam diximus* (Clementem ſcilicet Antipapam) *mandata detulit, & ab univerſali penitus declinat. Et factum eſt, dum rediret adimpletis negotiis, pro quibus à Rege miſſus fuerat, in redeundo audivit Udonem fideli dignum memoria Trevirenſem Archiepiſcopum vita deceſſiſſe, & ob hoc Regem Treviris adiviſſe, ut alium in loco ejus debuiſſet ſubſtituere. Et hac fama comperta quam plurimum iter acceleravit. . . . Porro cum Imperator juſſiſſet, ut quem ſibi placere cognoſceretur, hunc ipſum eligerent, & Clerus unum poſt unum ex ipſo eorum collegio, hoc utique honore digniſſimos exhiberent; Rex autem quotquot nominaſſent, nullum eorum ſibi placere dixiſſet, nullus enim ejus benevolentiam digna taxatione præmerat, jamque in eligendo tribus diebus tranſactis, quarto nihilominus die iterum ad idem congregatis, omnibus tanquam à Deo miſſus . . . . .* (Egilbertus) *venit, & fa-*

CCLXXX.

(b) veſtræ melius velit, (b) nemo, qui unanimi veſtræ electioni magis applauſerit, nemo inquam, qui de tam jucunda patris ad filium, prælati ad ſubditum, affinitate rationabiliter incepta, rationabilius finienda, majorem fiduciam conſilii, & auxilii ſibi aſſumpſerit. Fateor me in omnibus vobis & eccleſiæ Trevirenſi debitorem eſſe, utpote quem elegi, & laudavi mihi in dulciſſimum patrem, imo quod Trevirenſem eccleſiam ſemper habui & habiturus ſum, vita ſuperſtite, in dulciſſimam matrem. Eccleſia Virdunenſis eccleſiam Trevirenſem, ut filia matrem digna dilectione, debita ſubjectione amplectitur, ut ſubjecta prælatam veneratur; membrum igitur capiti ſuo connexum proficit, diviſum omnino deficit. Legati veſtri, frater archidiaconus, miles H. monuerunt me, ut Treverim venirem, obedientiam vobis, & eccleſiæ perſolverem, ordinationi veſtræ intereſſem; conſecrationem veſtram in tanta omnium neceſſitate non modo vobis, ſed nobis, qui affligimur, qui anguſtiamur, valde neceſſariam ulterius non differrem, tam juſtæ, tam ſaluberrimæ monitioni non moram, non difficultatem aliquam prætendiſſem, ſi in hoc tam meam veſtramque ſalutem non attendiſſem; ſi non benedictionem pro maledictione, conſecrationem pro execratione, ordinationem pro diſpoſitione, hoc tempore reputaſſem. Quod igitur maximo cum dolore vobis refero, ab ordine ſuſpenſum vos ordinare periculoſum eſſet, ut miſerabilius dicam, execratum de conſecratione veſtra præſumere pernicioſum eſſet. Conſilio meorum ſatis importuno, & teſte Deo, mihi contrario, in pentecoſten veni ad curiam terribiliter adſtrictus, multipliciter (c) coactus ſum ibi agere (c) contra ordinem, contra ſalutem meam, imo contra dignitatem eccleſiaſticam; abrenunciavi ſedenti in ſede apoſtolica, & hoc ſine ratione aliqua, cum præſens non audiretur, auditus diſcuteretur, diſcuſſus convinceretur. Abrenunciavi illi, cui in examine ordinationis meæ profeſſus fueram obedientiam, cui ſubjectionem pollicitus fueram, cui poſt beatum Petrum, ſuſcepto regimine mihi commiſſæ eccleſiæ, commiſſus fueram. Reverſum ſolito gravius eccleſia ſuſcepit me, uſitatum proceſſionis ordinem non exhibuit, &, quod miſerabilius eſt, oſculum pacis non obtulit, quod infelicius, propter auditam tam temere abrenuntiationem, & inauditam prius tantam temeritatem, non modo ab epiſcopali, ſed a ſacerdotali officio ſub oſtentatione meæ ſalutis, & mei ordinis ſaluberrimo conſilio usque ad dignam beato Petro & vicario ejus ſatisfactionem me ſubmovit. Hoc me impedit, hoc in Chriſto Jeſu ordinationi veſtræ me ſubtraxit. Quod ſi alius pro voluntate veſtra & petitione, Tullenſis videlicet, vel quivis vicem noſtram ſuppleverit, non indignor, non adverſor, neque rationabiliter ordinanti improperabo, neque in aliquo detraham rationabiliter ordinato. Adhuc vobiſcum agam familiarius, ut cum patre filius, ut cum prælato ſubjectus, ut cum amico nemo jucundior amicus, cum conſanguineo proximus admodum conſanguineus. Hoc tempore

pore

N O T Æ.

Ea oratione ſua locutus eſt Regi de his, quæ habebat in mandatis. Quibus finitis dixit Rex: quamdiu in eligendo Epiſcopum concordare non poſſumus, ſaltem in hunc conveniamus.

(b) *Nemo qui unanimi veſtra electioni magis applauſerit.*] Hic veritus loquitur Theodericus. Sic enim pergunt Geſta Trevirorum *l. cit. Et conſenſerunt ei ex Epiſcopis, qui electionis cauſa advenerant, ſolus Theodericus Virdunenſis Epiſcopus, qui cognomento Magnus vocabatur, & pars aliqua populi Trebereuſis. Rex ergo nil moratus, inveſtivit eum, dans ei annulum & baculum ſub die VIII. Idus Jan. anno MLXXVIII. Pontifices vero Herimannus Metenſis, & Bibo Tullenſis, & reſiduus clerus & populus, quantum in ipſis erat, non aſſenſerunt, quoniam ipſi tam idoneas perſonas exhibuerunt; reſiſtere tamen Regis voluntati non potuerunt. Verumtamen clerus & populus, multum moleſte ferentes irrogari ſibi violentiam, precabantur eos, qui præſto erant, Epiſcopos, & cum interminatione authoritatis Apoſtolicæ interdixerunt, ne ipſum conſecrarent Epiſcopum, commonentes eos canonici illius decreti, quo præcipitur, ut nullus in Epiſcopum, niſi Canonicè electus, conſecretur. Quocirca Epiſcopis ad ſua redeuntibus, Egilbertus benedictione non percepta remanſit.*

(c) *Coactus ſum ibi agere contra ordinem &c.*] Vid. Epiſtolam Theoderici de anno ſuperiori ad Status Imperii.

CCLXXX.

pore tribulationis, in hoc ſchismate dignitatis eccleſiaſticæ, hoc errore apoſtolicæ ſedis, videndum eſt, quomodo ordinari velitis in examinatione ordinis, cui promiſſionem, cui obedientiam, cui dignam ſubjectionem vovere debeatis. Hoc per obrenuntiationem noſtram expulſo, alio per legitimam electionem nondum recollocato. Non hoc dico, ut voluntati veſtræ contradicam, ut ordinationem impediam, ut promotionem ſuſpendam, cum pro caritate & paternitate veſtra paratus ſim ultro offerre corpus & animam. Adaperiat Dominus cor veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis, & in præſenti cauſa.

CCLXXXI.

GREGORIUS VII. PAPA

1079. 21. Octobr. Herimannum Epiſcopum Metenſem monet, ut Tullenſem Epiſcopum adjuvet, cui conceſſit, ut coram quatuor Epiſcopis, ſi propter regni commotionem ſex ſimul convocare non poſſit, ſe expurget. Dein eum arguit, quòd bona Eccleſiæ quibusdam militibus ad ſe defendendum largitus ſit.

Regeſti Lib. VI. Ep. 5.

GRegorius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Herimanno Metenſi epiſcopo ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Novit dilectio tua, frater cariſſime, quanto jam tempore Tullenſis epiſcopus fatigatus laboraverit, atque multis anguſtiis ſudaverit, pro repellenda ea, quam ſibi injuſte objectam eſſe contendit infamia: ſed quia propter imminentem regni commotionem ſex ſimul epiſcopos ad expurgationem ſuam convocare non poteſt, hoc ei, paterna compatientes pietate, conceſſimus, ut quatuor epiſcopis ad præſens ſecum jurantibus expurgatus, epiſcopale officium per omnia faciat. De duobus autem, qui ſtatuto judicio intereſſe debent, inducias usque ad quadrageſimam a nobis accepit. Unde, quia tu in eadem dioceſi poſitus es, monemus, & exhortamur tuam mihi dulciſſimam caritatem, & apoſtolica tibi auctoritate præcipimus, ut ſi præſatum epiſcopum Tullenſem culpabilem indubitanter eſſe cognoveris, fraternam manum auxilii (ut juſtum eſt) præbere ei non differas; ſcriptum eſt enim: *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Et item: *Si quis viderit fratrem ſuum neceſſitatem habentem, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* Præterea pervenit ad nos, quod, propter inſtantem inimicorum tuorum infeſtationem, tuæ bona eccleſiæ largitus ſis quibusdam militibus; & eo modo honoris tui dign tas quotidie (quod non optamus) minuatur, atque decreſcat; proinde tuam volumus admonitam eſſe prudentiam, ne alicujus magnitudine tribulationis coactus eccleſiaſticas cuiquam hereditates largiaris, unde multum te poſtea pœniteat, cum, quod modo turbatus egeris, nullo modo emendare potueris. Oportet autem, ut totam ſpem tuam in Domino ponas, certiſſime ſciens, quia Dominus non derelinquit ſperantes in ſe. Confidimus enim omnipotentem Dominum veſtris, aliorumque religioſorum, quos in partibus veſtris plures eſſe cognoſcimus, orationibus placatum, pacem eccleſiæ ſuæ cito eſſe daturum. Data Sutrii undecimo kalendas Novembris. Indictione ſecunda. (a) (a)

CCLXXXII. DO-

NOTA.

(a) Præterito Metropolitano Trevirenſi, quem non agnovit Pontifex, hæc ad Metenſem perſcribit, qui majore jam, quàm unquam aliàs, ardore Gregorii partes propugnat. Sunt autem hæ literæ haud leve argumentum, quanto ſtudio Pontifex Popponem Tullenſem ſibi demereri voluerit. Conf. Brovver. *Annal. Trev. Tom. I. Lib. XII. n. 78. p. 560.*

CCLXXXII.

1080.

DONATIO HENRICI IV. IMP.

de Wadegotia facta Sigeberto Comiti.

Ludolf Conſult. Sympbor. I. p. 1431.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia IV. rex. Notum ſit omnibus fidelibus tam præſentibus, quam futuris, qualiter nos interventu dilectiſſimæ conjugis noſtræ Bertæ, rogatuque fidelis noſtri Conradi Trajectenſis ſedis epiſcopi, & (*a*) ducis Thederici cæterorumque fidelium noſtrorum, cuidam (*b*) noſtro fideli, nomine Sigeberto, (*c*) villam nomine Vuadegozingen, ſitam in pago Sareganlbe, & in comitatu ejusdem Sigeberti, cum omnibus appendiciis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, paſcuis, terris, cultis & incultis, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſylvis, venationibus, exitibus & reditibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit, in proprium tradidimus; ea videlicet ratione, ut idem (*d*) Sigebertus de prædicto prædio liberam deinceps habeat poteſtatem poſſidendi, tradendi, commutandi, precariandi, vendendi, vel quidquid ſibi inde placuerit faciendi. Et ut hæc noſtræ traditionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa omni ævo permaneat, hanc chartam inde conſcriptam manu propria, ut infra videtur, roborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domini Henrici IV. regis. Anno Dominicæ Incarnationis MLXXX. indict. III. data. Anno autem ordinationis domini Henrici IV. regis XXVII. regni vero XXVI. Actum Moguntiæ, in Chriſti nomine feliciter amen.

CCLXXXIII. EPI-

NOTÆ.

(*a*) *Ducis Thederici.*] Lotharingiæ ſcilicet; quem Ducatum tenuit ab obitu parentis ſui Gerardi de Alſatia anno 1070. defuncti, ad annum 1115.

(*b*) *Noſtro fideli, nomine Sigeberto.*] Sigebertum hunc fuiſſe patrem Adelberti Archiepiſcopi Moguntini & Friderici Comitis de Sarrebruche, obſervant ſcriptores Moguntini. Vid. Joannis *Rer. Mogunt. T. I. pag.* 533. Vivebat hoc tempore inter Naſſoviæ Comites Walrabus. Teſtatur *Chron. Naſſov. p.* 55. Itaque Naſſovii alio ſenſu hujus monaſterii fundatores dici non poſſunt, quàm, quòd duobus & ultra poſt fundatum monaſterium ſeculis Sarepontanus Comitatus ad eos pervenerit; quod factum eſt per matrimonium Joannis (qui erat nepos Adolphi Naſſovii Imp.) cum Johanna Sarepontana, Comitatûs hærede. De quo ita Chron. Limpurgenſe § 51. *pag.* 30. *Auch hatte Graff Johan ein Weib, die vvar von Saarbrücken, die hieſs Johanna. Die lebte nach dem Streit zu Franckreich* beynahe zvvanzig Jahr, und lieſſe zvvey Töchter, die vvaren klein, und ſeine Hauſs-Frau trug einen Sohn nach ſeinem Todt genannt Philippus . . . Mehr dann zvvanzig Jahr nach Graff Johannſen Todt kauffte der vorgenannte Juncker Philippus ein Weib von Spangenberg, und die Graffſchafft von Saarbrücken erſtarb auf ihn gänzlichen.*

* bellum gallicum de anno 1354.

(*c*) *Villam nomine Vuadegozingen, ſitam in pago Sareganlbe.*] Digna eſt, quæ hic legatur obſervatio Aſt. de Ludolf. *Sympbor. I. Col.* 1485. „Neque etiam Comitatum pagi Sarengalbe (ita enim dicebatur diſtrictus ille ad Saram fluvium. Germanicè diceres Saarengau) poſſidebat Comes Sigebertus, tanquam patrimonium proprium; imò fungebatur officio Regis nomine. Provincia iſta erat Regis, per varios Comites, & cum poteſtate non omnibus pari, adminiſtrata. Hinc villa Wadegozingen, in Comitatu ſita, Sigeberto in proprium patrimonium fuit tradita anno 1080. Ergo Comitatus non erat ejus patrimonium, ſed Henrici Regis. Add. *p.* 1495.

(*d*) *Sigebertus de prædicto prædio liberam deinceps habeat poteſtatem.*] Hac libertate uſus Sigebertus, vel potiùs ejus deſcendentes, de prædio ſuo Wadgaſſen ità diſpoſuerunt, ut in eo, auctoritate Archiepiſcopi Trevirenſis, fundârint monaſterium hodie florentiſſimum ordinis Præmonſtratenſis. Vid. infrà ann. 1135.

CCLXXXIII.

EPISTOLA EGILBERTI

1082. ## TREVIRENSIS ARCHIEPISCOPI

adverſùs Gregorium VII. Pontificem.

Udalrici Babenb. Cod. Ep. n. 160. Tom. II. Eckhard.

PAtribus, non fratribus, dominis, non amicis, Egilbertus deſignatus epiſcopus Trevirenſis eccleſiæ, devotiſſimas in Chriſto orationes. Ferre ſententiam contra apoſtolicum, non eſt tutum; imo inſanum, & omnino nefarium, aliquid audere in illum, qui in vice ſancti Petri fungitur legatione ipſius Chriſti. Ipſe autem, qui invaſit ſedem apoſtolicam, qui inaudita laudatione effertur, qui profanis novitatibus ſtudet, amplo nomine delectatur; quem neque Chriſtianum appellarem, quia non habet Chriſti characterem & pacem & caritatem, quam Chriſtus ſuis militibus impreſſit, qua Chriſtus ſuos notavit: non occurrere contra hunc, non inſurgere contra hunc, magnum ſanctæ matris eccleſiæ eſt periculum, & plane contra Deum. Quis itaque neſcit, ex hoc, quaſi fonte omnis diſſenſionis, & capite omnis ſchiſmatis, excluſa pace eccleſiæ, diſcordiam totius mundi emerſiſſe? Quis inquam non videt, per hunc, quaſi ſigniferum, tantum ſanguinem mundi effuſum? De multis rationibus, qui non ſequitur Chriſtum, nequeo vere appellare Chriſtianum, ita certe nec papam, quem video toties, & tam manifeſtum homicidam. En bonus & ſanctus papa, cujus conſiliis, cujus inſtinctu & ductu membra Chriſti tot & tam perditis modis ſint dilacerata. En bonus paſtor, qui in illos tanta crudelitate graſſatur, pro quibus Chriſtus in cruce pependit, quos ipſe proprio ſanguine redemit. En verus pontifex, & verus ſacerdos, qui dubitat, ſi illud, quod ſumitur in dominica menſa, ſit verum corpus & ſanguis Chriſti. Nihil certe ita eſt impium & nefarium, nihil ita eſt deteſtabile, & execrabile, quod ipſe non curet, dum alios contra regem armet, dum alios ad bellum, quod ipſe omnibus intendit, excitet. Inter has multiplices calamitates, & miſerias, quas patitur & conqueritur ſancta eccleſia, mihi quoque illa eſt ab eo tam ſuperba, quam violenta injuria. Cum igitur Treviris pari conſenſu tam cleri, quam plebis eſſem electus epiſcopus, etiam eo non impediente, nullam culpam obtendente, fere per biennium conſecrationem habere non potui, omnibus ejusdem eccleſiæ filiis & ſuffraganeis intercedentibus, & inuſitatam ſuæ metropolis viduitatem multum querentibus; nihil etiam profuit ſincerus introitus, & legitima electio, nihil valnit apud illum conſona authoritas epiſcoporum, & ſtudioſa loci interceſſio. Ut taceam mea, ut prætermittam privata; quam malus, & non purus, introitus ejus, qui minatus eſt, pervenit ad perditiſſima exempla. Ne plus per hoc ſancta, quæ vix modo trahit extremum ſpiritum, periclitetur eccleſia, ex me dico, quod nullam ejus obedientiam poſt hinc ſervabo, neque meo judicio non amplius ſedebit in loco, & in vice ſancti Petri, quem ipſe non ſequitur, obſtupenda abuſione novitatis ſuæ & inauditi decreti.

CCLXXXIV. EPI-

CCLXXXIV.

EPISTOLA

1083. # HENRICI IV. REGIS

ad Theodoricum Virdunenſem, ut Engilbertum Archiepiſcopum Trevirenſem ſacret.

Geſta Trevir.

REx Henricus Dei gratia Romanorum Imperator & Auguſtus, Theodorico epiſcopo dilectionem nulli majorem. Imprimis te ſcire volumus, quia nulli melius quam tibi confidimus; nec epiſcopum Trajectenſem fidei monitorem, ſed ad honorem regni tractandum tibi miſiſſe cooperatorem. Deinde ad ſingula, quæ mandaſti negotia, ſingula damus reſponſa, ſed breviſſima; quod infinita tibi reſervamus, ore ad os dicenda. Siquidem hoc quod in margine epiſtolæ tuæ de Romano negotio nobis mandaſti, imprimis dicemus tibi: Romam in die Benedicti intravimus; qualiter autem a Romanis recepti ſumus, qualiter cum Romanis ſteterimus, qualiter a Romanis receſſerimus, ab aliis multis te audiſſe credimus, tum etiam literis noſtris tibi indicavimus, quas te nondum vidiſſe putamus; ſed mallemus, alio, quam noſtro, ore te reſciviſſe, quæ nobis fecit Dominus. Incredibile enim videtur, quod veriſſimum probatur; quod factum eſt in urbe Roma, ut ita dicam, cum decem hominibus in nobis operatus eſt Dominus, quod anteceſſores noſtri, ſi feciſſent cum decem millibus, miraculum eſſet omnibus. Nam cum in Teutonicas partes ab acquirenda Roma jam deſperantes, redire vellemus, ecce Roma miſſis legatis, ut Romam intraremus, rogaverunt, ſeque nobis in omnibus obedituros promiſerunt, quod & fecerunt; ſummo namque gaudio nos intrantes receperunt, ſummo ſtudio ſecum manentes adjuverunt, ſummo triumpho & fide ab eis recedentes proſecuti ſunt nos; in tantum, ut in Domino fiducialiter dicamus, quia tota Roma in manu noſtra eſt, excepto illo caſtello, in quo incluſus eſt Hildebrand, ſcilicet in domo Creſcentii; quem Hildebrandum legali omnium cardinalium ac totius populi Romani judicio ſcias abjectum, & electum papam noſtrum Clementem, in ſede apoſtolica ſublimatum omnium Romanorum acclamatione. Noſque a papa Clemente ordinatum, & conſenſu omnium Romanorum conſecratum in die ſancto paſchæ in imperatorem, totius populi Romani exultatione. His itaque factis benedictione Dei & ſancti Petri omnium gaudio a Roma receſſimus, & quantocius poſſumus, ad has partes properamus, & in via reditus invenit nos tuus nuntius. Gaudeant, qui velint; doleant, qui velint; nos Deo propitio adſumus. Dominus ille, quid agat, ſcire non curamus, ſed, quod tu monuiſti, libenter, ne damnum nobis faciat, providebimus. De Saxonibus vero, de Salzburgenſe archiepiſcopo & comite Adelberto, & de aliis ad nos venire volentibus id tibi reſpondemus, quia conſiliis tuis libenter acquieſcentes, ut tantummodo pax vera fiat in noſtris temporibus, videlicet ut fideles ſint, cum ad nos redierint. Tu autem, ſi non gravaris facere, quæ volumus, Auguſtam ad nos venire poſt feſtum apoſtolorum Petri & Pauli rogamus, quia Deo favente in feſtivitate eorum Ratisponæ erimus. Studeas ergo ad nos venire, ut tuo adventu poſſis nos lætificare. Inſuper mandat tibi apoſtolicus Clemens & imperator, ut, ſicut nos diligis, ita archiepiſcopum Trevirenſem velociter conſecrare properes. Vale. (a)

CCLXXXV.

N O T A.

(a) Quem effectum Regiæ hæ literæ in Theoderici animo produxerint, ſequentibus memorant Geſta Treviror. *Cap. 62. Has Epiſtolas, cum præfatus Theodoricus acceptas legiſſet, noluit quidem, quod petebatur, libenter adimplere, ſed attonitus rerum magnitudine non potuit in corde ſuo credere, ita ſe omnia habere, ſicut ſcriptura referente cognoverat. Sed & recordatus, quod à Clero Trevirenſi, ne id faceret, Apoſtolica auctoritate ſibi interdictum fuiſſet, ne forte adverſus eum exinde potuiſſent quandoque idonea accuſationes conſurgere, congruum duxit, ſuper hac literas mittere Romano Pontifici, in quibus & meminit depulſionis ab Epiſcopatu Herimanni Metenſis, ac ſibi injunctæ reconciliationis, ut videlicet ipſius interventione Herimannus loco ſuo reſtitueretur; quod, licet ſatis laboravit, non tamen tunc, ſed poſtea obtinere potuit.* Ipſæ autem literæ hic ſequuntur.

CCLXXXV.

EPISTOLA

1083. THEODORICI EPISCOPI VIRDUNENSIS ad Gregorium VII. PP. pro Conſecratione Egilberti Archiepiſcopi Trevirenſis.

Geſta Trevir.

GRegorio ſummo pontifici, chariſſimo domino, reverendiſſimo patri, Theodoricus Virdunenſis epiſcopus, qualiſcunque, tamen ſuus, dilectionem, quam patri filius, ſubjectionem, quam prælato ſubditus, ſervitutem, quam domino ſervus. Poſſe tibi obedire, maxima eſt mihi jucunditas; poſſe ſervire non parva hilaritas; in quo enim venerabor te, in eo beatum Petrum, in quo obediendo, ſerviendo, te mihi concilio, in eo beatum apoſtolum. Monitus a te ſuſcepi confratrem meum Metenſem, ut te ipſum; attendens illud dominicum, *qui vos recipit, me recipit*: cauſam ejus meam feci, negotium ejus meum exiſtimavi; eadem nobis adverſitas, eadem fuit proſperitas. Ad hoc me invitavit mutua fraternitas, debita charitas, ſed præcipue juſſio tua, benevolentia tua, & habita in me fiducia. Præterea Trevirenſis eccleſia cum gravi dolore pedibus paternis advolvitur, filia dominum pulſat, inconſolabile ſui detrimentum his temporibus me mediante deplorat; vidua per biennium ſere, quanta paſſa eſt, & patitur, quantum afflicta eſt, & affligitur! foris pugnæ, intus timores. Elegit virum de plebe, dignum ſacerdotem, idoneum patrem, communi aſſenſu; teſte conſcientia mea coram Deo & coram te, quod nihil ſimoniacum, nihil contra jus eccleſiaſticum intervenerit, quod nihil ſimoniacum, etiam petitione remota, intervenerit. Conſecrationem ejus miramur differri, dilationem tam gravem miramur potuiſſe tibi inculcari, illud maxime, quod pateris, hac deſolatione nos adeo gravari. Graviſſimum onus eſt mihi, ſolum eſſe in medio nationis pravæ & perverſæ; ſolum, patre & fratre illo expulſo, alio non conſecrato. Si eccleſiam, ſi ſtatum Chriſtianitatis curas, locum noſtrum reſpicias, &, cum vita patris, in omnibus ſpectata, ordinationem mereatur, Metenſe & me tuo exaudito, nullius detractione ulteriùs removetur, perſolvet tibi, quod patri filius, quod prælato ſubditus... *Deinde quibusdam interpoſitis, in fine ita concluſit:* Quomodo rex ſit mecum, & tu cum rege, modo mihi reſcribas tuo. (a) (a)

CCLXXXI. Fun-

NOTA.

(a) Quid his literis(quas perperam, & ignorantiâ eorum, quæ de Theoderico Virdunenſi ex Codice Epiſtolari Babenbergenſi retulimus, ad annum 1080. recenſet Brovverus) reſponderit Pontifex, incompertum eſt. Qua autem ratione paulo pòſt conſecratus fuerit Egilbertus, ſic narrant Geſta Trevirorum *Cap. 63. Appropinquante tempore, quo ſe Rex venturum per epiſtolam ſupraſcriptam ipſi* (Theoderico) *mandaverat, ſicut juſſus erat, venire ei obviam parabat, veniensque Mogontiam, ibi complures Epiſcoporum in occurſu Regis euntium reperit, ad quos facta oratione, quoniam confratres ſui, ſuffraganei videlicet Eccleſiæ Trevirenſis, ſupra nominati Epiſcopi, Herimannus Metenſis, & Bibo Tullenſis, ob invidiam Regis, Metropolitani ſui conſecrationi noluiſſent intereſſe, petivit ex ipſis cauſa charitatis ſibi eos cooperatores fieri, & obtinuit. Itaque aſſumptis ſecum, qui plus cæteris erga ipſum benigni videbantur, connivente ejusdem ſedis* (Moguntinæ) *Archipræſule, Egilbertum conſecravit Epiſcopum. Porro cum fuiſſet ordinatus, paucis interjectis diebus Trevirim venit..... Tunc hi, qui plus cæteris ei auſi ſunt reſiſtere, dixerunt: Quoniam ad hunc Pontificatus honorem & tunc & nunc ingratus nobis acceſſiſti, ſed & quia ab homine laico & excommunicato Epiſcopalia ſuſcepiſti, Epiſcopalia, inquam, annulum & baculum, præſertim cum in Canonicis decretis, laicis, quantumvis religioſis, nulla de Eccleſiaſticis rebus aliquid diſponendi ſit tributa facultas, idcirco non poteris epiſcopari, nec nos tibi communicare.* Et poſteà: *Quemdam ſubditorum ſuorum, nomine Theodoricum, Monachum, ſcientia litterarum valde præditum, miſit quæſitum Clementem ſuum Apoſtolicum, ut inventum tranſmittere ſibi expeteret pallium. At ille, Clemens inquam, gaviſus, quod aliquis ipſum pro accipienda benedictione reſpiceret, quod petebat, tranſmiſit.* Celebriorem, quem poſt hàc Egilbertus peregit, Ordinis Epiſcopalis actum, refert Coſmas Pragenſis *Lib. II. Chronici ad ann.* 1086. *pag.* 41. 42. Nempe *Henricus IV. juſſit Archiepiſcopum Trevirenſem, nomine Egilbertum, ut Wratislaum in ſede ſua Metropoli Praga in Regem ungat, & diadema capiti ejus imponat..... Egilbertus juſſis obtemperans Imperatoris adveniens Metropolim Pragam..... inter ſacra Miſſarum ſolemnia regalibus faſcibus indutum unxit in Regem Wratislaum, & impoſuit diadema... ſuper caput ipſius.*

CCLXXXVI.

1083. 6. Julii.

Fundatio Abbatiæ Münſterienſis Luxemburgi per Comitem Conradum.

Bertholet Hiſt. de Luxemb. Tom. III. in prob. p. 37.

(a) IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. (a) Ego Conradus comes, licet ſero, inſpiratione divinæ gratiæ ad pœnitentiam provocatus, eleëmoſinis, & ceteris pietatis operibus, peccata mea redimere ſtatui, quæ & vitio humanæ fragilitatis, & ex officio ſecularis dignitatis contraxi, & qui necdum juxta præceptum Domini ex integro potui cuncta relinquere, decrevi ſaltem aliquam partem poſſeſſionum mearum Chriſto tribuere.

(b) Cœpi itaque (b) in monte hoc, ubi nullus patrum meorum prius adoravit, domum in honore & veneratione apoſtolorum principis a fundamentis conſtruere, in qua monachorum turmulam ſub norma B. Benedicti militaturos inſtitui, & de rebus meis, quantum ad præſens viſum fuit, eccleſiæ ipſi abſque calumnia alicujus hominis ſeu advocatiæ, præter me, & ſucceſſores meos libere contradidi, & eandem traditionem, ob confirmationem poſteris meis profuturam, ne violenter beneficia fratrum ſubripiant, in cartula hac denoravi.

(c) Dedi ſcilicet eidem eccleſiæ in perpetuam dotem (c) manſum unum indominicatum, & quatuor veſtitos, & montem a turri extrema uſque ad aquam cum banno, & aquam a ponte

(d) (d) S. Udalrici, uſque ad rupem Moranis, cum omnibus uſibus ſuis, & liberam piſcaturam pro velle ſupra & infra cum molendinis, & furnis. Tradidi etiam quatuor familias, & in ſylva

* Anaven. præſenti, quæ dicitur * Andevanen, nec non & Santweiler ſylva, quocumque loco fuerint neceſſaria, ſive in paſcendis porcis, aut aliis animalibus, & ligna, & materiam ad omnia ædificia, ſine reſpectu reditus aut cenſus; familiam quoque, quæ dicitur Cecingen, cum omnibus, quæ poſſident, & apud Marſeium pratum ſpatioſum cum omni uſuario, ſicut a me hactenus eſt poſſeſſum; & apud Gözingiam villam, familiam, & terram cum omnibus, quæ ibi habeo, fratribus conceſſi; ad montem Cunonis Luzonem, & fratres ejus cum poſſeſſionibus ſuis; apud Matheis allodium, & familiam ubicumque ſint, excepto Almarico, & Ramberto cum his, quæ poſſident. Curtem, quæ dicitur Pris cum familia & redditibus, eccleſiam de Furen cum adjacenti decima; eccleſiam de Lenda, cum tribus partibus decimæ; ita ſane, ut quod feodatum eſt hereditarie, deficientibus filiis fratres poſſideant; eccleſiam de Rodt, eccleſiam de Santweiler. Quæ omnia, ut magis rata eſſent, acta ſunt annuente (e) uxore mea Clementia cum filiis, & filiabus noſtris, in præſentia domini Metenſis epiſcopi Hermanni, vicarii ſedis apoſtolicæ, aſfirmatione banni ipſius. (e)

Anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIII. II. Non. Jul. indict. V. ſub teſtimonio virorum nobilium, quorum nomina hæc ſunt: Ramboldus, Beceſſinus, Thiedo, Ricardus, Bertrannus, Albertus. In die conſecrationis Cryptæ. Quicumque ergo ex rebus hic adnotatis temere vi vel fraude rapuerit quidquam, ſit anathema, Maran atha, ſitque in perpetua damnatione cum Dathan & Abiron & filiis Core. Fiat, fiat. (f) (f)

CCLXXXVII. Com-

NOTÆ.

(a) *Ego Conradus Comes.*] Luxemburgenſis, qui in peregrinatione Hieroſolymitana deceſſit anno 1086. Vid. Cartam Wilhelmi Comitis de anno 1122.

(b) *In monte hoc.*] Abbatia S. Petri Luxemburgi in valle, quæ *der Grund* dicitur, ſita, & vulgò *Münſter* hodie nominata, primitùs extructa fuit loco eminentiore, è regione portæ Caſtri, hodie *porte du Chateau*.

(c) *Manſum unum indominicatum, & quatuor veſtitos.*] Jam alibi diximus, manſum *indominicatum* eſſe, quem dominus ipſe ſua cura & impendio arabat. Manſum *veſtitum* dicit Pottgieſſer *Tract. de ſtatu ſerv. Lib. I. C. 4. n.* 11. prædium ruſtica ſuppellectile inſtructum, & *N.* 73. cui certus ſervorum numerus ſuppetit. Sed nobis hic *veſtitum* idem videtur, quod *inveſtitum*, id eſt, colonis manſuariis in culturam certis conditionibus conceſſum; qui manſi & *ingenuiles* dicebantur. Hanc conjecturam noſtram firmat, quod poſtea ſequitur his verbis: *ita ſane, ut quod feodatum eſt hereditarie, deficientibus filiis, fratres poſſideant.* Idem enim eſt feudatum, ac veſtitum ſeu inveſtitum.

(d) *S. Udalrici.*] Quæ eſt parochialis Eccleſia, ſita in valle urbis, *in dem Grund*, prope pontem, ubi Petroſa jungitur Alontiæ.

(e) *Uxore mea Clementia.*] Erat ea hæres Comitatus Longvionenſis, quem ſuo matrimonio in familiam Luxemburgicam intulit.

(f) Appendet diplomati ſigillum, equitem armati effigiem exprimens cum hac inſcriptione: *Conradus Comes de Lucelemberg.*

CCLXXXVII.

Circa 1084.

Compoſitio inter Abbatem S. Maximini, & Comitem Guntrannum ſuper feudo Prichine.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus fratribus noſtris, tam præſentibus, quam etiam futuris, qualiter ego Theodericus cœnobii S. Maximini abbas indignus, in ipſo momento, (a) cum mihi data eſſet abbatia a domno imperatore III. Henrico, multis præſentibus ab eodem convictus, & ipſius auctoritate ad primam ejus petitionem nimium conſtrictus, illud maximum de Prichine, cuidam (b) fideli ſuo Anſelmo nomine, non ſine multis lacrymis in præſentia ipſius, in primis mea manu, usque in finem duntaxat vitæ ſuæ, præſtiterim. Servientes itaque exeepimus, quos domina Wendela, dum ipſam eurtem ſancto Maximino tradidit, habebat, quos ſcaremannos vocamus, qui viginti manſi terræ a nobis retenti ſunt, & nullatenus ipſi beneficio adjuncti. Hi enim nobis in eurte ſancti Maximini, & ubi opus fuerit, cum ceteris noſtræ familiæ militibus ſervire debent, nullique advocato, vel domino debent obedire, niſi nobis, nec alicujus, niſi patrium ſuorum, ſubjacere judicio. Nomina eorum ſunt hæc: Azecho, & Regulo cum tribus fratribus eorum, Rucher cum clerico uno Huocrehen, Guntram, Mejeſo, Imiza cum filiis ſuis, & alii complures. Qua de re precor in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ne quis ſucceſſorum meorum me in hoc reprehendat, vel maledicta mihi ingerat, quaſi ego volens, & libera utens poteſtate, tale bonum unquam præſtiterim, ſed Deum teſtor & ſanctos ejus, quod invitus, & valde coactus hoc feci; quia niſi ego amicorum uſus conſilio, illud propria manu præſtitiſſem; dominus meus imperator illud ei perpetuo dono tradidiſſet. Poſt mortem Anſelmi, eum jam ſperarem, imo ſecurus eſſem, prædictum bonum ad eccleſiam debere redire, ecce uxor illius, & Guntrannus filius ejus, & Gerlach, & Otho, & omnis illa parentela, prædictum imperatorem adierunt, &, ut hoc ipſum bonum Guntranno filio ejus præſtarem, aſſiduis precibus pulſando vix tandem impetraverant. Poſtea vero, orta ſeditione inter me, & archiepiſcopum Eberhardum, cum rei ita popoſciſſet neceſſitas, ut caſtrum S. Maximini cuſtodire, & munire deberem, eidem Guntranno, ut ad me veniret, & (c) infra caſtellum noſtrum cum ſuo ſumptu exeubias faceret, usque tertio mandavi, ſed nullo modo efficere potui. Tandem ad ultimum poſt legitimas inducias eum ad rationem poſui, & juſto judicio ſuorum parium beneficium, quod ex me tenebat, fere ei auferre debui; ſed attentu domini mei imperatoris, quia ipſe pro eo intercesſerat, tali modo eum placitare permiſi, ſcilicet, ut ex prædicto bono duodecim manſos mihi, eccleſiæque redderet, & deinceps ſingulis annis duodecim porcos ſaginatos, & totidem camiſialia fratribus pro veſtitura perſolveret, & quam diu hoc faceret, beneficium ſuum libere teneret; ſi vero aut ipſe in vita ſua, aut aliquis ſucceſſorum ſuorum hanc conſtitutionem, a nobis & a fratribus eccleſiæ factam, & ab eo collaudatam, infregerit, illico totum beneficium perdat, & ipſum bonum cum omni integritate ſua ad eccleſiam redeat. Ut ergo hæc noſtræ conſtitutionis pagina per ſuccedentia tem-

N O T Æ.

(a) *Cum mihi data eſſet Abbatia a domno Imperatore III. Henrico.*] Quantâ auctoritate in conferendis Epiſcopatibus & Abbatiis Henricus III. uſus fuerit, vid. apud Hahn *in der Teutſchen Staats-Reichs-und Kayſer-Hiſtorie P. III. Cap.* 8. §. 10. *not. K.*

(b) *Fideli ſuo Anſelmo nomine.*] Fuit Anſelmus Mehbergia arcis dominus, qui & ab Hugone Theoderici prædeceſſore Prichinam jam in feudum acceperat.

(c) *Infra caſtellum noſtrum cum ſuo ſumptu excubias faceret.*] Ipſum clauſtrum S. Maximini intelligi cenſeo, foſſis inundatis aliisque munitionibus adversùs invaſiones hoſtiles tutum. Conf. ſuprà Cartam permutationis S. Maxim. *de anno* 926. *Not. c.*

Digitized by Google

CCLXXXVII.

tempora poſteris noſtris innoteſcat, hanc deſcriptionis cartulam fieri juſſimus; & ut pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, ſigilli impreſſione, ſcilicet S. Maximini, juſſimus inſigniri. (*d*) (*d*)

N O T A.

(*d*) Poſt hæc tempora nihil ampliùs in actis S. Maximini de Theoderico Abbate, qui tandem, neſcio quo fato, Abbatiâ S. Maximini privatus, ad Stabulenſes, quibus ſimul Abbatiali dignitate præfuerat, commigrans, ibi diem obiit, hancque obtinuit ſepulchralem inſcriptionem, vix ampliùs legibilem:

Quem tegit iſte lapis, fuit Abbas Theodoricus,
Expulſum Treviris quem Stabulaus retinet.
Nobilitas mentis, ſeptenis artibus aucta,
Non fuit inferior nobilitate patrum.
Simplicior, quam tempus ei ſuadebat & ordo,
Excidit officio, ſimplicitate ſua.
Sed tribulatorum ſpes, portus & umbra Remacles,
Colligit hoſpitio, poſt tumuli titulo.
Prima Novembris eum carnis de carcere ſolvit;
Hic tegitur corpus, ſpiritus aſtra petit.

CCLXXXVIII.

HENRICUS IV. IMP.

1084. 5. Octobr.

Abbatiæ S. Maximini reſtituit prædium Gunthershuſun.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus Chriſti noſtriſque fidelibus tam futuris, quam præſentibus, qualiter nos pro remedio animæ noſtræ, parentumque noſtrorum Chuonradi avi noſtri, Henrici patris noſtri, imperatorum, Giſilæ * avæ noſtræ, Agnetis matris noſtræ, imperatricum, quoddam prædium nomine Gunthereshuſun ſitum in pago Drechere in comitatu Bern. cum omnibus appenditiis, hoc eſt, utriusque ſexus mancipiis, eccleſiis, appenditiis, & aliis, areis, villis, in quocumque comitatu jacent, ædificiis, terris, cultis & incultis, viis & inviis, ſylvis, venationibus, aquis, aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, ac cum omni utilitate, quæ vel ſcribi, vel nominari poterit, ſancto Maximino ad abbatiam, quæ vocatur ſancti Maximini, cui injuſte ablatum eſt, & injuſte a quodam Luiloldo pro beneficio poſſeſſum, reddidimus, firmavimus, & in æternum S. Maximino ſtabilivimus, ea videlicet ratione, ut (*a*) Henricus ejusdem abbatiæ abbas, ſuique ſucceſſores, idem prædictum prædium ad uſus fratrum ibidem Deo ſanctoque Maximino ſervientium poſſideant, ut nulli unquam ullo modo dare vel præſtare, vel vendere præſumant, ut fratres iidem inde conſolati pro noſtra vita temporali, & æterna, & animabus parentum noſtrorum, & pro omnibus fidelibus vivis, & defunctis, ſicut promiſerunt, Deo ſupplicare non ceſſent devoti. Cujus rei teſtem cartam hanc ſcribi, & noſtra manu, ut infra videtur, corroboratam, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. (*a*)

* ſc

Signum

N O T Æ.

(*a*) *Henricus ejusdem Abbatiæ Abbas.*] Incertum, quo anno Maximinianus hic Præſul deceſſerit; diem obitus ſic edunt faſti. *Id. Dec. O. Henricus junior Abbas Preſb. & Mon. noſtræ congregationis.* Conditum eum eſſe volunt in antiquo paryſtylio Maximiniano, quo loco hoc inciſum lapidi carmen:

Hic pater Henricus vitæ melioris amicus
Pauſat, quam meruit, hanc ubi deſeruit,
Idus dum menſem faciunt tranſire Decembrem,
Ambivit requiem, quam Deus huic det, amen.

Prælaturam ab eo infeliciùs geſtam probant documen-

CCLXXXVIII.

(*b*) Signum domni (*b*) Henrici tertii Romanorum imperatoris auguſti.

Gebehardus epiſcopus & cancellarius vice Wezelonis archiepiſcopi, & archicancellarii recognovi.

Data III. Non. Octob. indictione VII. anno Dominicæ Incarnationis MLXXXIIII. anno autem Henrici tertii Romanorum imperatoris auguſti regni XXX. imperii I. Actum Moguntiæ feliciter in Chriſti nomine amen.

N O T Æ.

cumenta domeſtica, quibus conſtat, multam ab eo ejusque deceſſore ſuppellectilem, multósque fundos fuiſſe oppignoratos.

(*b*) *Henrici tertii.*] Sic & in aliis diplomatibus non infrequenter. Conf. Chron. Gottvvicen. *Tom. prodrom. pag.* 284. Præteritur ſcilicet Henricus Auceps, qui Rex tantùm fuit, non Imperator.

CCLXXXIX.

1085. 16. *Junii.*

ENGELBERTUS
ARCHIEPISCOPUS

Eccleſiæ S. Simeonis Trev. donat prædium Muſchenbach in territorio Moguntino.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Everbertus indignus ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus, eccleſiam quandam in territorio Moguntino, ſitam in pago Rynegowe, in villa Muſchebach, ob remedium animæ noſtræ monaſterio ſancti Simeonis dedi, vel potius reſtitui, quod qualiter actum ſit, in notitiam omnium tam præſentium quam poſterorum ſcripto transmittere volui. Prædictam eccleſiam cuidam de familia ſancti Petri ſtrenuo viro, nomine Bervico, in beneficium dederam, cujus ſervitio & opere in plerisque negotiis domi & foris ſæpe uſus fueram, opportunitate autem adepta humiliter nos adiit Poppo fidelis noſter, ejusdem eccleſiæ ſancti Simeonis præpoſitus, adhibitis ſecum fratribus ſuis, aſſerens ſæpedictam eccleſiam largiente venerabilis memoriæ archiepiſcopo Eberhardo ad jus ſancti Simeonis aliquando pertinuiſſe, deinde, ut fieri ſolet, quia & ipſis longinqua & invaſoribus proxima eſſet, quorundam violentiâ ablatam fuiſſe; & ut rem religioſe donatam, injuſte ablatam loco reſtitueremus, obnixe cœpit obſecrare. Nos autem diligenter inquirentes, ita rem ſe habere pro certo intelleximus, & habito fidelium noſtrorum conſilio rationabilem illius petitionem minime repellendam eſſe judicavimus; reddidimus itaque in uſus fratrum, in prædicto ſancti Simeonis monaſterio Deo ſervientium, nominatam eccleſiam, a Bervico, qui eam in beneficium tenuerat, eo conſentiente, & petente receptam, ea videlicet conditione, ut ipſe illam a præpoſito in beneficium reciperet, & omnibus vitæ ſuæ diebus absque ulla contradictione teneret, & annis ſingulis in feſto ſancti Simeonis tres denarios pro inveſtituræ reſpectu perſolveret, ne aliquando ego ipſe, vel præpoſitus, vel meus, vel illius aliquis ſucceſſor, de jure illius eam violenter auferret, ſed poſt obitum ſupradicti viri tunc demum absque omni reclamatione in uſus fratrum, nullo jus hæreditatis aut ſucceſſoris ſibi in ea exigente, revocari deberet. Quod ſi quisquam ejusdem loci præpoſitus vel alia perſona, vel vi vel aliquo machinamento, prædicto viro eam extorquere voluerit, iſte eam, ſicut a nobis acceperat, non a præpoſito, ſed ab epiſcopo eam accipiendi & tenendi poteſtatem habeat. Donationem iſtam his conditionibus factam placuit & ſigillo noſtro confirmari, & eorum, qui interfuerunt, teſtimonio & nominibus roborari: Arnoldus præpoſitus, Arnulphus publicæ ſedis decanus, Poppo chori-epiſcopus,

CCLXXXIX.

pus, Hongerus chori-epiſcopus, Bruno chori-epiſcopus, Winricus chori-epiſcopus, Poppo præpoſitus, Rambertus diaconus, Godefridus ſubdiaconus, David, Adalbero Metenſis eccleſiæ primicerius, Wolverat, Wernerus, Cuno, Meginart, Heymo, Baldewin, Anſelmus, Coſtuz, Theodericus, Betzelinus, Gudolphus, Ludovicus, Guntram, Benno, Engelbertus, Lanzo, Sigefridus. Actum Treveris in domo ſancti Simeonis publice anno Dominicæ Incarnationis MLXXXV. indictione VII. decimo ſexto kalend. Julii.

CCXC.
PRÆCEPTUM
GODEFRIDI DUCIS,

1088. quo cellam S. Dagoberti prope Satanacum (*Stenay*), ab Arnulpho Comite occupatam, Gorzienſibus Monachis reſtituit.

Martene *Theſaur. novus anecdot. Tom. I. p. 261.*

* Bullonius.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris & Filii & Spiritus ſancti. Godefridus* divina propitiante gratia dux & marchio. Juſtum & utile eſſe nobis ſcire & conſiderare debemus, ut quoniam ſecularis militiæ negotiis occupati, divinis intendere, prout expedit, nequaquam valemus, ſaltem Deo & ſanctis peculiarius in monaſteriis Deo ſervientibus conſilium noſtrum & auxilium exhibentes, per hoc beneficientiæ eorum pariterque mercedis, ipſo Deo donante, participes exiſtere valeamus. Unde notum eſſe volumus ſanctæ univerſalis eccleſiæ filiis fidelibus, tam futuris quam præſentibus, quia dux Godefridus avus meus cum Beatrice uxore ſua apud Sathanacum juris ſui villam in eccleſia S. martyris Dagoberti pro ſuarum animarum remedio monachos in monaſterio S. Gorgonii conſtituerunt, eiſque inter alia ad ſupplementum victus & veſtitus eccleſiam villæ Moſaci, quæ ſine contradictione ſuæ proprietatis erat, legaliter condonaverunt: quam etiam ipſi monachi tota vita ipſius avi mei & filii ſui avunculi mei quiete & pacifice poſſiderunt. Poſtquam vero, ipſis defunctis, in noſtras manus honor eorum per ſucceſſionem devenit, & pene omnis regio ipſis ante ſubjecta in odium noſtri, atque inimicitias gratuitas conjuravit, ipſi tunc hoſtes noſtri cauſa odii in nos aſſumpti, in ipſos quoque monachos inſurrexerunt, eiſque per ſummam injuſtitiam atque violentiam ipſam eccleſiam de manibus abſtulerunt, atque alteri in beneficium tradiderunt, multiſque annis, usque dum videlicet erga nos in gratiam redirent, cœptam injuſtitiam Deo ſanctiſque ſibi famulantibus intulerunt. Super qua re, cum apud Sathanacum nobis præſentibus quæſtio oborta fuiſſet, & ipſis etiam coeſſentibus, qui ipſam violentiam exercebant, concio monachorum nos ſuper hac interpellare cœpiſſet, ſeque jam ſuper hoc (*a*) apud ſynodum Trevirenſem proclamationem feciſſe, & judicio ſynodali ipſam eccleſiam ſuo juri adjudicatam fuiſſe, & auctoritate pontificiali pacem & quietem poſſidendi ſibi imperatam eſſe dixiſſet, ſimulque adhuc ſupereſſe teſtes, qui prædictæ donationi avi mei interfuiſſent, efficaciter affirmaſſet, ipſos teſtes undique evocari, & ante nos coadunari effecimus, & ipſis teſtificantibus vera eſſe, quæ ipſi aſſeverabant, omni parte reperimus. Quibus omnibus auditis (*a*)

NOTÆ.

(*a*) *Apud ſynodum Trevirenſem judicio ſynodali eccleſiam ipſam ſuo juri adjudicatam fuiſſe.*] Reddebatur namque jus à ſynodo Archiepiſcopali (quam hodie Conſiſtorium Archiepiſcopale vocamus) de quibuſcunque rebus eccleſiaſticis in Archidiœceſi ſitis, etiam adverſus laicos, ſicut hodie.

CCXC.

tis & diligentius conſideratis, viſum
(b) eſt nobis (b) comitem Arnulphum, qui princeps ipſorum fuerat eccleſiæ pervaſorum, ſub nomine ſacramenti & fidei conjurare, utrumnam hæc omnia cognoſceret, vera eſſe, an potius ea vel vellet vel poſſet veraciter impugnare; qui ſine ipſa adjuratione confeſſus eſt, hæc ita, ut diximus, acta eſſe, ſeque & interfuiſſe, & audiſſe, & vidiſſe, & ipſo avo meo hanc donationem faciente laudaſſe. Hac ejus confeſſione percepta, ſubſequenter eum monuimus, ut ſancto, & nobis, exinde ſaceret, quod facere jure deberet, & ipſam invaſionem coram Deo & ſanctis emendans, deinceps ab ipſa eccleſia cum omnibus ſibi ſubjectis perpetualiter abſtineret, & ipſe jure obniti non valens ad opus Dei & S. Dagoberti, ſibique deſervientium monachorum, ipſam eccleſiam nobis integre & ſine omni impoſterum reclamatione reddidit, & * verpivit, & nobis ipſius eccleſiæ * donum S. Dagoberto ſuper altare reſtituentibus ipſe ſpontaneus interfuit & laudavit. Unde ut hæc rerum geſtarum memoria per tempora ſuccedentia firma permaneat & inconvulſa, hanc deſcriptionem memorialem fieri juſſimus, & ſigilli noſtri impreſſione ac teſtium idoneorum affixione roborare ſtatuimus. Signum Godefridi Dei gratia ducis & marchionis. Sig. Almarici, Sig. Simonis fratris ſui. Sig. Valteri. Sig. Attonis. Sig. Dudonis. Sig. Gerardi. Sig. Hembardi. Sig. Helberti. Sig. Arnulfi. Sig. Aleranni. Sig. Simonis. Sig. Urſionis. Sig. Heriberti. Sig. Hagineri. Sig. Oilardi. Sig. Guigfridi. Sig. Franconis. Sig. Hugonis. Sig. Harmanni. Acta Bullioni anno Dominicæ Incarnationis MXCIII. indict. I. anno regni Henrici quarti XXXVII. imperii X. pontificante domno * Fulberto Trevirorum archiepiſcopo anno ſui pontificatus X.

* poſſeſſionem dimiſit.

* Engelberto.

N O T Æ.

(b) *Comitem Arnulphum.*] Chiniacenſem, hujus nominis ſecundum, qui an anno 1106. an 1110. obierit, incertum eſt. Vid. Bercholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. p. 252.*

CCXCI.
DIPLOMA
HERMANNI III.
COLONIENSIS ARCHIEPISCOPI
ſuper Clotteno ad Moſellam.

1099.

Martene *Coll. amp. Tom. I. p. 530.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus fidelibus in Chriſto, tam futuris, quam præſentibus, qualiter ego Hermanus III. licet peccator, Colonienſis archiepiſcopus, deſiderio deſiderans pro humanæ fragilitatis poſſibilitate iniquitatum molimina, controverſiarumque litigia, ex univerſis epiſcopatus noſtri terminis procul eliminare ſtatuimus, decrevimus, odibilem diſcordiam diutinamque concertationem, quæ inter duas ex noſtro præſulatu congregationes, videlicet canonicos de monaſterio S.Mariæ, quod eſt in gradibus, & monachos de Brunwilre, diu abominabiliterque duravit, pace ſequeſtra finire. Nam cum ob prædium, quod Richeza regina in Clotteno habuerat, & eccleſiæ, quæ in Brunwilre in honore S.Nicolai fundata eſt, tradiderat; ſed dominus ac prædeceſſor noſter Anno archiepiſcopus ad præfatam S.Mariæ baſilicam poſtea contulerat, ex utriſque querimoniarum crebrius infeſtaremur moleſtiis, prudenti priorum & familiarium noſtrorum conſilio, nec non utriuſque congregationis precatu devoto, & aſſenſu voluntario deliberavimus, quatenus præfati monachi Clotteno abſque injuria contradictionis retinerent, ac canonicis ſanctæ Mariæ bona, quæ in Unckelebache habuerant, & Rigimacho dimidiam arpennam, & manſum quinque ſolidos perſolventem, & in Eurendale XVIII. ſolidos, Emgrilche univerſa quæ prius habuerant, tam in agris, quam in areis, in vineis & mancipiis, omnibusque prorſus

CCXCI.

ſus appendiciis, nec non in Sigenels quatuor arpennas redderent. Unde auctoritate Patris & Filii & Spiritus ſancti, ſub interpoſitione perpetui anathematis, & divinæ ultionis animadverſione, præcipimus, aſſerimus, quatenus hæc pontificalis noſtræ ſententiæ decreta perenniter ſtatuta inviolataque obſerventur tenaci memoria. Siquis ergo auſu temerario hujus noſtri decreti, inſtinctu diabolico, corruptor violentus exiſtere molitus fuerit, aut præſumpſerit, perpetua anathematis execratione ſe exauctoratum intelligat, & æternæ damnationis incendia … niſi reſipiſcendo infeſti ſceleris machinamenta correxerit, nequaquam evadat. Ut autem totius contradictionis & ambiguitatis plena ſtipulatione extirparemus offendicula, hanc paginam privilegii inde conſcribi, propriique ſigilli impreſſione inſigniri mandavimus. Teſtes quoque procuravimus adhibere, quorum hæc ſunt nomina: Joannes Spirenſis epiſcopus. Hermannus præpoſitus S. Petri. Gerardus decanus S. Petri. Arnoldus præpoſitus S. Severini. Rupertus præpoſitus. Joannes præpoſitus. Theodoricus præpoſitus. Ezelmus præpoſitus. Wolphelmus abbas, Hermannus abbas, Iſaac abbas. Hartmannus abbas. Laici: Stephanus comes. Gerardus de Hoyſteide. Arnoldus præfectua urbis. Albertus Saffinberg. Adolphus de Monte. Adalbero de … Miniſteriales: Everhardus, Erneſtus, Sigibido, Rigenoldus, Otwinus, Arnoldus, Meginzo, Tecelyn, aliique complures. Geſta ſunt hæc in Colonia anno Dominicæ Incarnationis MXC. indict. XIII. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Conf. Privilegium Henrici III. Imp. de 23. Julii 1052.

CCXCII.

1091. 1. *Febr.*

EPISTOLA URBANI PP. II.

ad Adalberonem tunc primicerium Metenſem, poſtea Archiepiſcopum Trevirenſem, & duos Abbates Metenſes, de conſecratione neo-electi Epiſcopi Metenſis.

Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 529. (*a*)

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis in Chriſto filiis Lanzoni, Rodulfo abbatibus, (*a*) Adalberoni primicherio, archidiaconis, & omni catholico Metenſis eccleſiæ clero ac populo ſ. & a. b. Gaudemus filii in Chriſto cariſſimi, quia vos gaudetis in Domino, quia catholicæ fidei lucernam, quæ in (*b*) Herimanno ſanctæ memoriæ permanſit epiſcopo, necdum extincta eſt, quia prædeceſſori bono (*c*) ſucceſſorem probabilem providiſtis: & nos igitur bonis votis veſtris robur præſtantes auctoritatis apoſtolicæ, devotionem & electionem veſtram literis præſentibus approbamus, veſtris quoque poſtulationibus aſſenſum conferimus, ut (*d*) veſtri interſit arbitrii, a quibus potiſſimum catholicis debeat epiſcopis conſecrari. Illud ſane omni modo requirendum eſt, utrum (*e*) per manum Trevirenſis illius dicti archiepiſcopi ſimoniace fuerit in diaconum ordinatus. Quicquid enim ab eo extraordinarie indigneque ſuſcepit,

(*b*) (*c*) (*d*) (*e*)

N O T Æ.

(*a*) *Adalberoni Primicherio.*] Vid. infrà Epiſtolam Cleri Trevirenſis de an. 1131. & ibi *Not. a.*

(*b*) *Herimanno ſancta memoria.*] Epiſcopo Metenſi, anno 1090. defuncto

(*c*) *Succeſſorem probabilem.*] Burchardum; alii Popponem.

(*d*) *Veſtri interſit arbitrii, à quibus potiſſimum Catholicis debeat Epiſcopis conſecrari.*] Propter impedimentum ſcilicet, quod in Metropolitano Trevirenſi ſupponebat Rom. Pontifex.

(*e*) *Per manum Trevirenſis illius dicti Archiepiſcopi.*] Cauſas, ob quas ſummus Pontifex Engelbertum pro vero Archiepiſcopo non agnoſceret, produnt Epiſtolæ, quas ad annum 1078. & ſequentes retulimus.

CCXCII.

pæ, nos ſancti Spiritus judicio irritum eſſe cenſemus, ut eosdem ordines ab aliquo ſortiatur epiſcopo catholico, præſenti auctoritate præcipimus. Talis enim ordinator, cum nihil habuerit, dare nihil potuit. Vos itaque filii in Chriſto cariſſimi perſeverate in his, quæ a reverendiſſimo confratre noſtro, nunc angelorum concivi Herimanno epiſcopo didiciſtis. Agite, quæ agitis, quia ſerpentis caput calcantibus æterna a Domino corona præbebitur. Ipſe vos ſua gratia fideliter certare tribuat, & æterni mercedem bravii dignetur. Data Beneventi calendis Februarii.

CCXCIII.

POPPO

PRÆPOSITUS S. SIMEONIS

1092. 4. Junij.

auget prædium Höningen.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Poppo S. Simeonis quartus præpoſitus notificari omnium fidelium induſtriæ volui, terram dominicalem in curte Hoinga*, non multum usque ad mea tempora utilem, ad qualem utilitatem converterim; nam præter ea, quæ inveni ab anteceſſore meo Burckardo inſtituta, qui ſeptem jugera dedit ad vineas ponendas, medietatem vini fratribus reddituras, quorum nomina hæc ſunt: Hüno, Wermbach, Hetzel, Walto, Richo, Engilbertus, Rubertus; feci, ut jugera octo vicibus inſtituerentur, ea videlicet conditione, ut poſt primos octo annos medietas ibidem ereſcentis vini in tempus reliquum ad fratres rediret. Item alia totidem, id eſt octo jugera dedi, ut ſingulis annis octo ſolidi inde ſolverentur fratribus; reliquam etiam omnem dominicalem terram ſtatui ſingulis annis pro tribus albis, & duobus ſolidis, quorum hominum, qui hujus rei ſuſceperant negotia, ſubſcribi placuit nomina, de ſingulis ſingula reddentium inſtituta. Qui igitur octo jugera ad vineas plantandas ſuſceperunt, hi ſunt: Jumno, Wolnetzo, Ludechinus, Randolff, Engilbertus, Waldo, Richo, Rubertus, Ezelm, Röm, Verrenger, Wernere, Hüno. Qui autem alia octo jugera pro tot ſolidis ſingulis annis ſolvendis ſuſceperunt, ſunt hi: Radolff, Wolffgang, Engilbertus cum filio ſuo, Wicker, Hetzel cum uxore ſua nominatus Hetzelus, Rüchart, Berrenger; curtim etiam ſtabulariam pro cenſu duorum ſolidorum ſuſceperunt Engelbertus & Hetzel. Hetzel etiam ſuſceperat a prædeceſſore meo Burchardo dimidiam hubam ad cenſum trium ſolidorum. Quod totum primum eum advocato ipſius boni Gerlach, & eum prudentioribus & fidelioribus ejusdem familiæ viris denarratum, deinde in conſpectu totius familiæ collaudatum apud Treverim, tandem in monaſterio ipſius ſancti Simeonis, cujus hæc terra eſt, & in præſentia fratrum ibidem Deo & ſancto Simeoni famulantium definitum & corroboratum eſt, ne quis ſucceſſorum meorum vel aliqua mundana poteſtas rem conſilio ordinatam infringere poſſet, ſed ut ſtabiliter permaneret a generatione in generationem, niſi culpa pro teſte inveniatur. Anno Dominicæ Incarnationis MXCII. XV. indictione, IV. menſis Junii facta ſunt hæc in monaſterio ſancti Simeonis.

* Höningen.

CCXCIV. HEN-

CCXCIV.

HENRICI

1093.

Comitis Palatini Rheni, Domini de Lacu, primæ Literæ fundationis monaſterii ad Lacum.

Freherus *Orig. Palat. P. II. C. 9.* (*a*) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (*a*) Henricus comes Palatinus Rheni, & dominus de Lacu, ad muniendam quietem humilium ſpiritu notum facio cunctis Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, quod, cum abſque liberis eſſem, annuente & cooperante uxore mea Adleide pro remedio animæ meæ, & æternæ vitæ conſecutione in patrimonio meo ſcilicet (*b*) (*b*) Lache, in honorem beatæ Dei genitricis Mariæ ſanctique Nicolai monaſterium regulæ monaſticæ cultoribus incolendum fundavi, propriisque bonis dotavi ſub præſentia, & cognitione domini * Hielberti venerabilis Treverorum archiepiſcopi. Advocatum vero non alium, quam me ipſum, quam diu vixero, huic cœnobio conſtituo: poſt mortem vero meam, quem fratres (*c*) præfati monaſterii, ſive ex (*c*) privignis meis, ſive in provincia, viribus, & benignitate, ſed & ſubveniendi opportunitate, magis idoneum providerint, ejuſdem monaſterii familiis & poſſeſſionibus præficiatur advocatus, quod dicitur *Dinckbaut*. Si tamen hoc decretum, & ſubſcriptum ſe obſervaturum eſſe promiſerit; videlicet ſi bona eccleſiæ viriliter tueri, & familiam ejus clementer, & humane tractare voluerit. Noverit itaque omnino ſibi obſervandum, ne advocatiam vel conjugi in dotem, vel alicui in beneficium dare præſumat, nec alium pro ſe ſubſtituat, cum ſciat in hujus honores ſe hereditario jure non contingere, ſed hanc proviſionem pro remedio animæ ſuæ ad tutelam monaſterii de manu abbatis ſe ſuſcipere. Præterea nec aliquando in bonis eccleſiæ hoſpitando, eccleſiam, vel familiam ejus gravet, nec injuſta ſervitia ab ea, neque violentas exactiones, quas precarias vocant, aliquando exigat; in cujus advocati negotio non alius miniſter, neque vicarius, neque ſubadvocatus præerit, niſi qui villicus abbatis fuerit. Nunquam ad publicum placitum conſidebit, niſi a fratribus, ſi res ita popoſcerit, invitatus fuerit. Cum invitatus venerit, ſerviatur ei, quod & honori ejus ſit congruum, & pati poſſit eccleſia, ne vel ſumtuum ejus, vel comitatus nimietate contriſtetur: ita vero agat, & tam pium, tam modeſtum, tamque benignum fratribus, & familiis eorum ſe exhibeat, ut dignus honore ſui nominis exiſtat, & pro officio fideliter adminiſtrato remunerationem

*Engelberti.

N O T Æ.

(*a*) *Henricus Comes Palatinus Rheni, & dominus de Lacu.*] De eo fusè Tolnerus *Hiſt. Palat. Cap. XI. per tot.* Dominatum ſive Dinaſtiam de Lacu, cujus titulum uſurpavit Henricus, idem eſſe, quod Baroniam hodie vocamus, notavit Freherus *Orig. Palat. P. II. C. 9. p. m. 35.*

(*b*) *Lache.*] Locum viſu digniſſimum, ſic deſcribit Freherus *l. cit. p. 36.* „ Eſt lacus ille ſive „ ſtagnum, à quo nomen habet, longè ampliſſi- „ mus, vix duarum horarum ſpacio circumeundus „ & emetiendus, cinctus undique monte perpe- „ tuo, nullo hiatu patente (niſi qua per anguſtiam „ quandam ab Andernaco aditus & introitus eſt) „ & quaſi naturali cuidam lebeti ſive aheno infu- „ ſus, & ſolo ſuo fonte contentus nullis torrenti- „ bus rivuliſque pervius. Aqua clariſſima, piſcu- „ lenta maximè, ſemper limpida; & cum ſit ge- „ lidiſſima, nullo hiberno frigore, niſi graviſſimo „ inſolitoque & toti regioni noxio, congelatur. „ Uno loco per petram exciſum eſt foramen, un- „ de aqua effluat ad Nidermenig vicum, alias cre- „ ſcente in infinitum ſtagno ipſam Eccleſiam in „ edito poſitam inundatura & obrutura. In ripis „ paſſim etiam lapillos elegantiores & ſapphiros „ reperire eſt. Caſtrum olim in monte poſitum, „ & lacum circumquaque deſpectans, Comes ipſe „ demolitus, Eccleſiam, monaſteriumque eſſe juſ- „ ſit. Ædificium vetuſtum, & nihilominus ele- „ gans, columnis fuſilibus undulatis, partim ni- „ gris ornatum. Eccleſiæ chorus & abſis pulcher- „ rima, Bibliotheca loco perſpicuo & Muſis di- „ gno, feneſtris perpictis à quodam loci Monacho „ poſtea Abbate. Fundatoris Henrici tumulo im- „ poſita ſtatua lignea, coloribus & auro inducta, „ manu præfert templum, pedes ſupra leonem & „ baſiliſcum tenet. Tabula pariete fixa fundatorum imagines, & fundationum tenorem habet.

(*c*) *Privignis meis.*] Scilicet *Henrico* III. Comite Brabant. Lovan. *Gothefrido* I. Barbato Duce Lotharingiæ, denato anno 1140. & *Sigefrido* Rheni Palatino; de quo infrà ad annum 1112.

CCXCIV.

tionem a Chriſto, beata Maria interveniente, ſuſcipiat. *Quodſi timoris Dei oblitus, quos fovere debuerat, violenter oppreſſerit, & admonitus infra 6. hebdomadas non ſatisfecerit, tandem eccleſiaſtico anathemate percuſſus advocatiam amittat, & alium fratres potentia, modeſtia, & defendendi poſſibilitate utilem & efficacem ſibi eligant, qui ſub prædicta conditione ipſam advocatiam adminiſtraturus ſuſcipiat. De cætero deſidero, & quantum de mortuo vivens poſſum, firmiter ſtatuo, ut ubicunque in provincia vita exceſſero, nusquam niſi in præfato monaſterio ſepeliar. Idem de advocatis omnibus, & de (d) uxore mea fieri volo, & conſtituo. Ne autem quisquam heredum meorum, & ſucceſſorum aliquam injuriam Domino Deo, & B. Mariæ quandoque inferre intendat, de bonis a me huic monaſterio collatis, ea nominatim ſupponi placuit, quæ & epiſcopali banno confirmari fecimus, ſcilicet Cruſt cum eccleſia, Bedendorff & Heymbach, & eorum adjacentia Belle, Reide, Alckane, Willenburg. Hæc inquam B. Mariæ tradidi cum omnibus appenditiis, id eſt, cum utriusque ſexus mancipiis, ædificiis, areis, exitibus & reditibus, agris, quæſitis & inquirendis, pratis, paſcuis, viis & inviis, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, vineis, vinetis, ſylvis, atque cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire poterit. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini milleſimo nonageſimo tertio, indict. prima, regnante ſereniſſimo imperatore Henrico III., anno autem regni ejus triceſſimo octavo, pontificatus vero domini Hielberti Treverorum archiepiſcopi quarto decimo. Ut autem hæc noſtra traditio firma ſ& inviolabilis in perpetuum permaneat, chartam hanc inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri fecimus. Hujus conſtitutionis teſtes ſunt: dominus meus Hielbertus Treverorum archiepiſcopus, Sigefridus privignus meus, (e) Henricus dux de Lembergh, (f) Wilhelmus comes de Lutzelenburg cognati mei, (g) Walramus, & frater ejus Volcko comites de Arlo, Dudo comes de Lurenburg, Hermannus comes de Vierenburg, Meffridus comes de Wiede & frater ejus, Richwinus de Kempenich, Burchardus de Oelbruck & frater ejus Henricus, Reinboldus de Iſenburg, Wolkoldus de Broel &c.

CCXCV. HEN-

N O T Æ.

(*d*) *Uxore mea.*] Adelheide, quam non hoc loco, ſed in monaſterio Epternacenſi ſepultam refert Tolnerus *Cod. Diplom. Palat. p.* 32. *Not. D.* Ea fuit filia Othonis Orlamundani Marchionis Thuringiæ, & Adelheidis. Primùm in matrimonio vixit cum Henrico II. Com. Brabant. Lovanienſi, quo defuncto nupſit Henrico Palatino domino de Lacu, Tolner, *l. cit. Not. A.*

(*e*) *Henricus Dux de Lembergh.*] Henricus II. Comes Limburgenſis, Ducis titulum, quem primus adeptus fuit, ad hæredes tranſmiſit, defunctus anno 1118.

(*f*) *Wilhelmus Comes de Lutzelenburg.*] Quintus Luxemburgenſium Comes; quorum Trevirenſi Eccleſiæ multum fuit negotii. Vid. Brower. *Annal. Tom. II. Lib. XIII. n.* 68. 69. *&* 81. obiit anno 1128., Luxemburgi in Abbatia Münſterienſi ſepultus.

(*g*) *Walramus, & frater ejus Volcko Comites de Arlo.*] Ambo filii Walrami I. Comitis Arlunenſis. Cùm Volckonis natu majoris binæ proles in tenera juventute deceſſiſſent, ſucceſſit in Arlunenſi Comitatu frater ejus natu minor, hic memoratus Walramus II.; cum cujus unicâ filiâ Adelheide, Henrico II. Duci Limburgenſi deſponſatâ, Arlunum ad familiam Limburgenſem tranſiit, ut jam alibi memoravimus.

CCXCV.

1095.

HENRICI COMITIS Ordinatio de Juribus Advocatorum Abbatiæ Epternacenſis.

Bertholet Hiſt. de Luxemb. Tom. III. in prob. p. 42.

NOtum ſit tam præſentibus, quam futuris omnibus, quod (*a*) Henricus comes Conradi piæ memoriæ comitis filius, Bertranni defenſoris noſtræ eccleſiæ circumventus & deceptus conſiliis, muneribus & fraudibus, jus advocati in aratura & meſſione innumeris a divæ memoriæ abbate Reginberto ſervitiorum & donorum impendiis redemptum & regali conceſſione traditum, nobis abſtulit, & omni honore & jure, quo uſi ſumus ſub omnibus ejus & noſtris anteceſſoribus, nos privavit ac exuit; ſed propitio & miſerante Deo poſtea in ſe rediit, & optimatum ſuorum conſilio ablata reddidit, & præſidente domino (*b*) Heinrico Palatino comite, cui a domino noſtro glorioſiſſimo imperatore auguſto Henrico, in Italia exercitum ducante, (*c*) imperii commiſſæ ſunt habenæ, in integrum hoc ordine reſtituit. Jurare fecit honeſtiores ſervitores noſtros & ſcabinos, ut neque pro amore neque timore ullius dimitterent, quin ſecundum nudam & puram veritatem, quid advocatus, quid juris fiſcus noſter ex antiquitate juſte retinuiſſet, liquido edicerent & ſecernerent. Igitur jurejurando obſtricti, affirmaverunt, quod non liceret advocato conſtituere ullum ſubadvocatum, niſi (*d*) ex familia eccleſiæ, & per electionem & conſenſum ejusdem familiæ, & quod quotidiani ſervitores, qui ad coquinam, qui ad piſtrinum, qui ad molendinum, qui ad lavatorium, qui ad cuſtodiam monaſterii, qui ad quodque quotidianum fratrum ſervitium pertinent, nihil illi jure debeant perſolvere. Et decreverunt, quod nullum legitimum placitum ulli advocato debeant, niſi qui (*e*) bannum ab imperatore habeat, & ſi die conſtituta ille non adfuerit, & pridie legatum non miſerit, qui eum vel in utilitate regni vel loci noſtri occupatum eſſe certiſſima fide & veritate confirmet, placitum & ſervitium non reſtituant, neque ſi die dominica vel celebri feſto dies placiti eveniant. Confirmaverunt itidem quod in XXIV. (*f*) dominicatis caſis, qoæ ad hortum & cellarium attinent, & in his villulis, Erinza ſcilicet, & Luterbrunna, quarum altera ad lavatorium, altera ad coquinam fratrum ſervit, & in Bullendorff & Sterincheim & Erle, nullus advocatus debeat habere placitum & ſervitium, niſi pro monomachia & ſanguinea percuſſura, & ſcabineis conſtituendis, niſi fuerit invitatus ab abbate vel præpoſito, vel ab aliquo, qui juſtitiam obtinere non potuerit a præpoſito vel villico, & a quo invitatur, ab eo ſervitium accipiat. Item per fidem juramenti aſſeruerunt, quod advocatus nulli debeat equum ſuum per vim & potentiam tollere, & ſi in furti crimine aliquis ex familia eccleſiæ deprehen-

N O T Æ.

(*a*) *Henricus Comes.*] Luxemburgenſis, cujus cartam fundationis Abbatiæ S. Petri dedimus ſupra ad annum 1083. Miror, quòd hunc in ſerie Comitum Luxemburgi regentium omittat P. Bertholet, inter quorum tamen numerum eum recenſendum vel ſola præſens ordinatio demonſtrat.

(*b*) *Heinrico Palatino Comite.*] Domino de Lacu, cujas ſunt literæ fundationis immediatè præcedentes.

(*c*) *Cui Imperii commiſſæ ſunt habenæ.*] Conf. Tolner. *Hiſtor. Palat. p.* 278.

(*d*) *Ex familia Eccleſiæ.*] Dicti *familiares*, quòd in familia monachorum ſint, licèt ipſi nec monachi, nec converſi. De iis ſtatuta Cluniacenſia apud Du Freſne *h. v. Familiarium illorum multis nota perverſitas, qui nec Deo ſervientes, nec manibus operantes, nec aliud utile domibus providentes, ad garriendum, ad detrahendum, ad diſſipandum, quæ poterant, in quibusdam monaſteriis alebantur & veſtiebantur.* Sed ſaniora de Epternacenſibus familiaribus ſperâſſe videtur Henricus Comes.

(*e*) *Bannum ab Imperatore habeat.*] Facultatem auctoritate Imperatoriâ jus dicendi.

(*f*) *dominicatis caſis.*] Caſa ſeu caſata erat habitatio ruſtica cum certo agrorum numero ad familiam alendam; atque inde inhabitatores agricolæ, ſervilis ſtatûs, dicti *ſervi caſati.* Vid. Pottgieſſer *de ſtatu ſerv. Lib. I. C.* 4. *n.* 18. Itaque *dominicatæ caſæ*, habitacula ſervorum, per quos dominus ipſe ſine medio manſuarii ſeu coloni fundum ad caſam pertinentem colebat, omnisque ejus fructus percipiebat.

CCXCV.

henſus & convictus fuerit, quidquid poſſederit, fiſcus obtineat; fur ſecundum judicum decreta legibus ſubjaceat; & quod advocatus nullum debeat percutere & male tractare abſque judicio. Decreverunt item, ut (*g*) quidquid in placitis deponitur, ſecundum poſſe ejus, qui deponit, miſericorditer ab exactore vel villico, aſſidente advocato vel ejus miniſtro, cum ſcabinorum conſilio diſponatur, & duæ partes fiſco, tertia advocato ſolvatur. Item approbaverunt, ut ſiquis de familia eccleſiæ occiſus fuerit, ſi pretium ejus, quod (*h*) wergeldum vulgari locutione vocant, abbas acquirere per ſe potuerit, torum habeat; ſi per auxilium advocati, ille ſui juris tertiam partem obtineat. Si quis infregerit banum, quod teutonica lingua (*i*) Burgban dicitur, pro quo ſexaginta ſolidi ſolvuntur, duas partes fiſcus, tertiam accipit advocatus; (*k*) in placitis vero de privato peculio, & uſufructu eccleſiæ neque interſit, neque inde quidquam accipiat. Affirmarunt item nobiliores & majores natu eccleſiæ, nihil amplius erga advocatum ſui eſſe juris, niſi pro utilitate & defenſione noſtræ eccleſiæ, per duorum dierum ſpatium cum ſuis diſpendiis ire; & ſi comes aliquam in vicino urbem, quæ contra regnum & locum noſtrum ſentiat, obſederit, pro ejus amore & honore per duas dies militare. Hæc acta ſunt anno Dominicæ Incarnationis MXCV. indictione III.; anno vero domni imperatoris auguſti Henrici regni XL. imp. XII. annitente venerabilis domni abbatis Reginberti ſucceſſore Thifrido. Teſtes autem hujus conceſſionis & confirmationis idonei & nobiliſſimi ſunt iſti: * Heinricus Palatinus,

* Vid. not. a.

(*l*) Herimannus Herimanni comitis filius, & frater ejus Theodoricus, & Bezelinus de Arlon, Adelbertus & Bezelinus de Engelinga; Anſelmus de Edinga; Ruopertus filius ejus; Joannes, Bulſo, Thibolt, & filius ejus Giſilbertus, Hugo, Heſſo. Et ut rata & inconvulſa ſit hæc confirmationis pagina, ad majorem ſucceſſorum fidem eam imperiali ſigillo & authoritate confirmari poſtulavimus, & divina amminiculante clementia impetravimus.

CCXCVI. Geich-

N O T Æ.

(*g*) *Quidquid in placitis deponitur.*] id eſt, pecuniariâ mulctâ vindicatur.

(*h*) *Wergeldum.*] Jam alibi notionem hujus verbi dedimus.

(*i*) *Burgban.*] Wachter *in Gloſſar. German. Col.* 212. juriſdictionem municipalem interpretatur. Pottgieſſer *de ſtatu ſervorum Lib. II. C.* 1. *n.* 26. ait Eccleſiaſticos ſibi hoc ævo reſervâſſe coërcitionem familiæ, quæ intra monaſteriis ſepta famulabatur, hocque jus appellatum fuiſſe *Burgban*; firmâtque ſuam interpretationem auctoritate diplomatum. Quidquid autem ſit de utraque hac ſignificatione, ego hoc loco idem intelligi puto ac vesbo *Burgfrid*.

(*k*) *In placitis vero de privato peculio.*] Id eſt, in judiciis, in quibus civiles actiones civiliter intentantur.

(*l*) *Herimannus, Herimanni Comitis filius.*] Comes Salmenſis in Ardenna. Vid. Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. I. Liſte genealogique pag. CCIX.*

CCXCVI.

1096.

Geichlingen donatur Abbatiæ Epternacenſi.

Bertholet *Hiſt. de Luxemb, Tom. III. in prob. p. 41.* (*a*)

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus tam futuris, quam præſentibus, quod ego (*a*) Gerardus cum filio cognomine meo Gerardo, diſtributa alia hereditate mea reliquis filiis meis, & genero meo Waltero, rogatu, & conſilio meorum fidelium, & beneficiis domini Epternacenſis abbatis Thifridi adductus, villam juris mei, Geichlingen vocabulo, ſanctæ & individuæ Trinitati & S. Willibrordo rata conceſſione tradidi, cum omnibus mancipiis, villulis, eccleſiis, & molendinis, pratis, paſcuis, ſylvis, venationibus, piſcaturis, & omni utilitate; ea conventione, ut ſanctæ congregationis fraternitas ac ſocietas, & duæ præbendæ, una mihi, altera præfato filio meo, cui idem allodium in partem obvenerat, darentur, & oſſa beatæ recordationis conjugis meæ, cujus ipſa erat hereditas, quando mihi placeret, & copia eſſet, illuc transferrentur, & cum honore tumularentur, & ejus, & mea, & filii mei, ſi ibi nos ſepeliri Deo propitio contigiſſet, in æternum condigne memoria in omnibus orationibus & oblationibus haberetur.

Notum item ſit, quod quia generum meum, & alterum filium meum, Egilbertum nomine, in traditione habere non potui, idem in ipſam villam conſtitui, & ambos in conſpectum plurimorum ſummæ dignitatis & nobilitatis teſtium adduxi, & quantitatem pecuniæ, ante mihi condictam, ab jam dicto abbate, per manus (*b*) advocati ſui comitis Wilhelmi, qui ex glorioſiſſimi imperatoris Henrici licentia, tunc exercitum ductantis in Italia, uſus eſt advocatia, gratis accepi, & quod tradideram nullo contradicente, ſed filiis meis & genero meo, accepto itidem eccleſiæ theſauro, filiis inquam meis pro ſe, genero item meo pro ſe, & in vice uxoris meæ ac filiorum ſuorum tradentibus, & abrenuntiantibus, & eodem genero meo fidem firmiſſimam per manum in manum comitis dante, ſe contectalem ſuam & filios, ut idem, quod ipſe fecerat, facerent, adducturum, quantacunque omnibus ibi præſentibus placuit cautela confirmari.

(*b*)

Et ut hæc traditio, & conceſſio omnibus diebus ſeculi rata & inconvulſa permaneat, inſtitui hanc chartam conſcribi, & imperiali autoritate, & ſigillo confirmari, anno Incarnationis Verbi MXCVI. indict. IV. anno glorioſiſſimi Henrici IV., regni XLI. Imperii vero XIV.

Atque hujus ratæ conceſſionis teſtes idonei ſunt genere & ſama & opibus viri clariſſimi: Hugo de Grando, Hunzo de Bridin, Walterus de Straza, Richwinus de Ludlinga, Thiefridus de Oldingen, Bertolfus & Richwinus de Walſtefeld, Reinerus de Buchheim, Heremannus, & Richardus filii Richardi, Cuno de Eldingen, Gerardus de Vienna, Bezelinus de Zerena, Anſelmus de Edinga & filius ejus Rupertus, Hemethis de Ravelre. Hanc traditionis chartam ego Egilbertus, licet indignus ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus, rogatu heredum, & religioſiſſimi Epternacenſis abbatis Thifridi, epiſcopali banno, & ſigillo confirmavi.

CCXCVII. Li-

N O T Æ.

(*a*) *Gerardus.*] Eum virum harum partium Nobilem fuiſſe, ſimpliciter aſſerit Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. p.* 317.

(*b*) *Advocati ſui Comitis Wilhelmi.*] Filii Conradi I. Comitis Luxemburgenſis, de quo ad an. 1083. 6. Julii. Sed Wilhelmus noſter, Luxemburgenſium Comes, nobis adhuc occurret deinceps.

CCXCVII.

1096. ## Liberalitates Godefridi Ducis Bullonienſis & fratris ejus Balduini, factæ eccleſiæ S. Dagoberti in Stenaco.

Miræus Opp. dipl. T. I. p. 365.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Godefridus Dei gratia & miſericordia dux & marchio. Quoniam quidem negotiis ſecularibus ſatis ſuperque detenti, divinis, prout neceſſe eſt, intendere non valemus, & per hoc temporalia emolumenta ſpectantes, animarum ſtatum, quod nobis valde formidabile eſt, negligere non timemus; operæ pretium eſt nobis, ſaltem Deo regulariter ſervientium utilitatibus providere, quatenus ipſis pro nobis orantibus, mercedis eorum apud Deum in aliquo participes valeamus exiſtere. Unde & ego & frater meus Balduinus notum facimus omnibus nunc vel futuris temporibus ſanctæ eccleſiæ filiis, quod eccleſia apud * Sathanacum, olim villam, nunc caſtellum, in honore ſancti Dagoberti martyris conſtructa, temporibus priſcis ab avo noſtro duce Godefrido barbato & (*a*) Beatrice conjuge ſua, ſancto Gorgonio Gorzienſi, & Henrico ipſius loci abbati venerando, & monachis ipſius, cum omnibus appendiciis ſuis donata, & ab ejuſdem filio (*b*) Godefrido ſimiliter duce, noſtroque avunculo, totâ vitâ ſuâ laudata; ſed poſtea nobis in eorum hæreditatem ſuccedentibus, & multis gravibuſque contra nos excitis bellorum tumultibus, ex uno ex hoſtibus noſtris, occaſione noſtri odii, per circuitum ſuum direpta eſt & vaſtata; ex alio, nobis in ejuſmodi tempeſtatibus occupatis, non ita ut neceſſarium & dignum fuerat, proviſa eſt, & defenſa.

* Stenay ad Moſam Archidiœc. Trevir.

(*a*)

(*b*)

Quapropter monachis, qui ibi diſpoſiti erant, penurias aliquas patientibus, & ſuper hoc quibuſdam honeſtis hominibus apud noſtram audientiam querelam facientibus, ſtatuimus dominum Warnerum Gorzienſem abbatem, prædicti Henrici ſucceſſorem, ad nos cum ſuis fratribus convocare; & conſilio inter nos communicato, juſtum & utile viſum eſt, per noſtram & ejus donationem ipſorum fratrum, Sathanaci commorantium, ſubſtantiam multiplicari & creſcere, quatenus, dum minus rerum temporalium ſollicitudinibus occuparentur, divini ſervitii ſtudiis efficacius inſiſtere animarentur.

Prædictus ergo abbas cum conſilio fratrum ſuorum ad ſupplementum ſubſtantiæ, quidquid eccleſia Gorzienſis in * Gaudiaco villa ſuper fluvium Moſellam poſſidebat, contulit, & perpetuo poſſidendum rata donatione firmavit, ſcilicet in eccleſia, decimis, vineis, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, terris, & ſuis omnibus pertinentiis, excepto tamen navali tranſitu & reditu, qui ibi inter monaſterium & civitatem decurrit. * Jouy.

Nos autem quiquid primum deſcriptus avus noſter Godefridus barbatus & conjux ſua Beatrix ad eccleſiam ipſam, & monachorum in ea Deo ſervientium, ſuſtinentiam & utilitatem contulerat, & poſtea vel quorundam præſumptio hoſtilis abſtulerat, vel noſtra occupatio, & auxilii indigentia, etiam a noſtris contra ipſos violenter teneri pertulerat, (*c*) porrectis ſimul manibus, ſcilicet ego Godefridus dux & frater meus Baldovinus integre & abſolute reddidimus, utque deinceps in perpetuum fratres prædicto loco deſervientes pacifice illud, & abſque cujuſquam inquietudine teneant, per manus liberorum fidejuſſorum ſuper altare ſancti Gorgonii donum ipſum poni, & veſtitura legali confirmari effecimus. (*c*)

Scilicet eccleſiam ſancti Dagoberti, cum domo, quæ vulgo cella vocatur, & cum omnibus ab antiquitate appendiciis ſuis, in decimis, pratis, ſylvis, terris, cultis & incultis, viridariis, molen-

NOTÆ.

(*a*) *Beatrice Conjuge ſua.*] Beatrix, Friderici II. ſuperioris Lotharingiæ Ducis filia, primo thoro juncta fuit Bonifacio Marchioni Piſano, ex quo conjugio nata Comitiſſa Mathildis; ſecundo autem matrimonio duxit Godefridum barbatum inferioris Lotharingiæ Ducem. Vid. ſuprà Godefridi barbati ſeu Magni diploma ad an. 1069. *& ibi notata.* Hic *Barbatus* ex Beatrice genuit alterum Godefridum, *Gibboſum* dictum, & Idam matrem Godefridi Bullionii, cujus eſt præſens carta.

(*b*) *Godefrido ſimiliter Duce.*] Gibboſo prædicto.

(*c*) *Porrectis ſimul manibus.*] Id eſt, mutuo conſenſu & ſtipulatione.

CCXCVII.

molendinis, aquis, piſcationibus, acquiſitis & acquirendis, & omnibus, quæ quocunque modo nominari poſſunt, pertinentiis; ſimulque eccleſiam de Moſaco cum omnibus utilitatibus ſuis, & omnibus quæ prædictus avus meus ſuperaddidit donationibus prælibatis.

Præterea nequis unquam huic noſtræ conſtitutioni & veſtituræ legali audeat refragari, noſtra & omnium ſucceſſorum noſtrorum authoritate & banno prohibemus & interdicimus: & qui quippiam tale præſumpſerit, ad divinum eos judicium provocamus. Ut etiam hæc noſtra ſtatuta rata & inconvulſa permaneant, hanc memorialem deſcriptionem fieri juſſimus, & ſigilli noſtri impreſſione, teſtiumque idoneorum affixione ſignavimus.

Signum Godefridi ducis, qui hanc cartam deſcribi fecit. Signum Baldovini fratris ſui. Sig. Walteri advocati. Sig. Henrici comitis. Sig. Amalrici. Sig. Richeri. Sig. Othonis. Sig. Ludonis. Sig. Heriberti. Sig. Everardi. Sig. Albrici. Sig. Leudonis. Sig. Sihardi. Sig. Sozfridi fratris ſui. Sig. Dibaldi. Sig. Sigfridi. Sig. Helgaudi. Sig. Franconis. Sig. Hugonis.

Actum Sathanaci anno Dominicæ Incarnat. milleſimo nonageſimo ſexto. Indict. IV.

CCXCVIII.

1096. 19. Julii.

Confirmatio bonorum Abbatiæ de Juveniaco Archi-Diœceſeos Trevirenſis, per Papam Urbanum II.

Calmet, Hiſtoire de Lorraine Tom. I. in prob. p. 508.

(a) URbanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectæ filiæ Galburgi, abbatiſſæ (a) monaſterii Juveniacenſis, & cæteris, quæ poſt eam regulariter in ejuſdem monaſterii regimine ſubſtituendæ ſunt, in perpetuum. Apoſtolicæ ſedis authoritate debitoque compellimur pro univerſarum eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum maxime, quæ eidem ſedi ſpecialius adhærent, & tanquam proprio jure ſubjectæ ſunt, quieti, auxiliante Deo, providere. Quapropter, filia in Chriſto cariſſima Galburgis, devotionis tuæ precibus clementer annuimus, & beatæ Scholaſticæ virginis monaſterium, cui Deo authore præſides, (b) apud villam, quæ Juveniacum dicitur conſtitutum, ſub apoſtolicæ ſedis protectionem ſpecialiter confovendum præſentis decreti authoritate ſuſcipimus, quod videlicet monaſterium egregiæ memoriæ Bonifacius marchio * & ejus uxor Beatrix cum inſigni filia ſua domina Mathildi beato Petro & ejus ſanctæ Romanæ eccleſiæ obtulerunt.

(b)

*Ferrariæ.

Per præſentis igitur privilegii paginam apoſtolica authoritate ſtatuimus, ut quæcunque bona a prædictis principibus eidem monaſterio collata ſunt, firma & ſemper illibata permaneant; ipſa videlicet Juveniacenſis villa integra, cum utriſque medietatibus ſuis, quarum alteram prædictus marchio & ejus conjux in vita ſua, alteram poſt obitum eorum comitiſſa Mathildis beatæ Scholaſticæ tradidiſſe cognoſcitur. Remonis-villa cum pertinentiis & reddi-

N O T Æ.

(a) *Monaſterii Juveniacenſis.*] Ejus originem ita deſcribit Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. I. Liv. XV. n.* 16. „ L' Abbaye de Juvigny, du „ Diocéſe de Treves, fut fondée vers l' an 874. „ par la Reine Richilde, épouſe du Roy Charles „ le Chauve. Voici quelle en fut l' occaſion. „ Charles le Chauve étant un jour dans l' Abbaye „ de S. Denys pendant le ſaint temps de Carême „ avec la Reine Richilde, on y lut à Matines, ou „ pendant le repas le ſecond Livre des Dialogues „ du Pape S. Gregoire le grand, qui contient la „ vie de S. Benoît & de ſainte Scholaſtique. Cette „ lecture fit naitre à la Reine le deſir de fonder „ un Monaſtere en l' honneur de cette Sainte. Le „ Roy agréa cette reſolution, & Richilde choiſit „ pour cet établiſſement une terre de ſon patri„ moine, nommé Juvigny, dans l' ancien pays „ de * Voivre, proche la ville de Stenay. . . . . „ Cette Abbaye ſubſiſte encore aujourd' hui avec „ beaucoup d' éclat & de regularité, & ſainte „ Scholaſtique y eſt honorée par une nombreuſe „ Communauté de ſaintes Religieuſes. Conf. Mabillon, *Tom. III. Annal. Benedict. p.* 184. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liv. XXVIII. n.* 20.

*pago Wabrenſi.

(b) *Apud villam, quæ Juveniacum dicitur.*] Diſtat à Marvillæ oppido ferè milliario, eſtque ibi Archipresbiteratûs Trevirenſis ſedes.

CCXCVIII.

ditibus ſuis. Medietas villæ Vernioli magni. Uxeia cum duabus eccleſiis. Boſonis-villa cum appenditiis ſuis. Minus Verniolum totum. In villa Viſnioli manſi duodecim. In Marceio tres manſi cum eccleſia. In Climmenuyo terra cum quarta parte eccleſiæ. In Haſtoit manſi quatuor, & tertia pars eccleſiæ, cum molendino. In Belrui manſi duo, cum eccleſia. In Vellanis manſi duo & ſemis, ſexta pars manſi eccleſiæ & molendini & piſcationis. In Guakerengi manſus unus. Apud Aſc juxta Manſenceyum terræ. Apud aliud a ſe quarta pars manſi. Apud Nennachium manſus. Apud Ham manſus, cum quarta parte eccleſiæ & molendini. Confirmamus etiam vobis eccleſiam de Surreyo cum allodio & mancipiis. Novem perticas vinearum Leſura. Quadraginta & ſeptem * diurnatas boum in Remoni-villa, quas tua prudentia ab Arluino pretio comparavit.

* gallicè *journaux.*

Quidquid præterea idem B. Scholaſticæ monaſterium juſte poſſidet, ſeu in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſte atque canonice poterit adipiſci; ratum vobis illibatumque ſervari ſancimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat ſupradicti cœnobii congregationem temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, earum, pro quarum ſuſtentatione ac gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, (c) ſalva Trevirenſis eccleſiæ canonica reverentia. Obeunte te, nunc ejus loci abbatiſſa, vel earum, quæcunque poſt te in ejusdem loci regimine ſucceſſerint, nulla ibi qualibet ſubreptionis aſtutia vel violentia præponatur, niſi, quam ſorores communi conſenſu, vel ſororum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendam, adhibito etiam diœceſani epiſcopi * conſilio, ſi catholicus religioſusque extiterit; ut tamen omnino non liceat infra abbatiam ipſam aliquid violentiæ vel pravæ conſuetudinis vendicare, aut gravamini quicquam, quod ancillarum Dei quieti impediat, irrogare. Advocatum quoque ejusdem loci non alium fore ſtatuimus, niſi quem monaſterio utilem abbatiſſa cum religioſarum ſororum voluntate popoſcerit; nec ipſi, aut abbatiſſæ, nec alicui loci ipſius miniſtro, facultas ſit, eccleſiæ bona, vel in feudum perſonis ſecularibus dare, vel ſub cenſum redigere, vel modis quibuslibet alienare. Nullum præterea clericum in monaſterio veſtro miniſtrare permittimus, niſi de regularium canonicorum numero, quos apud (d) beati Montani eccleſiam religionis veſtræ ſollicitudo conſtituit. Quibus delegatum ex veſtrarum facultatum portionibus victum, nequa impoſterum perſona ſubtrahere audeat, interdicimus. Ad indicium autem perceptæ a Romana eccleſia libertatis, Virdunenſis monetæ ſex argenteos quotannis Lateranenſi palatio perſolvetis.

(c) (d)

* Trevirenſis.

Siqua igitur in craſtinum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hujus decreti paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen, amen. Datum in monaſterio ſancti Ægidii apud vallem Flavinianam per manum Joannis ſacræ Romanæ eccleſiæ diaconi cardinalis. Decimo quarto kal. Aug. ind. IV. Incarnat. Dominicæ milleſimo nonageſimo ſexto; pontificatus autem Urbani II. Papæ nono.

CCXCIX.

NOTÆ.

(c) *Salva Trevirenſis Eccleſiæ canonica reverentia.*] Cui & hodie in ſpiritualibus ſubjectum eſt monaſterium; quod cùm ſeculo XVI. diris cladibus non ſemel afflictum eſſet, ità, ut cenſus & annona cœnobii in ſingulas ſeorſim perſonas diviſa haud levem rei familiari ac diſciplinæ religioſæ jacturam afferret, cooperante *Carolo* Lotharingiæ Cardinali, *Lotharius* Trevirorum Archiepiſcopus, inſtauratâ legibus ſalutaribus diſciplina, illud erigere conatus eſt; quod tandem ſub præſidio *Gabrielis Borbonia* perfectum fuit: ea enim, cùm hoc inſtitutum complexa eſſet, hoc brevi tempore effecit, ut veteris iſtic devotionis exempla revocarentur, & muudanæ vanitatis ſtudia fugerent Deo quondam conſecratæ.

(d) *Beati Montani Eccleſiam.*] Hodie Eremitorium eſt, duobus habitatum Anachoretis, ſeſqui horâ Juveniaco diſtans; olim Canonicorum regularium domicilium.

CCXCIX.

1097. 11. Julii.

POPPO PRÆPOSITUS Eccleſiæ S. Simeonis variorum bonorum facit donationem, quam banno ſuo firmat Egilbertus Archiepiſcopus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Egilbertus Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam ea, quæ inter homines aguntur, tum propter brevitatem vitæ mortalis, tum propter negligentiam, plerumque ſolent a memoria recedere, præſentes & futuros in Chriſto fideles monentes rogamus, & ipſis injungimus, hujus noſtræ paginæ notitiam habere, & memoriam retinere, & fidem adhibere. Noſcant igitur omnes Chriſti fidem habentes, quod Poppo fidelis noſter eccleſiæ ſancti Simeonis præpoſitus patrimonium ſuum, ab ingenuis parentibus ſuis ad ipſum devolutum, ob remedium animæ ſuæ, & ſuorum fratribus prænominatæ eccleſiæ jure perpetuo tradidit, ita, ut nulli unquam advocato liceat ſubjici, nec ad aliquem ipſius ordinatio, niſi ad prædictos fratres, habeat reſpectum,
(a) nec (a) nuncius epiſcopalis, nec alicujus ſæcularis perſonæ in illis bonis ibi quidquam agendi vel diſponendi habeat poteſtatem, ſed quidquid eſt faciendum vel diſponeodum, per unum de fratribus ſuis, quem ad hoc elegerint, totum ordinetur, & in uſus ipſorum fideliter conſervetur. Bona autem hæc ſunt: Octava pars eccleſiæ in
* Elfa, & terræ & hominum ad hæc pertinentium, & ibidem quidquid terræ cultæ & incultæ & vinearum habetur ad dominicale pertioentium. Et apud Dunechinga quidquid ibi habuit apud Burin, Diechelin, Hubam, & quidquid ibidem terræ habuit præter dominicalem, & præter ſalicam terram apud Mandro, Heilewige beneficium cum ſuis appenditiis apud Michwilere, Ezelim, Evelim beneficio cum ſuis appenditiis. Apud Driſche quidquid ibi habuit. Apud Luzerode, & * Struverſbuſch, & quidquid hominum ad Elra pertinebat ſuæ portionis præter decem mancipia. Apud * Bremba ſingulis annis dimidiam carratam vini pro cenſu. Apud ſanctum Bertriche octava pars eccleſiæ, & molendini quarta pars, & quidquid ipſe habuit arearum. Apud Keñetam quidquid ibi habuit vinearum. Apud Velſe quarta pars Hubæ. Huic traditioni interfuit frater prædicti præpoſiti Hermannus, qui conſenſit, & feſtucavit. Ne vero huic piæ donationi Deo acceptabili quisquam auſu temerario, quod ei in periculum animæ ſuæ, & mortis damnationem cedat, tentet obviare, ſigillo & banno noſtro placuit confirmari, & eorum nominibus, qui interfuerunt, roborari. Si quis autem contra hanc donationem & chartæ noſtræ confirmationem venire tentaverit, odium Dei & apoſtolorum Petri & Pauli & beati confeſſoris Simeonis incurrat, & anathema ſit. Hujus rei teſtes ſunt: Arnoldus præpoſitus. Poppo chori-epiſcopus, Hüngerus chori-epiſcopus, Poppo præpoſitus, Bruno chori-epiſcopus, Wiricus chori-epiſcopus, Rambertus decanus, Arnulphus * publicæ ſedis decanus; Palatinus comes Henricus, comes Emicho & frater ejus Bertolphus, Heſſode, Rüticabe, Cuno de Madelberg, & frater ejus Adelbero, Bolpho de Kavilre, Volenant, & frater ejus Hezel, Rodulphus de Haveckes, Bruno, Eſewart de Beche, Baldewin, Coſtuz & frater ejus Sanzo, Wizo, Gontramus, Hartman cum filiis ſuis Mefredo & Henrico, Volckenant, Gerat, Adelbrecht, Wolfart, Sygebodo & filii Adolli, Everhart, Reine. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo ſeptimo indictione quinta, quioto idus Julii.

* Eller ad Moſellam.

* Struzbuſch.

* Bremm ad Moſellam.

* puto Decanum Chriſtianitatis; hodie Decanum ruralem.

CCC. AR-

NOTÆ.

(a) *Nuntius Epiſcopalis.*] Sicut Reges in regno per *Miſſos*, ita & Archiepiſcopos noſtros per *Nuntios* in Archidiœceſi ſuâ jura reddidiſſe, & ſubditorum negotia curaſſe, hinc concludo.

(b) *Palatinus Comes Henricus.*] Dominus de Lacu, Eccleſiæ Trevirenſis advocatus. Tolner. *Hiſt. Palat. Cap. XI. p. 275. Lit. F.* Vid. ejus cartam de an. 1092.

CCC.

1097.

ARNULPHUS
COMES CHINIACENSIS
in Caſtro ſuo erigit Prioratum, cúmque committit regimini abbatis S. Arnulphi, Ordinis S. Benedicti Metis.

Miræi opp. dipl. Tom. I. p. 672.

(a) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (a) Arnulphus Dei favente gratia non mediocris amplitudinis comes dictus. Omnibus Chriſti fidelibus conſtat ex veridica Salomonis dictum ſententia: Redemptio animæ viri propitiæ divitiæ... Notum igitur facio, quia ego Arnulphus pro remedio animæ meæ beato
(b) Arnulpho (b) eccleſiam ſanctæ Walpurgis infra caſtrum meum Chiſnei ſitam legitima traditione conceſſi, fratresque ibi ex ejusdem beati Arnulphi cœnobio, qui monachicam ducunt vitam, fore conſtitui.

Quam devotionis meæ traditionem, ne quis ei ſcrupulus, vel calumniator invidus poſt dies obviet, utrorumque filiorum meorum (c) Ottonis, & (c)
(d) Ludovici, (e) nurus etiam meæ (d) (e)
Adeleid manuum ſuperimpoſitione confirmari volui.

N O T Æ.

(a) *Arnulphus.*] Comes Chiniacenſis, hujus nominis II., natus Ludovici II. & Sophiæ Friderici Comitis Virdunenſis filiæ; obiit anno 1110.

(b) *Eccleſiam S. Walpurgis infra caſtrum meum Chiſnei.* Hæc Eccleſia Abbatiæ S. Arnulphi Metenſis ſubjecta manſit usque ad annum 1585. Circa quod tempus, in ſequelam Bullæ Pontificiæ, quam a Sixto V. Philippus II. Rex Hiſpaniarum obtinuerat, Prioratus Chiniacenſis Collegio Patrum S. J. Luxemburgi incorporatus eſt.

(c) *Ottonis.*] Qui patri Arnulpho in Comitatu ſucceſſit, defunctus anno 1125. Vid. tabulas fundationis Abbatiæ de Aurea Valle. an. 1124.

(d) *Ludovici.*] Qui eidem fundationi Aureæ Vallis ſubſcripſit. Originem ducunt Comites Chiniacenſes ab Arnulpho I. Granſonio, ex Burgundia orto, cui anno 941. Mathildis uxor, Ricuini Comitis Arduennæ filia, & ſoror Sigefridi primi Comitis Luxemburgenſis, hanc terram in dotem attulerat.

(e) *Nurus etiam mea Adeleid.*] Uxoris Ottonis præmemorati, filia Alberti III. Comitis Namurcenſis.

CCCI.

Circa 1097.

Collatio ſexcentorum manſorum Wilhelmo Comiti Luxemburgenſi per Egilbertum Archiepiſcopum pro ſervitio & auxilio.

NOtum ſit omnibus, tam poſteris quam preſentibus, quod ego Egilbertus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus,
(a) licet indignus, (a) comiti Wilhelmo pro fidelitate, pro devoto obſequio, pro certo, & indubitato contra omnes, preter regiam poteſtatem, ferendo auxilio, quod mihi & beato Petro promiſit & juravit, ſexcentos manſos in beneficium collaudavi, exceptis clericorum & miniſterialium meorum beneficiis; hac videlicet diſcretionis conditione, vel ubicunque ceſſantibus beneficiorum heredibus in manus noſtras venerint, vel unum vel duo vel plures, quotquot fuerint, donec hec ſumma proveniat, ipſe ad nos indubitato veniens a manu noſtra ſuſcipiat. Quod ſi forſitan villa integra vel due vel plures dicioni noſtre aperiantur, & ville vel * advocatiam vel * hodie *Vogtejen.*
eccleſiam vel molendinum habeant, computatis tunc pro manſis, prout nobis videtur, advocatiarum, eccleſiarum, molendinorum utilitatibus. Hec omnia

N O T Æ.

(a) *Comiti Wilhelmo.*] Luxemburgi Comiti, filio Conradi I.; qui filio unico, Conrado II, ex Mathilde conjuge relicto obiit an. 1128. multorum in Archiepiſcopatu Trevirenſi ante ſuum deceſſum tumultuum auctor, de quibus Geſta Trevirorum Leibnit. Cap. 71.

CCCI.

omnia dominus Wilhelmus, non alter ante eum, a nobis ſuſcipiat. Horumſexcentorum manſorum trecentos (*b*) frater ſuus comes Henricus in conventione habuit, ſed quia mortuus eſt prius quam omnes ſuſcepiſſet, quantum defuit illi, eum numerum domino Wilhelmo adimplebimus, retenta nobis villa Walenheim, quam, quamvis fratris ſui fuerit beneficium, non illam tamē ei dare volumus, quia cum antea fuiſſet congregationis monialium S. Dei genitricis in Horreo, quod earum fuit in Dei ſervicium, eis opportuit nos reſtituere, & reſtituimus. Pro hys ergo trecentis manſis non aliud precium exigimus, niſi ſervicii & auxilii ſui, quam juravit, certitudinem. Quare pro aliis trecentis, qui reſtant, dabit ipſe nobis centum marcas, ita poſtmodum certus de condicione, quam convenimus.

N O T Æ.

(*b*) *Frater ſuus Comes Henricus.*] De hoc diploma Epternacenſe anni 1090. apud Tolnerum *Hiſt. Palat. Cap. XI. p. 278. Lit. F. Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Henricus Comes, Conradi pia memoria filius &c.* Obiit Henricus improlis anno 1096. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liſte genealogique p. 5.*

CCCII.

Circa 1098.

EGILBERTUS

ARCHIEPISCOPUS

Eccleſiæ S. Simeonis aſſignat varia prædia in pago Bedenſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Egilbertus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus. Quoniam ipſa vita, qua fruimur, brevis eſt, & quia ſcriptum eſt: Memoria juſtorum in benedictione erit; nos, qui opitulante Deo bonis omnibus, quantum poſſumus, ſtudium & memoriam exhibemus, præſentes & futuros omnes Deo fideles monemus, petimus & jubemus, hujus noſtræ devotionis chartæ notitiam habere, memoriam retinere, fidem adhibere. Equidem domina (*a*) Irmetruit de Salmana prædiis ſuis nobiſcum precarie commutatis, die ſua mortem obiit, & ſumma prædiorum ſuorum cum omni integritate ſancto Petro tradita in noſtram epiſcopalem poteſtatem conceſſit. Quoniam igitur Deo acceptum eſſe non dubitamus, ſi vota & dona fidelium tam pro ipſorum, quam pro omnium ſalute fidelium, prout facultas permiſerit, Deo dicatis locis diſtribuantur, beato Simeoni & fratribus in monaſterio ejus Deo ſervientibus, quidquid prædiorum nobis precario jure præfata domina Irmetruda tribuente donatum eſt, per propriam & advocati manum dedi, banno pontificali roboravi, ut in die judicii animæ meæ, & omnium prædeceſſorum & ſucceſſorum meorum, & ipſi felicis memoriæ dominæ Irmintrudæ, ipſe beatus confeſſor pius auxiliator accedat. Sunt autem prædia in pago Bedenſi ſita, tam per ſe principalia, quam & eorum principalitati obſecutiva, ſcilicet Aldendorff, Edensheim, Lonesbache, Grandisdorff, Wackey, cum ſuis appenditiis & cum decimationibus, terris

N O T A.

(*a*) *Irmetruit de Salmana.*] Hermannus I. Giſelberti Luxemburgenſium tertii Comitis filius natu minor auctor familiæ Salmenſis, defunctus anno 1088. conjugem habuit *Adelam* nomine, filiam nullam. Hujus filio & in Comitatu Salmenſi ſucceſſori Hermanno II. uxor pariter *Adela* (nata Theoderici II. Comitis Barri, & Irmentrudis filiæ Wilhelmi II. Comitis Burgundiæ) filia itidem nulla aſſignatur. Unde difficilè ſtatuitur, quæ ſit *Irmentrudis* noſtra *de Salmana*; niſi fortè ab Adela filiâ, Salmenſi Comitiſsâ, mater *Irmentrudis*, ſed minùs propriè, *de Salmana* quoque dicta fuerit, fortè quòd vidua facta apud filiam in Caſtro Salmenſi moraretur.

CCCII.

terris cultis & incultis, ſilvis, pratis, aquis aquarumve decurſibus, viis & inviis, quæſitis & inquirendis, abſolutis vel oppignoratis, & omnibus omnino appenditiis; ut prænominata loca dilecto Dei confeſſori, & cultores eorum perpetua ſtabilitate & ſecuritate deſerviant, exceptis familiaribus, qui archiepiſcopales ſervientes dicuntur, & hoc, ſi neceſſe eſt, probare poſſunt; hac traditionis ſemper ſervata cuſtodia, ut nullus omnino nuntius, neque archiepiſcopalis, neque ullius perſonæ ſæcularis agendi vel diſponendi aliquid ibi habeat poteſtatem, ſed quidquid eſt faciendum, vel diſponendum, totum per officiarium fratrum fiat, & diſponatur, & in uſum præbendæ eorum conferatur. Cui noſtræ donationi, &c, ut credimus, Deo placitæ actioni, ne aliquis, quod ei in malum & in mortis damnationem cedat, fiat contrarius, ut prædictum eſt, actionem noſtram, & hanc noſtræ traditionis chartam noſtro banno roboravimus, violatorem autem diſperdat Dominus, qui poteſt & animam & corpus mittere in gehennam. Hujus rei teſtes ſunt Bruno præpoſitus * domus, Bruno præpoſitus de Cardono, Bruno ſenex archidiaconus, Rambertus archidiaconus dictus præpoſitus, Adelbero præpoſitus, Godefridus archidiaconus, Petrus magiſter ſcholarum, decanus ſancti Simeonis Gunzelinus, Hugo, Udalricus, Wedemarus, Adelbero cuſtos ſancti Simeonis. Laici: Cuno de Madelberg, Wolveradus, Engilbertus, Hermannus, Cûnz, Anſelmus, Baldevinus, Gundolphus, Ludovicus, Guntramus, Sanzo, Conſtantius, Theodericus camerarius, Wyzo.

* Metropolitanæ.

CCCIII.

EPISTOLA

Trevirenſium ad Clericos Leodienſes, de jejunio quatuor temporum inquirentes.

Circa 1100.

Martene Theſaur. novus anecdot. Tom. I. p. 291.

DE jejunio quatuor temporum, ſi recte recordamur, talis in litteris veſtris continetur quæſtio: utrumnam ſtatim in primo ſabbato Martii ſit jejunandum, etiamſi idem menſis ſexta aut ſeptima feria proveniat vel incipiat, an in aliud ſabbatum propter quartam feriam ſit differendum? Ad hoc quod ſcripta continet ſententia ſanctorum & antiquorum patrum ex conſuetudine ſanctæ eccleſiæ, quæ pro maxima authoritate tenenda eſt, quam prudentiam veſtram legiſſe & inveſtigaſſe non dubitamus, quod majores noſtri & nos hactenus tenemus, vobis, quantum poſſumus, veraciter reſpondemus. Abſque refragatione, inquit, ſemper primi menſis quarta feria debet expectari, quoniam idem jejunium, quod quarta feria incipitur & ſabbato finitur, nequaquam Februario, ſed totum Martio deputatur, ea videlicet ratione, ut in eo menſe primum jejunium noſtrum Domino conſecretur, in quo principium anni ac ipſa creatio cœpit mundi. Cui ſententiæ lectio prophetica conſentit, quæ jejunium primi, & jejunium quarti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi, & non jejunium duodecimi eſſe oſtendit: quod nullo modo eſſe poterit, ſi præfatum primi menſis jejunium quarta & ſexta Februarii congruat celebrari. Nam quod de ſede trium aliquando ſabbatorum & de myſterio generationum in Matthæo evangeliſta, & de myſtico numero hebdomadarum aliquos perturbat, error vel periculum a bene intelligentibus facile propulſatur, ſi, ut regula aſſerit, nec ante quarto nonas Martii, nec poſt ſexto ejuſdem menſis aliquis ſtatuat ſabbatum, ſed in his ſeptem diebus ubicunque primum evenerit, jejunare licite valebit. Ex quo velut intellectuali filo rectiſſime linea regulæ per quatuordecim hebdomadas in ſecundum Junii menſis ſabbatum ducatur, indeque per alias quatuordecim ad tertium Septembris ſabbatum, itemque ſive per tredecim ſive per quatuordecim ad illud proximum ante natale Domini ſabbatum, quo abſque errore eorundem ſabbatorum termini poſſunt inveniri per quatuordecim videlicet, ut jam dictum eſt, hebdomadarum numerum.

Quem

CCCIII.

Quem cum propter myſterium, ut etiam litteræ veſtræ innuunt, non liceat mutari, quando primum ſabbati jejunium ante quadrageſimam evenerit, ex conſuetudine eccleſiæ veſtræ in ſecundum vel tertium Martii ſabbatum nobis mirum videtur obſervari propter officium quadrageſimale, quod extra quadrageſimam dicitis non licere præveniri, cum quarta & ſexta Junii & ipſum ſabbati jejunium de quadrageſima ſit mutuatum, cujus ante-quadrageſimalis, ut ita ſit dictum, jejunii, ut ſalva gratia veſtra loquamur, videtur primi ſabbati ſedem de loco pellere, quod Nabuzardan adhuc expugnat muros Jeruſalem. Nam mutatio in Septembri bene conceditur, ſicut in vigilia nativitatis Dominicæ feſtivitatis noſtræ magnificentiæ. Quod autem litteræ veſtræ dicunt quartam & ſextam feriam obſecutrices & quaſdam præparationes eſſe ad ipſum ſabbatum Martii, nos, ſi licentia reſponſioni noſtræ datur, dicimus neque Februarium adeo dilatatum, aut Martium numero dierum ita breviatum, ut, ſi præparationes ſunt, ejusdem non debeant eſſe conditionis, cui officium ſive ſervitium exhibent præparationis. Si autem conſuetudinem eccleſiæ noſtræ ſcire vultis, & hoc legere, vel audire vos non moleſtat, hoc quod ſequitur, eſt in ſacramentorum libro: Primum ſabbatum Martii cum præcedente ejusdem menſis feria quarta nota diligenter, & ab ipſo quatuordecim hebdomadas abhinc usque in tertium Septembris ſabbatum, quod nullo modo te fallet, enumera, indeque proximum ſabbatum ante natale Domini, ſive quatuordecim, ſive tredecim fuerint, ſemper obſerva, & in his ſingulis trium ſabbatorum diebus abſque ullo errore occurrit tibi legitime illud jejunium, quod in ſacramentorum libris particulatur cum duodecim lectionibus celebrandum. Quodſi vigilia natalis Domini ſabbato evenerit, in hebdomada priori debet idem jejunium anticipari. His ita definitis, conſuetudinem, quam præſcripſimus, pro lege habemus, & inconvenientias, quæ prætermiſſa primi menſis quarta feria, jejunato ſine ea primo ſabbato, diligenti calculatione obſervata, cavemus; intrante enim ſexta feria Martio, & eodem ſabbato, quod vos facitis, jejunio celebrato, a ſecundo Junii ſabbato usque in tertium Septembris ſabbatum, non inde decimum, ſed quintum decimum, invenitur ſabbatum, a quo quatuordecim hebdomadarum numerus contra authoritatem litterarum veſtrarum, quod fieri non licet, alienus reperitur. Rurſum intrante ſabbato Martio, & eodem die jejunio celebrato, & inchoante prima feria Junio, contra regulam quatuordecim hebdomadarum a noſtro ſabbato ſive jejunio uſque in ſecundum Junii ſabbatum, non jam quatuordecim, ſed ſexdecim numerus comprehenditur hebdomadarum. Hæc vobis ſcribentes, ſicut noſtram nullo modo permutari, ita nec veſtram conſuetudinem, niſi quia ſat eſſe, cupimus emendari. Verum ſi ex ratione catholica eſt vobis certum, nobis melius oſtendere, promptum eſt nobis potius intellectui veſtro cedere, quam noſtræ pertinaciæ inutiliter ulterius deſervire.

CCCIV.

Circa 1100.

EPISTOLA

Leodienſium reſcripta Trevirenſibus de differentia quatuor temporum.

Martene Theſaur. novus anecdot. Tom. I. p. 294.

Quærentibus nobis, utrumnam ſtatim in primo ſabbato Martii ſit jejunandum, etiamſi idem menſis quinta, ſexta, vel ſeptima feria incipiat, an in aliud ſabbatum propter quartam feriam ſit differendum? vos ex ſcripta ſanctorum atque antiquorum patrum ſententia, & maxime ex auctorali eccleſiæ veſtræ conſuetudine reſcripſiſtis diffinite, quod absque ulla refragatione ſemper primi menſis feria debet expectari; quoniam idem jejunium, quod quarta feria incipitur & ſabbato finitur, nequaquam Februario, ſed Martio totum deputatur, ea videlicet ratione, ut in eo menſe primum jejunium noſtrum Domino conſecretur, in quo principium anni, ac ipſa creatio cœpit mundi. Qui quærebamus

CCCIV.

bamus de una quæſtione per vos certificari, multiplici dubietate involvimur. Salva ergo gratia veſtra liceat vobiſcum adhuc conferre ea, de quibus dubitamus. Non enim leviter accipimus, quod a vobis tam gravibus & tam doctis viris definitur.

Quod vitioſe & abuſive dicitur, hoc otioſe trahitur ad exemplum veritatis. Martium, quem Romulus vitioſe poſuit in primo anni menſe, nos etiam abuſive primum anni menſem dicimus, nec tamen ita eſſe credimus, quia ab ipſius Dei ore didicimus, qui ſit primus menſis. *Menſis*, inquit, *iſte principium menſium primus erit vobis in menſibus anni.* Martium vero menſem quis neſcit pro duodecimo menſe in lege & prophetis computari? A Moyſe omnis divina ſcriptura pendet, huic innituntur omnes, qui de divina ſcriptura tractant. Nos niſi recta via incedamus, ſemper diſcentes, nunquam ad ſcientiam veritatis perveniemus. Quia ergo menſe Martio ſecundum poſitionem gentilium mediato primus dies ſæculi præfigitur in XVIII. ejusdem menſis die, qui eſt XV. kalendas Aprilis, num iccirco primam partem Martii pro primo anni menſe accipiemus? Prima pars Martii magis fini quam principio anni congruit, ſi revera XV. calendas Aprilis fuit primus dies ſæculi, ibi initium erit primi anni, ac proinde omnium annorum ſæculi, in quo menſe eſt primus dies ſæculi, ille menſis debet primus haberi, ac pro hoc faceſſet illa Romuli inſtitutio de ſuo primo Martio & Numæ de ſuo Januario. At ſiquis dixerit, a parte totum poſſe accipi, ut ab ultima ſui parte totus Martius pro primo anni menſe accipiatur, nec ipſe, ut ita dixerim, vobis Martius annuet, ut idem ſit primus & ultimus anni menſis, præſertim cum nec vos ei annuatis, ut tres vel duos dies, vel unam ſaltem feriam mutuetur a Februario, ut a parte totum ſit ejus jejunium, quod ei ſoli deputatis totum. Porro ſervata poſitione gentilium de ordine menſium, cum quodam intellectuali modo ultimam Martii partem referamus ad mundi principium, quod non Martio ſed Aprili adſcribitur, ſi etiam hoc intellectuali modo initium Martii non ponamus in calendis ejus, ſed ſurſum verſus numerantes v. g. a XV. calendas Martii, ibi intelligamus eſſe initium Martii, ut quatuordecim dies, quos ei a ſuo fine creatio tollit mundi, hos ei ante ſuas calendas reſtauretis. Sic forte obtinebimus, ut non invideatis jejunio noſtro quartam vel ſextam feriam, quæ licet in Februario pronuntientur, Martii tamen eſſe intelligantur.

Tali divinæ & humanæ ſcripturæ bivio intercepti hæremus ſub intelligendi ambiguo, & dum neuter neutri credit, quæ via ſit directior, ad id, quod volumus, non ſine labore tendimus, & utinam ſine errore perveniamus.

Dicitis: „Cui ſententiæ lectio pro„phetica conſentit, quæ jejunium pri„mi, & jejunium quarti, & jejunium „decimi, & non jejunium duodecimi „eſſe oſtendit: quod nullo modo „ita eſſe poterit, ſi præfatum pri„mi menſis jejunium quarta & ſex„ta Februarii congruat celebrari.

Si nos noſter ſuper his intellectus non fallit, hos quatuor menſes ita accepiſſe videmini, ut jejunium primi menſis deputetis Martio, jejunium quarti Junio, qui eſt quartus a Martio, jejunium decimi Decembri, qui eſt decimus a Martio. Quod vos intellexiſſe, ut intelligamus, addidiſtis, & non duodecimi, qui eſt Februarius, duodecimus a Martio. Quid in tantum derogatis Februario, cujus ſaltem unum diem non admittitis ad primum jejunium, ut quodammodo timere videamini, ne forte jejunium decimi menſis ad eum aliquo modo transferatur. Si hoc prophetæ capitulum in veſtris exemplaribus ita habeatur, ut vos poſuiſtis, vos videritis. Nos dicimus, quia nec in LXX. interpretum editione, qua veteres Græci & Latini utebantur, hoc ita ſcriptum habetur, nec in editione, qua modo eccleſia utitur, quam Hieronymus de hebræo in latinum tranſtulit, & eandem expoſuit. In LXX. ita habetur: *Jejunium quartum, & jejunium quintum, & jejunium ſeptimum, & jejunium decimum erunt Domini.* & reliqua. In editione vero Hieronymi ita habetur: *Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erunt Domini.* & reliqua. Ubi mentio hic primi in primo menſe jejunii, ſuper quo vos nobis patrocinamini? Si propheta primi menſis hic poſuiſſet, non alium primum menſem, quam Aprilem ſignificaſſet, & ab Aprili ordinem aliorum menſium deduxiſſet. Ordinem menſium & cauſas jejuniorum Hieronymus ita exponit: Jejunium, inquit, quarti (ſubauditur menſis)

CCCIV.

ſis) qui eſt Julius, ab Aprili quartus, eſt ſeptimadecima die ejusdem menſis, quando Moyſes deſcendens de monte tabulas legis confregit, quo etiam menſe Nabuchodonoſor Jeruſalem primus cepit. Jejunium quinti menſis quintus ab Aprili, qui eſt apud nos Auguſtus, erat X. die ejusdem menſis, pro eo, quod ſpeculatores de inſpecta terra repromiſſionis reverſos orta eſt ſeditio: propter quam omnes præter duos per XL. annos in heremo perierunt. Quo etiam menſe Nabuzardan princeps coquorum regis Nabuchodonoſor muros captæ antea Jeruſalem evertit, & templum incendit, & multo poſt menſe eodem anno a Tito Cæſare templum Domini everſum, & exaratum eſt. Jejunium ſeptimi menſis ab Aprili, qui eſt apud nos October, pro eo, quod eo menſe occiſus eſt Godolias, qui victis Judæis a Nabuchodonoſor prælatus erat, & reliquiæ Judæorum ad internecionem deletæ ſunt. Jejunium decimi menſis ab Aprili, qui eſt apud nos Januarius, pro eo quod Ihezechiel propheta & alii captivi in Babylone cognoſcentes hoc menſe templum Domini fuiſſe deſtructum, fecerunt planctum & indixerunt jejunium. Hæc Hieronymus. Ne ergo vos moleſtet, videre quam parum veſtræ ſententiæ lectio prophetica conveniat, quæ cum nec de ordine menſium, nec de cauſa jejuniorum pro vobis agat, ad hoc tantum hic valet, ut exemplo Judæorum ad celebranda quatuor anni jejunia nos incitet.

Dicitis: „Jejunium quod a quarta „feria incipitur, & ſabbato finitur, ne„quaquam Februario, ſed totum Mar„tio deputatur, ea videlicet ratione, „ut in eo menſe primum jejunium no„ſtrum Domino conſecretur, in quo „principium anni ac ipſa creatio cœpit „mundi.

Hanc veſtram ſententiam non proterve refellimus, quippe qui paratiores ſumus diſcere, quam docere; ſed eſt ratio, quæ nos dehortatur, ne vobis in hoc aſſentiamus, de qua indicare habebit ſincera veſtræ dilectionis ſententia. Calixtus papa a Petro apoſtolo XVII. decrevit fieri ter in anno jejunium in die ſabbati pro frumento, vino & oleo, quo decreto in melius mutato decrevit fieri triduanum per quatuor anni tempora jejunium, ita ſcribens Benedicto epiſcopo: „ Jejuni„ um, quod ter in anno celebrari apud „ nos didiciſti, ut ſicut replemur fru„ mento vino & oleo ad alenda corpo„ ra, ſic repleamur jejunio ad alendas „ animas; nunc convenientius per „ quatuor anni tempora fieri decerni„ mus, ut ſicut annus per quatuor vol„ vitur tempora, ſic & nos quater„ num ſolemne agamus jejunium per „ quatuor anni tempora, ut inter ce„ tera ex verbis Domini ait Zacharias „ propheta: Jejunium quarti, & jeju„ nium quinti, & jejunium ſeptimi, & „ jejunium decimi erunt domui Juda „ in gaudium & lætitiam & in ſolemni„ tates præclaras. Veritatem tantum „ & pacem diligite, dicit Dominus: in „ hoc ergo nos unanimes oportet eſſe, „ ut ſecundum apoſtolicam doctrinam „ id ipſum dicamus omnes, & non „ ſint nobis ſchiſmata, ſimus autem „ perfecti in eadem ſcientia.

Hæc Calixtus papa præſago, credo, ſpiritu prævidens diſſentiones eccleſiæ futuras pro hoc jejunio a ſe inſtituto. Ex his Calixti verbis patres noſtri inſtituti ſunt, & nos inſtituerunt, ut quot annus tempora, tot habeat & jejunia, & quot menſes unumquodque tempus habet, tot jejuniorum dies habeat, & dum ſingulis quatuor temporum jejuniis terni deputantur dies, quarta & ſexta feria & ſabbatum ſinguli dies pro ſingulis menſibus deputentur: ut quidquid in toto menſe deliquimus, jejunato uno menſis die, fiat nobis veniale, & ut ad uſus noſtros bonam & ſalubrem aëris temperiem Deus ſingulis temporibus, menſibus & diebus attribuat. Quia ergo hoc quatuor temporum jejunium diſtinguit rata ratio temporum a ſanctis & doctis & antiquis patribus intellecta & diſpoſita, ſi & de multis pauca, & de duobus certiora eligamus. Beda in libro de temporibus dicit: Initia quatuor temporum diverſi diverſe ponunt. Iſidorus Hiſpalenſis epiſcopus hyemem nono calendas Decembris, ver octavo calendas Martii, æſtatem nono calendas Junii, autumnum decimo calendas Semptembris habere exortum dicit. Græci autem & Romani, quorum potius in hoc auctoritas ſequenda eſt, hyemem VII. idus Novembris, ver VII. idus Februarii, æſtatem VII. idus Maii, autumnum VII. idus Auguſti inchoare decernunt; hyemis videlicet & æſtatis initia ſignantes matutino vel veſpertino ortu vel occaſu vergiliarum, quæ etiam Pleiades vocantur. Item veris & autumni ponentes

in-

CCCIV.

ingreſſum, cum vergiliæ medio fere die vel nocte oriuntur aut occidunt. Et ut oſtendat Beda, qua ex ratione Græci vel Romani temporum initia ita præfigant, adnectit verba ſancti & docti & antiqui viri Anatholii Laodicii epiſcopi, de æquinoctiis & ſolſtitiis ita diſputantis: „ Hoc, inquit, non ignores, quod ipſa temporum confinia, duo ſcilicet æquinoctia, & duo ſolſtitia, licet menſium ſequentium calendis approximantur, unumquodque eorum, medium temporis teneat, & non exinde principia temporum inchoantur, unde menſium calendæ initiantur. Sic itaque unumquodque tempus inchoandum eſt, ut a prima die veris tempus dividat æquinoctium VIII. calendas Aprilis, & æſtatis medium teneat ſolſtitium VIII. calendas Julii, & autumni medium teneat æquinoctium VIIII. calendas Octobris, & hyemis medium teneat ſolſtitium VIII. calendas Januarii. „ Secundum beati Anatholii verba, ſi ab VIII. calendas Aprilis numeraveritis, ſurſum verſus uſque ad VII. idus Februarii, habebitis dies XLVI. quod eſt medium verni temporis, & per hanc Anatholii auctoritatem ponunt Græci & Romani initium veris VII. idus Februarii. Abhinc uſque ad calendas Februarii, reliquis diebus ſex ad hyemem pertinentibus, & hoc quod ſecundum antiquos, qui ponebant æquinoctia & ſolſtitia in VIII. calendas. At nos juniores, qui ſecundum decretum Nicenæ ſynodi ponimus æquinoctia & ſolſtitia in XII. calendas, ſi, poſito æquinoctio & dimidio verni temporis in XII. calendas Aprilis, abhinc ſurſum verſus numeremus dies XLVI., qui ver dimidiant, inveniemus initium veris in III. nonas Februarii. Hoc modo quatuor vel duobus tantum diebus Februarii ad hyemem ſpectantibus, obtinet ver totum Februarium. Secundum hoc videretur Februarius debere eſſe veris primus menſis, & in eo debere celebrari jejunium primi temporis, & quidem juſte. Sed ne contentioſis daretur anſa calumniandi jejunium primi temporis, contingeret enim aliquot dies ultimi temporis, quod eſt hyemis, convenientius in ſequentem menſem Martium differtur veris jejunium. Nec tamen ideo totum Martio deputatur; quia licet trium jejuniorum dies in una hebdomada unius menſis continentur, propter myſteriorum continuationem, ſinguli tamen jejuniorum dies ſingulis menſibus deputantur IV. feria Februario, VI. Martio, VII. Aprili; quando ergo Martius initiatur V. VI. vel VII. feria, quæ inconvenientia eſt, prævenire initium Martii jejunando in antepenultimo & ultimo Februarii, qui dies, etſi non ſint Martii, ſunt tamen veris, cujus eſt totum hoc jejunium per partes ejusdem per menſes diſtributum? quid inquam diſconvenit quartam in Februario feriam, præſertim cum ipſa jejunetur pro impetranda bona & ſalubri temperie Februarii; quid diſconvenit Martio, quod ſexta in Februario feria pro ipſo Martio jejunatur? non merebitur Aprilis bonam & ſalubrem aeris temperiem, quod jejunium ſabbati ſibi præoccupetur in Martio? Per hoc ratum eſſe dico, quod dixi, quartam & ſextam feriam eſſe obſecutrices & quaſdam præparationes ad ipſum ſabbatum Martii, & eas ejusdem eſſe conditionis, cujus eſt ſabbatum, cui officium ſeu ſervitium exhibent præparationis, nimirum jejunio tertiæ & ſextæ feriæ ſe præparantibus illis, qui vel ſuſcipiunt, vel celebrant myſteria ad ſabbati diem pertinentia; nec eſſe opus, ut ad id, vel Februarius numero dierum dilatetur, vel Martius abbrevietur, quandoque feriæ Februarii & Martii per hoc unius ſunt conditionis, quod unius ſunt temporis. Siquis non recipit hanc diſtinctionem jejuniorum per diſtinctionem menſium, ſaltem in commune accipiet totum pro tempore jejunium, ſed quia hoc eſt quid diviſum in multis, non eſt alicujus proprium, non erit jejunium veris totum Martii, quod tribus æque deputatur menſibus, non erit inquam Martii proprium, quod eſt commune menſibus. Ad hæc non otioſe vel mendoſe ſcriptum legimus, quod ſancti papæ Romani, Simplicius, Gelaſius, Symmachus & Felix fecerunt ordinationes per menſem Februarium; ſive enim VIII. calendas Martii ſecundum Hiſpanos, ſive VII. idus Februarii ſecundum antiquos Græcos & Romanos, ſive ſecundum Nicæam ſynodum III. nonas Februarii ver oriatur, credendum eſt, quod apoſtolicæ dignitatis viri non excluſerunt a jejunio calendarum Martii quartam & ſextam feriam Februarii, quæ erant verni temporis, forte etiam integram Februarii hebdomadam receperunt ad explendum veris jejunium, & ad celebranda myſteria illi jejunio congruentia. In communibus enim

annis

CCCIV.

annis Februarius aliquot quadrageſimæ hebdomadas obtinet.

Perpendit ergo veſtra dilectio, cur jejunium veris non totum Martio deputetur, quia ſcilicet dies verni temporis agunt pro Februario, ne excludatur a veris jejunio; quodſi ratio & ordo temporis evicerit, quod ver ipſis calendis Martii oriatur, verbum non amplius addam, quin excludantur a jejunio quarta & ſexta in Februario feriæ, ſi cum menſe ſuo fuerint penitus alienæ a verno tempore; ſed præter rudem Romuli inſtitutionem nusquam ſcripturarum auctoritatem invenimus, quod initium veris & Martii ipſo calendarum die ſimul concurrant. In calendis Martii initium veris ponentibus repugnat auctoritas Anatholii & aliorum patrum, repugnat etiam cælum & terra; cælum, quoniam philoſophi deprehenderunt initia temporum per ortus & occaſus ſtellarum, quas Deus fecit in ſigna & in tempora, in menſes & in annos; terra vero, niſi aliqua inæqualitas aëris interturbet, ortum veris in rore arborum & herbarum, longe ante initium Martii oſtendit.

Regula Anatholii, qui negat initia temporum in calendis menſium, & ubi initiari debeant, ita verbis oſtendit, ut etiam oculis poſſit oſtendi. Oſtendat adhuc per initium æſtatis, ubi debeat celebrari jejunium æſtatis. Poſito ſolſtitio æſtivali & æſtatis medio ſecundum antiquos in VIII. calendas Julii, ſi numeres ſurſum verſus XLVI. dies, invenies initium æſtatis in VI. idus Maij, & abhinc usque ad calendas Maii octo tantum diebus ad tempus veris ſpectantibos, totus pene Majus deputabitur æſtati, nec deſunt aliqui modernorum quanto juniores tanto perſpicatiores, qui aſcenſum vel deſcenſum ſolis in ſolſtitiis oculis & digitis notantes, contendunt, æqoinoctia & ſolſtitia rectius eſſe ponenda in quintodecimo calendas. Quod ſi fuerit probatum, quis contradicet veri, quin totum Februarium ſibi vindicet? Cum ergo per hoc ad jejunium veris dies Februarii, ad jejunium æſtatis dies Maii licenter admitti debeant, quando Junius initiatur in quinta vel ſexta feria, quæ inconvenientia vetat in ſecundo ejus ſabbato, vel ſecunda hebdomada celebrari ſecundum jejunium, quod totum æſtati debetur, a vobis vero ſoli Junio tantum deputatur? In veris jejnnio videtur impedire, quod quarta & ſexta feriæ jejuniorum in una hebdomada concurrunt, quid cauſæ eſt, quod differtis jejunium in ulteriorem hebdomadam? Quid tantum inhæremus occidenti litteræ, ut deviemus a ſpiritu vivificante? Quid tantum inhæremus in quærendo primo menſium ſabbato? ſemper laborando quærimus, & ſemel tantum invenimus. Si enim numero dierum compenſetur ſabbatum, tale ſabbatum tenemus illis ſolis annis, quibus menſes Junius, Martius, September & December in prima feria initiantur. Ceteris vero annis ſemper imperfectæ hebdomadæ ſabbatum tenemus. Vos quippe, qui jejunium temporis, quod eſt commune tribus menſibus, deputatis ſoli medio trium menſium menſi, quando V. VI. vel ſeptima feria initiantur menſes jejuniorum, ſemper pro primo ſabbato ſecundum, pro ſecundo tertium, pro tertio quartum habetis, quia expleta primi menſis hebdomada in tertio vel ſecundo ſecundæ hebdomadæ die ſabbatum locatis. Porro nos, qui jejunium temporum accipimus ſecundum nomen ſuum, & dies temporis indifferenter admittimus ad jejunium temporis, primum ſabbatum, quod occurrit in menſe jejuniorum, pro primo habemus, referentes illud non ad menſem, ſed ad hebdomadam, in cujus qualibet feria initiatur ille menſis, qui ad celebrandum temporis jejunium & jejunii myſterium aptior eſſe videtur.

Putet aliquis illorum, qui nobis ex adverſo ſunt, eſſe has contentiones & quæſtiones & pognas legis, quas ut vanas & inutiles Paulus Tito, & per eum nobis, devitandas eſſe ſcribit. Qui recipiet, quæ diximus ad conſequentia temporum veris & æſtatis, advertet facile, conſequentiam autumni & hyemis per regulam Anatholii, & videbit, quod jejunium veris non ſit totum deputandum Martio, ſed etiam Februario.

Dicitis: „ Quando primum ſabbati „ jejunium ante quadrageſimam evenerit, ex conſuetudine eccleſiæ veſtræ „ in ſecundum vel tertiom Martii ſabbatum nobis mirum videtur obſervari.

Miramur de vobis, cur ſuper hoc miremini de nobis, nunquid hoc facimus ſine auctoritate patrum antiquorum & juniorum? Siquidem non longe abhinc tempore juſſu Kounradi imperatoris apud Triburias habito generali convento & concilio epiſcoporum, epiſcopi inter cetera voluerunt decernere

CCCIV.

hoc capitulum: „ Ut ſi quando jejunium primi menſis evenerit infra hebdomadam, qua caput jejunii in feria IV. conſtat, amborum jejuniorum celebritas unius officii expletione compleretur. „ Sed huic multorum decreto pauci noſtratium refragantes, ſaniori conſilio obtinuerunt, ut jejunium primi menſis in altera hebdomada, in qua habetur officium, celebraretur juxta antiquorum conſuetudinem. Hanc jejuniorum inſtructionem confirmat auctoritas.

Gelaſius enim papa ſecutus ſententiam Zoſimi papæ: „ Ordinationes, inquit, presbiterorum aut diaconorum non debent niſi certis temporibus exerceri, id eſt IV. VII. & X. menſis jejunio, ſed & quadrageſimalis initii & medianæ quadrageſimæ die ſabbato jejunio circa veſperum noverint eſſe celebrandas. „ Hæc Gelaſius: quem quis non videat prævidiſſe per ſpiritum ſanctum contentioſam poſterorum ſuper hoc jejunio diſcordiam, dum tacito primi menſis nomine, & neglecto primo ſabbato, tempus cauſæ congruum notavit ad jejunandum, ſcilicet in initio vel in medio quadrageſimæ; præcavit enim, quia paſchalis varietatis ratio nos involveret, hoc, quo nunc tenemur, ambiguo.

Quod Gelaſii capitulum ne cujus contentio infirmare audeat, confirmatum eſt etiam quinto epiſcoporum concilio, juſſu Karoli Magni imperatoris habito. „ Decernimus de presbyteris & diaconis, nonniſi certis temporibus ordinandis, ſicut continetur in decretis Zozimi & Gelaſii. „ in horum ſententiam ſe pedibus ire teſtantur ſancti & apoſtolici viri, quos pro idoneis auctoribus habet eccleſia; de quibus ſolius Iſidori Hiſpalenſis verba ponamus „ Sunt, inquit, quatuor ſabbata, in quibus ſunt ſtatuta jejunia & officia lectionum & orationum majora, id eſt, menſe Martio ſabbato primo juxta obſervationem quadrageſimæ vernoque tempore & reliqua. „ Tam idoneis teſtibus & teſtimoniis confirmata noſtræ eccleſiæ conſuetudo, non debet jejunium veris ante quadrageſimam celebrari, non debet vobis miraculo eſſe, niſi habeatis aliquos, quorum auctoritas his præponderet.

Dicitis: „ Cujus antequadrageſimalis, ut ita dictum ſit, jejunii, ut ſalva veſtra gratia loquamur, videtur primi ſabbati ſedem de loco pellere, quod Nabuzardan expugnat adhuc muros Jeruſalem.

Salva noſtri gratia accipimus, quidquid loquimini, ut & ſalva veſtri gratia accipiatis, quod loquimur, nihil enim ex contentione, ſed totum quærimus ex charitate, ſcrupulum injeciſtis nobis, cum dicitis nobis ſedem primi ſabbati de loco pelli. Vos in hoc falli non credimus, ſed nos tarditatis arguimus, qui veſtra forſan bene dicta non bene capimus. Quamvis ſabbatum a cauſa, non a numero dicatur, & per hoc aliquando non ad numerum, ſed ad cauſam referatur; quia tamen illud, de quo agimus ſabbatum, ſemper ſedet in numero, in feria ſcilicet, quæ a numero denominatur ſeptima, nemo melius vobis novit ſedem ſabbati ſic eſſe immobilem, ut eſt immobilis numerus, qui ſedem ſabbato fundavit. Nullum enim diem hebdomadæ præter ſeptimum vocamus ſabbatum, ſed a ſabbato omnes dies vocantur, id eſt prima, ſecunda vel tertia ſabbati. Si vero id, quod cauſa aut uſus addicit ſabbato, pellitur aliquoties de loco, non ideo ſurgit ſabbatum de ſua ſede. Jejunium ergo, quod primo Martii adſcribitur, ſi aliqua cauſa vel neceſſitate pellatur a præſcripto ſibi loco, quomodo per hoc ſedes ſabbati de loco ſuo pellatur, a vobis audire vellemus. Si enim ſabbati ſedes poſſet a loco ſuo moveri, & ſabbatum, ut ita dicam, poſſet ſequi diem jejunii de loco ſuo pulſi, ſemper ipſum ſabbatum eſſet primum, nec pateretur ut ſecundum ſabbatum incubaret primo loco. Quid ergo gravamini ita motum primi jejunii, non quidem ſemper neceſſarium, ſed aliquando opportunum, cur negatur primo jejunio, quod ceteris temporum jejuniis conceditur, quibus licet opportune de loco ſuo moveri. Ecce de hyemalis temporis jejunio nulla eſt querela, quod de hebdomada in hebdomadam, de ſabbato in ſabbatum, transduxit Dominica Nativitas. Et gratias vobis, quod mutationem autumnalis jejunii conceditis noſtræ feſtivitati. Et quia forte non timetis, quod Nabuzardan expugnare debeat muros noſtræ Jeruſalem, dicitis quodam modo nobis cum Ezra 2. 8. 10. Comedite pinguia & bibite mulſum, & mittite partes eis, qui non præparaverunt ſibi, ſanctus enim dies Domini eſt: nolite contriſtari, gaudium enim Domini eſt fortitudo veſtra:

Quod

CCCIV.

Quod nobis conceditur, concedi poteſt etiam cuilibet eccleſiæ, ut ſi in quolibet temporum jejunio intercurrat ſpecialis feſtivitas, jejunii ſedes transmutetur, aut ſabbarum æſtivalis jejunii, ſi concurrat ſabbato pentecoſtes, quæ utraque ſabbata prænotantur titulo XII. lectionum, differtur jejunium in hebdomadam pentecoſtes, quia non poſſunt expleri una celebritate duo authentica officia & duo myſteria, unum baptizandi, & unum ordinandi. Quamvis noſtra pene memoria tres archiepiſcopales ſedes, vos ſcilicet Trevirenſes, Colonienſes, Moguntinenſes voluerint hæc duo myſteria duplicis jejunii uno unius diei officio compleri, ſed ea cauſa, nec ad conſenſum omnium nec ad uſum eccleſiæ potuit pervenire. Quid, inquam, adeo gravamini ſolius primi jejunii mutatione, ut dicatis, quod Nabuzardan princeps coquorum Nabuchodonoſor vel diaboli expugnet adhuc muros Jeruſalem, ſi hoc jejunium transferatur in quadrageſimam? Ultimo paſcha, quod eſt VII. calendas Maij, initiatur Martius in ſecunda ſexageſimæ feria: in penultimo paſcha, quod eſt VIII. calendas Maij, in tertia feria; in antepenultimo paſcha, quod eſt IX. cal. Maij, initiatur Martius in quarta ſexageſimæ feria. Quia ergo his annis in quadrageſimæ hebdomada tres feriæ, quarta & ſexta & ſeptima concurrunt ad jejunii vernalis & ordinum myſteria celebranda, veſtro relinquimus judicio, ſi convenienter jejunetur & ordinetur in ſexageſimæ ſabbato. Moderatiores fuerunt in hoc papæ Zozimus & Gelaſius, qui hoc jejunium, & myſteria jejunio congruentia, deputaverunt quadrageſimæ. Et ut aliquid etiam a nobis dicamus, ſolet aliquando a ſanctis & bene moderatis viris differri hoc jejunium in ultimum Martii ſabbatum vel in penultimam quadrageſimæ hebdomadam, ut paratiores ſint, & qui ordinant, & qui ordinantur, ſi forte (quod abſit) adhuc Nabuzardan expugnarit muros Jeruſalem, illi, qui de captivitate Babylonis redibunt, pœnitentia laborabunt in reſtruendis muris ſuæ Jeruſalem, una manu facientes opus orationum, & altera manu tenentes gladium jejunii.

Delectat etiam nos allegorizare ſuper numero hebdomadarum, quæ diſtinguunt jejunia temporum, ſed quia, ut ait Origenes, in campis allegoriæ eſt libera evagandi licentia, hæc libertas debet habere modum progrediendi. Tres generationum Chriſti ordines tribus jejuniorum ordinibus allegorice reſpondent, quid conferetur quarto jejunio, quod etiam hebdomadarum mutilatur numero? Placet hæc allegoria, ſed non ita, ut pro certa figatur jejuniorum regula. Placet & Bernonis regula, quæ vos quodam intellectuali linearis numeri filo a primo jejunio ad ſecundum, a ſecundo ad tertium, a tertio ad quartum jejunium ducit, & utinam ſine errore. Et multo plus placeret, ſi etiam per XIV. a quarto jejunio ad primum recurreret. Sed ue cum pace & gratia veſtra loquamur, hæc ejus linea, quia non æqualiter dividit anni hebdomadas per quatuor temporum jejunia, videtur quibuſdam non eſſe ſatis directa, ſi enim per quatuordecim triplicatur a quarto jejunio uſque ad primi recurſum, reſtant decem tantum hebdomadæ. Si per quatuordecim quadruplicatur, quatuor hebdomadas excurrit ultra quinquaginta duas anni hebdomadas. Cujus intellectuali filo non audemus pedem innectere, ut ſi deſiliamus in artum, poſſumus licenter pedem retrahere non protendere. Quidam ſuper hoc lineari numero hebdomadarum diſputans, ſi, inquit, aliquis numerus debuiſſet limitare hæc quatuor jejuniorum interſtitia, nullus ad hoc aptior numerus eſſet, quam quatuordecim, qui quadruplicatus reddat quinquaginta duas anni hebdomadas. Per hoc enim, ſi modo ſuis admitteret, ſemper in primo ſabbato menſis jejunio deputari occurreret, jejunium cujuſque temporis per hujus numeri lineam. Hoc ille, quamvis verum, tamen fruſtra dixit, quia extra uſum ſenſit Berno, a cujus ore vos pendetis, cujus verba vobis ſunt pro regula, qui veſtrum ſacramentorum librum ſuo exemplari attitulat; nobis quoque placet, hunc nos magni habemus, quia quod pro virili portione potuit, in tabernaculo Dei obtulit, ſed præcipit apoſtolus omnia probare, quod bonum eſt tenere, ab omni ſpecie mala nos abſtinere. Species mala eſt diſcordia eccleſiæ, pro qua omnes quotidie oramus, ut in primis eam dignetur Deus pacificare & adunare toto orbe terrarum, nec tamen unam eam adunari patimur, dum per diſſonantiam eccleſiaſtici ritus ab invicem dividimur. Vos

CCCIV.

veſtroſque ritus non improbamus, ſed quod ex antiqua patrum traditione tenemus, utrum recte teneamus, bonorum judicio committimus.

De temporibus initiandis præ omnibus Anatholium ſequimur, qui quanti debeat eſſe, nobis teſtatur Euſebius in eccleſiaſtica hiſtoria, & Hieronymus in libro illuſtrium virorum. Anatholius, inquit, Alexandrinus Laodiciæ Syriæ epiſcopus, ſub Probo & Gaio reparatoribus floruit, vir miræ doctrinæ in Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica. Et ſi ad modernos veniendum eſt, ſequimur noſtros Waterhonem noſtræ urbis epiſcopum, & Olbertum Gemblacenſis cœnobii abbatem, qui in generatione ſua juſti & docti fuerunt, juſtis & doctis viris ſui & noſtri temporis conferendi aut etiam præferendi. Hi fuerunt contemporales Aribonis & Bernonis. Hi Bernonis ſcripta, eo monſtrante, legerunt; ſed multa legentes & omnia probantes; juxta quod Dominus præcipit prædicatoribus, non tranſibant de domo in domum, id eſt, de ſententia iſtius ad ſententiam illius; ſed regiam patrum viam gradientes, non ad dextram, nec ad ſiniſtram declinabant. Hi jejunia quatuor temporum ſecundum rationem temporum accipientes, dies temporis ante calendas Martii non excludebant a jejunio verni temporis, ſed in primo ſtatim ſabbato, immo in ptimo aliquando menſis die jejunium, & jejunii horam explebant. Hos alioſque ſanctos & doctos viros in hoc ſequimur, non quia ſancti & docti fuerunt, ſed quia veritatis aſſertores eſſe probantur. Sic enim docet nos Auguſtinus ſcribens Hieronymo: „ Solis, „ inquit, ſcripturis quæ appellantur „ canonicæ, hunc honorem atque te„ norem defero, ut nullum earum au„ ctorem erraſſe aliquid firmiſſime cre„ dam; alios vero ſic lego, ut quanta„ libet ſanctitate & ſcientia præpolle„ ant, non ideo verum eſſe putem, „ quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mi„ hi per illos canonicos auctores vel „ probabili ratione, quod a vero non „ aberat, perſuadere potuerunt. „ Hoc Auguſtini exemplo multorum ſcripta legimus, ſed non omnibus credere habemus, & quos magis ſequi debeamus quærentes. Hæc vobis ſcribimus non ex pertinacia, quia nec vos credimus ſcripſiſſe ex pertinacia, qui epiſtolam veſtram tam delectabili concluſiſtis epilogo, quod & nos mutuatum remittimus vobis. Si ex ratione catholica eſt vobis certum, nobis aliquid melius oſtendere, promptum eſt nobis potius intellectui veſtro cedere, quam noſtræ pertinaciæ ulterius inutiliter deſervire.

Sed ad hoc adjiciendum eſt, quod anno milleſimo nonageſimo quinto Dominicæ Incarnationis tota pene eccleſia recepit a ſede Romanæ Eccleſiæ decretum apoſtolicæ auctoritatis, ut ſemper in prima quadrageſimæ hebdomada jejunium veris, ſemperque in ipſa pentecoſtes hebdomada jejunium æſtatis celebretur; cum ergo Februarius ſæpe unam, ſæpe duas, aliquando, in primo ſcilicet paſcha, tres quadrageſimæ obtineat hebdomadas, eodemque modo Majus ſæpe una, ſæpe duabus, aliquando in primo ſcilicet paſcha, tribus hebdomadibus ultra dominicam pentecoſtes excurrat, conſtat totum jejunium veris in Februario ab illis celebrari; jejunium vero æſtatis non ſolum a ſecunda Junii hebdomada, ſed etiam ab initio Junii longe removeri. Nulla eſt certo controverſia apud iſtos de ſpectanda quarta vel ſexta feria ante kalendas Martii, Junii vel Septembris, quippe quia non ad certos menſes, ſed ad rationem temporis, refertur jejunium temporis. Valete. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Hujus Epiſtolæ auctorem eſſe Sigebertum Gemblacenſem Monachum, docet Codex manuſcriptus Gemblacenſis, ubi eam vidère Martene & Durand, qui primi illam ediderunt, idemque conſtat ex altera epiſtola, quam nomine Clericorum Leodienſium Trevirenſibus ſcripſit de regula Bernonis, quamque mox infrà referemus. De hac eadem Epiſtola ejúſque tenore ſequentia Haltauſius *in Calendario medii avi Præfat. ſpecial.* §. 5. *p.* 29 *ſeq.* „ Peculiarem Epocham haboiſſe olim „ videntur Leodienſes, qui annos duxerunt à die „ XIX. Martii ſive à XIV. Calend. Aprilis. Antiquiſſimo quidem more Martius primus anni men„ ſis habebatur, vid. Mabillon. *de Re Diplom.* „ *Lib. II. C.* 23. §. 4. *p.* 172. ſed incipiens, non „ ultra medium jam perductus. Leodienſes au„ tem in Epiſtola, quam de differentia Quatuor „ Temporum, auctore (ùt creditur) Sigeberto „ Gemblacenſi ad Trevirenſes ſcripſerunt, apud „ Martene *Tom. I. Anecdot. p.* 295. contendunt, „ in Martio principium anni ac ipſam creationem „ cœpiſſe mundi; nec Numæ computationem à

CCCIV.

„ Martio, nec Cæſaris à Calendis Januarii valere, „ nec initio Martii, ſed medio, annum incipere. Primam enim partem Martii magis fini, „ quàm principio anni congruere, quia revera „ XIV. Calend. April fuerit primus dies ſeculi, „ & ita etiam initium ſit primi anni. At verò „ nec Leodienſes ea in re ſibi ſatis conſtabant, „ quia in ſtatutis eorum ſynodalibus de an. MCC- „ LXXXVII. in Lunigii *Contin. Spicil. Eccleſ.* „ *p.* 517. feſta recenſentur, ſingulis annis celebranda, quorum in ordine primum eſt Circumciſionis, atque ultimum Nativitatis Chriſti. Neque etiam illorum monita multum valuiſſe videntur apud Trevirenſes, qui Eccleſiæ Gallicanæ receptam tunc rationem, auſpicandi annos „ à *die XXV. Martii*, id eſt, *ab æquinoctio verno* „ ſeu *a feſto Annuntiat. Mariæ.* ſunt ſecuti. Et „ illa conſuetudo obſoleta adhuc hodie hæret Notariis, & ſcribis Trevirenſibus, quamvis vulgo „ ibi (ſicut hodie in omni orbe Chriſtiano) annus a Calendis Januarii incipiat, teſtante Brovvero „ *Annal. Trev. Lib. XVIII.* §. 97. *p.* 258 „ Hactenus Haltaus. Dimiſerunt quidem, defuncto jam Brovvero, nempe ſub regimine Caroli Caſpari Archiepiſcopi, Trevirenſes Notarii uſum ſingularis ſuæ æræ; neceſſaria tamen nobis eſt ejuſdem obſervatio, pro figenda cronologia quàm plurimarum patriarum tabularum.

CCCV.

EPISTOLA

Circa 1100.

Trevirenſium ad Leodienſes, cur regulam Bernonis modò creſcere, modò decreſcere, arguant.

Martene *Theſaur. novus anecdot. Tom. I. p.* 301. (*a*)

CUm bene & decenter reſponſum a vobis videatur eſſe in cæteris, hoc unum dubitamus, utrum juſte arguatur (*a*) regula Bernonis modo creſcere, modo decreſcere, tanquam non ille conſideraſſet, quod ab ultimo jejunio usque ad recurſum primi, decem tantummodo ſint hebdomadæ tribus teſſereſcedecadis per intervalla jejuniorum deputatis. Ille enim videtur lineam ſuam protendere a primo jejunio usque ad quartum, & de tempore, quod eſt ab ultimo usque ad primi recurſum, non agere, ut ſic deſcenſus quadraginta duarum hebdomadarum reſpondeat quadraginta duabus generationibus Chriſti, quod putamus intendiſſe Amularium, qui & primam Martii hebdomadam accepit in figura primæ generationis, quæ eſt Abraham, & ultimam Decembris in figura ultimæ generationis, quæ eſt Chriſtus, & tres conſecrationes jejuniorum tres appellavit Teſſereſcedecadas hebdomadarum, quæ ſunt interſtitia eorum. Cur ergo dicitis, de quarto quid fiet? Dubitationem vobis oſtendimus. Valete.

CCCVI. RE-

NOTA.

(*a*) *Regula Bernonis.*] De hac regula hæc Sigebertus *Lib. de ſcriptoribus Eccleſiaſt. Scripſit de jejuniis quatuor temporum, de quibus celebrandis eſt inter multos diſſonantia: dum alii ſecundum conſiderationem temporum ad jejunium quarta & ſexta feria accipiunt dies Februarii, vel Maij, vel Settembris, & ſabbato in Calendis proveniente terminant jejunium: alii vero ſine conſideratione temporum non jejunant, niſi quarta & ſexta feria jejunii, cum ipſo ſabbato in Martio, vel Junio, vel Octobri proveniant. Et talem jejunandi ritum auctorizant multi, maxime Teutones.*

CCCVI.

RESCRIPTUM SIGEBERTI GEMBLACENSIS MONACHI

ad Trevirenſes pro Leodicenſibus Clericis, de regula Bernonis.

Circa 1100.

Martene Theſaur. novus anecdot. Tom. I. p. 306.

QUia, ut ait quidam, littera ſola res eſt, quæ eos, qui abſentes, facit eſſe præſentes, juvat nos datis & acceptis litteris alloqui & audire vos, quos diligimus, præſertim dicente Hieronymo, quia magnum deſiderii ſolamen habet amicus, cum litteras amici accipit. Dubitationem veſtram nobis oſtendiſtis, ſcilicet: an juſte nec ne arguatur regula Bernonis modo creſcere, modo decreſcere & cur dixerimus: de quarto quid fiet?

(a) De poſteriori interrogatione primum dico (a) me non dixiſſe de quarto quid fiet? ſed dixiſſe, quid conferretur quarto jejunio, de qua re merito quæſiſtis; quia dum eam ſubintelligendam reliqui, remanſit ſub ambiguo, quod ſubintelligi volebam. Dicens enim, tres generationum Chriſti ordines, tribus jejuniorum ordinibus allegorice reſpondent, ſubintuli, quid ſubaudis allegoriæ, conferetur quarto jejunio. Quod quæſivi, quæro adhuc a veſtra prudentia, quid poſſit conferri iſtis decem hebdomadis, quæ a quarto jejunio reſtant usque ad primum, ut omnibus anni hebdomadis ſua reſpondeat allegoria? Si enim a vobis primo hoc ſubintellectum fuiſſet, videretur vobis his decem hebdomadis poſſe conferri illas generationes, quæ decem a Noe usque ad Abraham ſecundum hebraicam veritatem numerantur, ſi nulla denarii numeri aptior cauſa poſſit conferri. Has enim conſequens generatio Abrahæ obtinebit congrue primam Martii hebdomadam.

Porro regula Bernonis utrum modo creſcat, modo decreſcat, vel ſi juſte, nec ne, poſſit argui, ſcit veſtra, quæ eam terit, prudentia. Quid veſtra intereſt, eam arguere diximus & dicimus: ſit Bernoni ſua ſibi regula, quia nolumus ea coartari, qui juxta competentiam rei ac temporis ponimus libere interſtitia quatuor jejuniorum ſive per quatuordecim, ſive per quindecim. At vero quia vos eam nobis porrigitis ad videndum, vobis eam ex una parte tenentibus, communiter videamus, qualis ſit; & hæc quidem eſt ejus regula:

A ſabbato inquit, vernalis jejunii velut intellectuali quodam filo rectiſſime linea regulæ per quatuordecim hebdomadas usque in Junii menſis ſecundum ducatur ſabbatum, indeque per alias quatuordecim hebdomadas ad tertium Septembris ſabbatum. Item ſive per quatuordecim, ſive per tredecim ad illud proximum ante natale Domini ſabbatum, ut absque errore termini eorum ſabbatorum poſſint inveniri.

Hæc rectiſſima linea cur a quatuordecim recurrit ad tredecim? nimirum ideo, quod neceſſe ſit ei ſequi competentiam temporis. His in hebdomadis numerandis ſibi quidem ſatisfecit; neſcio, ſi & vobis ſatisfecerit. Vos quippe intendere videmini, ut hebdomadæ quadraginta duæ ſic reſpondeant quadraginta duabus generationibus Chriſti, ut prima generatio, quæ eſt Abraham, teneat primam Martii hebdomadam; ultima vero generatio reſpondeat ultimæ Decembris hebdomadæ. Vos recte in hoc ſapitis. Si linea Bernonis vos ad hoc poſſet dirigere,

NOTA.

(a) *Me non dixiſſe.*] Hinc certum ſit, Sigebertum etiam eſſe auctorem ſuperioris epiſtolæ Leodienſium de differentia Quatuor Temporum Trevirenſibus reſcriptæ.

re, ſed naſcente Chriſto in ultima Decembris hebdomada, quomodo dabitis Abrahæ primam Martii hebdomadam? Linea Bernonis Abraham ab ea excludit, quia ſi eam obtineret Abraham, ultima Decembris hebdomada non reſponderet ultimæ generationi. Quia ergo, ut ait Tullius, prima cauſa victoriæ eſt, diligenter ediſcere cauſam pro qua dicturi ſumus, cauſam hujus difficultatis communiter quæramus, ut communi labore difficultatem ipſam vel videre queamus.

A calendis Martii usque ad VIII. calendas Januarii ſunt hebdomadæ XIII. & dies VI. Hos ſex dies ſubtrahens Berno a numero hebdomadarum, eas non a calendis Martii, ſed a ſabbato vernalis jejunii incipit numerare. Per hoc quidem cavit ſibi, ut linea ſua in numero hebdomadarum neque creſcat, neque decreſcat, non tamen per hoc ſe omni ſcandalo abſolvit. Propter hos dies ſex ſubractos diſconvenit inter nos & vos aliquando, inter Abraham vero & naſcentem Chriſtum nullo anno convenit, Abraham enim nolens quodammodo decedere a præſcripta ſibi prima Martii hebdomada, ſubtractos ſibi ſex dies repetit, & ſinguiis annis ſingulos dies recipiens, videtur arguere, regulam Bernonis modo creſcere, modo decreſcere; quia quot dies ſuæ hebdomadæ recipit, tot Chriſtus ſuæ hebdomadæ dies amittit. Abraham, quanto longius a ſua hebdomada elongatur, tanto plures dies ſibi uſurpat, ut aliquando plus quam unam hebdomadam, aliquando plus quam duas obtineat, tribus ſcilicet annis, quibus vos ponitis ſabbatum jejunii circa VI. idus Martii. At puer, cujus eſt nomen Dominus juſtus noſter, ad ſuam partem recreſcente linea ſuos tantum dies annuatim recepit, & nihil plus ſua juſta parte exigit. Ita vos nunquam, niſi excepto uno anno datis naſcenti Chriſto integram hebdomadam, niſi forte ſubtractos in Martio dies aſſuatis decurtatæ Chriſti hebdomadæ, ut vel ſic detis quodammodo pauperi Chriſto camiſiolam de conſciſſis panniculis reconſutam, cujus inconſutilem tunicam nec inimici ejus ſciderunt. Non decet talia vos ſemicinctia offerre illi, cui cum Magis aurum thus & myrrham obtuliſtis.

Quod dicimus, per annorum conſequentiam probemus. Anno, quo Martius initiatur in prima feria, incipit Berno numerare hebdomadas a ſabbato jejunii vernalis, poſito in Nonis Martii, uno die tantum relicto Abrahæ, eoque tantum anno Chriſtus habet plenam hebdomadam. Sequenti anno poſito jejunii ſabbato in primo die Nonas, tertio anno in tertio Nonas, quarto anno in quarto Nonas, quinto anno in quinto Nonas, per hos ſex aut quinque annos intercurrente biſſexto reddit Berno ſex ſubtractos dies: & ſecundum variationem Nonarum Martii linea ejus creſcere, aut decreſcere videtur in utramlibet partem. Secundum vos autem, longius poſito jejunii ſabbato, amplius linea variatur. Quid quod aliquando per lineam Bernonis plus juſte excreſcentem exturbatur naſcens extra quadrageſimam ſecundam hebdomadam & generationem? Quia enim Berno a ſabbato hebdomades & generationes inchoat, in ſexta feria eas ſemper conſummat.

Anno ergo, quo initiatur Martius in ſecunda feria, conſummantur XLII. hebdomadæ & generationes IX. calendas Januarii, id eſt in vigilia Natalis Domini, quæ eo anno occurrit in ſexta feria, ultra quam non debet protrahi Bernonis regula. Per hoc initiante quadrageſima tertia hebdomada, in ſequenti ſabbato naſcitur Chriſtus, in eo, quaſi in alieno, quia non eſt ei hoc anno locus in Bernonis diverſorio. Confidimus tamen de vobis in Domino, quod ipſe, qui naſcitur magni conſilii Angelus, inſpirabit, vobis & aſpirabit, ut habeat etiam hoc anno locum in veſtræ ſapientiæ diverſorio. Velit forte aliquis excuſare Bernonem per hoc, quod in octavo kalendas Januarii incipit ultima Decembris hebdomada, quæ debet reſpondere Chriſti generationi; poſſet quidem per hoc excuſari, ſi etiam hoc anno differretur jejunium in ſecundum Martii ſabbatum. Sed ei via hæc evadendi præcluditur, quia poſito ſabbato jejunii in II. Nonas, & Abraham obtinente plus quam ſecundam Martii hebdomadam, Chriſtus nec penultimam Decembris hebdomadam habet.

Hæc juſte, nec ne, dixerim de regula Bernonis, videbit veſtræ diligentiæ oculus; & ſi quid incaute a nobis dictum eſt, nos ſimplicitas oculi noſtri excuſabit, & veniam impetrabit.

Non

CCCVI.

Non enim Bernoni in aliquo derogamus, quem ut ſanctum & ſapientem cenſemus numeraodum in numero illuſtrium virorum, quia, quod a Deo habuit, ad profectum poſterorum obtulit, a Deo probandum fuit, obtulit aurum ſanctitatis & ſapientiæ. Tanquam aurum io fornace probat electos Dominus, obtulit argentum eloqoentiæ. Quid de tali viro ſuggerit vobis ſapientia per Salomonem? Aufer, inquit, rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum. Optarem in domo Dei ambulare cum conſenſu talis viri, ſed ait Amos propheta 3. ℣. 3. *numquid ambulabunt duo ſimul, niſi eis convenerit?* Putamus nobis & Bernoni conveoire recipienda in allegorica generationum conſonantia: ſed diſſonantia primæ Martiæ & ultimæ Decembris hebdomadæ nos ab illa convenientia avocat. At de numero quatuordecim hebdomadarum nobis & Bernoni coovenit, quas etiam oos recipientes ambulamus quidem ſimul eadem via, ſed non ubique per eadem veſtigia. Bernone enim ſex diebus præcurrente, non a ſabbato jejunii cum eo, ſed ſemper a calendis Martii ingredimur viam numeraodi XLII. hebdomadas, easque, ut & vos, diſtinguimus per tres teſſereſcedecades: ſed in prima teſſereſcedecadarum ſtatutis jejuniorum hebdomadis, prima ſcilicet Martii, ſecunda Junii, tertia Septembris, quarta Decembris, ſex autem dies, qui ſuperſunt, nihil ad diſtinguenda jejuniorum interſtitia obſunt. Hoc extra interrogationem veſtram adjeci, ut tollatur a vobis nota inconvenientiæ, quam priores veſtræ litteræ impoſuerunt nobis. Qood intrante Martio in VI. & VII. feria uno anno jejunium Junii, altero anno jejunium Septembris in XV. hebdomadam celebramus, ut ſalva gratia veſtra dicamus, nos ſecundum tenorem veſtræ non noſtræ regulæ veſtro præjudicio urgentes. Ecce videtis, quæ ſit cauſa mutuæ diſſonantiæ, ſex ſcilicet dies, a Bernone Martio ſubtracti, & quia tropum ſynecdoche vel dies temporum in jejuniis temporum non admittitis, quis neſcit, in quantis locis ſcriptora vacillet, niſi a tropo ſynecdoche ſuſtentetur? non ſurrexit Chriſtus a mortuis, niſi tropum ſynecdoche recipiamus. Vos qui gratia Dei divites eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia confirmet Deus, usque ad finem ſine crimine. Valete.

SÆCU-

SÆCULUM XII.

§. I.

DIſſertationis, quam ſæculo X. præpoſuimus, *ſ. VIII.* ſtabilivimus jus cleri & populi Trevirenſis in eligendo Archipræſule. At non duravit laicorum ad has electiones acceſſus; quo igitur tempore evenerit, ut ad ſolum clerum, & Eccleſiæ quidem Metropolitanæ, deferretur jus electionis, nunc disquirendum eſt. Ad præſens usque ſæculum concurrentibus laicorum & clericorum votis Metropolitas noſtros promotos fuiſſe, conſtat; ſed & hæc conſuetudo integro ſæculo XII. perduràſſe videtur. Indagabimus tamen rei ſeriem curatiùs fide Geſtorum Trevirenſium Martenianorum, quæ à coævis monachis S. Mathiæ optima fide continuata ſunt. Et de *Brunone* quidem Archiepiſcopo *eadem pag.* 186. *Henricum IV. Imp. natalem Domini celebrantem in Moguntia, adeuntes cives Treverici petierunt ſibi Epiſcopum dari; quibus mox petentibus, principibus & civibus conſentientibus, Brunonem eis conſecrari juſſit.* Et poſtea: *ordinatus eſt idus Januarii* (1102.) *Adalberone Metenſis Eccleſiæ Epiſcopo oleum ſacræ electionis imponente, Joanne Spirenſi, Richerio Virdunenſi cooperantibus; & aſſiſtentibus Archiepiſcopis Ruthardo Moguntienſi, & Friderico Colonienſi, & aliis quam plurimis Epiſcopis.* In Brunonis ſucceſſorem *Godefridum* non minor populi cum clero concentus; de eo Geſta *pag.* 195. *prius à Trevirenſibus, clero ſcilicet & populo, dilectus; decedente domino Brunone in Epiſcopatum ſublimatur.* Ab hoc circiter tempore de excludenda ab electionibus plebe cogitatum videtur; ſed cùm ea de cauſa in diſcordia electus eſſet *Albero*, re per cleri deputatos ad Lotharium Imp. anno 1131. delatâ, hic in ſynodo Moguntina reſpondit: *ſe minime electionem cujusquam approbâſſe, qui non omnium communiter, tam clericorum, quam laicorum ſuffragia tuliſſet.* Brower. *Annal. Trev. Tom. II. Lib. XIII. n.* 102. Quare *Hillinus* Alberoni, teſtantibus Geſtis Trev. *pag.* 208. unanimi conſenſu, tam cleri, quàm populi, in Pontificatu ſucceſſit. Eadem ratio ſervata in promotione *Arnoldi*; ſiquidem *primores tam populi quam cleri Trevirenſis Eccleſiæ convenerunt, & ad ſuggeſtionem vel conſilium Imperatoris Friderici Arnoldum in Pontificatum unanimiter elegerunt.* Geſta *pag.* 211. In luctuoſa ſciſſione Folmarum inter & Rudolphum, quæ Arnoldi deceſſum ſecuta eſt, laicorum ſimul & clericorum vota concurriſſe conſtat ex coævo hujus ſchiſmatis narratore, cujus verba Geſtis Trevirenſibus *pag.* 213. *ſeqq.* illata ſunt. Schiſmate ſublato, *Trevirenſes accepta electionis ſuæ libertate Joannem Imperialis Aulæ Cancellarium unanimiter elegerunt*, inquiunt Geſta *p.* 224. ubi ſub unanimi Trevirenſium electione laicorum quoque concur-

Archiepiſcopi communibus votis laicorum & clericorum eliguntur.

ſum intelligi, non dubito. Quis defuncto Joanne ad *Theoderici* electionem concurrerit, actis non proditur. Hoc ipſo autem tempore electionem ad ſolum clerum & quidem Metropolitanæ Eccleſiæ translatum fuiſſe, probant inſequentium Archiepiſcoporum promotiones. Apparet id imprimis in *Arnoldo II.*, *cujus electioni*, ùt ajunt Geſta *pag.* 249. *celebratæ à majori & ſaniori parte capituli Rudolphus Præpoſitus S. Paulini cum paucis, qui eum nominaverant, opponere ſe præſumit &c.* Adeo autem jam certum habebatur jus hoc privativum Capituli Metropolitani, ut de electione *Henrici II.* Archiep. eadem Geſta *pag.* 256. memorent: *convenientibus Eccleſiæ Trevirenſis Prælatis & Canonicis, ad quos jus electionis Præſulatus dictæ Trevirenſis Eccleſiæ dignoſcitur pertinere, ad locum eidem electioni ab antiquis temporibus, & ipſius eccleſiæ prædeceſſoribus providè & diſcretè deputatum &c.* Et ſic deinceps ſolius Metropolitani Capituli electione omnes Archiepiſcopos noſtros electos conſtat.

Electio ad ſolum clerum devolvitur.

§. II.

Conſecratio Archiepiſcopi.

Non ſola electio faciebat Epiſcopum, niſi accederet benedictio, quæ adeo neceſſaria reputabatur, ut teſte Ditmaro *Lib. IV. Annal. p.* 360. licèt Otto III. Imp. Herponi Halberſtadienſi & Raconi Bremenſi paſtoralem baculum dediſſet, quia tamen uterque ſine ſacerdotali unctione deceſſerat, *hi duo, quamvis pii, tamen inter Epiſcopos non deberent adſcribi, quia in benedictione his conſortes non valuerunt affici.* Hanc benedictionem à comprovincialibus Epiſcopis olim Metropolitano impenſam fuiſſe alibi vidimus. At fiebat id tum demum, cùm electus Imperatori fuiſſet probatus, & *inveſtituram* ab eo accepiſſet, *Regalium* ſcilicet, & *jurium ſæcularium*, Epiſcopatui jam annexorum. Sed quia per *annulum & baculum* Imperatores inveſtituram largiri ſolebant, non poterant non ſacra jura ſibi arrogare videri. Inde natæ contentiones cum Romanis Pontificibus, quarum fata noſtra Archidiœceſis haud rarò experta eſt jam à promotione, ſeu potiùs invaſione *Egilberti*, cujus acta, & quæ de eo ratione Imperialis inveſtituræ geſta ſunt, dedimus anno 1078. & *ſeqq.* De *Brunone* autem, Egilberti ſucceſſore, in Geſtis Trev. *pag.* 187. hæc produntur: *Tertio ordinationis ſuæ anno* (Chriſti 1106.) *Romam veniens a Domno Paſchali honorifice ſuſceptus.... ſed quoniam Epiſcopalia, annulum videlicet & baculum, per manum laicam ſuſcepiſſet, & quia Eccleſias dedicaſſet, & clericos necdum pallium conſecutus promoviſſet, multum aſpere correptus eſt, & decernente Epiſcoporum ibi congregatorum concilio Pontificatus officium depoſuit, quod tamen poſt triduum, non ſine admiſſorum pœnitentia recuperavit. Deinde pallii honore donatus --- in ſua cum gaudio remeavit.* Quæ deinceps inter Henricum V. Imp. & Romanos Pontifices Paſchalem II. & Calixtum II. ad componendas in Imperio inveſtiturarum difficultates acta fuêre, notiora ſunt, quàm ut hîc locum quærant. Vid. interim Hahns *Hiſtor. Germ. P. III. cap. III. §. 7. &* 10. Donec anno 1122. conveniretur ut Electiones Epiſcoporum & Abbatum Germaniæ in præſentia Imperatorum fierent, Electi inveſtituram per *annulum & baculum* à Romano Pontifice, regalia autem *per ſceptrum* ab Imperatore reciperent. Hæc qua ratione in promotione *Godefridi* anno 1124. obſervata fuerint, Geſta noſtra non memorant. *Meginherus* autem, uti eadem perhibent *pag.* 196. *menſe Julio* (1127.) *electus, veniente qua-*

Contentio de inveſtitura

componitur inter Rom. Pontificem & Imperatorem.

drage-

dragesſima, iter ſuum Romam direxit, ubi a Papa Honorio ordinatus & pallio dignitatis eſt conſecratus. Non fuit tamen omnis apud nos poſt ſanctionem anni 1122. ſublata rixarum anſa; mox enim recruduit difficultas ſub *Alberone*, quem ante omnem Imperialem inveſtituram tantum non invitum ab Innocentio Papa II. ordinatum dicimus ad Epiſtolam cleri Trevirenſis de anno 1131. *not. d.* verùm *cum ex communi conſilio Principum juramentum Regi* (Lothario) *obtuliſſet, quod non ad diminutionem ſui honoris, ſed à Domino Papa coactus ad conſecrationem acceſſiſſet, Dominus Rex juramentum ei remiſit, & regalia ſceptro regni ei conceſſit.* Geſta Trev. p. 198. Poſſideo etiam in veteri MS. Homilias Cæſarii Heiſterbacenſis, de quibus, an omnes editæ ſint, meritò dubito; in harum una, quæ eſt *in Evangelium Matthæi* 22. in fine hæc memorat: *Quia Dominus Albero Trevirenſis Archiepiſcopus electus à Papa conſecratus eſt, antequam accepiſſet regalia, Conradus Rex Rom. eidem poſtea regalia negavit, cui cum multa difficultate reconciliatus eſt.* Quæ cauſa novi hujus diſſidii poſt famoſam illam transactionem anni 1122. apud nos fuerit, actis domeſticis non proditur; duplex tamen occurrit: quarum *una* in ratione temporis conſiſtit, quòd ſcilicet Albero *baculum & annulum* à Papa antè ſuſceperit, quàm *regalia* ab Imperatore; cùm tamen, utì refert Otto Friſingenſ. *Lib. VII. Chron. cap.* 16. *p.* 142. cautum quoque eſſet, *ne electi tam cisalpini, quam transalpini priùs ordinentur Epiſcopi, quam regalia de manu ejus* (Imp.) *per ſceptrum ſuſcipiant. Altera*, quod Henricus Imp. jam defunctus eſſet, & referente eodem Friſingenſi *l. cit. Hoc* (inveſtituram per ſceptrum) *pro bono pacis ſibi* (Henrico) *ſoli & non ſucceſſoribus datum dicunt Romani. Ex hinc Eccleſia libertati ad plenum reſtituta, paceque ad integrum reformata in magnum montem creviſſe ſub Calixto Papa ſecundo invenitur.* Duravere itaque in Metropoli noſtra turbæ, ex inveſtiturarum conceſſione frequenter natæ. Nam cum Arnoldo Archiep. anno 1183. defuncto ex ſciſſa inter Folmarum & Rudolphum electione grave ac diuturnum ſchiſma exortum fuiſſet, Urbanus III. PP. *deſtituto Rudolpho, quia de manu Imperatoris inveſtituram acceperat, electionem Folmari confirmavit, quem confirmatum conſequenter in Archiepiſcopum Trevirenſem conſecravit*, uti tradunt Geſta Trev. *pag.* 215. Qua ratione, finito ſchiſmate, in promotione *Theodorici* actum ſit, Geſta ſilent. De *Arnoldo* autem à majori & ſaniori Capituli parte, ùt ùt reluctantibus Imperatoris Rudolphum tuentis, fautoribus, electo, tradunt *pag.* 250. *quod quaſi coactus ab amicis regimen epiſcopalis ſedis ſuſcepit, & electionem ſuam in poteſtatem Innocentii PP. IV. transmiſit, ut ſiquis eſſet defectus in electione, vel negligentia in compoſitione, ſuppleret de plenitudine poteſtatis. Dominus vero Papa propter perſonæ prudentiam, quæ ſibi per famam innotuerat, & amicorum potentiam, quæ tunc contra Imperium opportuna erat, electionem liberaliter confirmavit ſuam, defectum ſupplevit, ſuper irregularitate vel negligentia quacunque diſpenſans. Pallium quoque, quod Romæ raro accidit, gratis transmiſit.* Poſt Arnoldum Archiepiſcopum rurſus in diſcordia electi Henricus de Bolandia & Arnoldus de Sleyda; re ad Romanum Pontificem delatâ hic utriusque electione caſſatâ *Henricum de Finſtingen* Archiepiſcopum ordinavit. Atque ita etiam in diſpari electione *Boemundi* evenit, abſque quod nunc & deinceps de inveſtituris apud nos novæ contentiones viſæ fuerint.

quæ transactio ſerius apud Treviros effectum ſortitur.

§. III.

Archiepiſcopos noſtros jurisdictionem ſuam per *Advocatos* ſeu *Vicedominos* exercuiſſe, jam diximus Differt. præced. *§. V.* Hos ab ipſomet Metropolita conſtitutos fuiſſe docemur ex allocutione Alberonis Archiepiſcopi ad milites ſuos in expeditione caſtri Treiſs anno 1148. apud Kyriander *Annal. Trev. P. XI. p.* 122. quam referimus ad præceptum Friderici I. Imp. de anno 1157. *not. f.* Porro quam citatâ Diſſertatione diximus, fuiſſe inter Advocatos & Vicedominos differentiam, ea diſtinctiùs ſe hoc ſæculo prodit, præſertim in *Ludovico Vicedomino*; qui, quomodo Majores domus Merovingicæ ſtirpis Reges, eodem ille ferè Archiepiſcopos noſtros captivos tenebat. Baldericus in vita Alberonis *Burggravium* vocat, Lotharius Imp. in Diplomate Epternacenſi anni 1131. *Palatii cuſtodem* & *Primorem Trevirorum*; quæ omnia in Ludovico aliud non indicant, quàm virum Archiepiſcopi noſtri temporali jurisdictioni, ejus nomine exercendæ, præpoſitum. Hic, cùm inter Primores, & officialium Archiepiſcopi facile princeps eſſet, omnis imperii impatiens, promotionem Alberonis, viri magnanimi, ad Archiepiſcopatum ægerrimè tulit. Rem his verbis narrat Baldericus: „ Hujus rei fama cum ad Treviros perveniſſet, Ludovicus Burggravius conjurationem fecit, quod ſi unquam D. Albero civitatem Trevirorum intraret, morti eum traderet, & ipſe Ludovicus juramento tali addidit, quod ipſe futurus eſſet primus, qui in illum irrueret. Cauſa autem, propter quam prædictus Ludovicus in tantum ſe opponebat D. Alberoni, hæc erat: D. * Gebehardum Archiepiſcopum ſuis artibus in tantum ſibi ſubegerat, quod dicebat ſe in beneficio tenere palatium, atque omnes reditus Epiſcopales in illud deferendos, & quod ipſe paſcere deberet Epiſcopum cum ſuis Capellanis; & cætera omnia ad Epiſcopatum pertinentia de ſuo eſſe beneficio: ad Epiſcopum autem dicebat pertinere Miſſas & ordinationes clericorum & conſecrationes Eccleſiarum celebrare; ſui vero juris dicebat eſſe terram regere omniaque in Epiſcopatu diſponere, & militiam tenere. Unde per ſingulos dies ad prandium Epiſcopi ſextarium vini, & duos ſextarios cereviſiæ adminiſtrabat, ipſe vero cum multitudine hominum in menſa ſua quaſi magnus princeps quotidie epulabatur ſplendide, ſtipatus caterva militum ubique incedebat, & omnibus modis toti terræ principabatur. Inde evenit, quod prædictus Epiſcopus (Godefridus) tantum odium incurrit omnium clericorum (eo quod ipſe ſpernens conſilia & familiaritatem totius cleri ſoli laico ſe dediſſet) quod ad depoſitionem ejus cœperunt laborare; ipſe autem paupertate oppreſſus coram adverſariis ſuis ſuccubuit..... Et quoniam Alberonem acris ingenii & in omnibus providum, & ſibi non futurum obnoxium præſciebat Ludovicus, & quia non ferre dominium, ſed dominari didicerat, ideo ipſi opponebat &c." Hactenus Archiepiſcopi jura à Ludovico Vicedomino uſurpata, ſed quæ ſtrenuè vindicavit Albero, & Eccleſiæ ſuæ in perpetuum reſtituit. Nam ſic proſequitur Baldericus: „Hac conjuratione comperta D. Albero Archiepiſcopus, cum priùs tanquam Epiſcopalis officii onus ſubterfugiens ſe ſe a commiſſa ſibi civitate ſubtraheret, nunc.... collecto multo milite Trevirim adiit, cui Clerici ad Albam portam cum ſolenni proceſſione obviantes honorifice cum hymnis & laudibus ſtudio magno eum ſuſceperunt. Ludovicus vero & ſui conjurati ſimiliter & occurrentes cum vidiſ-

„ ſent

Uſurpata à Vicedomino auctoritas

* Godefridum

Archiepiſcopo reſtituitur.

„ ſent eum tam magna manu militum ſtipatum, obſtupeſcentes, & „ mente confuſi, pacem ſtatim ſimulaverunt, & inter omnes pri- „ mus Ludovicus ad ſalutandum blanda & humili voce ad Dominum „ ſuum feſtinavit, & ad ejus oſculum acceſſit.... Pergit deinde Baldericus „ cum acceptis regalibus Trevirim intraturus eſſet, inter „ omnes reditus Epiſcopales non potuit tantum reperiri, unde „ prima die ei poſſet ſervitium præparari, omnia enim ad Epiſcopa- „ tum pertinentia, aut oppignorata erant, aut prædictus Ludovicus „ & ſui conjurati ea ſe beneficio tenere dicebant. Eapropter Do- „ minus Archiepiſcopus aliquid contra paupertatem providens a D. „ Papa Innocentio impetraverat, quod reditus eccleſiaſticos, quos „ ante epiſcopatum tenuerat, per ſpatium trium annorum ei tenere „ conceſſit. Cumque vinum & annonam ſuam, & cætera ad vi- „ ctum ſuum pertinentia, ſecundum antiquam conſuetudinem ad „ palatium deferrentur, prædictus Ludovicus omnia includens, non- „ niſi quantum ſibi placebat, ſicut cum anteceſſoribus ſuis conſue- „ verat, ei per ſingulos dies diſtribuebat; cætera verò ipſe cum ſuis „ expendebat. Quod cum Dominus Archiepiſcopus aliquamdiu to- „ leraſſet, ille Ludovicus in tantum ejus patientia abuſus eſt, quod „ quadam die in poſtmeridiano, cum extranei quidam ad Curiam „ veniſſent Archiepiſcopi, & ipſe, ut conſuetum eſt Curiis, jube- „ ret propinari, & cum veniſſent miniſtri ejus pro vino ad palatium, „ procurator Ludovici reſpondit, ſe nihil dare illis, niſi Dominus „ Ludovicus præciperet. Hæc & his ſimilia cum ſæpe paſſus eſſet, „ tandem viſum eſt ei hoc malum intolerabile...... * multis ſumpti- „ bus reſtruxit, & victualia ſua illuc deferri juſſit, & tunc ſarcaſmum „ talem protulit: nunc habeat Ludovicus ſuum palatium. Poſtea „ vero per triennium manſionem ſuam ibi faciens ſtudium ſuum ad „ hoc omnino adhibuit, ut reditus Epiſcopales abſolutos faceret, & „ Curiam Humahe pro trecentis marcis redemit, quam prædeceſſor „ ejus D. Meinerus invadiaverat; & cætera fere omnia ad Epiſcopa- „ tum pertinentia D. Albero redemit, à D. Godefrido aut invadiata, „ aut in beneficium data. Tandem Ludovicus vacuum ſuis ſumpti- „ bus ſervans palatium ad tantam devenit humilitatem, quod nu- „ dis pedibus in laneis Palatiolo ad pedes ſe provolvit Archiepiſcopi, „ miſericordiam petens, & palatium reſignans.„ Ab hinc igitur Archiepiſcopi noſtri Trevirenſe ſuum palatium quietè incoluerunt. Sic (ut unum ſaltem memoremus) unio Abbatiæ Luxemburgenſis anno 1178., ab Arnoldo Archiep. decreta fuit *Treviris in palatio.*

* *deeſt hic aliquid, forte hoc: Palatium igitur in Palatiolo.*

§. IV.

Vicedomino ſeu Burggravio Trevirenſi in ordinem redacto, & Archiepiſcopo ſuæ dignitati & potentiæ in tantum reſtituto, unum ſupererat: nempe, ut quæ penes Palatinos Comites erat principalis advocatia Trevirenſis Eccleſiæ, ea huic ita redderetur, ut nullius officium Metropolitis noſtris in ſupremæ, uni Imperatori & Imperio ſubordinatæ, poteſtatis exercitio deinceps impedimento foret; ſed & illud nunc effectum eſt. Hanc advocatiam Palatinos Rheni, ſignanter Hermannum, ejuſque filium Erenfridum, poſtea Ottonem, dein Henricum Hermanni jam memorati nepotem, pòſt hujus prævignum & ſucceſſorem, & inſequentes Comites Palatinos omnes uſque ad Henricum Ducem Saxoniæ Brunſvicenſem perpetuò geſſiſſe Tolnerus *Hiſt. Palat. cap. XI. p. 275.* memorat. Ex his in noſtris hu-

Comites Palatini generales advocati Trevirenſis Eccleſiæ

jus ſæculi monumentis occurrit, præprimis in carta fundationis Springirsbacenſis anni 1107., *Sigefridus*, quem Bruno Archiepiſcopus *Advocatum majoris eccleſiæ noſtræ* vocat; qui idem in Brunonis littera fundationis domus hoſpitalis S. Nicolai Confluentiæ de an. 1110. apud Brow. *Annal. Trev. Tom. II. pag. 7.* ſe *Trevirenſis Eccleſiæ principalem Advocatum* ſubſcribit. *Vilhelmum* Comitem Palatinum, tanquam Advocatum, Archiepiſcopo ſuo Alberoni, ſaltem poſt primos annos, fideliter & firmiter adhærentem, videmus in cartis noſtris ſan-Simeoneis ann. 1136. & 1138. *Hermannum II.* econtra ab Alberone *Advocatum Eccleſiæ noſtræ conſtitutum*, eidem infeſtum fuiſſe, ad diploma Friderici Imp. de an. 1157. *not. f.* prodimus. Hoc eodem præcepto *Conradus* Palatinus Hillini Archiepiſcopi *liber & capitalis Advocatus* nuncupatur. Ortâ inter primarios hos Eccleſiæ Trevirenſis Advocatos & Archiepiſcopos contentione, ſignanter inter hunc Conradum & Hillinum, res auctoritate Friderici Imp. anno 1161. 1. Septembris ita finita eſt, *ne conjuratio civium Trevirenſium, Imperiali edicto caſſata, deinceps ſtudio Archiepiſcopi vel induſtria Comitis Palatini reiteretur, ſed uterque, Archiepiſcopus videlicet, & Comes Palatinus, debitam juſtitiam in civitate habeat & conſuetam*; Archiepiſcopus ſcilicet *proprio*, Comes Palatinus *officii* nomine. Huic Conrado Palatino anno 1195. abſque maſculis defuncto, ductâ ejus filia Agnete, in Palatinatu Rhenano & Eccleſiæ Trevirenſis advocatia

Advocatiam Archiepiſcopo reſignant. ſucceſſit *Henricus* Dux Saxoniæ Brunsvicenſis, qui anno 1197. in die Paſchæ advocatiam cum omnibus ſuis juribus & utilitatibus Eccleſiæ Trevirenſi ſolemni actu dimiſit. De hac reſignatione ita Tolnerus *Hiſt. Palat. Cap. XVI. p. 345. ſeqq.* „Palatinus noſter (Henricus) „ inæſtimabilem fere & ab antiquiſſimis & primis Rheni Palatinis ha„ ctenus optimo jure poſſeſſam & adminiſtratam urbis & Eccleſiæ „ Trevirenſis advocatiam generalem Joanni Archiepiſcopo Trevi„ renſi (pro certo, dubio procul, pecuniarum pretio) reſignavit & „ alienavit apud Trevirim in palatio Archiepiſcopi die Paſchatis an. „ 1197., & quidem cum omnibus pertinentiis, tam feudatis, quam „ non feudatis, & omnibus annualibus ſervitiis, quæ anteceſſor ejus „ Conradus Rheni Palatinus Eccleſiæ Trevirenſis Advocatus habuit „ in villis Archiepiſcopi, ſitis in pago Trechere &c. Propterea, ex„ ortis poſtea graviſſimis diſſidiis Philippum inter & Ottonem IV. Re„ ges, ipſe Joannes Archiepiſcopus rebus ſemper Ottonis, reſpectu „ ſcilicet fratris ejus Henrici Palatini, ſtuduit, fortemque ipſi ope„ ram tulit contra Philippum; idcirco captus à Friderico Comite „ Viennenſi cuſtodiæque mandatus fuit. Henricus vero Rheni Pala„ tinus, qui adhuc quosdam terrarum tractus ad inferiora Moſellæ „ in veteri Palatinatu, ubi caſtrum Turunum & Landescron à Phi„ lippo Rege erat extructum, poſſidebat, cognito hoc, juramento „ ſe adſtrinxit ſe ſuaque omnia exponere velle pro liberatione Domi„ ni ſui, cumque Palatinus jam ad bellum ſe præparaſſet, Comes „ transactione interveniente Archiepiſcopum dimiſit.„ Vid. Kyriand. *Annal. Trev. p. 162.* Porro cùm Henricus Palatinus ejusque prædeceſſores non *Eccleſiæ* ſolùm, ſed & *Urbis* Trevirenſis Advocati extiterint, apparet, hac ceſſione tantum reſpectu *hujus*, quantum reſpectu *illius* abdicatum fuiſſe: atque adeo omnem impoſterum *juſtitiam in civitate* penes Archiepiſcopum eſſe, quæ antè vigore concordiæ, 1. Sept. anni 1161. pactæ, hujus ſimul & Advocati fuerat.

§. V.

Sed & alia ſupremæ poteſtatis jura nunc penes Archiepiſcopos noſtros fuiſſe, compertum eſt. Inter hæc primum numero *jus armorum*, quo referenda epiſtola, quam anno 1125. Leodio ad Godefridum Archiepiſcopum Henricus V. Imp. ſcripſit, apud Browerum *Annal. Lib. XIII. n.* 77. Eâ ait: *Rumore etiam nuntiisque ad me perlatum eſt, Wilhelmum Palatinum, Sigefridi filium, armatorum globo ſeptum iſtuc in veſtratem agrum parare jam irruptionem. Ejus volo conatibus pro illa, quam hucusque mihi probaſti fide, contractis fidiſſimorum hominum tuorum auxiliis, quam primum obviam eas, & illius vim a tuorum cervicibus depellas.* Bella autem, ut alios hìc prætercam, plura geſſit Albero Archiepiſcopus cum Henrico Comite Namurcenſi, de quo nos *in notis* ad diploma Conradi Regis an. 1146. cum Hermanno II. Comite Palatino, de quo ad diploma Friderici Imp. de an. 1157. *not. f.* &c. Juri armandiæ cohæret *jus munitionum.* Harum bene multas in Archidiœceſi à Præſulibus noſtris, hoc & præcedentibus ſæculis, erectas, acquiſitas, reſtauratas, probant diplomata. De Joanne I. inter reliquos memorant Geſta Trev. *p.* 234. quòd *turres & caſtra Archiepiſcopatus reædificaverit, quæ deſerta & deſtructa invenit propter diſſenſionem & diſcordiam, quæ per ſeptennium in eadem eccleſia duravit, quando ipſe ſedem Archiepiſcopalem eſt adeptus.* de Arnoldo II. autem teſtantur *pag.* 252. quòd Trevirim & Confluentiam mœnibus cinxerit. Ad hæc tam in Vaſallorum quam aliorum caſtris *jus aperturæ* noſtri ſibi frequentiſſimè ſtipulati ſunt. Exempla damus ad ann. 1158. in caſtro Naſſau, an. 1181. in Monclair, an. 1195. in utroque Covernæ caſtro, &c. &c. Sed & *fœderum jure* uſi ſunt. Tale fœdus per Archidiaconos Trevirenſes, nomine Brunonis Archiepiſcopi, cum Saxonibus & Archiepiſcopo Colonienſi an. 1118. pactum, exhibet Browerus *Annal. Tom. II. Lib. XIII. n.* 52. Ad gerenda autem bella contracta *Vaſallagia*, tantâ copiâ, ut jam apud nos eſſet *feudalis curia*, cujus meminit carta feudi Epiſcopi Virdunenſis de anno 1160.

Archiepiſcopi gaudent jure armorum, munitionum, aperturæ, fœderum: habent curiam feudalem.

§. VI.

Cùm igitur hoc ævo Archipræſulibus noſtris nihil deeſſet, quod ad jura Principis ſæcularis pertineret, decuit etiam parem eis eſſe aulam & comitatum. Hujus magnificum exemplum præbet Albero, de quo Baldericus *in ejus Vita* teſtatur, quòd *quando ad regales curias veniebat, ſpectaculum omnibus erat, ſolus admiratione dignus videbatur, comitatus & expenſæ magnificentia omnes alios principes obſcurabat.* Pergit deinde Baldericus, Alberonis comitatum graphicè deſcribens: „Ego Baldericus, qui hanc ſcriptiunculam feci, uni curiæ „ interfui, quam Francofurdium petiit ſub Rege Conrado cum qua- „ draginta navibus cameratis, exceptis tribunis & onerariis & co- „ quinariis ratibus; in qua curia octo Comites & Ducem Lotharin- „ giæ Matthæum atque Heinricum Ducem de Lenburgo ſecum ha- „ buit, clericorumque atque militum multitudinem tantam, quod „ omnibus, qui videbant, admirationem faciebat. Magiſtrum quo- „ que Jarlandum Biſintinum, & Magiſtrum Theodoricum Carno- „ tenſem, duos fama & gloria Doctores noſtri temporis excellentiſ- „ ſimos, ſecum in ſua ducens navali camerata, in illorum diſputa- „ tione & collatione multum delectatus eſt, & à curia domum re- „ ver-

& ſplendidum numerum.

„ verſus decentibus donis largiter honoratos ad propria lætos remi-
„ ſit. A prædicta revertens curia, ideo quoniam Moguntinos exo-
„ ſos habebat, atque forſitan ſuſpectos, civitati illorum appropin-
„ quans, vexilla ſingulis ex navibus erigi, milites in clypeis auro
„ fulgentibus, loricis, galeis argentum nitore ſuperantibus oſtentare
„ ſe ſe præcepit, tubis & cornibus armorumque ſtrepitu & horriſo-
„ no virorum concentu adventans totam permovit civitatem. Illic
„ ex tota urbe homines concurrere, mulieres conclamare, & quaſi
„ urbs jam capienda foret, undique tumultum atque pavorem con-
„ ſpiceres.„ Diſtincta jam erant Aulicorum miniſteria, Mareſchalli, Dapiferi, Pincernæ &c. In litera feudali Seinenſi anni 1152. ſubſcripſere Wilhelmus *Mareſchallus*, & Ludovicus *Dapifer*. In permutatione caſtri & curtis Naſſau anni 1158. inter miniſteriales Trevirenſis Eccleſiæ idem Wilhelmus *Mareſchallus*, nec non Fridericus & Friderus *Pincernæ*. In Carta Hemmerodienſi anni 1181. Albertus *Dapifer*. Omnibus quidem his, tam militibus, quàm miniſterialibus, ſua erant feuda, & ex his ſtipendia. Archiepiſcopo verò ampliſſima domania, quibus reliquam aleret familiam, & alias expenſas procurabat; nec tamen minus nunc quoque collectæ ſubditis impoſitæ. Hinc convenitur anno 1181. inter Arnoldum Archiepiſcopum & Arnulphum de Valencurt Curiæ Marcetanæ Advocatum, ut *petitiones ſive exactiones quocunque modo in præfata Curia* (de Marceto) *fiant, vel in valle illa, ſive in annona, ſive in nummis, ex æquo* inter Archiepiſcopum & Advocatum *dividantur*. Eodem intuitu Hillinus Archiep. an. 1167. Abbati Hemmerodienſi indulget: ut *in omnibus Curiis noſtris, in quibus nos & ſucceſſores noſtri pro aliqua neceſſitate exactiones & precarias poterimus facere, tu & Eccleſia tua de omnibus, quæ ibidem poſſidetis, liberi ſitis ab omni precaria & exactione tam noſtra, quam ſucceſſorum noſtrorum, aut etiam miniſterialium Trevirenſis Eccleſiæ.* Adde infra cartas noſtras de 29. Maij 1306. & 5. Febr. 1340. Porro in eo quoque principales Eccleſiæ noſtræ reditus nunc aucti fuerant, cùm Fridericus Imp. anno 1158. Hillino Archiepiſcopo & ſucceſſoribus in univerſo Trevirenſi territorio *agentariarum* regale largiretur.

Officia aulica. Jus collectarum, & argentariarum.

§. VII.

Sacræ Metropolitarum Trevirenſium dignitati non modicum ſplendoris hoc ſæculo adjecit, quòd Albero ab Innocentio PP. II. anno 1137. per Trevirenſem, Moguntinam, Agrippinenſem, Salisburgenſem, Bremenſem & Magdeburgenſem provincias; Hillinus verò anno 1157. ab Adriano PP. IV. per univerſum Teutoniæ regnum *Legati Apoſtolici* conſtituti fuerint; qua etiam auctoritate eos haud raró uſos probant, quæ edimus documenta. Cæterùm, quod ad *Metropolitica* jura attinet, ea nunc maximè reſplendent in conciliis provincialibus, quæ annuatim bis ſub Archiepiſcoporum noſtrorum præſidio congregata fuiſſe dicimus ad Diploma Confirmationis Abbatiæ de Bello Campo an. 1157. *not. d.* Talem ſynodum Adelbero habuit Theonisvillæ an. 1132., in qua Simon Lotharingiæ Dux uſurpatas in eccleſiam S. Deodati exactiones dimiſit. Aliam anno 1135., in qua Henricus Comes Salmenſis Abbatiæ Senonenſi de oppreſſionibus & injuriis ſatisfecit. Aliam anno 1136., in qua Præmonſtratenſibus Canonicis Abbatia S. Paulini Virdunenſis confirmata eſt. Aliam Hillinus juſſu Eugenii PP. III. ann. 1152. Treviris congregavit, in qua Matthæus Lotharingiæ Dux Romaricenſi Eccleſiæ conciliatur &c. Cùm verò ſæculo ſequenti Arnoldus Archiep. in habendis ſynodis ſegnior eſſet, mo-

Jus Legationis Pontificiæ. Concilia Provincialia.

nitione

nitione Cleri anno 1256. de hoc defectu emendando rogatus eſt. Ex documentorum in his conciliis exaratorum ſubſcriptionibus inſimul docemur, quibus jus eisdem interveniendi fuerit. Hoc jus nonnullis ſpeciatim indultum eſt, utì notanter Abbati Arnſteinienſi in præcepto Lotharii III. R. an. 1146. Præter Metropolitanas ſeu provinciales has ſynodos etiam celebrabantur *Diæceſanæ*. In harum una, uti ex ſubſcriptionibus apparet, anno 1107. confirmata fuit fundatio Abbatiæ Springirsbacenſis; in alia, anno 1142. coacta, Albero Archiep. Bullam, à Ludovico Iſenburgio ſuper Præpoſitura S. Florini Confluentiæ è Romana Curia ſubreptam, laceravit. Vid. Brow. *Annal. Lib. XIV. n.* 43. Omnibus his conciliis majus & celebrius eſt, quod Præſide Eugenio PP. III. intervenientibus octodecim Cardinalibus, ſed & Epiſcopis multis *Germaniæ*, *B[illegible]æ*, *Franciæ*, *Angliæ*, *Burgundiæ*, *Lombardiæ*, *Tuſciæ*, *& ex omni natione, quæ ſub cælo eſt* (utì teſtatur Baldericus *in Vita Alberonis*) an. 1148. Treveris celebravit idem Archiepiſcopus noſter; in quo ipſe tanquam Primas ante omnes hos Cardinales & Epiſcopos primam à Rom. Pontifice ſedem tenuit. De hoc concilio accuratiùs egerunt Martene & Durand *Collect. ampliſſ. Tom. II. in Præfat.* §. 4. Atque hæc omnia quidem non ad Trevirenſis Eccleſiæ ſplendorem tantùm pertinent, ſed & maximè ad diſciplinam eccleſiaſticam noſtræ Archidiœceſis, nec non ad rem literariam patriam.

& Diœceſanæ.

§. VIII.

Hæc nunc excoli continuata in ſcholis monaſticis, & in illa, quam in Collegio Metropolitano primus inſtituit S. Wolffgangus. Quibus jam accedunt ſcholæ Collegiatarum, in quibus hoc ſæculo ſunt *Magiſtri ſcholarum*; quos in illa S. Simeonis videmus in cartis noſtris an. 1152. & 1181. Inter viros autem literatos nunc eminent imprimis Archiepiſcopi: *Bruno*, quem Geſta Trevirorum Marteniana *pag.* 186. *lit. b.* non tantùm *literis ſatis eruditum* vocant, ſed *pag.* 187. *lit. c.* ſermones ad populum frequenter dixiſſe, commemorant. Hunc facilè ſuperavit *Albero*, qui eruditiſſimus ipſe doctorum virorum commercio ita inhiavit, ut eorum nonnullos ſemper in comitatu haberet. Inter hos nominatim *Jarlandus* ſeu Barlandus, Bizontinus, & *Theodoricus* Carnutenſis, ambo celebres ea ætate Magiſtri, quos jam ſupra §. VI. memoravimus. Sed imprimis *Baldericus* ſummæ ædis Scholaſticus, qui Leodii (urbem tum *ſtudiis literarum præ cæteris apprimè famoſam*, utì teſtatur Conradus Urſpergenſis *Chron. p.* 261.) primùm literas doctus, in Pariſienſi deinde curia cauſis perorandis multùm claruit, Alberoni deinde usque ad mortem adhærens, cujus poſtea acta conſcripſit. Vid. Epiſt. Wibaldi Stabulenſis de an. 1148. Sed nec vulgaris eruditionis virum oportuit fuiſſe *Joannem I.*, qui Treviris, mediocri genere, utì refert Kyriander *Annal. Trev. p.* 161. natus, ad Imperialis Cancellarii munus, & inde ad ipſam Trevirenſis Eccleſiæ cathedram emerſit. His addendus *Berengoſus* Abbas S. Maximini qui varios Commentarios à ſe pro ejus temporis uſu ſatìs eleganter ſcriptos reliquit; nempe *de laude & inventione S. Crucis libros tres. De myſterio ligni dominici, & de luce viſibili & inviſibili librum ſingularem. Orationes in natalem Martyrum duas. In natalem Confeſſorum totidem; in Dedicationem templi unam.* Quæ omnia edidit Chriſtophorus Carthuſianus Trevirenſis, & poſt illum alii. Porro, quam in *cap.* 6. *X. de Majorit. & Obed.* Innocentius III. inſtituit comparationem à ſole & luna,

Scholæ Collegiatarum Eccleſiarum.

Archiepiſcopi docti.

Alii viri literati.

luna, eam è Berengoſi noſtri ſermone de Myſteriis ligni dominici à Pontifice deſumptam, tradit Gonzalez *ad d. cap. not. f. n.* 8. Ad præceptum Conradi III. Regis de an. 1144. *not. b.* meminimus *Lamberti* monachi S. Mathiæ, viri literati, & inter ejus ævi ſcriptores numerandi. An. 1132. exhibemus *Joannis* monachi epiſtolam, ſacrâ eruditione refertam, ad Adelberonem Archiepiſcopum, de *Tribus Miſſis in nativitate Domini celebrandis, & de feſtis infra eandem Octavam recolendis.* Meminit in eadem epiſtola Joannes, ſe antè ediſſe *libellum de Miſſali officio Dominici adventus.* Hunc monachum in Epternacenſi Abbatia fuiſſe non dubitamus, è qua etiam memoratam epiſtolam hauſêre Martene & Durand. Nec hìc prætermittenda *S. Hildegardis*, eruditionis in ſuo ſexu miraculum; quæ quamvis, quoad domicilium vicina tantùm nobis fuerit, quoad commercium tamen literarum & alia inter noſtrates meritò refertur. Poſtquam enim Eugenius PP. III. ejus doctrinam examinandam curaverat, & hanc Treviris in concilio exiſtens probaverat, non ſolùm illa cum Archiepiſcopis noſtris Hillino & Arnoldo, ſed & cum Richardo Abbate Springirsbacenſi, cum Bertulpho & Ludovico Abbatibus S. Mathiæ, cum Præpoſitis S. Simeonis Treviris & S. Florini Confluentiæ, cum parocho quodam urbis Trevericæ &c. epiſtolas eruditione & ſanctitate plenas commutat, ſed deinde ipſa anno 1160. Treviris exiſtens, ſcriptis ſuis clero noſtro mala prænuntiat, quæ eventus probavit. Porro *Ecbbertus*, ex Canonico Bonnenſi ad Rhenum, ſororis ſuæ Eliſabethæ ſanctimonialis conſilium inſtitutúmque ſecutus, in Schönawienſi, Trevericæ Diœceſis, Benedictinorum familiâ monachum profeſſus, Abbatis denique auctoritate illic præfuit, multis nominibus ab eruditione & religione, maximè intra annum 1160. & 1180. clarus. Vulgavit I. *Sermones XIII. adverſùs Catharos ſeu Waldenſes*, ſui temporis hæreticos; quibus decem eorum hæreſes, ex Manichæorum erroribus petitas, egregiè refellit. Inſcripſit opus Rectori pontificalis cathedræ in Colonia D. Reginaldo. II. *Excerptum ex D. Auguſtino de Manichæis ad eorum hæreſes arguendum.* Hæc Gretſerus & Lucas Tudenſis edidêre in Bibliotheca Patrum. III. *De Tranſitu S. Eliſabethæ Schanaugienſis*, in parthenone haud procul diſſito, ſororis ſuæ, unâ cum ejusdem *Viſionum Libris III.* & *Epiſtolarum Libro I.* Coloniæ anno 1628. edito. Addit IV. Geſnerus in ſuâ Bibliotheca ſequentia Echberti ſcripta, quæ lucem hactenus non viderunt: *In principium Evangelii Joannis librum unum.* Item *ſuper Magnificat librum unum.* Porro *ſuper Miſſus eſt librum unum. Meditationum librum unum. Sermonum de tempore libros duos.* Poſtremò *in laudes Salvatoris librum unum.* Sed & ſcriptis ſuis hoc ſæculum noſtrámque Archidiœceſin illuſtravit *Potho*, monachus Prumienſis, piis commentationibus delectatus; vulgavit anno 1152. *librum de Domo Dei*, qui Hagenoæ primùm typo exſcriptus, deinde in Bibliothecam veterum Patrum illatus eſt. Scripſit & *de ſtatu Domus Dei libros V.* nec non *de Magna Domo ſapientiæ librum unum.*

CCCVII. EPI-

CCCVII.

EPISTOLA
THIOTFRIDI ABBATIS EPTERNACENSIS
AD
1101.
HENRICUM IV. IMP.
ut ablatas Monaſterio in Hollandia Eccleſias reſtitui faciat.

Martene *Tom. I. p.* 584.

GLorioſiſſimo domino ſuo imperatori auguſto Henrico, gratia Dei id quod eſt, (a) Thiotfridus, intimum & devotiſſimum orationis obſequium, & quidquid in cœlo & in terra eſt optimum. Nulla omnino, domine mi, poſſum exprimere facundia, quanta cor meum exhilaraſtis lætitia, cum nuper Leodio per proprias manus regias meæ exiguitati veſtram dignatus eſtis commendare animam. Pro ſummis & maximis regiæ magnificentiæ muneribus tantæ dignationis veſtræ pignus meis retuli fratribus, & veſtri memoriam in imis eorum recondidi viſceribus; ſed, o & præſidium, & dulce decus meum! cœptam in nos perficite gratiam, & quia videtis, quod Chriſtus Dominus in vobis chriſto ſuo complet ſua per Iſaïam promiſſa: Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam; in nobis ultimis illius ſervis ejus honorare magnificentiam, per tyrannidem ablatas in Hollant eccleſias, quas æternæ memoriæ genitor veſter Henricus ſancto Willibrordo, Moguntiæ papa aſſidente nono Leone * reddidit, noſtræ facite eccleſiæ *, & * dedit
hoc regio munere noſtræ paupertati * reddi
conſulite. Vale.

N O T A.

(a) *Thiotfridus.*] Abbas, qui ab anno 1083, ad 1110. Epternacenſe Monaſterium laudabiliter rexit.

CCCVIII.

1101. *26. Martij.*
HENRICUS IV. IMP.
Monachis S. Maximini reſtituit curtes Suabheim & Ebernesheim.

Zyllesius *Defenſ. S. Maxim. P. III. p.* 46.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia tertius Romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus tam futuri, quam præſentis temporis fidelibus, quoniam duas curtes, Suabheim, & Evernesheim, quæ jure fratribus de ſancto Maximino Trevirenſi ſervire debebant, ſed ob negligentiam abbatum, & malorum hominum cupiditatem fratribus abalienatæ fuerunt, & in beneficium datæ fuerunt, nos quoque in beneficium donavimus, quia ipſos abbates eas in beneficium dediſſe cognovimus. Sed divina miſericordia nos exterius gravi corporis moleſtia corripiente, interius vero occulta ſua inſpiratione clementer monente, contra Deum, & ſanctum Maximinum nos peccaſſe recognovimus, & quod deliquimus, ex toto corde corrigere propoſuimus, ſperantes nobis divinam gratiam meritis, & interceſſionibus beati Maximini reconciliari. Gravi igitur corporis ægritudine liberati prædictas curtes, ob noſtram ibi memoriam a fratribus perenniter faciendam, ſimul etiam pro remedio animarum parentum noſtrorum, avi videlicet Cuonradi, & patris noſtri

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

CCCVIII.

Henrici imperatorum, Giſelæ avæ noſtræ, Agnetis matris noſtræ imperatricum, & filii noſtri dilectiſſimi Henrici quinti regis, aliorumque noſtrorum parentum, libere reddidimus, ea videlicet ratione, ut Folcmarus ejusdem loci abbas, ipſiusque ſucceſſores prædictas curtes ad uſus fratrum Deo ſanctoque Maximino ſervientium poſſideant, & nulli unquam dare, beneficiare, vel vendere, vel invademonium alicui ponere, aut aliquo modo abalienare præſumant. Decernimus
(a) quoque, ut (a) in anniverſario die noſtræ ordinationis ad imperium, quæ eſt pridie kal. April. fratres ſervitium inde habeant, & trecenti pauperes paſcantur, & ex his duodecim veſtiantur; &, quod nobis vivente de pauperibus, & fratribus fieri conſtituimus, idem poſt obitum noſtrum in anniverſario noſtro obſervari diſponimus. Et ut hæc traditio firma, & inconvulſa in perpetuum permaneat, cartam præſentem ſigilli noſtri impreſſione inſigniri præcipimus.

Signum domni Henrici tertii Romanorum imperatoris invictiſſimi.

Humbertus cancellarius recognovit. Data VII. kal. Aprilis anno ab Incarnatione Domini MCI. indictione VIIII. regnante Henrico tertio Romanorum Imperatore auguſto anno XLVII. imperante * XVI. Actum eſt Spiræ in Dei nomine feliciter, amen. * lege XVIII.

N O T A.

(a) In anniverſario die noſtra ordinationis ad Imperium, qua eſt, pridie Kal. Aprilis.] Conf. Chron. Gotwic. *Tom. prodrom. pag.* 303. Maximiniani porro, hujus decreti memores; faſtis domeſticis defuncti Imp. nomen hac formulâ inſcripſerunt: *VII. Id. Auguſti ⊖ Henricus quartus Rex, tertius Romanorum Imperator Auguſtus, qui curtem Suuabenheim....... Brichinheim, fratribus S. Maximini red...... at in anniverſario.... eis plena Karitas detur, & ut pauperibus elemoſina tribuatur.* Liber autem Anniverſariorum parentalium ſic eâdem die edit: *Henricus quartus Rex, tertius Imperator, qui reddidit nobis curtes perditas circa Moguntiam. Kar.* Alius denique coævus liber iſte habet: *Henricus quartus Rex anno MLXXXIV. ordinatus eſt in Imperatorem à Clemente Papa ipſo die Paſcha, id eſt, II. Kal. Aprilis. In qua ordinatione, quam diu viveret, fratribus hujus loci plenam Caritatem conſtituit, ex curtibus Suabheim, Everenisheim, Brichinheim, quas S. Maximino ſibi in viſu apparenti magna ... . neceſſitate conſtrictus, ablatas reddidit, & Henrico........ & poſt mortem ſuam ipſam Caritatem in Anniverſario ſuo fieri, Folcmaro Abbati præcepit, & coram Principibus hanc ......ſigillo confirmavit.*

CCCIX.

CARTA HENRICI IV. IMP.

1101. 3. *Aug.*

pro Monaſterio Prumienſi de Prædii Prumisfeld, ab Henrico de Limburgo ablati, reſtitutione.

Martene *Coll. ampl. Tom. I. p.* 585. * IV.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia * tertius Romanorum imperator auguſtus. Omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, quod de quodam prædio fecimus, videlicet Prumisfeld, qualiter Prumienſi eccleſiæ S. Salvatoris a juſtis poſſeſſoribus idem prædium traditum, ab invaſore raptum, eidem eccleſiæ recuperavimus. Illud idem videlicet prædium nomine Prumisfeld, quidam comes Bruno de Hengebach cum omnibus appendiciis ſuis, id eſt, utriusque ſexus mancipiis, terris cultis & incultis, viis & inviis, pratis, campis, ſylvis, venationibus, aquis aquarumve decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, exitibus & reditibus, quæſitis & inquirendis, accum omni utilitate, quæ ſcribi vel nominari poterit, S. Salvatoris eccleſiæ Prumienſi in proprietatem tradendo firmavit, firmando tradidit, ea conditione, ut quatuor manſi cum duobus ſervientibus Odilo-

ne

CCCIX.

ne & Stephano ſtatim ad manum eccleſiæ in ſuos uſus reciperet; cetera ipſe cum uxore ſua, Mathilde videlicet, quouſque viverent, ad ſuos uſus retinerent, & ſi ipſa maritum ſupervixiſſet, ante mortem ſuam ad eandem eccleſiam Prumienſem veniret, & ſicut ab omnibus laudatum eſt, eidem eccleſiæ idem prædium, ſicut maritus ejus firmaverat, ipſa quoque firmando traderet, tradendo firmaret, quod & ipſa ita perfecit. Nam poſt mortem mariti ſui eidem eccleſiæ idipſum prædium adhuc vivens firmavit, & ipſa defuncta ibidem in monaſterio S. Salvatoris eſt ſepulta. Illud ergo prædium ab ejusdem eccleſiæ abbatibus absque ulla contradictione diu poſſeſſum diu retentum, quidam (a) comes Henricus de Limburg invaſit, rapuit, & quod ſuum non erat, quaſi propr um poſſedit. Quam injuriam domnus (b) Wolframnus abbas Prumienſis cum fratribus ſuis tamdiu eſt conqueſtus nobis, donec miſericordia moti, zelo Dei accenſi, judicio principum ſuper eundem comitem Henricum cum exercitu venimus, (c) caſtella ejus deſtruximus, eumque, ut huic eccleſiæ Dei, aliisque, quas devaſtavit, juſtitiam faceret, compulimus. Primum igitur Coloniæ in noſtra præſentia & filii noſtri Henrici regis judicio principum convictus præfatum prædium Prumisfeld, quod S. Salvatori rapuit, in manum noſtram & præfati abbatis Wolframni, & advocati Bertolphi juſte reddidit. Aderant hi principes noſtri (d) Egilbertus Trevirenſis archiepiſcopus, Burchardus Monaſterienſis, Wido Oſenburgenſis, Henricus Padebrunnenſis, Adilbero Metenſis, Cuono Wormacienſis, epiſcopi. Dux Fridericus, marchio Burchardus, Gerat de Waſenberg, Gerat de Guliche, Vernerus de Groninche, Adolf de Monte, comites, & alii multi principes noſtri.

Deinde cum de Colonia ad inſulam Werdæ veniſſemus curtim noſtram, idem comes Henricus prædium, quod Coloniæ reddidit, ſe reddidiſſe Werdæ negavit, ubi principes convenire fecimus, & eundem Henricum in præſentia noſtra judicio & teſtimonio principum, quod abbati prædium, quod negaverat, reddidit, convicimus: quod ut nunquam negare ulterius poſſet, idem prædium in manum noſtram & in manum abbatis Wolframni & ejus advocati Berchtolfi eum reddere fecimus, præſente filio noſtro rege; aſtantibus principibus Burchardo Monaſterienſi, Widone Oſcenbrucenſi, Cuonone Wormacenſi, Hecelone Veronenſi, epiſcopis. Magno duce Ottone de Sutpheni, Gerardo de Waſſenberg, Theodorico de Toneburch, Adolſo de Monte, Gerardo de Guliche, Werinhero de Gruoningue, Henrico de Diediſſo, comitibus, & Bercdolfo filio Bercdolfi comitis & ſupraſcripti advocati, & aliis compluribus noſtris fidelibus.

Quod totum fieri Deo auxiliante laboravimus, tum pro juſtitia tum pro remedio animæ noſtræ & parentum noſtrorum Conradi avi noſtri, Henrici patris noſtri imperatoris, Giſelæ avæ noſtræ, Agnetis genetricis noſtræ, Berchdæ conjugis noſtræ imperatricum, &

N O T Æ.

(a) *Comes Henricus de Limburg.*] Hujus nominis ſecundus, inferioris Lotharingiæ Dux. Matrimonio ſibi junxerat Adelam hæredem Comitatûs Arlunenſis, qui hac ratione in domum Limburgenſem tranſiit. Obiit Henricus circa annum 1118.

(b) *Wolframnus Abbas Prumienſis.*] Is ſucceſſerat N zoni Abbati è familia Comitum Juliacenſium nato, qui pedo hodiedum Prumiæ aſſervato hos verſus inſcribi curavit:

Attrahe, pelle, fove, qui ſis, non immemor ipſe:
Sic prodeſſe tibi poteris, quod diceris eſſe.

Wolframnus autem, de Bettinga natus, zeloſus jurium monaſterii defenſor & amiſſorum recuperator ſcribitur Coſmæ Kauuf *Defenſ. Prumien. p.* 45.

(c) *Caſtella ejus deſtruximus.*] Hoc factum menſe Majo hujus anni. Extat in Miræi *Opp. diplom. Tom. I. p.* 673. diploma, quo Henricus IV. Imp. confirmat privilegia Abbatiæ Lobienſis, ubi: *actum in obſidione Caſtri Lemburg. Dat. XVII. Cal. Jun. an.* 110 .

(d) *Egilbertus. Anno MCII. mortuus eſt Egilbertus Trevirorum Archiepiſcopus, Eccleſiæ ſuæ reparator magnificus, in pauperes pius & miſericors, qui gregem ſibi commiſſum verbo & exemplo erudiens ad obſervantiam mandatorum Dei, non ſine opinione ſanctitatis ex hac vita migravit ad Dominum. Erat ſiquidem doctus in lege Domini, & tam in divinis ſcripturis, quam in ſæcularibus literis haud mediocriter eruditus, & ob id non ſolum procuravit temporalia ut Princeps, ſed multo magis ut Epiſcopus ſpiritualia, celebrando ſacrificium Dominici Corporis, ordinando, miniſtrando, conſecrando & prædicando verbum Dei populo ſibi commiſſo diligentiſſime ſollicitudinem impendit, quod hodie paucos admodum facere conſpicimus.* Ita Trithemius *Chron. Hirſaugien. Tom. I. p.* 327. *ad an.* 1102.

CCCIX.

& pro ſtabilitate imperii noſtri & regni filii noſtri Henrici regis. Pro hoc labore & ſtudio noſtro promiſit nobis, & in hac carta ſcribi rogavit idem abbas Wolframnos, ut deinceps pro debito quotidianas orationes pro fratribus ſuis ipſe ſuique ſucceſſores pro nobis faciant, quamdiu vivimus, & ſpecialiter in die ordinationis noſtræ in regnum, id eſt, XVI. kalend. Auguſti, miſſas, orationes & refectionem fratribus, quinquaginta pauperes paſcant; ſimiliter in die ordinationis noſtræ in imperium, id eſt, II. kal. Aprilis, miſſas, orationes & refectionem fratribus faciant, quinquaginta pauperes paſcant. Similiter in die ordinationis filii noſtri Henrici in regnum, id eſt in epiphania Domioi, miſſas, orationes & refectionem fratribus faciant, L. paoperes paſcant. Poſtquam vero de hac vita migraverimus, ego videlicet, & filios noſter Henricus rex in omni anniverſario depoſitionis meæ, miſſas, orationes, & refectionem fratribus pro anima mea faciot, CCC. pauperes paſcant, XXX. pauperes veſtiaot. In omni autem anniverſario depoſitionis filii noſtri regis noſtri Henrici miſſas, orationes & refectionem fratribus pro ejus anima faciant, L. pauperes paſcant, XII. pauperes veſtiant. Hoc quoque firmiter ſtatuimus, ut nulla perſona ſive imperator, ſive rex vel abbas idem prædium alicui præſtare, aut aliquo modo eccleſiæ Prumienſi fratribus abalienare præſumat. Et ſi præſompſerit, odium Dei & omnium ſanctorum ſuorum incurrat. Quod ut firmum & inconvulſum ſempiterno ævo permaneat, hanc cartam inde conſcriptam, &, ut infra videtur, propria manu corroboratam, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Signum domni Henrici III. Romanorum imperatoris. Data III. non. Aug. anno Dominicæ Incarnationis MCI. indict. IX. aono autem domni Henrici III. Rom. imperatoris auguſti ordinat. quidem XLVIII. regni autem XLVI. imperii vero XVIII. Actum feliciter Werdæ in Dei nomine feliciter, amen.

BRUNO
ARCHIEPISCOPUS.

CCCX.

1102. Abbatia S. Maximini cedit Stabulenſi decimam in Marcha.

IN nomine Domini. Notum ſit omnibus fidelibus, quod (*a*) Thiebaldus advocatus cum (*b*) comite Henrico Stabulaus veniens, ſummo labore annitente eodem comite Henrico cum aliis, qui aderant, nobilibus vel eccleſiæ hominibus, vix obtinuit, ut ſibi concederetur a fratribus decima eccleſiæ, quæ in (*c*) Marcha; ea ſcilicet ratione, ut fratres ſingulis annis decimatores conſtituant, & ea, quæ in domo ipſorum* juris eſt, reposita, clavem recipiant, & eam penes ſe habeant, dooec idem Thiebaldus tertia die poſt feſtivitatem S. Andreæ qoatuor libras perſolvat. Quod ſi ea die, ut dictum eſt, non perſolverit, fratres exinde ipſam decimam quietam ſine alicujus contradictione poſſideant, & in uſus ſuos, prout

* forté legendum: *in domo, quæ &c.*

N O T Æ.

(*a*) *Thiebaldus.*] De Haia, Stabulenſium ſubadvocatus; major enim advocatus erat Albertus III, Comes Namurcenſis.

(*b*) *Comite Henrico.*] Luxemburgenſi. Vid. Zyllel. *Defenſ. Abb. S. Maxim. P. I. Cap. 3. Sect.* 1. *pag.* 43. Hunc inter Comites Luxemburgenſes omiſit Bertholet *dans ſon Hiſt. de Luxemb. Tom. III.*

(*c*) *Marcha.*] Hodie *Marche*, in Arduennæ Provinciæ Lucilimburgenſis oppidum, Namurcæ & Baſtoniæ intermedium.

CCCX.

prout eis viſum fuerit, convertant. Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis MCII. præſente domno Folmaro abbate * & tota fratrum congregatione, ſub teſtimonio ejusdem comitis & advocati Henrici, & Joannis de Praz, & Boſonis fratris ejus, Gisleberti de Giverules, Adelardi de...... Stephani, Roberti, Reineri..... & aliorum multorum, ſive nobilium, ſive eccleſiæ hominum.

*S. Maximini, ſimul & Stabulenſi.

CCCXI.

JUDICIUM HENRICI IV. IMP.

1102.

adversùs Prumienſis Monaſterii Advocatum, in quo omnia ejus jura & privilegia deſignantur.

Martene *Coll. amp. Tom.* I, p. 595.
* IV.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia * III. Romanorum imperator auguſtus. Omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus tam futuris quam præſentibus notum eſſe volumus, quod Wolfframus abbas Prumienſis, & congregatio S. Salvatoris, dolens abbatiam injuſta advocatorum & ſubadvocatorum, maxime autem
(a) (a) Bertoldi de Ham & filiorum ejus inſolentia vexari, ſæpe clementiam noſtram & principum noſtrorum idipſum lacrymabiliter proclamans adiit, donec timore & amore Dei, & ipſa juſtitia compulſi, filium noſtrum Henricum regem & epiſcopum Trejectenſem Conradum, & Henricum comitem Palatinum, aliosque quamplurimos prin-
(b) cipes noſtros convenire ad (b) novum monaſterium ipſius abbatis, præcipimus, pro juſtitia inter eos examinanda & injuſtitia prohibenda. Ventum eſt ad diem, abbas iterum & fratres ſui eandem proclamationem faciunt, quam huic cartæ juſſimus annotari; quatenus ex injuſtitiæ conſideratione, clarius eluceat decretum juſtitiæ.

Deo & vobis, domni & principes proclamamus, quod advocatorum & ſubadvocatorum, maxime vero Bertoldi de Ham & filiorum ejus tanta ſuper familiam & res eccleſiæ S. Salvatoris excrevit inſolentia, ut ipſe Bertoldus publice exactores ſuos ſuper loca & villas noſtras ponat, & ſervitium ſuum per totum annum, ubi neque cenſum, neque ullam omnino, excepta advocatia, proprietatem habet vel habuit, prout ſibi videtur, conſtituat, & quaſi debitum exigat. Unde coacti exactores ſui loca noſtra prædonum vice circumeuntes placitis juſtis & injuſtis, petitionibus, minis, poſtremo invaſionibus, ad ultimam homines noſtros pauperiem redigerunt, & exire de patria & hæreditate ſua mendicandi coegerunt cauſa. Super hæc vero omnia ipſe hoſpitia in curtibus noſtris & in domibus familiarum ſingulis, quotiens vult, accipit. Poſt filii ejus, ſervi, deinde ſubadvocati & venatores, de rebus noſtris & familiæ, quantum ſibi & ſuis libet, ſingula accipientes, ex toto abbatiam devaſtantes.

Proclamatione facta, filio noſtro & regni principibus cauſæ abbatis compatientibus, & indignatione & clamore Bertoldi & filiorum ejus crudeliſſimam injuſtitiam quaſi uno ore increpantibus, lectis etiam & expoſitis in audientia cunctorum omnibus teſtamentis, ſignatis a Pippini regis tempore ipſius eccleſiæ conditoris, quæ prædictæ eccleſiæ & advocatorum officium & jura continebant. Ipſe adhuc in pertinacia obfirmatus & irridens teſtamenta, (c) dicens, quod penna cujuslibet (c)
quæ-

NOTÆ.

(a) *Bertoldi de Ham.*] *Ham* dominium eſt & caſtrum ad amnem Prumiam, quatuor circiter horis à monaſterio Prumienſi diſtans, hodie ad Comitem de Lanoy pertinens. Ab hoc caſtro dicebatur Bertoldus & ejus deſcendentes.

(b) *Novum monaſterium ipſius Abbatis.*] Hodie *Münſter-Eiffel.*

(c) *Dicens, quod penna cujuslibet qualibet notare poſſet.*] Cùm ad præcepta Pippini & om-
nium

CCCXI.

quælibet notare poſſet, non ideo ſuum jus amittere deberet. Tandem ad ſuæ defenſionis arma confugiens, jus voluntarium ſolus hoc modo ſibi conſtituit, ut ſervientes ſæpefatæ eccleſiæ, quos ipſe eligeret & nominaret, jus illud, quod ipſi dicerent, & ſacramento firmarent, illud ipſe probaret & ſequeretur.

Huic conditioni abbas primum fortiter repugnavit; videbatur enim eſſe periculoſum, ut relictis * ſacramentis ſequeretur ſacramentum eorum, qui datis manibus illi, vel ab eo ſuſcepto beneficio, propter timorem ſui vel rerum ſuarum illi adhærebant. Victus tamen ejus importunitate & amicorum, vix ſuſcepto conſilio, hac conditione conceſſit, ut eorum, qui juraturi erant, dimidiam partem ipſe abbas, dimidiam partem Bertoldus nominaret. Qui rurſum, niſi ſolus ipſe cunctos nominaret, propoſitum reprobavit. Abbate denique ſatisfaciente importunitati ejus, conſenſu ſuo quos Bertoldus nominavit, proceſſerunt, & ſicut unquam rectius a majoribus ſuis acceperant, vel ad memoriam verius revocare poterant, advocatorum jura per ſingulas villas diligenter prædixerunt, & prædicta reverenter ſacramento ſanxerunt. Hæc ſunt quæ prædixerunt & juraverunt.

* teſtamentis

I. Nullus ſubadvocatus ſive alia perſona ſuper res & familiam ſancti Salvatoris audeat placita, petitiones facere, hoſpitia quærere.

II. Ipſe advocatus, qui bannum ab imperatore ſive a rege accepit, tria ſolum placita in anno ſtatutis in locis
(d) habeat, ubi quidquid (d) vadimoniorum conſtituitur, diſpoſitis ad arbitrium abbatis ſive procuratoris ipſius vadimoniis, duæ partes abbati, tertia advocato, perſolvatur.

III. Super officiales miniſtros & beneficia ſervientium, & omnia jura & curtilia abbatis nullam prorſus conſtituendi, deſtituendive poteſtatem habeat, niſi aliqua rebellio ibi fiat. Et de occiſo intus vel foris ſancti Salva-
(e) toris homine, ſi per ſe abbas (e) weregeldum acquirit, nil advocatus acquirat inde. Si vero advocatus acquiſierit, duas partes abbas, tertiam advocatus accipiat.

IV. Nullum verberare vel tondere ſine abbatis vel fidelium ſuorum præſentia & ſociorum ſuorum judicio præſumat, & ſi ſe culpabilis redimit, pretium dividant.

V. Si abbas in dominicatu ſuo ſilvam, ubi advocatus bannum ſuper beſtias non habet, ad novalia dederit, nihil advocatus inde habebit.

VI. Nullus ſervientium abbatis pro culpa aliqua in domum advocati vel uſquam pro gratia ſua acquirenda ſive ratione reddenda veniat, ſive rationem reddat, niſi in præſentia abbatis in placito publico; ſed neque manſionarius aliquis, niſi in curte ad quam pertinet, nulli hominum eccleſiæ parefredum ſive bovem, aut vaccam, vel porcum, ovem, ſive veſtimentum, vel aliquid in domo ſua, aut in agro ſeu in prato vel vinea poteſtative auferat. Quisquis hujusmodi juris eſt, ut ad bubulcum jure poſſit conſtringi, & qui cenſum de capite ſuo perſolvit, hic, ſi extra poteſtatem ſugerit, vel tali loco, ubi magiſter ejus juſtitiam ab eo habere non poteſt, conſtiterit, advocatus aut miſſus ejus cum legato abbatis illuc eat, & fugitivum atque rebellem ad curtim propriam conſtringat.

VII. Ubicumque res eccleſiæ, agri videlicet, ac vineæ, ſive decimationes, terra culta & inculta, infra advocatiam ſuam invaſæ fuerint, aut juri eccleſiæ retineat, aut de ſuo reſtituat.

VIII. Ad tria placita, quæ prædiximus, unum ſervitium, quæ poſt paſcha deberur, ab abbate accipiat. Duo, quæ familia ſibi debet, taliter exhibeat:

IX. Unusquisque de familia obulum unum in epiphania Domini, alium in feſto S. Joannis Baptiſtæ, ad ſervitium advocati perſolvat. Curtes etiam determinatæ, quæ advocato integrum ſervitium debent, ſcripto mandatæ & ſacramento firmatæ, hæ ſunt: videlicet, Mettendorff, Rumaresheim, Prumia

N O T Æ.

nium ſubſequentium Regum, qui de juribus advocatorum Prumienſis Eccleſiæ ſtatuerant, provocaverit Abbas, eaque coram expoſuerit, videtur Advocatus Bertoldus hac ſua exceptione ad falſitatem & ſuppoſitionem diplomatum, hoc jam ſæculo notam, & fortè nimis frequentem, intendere.

(d) *Vadimoniorum.*] Pœnarum, ſeu mulctarum pecuniariarum.

(e) *Weregeldum.*] Eâdem ferè notione. Eſt autem propriè capitis æſtimatio, ſeu pretium impoſitum pro homicidii, aut alterius etiam criminis mulctâ.

CCCXI.

Prumia inferior, Cuninbretch, Birgeſbura, Walmeresheim, Sephirno, * Merniche, Sneche. Iſtæ autem dimidium perſolvunt ſervitium: ſcilicet Ulmizo, Suevirdisheim, Buodenisheim, Morlebach, Deinisburo, Herisbesbancfeth, Luch, Merſche, Hutlingon, Nanzeinheim, Badenheim, Edelendorf. Integrum quoque ſervitium erit modius unus tritici, * ſitulæ vini duæ, porcus unus, XII. denarii, porcellus unus, gallinæ duæ, modii avenæ tres.

* Meringe.

* ſitula

Dimidium vero ſervitium erit modius dimidius tritici, ſitula vini una, porcus unus, ſex denarii, gallina una, avenæ modius & dimidius.

X. Superbannum & licentiam de vineis colligendis, & ſuper piſcationes fratrum nullam poteſtatem advocatus habebit.

XI. Placitum cum ſervientibus id eſt ſcarariis ſancti Salvatoris ſemper poſt natalem S.Remigii octavo die in Merniche placitabit. Eadem die ex parte abbatis jam dictum ſervitium integrum, ſi venerit, accipiat; ſi autem non venerit, ſervientes de placito abſoluti erunt, & villicus de ſervitio per totum illum annum. In quocunque autem loco jure placitum habere debet, eadem die villicus abbatis ſervitium advocato tribuat, & nusquam alibi, quia communiter debent frui, ibique conſtituta antiquitus die familia, ſi ei ante tres vel duos dies renuntiatum non fuerit, in curte exſpectet placitum. Quodſi ab advocato neglectum fuerit, villicus de ſervitio & familia abſoluta erit de placito.

XII. Unusquisque de familia diem unum in anno operetur advocato ad Prumiam, ſive ad Ham, & nusquam alibi.

Hæc ſunt advocatorum jura & officia, & hæc conditio inter prædictum abbatem Wolframum Prumiæ, & ipſius loci advocatum Bertoldum de Ham & filios ejus, & omnes poſt eos advocatos, a filio quidem noſtro & principibus noſtris conſtituta & laudata; a ſervientibus autem eccleſiæ jurata. Quæ omnia ab ipſo filiisque ſuis bene ſunt laudata, ſed in multis poſtea male ſervata. Poſt mortem enim patris junior filius in beneficio ejus ſucceſſit, qui rurſum projecto jure per vias patris paſſim inceſſit, quod iterum abbas ſæpius proclamans, & quaſi inconſolabiliter dolens, cum aliud non poterat, donum beneficii fratri ejus, B. videlicet, usque ad audientiam noſtram noſtrorumque principum protraxit, ubi pertinacia tanti mali patris & fratris ab omnibus, qui aderant, intellecta, cum jure legali negare ei poſſet, conſilio tamen noſtro rogatuque non modico, ibi in præſentia noſtra recepit; ſed tali conditione ipſo laudante & vix impetrante, ut ſi quidquam de his, quæ laudata a patre & a ſervientibus eccleſiæ fuerant jurata, ipſe vel quisquam poſt eum infringeret, non aliud judicium, quam proſcriptionem totius beneficii, quod ab eccleſia teneret, expectaret.

Iſti autem ſunt, qui advocatorum jura prædixerunt & ſacramento confirmaverunt. Roricus de Titendorff, Walterus de Herlingesdorff, Adelgerus & Ruogerus de Liezingun, Adelgerus & Engilrich & Wizo de Boudenisheim, Adilhart de Hecilesrode, Rorich de Herminesdorf, Ernoſt de Badenheim, Walteri de Wetlindorf, Albwin de Suiovirdesheim.

Hæc ſententia coram me principibusque noſtris ſic tandem eſt diffinita, noſtraque authoritate firmata. Hi autem teſtes ſunt, qui huic conditioni aderant. Henricus rex filius noſter. Bruno archiepiſcopus Trevirenſis, Fridericus archiep. Colonienſis, Johannes epiſcop. Spirenſis, Burchardus epiſcopus Monaſterienſis, Otto epiſcopus Bambergenſis, Emehart epiſcopus Wircemburgenſis, Otbertus epiſcopus Leodienſis, & alii quamplures epiſcopi. Fridericus dux, Adelbertus, Gerardus, Theodoricus comites. Item Gerardus frater abbatis, Gerlach, Meginherius, Richwin, Cuono, Folcmar, Hereman, Henrich, Gundekar, Erckenbolt, & alii plures.

CCCXII.

HENRICUS IV. IMP.

1104. 5. Junij. Eccleſiæ S. Simeonis confirmat telonium in Confluentia, & ejus quantitatem pro ſingulis navibus & mercibus determinat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina faven-
* IV. te clementia * tertius Romanorum imperator auguſtus. Notum ſit omnibus, tam futuris quam præſentibus Chriſti fidelibus, qualiter Bruno venerabilis ac fideliſſimus nobis Trevirorum archiepiſcopus anno pontificarus ſui tertio, noſtram imperialem adierit clementiam, poſtulans, ut telonium Confluentinum a domiuo Poppone archipræſule Trevirenſi fra-
* anno tribus ſancti Simeonis antiquitus * tra-
1042. ditum, ſicut idem venerabilis Bruno archiepiſcopus ab ejusdem loci ſcabinis Bervico, Godeberto, Erenberto, Wickardo & univerſa familia cum fidelitate admonendo, quid a ſingulorum locorum navibus, quidve in eodem loco telonii antiquo jure ſolveretur, diligentiſſime exquiſivit, & ut ita impoſterum æternaliter permaneat, ſua epiſcopali authoritate confirmavit, nos quoque ob æternam & noſtri & ſui memoriam, utilitati tam præſentium quam futurorum proſpicientes, noſtra imperiali authoritate corroboraremus. Cujus piæ petitioni aſſenſum præbuimus, &, quod rogavit, fieri decrevimus. Hujus autem telonii ſumma hæc eſt: De Hoio venientes debent dare de unaquaque navi æneum caldarium, & duo bacena, & duas denariatas vini. De Diecrat ſimiliter. De Nameto ſimiliter. De omnibus locis circa Moſam jacentibus ſimiliter. De Leodio venientes debent dare duas caprinas pelles, & duo bacena, & duas denariatas vini. De regno Baldewini venientes debent dare pellem arietis ad opertorium ſellæ, quod theutonice dicitur *Hulfft*, & unum caſeum, & duas denariatas vini. • De Antwelſft ſimiliter. De Bomela debent dare uuum caſeum & duas denariatas vini. De Hertwerde debent dare unum bonum ſalmonem. De Thiele, & de omnibus locis compertinentibus venientes debent dare de unaquaque navi unum bonum ſalmonem pro onere, & duas denariatas vini. De Tanentria venientes ab intrante quadrageſima usque in paſcha debent dare de ſingulis navibus centum & viginti halecia; inde usque in autumnum viginti anguillas, & duas denariatas vini. De Trajecto venientes a paſcha usque ad autumnum debent dare unum bonum ſalmonem, inde usque ad paſcha centum & viginti balecia & duas denariatas vini. De Duesburg venientes debent dare unam tabulam ceræ, & unam denariatam vini. De Nuiſſa ſimiliter. De Theucia debent dare unum denarium & unam denariatam vini. De Colonia debent dare quatuor denarios, & unam denariatam vini, in autumno inſuper de ſingulis navibus debent dare unam tabulam ceræ, & unam denariatam vini. De Moguntia debent dare quatuor denarios & unam denariatam vini. De Binga & Lorica ſimiliter. De Bonna ſimiliter. De Wormatia & Spyra ſimiliter. De Straysburg debent dare ſex denarios & duas denariatas vini. De Conſtantia venientes debent dare unum ſiclum. De Zürich ſimiliter. Quicunque cuprum adduxerint, de unoquoque centenere debent dare quatuor denarios. De Ratispona venientes debent dare ſex denarios & duas denariatas vini. De Wirtzeburg ſimiliter. De Treviris venientes debent dare quatuor denarios & duas denariatas vini. De Tullo ſimiliter. De unoquoque ſomario dantur quatuor denarii. De ſolario emptionis quatuor denarii. Venditores gladiorum debent dare decimum gladium. De uno accipitre venali dantur quatuor denarii. Piſtores ipſius loci, quicunque ſint, vel undecunque ſint, qui ibi panem vendiderint, omni dominica dabunt panem unum telonario, vel ad quatuordecim dies unum obulum. Sutores aliunde venientes non audebunt ibi calceos vendere absque licentia telonarii, vel ipſius miniſtri. Sutores ipſius loci ter conveniuut ad placitum injuſſi, & unusquisque tunc dabit denarium unum, & in feſtivitate beati Martini quinque denarios. Dabitur autem eis cenſus ſutorum aliunde venientium a feſtivitate ſanctæ Mariæ

usque

CCCXII.

uſque ad feſtivitatem ſanćti Martini; pro hoc autem dabunt telonario & octo ſenatoribus bonum paſtum, telonarius autem dabit ſex ſextaria vini, & caſeum, qui mann una poſſit levari. In feſtivitate ſanćtæ Mariæ œconomus epiſcopi medietatem telonii habebit per unum diem integrum, & duos dimidios. Ut ergo hæc venerabilis archiepiſcopi conſtitutio & devota petitio, noſtraque imperialis ſuper his omnibus confirmatio, perpetualiter inconvulſa permaneat, chartam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Datum nonas Junii anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quarto, indićtione duodecima, regnante Henrico tertio Romanorum imperatore auguſto, anno regni ejus quinquageſimo, imperii autem decimo oćtavo. Aćtum Moguntiæ in Dei nomine feliciter, amen.

CCCXIII.

1107. ## Carta fundationis Abbatiæ Springirsbacenſis per Brunonem Archiepiſcopum Trevirenſem.

(a) IN nomine ſanćtæ & individuæ Trinitatis. (a) Bruno Dei gratia archiepiſcopus eccleſiæ Trevirenſis, omnibus tam futuris, quam modo viventibus, in Chriſto notum eſſe cupimus, qualiter bonæ quædam memoriæ fœmina, Benigna nomine, bonis parentibus orta, mortuo, cui nupſerat, Rudgero marito ſuo, ad eccleſiæ limina confugere, Deoque viduitatem ſuam dicare cum omnibus, quæ pro anima ſua dare poſſet, conſtituit. Itaque bonum ac Deo placitum cogitans, locum ſolitarium pro ritu ſuo aptum eligere, cellam in epiſcopatu noſtro in ſylva Contel (b) in loco qui vocatur Thermunt, in ea parte ſylvæ, quæ ſua erat, (c) licentia & permiſſione Sigefridi Palatini comitis, ad honorem Domini ſalvatoris conſtruxit, in qua clericos canonicos ſæculo abrenuntiantes, quorum parens Deus eſt, ſecundum inſtituta regulæ a B. Auguſtino conſcriptæ locari voluit, quorum conſilio & præcepto reliquum ſuæ vitæ duceret, & admiſſa corrigeret. Cum igitur rogatu ipſius ad conſecrationem ejuſdem cellæ veniſſemus, deſtinavit (b) (c)

eam

N O T Æ.

(a) *Bruno &c.*] Eum Trithemius *Chron. Hirſaugien. Tom. I. p. 327. ad an. 1102* dicit *Arnoldi & Adelhaidis Comitum Franciæ Orientalis filium.* Sed juvat illuſtris viri ſedem patriam & avitum prædium curatiùs ſpećtare in coævo documento. Fundaverat Bruno de conſenſu fratris ſui Popponis Monaſterium Ordinis S. Benedićti in Diœceſi Spirenſis loco Odenheim, quod anno 1494. ſæculariſatum, paulo pòſt in civitatem Bruchſalienſem translatum, ibidem hodieque ſub titulo Equeſtris Collegiatæ floret. Primævæ fundationis exemplar neque in propriæ Eccleſiæ neque in Epiſcopatûs Spirenſis archivo ſupereſſe, probè novi; extat tamen diploma Henrici V. Imp. quo potiſſima fundationis capita recenſentur: non piget ejus hactenus inediti partem, quatenus ad res Brunonis noſtri & paternas ejus poſſeſſiones dignoſcendas pertinet, huc referre. *In nomine ſanćtæ & individuæ Trinitatis. Henricus Dei gratia Imperator Auguſtus. Omnium ſanćtæ Eccleſiæ fidelium, præſentium ſcilicet ac futurorum cognoſcat induſtria, quod in regno noſtro quoddam Monaſterium ſitum eſt in Epiſcopatu Spirenſi in pago Creichgovve in Comitatu Bredeheim juxta villam Odenheim, quod dicitur Wigoldesbere. Hoc itaque a venerando Trevirenſi Archiepiſcopo Brunone in hæreditario ipſius prædio conſenſu fratris ſui Popponis conſtructum, beato Petro & ſanćtæ Romanæ Eccleſiæ ſub cenſu aurei unius annui traditum eſt..... Tradidit autem idem Archiepiſcopus per manum fratris ſui ad prædićtum monaſterium prædia quæcunque habuit in villa Ottenheim, Tiepenbach, Huſen, Rethenbach, Siboldvvilare, Weſcheim, Bobbenvvillare, Gardaha, cum mancipiis ad eadem loca pertinentibus, cum Eccleſiis, fabricis, vineis, agris, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis aquarúmque decurſibus, piſcationibus, molendinis, exitibus & reditibus, cultum & incultam; cum marchis & terminis legitimis.* In fine: *Hanc chartam teſtamentariam prædićti Præſulis rogatu conſcribi, manuque propria corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.* Signum Henrici Imperatoris. *Philippus Cancellarius recognovi vice Adelberti Moguntini Archicancellarii. Data apud* * *Haihauſen anno Dominicæ Incarnationis MCXXII. Indićtione XIII. Nonis Martii.* * *Mühlhauſen.*

(b) *In loco, qui vocatur Thermunt.*] Locus hic abſtruſo nemore recedit à Moſellæ conſpećtu ad lævum latus, irriguis agris & compaſcuis lætus, arguitque etymon à rivo ſaliente veniſſe ei nomen *Springiersbach.*

(c) *Licentia & permiſſione Sigefridi Palatini Comitis.*] De hoc Sigefrido latius infrà ad ejus

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

CCCXIII.

eam cum omnibus, quæ illuc contulit, in præſentia Palatini comitis, & omnium qui aderant, eccleſiæ B. Petri Treviris contradere & ſubjectam facere, quod ita factum eſt. Nam cum nos poſtea in villa altera pro noſtris negotiis una cum noſtris fidelibus, videlicet ipſo Palatino comite & aliis multis conveniſſemus, tradidit eandem cellam (d) B. Petro per manum (d) ejusdem domini ſui, advocati videlicet eccleſiæ noſtræ majoris, quem etiam cellæ advocatum a nobis conſtitui rogavit, in præſentia Richardi fratris ſui, filiorumque ſuorum & filiarum, maritorum nullo contradicente, nullo prohibente. Ut autem traditio ejus ſecundum leges eccleſiaſticas rata ſemperque eſſet & inconvulſa, Treviris eam in generali ſynodo noſtra tertia confirmavit, ubi rurſum tradidit eandem cellam ad altare B. Petri per manum ſæpe dicti Palatini comitis Sigefridi, adſtantibus & aſtipulantibus Richardo fratre ſuo, filiis, filiarumque maritis, determinata donatione ſua: videlicet, ut in eo loco nullus habeat coepiſcopus aliquis vel decanus tractandi negotii poteſtatem; ſed ſiquid forte (quod abſit) ortum fuerit, quod a fratribus definiri (e) non poſſit, (e) ad epiſcopum referatur; ipſi autem inter ſe abbatem libere eligant, & archiepiſcopo Trevirenſi (ſi in gratia & communione pontificis fuerit) conſecrandum repræſentent; nullus etiam, niſi juxta electionem ipſorum, advocatus conſtituatur; nullus ex hæreditate advocatiam ejus loci quærat, niſi fratrum adſit petitio. Proinde hanc ejus traditionem factam & banno noſtro confirmatam, ſiquis (quod tamen minime credimus) infringere, infirmare, commutare vi vel arte, aut aliquo malo ingenio voluerit, fiat ei, ſicut Judæ traditori, ſicut Dathan & Abyron, diſperiat de terra memoria ejus, cum judicatur, exeat condemnatus, comedat eum vermis, qui non moritur, urat eum ignis, qui non extinguitur. Acta ſunt hæc Treviris anno Dominicæ Incarnationis MCVII. indict. XV., regnante Henrico Romanorum Imp. V. anno regni ejus ſecundo, epiſcopatus noſtri VI. in generali ſynodo, teſtibus his: Ramberto majoris eccleſiæ noſtræ præpoſito, Godefrido coepiſcopo & præpoſito, Brunone archidiacono; item Godefrido coepiſcopo & præpoſito, Theodorico coepiſcopo. Capellanis Marcuardo, Burchardo, Widegone, Sigebodone. Laicis liberis: Sigefrido comite Palatino, per cujus manum hæc facta ſunt, Henrico comite de Lemburg, Wilhelmo comite de Lucelingburg, Theodoro de Ara, Adelberto de Dilke, Emechone (f) de Schmideburg, (f) Ludovico de Arenſtein, Gerlaco de Romersdorff, Adalberone de Daun, Hermanno de Virneburg, Simone. & Adelberone de Machelburg, Heſſone de Ruttig, Wirico de Wallerwert. Miniſterialibus noſtris: Lodovico, Guildolpho, Aurito, Rudolfo; item Ludovico, Friderico, Engelberto. Miniſterialibus autem Palatini comitis: Richardo fratre ejusdem ſupra memoratæ mulieris, Godefrido filio ejus; filiarum maritis Dudechino, Theodorico, Wernero, Hermanno, Giſelberto, Wiſellino, Richolpho, Meginhardo, Titmaro, Baldewino, Conrado, Henrico; item Wernero; & aliis quamplurimis laicis & clericis aſtantibus & conſtipulantibus.

CCCXIV. HEN-

N O T Æ.

cartam fundationis Monaſterii Lacenſis de anno 1112. *Not. a.* Nec non in reſtitutione Eccleſiarum Loinſtein, Kemmeta &c. an. 1161. *Not. a.* Ideo autem hic requirebatur Sigefridi Comitis licentia, quia Benigna, fundatrix, ejus erat Miniſterialis; ut apparet ex privilegio Springirsbacenſi Conradi III. Imp. de anno 1144. Non erat autem in facultate Miniſterialium diſponere de rebus ſuis extra imperium Domini, cui miniſtrabant, absque ſpeciali ejus conceſſione. Eſtor *de Miniſterial. Cap. III. Sect.* 3. §. 214.

(d) *Ejusdem Domini ſui, Advocati videlicet Eccleſiæ noſtræ Majoris.*] Erat Sigefridus, ſicut & cæteri Comites Palatini Rheni, principalis Advocatus Trevirenſis Eccleſiæ. Vid. Diſſert. huic ſeculo præmiſſam §. 4. Hic verò etiam conſtituitur ſpecialis Advocatus Eccleſiæ Springirsbacenſis; eoque officio primùm functus intelligitur, cum per manum ejus neo-erecta cella (Springirsbacenſis) B. Petro, id eſt, Trevirenſi Eccleſiæ, tradita dicitur.

(e) *Ad Epiſcopum referatur.*] Trevirenſem ſcilicet; cui etiamnum immediatè ac plenariè, etiam quoad regularia, ſunt ſubjecti.

(f) *Ludovico de Arenſtein.*] Patre fundatoris Monaſterii Arnſteinienſis. Vid. infrà Cartam hujus fundationis de anno 1156. *Not. a.*

CCCXIV.

HENRICUS V. IMP.

1107. 2. *Maij.*

Abbatiæ S. Maximini reſtituit curtem Mannendal à Cunone de Suevia detentam.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia quintus Romanorum rex. Juſtitiam cuique facere cum omnium ſit generaliter, noſtrum eſt principaliter, quia ad hoc in regali culmine cæteris præminemus, ut judicium & juſtitiam faciamus omnibus injuriam patientibus. Quapropter notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris quam præſentibus, qualiter Berengoſus abbas, & fratres ex monaſterio S. Joannis Evangeliſtæ, ſanctique Maximini confeſſoris, qui in ſuburbio Trevirorum corporaliter in eodem cœnobio quieſcit, noſtram regalem adiere clementiam flagitantes, ut pro timore Dei, & amore juſtitiæ quandam curtem, vocabulo Mannendal, in pago Nahgowe ſitam, quam quidam Kuono de Suevia injuſte jam diu poſſederat, eis reſtitueremus, & reſtitutam noſtro regali præcepto confirmaremus. Quorum petitionem, & propter amorem, & ob venerationem S. Joannis ſanctique Maximini, & ob interventum domni Ruothardi Moguntienſis archiepiſcopi, & Burchardi Monaſterienſis, Gebehardi Conſtantienſis, Otthonis Babenbergenſis, Arlongi Wirzburgenſis, Udonis Hildinisheimenſis, Joannis Oſenburgenſis, Kuononis Straſburgenſis, Ruodolfi Baſilienſis, venerabilium epiſcoporum, aliorumque fidelium noſtrorum adimplere cupientes præfatam curtem Mannendal, & quod in villa Narheim ad eandem curtem pertinet, præfato abbati ac fratribus reddimus, firmamus, & in æternum ſancto Joanni ſanctoque Maximino ſtabilimus; ea videlicet ratione, ut nec aliquis ſucceſſorum noſtrorum, regum vel imperatorum, nec prædictus abbas, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum eandem curtem alicui unquam dare vel præſtare, vendere, vel invadiare præſumat; ut fratres iidem inde conſolati pro noſtra vita temporali & æterna, & pro animabus parentum noſtrorum, & pro omnibus fidelibus, vivis & defunctis, obnoxius Deo ſupplicare prævaleant. Et ut hoc præſens regalitatis noſtræ præceptum firmum ſemper & ſtabile permaneat, manu propria ſubtus firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domni Henrici quinti regis invictiſſimi.

Adelbertus cancellarius, vice Ruothardi archicancellarii & archicapellani recognovi. Data VI. non. Martii anno Incarnationis Dominicæ MCVII. Indictione XV. anno III. regni domni Henrici quinti regis. Actum Moguntiæ in Dei nomine feliciter, amen.

CCCXV.

1107. 2. *Maij.*

Plura bona Monachis S. Maximini reſtitui jubet HENRICUS V. IMP.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 611.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia quintus Romanorum rex. Juſtitiam cuique facere cum omnium ſit generaliter, noſtrum eſt principaliter, quia ad hoc in regali dignitate cæteris præeminemus mortalibus, ut judicium & juſtitiam faciamus omnibus injuriam patientibus. Quapropter notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, tam futuris quam præſentibus, qualiter Berengoſus abbas, & fratres ex monaſterio ſancti Joannis Evangeliſtæ ſanctique Maximini pretioſiſſimi confeſſoris, noſtram regalem adiere clementiam, flagitantes, ut pro timore Dei, & amore juſtitiæ quaſdam curtes & poſſeſſiones, agros & vineas, a prædecessoribus [?]

CCCXV.

tueremus. Quorum petitionem, cum propter amorem Dei, tum ob reverentiam ſancti Johannis Evangeliſtæ, & ſancti Maximini, & ob interventum fidelium noſtrorum Ruothardi videlicet Moguntiacenſis, Brunonis Trevirenſis, Friderici Colonienſis, Cuonradi Salzburgenſis, venerabilium archiepiſcoporum. Gebehardi Conſtantienſis, Burchardi Monaſterienſis, Udonis Hildenesheimenſis, Ottonis Babenbergenſis, Arlongi Wizenburgenſis, venerabilium epiſcoporum. Bertolfi Ducis, Berengeri, Sigifridi, Wieperdi, Godefridi, Herimanni, comitum; aliorumque fidelium noſtrorum has duas curtes unam vocabulo Mannendal in pago Nahgowe ſitam, quam Cuono quidam de Suevia injuſte detinuit, aliamque curtem Günthereshuſun vocatam, quam (*a*) Adelbertus quidam de Leia per aliquot annos injuſte poſſedit; bona etiam ſua, quæ in Willere juxta Metenſem civitatem, & in ſuburbio ipſius, & in ipſa urbe, in vineis & areolis, quidam (*b*) Heiſſo de Ruticho hactenus violenter habuit, ſive quod (*c*) Henricus dux in villa Leznih per aliquod tempus fratribus abſtulit; inſuper etiam duodecim manſos ultra Rhenum in villa Aſchabach, quos (*d*) Gerhardus quidam de Diediſſe a Willihelmo comite injuſte detinuit. Septem vero manſos in (*e*) villa Liuteſtarra dicta, quos Ruodolfus quidam de Mariche a præbenda fratrum injuſte ſubtraxit. Has igitur curtes ſive poſſeſſiones præfato abbati ac fratribus reddimus, firmamus, & in æternum ſancto Johanni, ſancto Maximino ſtabilimus; ea videlicet ratione, ut nec aliquis ſucceſſorum noſtrorum regum, vel imperatorum, nec prædictus abbas, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum quicquam de eisdem rebus alicui unquam dare, præſtare, vel vendere præſumat, ſed fratres iidem inde conſolati, pro noſtra vita temporali, & æterna obnixius Deo ſupplicare prævaleant. Et ut hoc præſens regalitatis noſtræ præceptum firmum inde ſemper & ſtabile permaneat, manu propria ſubtus firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domni Henrici quinti Romanorum regis invictiſſimi.

Adelbertus cancellarius ad vicem domni Ruothardi archicancellarii recognovi. Data VII.* non. Maij anno Incarnationis Domini MCVII. indictione XV. anno regni domni Henrici quinti regis VIV.

Actum Moguntiæ in Dei nomine feliciter, amen.

CCCXVI. Alia

* in autographo recte cadem manu & atramento inducta eſt unitas ultima: neque eſt VII. Non. Menſ.

N O T Æ.

(*a*) *Adelbertus quidam de Leia.*] Virum ex nobili ſtirpe de Petra hic inveniſſe putat Wilthemius *in MS. Annal. S. Maxim. ad h. an.* Ego verò id vix aſſeveravero; cùm hujus ævi monumenta hanc gentem ſemper *Petra*, nunquam *Leja* nomine indigitent.

(*b*) *Heiſſo de Rut cho.*] Vir equeſter Provinciæ Luxemburg... ſis; Ruttichum Luxemburgum inter & Theo... ...lam ſi-um eſt.

(*c*) *Henricus Dux in villa Leznih.*] Henricus Limburgenſis, honore Ducis inferioris Lotheringiæ nuper exutus; qui hoc eodem, & aliquot antè, annis, Prumienſium rebus invaſis, aliiſque facinoribus regnum turbaverat. *Leznich,* hodie *Leſenich*, ad Moſellam ſitum eſt.

(*d*) *Gerardus quidam de Diediſſe.*] Henrici Comitis Dietzii frater, qui hoc ipſo anno adhuc occurret.

(*e*) *Villa Liuteſtarra.*] Liuterdarranus fundus in agro Moſellano.

CCCXVI.

1107. 25. *Maij.*

Alia rurſum prædia auctoritate Henrici V. evendicat Abbatia S. Maximini.

Martene Coll. ampl. T. I. p. 613.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia quintus Romanorum rex. Si locis divinn cultui mancipatis, quibus beneficia non conferimus, ſaltem ab aliis Chriſti fidelibus quondam tradita, & poſtmodum per violentiam malignorum hominum injuſte ſubtracta reſtituerimus, divinitus nos ptocul dubio remunerari confidimus. Quapropter fidelium noſtrorum, tam præſentium ſcilicet, quam futurotum magnitudo comperiat, qualiter nos ob amorem Dei, & ob interventum fidelium noſtrorum domni videlicet Brunonis Trevirenſis archiepiſcopi, & Burchardi Monaſterienſis, Adalberonis Metenſis, Otthonis Babenbergenſis, Eberhardi Eichſtatenſis, Brunonis Spirenſis, venerabilium epi-
(a) ſcoporum; (a) Willihelmi comitis, Berhdolfi ducis; Godefridi, Herimanni, Wigberdi, Friderici comitum; aliorumque fidelium noſtrorum, & ob crebram, & importunam Berengoſi abbatis querimoniam reddidimus cœnobitis S. Joannis Evangeliſtæ ſanctique Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum corpotalitet quieſcit, quidquid in civitate Metenſi, vel circumcirca, infra, vel extra, ſive in curte, quæ vocatut Wilere, in domibus & areolis, agris & vineis, ſive in eccleſia,
(b) quæ vocatur Luzelenkircha, quidam (b) Heſſi, & Adelbertus ſerviens Metenſis epiſcopi hactenus injuſte poſſedetant, nec non, quod Willihelmus quidam de Scura in Luithardes-darra jam pet duos annos injuſte ſibi (c) (c)
aduncaverat; ſive quod ultra Rhenum fluvium in loco, qui vocatur Aſcabach,
(d) Gerhatdus quidam fratet Henrici (d)
comitis, diu jam injuſte ſibi uſurpaverat. Hæc igitut omnia præfato abbati ſuisque fratribus propter amorem Dei, tali modo & ea conditione reddimus, firmamus, & in æternum Deo aucthore ſtabilimus, ut nullus ſucceſſorum noſtrorum, regum vel imperatorum, nullus abbas, nullus comes, perſona magna vel parva, de præfatis rebus alicui quidquam beneficiare præſumat, ſed liceat jam dicto abbati ſuisque ſucceſſoribus inde ulterius agere, quod ad utilitatem ipſius monaſterii ac fratrum utilius videatur. Et ut hæc noſtræ auctoritatis præceptio pleniorem in Dei nomine habeat firmitatem, cartam hanc inde conſcribi, &, ut infra apparet, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum domni Henrici quinti Romanorum regis invictiſſimi.

Adelbertus cancellarius vice Ruothardi archicancellarii recognovi.

Data VIII. kal. Junii anno Incarnationis Dominicæ MCVII. indictione XV. anno regni domni Henrici quinti regis VIIII.

Actum in Mettis civitate, in Dei nomine, amen.

CCCXVII. EPI-

NOTÆ.

(a) *Willihelmi Comitis.*] Luxemburgenſis, Advocati ſancti Maximini, ob quam qualitatem etiam Bertolfo Duci præpoſitus videtur, Zilleſius *Defenſ. S. Maxim. p.* 43.

(b) *Heſſi, & Adelbertus ſerviens Metenſis Epiſcopi.*] Iidem, quos in carta præcedenti vidimus *Not. a. & b.* Erat etiam Adelbertus de Leya Epiſcopi Metenſis *vaſallus*; ſeu quod idem eſt, *ſerviens.*

(c) *Aduncaverat.*] Sic in autographo; Martene & Durand ediderunt *adunaverat*; utrumque eâdem ſignificatione.

(d) *Gerardus quidam frater Henrici Comitis.*] Vid. dipl. præcedens *Not. d.*

CCCXVII.

EPISTOLA PASCHALIS PP. II.

1107. 11. *Nov.*

ad Brunonem Trevirenſem Archiepiſcopum, qua ei abſolutionem ab excommunicatione Epiſcopi Leodienſis committit.

Martene *Coll. ampl. Tom. I. p.* 620.

PAſchalis epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabili confratri Brunoni Trevirorum archiepiſcopo ſalus & apoſtolica benedictio. (*a*) Frater noſter Leodienſis epiſcopus miſſa ad nos legatione ſuppliciter conſortium noſtræ communionis expetiit. Nos ſcientes Domini voluntatem, qui omnes homines vult ſalvos fieri & neminem perire, noſtras in hoc tibi vices committimus, ut ſcripto profeſſionis accepto, quod in ſubditis habetur, ipſum & Leodienſem clerum ſive populum a vinculo excommunicationis abſolvas, & catholicæ eccleſiæ reconcilies. (*b*) Quod enim frater noſter Magdeburgenſis epiſcopus ſuper hujusmodi reconciliationibus paſſim facere dicitur, tanquam ſine Romanæ eccleſiæ præcepto factum, ratum habere non poſſumus. *Ego N. anathematizo omnem hæreſim, & illam præcipue, quæ conturbat ſtatum præſentis eccleſiæ, quæ docet & aſtruit, anathema contemnendum, ligamenta eccleſiæ ſpernenda eſſe, hanc cum ſuis fautoribus & auctoribus damno & anathematizo. Promitto autem obedientiam Romanæ ſedis præſuli P. ejusque ſucceſſoribus ſub teſtimonio Chriſti & eccleſiæ, affirmans, quod affirmat, damnans quod damnat ſancta & univerſalis eccleſia. Quod ſi ab hac mea profeſſione in aliquo deviare tentavero, ipſe in me ſententiam damnationis protuliſſe judico.* Data III. idus Novembris.

NOTÆ.

(*a*) *Frater noſter Leodienſis Epiſcopus.*] Erat is Obertus, de quo Auctor Hiſtoriæ Andaginenſis monaſterii in Martenii *Collect. ampl. Tom. IV. p.* 974. Henrici Epiſcopi Leodienſis *vix audita morte Obertus ſine electione eccleſiaſtica de manu Regis* (Henrici IV.) *epiſcopatum extorſit, cum maximis pactis præmiis, tamen etiam fidelitatem illi faciens interpoſitione jurisjurandi.* Ob hæc igitur crimina excommunicationem incurrerat Obertus.

(*b*) *Quod Magdeburgenſis Epiſcopus paſſim facere dicitur.*] Nixus, ſine dubio, titulo ſuæ Primatiæ.

CCCXVIII.

RESCRIPTUM

Circa 1110.

Leodicenſis Eccleſiæ ad Trajectenſem Eccleſiam de Canonico Trajectenſi facto Monacho in Eccleſia Treverenſi, & ab hujus Archiepiſcopo ordinato.

Udalrici Babenb. *Cod. Epiſt. editus a Joanne Georg. Eccardo. Tom. II. Corporis Hiſtorici.*

SAnctæ Trajectenſis eccleſiæ dominis & fratribus, R. Præpoſito, A. Decano, L. Scholaſtico, cæterisque omnibus confratres Leodicenſes ex plena fraternitate devotas orationes in Domino. Notificatis nobis per literas veſtras, quod fuit apud vos canonicus quidam in clauſtro ſancti Martini, juvenis, ſimplex, & delicatus, cui ea voluntas, utinam divina inſpiratione in mentem incidit, ut artioris vitæ propoſitum arriperet, qui ob eandem cauſam in Treverenſem epiſcopatum, neſcientibus vobis, profectus, in monaſterio quodam regulam S. Auguſtini profeſſus eſt: deinde duobus menſibus exactis, literis ad vos de ſua converſione directis, præbendæ ſuæ renuntiavit, profeſſionem indicavit, aſſenſum omnium veſtrum humiliter poſtula-

CCCXVIII.

ſtulavit. Transactis autem duobus annis ipſemet Trajectum veniens, cum epiſcopum præſentem non inveniſſet, conventum veſtrum intravit, vitam, quam tanto tempore expertus fuerat, laudavit, licentiam fratrum requiſivit & accepit, facta mutuarum ab omnibus commendatione orationum, oſculum pacis, qui tunc in conventu erant, accepit, & gratulabundus diſceſſit. Regreſſus igitur ad profeſſionis ſuæ monaſterium primum diaconus, deinde presbyter eſt ad titulum ejusdem eccleſiæ a Treverenſi archiepiſcopo conſecratus, & ita cum promotione ſacrorum ordinum in ſanctæ profeſſionis propoſito aliquamdiu perſeveravit. Poſt tertium vero annum non bona ductus pœnitentia Trajectum rediens, cœpit monaſterii ſui paupertatem, cibi & potus penuriam, denique corporis ſui infirmitatem cauſari, miſericordiam & humanitatem poſtulare, ut in conſortium veſtrum & præbendam reciperetur, inconſulte ſe propoſitum illud arripuiſſe, nec licentiam epiſcopi ſe habuiſſe, quod & ipſe epiſcopus fatetur, & ideo irritum deberi cenſeri. Ex qua miſericordiæ poſtulatione & rationis objectione partitum inter vos facta eſt diſſenſio, quorundam recipiendum eſſe indicantium, aliorum vero contradicentium. Poſt aliquantulum temporis cum frater prædictus vehementer inſtaret, epiſcopus veſter convocatis eccleſiæ prioribus, literas quasdam præſentavit, quas ſibi ab archiepiſcopo Treverenſi miſſas dicebat, quibus ea ſententia & voluntas archiepiſcopi ſignificabatur, ut frater ille in conſortium veſtrum reciperetur. De qua archiepiſcopi voluntate cum diſſona inter vos haberetur ſententia, juſſit dominus vos habere conventum, ut collatis in commune ſententiis, aliquod rationabile conſilium unanimi ad eum decreto deferretis. Talis eſt veſtrarum ordo literarum; & quod ſuper hoc nobis videatur, fraterne quæritis. Primo ſpectat ad reverentiam divini cultus, quod ſi poſt ſuſcepta artioris vitæ ſacramenta viri vel fœminæ reſilierunt, vigore eccleſiaſtico cogendi ſunt illuc redire, ibique permanere, ne divina ſervicus, quaſi levis aura circumferatur, & quaſi harundo vento agitetur. Papa Leo Capitulo XXVI. Propoſitum clerici, vel monachi proprio arbitrio, aut voluntate ſuſceptum deſeri non poteſt abſque peccato: quod itaque quisque vovit Deo, debet & reddere. Nicolaus papa C. V. ita reſcribit Albuino archiepiſcopo: Quod interrogaſti de fœmina, quæ poſt obitum viri ſui velamen ſuper caput impoſuit, & finxit ſe ſub eodem velamine ſanctimonialem eſſe, poſtea vero ad nuptias rediit: bonum & canonicum nobis videtur, quod per ypocriſim eccleſiaſticam regulam conturbare voluit, & non legitime in voto ſuo permanſit, ut pœnitentiam de illuſione nefanda agat, & revertatur ad id, quod ſpoſpondit, & in ſacro miniſterio inchoavit. Nam ſi conſenſerimus, quod omnia eccleſiaſtica ſacramenta quisquis, prout vult, fingat, & non vere faciat, omnis ordo eccleſiaſticus conturbatur, nec catholicæ fidei jura conſiſtunt, nec ſacri ordines ritè obſervantur. Tales ergo niſi reſipiſcant, ſpirituali gladio percutere cenſemus; non enim fas eſt ſpiritui ſancto mentiri. Hæc ſancti patres Leo, & Nicolaus. Velamen igitur in fœminis & profeſſio regulæ beatorum Benedicti & Auguſtini ſunt inſignia & ſacramenta altioris vitæ, & ſtrictioris, & prout cuique ex divina clementia vires ſuppetunt, alius ſub hac, alius ſub illa ſe ipſum regula & moderatur ad ſalutem obtinendam, & de terrenis nihil retinens, in commune vivit, ſibique abrenuntiat. Nos autem laxioris, & amplioris propoſiti lineam tenemus, qui propria habentes, niſi divina nos clementia coërceat & reprimat, ſæpius in multis excedimus; qui ergo ab inferiori ad altioris & arctioris vitæ propoſitum aſcendit, & profitetur, ſi ad inferius, quod dimiſit, reſpexerit, id eſt redire voluerit, quod ſuperius eſt & altius, damnat & infamat, quantum in ſe eſt. Et ideo ne divina perturbetur ſervitus, altior & aptior pars honoranda eſt, vigore canonico, quæ expreſſiua remota a mundi voluptatibus, inferiori parti piis operibus apud Dominum ſubveniat. Leo papa Cap. XXVII. fugitivum clericum, vel monachum deſerentem diſciplinam velut contemptorem placuit revocari. Urbanus itaque ſancti Martini canonicus non fuit fugitivus, nec diſciplinam Trajectenſis eccleſiæ deſeruit, quando de ſua converſione literas primo nobis miſit, & ſecundo ipſemet in conventum veſtrum veniens, cum licentia cum oſculo pacis diſceſſit, & in monaſterio ſuæ profeſſionis ab archiepiſcopo Treverenſi, cujus eſt parochia, diaconus, & presbyter ordinatus abſque canonica contradictione Trajectenſis eccleſiæ, cum iſtæ duæ eccleſiæ non multum ab invicem ſint remotæ, & cum de illo juve-

CCCXVIII.

ne eſſet recens ſermo. Verum prædictus frater fugitivus eſt, & diſciplinam deſeruit, quando a monaſterio ſuæ profeſſionis ſub regula beati Auguſtini diſceſſit, locoque ſuo contumeliam intulit, cauſans cibi & potus penuriam, cum Paulus raptus ad tertium cælum puſillos Chriſti paternè inſtruat dicens: Scio eſurire, ſcio & penuriam pati. Et de infirmitate, quam prætendit frater prædictus, idem Paulus ait: Quando infirmor, tunc fortior ſum & potens. Eccleſia igitur ad cujus titulum in diaconum & presbyterum conſecratus eſt, ſine contradictione, juxta decretum Leonis papæ, debet eum revocare velut fugitivum, & contemptorem propoſiti; &, qui altiorem & arctiorem diſciplinam deſeruit, quatenus antiqui & inſtituti gradus vitæ ſanctorum patrum absque conturbatione conſerventur, & levitates eorum, qui circumferuntur, ad reverentiam divinæ ſervitutis deſtruantur. Frater iſte, qui de ſuperiori ad inferius redire & per licentiam dimiſſa vult repetere, non eſt admittendus, ſed ut ad altius propoſitum redeat, humili prece & fraterno conſilio admonendus, & in loco ſuæ profeſſionis per humanitatis exhibitionem in cibo & potu ex infirmitate a Chriſti fidelibus ſublevandus. Sic N. fratri illi viſcera miſericordiæ aperientur, & debitus honor divino cultui exhibebitur. Dicit frater ille, quod ſine licentia epiſcopi ſui diſceſſit, & ideo cenſet debere irritum eſſe, quod in altiori gradu appetiit. Ad hoc reſpondetur: quod frater ille in tali negotio de ſe ipſo non poteſt ſimul accuſator eſſe, & judex. Canonicus erat ſancti Martini, nec epiſcopo, nec prælatis ſuis, nec fratribus ſuis impedimentum oſtendit, quo interveniente ſalvare ſe ipſum non poſſet, ſed ex voluntate & arbitrio ſuo propoſitum vitæ arctioris vobis neſcientibus arripuit, & poſt duos menſes literas de ſua converſione miſit, & poſt duos annos ſe ipſum præſentavit vobis, & cum licentia & pacis oſculo abiit, & epiſcopus Trajectenſis veſtra relatione de fratris iſtius abſceſſu vobiſcum canonice non tractavit, ſicut vir timoratus gratias Deo referens de illo, qui ad ſuam ſalutem exemplo ſanctorum patrum evaſerat. Noſtris temporibus de noſtra eccleſia frater Walterus utilis in omnibus regulam ſancti Auguſtini aſſumpſit, magiſter Hezelinus, frater Wolbodo, frater Symon regulam ſancti Benedicti, & & ne tuba canerent in plateis, epiſcopo, nobiſque ignorantibus ad altiorem & arctiorem vitam aſcenderunt, unde divinæ clementiæ gratias referimus, quod pro nobis inſtantius occupatis orant. Hoc enim eorum eſt proprium, quos divina clementia veraciter inſpirat ad arctius propoſitum, ut ſilenter, & absque divulgatione eant, quo illos trahit ſpiritus Domini. Quod ſi ante aſſumptum propoſitum duplicaretur ejus intentio, ſorſitan retinerentur petitione fratrum, lachrymis carnalium amicorum, juxta quod in evangelio juvenis ad Dominum Jeſum ait: Magiſter, vadam, & diſponam domui meæ, ut ſepeliam patrem meum, & revertar ad te: & Jeſus ad eum. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. In tali igitur negotio non elucidant decreta, vel canones, ut eccleſiaſtica jure interveniat prohibitio, juxta prædictam Domini Jeſu ſententiam de his, qui a propriis hujus mundi abſciderunt, arctiori devincti propoſito. Verum utilitatis & neceſſitatis ſanctorum patrum plura admittuntur pro tempore. Legimus enim, & in vicinis eccleſiis noſtra memoria contigit, quosdam regulares ſancti Auguſtini, canonicos factos de clericis monachos, ad epiſcopale officium, vel ad alias prælationes deſtinatos utilitatis, vel neceſſitatis cauſa. Si iſte frater poſt tertium annum aſſumpti propoſiti ſe illis ingerit, ultimo quos dimiſit, cum cauſa utilitatis vel neceſſitatis non revocetur a vobis, & cum eccleſiam ſuæ profeſſionis, ſuique tituli nulla evidenti ratione dimiſerit. Gelaſius papa, cum eſſet Italica eccleſia belli & ſamis invaſione devaſtata, pro tempore conceſſit de monachis, vel etiam de laicis aſſumi clericos ad retinendam chriſtianitatem. Ceſſante autem neceſſitate, priſcam reintroduxit, & confirmavit auctoritatem. Item propter utilitatem ex diverſis conſiliis applicantur ordinibus filii virginum per vim raptarum, & conjugatarum, cui ſententiæ Petrus apoſtolus concordans ait: In veritate comperi quod non eſt pater ac Deus. Gelaſius papa quædam pro tempore decernit eſſe ſinenda, quæ tamen non manifeſte infament eccleſiam, & ſic utilitate, vel neceſſitate mutilanda ſunt decreta, ſi non etiam manifeſte ſequatur decoloratio. Quia igitur prædictus juvenis ad ſe corrigendum propria voluntate vel arbitrio arctius propoſitum inſtituit, ibique in diaconum, & presbyterum conſecratus

CCCXVIII.

tus eſt, nullaque utilitate, vel neceſſitate a vobis revocatur, ſed ad decolorationem eccleſiaſtici ordinis reſilit, ex verbis ſanctorum patrum, Leonis, & Nicolai ad id revertatur, quod ſpoſpondit, & in ſacro miniſterio maneat, quod inchoavit, ſanctoque ſpiritui non mentiatur, ne ordo eccleſiaſticus conturbetur, fideique catholicæ jura confringantur. Quod autem dicitur archiepiſcopus Treverenſis epiſcopo Trajectenſi literas miſiſſe, ſignificans, ut recipiatur io loco, cui per communem aſſenſum renunciavit, forſitan per ſurreptionem alicujus importune potentis factum eſt. Archiepiſcopus enim Treverenſis, ad cujus parochiam confugit, & qui ad eccleſiæ ſuæ titulum, diaconum & presbyterum eum ordinavit, absque canonica contradictione omnem humanitatem circa illum debet exhibere, exemplo primi & magni Gregorii, qui transgredientes, & deſerentes ſacrum propoſitum jubet comprehendi, & in monaſterium detrudi, & ſub ſtricta cuſtodia omnem ſolicitudinem exhiberi, quateous divina ſervitus ſuam conſtanter habeat reverentiam. Quod reverenter, & ſincere arctioris vitæ propoſita ſint honoranda, & retioenda, planè demonſtrat primus & magnus Gregorius, in principio dialogi ſui, qui de culmine propoſiti ad apicem ſedis apoſtolicæ, cauſa utilitatis, & neceſſitatis electus, conqueritur ſe obliviſci ſingularitatis ſuæ quietem ex denſitate curarum ſupervenientium. De beato, Martino Turonenſi dicit Severus, ſcriptor vitæ ejus, quod coram diſcipulis ſuis ſæpius fatebatur, mioorem gratiam in faciendis virtutibus ſe habuiſſe per aſſumptum epiſcopatum, quam ante. Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius arctioris vitæ erectores de hac in ſcriptis ſuis clericos, monachos, virgines, viduas conſortant, exhortantur, corroborant. Et ne juxta Paulum infirmorum percutiatur conſcientia, frater iſte, de quo eſt ſermo, omnibus modis in aſſumto retinendus eſt propoſito, quod fidelis eſt Deus, qui non patietur eum tentari ſupra id, quod poteſt, ſed faciet cum teotatione proventum.

CCCXIX.

Circa 1110.

Literæ Clerici Trajectenſis ad Brunonem Archiepiſcopum Treverenſem de eadem materia.

* Brunoni. Udalrici Bobenberg. *Cod. Epiſtol. editos à Joanne Georg. Eccardio Tom. II. Corporis Hiſtorici.*

DOmino * B. venerabili Treverenſium archiepiſcopo H. clericorum minimus, cum devotis orationibus fidele ſervitium. Literas quasdam a paternitate veſtra ſibi directas dominus noſter epiſcopus nobis præſentavit, quibus hoc ſanctitas veſtra velle videbatur, ut frater N. qui in epiſcopatu veſtro regulam beati Auguſtini profeſſus, & à vobis diaconus, & presbyter ordinatus, in ſancta profeſſione trienniò ſine contradictione perſeveravit, nunc penuria ductus, & à propoſito exorbitans in cooſortium noſtrum recipi debeat, & præbendam inter nos accipiat. Veremur domine pater, ne hoc exemplo plurimi à rigore profeſſæ diſtrictionis poſſiot labefactari, atque ex hac occaſione, & temptatoris ioſidiis ad ſæcularia, quibus renuntiaverant, ſpem concipiant redeundi. Et noſtis, quod juxta veritatis vocem nemo mittens manum in aratrum, & reſpiciens retro aptus & regno Dei. Et magnus Leo papa: Quisquis ad perfectioris vitæ propoſitum acceſſerit, redire ſine ſummo peccato non poterit. Quanquam eoim inferior vita innocens eſſe poſſit, meliorem tamen electionem deſeruiſſe transgreſſio eſt. Scitis etiam domine pater, quod quamvis ſacri canones irrationabilem clericorum transmigrationem culpent, juxta illud capitulum: Alienum clericum absque licentia proprii epiſcopi oullus ſuſcipere præſumat; tamen cauſam perfectioris, & melioris vitæ non excludit, cum ipſa veritas, cujus ſeotentiæ nullus prælatus ſuperordinàre præſumit, ad hoc opus omnibus perfectionem cupientibus licentiam generaliter annuat dicens: Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia quæ poſſides, & da pauperibus, & veni, ſequere me. Quod itaque humanæ creaturæ ab ipſo creatore ſuo ab initio mundi conſtitutum eſt, ſcilicet ut in cognitione ſui, & creatoris proficiat,

CCCXIX.

ficiat, & virtutibus creſcat, ſemper fuiſſe licitum nullus dubitat, & non multum attinet hujus rei licentiam quærere, quam nemo prudentium denegare poteſt, ſemper licuiſſe. Cum igitur prædictarum literarum textum audiſſemus, confiteor admodum, domine, mirati ſumus, & a vobis deſtinatas fuiſſe, non facile nobis perſuaderi potuit. Quia tamen eiſdem literis aliquantulum concuſſi ſumus, rogamus, domine, a ſanctitate veſtra de hac re certificari, & dignum Deo, & veſtra auctoritate reſcriptum percipere. De cætero paternitatem veſtram diu incolumem Dominus conſervare dignetur.

CCCXX.

1112. **Secundæ Literæ Fundationis monaſterii ad Lacum, Sigefridi Comitis Palatini Rheni.**

Tolnerus *Cod. diplom. Palat. p.* 33.

(*a*) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (*a*) Siſridus gratia Dei comes Palatinus, notum eſſe volo fidelibus, qualiter, & a quibus eccleſia, quæ vocatur Lacus, conſtructa ſit, & libertati tradita. Prædeceſſor, & dominus meus Henricus comes Palatinus exhortante
(*b*) uxore ſua (*b*) Adelheide matre mea prædictam eccleſiam ædificare cupiens fundamentum ejus tantummodo poſuit, & jam morte imminente, ſicut bonorum ſuorum, ita hujus quoque laboris, eccleſiæ ſcilicet perficiendæ, hæredem me inſtituit. Quod primum quidem utpote juvenis neglexi, poſtmodum vero pœnitentia ductus, quod neglexeram, devotiſſime corrigere
(*c*) ſtudui. Itaque (*c*) caſtellum eccleſiæ vicinum, quieti fratrum proſpiciens, deſtruxi, & bona ad ipſum prius pertinentia fratribus ibi Deo & beatæ Mariæ famulantibus tradidi, ipſumque locum cum omnibus appenditiis ſuis (*d*) Haffligemenſis cœnobii abbati, &
(*d*) ſucceſſoribus ſuis perpetuo regendum tradidi, ea videlicet conſideratione, ut quia uterque locus in allodio meo ſitus erat, unius ejuſdemque abbatis gubernaretur providentia. Cum vero præſens abbas, vel ſucceſſores ſui vocante Domino de ſeculo tranſierint, aliqui fratrum, qui apud Lacum ad hoc idonei erunt, ad communis abbatis electionem Haffligenium occurrant: niſi forte aliquis vel ſcandali, vel perturbationis imminentis metus obſtiterit, propter quem adventum ipſorum conventus Haffligemenſis exſpectare non poſſit. Quod ſi hæc, vel alia quælibet rationabilis cauſa impedierit, propter quam ad communem electionem non accurrerint, quemcunque Haffligemenſes patres boni teſtimonii zelo Dei ſecundum canonicam, & privilegii ſui inſtitutionem elegerint, hunc & ipſi debita conveneratione tanquam patrem ſpiritualem ſuſcipiant, & ipſe utrique loco ſicut & prædeceſſor ſuus gubernando præſideat. Si autem aliquando in ovile Chriſti, peccatis exigentibus, aliquis, non dico abbas, ſed tyrannus, quod abſit, ſimoniace, & per ſecularem potentiam violenter ſubintroierit, illum nullatenus ſuſcipiant, illi ſubjectionem nullam exhibeant.

N O T Æ.

(*a*) *Siſridus gratia Dei Comes Palatinus.*] Henrici Rheni Palatini Domini de Lacu abſque liberis defuncti privignus, ejuſdemque ex teſtamento hæres, & in Palatinatu Rheni ſucceſſor; filius verò Henrici II. Comitis Brabant. Lovanienſis. Defuncto anno 1095. vitrico, Henrico, non ſolùm in Palatinatu Rheni, ſed & Advocatiâ urbis & Eccleſiæ Trevirenſis ſucceſſit. Vid. Diſſert. huic ſæculo præfixam §. 4.

(*b*) *Adelheide matre mea.*] De ea ad dipl. Henrici Palatini de anno 1093. *Not. d.*

(*c*) *Caſtellum Eccleſia vicinum, quieti fratrum proſpiciens, deſtruxi.*] Refert Freherus *Orig. Palat. P. II. Cap.* 9. caſtrum hoc fuiſſe verſum in monaſterium; ſed errat. ſat remotum à monaſterio fuit caſtrum, ab ea laci parte, quæ ad dexteram monaſterii eſt, ubi diruti caſtri veſtigia mihi monſtravit modernus R.mus Abbas Benedictus van der Eyde. Deſtructo caſtro Lacenſi Sigefridum ſedem ſuam in caſtro *Cocheim* ad Moſellam, aliquando etiam Palatioli infra Trevirim, fixiſſe conjicit Tolnerus *cit. C. XII. p.* 289. *Lit. F.*

(*d*) *Haffligemenſis cœnobii Abbati.*] Affligemenſe monaſterium in Brabantia, milliario circiter ab urbe Aloſtana, ſitum eſt; tunc in fundo Sigefridi Palatini noſtri.

CCCXX.

ant. Quinimo quotquot ex fratribus de conventu Haffligemenſi invaſoris illius peſtiferam communionem declinantes ad eos confugerint, cum gaudio ſuſcipiant: & pro facultate loci tanquam propria viſcera foveant, donec propitiatio divina gregem ſuum reſpiciat, ac idoneum paſtorem ei provideat: advocatum vero non alium, (e) quam (e) me ipſum, quam diu vixero, eccleſiæ conſtituo. Me autem de(f)functo, (f) cuicunque filiorum meorum, vel impoſterum cuicunque hæredum meorum bona mea Lacum circumjacentia obvenerint, hunc advocatum ſibi fratres aſſumant: ſi tamen decretum a me conſtitutum, & hic ſubſcriptum, obſervaturum ſe eſſe promiſerit, ſi bona eccleſiæ viriliter tueri, & familiam ejus clementer, & humane tractare voluerit. Noverit itaque omnimodo ſibi obſervandum, ne (g) advocatiam vel (g) conjugi ſuæ in dotem, vel alicui in beneficium dare præſumat, ne alium pro ſe ſubſtituat, ne aliquando in bonis eccleſiæ hoſpitando, eccleſiam, vel familiam gravet, ne ſervitia ab eo, ne injuſtas exactiones, quas precarias vocant, aliquando exigat. De placitis autem ad advocatum jure pertinentibus, ubi abbas duos nummos acceperit, tertius ejus erit; in quo tamen ſuſcipiendo, vel in alio quolibet negotio cum familia eccleſiæ peragendo nullus alius miniſter advocati, neque vicarius, neque ſubadvotus præerit, niſi ille ſolummodo, qui villicus abbatis fuerit; ad placitum autem nunquam veniet, nunquam conſedebit, niſi a fratribus, ſi res ita popoſcerit, invitatus fuerit; cum veto invitatus venerit, ſubſcriptum tantum ſervitium a fratribus habebit: duo maldre ad panem veſpere, & unum mane; ad pabulum equorum decem maldre hyeme, quinque æſtate: duos porcos, quinque ſolidorum veſpere, unum triginta denariorum mane; hamam vini veſpere, dimidiam mane. Ita autem agat, & tam pium tam modeſtum, tamque benignum fratribus & familiæ ſe exhibeat; ut & honore nominis ſui dignus exiſtat, & pro officio fideliter adminiſtrato æternam a Chriſto remunerationem, beata Maria interveniente, ſuſcipiat. Quod ſi timoris Dei oblitus, quos ſovere debuerat, violenter oppreſſerit, & admonitus infra ſex hebdomadas non ſatisfecerit, tandem apoſtolico anathemate percuſſus advocatiam amittat, & de propinquis ejus idoneum ſibi fratres eligant, qui ſub prædicta conditione eam adminiſtraturus ſuſcipiat. Præterea deſidero, & quantum de mortuo vivens poſſum, firmiter ſtatuo, ut ubicunque in provincia vita exceſſero, nuſquam niſi (h) in eadem eccleſia ſepeliar. (h) Idem (i) de uxore mea, & (k) filiis (i) (k) noſtris, & de advocatis omnibus, & advocatorum proximis fieri maxime volo, & conſtituo. Ne autem quiſquam hæredum, vel ſucceſſorum meorum aliquam injuriam Domino Deo, & beatæ Mariæ quandoque inferre intendat, de bonis a domino meo Henrico Palatino comite, & a me quoque ſibi collatis ea nominatim ſupponi mihi placuit. Ipſe quidem tradidit, & epiſcoporum, atque electorum ſacerdotum banno confirmari fecit: Kruffe cum eccleſia, Bella, Reide, Alkene, Wil-

NOTÆ.

(e) *Me ipſum.*] Sic itaque Sigefridus ipſe fuit Advocatus monaſterii Lacenſis; idque ex diſpoſitione vitrici, Henrici Palatini. Vid. ejus dipl. de an. 1093. *Not. c.*

(f) *Cuicunque filiorum meorum.*] Inter hos non niſi unus notus eſt, Wilhelmus ſcilicet, qui patri Sigefrido in Palatinatu Rheni ſucceſſit, & anno 1140. obiit. De eo Tolnerus *Hiſt. Palat.* 301. *Cap. XIII.*

(g) *Conjugi ſuæ in dotem.*] *Dotem non uxor marito, ſed uxori maritus offert*, inquit Tacitus *de Mor. German. Cap. XVIII.* Quod jus in Germania etiam medio ævo perduravit; usque dum patria jura peregrinis corrumperentur. Vid. Heinec. *Elem. Jur. Germ. Lib. I. Tit. II.* §. 230. *ſeqq.* & §. 248.

(h) *In eadem Eccleſia ſepeliar.*] Sigefridus Wahrenſtedii in Saxonia ab Hoyero Comite Mansfeldenſi anno 1113. occiſus, Brunsvvigæ ſepultus eſt, uti cenſet Toluer. *Hiſt. Palat. Cap. XII. p.* 289. *Lit. F.*

(i) *De uxore mea.*] Gertrude, filiâ Henrici Craſſi Comitis Northeimii, ex Gertrude filia Ecberti I. Marchionis Saxoniæ; quæ quo anno, quoque loco denata & ſepulta ſit, à Lacenſibus monachis ignoratur.

(k) *Filiis noſtris.*] Horum fortè aliqui, in juventute extincti, ad Lacum ſepulti eſſe poſſunt. Hoc certum, Wilhelmum Sigefridi filium & ſucceſſorem, non in hoc, ſed in Springiersbacenſi monaſterio humatum eſſe; ubi in medio templi ante altare S. Crucis in humili lapide hoc ejus Epitaphium:

Gleba Palatini Comitis ſat dudum opimi,
Wilhelmi celebris, marcet in his tenebris.
Lector, ut ignoſcat ſibi Chriſtus debita, poſcat,
Ipſius ante thronum dando perenne bonum.

CCCXX.

Willeberg. Ego vero donationem ejus confirmando renovavi, & inſuper quatuor milites de Croth, Hoverhoffe, & Meylem de Brabant addidi, & banno ſimiliter & probatis teſtibus confirmavi. Hæc inquam beatæ Mariæ tradidimus cum omnibus appenditiis ſuis, id eſt, cum utriusque ſexus mancipiis, ædificiis, areis, exitibus & reditibus, agris, quæſitis & inquirendis, pratis, paſcuis, viis & inviis, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, vineis, vinetis, ſylvis, & cum omni utilitate, quæ ullo modo inde ptovenire poterit. Ut autem hæc noſtra traditio firma & inviolabilis in perpetuum permaneat, hanc cartham inde conſcriptam noſtri ſigilli impreſſione inſigniri fecimus. Poſtremo ut nullum ſcrupulum dimittam, determinandum eſt, quid ei in venatione conceſſimus: tam abbas, quam advocatus ſibi venari poterunt. Hujus rei teſtes ſunt Hermannus comes de Verneburg, & Ratro de eodem caſtello, Matfridus comes, & frater ejus Richwinus, Burchardus de Oreburg, Folcoldus de Brule, & filius ejus Warnerus, Embrico, Reinoldus, Berno de Thure, Erhicho de Pulſtersdorff. (*l*) (*l*)

NOTÆ.

(*l*) Vidit & Tolnerus originales has Sigefridi literas; ſed, quod mirum, omnes data carentes. Ad annum 1112. etiam eas refert Bucelinus in Topo-Chrono-Stemmatographia *Tom. I. P. 2. de Monaſteriis.* Add. Trithem. in *Chron. Hirſaug. Tom. I. p.* 291.

CCCXXI.

HENRICUS V. IMP.

1112. 1. Aug. juri Advocatorum S. Maximini fines ponit, eorumque inſolentiam coërcet.

Zylleſius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 47. IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia imperator auguſtus. Si monaſteria ſacra, & famulos inibi Deo famulantes a multimodis advocatorum oppreſſionibus præmunire ſtuduerimus, regni noſtri, & imperii ſtatum divinitus inde corroborari non dubitamus. Proinde fidelium noſtrorum tam præſentium, quam futurorum magnitudo comperiat, qualiter fidelis noſter, Berengoſus videlicet abbas de monaſterio S. Maximini, qui in ſuburbio Trevirorum corporaliter quieſcit, noſtram imperialem adivit clementiam, poſtulans, & in Domino humiliter obſecrans, quatenus privilegia prædeceſſorum noſtrorum Henrici, item Henrici, nec non Chuonradi, aliorumque anteceſſorum noſtrorum invictiſſimorum imperatorum, ſuper multimoda advocatorum moleſtia præfato cœnobio conceſſa noſtris etiam privilegiis renovare, & corroborare dignaremur. Cujus petitioni ob amorem Dei, & ob interventum (*a*) (*a*) Mathildis reginæ dilectiſſimæ conjugis noſtræ, Brunonis etiam Trevirenſis,

NOTÆ.

(*a*) *Mathildis Reginæ, dilectiſſimæ conjugis noſtræ.*] Solemnes equidem nuptias anno demum 1114 cum Mathilde celebravit Henricus. Vid Dodechinum *in Appendice ad Marianum Scotum ad d. an.* Sigebertum Gemblacenſem *ad eund. an.* & Wilh. Gemmetienſem *Lib. VII. Hiſt. Norm. C. XI. p.* 297. ibi: *Deſponſatam* (Henrico Mathildin) *Archiepiſcopus Colonienſis ..... Moguntiæ in Reginam conſecravit, cæteris coëpiſcopis aſſiſtentibus, & præcipuè Archiepiſcopo Trevirenſi, qui eam, dum conſecraretur, inter ſua brachia reverenter tenuit.* Attamen dudum antè ſibi eam jam habebat deſponſatam, teſte Annaliſta Saxone Eckardino *d. ann. pag.* 631. ibi: *indicto conventu Moguntiæ nuptias poſt Epiphaniam Domini auguſtiſſimè inſtituit ...... ubi filiam Henrici Regis Anglorum dudum deſponſatam legitime ſibi conjungens Regni conſortem inſtituit.* Quamvis itaque anno 1114. Imperatoris cum Mathilde matrimonium demum conſummaretur, deſponſata tamen jamtum ab anno 1109. vel ſaltem 1110. Regis *conjux* dicebatur. Sic legimus apud

CCCXXI.

ſis, ac Friderici Colonienſis, archiepiſcoporum; nec non Brunonis Spirenſis, Burchardi Monaſterienſis, Otberdi Leodienſis, Burchardi Trajectenſis, Arlongi Wirziburgenſis, Otthonis Babenbergenſis, Eberhardi Eichſtatenſis, Hermanni Auguſtenſis, Odalrici Conſtantienſis, Rudolfi Baſilienſis, Kuononis Strasburgenſis, Widoois Curienſis, Richardi Verdunenſis, Rihwini Tullenſis, venerandorum epiſcoporum; Friderici ducis; Godefridi, Berngeri, Chuonradi, Ludewici, Berdolfi, Friderici comitum, aliorumque fidelium noſtrorum aſſenſum præbentes, & paternis traditionibus per omnia conſentientes, hoc noſtræ auctharitatis præceptum inde fieri decrevimus, per quod volumus, atque jubemus, ut leges, & jura, quæ familia ſancti Maximini ſub progenitorum noſtrorum temporibos habuerat, deinceps firmata, & ejusdem loci hominibus ſtabilita ſemper, & inconvulſa permaneant. Volumus etiam, atque præcipimus, ut advocati in abbatia illa non niſi ter in anno, & illi, qui hunnones in quibusdam locis dicuntur, non niſi in tertio tantum anno, niſi recens furtum fuerit, placitare debeant. In illis igitur placitis advocatorum, ſive hunnorum, quicquid clam, aut aperte, retro, vel ante in via illuc vel inde eundo, vel redeundo, quisque teus vadiaverit, ſecundum arbitrium abbatis aut præpoſitorum ſuorum, ſive villicorum, aut meliorum, qui in curtibus ſunt, juxta modum culpæ, & facultatis uniuscujusque hominis diſponatur; inde duæ partes abbati, tertia advocatis tribuatur. Si propter cenſus ſui negligentiam, vel ob quamlibet aliam culpam, manſus, aut poſſeſſio alicujus hominis in placitis abbatis publicata, ſive dominicata fuerint, omnia abbatis erunt, niſi bonis eisdem quilibet rei poſtea ſe temere intromiſerint. Bonorum autem, quæ in placitis advocatorum publicata fuerint, duas partes abbas, tertiam advocatus habebit, exceptis frugibus, quarum tertiam partem in eodem tantum anno advocatus habebit; poſtea vero nihil ad eum pertinet, quid abbas per villicos ſuos inde diſponere velit. Servitia, quæ in curtibus quibusdam advocatis tribuuntur, cum villicis, & ſcavionibus accipere, & non emittere debent, vel vendere, quia ad hoc eis donantur, ut quidquid abbati vel familiæ adverſitatis contigerit, per eos corrigatur. Quod ſi id non correxerint, quod bis vel ter in illorum placitis ex parte abbatis eis accuſatum, vel denuntiatum fuerit, tam diu eos abbas ſervitio conſtringat, donec ea, quæ prius illis in placitis ipſorum accuſata ſunt, ad correctionem perducant. Si quis propter furtum, aut lacrocioium dampnatus fuerit, omnis ſubſtantia, ſive poſſeſſio illius abbatis erit, advocatis vero de homine, quod ſibi & comprovincialibus melius viſum fuerit, agere licebit. Si quis ex ſamilia interſectus fuerit, precium illius, id eſt, weregelt, totum abbatis erit, ſi vero per advocatum accquiſierit, tertiam partem ſibi dabit. Servientes vero, qui ſcaremanni dicuntur, nulli advocato ſubjaceant, niſi noſtro ſucceſſorumque noſtrorum regali, vel imperiali dominio, vel poteſtati, nulli eorum pro quibuscunque culpis aut rebus reſpondeant, nulli eorum ſerviaot, niſi beneficia ab eis habeant, aut abbas pro neceſſitate, & utilitate monaſterii, cum illis eos alicubi ire præcipiat. Præbendarii autem, qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt, ſive in ipſo loco, ſive in cellula, quæ Tavena dicitur, ſive dageſcalci, aut conſules, qui cereales dicuntur, ſive piſcatores, aut piſtores, nulli advocato, vel hunnoni ſubjaceant, ſed tantum abbati, aut villicis ſuis pro quibuscunque rebus reſpondeant. Si villani debitum cenſum abbati voluerint denegare, primum per alios judices, in ipſo principali loco Treviris per illos judices,

ac

N O T Æ.

apud Ordericum Vitalem *Lib. XI. Hiſtor. Eccleſ. pag.* 819. *&* p. 838. *Henricus (IV.) Imp. Alemannorum* (an. 1106.) *exſpiravit* .... *Henricus V. filius ejus poſt eum imperavit, qui poſt tres annos Mathildem* .... *uxorem duxit* .... *Eodem anno* (1109.) *Henricus Rex Mathildem filiam ſuam dedit in conjugium* ... *Imperatori Alemannorum*. Item apud Wilhelmum Gemmeticenſem *l. cit.* Henricus Mathildin) *receptam ſolemniter* ...... *apud ulterius Trajectum deſponſavit*. Demum Annales Hildesheimenſes *ad ann.* 1110. *p.* 737. *Rex Anglici Regis filiam ſponſam ſuſcepit, quam* ..... *apud Trajectum regio more dotavit*. Hæc ita latiùs deducenda fuere, quia in nullo alio diplomate, annum 1114. antecedente Regiæ conjugis Mathildis mentionem fieri obſervavit Autor Chron. Gottwicen. *Tom. prodrom. pag.* 315.

CCCXXI.

ac miniſtros, qui ſcaremanni dicuntur, ad viam, ſi poſſunt, reducantur; ſin autem, per cartam vel advocatum, ad ultimum vero per manifeſtum judicium, in quo ſi convicti fuerint, omnibus bonis ſuis carebunt, & nullum jus, niſi quod abbas eis poſtea conceſſerit, habebunt. Si quis ex manſionariis, qui circa urbem, vel in aliis longe vel prope poſitis curtibus commanent, cenſum debitum, qui ad uſum fratrum cotidianum pertinet, die ſtatuto, vel tempore non dederit, ſtatim ſequenti die villicus abbatis, ſine advocato de domo ipſius vadimonium tale accipiat, cum quo ſervitium fratrum, quantum ille debuit, pleniſſime perſolvat. Cæterum autem ſervitium ejus, in curte, qua habitat, ſecundum judicia ſcavionum exigendo requirat. Nusquam niſi inter ſe villani, aut manſionarii mubant, aut uxorem ex familia ſancti Petri accipiant; ita tamen, ut alteri eccleſiæ altera damnum non inferat, ſed per ſucceſſiones filiorum, aut filiarum, utrique eccleſiæ, quod ſuum eſt, ad ultimum redeat, ac remaneat. Si homo in hominem verbis, aut factis deliquerit, advocatus inde eum non accuſabit, niſi præſens ſit aliquis, qui eum accuſaverit, aut duo inimici clam, aut aperte pacificati fuerint inter ſe, ibi utrorumque culpa parebit. Advocatus vero Wilhelmus comes, qui in præſentiarum eſt, ſive ſucceſſor ejus, qui bannum a regia manu ſuſceperit, proxima die poſt feſtum S. Maximini ſuper prædia, & mancipia miniſtrorum a prima usque ad nonam placitabit, ita tamen, ſi celebre feſtum vel jejunium ea die non fuerit, & quidquid ibi placitando acquiſierit, duas inde partes abbas, tertiam vero advocatus habebit. Ad ſervitium autem, ſi placitaverit, & quæ corrigenda ſunt, ſcavionum judicio correxerit, duos modios panis, quatuor oves, & amam vini abbas advocato dabit; ſi amplius neceſſe habet, de placito habebit. Quemadmodum omnes eccleſias, & ſalicas decimationes ad ſuſceptionem hoſpitum, & peregrinorum abbatem habere decrevimus, ita ſine dubio de omnibus ſylvis, ſive nemoribus in S. Maximini proprio jacentibus, decimam partem tam in arboribus, quam de precio porcorum, ſive utilitate apium, eum per omnia habere volumus, atque firmamus, tam in Kiliwalde, quam in ſylva juxta curtem Steinſiela, vel circa caſtrum Liuzelenburc adjacente; nec non in ſylvula, quæ Hart, vel Waber in Talevangero marca dicitur conſiſtere; in ſuis autem ſylvis, quas adhuc in manibus habet, poteſtatem ei damus, quicquid ſibi placuerit, exceptis ſeris bannitis libere diſponere. Poteſtative vero per abbatiam placita exceptis tribus debitis tenere, vel de curte in curtem ire, aut hoſpitia vel ſervitia a ruſticis, vel villicis abbatis & fratrum violenter exigere, aut inſciſſionibus vel petitionibus eos gravare, & pecora illorum, aut paraſredos tollere tam comitibus, & ducibus, quam advocatis hac noſtra imperiali auctoritate omnimodis interdicimus, quia ſicut in privilegiis genitoris noſtri Henrici aliorumque progenitorum noſtrorum Heinrici, atque Chuonradi, nec non Heinrici piiſſimorum imperatorum inſpeximus, ſex millia, ſeptingenti quinquaginta, & amplius manſi, unde abbas in militiam ire, vel prædeceſſoribus noſtris, vel noſtræ regalitati in ſecundo ſemper anno ſervire debuit, ad hoc beneficiati ſunt, diverſis fidelibus noſtris, ducibus ſcilicet, atque comitibus, ut cætera, quæ ad præbendam fratrum remanſerant, absque omnium advocatorum inquietudine exceptis tribus illorum placitis, libere, & quiete poſſideant. Addimus etiam, atque præfato abbate petente, remittimus fratribus in cellula, quæ Tavena dicitur, Deo, ſanctoque Quiriaco ſervientibus, bona videlicet ſua in Murmirdinga, vel in capella Adspelt, quibus eos per aliquot annos conſenſu Willihelmi comitis, & Henrici fratris ſui poſt obitum cujusdam Udonis de Wiſchebahe, qui eadem bona a Theoderico abbate, quamvis injuſte, pro beneficio habuit, injuſte eos perdidiſſe cognovimus, & ut eadem bona famulis Dei in præfata cellula Deo, ſanctisque Chriſti confeſſoribus, Aucthori, & Quiriaco famulantibus nullus auferre præſumat, firmiter interdicimus. Et ut hæc jura præfati monaſterii, & familiæ ſancti Maximini, additis etiam bonis jam dictis, ab iſta die, & deinceps nullus infirmare, vel auferre audeat, aut infringere, cartam hanc inde conſcriptam, manu propria ſubtus firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domni Henrici quarti Romano-

CCCXXI.

manorum invictiſſimi imperatoris auguſti.

Adelbertus cancellarius recognovit.

(b) Data VI. idus Auguſti (*b*) anno Dominicæ incarnationis MCXII. iodictiooe V. regnante domno Henrico quinto rege, quarto imperatore, anno regni ejus XII. imperii vero I. Actum Spiræ in Dei oomine feliciter, amen.

NOTÆ.

(*b*) *Anno Dominica Incarnationis MCXII.*] Sic rectè & ex fide autographi; quod perperam correxis in MCXVII. Præſul Gottvvicenſis *l. cit. p.* 316. cùm huic anno nec conveniat Indictio, nec annus Regni Imperiique &c. Neque ideo aliquid in Chronologia hujus diplomatis emendandum eſſe, quòd Mathildis regiæ conjugis mentio fiat, jam demonſtratum eſt.

CCCXXII.

1112.

HENRICUS V. IMP.

Brunoni Archiepiſcopo mandat, ut Abbatem S. Maximini de Abbatia S. Arnulphi Metis inveſtiat.

Browerus *Annal. Trev. Tom. II. p.* 10.

HEnricus Dei gratia Romanorum imperator auguſtus Brunoni Trevirorum archiepiſcopo gratiam & omne bonum. Minime te latere poteſt, quid proximo conventu decretum

(a) ſit, ut cuiipſe præſens adfueris; (*a*) diſpoliatos nimirum omnes ſuis quemque reſtitui bonis oportere. Cum itaque

* Berengoſo * abbati D. Maximini literas a me crebro ad te miſſas parum adhuc intelligo profuiſſe; adeoque ſtudium meum, quo coram eum, data dextra, ac præſenti ſermone tibi commendavi, animadverto fruſtra fuiſſe; rogamus, ut ſi nos diligis, (*b*) ex abbatia S. Arnulphi * eum (b) * Meteuſi. inveſtias, & tam in ea, quam rebus quibusque cæteris, cures, ut promptiorem in ſe tuum favorem benevolentiamque ſentiat. Obteſtamur quoque, ut litem de prædiis inl.utharesdarrem ab abbate, fratribusque moram, componas, omniaque ad pacem & æquitatem revoces. Vale.

NOTÆ.

(*a*) *Diſpoliatos omnes ſuis quemque reſtitui bonis oportere.*] In hoc reſtitutionis caſu præter alios fuiſſe Brunonem, Geſta Trevirorum apud Martene *Collect. ampl. Tom. IV. p.* 191. latè teſtantur.

(*b*) *Ex Abbatia S. Arnulphi eum inveſtias.*] Effecerime Bruno, quod his literis orabat Imperator, non conſtare memorat Wilthemius *Annal. S. Maxim. Lib. VIII. ad h. an.* Addit tamen, Berengolum tertio ab hinc anno prts Cœnobitis D. Arnulphi exoràſſe; fortè ùt eorum Præſes, inter Abbates enim non numeratur.

CCCXXIII.

Circa 1113.

EPISTOLA

Brunonis Archiepiſcopi Trevirenſis ad Reinaldum Archiepiſcopum Remenſem, de ſocietate Trevirenſis Eccleſiæ & Remenſis.

Martene *Coll. ampl. Tom. II. p.* 624.

DOmino R. venerabili ſanctæ Remenſis eccleſiæ archipræſuli, B. miſericordia Dei Trevirorum, id quod eſt, devotiſſima orationum & ſervitutis obſequia.

Fama æquitatis veſtræ & pietatis in Deum nos jamdudum in archipræſulatu veſtro indignam admodum & intolerabilē injuriam paſſos, invitat veſtrum implorare auxilium, quod nobis oec negare, nec differre debetis. Licet enim quadam ſocialis ûnitatis affinitate univerſæ funguntur eccleſiæ, & juxta id, quod eis accidit viciſſim, auctoritate apoſtolica jocun-

CCCXXIII.

jocundari & dolere habeant, noſtra tamen, & veſtra eccleſia ſpecialiori caritatis ex antiquo annexæ vinculo inveniuntur, nec ab aliquo qui eccleſiarum noſtrarum privilegia bene noverunt, ſorores eſſe denegantur, ex hac itaque ſororia ſocietate & ſecuritate, caritati veſtræ, ſororis veſtræ injuriam deploramus. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Multa de ſororia hac ſocietate veteres; imprimis Hincmarus Remenſis Archiep., qui ex ea non parum gloriæ & auctoritatis eccleſiæ ſuæ quærebat. Vid. Capitular. Reg. Franc. *Tit.* 41. *ad an.* 869. *edit. Baluz. pag.* 217. Flodoardum *Hiſt. Rem. Lib. III. in Epiſtola ad Nicolaum Papam.* Nec non *eod. Lib. III. Cap.* 20.

CCCXXIV.

HENRICUS V. IMP.

1113. 6. *Aprilis.*

Abbatiæ S. Maximini reſtituit bona, quæ inique retinuerant Emicho Comes, & Gerlach filius ejus.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator auguſtus. Juſtitiam cuique facere cum omnium ſit generaliter, noſtrum eſt, ſine dubio, principaliter, quia ad hoc in imperialis dignitatis culmine cæteris videmur præeminere mortalibus, ut judicium & juſtitiam faciamus omnibus injuriam patientibus. Quapropter fidelium noſtrorum, tam præſentium, quam futurorum, magnitudini notum eſſe volumus, qualiter fidelis noſter, Berengoſus videlicet abbas ex monaſterio S. Maximini, quod in ſuburbio Treverorum ſitum eſt, noſtram per hos ſeptem annos Imperialem, ſive regalem ſæpius interpellavit clementiam, quatenus bona ſancti Maximini, quæ Emicho comes, & Gerlach filius ejus, hactenus injuſte poſſederant, ei reſtitueremus, & reſtituta noſtro imperiali præcepto confirmaremus. Cujus petitioni propter amorem Dei, & ob interventum fidelium noſtrorum, Brunonis videlicet reverendi Trevirenſis archiepiſcopi, nec non venerabilium epiſcoporum, Arlongi Wirziburgenſis, Ruodolfi Baſilienſis, Cuononis Argentienſis, Brunonis Spirenſis, Burchardi Monaſterienſis, Odalrici Conſtantienſis, Ebbonis Novarienſis, Geroldi * Riſenſis, Adalberonis Metenſis; nec non Odalrici Augienſis, Erlolfi Morbacenſis, venerandorum abbatum. Friderici etiam ducis; Herimanni marchionis; Godefridi & Manegoldi Palatinorum comitum, aliorumque fidelium noſtrorum aſſenſum præbere complacuit, ea videlicet conditione, ut parentum noſtrorum & noſtri, congruis miſſarum celebrationibus, aſſidua ibi commemoratio ſit. Et idcirco hoc noſtræ auctoritatis privilegium inde conſcribi juſſimus, per quod præcipimus atque jubemus, ut eadem bona, id eſt, hæc eccleſiæ: Albucho, Weildeſtein, Gozoluesheim, nec non duodecim talenta cenſuum in Apula, ſive villam quandam vocabulo Folemaresbach, quæ ad veſtituram fratrum, & ad luminaria monaſterii, cæteroſque uſus pertinent, integerrime ulterius rehabeant, atque poſſideant; ea videlicet conditione, ut nec præfatus abbas, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum, vel noſtrorum, regum vel imperatorum, quicquam de eiſdem bonis alicui benefacere, ſive vadimoniare præſumat, ſed ad veſtituram aliosque uſus fratrum, abſque omni ſemper inquietudine permaneant. Si quis autem, quod abſit, hujus præcepti noſtri in aliquo violator extiterit, noſtram, ſucceſſorumque noſtrorum offenſionem incurrat, & omnium epiſcoporum, qui impræſentiarum ſunt, excommunicationi ſubjaceat; inſuper etiam ad partes regias ſex libras auri integre perſolvat, & tamen id, quod fecerit, irritum & ſupervacaneum omnimodis exiſtat. Et ut hoc firmum ſemper & ſtabile

* hodie *Rupe* in Jutia, ſub Archiepiſcopatu Lundunenſi in Dania.

CCCXXIV.

ſtabile permaneat, præceptum hoc inde conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum domni Henrici quarti Romanorum imperatoris auguſti.

Bruno cancellarius recognovit. Data VIII. id. Aprilis anno Domini MCXIII. indictione VI. regnante domno Henrico anno XIII. imperante vero II. Actum Wormatiæ in ipſo die paſchæ, in Domino, amen.

CCCXXV.

1115.

EPISTOLA
BRUNONIS ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS
ad Rodulphum Remenſem ſuper vexationibus Monialibus B. M.V. Treviris a quibusdam Nobilibus illatis.

Merlot *Hiſtoria Remenſis Tom. II. p. 258.*

RODULPHO venerando Remenſis eccleſiæ archipræſuli Bruno Trevirenſis eccleſiæ ſervus, piæ devotionis famulatum. Beatitudinis veſtræ ſæpe numero experta probitas me vos amare cogit, cujus amoris affectum demonſtrare paratus ſum omni tempore; veſtræ igitur dilectioni in hac viciſſitudine nequaquam diffiſus, præſumo petere, quod dono benignitatis veſtræ, & dignæ compenſationis obtentu cupio obtinere, ut ſororem noſtram præſentium latricem in loco mei & omnium
(a) ſororum ſuarum Dominæ noſtræ (*a*) ſanctæ Dei genitricis Mariæ Treviri famulantium ſuſcipere & exaudire, & com-
(b) municato religioſorum fratrum (*b*) coepiſcoporum veſtrorum, & principum terræ veſtræ conſilio juſtitiam facere
ſuper (*c*) Nicolao & Guidone Dominam (c)
noſtram Mariam tot annis apud Conduſam, & in ejus appenditiis ſpoliantibus, non differatis. Proſit nobis, quod fratres S. Remigii, & alii veſtrates, ut ab ipſis inquirere poteſtis, parvitatem meam ex nomine veſtro, ſuper bonis ſuis in terra noſtra ſitis appellantes, nunquam raro ſine conſolatione, ſecundum poſſe noſtrum, abierunt. Proſit etiam nobis, quod veſtra eccleſia, & noſtra ex antiquo annexæ inveniuntur, nec ab aliquo, qui eccleſiarum noſtrarum
privilegia bene noverunt, (*d*) ſorores (d)
eſſe denegatum. Bene ſemper in Chriſto valeat ſanctitas veſtra.

NOTÆ.

(*a*) *S. Dei genitricis Mariæ Treviri.*] In monaſterio Regali ad Horreum.

(*b*) *Coepiſcoporum veſtrorum.*] In ſynodo Remenſi, hoc anno celebrata, congregatorum. De hac ſynodo Marlot *Hiſtor. Remenſ. Tom. II. Lib. II. Cap.* 26.

(*c*) *Nicolao & Guidone.*] Nicolao de Ruminiaco, & Guidone de Guiſia. Vid. *Cart. ſeq.*

(*d*) *Sorores eſſe denegatum.*] De ſororio hoc vinculo inter Trevirenſem & Remenſem Eccleſias aliàs ſæpius.

CCCXXVI.

1115.

Alia ejuſdem ad eundem ſimilis argumenti.

Marlot *Hiſtoria Remenſis Tom. II. p. 259.*

RODULPHO venerabili ſanctæ Remenſis eccleſiæ archiepiſcopo, Bruno miſericordia Dei Trevirorum, id quod eſt, devotiſſima orationum & ſervitutis obſequia. Fama æquitatis veſtræ & pietatis in Deum nos jam dudum in archiepiſcopatu veſtro indignam admodum & intolerabilem injuriam paſſos, invitat veſtrum implorare auxilium, quod nobis nec negare, nec differre debetis. Licet enim quadam ſocialis unitatis affinitate univerſæ fungantur eccleſiæ, & juxta id, quod eis accidit viciſſim, auctoritate apoſtolica jocundari, & dolere habeant; noſtra tamen & veſtræ eccleſia ſpecialiori caritatis ex antiquo annexæ vinculo inveniuntur, nec ab aliquo qui eccleſiarum noſtrarum privilegia bene noverunt, ſorores eſſe dene-

CCCXXVI.

denegantur. Ex hac itaque ſororia ſocietate & ſecuritate, caritati veſtræ, ſororis veſtræ injuriam deploramus. Nicolaus de Ruminiaco & Guido de Guſe & de Hirſon, & alii eorum homines has villas Ludouſa, Aneia, Balbeneis, Guartheneis cum ſuis appenditiis Dominæ noſtræ ſanctæ Mariæ, & ei famulantium Treviri ſanctimonialium proprias, contra divinas pariter & humanas leges, jamdiu ſibi uſurpantes, rapinis horum bonorum abutuntur, & prædictarum Dei & ejus genitricis ancillarum ſtipendia audacter retentant. Qua de re dignitatis veſtræ dilectioni ſupplicamus, ut eos deſiſtere ab hujusmodi præſumptione commoneat; quod ſi pertinaciter in hujus ſacrilegii perpetratione perſtiterint, vos eos debita epiſcopalis officii auſteritate cöerceatis. Eorum etiam anteceſſores, easdem præfatas villas eadem violentia, qua & iſti ſibi vendicantes, anteceſſor meus ſathanæ tradidit, cum qua traditione ſepulti, & in infernum miſſi ſunt. Sed ego iſtos nolui hujus anathematis vinculo ligare, donec veſtram ſuper hoc reſponſionem audirem. Benedictio Domini ſuper vos & ſuper omnes vobis commiſſos. (a) (a)

NOTA.

(a) Refert Marlot *Hiſtor. Remenſis Tom. II. p.* 259. exſtare etiam Capituli & Cleri Trevirenſis ad Rudolphum Archiep. Remen. de eadem re, Epiſtolam, quæ indicet, eandem cum reliquis ſynodi tempore miſſam fuiſſe; ejus autem verba hæc eſſe: *Cum hæc epiſtola à ſanctitate veſtra lecta fuerit, in capitulum ſanctæ Dei genitricis Mariæ Fratribus noſtris, deinde ſancti Concilii ſynodo eam legi, aut inſinuari præcipiatis, quatinus conſilio eorum, & ſpecialiter auxilio fratris veſtri Bartholomæi Laudunenſis Epiſcopi, ad effectum petitionem noſtram ducere poſſitis.* Addit Marlot *l. cit.* iteratas has Trevirenſium querelas, & ea, quæ paſſim refert Sugerius Abbas, luculenter oſtendere, quanto furore Nobiles per id tempus in Eccleſiaſticorum bona graſſarentur. Hinc Thomam de Marna per diœceſes Laudunenſem & Ambianenſem bacchatos; illinc Dominos de Ruminiaco & de Guza in fines Trevirenſium, quæ Remenſi adjacent, alibi Comites Campaniæ, Reihelli & de Roccio &c. Non videtur tamen omnibus his effectum, ut monialibus quies procuraretur & ſecuritas ab horum Nobilium invaſionibus; eò quod Adalbero noſter deinde rurſum, & eodem ferè tenore, ſcripſerit ad Reinaldum Archiep. Remenſem; epiſtolam ediderunt Martene & Durand. *Collect. ampl. Tom. II. p.* 626.

CCCXXVII.

Circa 1115.

FRIDERICI
ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS
Literæ formatæ ad Brunonem Archiepiſcopum Trevirenſem.

d'Acherii *Spicilegium Tom. III. p.* 414.

Reverendiſſimo cultuque almifluæ religionis ſinceriſſimo Brunoni ſanctæ Trevirenſis archiepiſcopo, Fridericus reverendæ Colonienſis eccleſiæ ac plebis ipſius humilis famulus in Chriſto paſtorum principe, manſuram cum gaudio proſperitatis & perpetuitatis gloriam. Decreta ſanctorum trecentorum octodecim patrum Niceæ conſtitutorum ſaluberrima ſervantes, Deo dignam piamque paternitatem veſtram canonice aggredimur, & ſub nomine formatæ epiſtolæ reverenter veſtram ſanctitatem adimus, vobis videlicet intimando, quia præſenti cuidam diacono noſtro nomine Balduino has dimiſſorias dedimus literas, quem in veſtra diœceſi canonice educatum de ordine clericatus ad diaconatus proveximus gradum, ut his canonicis munitus apicibus cum noſtra licentia ei in veſtra parochia ſub defenſione ac regimine veſtræ caræ dilectionis degere liceat, & ut eum, ſi morum probitas & doctrinæ dignitas ſuppetit, ad presbyteratus ordinem promoveatis, fideliter annuimus, illumque in ſinu ſanctæ matris eccleſiæ canonice fovendum, ad regendum vobis committimus. Hanc

ergo

CCCXXVII.

ergo epiſtolam græcis literis hinc inde munire decrevimus, & annulo noſtræ eccleſiæ bullare cenſuimus. Chriſtus paſtorum princeps fraternitatem veſtram ad cuſtodiam ſuæ gregis diu conſervare dignetur incolumen. I. XL. VIII. L. [DCCC. DCCC. CCC. (a) (a)

N O T A.

(a) Huc conferenda, quæ jam ad alias Formatas de annis 860. & 905. notavimus. Apparet autem in hac Epiſtola, numeros, in fine apponi ſolitos, ſcriptoris haud dubiè inſcitiâ, vitiatos. Debuerant enim ex regulis Formatarum, præter verbum Α Μ Η Ν græce ſcriptum, hæ ſubſcribi literæ: Φ. Ρ. Α. Ο. Nimirum Φ pro prima litera ſcribentis Friderici; P pro ſecunda Brunonis, cui ſcribitur; A pro tertia accipientis Balduini; O pro quarta civitatis Colonienſis, de qua ſcribitur. Et ſi quinta eſſet adhibenda, erat E, pro civitate Trevirenſi, ad quam ſcribitur. Quibus omnibus addenda erat Indictio.

CCCXXVIII.

HENRICUS V. IMP.

1116. 1. Julii.

Monaſterio S. Maximini immunitatem, aliaque jura & privilegia firmat.

Zylleſius *Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 51.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator auguſtus. Sicut antiquorum inſignia regum Deo ordinante geſtamus, ita præclara eorum merita in præceptis, ſeu præceptorum confirmativis, eccleſiis Dei concedendis per omnia imitari debemus. Quapropter fidelibus noſtris, tam præſentibus ſcilicet, quam futuris, notum fieri cupimus, qualiter fidelis noſter, Berengoſus videlicet abbas ſancti Maximini de Treviris, ultra montes nos proſecutus in Italiam, inter cætera noſtram imperialem appellavit clementiam, quatenus privilegia prædeceſſorum noſtrorum, regum vel imperatorum, præfato cœnobio confirmaremus; inſuper etiam quaſdam curtes, & poſſeſſiones violenter inde ſublatas reſtituere vellemus; cujus petitioni propter amorem Dei, & ob interventum ſpiritualis patris noſtri, domni videlicet Paſchalis beatiſſimi papæ, atque dilectiſſimæ contectalis noſtræ Mathildis reginæ, nec non Burchardi Monaſterienſis, Odalrici Conſtantienſis, Gebehardi Tridentini, Mazonis * Virdunenſis, venerabilium epiſcoporum, & Erlolfi venerandi ſanctæ Fuldenſis eccleſiæ abbatis, aliorumque fidelium noſtrorum, aſſenſum præbemus, & hoc noſtræ aucthoritatis præceptum inde fieri decernimus, per quod præcipimus, atque jubemus, ut eadem abbatia ſancti Maximini, confeſſoris Chriſti pretioſiſſimi, nulli unquam ſedi, aut eccleſiæ, quolibet ingenio, vel qualicunque occaſione ſubdatur, nullius perſonæ, magnæ vel parvæ, violentiam, ſive dominationem patiatur, ſicut ſub anteceſſoribus noſtris usque ad præſens ab omni inquietudine immunis extiterat, ita quoque ſub noſtro ſucceſſorumque mundiburdio, ac defenſione perpetualiter libera permaneat, ac ſi ea, quæ nulli unquam perſonæ niſi regibus, & imperatoribus decentiſſime ſubjaceat. Monachis etiam inibi Deo ſervientibus per noſtræ ſerenitatis aſſenſum eligendi inter ſe abbatem, quando opus fuerit, liberum arbitrium concedimus, quamdiu talis inter eos fuerit repertus, qui ad hoc officium probabilis videtur & idoneus. Præcipimus etiam, ut nullus advocatus in curias abbatis, ac fratrum temere introeat, aut a villicis eorum ſervitia violenter exigat, vel a reditibus, & præbenda eorundem fratrum ſibi ſerviri præcipiat; & licet unaquæque pene villa contra juſtitiam, plures, quam neceſſe ſit, advocatos habeat, præcipimus tamen, ut nullus ex illis, præter unum, aliquod placitum, niſi tria jure debita, ſuo loco, & tempore cum ruſticis poſſideat,

* pro *Verdenſis*; quod & in aliis antiquis monimentis obſervare eſt.

CCCXXVIII.

ſideat; in quibus placitis nihil retro vel ante, clam aut aperte ſine villicis abbatis aliquo modo diſponat, nullusque eorum, ſive ſit dives, aut pauper, ſummus, aut infimus, in allodio S. Maximini caſtrum aliquod ædificare præſumat, ſed liceat abbati ſuiſque ſucceſſoribus curias totius abbatiæ, quibuscunque velint, fratribus aut villicis committere, & pro re, & tempore, quicquid ſibi ſecundum commoditatem eccleſiæ melius inde viſum fuerit, libere diſponere. Præcipimus etiam, ut ſervientes eccleſiæ, qui ſcaremanni dicuntur, nulli advocato vel domino præter imperatorem, & abbatem violenter cogantur ſervire, niſi ſibi placeat, aut beneficium aliquod ab eis videantur habere. Præbendarii etiam ſive manſionarii fratrum circa monaſterium infra milliare unum e vicino manentes, ſive dageſcalci, aut cerearii foris ubique per villas poſiti, nullius advocati vel hunnonis placitum, niſi pro aliqua temeritate vel negotio ab abbate, vel a ſuis fuerint invitati, reſpiciant, familiaque totius abbatiæ in quocunque placito vel negotio bannum vel fredas nulli niſi abbati vel villicis ſuis perſolvat, & teloneum a navibus eorum in regno noſtro nullus exigat. Præterea fideles noſtros, tam præſentes ſcilicet, quam futuros ignorare nolumus, quia per interventum patris noſtri domni Paſchalis apoſtolici, & Mathildis æque reginæ, nec non fidelis noſtri Arnulfi Aquenſis præpoſiti, aliorumque fidelium noſtrorum, quos prænominavimus, ac pro jugi, & fideli ſervitio prædicti abbatis B. cœnobio ſibi commiſſo ac fratribus quaſdam curtes, & poſſeſſiones beato Maximino injuſte ſubtractas, id eſt, Liovena, Luthardesdarra, Mannendal etiam, & Gunthereshuſun cum omnibus pertinentiis ſuis * †

* ita in autographo vacant lineæ duæ inter geminas cruces.

† ad præſens eis reddimus atque firmamus. Et ut nullus ſucceſſorum, regum vel imperatorum, nulla prorſus eccleſiaſtica, ſive mundana perſona eadem bona quoquo modo inde auferre, vel a præbenda fratrum abalienare præſumat, firmiſſime præcipimus, atque jubemus. Et ut hoc imperiale authoritatis noſtræ præceptum de his omnibus conſcriptum firmum, & ſtabile permaneat ulterius, manu propria ſubtus firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Inſuper & ſpiritualem patrem noſtrum domnum Paſchalem banno ſuo confirmare rogavimus.

Signum domni Henrici quarti Romanorum imperatorum invictiſſimi.

Bruno cancellarius recognovit. Data kal. Julii, indictione VIIII. anno Dominicæ incarnationis MCXVI. regnante domno Henrico quinto rege Romanorum anno XI. imperante vero VI. Actum in Italia in caſtro Burguliæ, in Dei nomine feliciter, amen.

CCCXXIX.

1118. 8. Jan.

HENRICUS V. IMP.

Abbatiæ S. Maximini reſtituit vaſallum ſuum Anſelmum de Molesberg, cum Beneficio ſuo Brechina, & Seltris.

* Sic interpolatum communicatum eſt commentariis Tilmanni Meckelii, quondam ſcribæ Limburgenſis.

HEnricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator auguſtus * &c. fidelibus noſtris &c. Quapropter &c. notum eſſe volumus, qualiter fidelis noſter Berengoſus abbas S. Maximini ſerenitati noſtræ conqueſtus eſt ſæpius, qualiter homo ſuus Anſelmus de Molesberg a domno Adelberto tunc quidem cancellario, nunc autem Moguntinæ ſedis archiepiſcopo una cum beneficio ſuo, Brechina ſcilicet, & Seltris, aliquot annis jam injuſte ſibi fuerit ablatus, rogans, ut in mercedis æternæ * eundem militem ſuum cum præſato beneficio ſuo S. Maximino integre reſtitueremus, & reſtitutum imperiali noſtra authoritate confirmaremus. Cujus petitioni rationabili ob amorem Dei, & reverentiam S. Maximini, per interventum fidelium noſtrorum Friderici Colonienſis, Brunonis Tre-

* deeſt intuitu, vel quid ſimile.

CCCXXIX.

Trevirenſis, archiepiſcoporum; ſed & Otthonis Babenbergenſis, Hermanni Auguſtenſis, & Brunonis Spirenſis, epiſcoporum venerabilium; nec non Friderici ducis, & Thietpaldi marchionis, Godefridi etiam, & Berengeri; ſed & Ludovici, & Vigberti comitum aſſenſum præbentes, præfatum Anſelmum de Molsberg cum ſuo beneficio, quod Anſelmus avus illius a Poppone abbate per precariam ſibi, ſuisque accquiſivit hæredibus, B. Maximino reddimus. Sed quia nos devoto ejusdem fidelis noſtri Anſelmi ſervitio carere nolumus, idcirco curtem noſtram Bettendorff, a cognato noſtro Herimanno Palatino comite ad nos hæreditario jure transfuſum, prædicto fideli noſtro Anſelmo in beneficium condonamus.

Signum domni Henrici quarti Romanorum Imperatoris.

Bruno cancellarius ad vicem dómni Adalberti cancellarii recognovi.

Data III. Non. Jan. MCXVIII. indictione XI. anno regni domni Henrici XVIII. imperii vero VII.

CCCXXX.

BRUNONIS ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS AD

HENRICUM V. IMP.

Epiſtola, qua ſua in eum merita recenſet.

Poſt 1118.

Brovverus Annal. Trev. Tom. II. p. 14.

Auguſte imperator. Id, quod tibi nuncio, haud ſine meo pudore proloquor. Equidem, quod miniſteriis obſequiisque tibi fidiſſimis in Italia affui, id certe nullius neque commodi ſpe, neque tuorum pollicitationibus adductus feci, ſed una me reverentia, atque ſummus amor dilectiſſimi amici domini mei Maximi eo perpulit, quem ſane diligo. Quare promtius etiam & alacrius a me factum, ut de tua corona & dignitate, quam poſſem cum eo diligentiſſime agerem, nihilque vel ſtudii, vel induſtriæ, tua cauſa prætermiſiſſe viderer. Primo quidem omnem eum theſaurum, & pecuniam, quam domino meo Maximo, & clientibus tuis Romanis me largiri volebas, ſumma fide, curaque diſtribui; inde vero quotquot ab honore tuo viſi alieni, hos omnes ſacramentis in tua verba adegi. Egomet ſtipatus amicis, & conſanguineis meis, cum inimicis tuis ferro rem transegi, atque pugnavi; quo ex certamine pars familiarium interfecti, pars graviter vulnerati. Jam vero cum urbe relicta ad oppida Romani territorii tu arma tranſtuliſti, & Robertus Capuæ princeps pro Gelaſio armatus Romam iniiſſet, ego cum domino meo Maximo noctes & dies excubans in tuo ſervitio ſub armorum pondere ſteti. Et quo cuncta certiora habeas, ſeptem portas dominus meus Maximus, amicorum, & conſanguineorum meorum præſidiis ſtationibusque tenuit; quæ tam intentis noſtrorum hominum vigiliis etiam cuſtoditæ ſunt, ut horum nequaquam offenſionibus Roma dici capta queat. Cùm vero, Roberto urbis jam diverſam in partem irrumpente, nobilitas tibi devota, domibus relictis, agmine trans Tiberim fugerat, ego cum vicinis, & propinquis omnibus usque perſtiti, nec locum deſerui; quare & jam tua cauſa magnum rei familiaris naufragium paſſus ſum.

CCCXXXI. CA-

N O T A.

(*a*) Evenêre hæc anno 1118. ſed ſeriùs ab Archiepiſcopo ad Imperatorem ſic ſcripta. Vid. Brovver, *h. l.*

CCCXXXI.

1120. 3. Jan.

CALIXTUS PP. II.

Brunonem Archiepiſcopum Trevirenſem liberum declarat ab omni poteſtate Legati, niſi à latere dirigatur.

Martene Collect. ampl. Tom. I. p. 600.

CAlixtus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Brunoni Trevirenſi archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Conſuetudo ſedis apoſtolicæ, & ipſe rationis ordo expoſcit, ut ſapientes religioſasque perſonas & Romanæ eccleſiæ obedientiæ devotas exiſtentes honorare amplius ac diligere debeamus. Proinde frater dulciſſime, poſtulationi tuæ clementer annuimus, & perſonam tuam dilectionis brachiis amplectimur, & eam a cujuslibet legati poteſtate abſolvimus, niſi forte a noſtro latere dirigatur; confidimus enim in Domino, quia de ſapientia ac religione tua & Deo ac eccleſiæ honor magnus utilitasque proveniat. Data Cluniaci III. nonas Januarii. (a)

N O T A.

(a) Qua de cauſâ, quâque occaſione Pontificium hoc decretum obtentum fuerit, ſic referunt Geſta Trev. apud Martene *Tom. IV. p.* 192. *Anno ordinationis ſuæ decimo placuit ei* (Brunoni) *Romam tendere, ut renovaret privilegia ſedis ſuæ, indignatus ſuper protervia Adelberti Moguntienſis Epiſcopi, ac Legatione ſedis Romanæ ſibi conceſſa ſuperbe ſe efferentis, maxime cum ex conceſſione priorum Apoſtolicorum Epiſcopus Trevirorum nulli niſi ſoli Apoſtolico vel à latere ejus miſſo debeat obedire; ſicut Hincmarus Remorum Archiepiſcopus in epiſtola ſua Nicolao Papæ directa commemorat dicens: „ Remenſis „ Eccleſia nunquam, excepto Romano Pontifice, „ primatem habuit, niſi quamdiu ejecto ab ea „ ſine ullo crimine ſuo Pontifice violentia tyranni „ Milonis, tempore Caroli Principis, Paſtore vacans, Bonifacio Apoſtolicæ ſedis Legato aliquamdiu, ſicut & Treverenſis Eccleſia commiſſa fuit . . . . Tranſactis diebus ſolemnibus, pariter iter Cluniacum dirigunt, ubi Bruno cauſas ſui adventus aperuit, prolatisque coram ſedis ſuæ privilegiis eadem ſibi & eccleſiæ ſuæ apoſtolicæ ſubſcriptionis firmamento ſtabiliri poſtulavit, quod & obtinuit.*

CCCXXXII.

1120. 3. Jan.

CALIXTUS II. PAPA

Brunoni Archiepiſcopo Metropolitanum Jus, aliaque priſca ornamenta conſtabilit.

Geſta Trevir.

CAlixtus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Brunoni Trevirenſi archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dignitatem vel eccleſiæ vel perſonis per autentica prædeceſſorum noſtrorum privilegia traditam, nos quoque inconvulſam, præſtante Deo, volumus conſervari. Illud igitur dignitatis, illud honoris, quod Trevirenſi eccleſiæ ac prædeceſſoribus veſtris de ſede apoſtolica eſt collocatum, nos ejusdem ſedis authoritate, coöperante Domino, ſtabilimus, & legitimum perpetuumque manere ſancimus, ut videlicet Trevirenſis eccleſia ſuper tres civitates Metim, Tullum & Virdunum metropolis habeatur, & ipſarum civitatum epiſcopi eam matrem ac magiſtram, ſalva in omnibus Romanæ eccleſiæ authoritate ac reverentia, recognoſcant. Porro tibi tuisque legitimis ſucceſſoribus, frater in Chriſto chariſſime, uſum pallii confirmamus, & ex apoſtolicæ ſedis liberalitate jumento purpura inſtrato per conſtitutas eccleſiæ ſtationes vehi, atque ante vos crucem deferri concedimus, ſicut

CCCXXXII.

ſicut & prædeceſſores noſtros tuis conſtat prædeceſſoribus conceſſiſſe. Ego Calixtus eccleſiæ catholicæ epiſcopus. Ego Lambertus Oſtienſis epiſcopus. Datum Cluniaci per manum Cryſogoni S. R. E. Diaconi cardinalis ac bibliothecarii. III. nonas Januarii. Ind. XIII. Incarn. Dom. MCXX. Pontificatus autem domini Calixti II. Papæ anno I. (*a*).

N O T A.

(*a*) Quid Brunonem moverit, ut hoc decretum à Rom. Pontifice poſceret, Geſtis Trev. *cit. p.* 192. recenſetur. Nempe: *tempore illo præfuit eccleſiæ Metenſi quidam Stephanus Calixti Papa ex ſorore nepos, cui jam dictus avunculus ejus conceſſerat in celebrationibus miſſarum pallio indutum procedere, integra Trevetica Metropolis poteſtate. Qui de pallii honore exhilaratus, velut confidens gratia conſanguinitatis ſupramemorata, ultro quam oportuit ſe extulit, omnimodis innitens, ſi quo modo potuiſſet, ut Trebericam Eccleſiam deprimeret, ſuam autem antoferret, & metropolim faceret, ſperans, quod quacunque inchoaſſet, Calixtus aſſentiret; quod exinde perpendimus, quia quotiescunque à Metropolitano vocatus fuiſſet, ut, ſicut conſuetudo eſt ſuffraganeis epiſcopis, Metropoli obedientiam & ſubjectionem ſubſcriberet, venire contemſit, dicens ſuos anteceſſores quandoque fuiſſe archiepiſcopos, quod nullarum ſcripturarum auctoritas affirmat & pronuntiat. Solummodo quippe Metenſium epiſcoporum quinque numero pallio uſi referuntur, quibus ille ſextus aſcribitur, ſervata tamen in omnibus Metropolitano ſubjectione: ſed non omnes, qui pallio utuntur, archiepiſcopi ſunt, niſi quorum ſedes Metropolis ſubjectis ſibi aliis civitatibus & epiſcopis principatur.*

CCCXXXIII.

1120. **BRUNO ARCHIEPISCOPUS**

novem amas vini annuatim tribuit ad capellam caſtri Arras.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego Bruno Dei miſericordia Trevirorum archiepiſcopus, notum eſſe volo fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod capelle in caſtello * Atrabato in die conſecracionis bonum, quod quidam Vanterel & filii ejus quatuor, Meginhart, Ervin, Arnold, Sigebert, & alii duo, Ensfridus & Divezo in dotem contulerunt, unde ipſi quoque ad operandum receperunt, ſemota omni * occaſione, novem amas vini in uſum & ſervicium prefate capelle quot-annis ſolvent; ad hanc tradicionem hac ratione provocati & adducti, quod veterem cenſum, imbrices ſcilicet & octodecim amas vini, quas ipſi & precedentes ſui hactenus ſingulis annis ſolverunt, eis & filiis eorum penitus remiſimus. Hoc ut ratum & inconvulſum permaneat, hanc noſtre confirmationis cartam ſigillo noſtro inſigniri & bannis confirmari placuit. Hujus rei teſtes fuere clerici Godefridus corepiſcopus, Widego, Ernſt, Gruntramus, Richardus abbas de Sprengeirspach, Marknardus, Kracht, Folmarus, Lanchechinus. Laici: Ludewicus, Sigebodo, Boymunt, Hermannus, Ohtere, Rodolf; item Rodolf de Keymetha, Erko & Werner de Merle, Folmarus & frater ejus, Rodolfus, Wezel & Theodericus de Cureya, Guntram de Witlich, & Hermannus de Vilerna. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXX. epiſcopatus autem noſtri XIX. (*a*)

* Arras.

* excuſatione.

CCCXXXIV. BRU-

N O T A.

(*a*) Adde infrà ad annum 1148. cartam Adalberonis circa hoc caſtrum.

CCCXXXIV.

1120.

CALIXTI PP. II.

Literæ ad Brunonem Archiep. de ſuo in urbem Romanam adventu.

Browerus Annal. Trev. Tom. II. p. 16.

CElare te fili non poſſumus, quod Longobardiæ Tuſciæque regionem ſine ullo tumultu, quio etiam magna uſi felicitate peragravimus, & tertio nonas Junii ad urbem, Domino benefavente, propius acceſſimus. Cæterum fratres noſtri epiſcopi & cardinales cum toto clero & nobilitate populoque extra urbem obviam nobis progreſſi, ſummis hooonibus exceperunt. Et Frigii * quidem corona capiti noſtro impoſita, gaudeotes, oxultantesque per viam ſacram, ad Lateranenſe palatium uſque ſolemni nos ritu proſecuti ſunt; ubi poſtquam authore Deo bene ac ſecure fuimus, Petrus Leonis in magno hominum omnis ordinis cœtu, clientelaribus ſe ſe ſacramentis eccleſiæ nobisque devinxit. Similiter a præfecto & fratribus ejus, nec non a Leooe Frangipane, totaque illa gente Stephano Normannoque factum. Neque ab horum ſe ſe ſtudiis, impigra parendi voluntate, Petrus Columna, cæterique nobiles Romanorum ſecrevere. Itaque ob hæc, tam proſpere ac feliciter geſta, laudes gratiasque Deo Domino noſtro quam ampliſſimas agas velim; & io iſtis ubi commoraris jam regionibus, ut rem eccleſiæ ſuſtentes, atqoe amplifices, viribus quantum poteris, coonitere.

* *Romana familia.*

CCCXXXV.

1124.

DECRETUM

Excommunicationis Brunonis Archiepiſcopi Trevirenſis adverſus raptores bonorum Eccleſiæ.

Geſta Treviror.

PRopter continuas oppreſſiones, quas eccleſia noſtra patitur, decernimus, & S. Spiritus judicio & auctoritate nobis conceſſa confirmamus, ut quicunque ſive in rapinis rerum eccleſiaſticarum, ſive in combuſtione alicujus eccleſiæ, ſive in captione alicujus clerici, vel in quacunque indebita exactione, ſive in generalis vel ſpecialis pacis violatione hactenus nos conturbavit, ad ſatisfactiooem canonice vocetur, paſſurus ſententiam ſecundum merita: obediens, judicium cum miſericordia; rebellis, judicium ſine miſericordia. Ab hac autem die ulterius quicumque ſupradictorum violator inventus fuerit, hodierna excommunicatione prædamnamus, & præcipimus, ut ab omnibus ut ſacrilegus devitetur, ſuſpenſo ejus nomine in eccleſia, ad * judicium excommunicationis, jam ſuper eo factæ, & ſingulis diebus dominicis repetendæ, ita ot quicunque ei communicaverit, ſi laicus fuerit, eodem anathemate feriatur; ſi clericus, ab ordine deponatur. ſpolia quoque emens vel accipiens ei, cui & ſpoliator, damnationi ſubjaceat. Coogregationibus autem liceotiam damus, ut quicuoque eos in bonis ſtipendiorum ſuorum læſerit, eum quotidiana excommunicatione perſequantur. Porro archidiaconis concedo, ut ubi aliis negotiis impeditus adeſſe non potero, pœnitentes eccleſiæ reconcilient, ſervato ordine io compoſitionibus & cæteris eccleſiaſticis conſuetudinibus.

* *indicium.*

CCCXXXVI. EPI-

CCCXXXVI.

1122.

EPISTOLA

deprecatoria Wilhelmi Comitis Luxemburgenſis ad Brunonem Archiepiſcopum Trevirenſem.

Brovverus Annal. Trev. Tom. II. p. 18.

DOmino ſuo Brunoni archiepiſcopo corde puro obedire & ſervire ſicut cariſſimo. Quod nuper a me indigna quædam in loca ſacra, imo in ipſis eccleſiarum atriis, patrata ſunt, id non ſum neſcius majeſtatem culminis veſtri graviter commoviſſe ac perturbaſſe. Quare injuriam eam moleſte quidem in me ipſe fero, atque etiam ex animo deteſtor, quæ prima itaque congreſſus ſermoniſque copia a te mihi fiet, dabo operam, ut quidquid a me peccatum eſt, ex judicii & gratiæ tuæ præſcripto reſarciam & emendem. Quapropter te etiam atque etiam rogo, ut miſericordiæ recordari omnino velis, & edicti ſeveritatem, quo mihi meiſque divini officii commercium prohibuiſti, vel mitigare vel in tempus differre. Quodſi abſolvere me quidem in præſentia ſtatuiſti, obſecro pater, quando jam accedere non licet, per quem id maxime fieri cupias, quam primum renunties. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Hæc pœnitentia fructus ſuit præcedentis anathematis. Vid. Geſta Trev. *p.* 193. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. p.* 392. *ſeqq.* Adde cartam ſequentem.

CCCXXXVII.

1122. Confirmatio Abbatiæ Münſterienſis per Wilhelmum Comitem Luxemburgenſem.

Calmet Hiſt. de Lorraine Tom. II. in probat. p. 270.

(*a*) (*b*) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (*a*) Wilhelmus comes de Lucelemburgh, cupiens imitari beatæ memoriæ patrem meum Conradum comitem, & (*b*) perficere, quod ipſe incœpit, vel potius bona voluntate implevit, oratorium ſecus prædictum caſtrum ab eo fundatum, & ordini monachorum deputatum, rebuſque ſuis, quemadmodum placuit ditatum, liberum eſſe ſub tuitione apoſtolica ſtatui.

(*c*) Quapropter (*c*) ob memoriam libertatis aureum unum Romæ ad altare ſancti Petri omni anno in die palmarum, ſive in cœna Domini, offerri conſtituimus, quem videlicet aureum indictione prima, anno quinto beati ſecundi Calixti papæ coram ipſo apoſtolico per manum (*d*) comitis Hermanni offerendum transmiſimus, quem etiam obtulit in die, qua conſecratum eſt altare beati apoſtoli Petri. (*d*) Ergo quia noſtris temporibus idem monaſterium eſt perfectum, ut pater meus ipſum locum omnino liberum facere diſpoſuit, ego,

N O T Æ.

(*a*) *Wilhelmus comes de Lucelemburgh.*] Quintus comes Luxemburgenſis, qui obiit anno 1128. relinquens ex conjuge ſua Mathilde filium unicum in Comitatu Luxemburgenſi ſucceſſorem Conradum II.

(*b*) *Perficere quod ipſe incœpit.*] Vid. cartam primævæ fundationis ſupra ad annum 1083. Extat quidem adhuc alia anterior de anno 1080. ſed quæ non videtur ad ſuum perveniſſe effectum.

(*c*) *Ob memoriam libertatis aureum unum Romæ.*] Quod ſolutio cenſus Eccleſiæ Romanæ vel ſimpliciter, vel in ſignum *protectionis* facta, non ſit indicium exemptionis a jurisdictione Ordinarii, expreſsè declarat Bonifacius VIII. *in cap.* 10. *de privil. in* 6. Sed quod nec hunc effectum operetur præſtatio cenſus, ſi in ſignum vel memoriam *libertatis* pendatur, ex hoc diplomate apparet; quippe quòd (uti videre eſt ex confirmatione Brunonis archiepiſcopi infrà anno 1123.) hoc fiat *ſalvâ Trevirenſis eccleſiæ obedientiâ.*

(*d*) *Comitis Hermanni.*] Salmenſis ſcilicet, qui

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

CCCXXXVII.

ego, ut ſuperius dictum eſt, deſiderans implere votum patris mei conſilio domini archiepiſcopi Brunonis Trevirenſis, & bonorum virorum, liberum abbatem illic eſſe conſtituimus, ita ſane, ut baculum paſtoralem ſuper altare accipiat. Statuimus autem, ut abbatem ammodo aliunde non habeant, ſi in eodem loco per gratiam Dei dignus quisquam potuerit inveniri; ſi vero, quod abſit, ibi repertus non fuerit, conſilio bonorum virorum alibi idoneum accipiant, remota omni laicali electione. Advocatum in eadem abbatia eſſe prohibemus, ſed ſi forte injuria aliqua inibi Deo ſervientibus illata fuerit, a nobis, ſive a poſteris noſtris juſtitia requiratur, & nihil pro hac re nobis debetur. Dominus autem hujus caſtri nullum gravamen eis inferat, nec de placitis, vel de hominibus eorum ſe intromittat, nullamque pretii exiſtimationem a (e) bannalibus eorum exigat, nec homines eorum hoſpitando vaſtet. Si bannalis eorum pacem fregerit, vel latrocinium fecerit, extraneus quoque ſi ſuper bannum eorum fugerit, prædictus dominus ſine licentia abbatis, & conductu miniſterialis ipſius, capere eum non poterit, & ſi ſe redemerit, abbas duas partes, dominus autem tertiam partem accipiat.

Si quis vero extraneus, cujuscumque homo bannalis exiſtat, fuerit ſic ſuperbus, ut cenſum ſuum perſolvere neglexerit, miniſterialis abbatis legali judicio domum ejus obſervabit; ſi contentioſus permanſerit, idem comiti proclamabit, qui juſtitiam faciens, ipſe tertiam partem, abbas vero duas partes accipiet. Si denique annale mercatum vel forum ſuper bannum ipſius loci ſtabilitum fuerit, telonium, vel alios reditus mercati vel fori accipient. Si autem in eodem mercato, vel foro quisquam proclamaverit aliquid, unde juſtitia fieri debeat, ſi pugna campi, id eſt, duelli adjudicata fuerit, in curia abbatis fiet, & ipſe abbas duas partes, comes vero tertiam partem accipiet.

Cuncta igitur, quæ a beato patre meo inibi Deo famulantibus donata ſunt, vel poſtea a nobilibus, ſive ab aliis fidelibus, attributa, quin etiam attribuenda ſunt, libera eſſe omnino, & rata confirmamus. Hæc ſunt autem, quæ eis inviolata conſervari decernimus: ſcilicet dotem ejusdem eccleſiæ, manſum unum indominicatum, & quatuor manſos veſtitos, & montem, & planitiem ab extrema turri ad aquam decurrentem in circuitu montis, ipſam etiam aquam a ponte S. Odalrici usque ad rupem Moronis, cum omnibus uſibus ſuis, & liberam piſcaturam pro velle, ſupra & infra cum molendinis, quatuor etiam familias, hoc eſt, familiam in villa, quæ dicitur Cezingen cum omnibus, quæ poſſident; & apud Cozingam villam familiam, & terram, quæ ibi habentur; ad montem Cunonis Luzonem, & fratres ejus, cum poſſeſſionibus ſuis; apud Matheis allodium & familiam, ubicumque ſint, excepto Amalrico, & Ranuluto cum poſſeſſionibus ſuis; & apud Marſcium pratum ſpatioſum cum omni uſuario, ſicut a patre meo datum eſt. Accipiant etiam omnia neceſſaria in ſylva præſenti, quæ dicitur Andevenna, & in ſylva Sandweiler, quocunque loco fuerint, ſive in paſcendis porcis, aut aliis animalibus, & ligna, & materiam ad omnia ædificia, ſine reſpectu reditus, aut cenſus.

Curtem, quæ dicitur Pris, cum banno & familia, & omnibus redditibus eis concedo, ſicuti etiam a patre meo datam eidem loco novi, villam Rodenges cum banno cum familia, & omnibus redditibus, eccleſiam de Furen cum omni adjacenti decima; eccleſiam de Leuda cum tribus partibus decimæ, eccleſiam de Roda; eccleſiam de Sandweiler. Hæc omnia eidem cœnoblo donata ſunt a patre meo in die dedicationis cryptæ anno Incarnationis Dominicæ MLXXXIII. añuente matre mea Clementia, & (f) fratribus meis, in præſentia domini Hermanni Metenſis epiſcopi, ſub teſtimonio nobilium virorum, quorum nomina hæc ſunt, Raim-

NOTÆ.

qui inter hujus cartæ teſtes primo loco occurrit. Ejus genealogiam, & qualiter Salmenſes hi Comites a Luxemburgenſibus deſcendant, exponit Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liſte Genealog. pag. XXXIII.*

(e) *Bannalibus.*] Id eſt, qui banno ſeu juriſdictioni domini ſubditi ſunt.

(f) *Fratribus meis.*] Hi fuere Henricus, qui anno 1096. obiit ſine poſteritate. Adalbero Primicerius Eccleſiæ Metenſis, defunctus in obſidione Antiochiæ anno 1098 Rudolphus abbas S. Vitoni Virduni, mortuus anno 1099.

CCCXXXVII.

Raimboldus, Becelinus, Thiedo, Richardus, Bertram, Albertus.

(g) Poſtea vero cum pater meus in via Hieroſolymitana defunctus & ſepultus, poſt duos annos inde translatus, & quarto anno (g) in prædicta crypta eſſet tumulatus, venerabilis mater mea eodem die allodium, quod dicitur Merre, Chriſto & ejus genitrici, aſſenſu filiorum ſuorum dedit; itemque aliud, Schefledinges nomine, in campis, pratis & ſylvis, cum familia non modica. Teſtes quoque hujus donationis ſunt Theobaldus, Lambertus, Becelinus, Richardus, Raimboldus, Anſelmus. Omnia igitur quæ a patre meo donata ſunt, & a matre mea Clementia poſt ipſius deceſſum oblata ſunt, ſive fideles quique pro animabus ſuis ipſi loco obtulerint, ſeu a nobis nunc ad honorem ejusdem eccleſiæ conſtituuntur, illibata, & absque calumnia ulla illis permaneant. Quicumque autem ipſis injuriam irrogaverint, & vi ſive fraude, quod eorum eſt, abſtulerint, ab advocato illorum Petro apoſtolo excommunicentur a præſenti eccleſia, & a regno cœlorum, niſi reſtituerint. Hujus confirmationis, & ſupradictæ conſtitutionis noſtræ chartam, ego & (h) filius meus Conradus ſuper altare ipſius cœnobii ſigillatam poſuimus, in præſentia domini (i) Folmari primi abbatis, & fratrum cum eo degentium, & nobilium virorum, quorum nomina hæc ſunt: Hermannus comes de Salmis, Godefridus comes de Urſimonte. Item Godefridus comes de Eſch, Gerardus de Roccio, Cono de Aldenges, Rodulphus de Kaneke, Theodoricus de Bourſcheidt. Item Theodoricus de Vixepach, Udo, Albertus de Pris, Weecelo advocatus, Udo, Humbertus, Godefridus, item Godefridus, Wigericus, Sigisfridus, & multi alii, qui interfuerunt. (h) (i)

NOTÆ.

(g) *In prædicta crypta eſſet tumulatus.*] Sæculo XVI. apertum fuit ejus ſepulchrum, detectaque lamina plumbea cum hac inſcriptione: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis quieſcit hic Comes Conradus. Hic cum inter ſæculi Principes famâ probitatis eſſet celeberrimus, ſepulchrum vitæ Principis adiit, amore divino ſuccenſus; indeque rediens divinâ ſe vocante clementiâ obiit. Peregrinus ſepultus in terrâ decenter non ſua, indeque anno dormitionis ſuæ ſecundo ſublatus, anno quarto, ipſo die annuæ migrationis ſuæ de ſæculo, hic fuit repoſitus, præſente conjuge ſua Clementia, per manum Adalberonis Primicerii Metenſis, Henrici Comitis, Conradique Comitis, præſente Rodolpho Abbate, filio Comitis, quem ipſe proviſorem & ordinatorem hujus loci ſtatuerat. Facta ſunt hæc, regnante, permiſſu Dei, Henrico tyranno damnato, at pia memoria Gregorio Pontifice Romano. Obiit autem VI. Idus Aug. anno Dominicæ Incarnationis MLXXXVI.*

(h) *Filius meus Conradus.*] De hoc infrà ad cartam San-Maximinianam anni 1135.

(i) *Folmari primi Abbatis.*] Quo ex monaſterio Folmarus cum primis Münſterienſibus cœnobitis adductus fuerit, definitè non conſtat; aliis Abbatiam S. Maximini, aliis Epternacenſem, aliis Mediolacenſem deſignantibus. Probabilius eſt, Virdunenſem S. Vitoni primos dediſſe Colonos, eò quòd Rudolpho, hujus monaſterii Abbati, filio ſuo primam novæ hujus plantationis curam demandaverit fundator Conradus I. Comes.

CCCXXXVIII.

BRUNO

ARCHIEPISCOPUS TREVIRENSIS firmat jura & poſſeſſiones Abbatiæ Münſterienſis Luxemburgi.

1123. 7. Octobr.

Calmet. Hiſtoire de Lorraine Tom. II. in probat. p. 272.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Bruno Dei gratia Trevirenſis archiepiſcopus, univerſis eccleſiæ catholicæ filiis. Officii noſtri profeſſionem attendentes, de profectu commiſſarum nobis eccleſiarum in præſenti quidem ſollicite laboramus, in poſterum vero, quantum poſſumus, pace ac ſtabilitate libenter providemus. Notum igitur facimus tam præſentis, quam futuri ſæculi fidelibus, quod comes Wilhelmus de Lucemburgh pium pratis ſui Conradi votum implere deſiderans, oratorium

CCCXXXVIII.

ſecus prædictum caſtrum ab illo fundatum, & ordini monachorum deputatum, perfecit, & liberum eſſe ſub tuitione apoſtolica, ſalva Treviren. eccleſiæ obedientia, ſtatuit, ac propter memoriam libertatis aureum unum Romæ ad altare ſancti Petri omni anno in die palmarum, ſive in cæna Domini, offerre conſtituit. Item noſtro conſilio & aſſenſu, libetum abbatem illic eſſe decrevit, ita ſane, ut baculum paſtoralem ſuper altare, conſecrationem vero ab archiepiſcopo accipiat. Statuit quoque ut abbatem aliunde non habeant, ſi in eodem loco per gratiam Dei dignus quiſquam potuerit inveniri. Si autem, quod abſit, idoneus aliquis repertus non fuerit, fratres, conſilio bonorum virorum, alibi idoneum accipiant, remota omni laicali electione. Advocatum vero in eadem abbatia eſſe prohibuit, ſed ſi injuria aliqua inibi Deo famulantibus illata fuerit, ab ipſo ſive a poſteris ſuis juſtitia requiratur, & nihil pro hoc eis debetur. Dominus autem caſtri hujus nullum gravamen eis inferat; nec de placitis vel de hominibus eorum ſe intromittat, niſi forte rebelles fuerint, & abbas vel miniſterialis ejus, ei queremoniam de illis fecerit. Quicunque etiam bannalis eorum pacem fregerit, vel latrocinium fecerit, extraneus quoque, ſi ſuper bannum eotum fugerit, prædictus advocatus ſine licentia abbatis, & conductu miniſterialis ipſius, eum capere non præſumet, & ſi ſe redemerit, abbas duas partes, advocatus vero tertiam accipiet. Si quis autem extraneus cujuscunque homo bannalis exiſtat, fuerit ſic ſuperbus, ut cenſum perſolvere noluetit, villicus abbatis legali judicio domum ejus publicabit; & ſi ille contentioſus permanſerit, ipſe advocato proclamabit, qui juſtitiam faciens, tertiam partem vadii, abbas vero duas partes accipiet. Si denique annale forum ſuper bannum ipſius loci ſtabilitum fuerit, teloneum & alios reditus fori accipient, advocatus vero de omni juſtitia, quæ fit in foro, nihil accipiet præter (a) tertiam partem duelli, quod ipſum quoque extra bannalem terram fieri non licebit. Hæc ſunt autem, quæ fratribus illic Deo famulantibus a comite Conrado & uxore ejus Clementia immo a filio Wilhelmo donata, & chartis confirmata ſunt: dos eccleſiæ, manſum unum indominicatum, IIII. manſi veſtiti, & mons & planities ab extrema turri caſtri usque ad aquam; ipſa etiam aqua a ponte ſancti Udalrici usque ad rupem Moronis, in omni uſu, & libera piſcatura, pro velle ſupra & infra cum molendinis, familia in villa Cecingen, cum omnibus, quæ poſſident; apud Boringiam villam, familiæ & terræ, quæ ibi habentur; ad montem Cuconis familia; apud Matheis allodium, & familia, ubicunque ſint, excepto Amalrico & Ramberto; apud Marſcium pratum ſpatioſum cum omni uſuario; curtis, quæ dicitur Oris cum banno & familia, & omnibus redicibus; villa Rodinges; ſimiliter eccleſia de Furen cum omni adjacenti decima; eccleſia de Leuda cum tribus partibus decimæ; eccleſia de Rode; eccleſia de Santweiller; allodium, quod dicitur Merra; item aliud Scheflinges, in pratis, campis & ſylvis, cum familia. Hæc igitur omnia ut ſemper rata & inconvulſa permaneant, banno noſtro confirmavimus. Ut ſi ipſe comes Wilhelmus, vel quisque hæres ſuus, vel quicunque alius, vi ſive fraude aliquid iſtorum ab uſu abbatis & monachotum auferre voluerit, divinam ſentiat vindictam, & perpetuo anathemati ſubjaceat. Hujus autem confirmationis teſtamentum fidelium noſtrorum, qui interfuerunt, nominibus & ſigilli noſtri impreſſione notavimus. Signum Godefridi præpoſiti. Sig. Godefridi decani. Sig. Theoderici archi-

N O T A.

(a) *Tertiam partem duelli, quod ipſum quoque extra bannalem terram fieri non licebit.*] Lites eo adhuc tempore, defectu aliarum probationum, *per duella* dirimebantur; hocque probandi medium, quod *judicium Dei* vocabant, non tantùm in cauſis Laicorum, ſed etiam Clericorum & monaſteriorum uſitatum fuiſſe refert D'Acherius *in Spicil. Tom. III. p.* 376. *nov. edit.* Ejus rei exempla edunt Martene & Durand *Vet. Script. & Monum. Collect. Tom. II. p.* 330. nec non Wiedius *Hiſt. Com. Flandr. P. I. p.* 253. ubi oſtendit Eccleſias & monaſteria ſuos habuiſſe pugiles ſeu campiones, qui cauſas eorum agerent. Non omnibus tamen dominis fuit jus duellici judicii, ſed quibus id ſpeciali privilegio vel conſuetudine eſſet indultum; quique inde etiam certis fruebantur *emolumentis pecuniariis*, cujus rei exemplum ex Regeſto Caſtri Lidi in Andibus producit Du Freſne *in Gloſſar. Tom. II. Col.* 215. De hoc ergo commodo duelli, ejusque jure, hic ſermo eſt.

CCCXXXVIII.

archidiaconi. Sig. Arnulphi archidiaconi. Sig. Raibaldi magiſtri ſcholarum. Sig. Wicauti cantoris, & Sig. Widegonis. Sig. Oberti. Sig. Bruntumri. Signum Megineri. Sig. Gerardi. Sig. Rodolphi cuſtodis. Teſtes quoque ſunt hi laici: Widricus, Rodolphus, Theodoricus, Albertus, Wecelo, Humbertus, Godefridus, Gerardus, Acelinus, Henricus. Acta ſunt hæc omnia Treveri in eccleſia majori ad ſanctum Petrum. Anno Dominicæ Incarnationis MCXXIII. indict. I. anno ordinationis domini præfati præſulis XXII. anno vero D. Henrici quinti regis, IIII. imperatoris, regni quidem XXV. Imperii vero anno XIII. nonis Octobris.

GODEFRIDUS ARCHIEPISCOPUS.

CCCXXXIX.

1124. 30. *Sept.*

Comes de Chyny fundat Abbatiam in aurea valle.

Calmet Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob. p. 274.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo vigeſimo quarto indictione IV. pridie kalend. Octobris dedicata eſt
(*a*) (*a*) eccleſia in honorem ſanctæ & perpetuæ virginis Mariæ in aurea valle a domino venerabili epiſcopo Henrico Virdunenſi, juſſu & petitu domini archiepiſcopi Trevirorum Godefridi, primo anno ſuæ ordinationis, regnante Henrico hujus nominis quarto, anno ſecundo reconciliationis inter regnum & ſacerdotium, cujus dedicationi ec-
(*b*) cleſiæ interfuit (*b*) Otto comes de Ciſnei, cum ſua uxore Adalade & filiis, domino ſcilicet Friderico Remenſis eccleſiæ præpoſito, & Alberto poſt patrem comite, & aliis quamplurimis nobilibus & liberis hominibus, qui comes prædictus in præſentia omnium qui aderant, terram poſſeſſionis, in qua ipſa eccleſia conſtructa eſt, cum appenditiis inferius diviſis Deo & ſanctæ Mariæ libera manu, conjugis & filiorum aſſenſu, ſub teſtimonio præſentis domini epiſcopi Henrici Virdunenſis, & omnium clericorum, monachorum, militum & ſervientium ſine retentione alicujus juris vel occaſionis, advocationis omnium eorum, quæ tunc poſſidebant, vel poſſeſſuri erant (*c*) fratres (*c*)

NOTÆ.

(*a*) *Eccleſia in honorem ſanctæ & perpetuæ Virginis Mariæ in aurea valle.*] Matildis Godefridi Gibboſi Lotharingiæ Ducis vidua, hoc marito ſuo in bello Brabantico orbata, amiſſo etiam deinde filio unico, aquis infeliciter merſo, eo loco cum cognato ſuo Arnoldo in Religioſorum virorum conſortio ſolatium quæſitura, annulum aureum nuptialem in fontem caſu prolapſum mirabiliter recipiens, *aurea vallis* nomen illi dedit. Rem ſic narrat Henriquez *de Ord. Ciſterc. Lib. II. Unum omnibus conſilium adire Virginem, loci patronam. Adeunt, precantur, fontem reviſunt, & inter bullientes arenas ante micantis oculos lucidus & radiens apparet; quem circumſtantibus fronte ſerena oſtentans Mathildis, & hoc eſt inquis, quod quærebam aurum: felix vallis, quæ tale reproduxit. Quapropter à modo & in ſempiternum* aurea, *velim,* vallis *vocetur.*

(*b*) *Otto Comes de Ciſnei, cum ſua uxore Adalade.*] Otto II. Comes Chinienſis & uxor ejus Adelheidis Alberti III. Comitis Namurcenſis filia.

(*c*) *Fratres ibidem Deo ſervientes.*] Erant ii tunc Ordinis S. Benedicti, de quibus Henriquez cit. *Lib. II. Anno igitur Dominicæ incarnationis ſupra milleſimum ſeptuageſimo . . . . . Monachi quidam, natione Calabri, profeſſionis ſuæ locum, in quo ſub D. Benedicti regula militabant, deſiderio ſolitudinis egreſſi . . . . in Ardennæ ſylva finibus diu quæſitum locum repe- riunt, & ad Auream nunc, tunc autem valde*

CCCXXXIX.

tres ibidem Deo ſervientes, concesſit, & ſui authoritate ſigilli confirmavit, ita (d) libere & abſolute, quomodo (d) pater (e) ſuus Arnulphus fecerat juſſu (e) Matildis Marcioniſſæ, cujus erat fundamentum illius loci.

Hæc ſunt autem, quæ tunc diviſa ſunt: totum Alſait usque ad viam de Iſers, quæ vadit ad ortum aquæ Williere, & usque ad quatuor ſurnos, terram venatoris Arnulphi, & ſicut via tendit de Germengis ad aquam Aſun, & a ripa, ſupra quam ſita eſt ipſa eccleſia, usque ad allodium de Viler, ubi tria flumina conveniunt; iſta & alia quamplurima contulit Otto comes prædictus eccleſiæ in dedicationis die ejus, ita libere ſicut pater ſuus Arnulphus comes pridem contulerat juſſu Marcioniſſæ Mathildis, cenſum etiam fœminarum de Caſa-Petra, & cenſum de uno manſo apud Surinis.

In ipſo autem dedicationis die ſub dotem dedit idem liberalis comes manſum unum, cujus pars una adjacet apud Morſul & alia apud Chervis, & cum hoc ſervum unum & ancillam, quorum nomina ſunt Lambertus & Veva. Dedit etiam cum his & alios ſcilicet Lambertum, fabrum, Aynardum, Sciardum, Dodonem, Rodulphum cum familia ſua, Euvidem cum familia ſua; medietatem etiam molendini apud ſanctam Mariam concesſit. Concesſit etiam Deo & ſanctæ Mariæ idem comes Otto, adſtipulantibus uxore & filiis, ut quisquis vellet converti de ſæculo ad locum ſupradictum, liberam haberet facultatem quidquid posſidebat ipſi dare loco, vel alius quis, ſive liber, ſive ſervus, aliquid ex ſuo dare voluerit, ratum confirmavit. Quidam etiam vir clarisſimus Cono dedit partem allodii ſui, a tribus videlicet fluminibus usque ad allodium de Blennei, & totum aquæ curſum Williere ad molendinum faciendum, ſecundum prædictam diviſionem, ſine reſpectu alicujus advocationis. Tradidit etiam decimam ejusdem allodii per manus prædicti pontificis. In die ipſo etiam dedicationis quædam mulier Deda Defant, quidquid hæreditatis habebat apud Walanſart, dedit, per manum comitis, ſimiliter & Giſla de Viler dedit ſanctæ Mariæ duo jugera apud Morei. Huic concesſioni omnium ſupraſcriptorum interfuere teſtes, dominus epiſcopus Virdun. Henricus, conſecrator ipſius loci; Hugo, Rudolphus, Petrus, Theodoricus, clerici, Reinardus decanus;

(f) Lodoicus de Chisnei, Cono de Viler, Theodoricus, Achardus, Arnulfus, Roricus, & alii quamplures liberi & nobiles. (f)

N O T Æ.

de horridam, Vallem deveniunt. Benedictinis in Calabriam revocatis ſucceſſere Canonici regulares; quibus denique ab Alberone Trevirenſi Archiepiſcopo, ex conſilio S. Bernardi, Ciſtercienſes ſuffecti ſunt.

(*d*) *Pater ſuus Arnulphus.*] Ludovici II. Comitis Chiniacenſis & Sophiæ natæ Friderici Comitis Virdunenſis filius, qui prima hujus monaſterii fundamenta jecerat anno 1070.

(*e*) *Matildis Marchioniſſa &c.*] Ea, de qua ſuprà *Not. a.*

(*f*) *Lodoicus de Chiſnei.*] Frater Ottonis, qui hanc cartam conſcribi fecit. Conf. ſupra tabulas Arnulphi Comitis Chiniacenſis de an. 1097.

CCCXL.

1125. 7. Maij.

HENRICUS V. IMP.

Abbatiæ S. Maximini varias curtes & eccleſias, a Godefrido Comite Palatino occupatas, reſtituit; aliaque bona, per ſe vel ſuos aliis Eccleſiis ablata, reſtituturum promittit.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Henricus divina favente clementia quartus Romanorum imperator auguſtus. Quoniam in imperiali dignitate ad hoc cæteris videmur præeminere mortalibus, ut judicium & juſtitiam faciamus omnibus injuriam patientibus, idcirco fidelibus noſtris, tam præſentibus, quam futuris, notum eſſe volumus, qualiter fi-

delis

CCCXL.

(a) delis noſter (a) Berengoſus abbas S. Maximini de quodam fideli noſtro, Godefrido ſcillcet Palatino comite, per hos VIII. annos nobis conqueſtus eſt ſæpius, eo quod quasdam curtes & eccleſias, unde per III. menſes victualia debent procurari fratribus, violenter ſibi auferens, ſuis non veritus eſt beneficiare militibus. Cujus querimoniam ac petitionem pro amore Dei, & reverentia B. Maximini, & per interventum dilectiſſimæ conjugis noſtræ Mathildis reginæ, nec non Berengeri comitis de Sulzbach, & Ottonis de Salmena, ſed & Conradi, & Godefridi de Hourinberg, & Stephani Oyenſis, aliorumqne fidelium noſtrorum, clementer ſuſcipientes, villas has, id eſt, Gunthereshuſun, & Rousbach, Mannendal, & Narheim, Holzhuſun, & Ukinesheim; Sueppenhuſun etiam, & Folmarsbach, ac Baſinheim; nec non & has eccleſias: Weldenſtein, Albucho, Gozolſesheim, Huſen, & Weinheim, cum omnibus ad ſe juſte & legaliter pertinentibus, beato Maximino, & fratribus ſibi famulantibus, ea ratione reddimus, atque firmamus, ut nullus ſucceſſorum regum vel imperatorum, nullus etiam dux, aut comes de eisdem rebus quidquam imminuere præſumat, ſed abbas, & fratres ad præbendam ſuam & utilitatem monaſterii ea libere, & ſecure poſſideant. Sed & hoc fideles noſtros, præſentes ſcilicet, & futuros, ignorare nolumus, quod ſicut fidelem noſtrum Anshelmum de Molesberch, qui a dominio prædicti abbatis aliquamdiu injuſte fuerat ablatus, ante VIIII.* annos, privilegii noſtri auctoritate, prænominato abbati recognovimus, ac reddidimus, ita & nunc beato Maximino, & eidem abbati, ſuisque ſucceſſoribus cum beneficio ſuo, quod eſt Brichina, & Saltris, denuo eum recognoſcimus, & recognoſcendo firmamus, ea ſcilicet ratione, ut ipſe, & filius ejus Henricus, idem beneficium, quod Anſelmus avus eorum ab eodem loco per precariam acquiſierat, pacifice ſemper, & quiete detineant; ſi autem ſine hærede defuncti fuerint, tunc abbas, & fratres ad utilitatem monaſterii eadem bona, & poſſeſſiones libere recipiant, & ſecure poſſideant. Præterea vero curtem quandam in villa Suaveheim, quam genitor noſter apud Spiram divina correptione terribiliter commonitus, de Henrico miniſteriali ſuo, aliisque bonis redemit, & beato Maximino privilegii ſui aucthoritate reſtituit*. Hanc itaque curtem, cum omnibus in Evernesheim aut Brizenheim ad eam juſte & legaliter pertinentibus, de manu Wolfgeti miniſterialis noſtri, qui contra præceptum noſtrum hoc in anno eam violenter invaſit, ſub obtentu gratiæ noſtræ imperialiter interdicimus, & præfato confeſſori Chriſti Maximino, ac fratribus ſibi famulantibus, per hanc privilegii noſtri auctoritatem confirmando reddimus, & reddendo confirmamus, quatenus iidem fratres in vigiliis, & miſſarum celebrationibus, cum memoria genitoris noſtri, memoriam etiam noſtram habere dignentur in omnibus. Et quia tanta infirmitate opprimi jam videmur*, ut de præſentis vitæ ſecuritate interdum dubitare cogamur, idcirco non ſolum præfatæ eccleſiæ judicium & juſtitiam ad præſens facere decrevimus, ſed etiam omnibus eccleſiis, quæ in regno, & imperio noſtro a nobis, aut a noſtris, ſuis privatæ ſunt rebus, ab iſta die deinceps vita comite, bona ſua coram Deo integre nos reddituros eſſe promittimus. Si autem divina vocatione de hac luce tam repente migraverimus, ut per nos ipſos, quod abſit, hæc omnia implere nequeamus, tunc non ſolum apoſtolico, & epiſcopis, in quorum diœceſi bona eccleſiarum invaſa ſunt, raptores eorum ſpirituali gladio feriendos derelinquimus, ſed etiam ſucceſſori noſtro, cunctisque regni principibus pro ſalute animarum ſuarum, ac noſtra, cauſam hanc in Chriſto determinandam committimus. Harum quippe rerum omnium teſtem cartam hanc fecimus conſcribi, & propria manu eam ſubter firmantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Heinrici quarti Romanorum imperatoris invictiſſimi.

Philippus cancellarius recognovi, vice Adelberti Moguntini archicancellarii. Data apud Tuisburc* anno Dominicæ Incarnationis MCXXV. indictione III. non. Maij, in Chriſti nomine, amen.

CCCXLI.

* vide ſupra anno 1116. literas Henrici V.

* ſupra anno 1101.

* Obiit Imp. hoc anno & menſe, die ſc. 21.

* hodie *Doesburg* ad Iſaram.

N O T A.

(a) *Berengoſus Abbas S. Maximini.*] Obiit in hoc anno, in faſtos Maximinianos ita relatus: *VIII. Kal. Oct. ⊖. Berengozus Sac. & Abbs. nre. Congregationis monachus, & S. Liutgeri.* De eodem vid. Diſſert. huic ſæculo præfixam §. 8.

CCCXLI.

Circa 1125.

Novem particulæ vinearum in Grach, quarum Godefridus Archiepiſcopus quinque villæ de Berncaſtel, & quatuor villæ in Altreya dedit.

NOtum eſſe volo fidelibus tam futuris, quam preſentibus, quod ego (a) GodefridusTrevirorum archiepiſcopus, (b) conſilio vicedomini mei Ludewici & ceterorum fidelium meorum, Criſtano & Diefrido filiis Alteni de Gracha veterem cenſum, id eſt, duos ſolidos ad miniſterium villici de Berncaſtel pertinentes, & quatuor ſiculas vini, & duo * ſombra ſiliginis, & duos denarios, ad miniſterium villici de Altreia pertinentes, condonavi in eternum; ſumens ab eis novem particulas vinearum in Gracha, quarum quinque villicus ſuper Berncaſtel in ſuam, & villicus de Altreya quatuor in ſuam reſtaurationem recepit. Hoc ut ratum, inconvulſum permaneat, hanc noſtre confirmationis cartam ſigillo noſtro inſigniri & banno confirmari placuit. Hujus rei fuerunt teſtes: Ludewicus vicedominus, Hermannus villicus ſuper Berncaſtel, Wiericus villicus de Altreya, Diepezo de Loncamp, Petrus & Hubertus de * Munzelavilla, Wigandus de Walena, Hermannus de Vileina, Rudolphus de * Bunmaga, Irnbertus & filius ejus Hubertus Bermut, Ecbertus de Gracha, Wido, Irembertus, Miregul, Godefridus, Alburch de Arce.

* *Germ. Simmer.*

* hodie *Montzelvelt.*

* *Neumagen.*

MEGIN-

N O T Æ.

(a) *Godefridus Trevirorum Archiepiſcopus.*] De eo Geſta Trevir. *p.* 195. *ſeq. Poſt deceſſum Brunonis Epiſcopi Godefridus majoris Eccleſiæ Decanus in epiſcopatum ſucceſſit . . . . . Peracto verò anno epiſcopatus ſui, inſurgentibus contra eum quibusdam de clericis ſuis, & introitum ipſius calumniantibus (quorum calumnia, ſi juſta aut injuſta fuerit, neſcio ego, Deus ſcit) tandem ad hoc cauſa eſt perducta, quod ſciens ſuam infirmitatem ad hoc onus non ſufficere . . . . . circa finem tertii anni (*qui fuit 1127.*) ab epiſcopatu eſt abſolutus. Obtinuit autem ſedem Epiſcopatus annis II., menſibus X., diebus XI. ſupervixit autem poſtea annum unum, menſes V. dies XVI. obiitque VIII. cal. Decemb.* Schannat *Hiſt. Wormatien. P.III. p.* 352. ex inedita ſua Collectione Conciliorum Germaniæ refert, Godefridum in ſynodo Wormatienſi à Petro Cardinale Legato Apoſtolico ob admiſſam ſimoniæ culpam exauctoratum fuiſſe.

(b) *Conſilio vicedomini mei Ludevvici.*] Qualiter hic Vicedominus ſeu Burgravius Godefridum Archiepiſcopum faſcinatum tenuerit, diximus Diſſert. ante hoc ſæculum §. 3.

MEGINHERUS ARCHIEPISCOPUS.

CCCXLII.

1129. 17. *Junii.*

Dotatio Clauſtri Schiffenburg, confirmata per Meginherum Archiepiſcopum.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Ego (*a*) Meigenerus, Trevirorum Dei gratia archiepiſcopus, notum eſſe volo Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod domina Clementia venerabilis comitiſſa conſenſu filii ſui comitis Wilhelmi & filie Irmeſindis (*b*) locum Schiffinburg, cum XVII. nominatis manſis, in decimatione & omni integritate, quorum duo ſiti ſunt in Cunrades-Rod, ſancto Petro legali traditione dedit, hac ratione & jure, ut nec ipſa nec ſui heredes deinceps aliquam proprietatem in eo habeant preter ſolam advocatiam, in quam tamen advocativo reſpectu nullus debet venire non vocatus. Prepoſitura in electione fratrum erit; niſi, quod Deus avertat, inter eos ſuper ea diſſenſio fuerit, tunc dominus archiepiſcopus ſaniori parte fauturus electioni providebit. Et ut hoc inconvulſum & ratum permaneat, hanc confirmationis cartam ſigillo meo inſigniri & banno corroborari placuit. Acta ſunt hec Treviris XV. kal. Julii, anno Dominice Incarnationis MCXXVIIII. ordinationis autem mee II. teſtibus ſubtitulatis........

ALBERO

NOTÆ.

(*a*) *Meigenerus.*] Pauca de eo Geſta Trevir. Hæc nempe: „Quod è diœceſi Leodienſi nobili genere natus, & à pueritia in Trevirenſi eccleſia educatus, menſe Junio anni 1127. electus, ſequenti autumno collecta militia Trevirenſi Wilhelmum Comitem Luxemburgenſem, occupato caſtello Bunmageno, è quo recens extructo Comes diœceſin frequenter infeſtabat, ad pacis conditiones venire coegerit. Inde Quadrageſima proxima Romam perrexerit, ibidem ab Honorio II. Papa conſecratus & pallio ornatus. Unde reverſus à Clero & populo Trevirenſi honorifice eſt ſuſceptus. Dum verò intimo rectitudinis zelo de incontinentia Clericorum multa ſævè & ſine condimento diſcretionis diſponeret, magnam ſibi comparavit invidiam. . . . Conradum Ducem Suevіæ, qui contra Lotharium Imp, Principibus aliquot ſuffragantibus, regni ſibi titulum adſciverat, ex mandato Apoſtolico in ſua ſede excommunicat. Anno ordinationis ſuæ II. menſe Novemb. cum jam multorum odium ſibi conciverat, Romam ire diſpoſuit, ut conſilio Apoſtolici vel auxilio ea quæ ſe gravabant, alleviaret. Quo tempore prædictus Conradus, qui minus in Teutonico proſperatus, regnum Italicum invadere cupidus, in Italia morabatur, Meginherum Epiſcopum per exploratores proditum cepit, eumque apud Parmam cuſtodiæ deputavit, ubi ſequenti anno jam oculorum lumine ex afflictione amiſſo Calendis Octobris obiit. Epiſcopus Parmenſis, veſtibus, quas ſibi ipſi morituro paraverat, corpus indutum in majori eccleſia ſepelivit.

(*b*) *Locum Schiffinburg.*] Clauſtrum, non longè à Marburgo Haſſiæ, primâ ſuâ origine habitatum à Canonicis Regularibus S. Auguſtini; ſed cùm hi regularis diſciplinæ nervum admodum laxaſſent, Baldevinus Archiep., eis, anno 1324. ejectis, Ordinis Teutonici viros, quorum duodecim ſacris Ordinibus initiatos ibidem morari voluit, ſubſtituit, quorum Collegium Marpurgenſi Teutonicorum domui ſubjecit. Brovver. *Annal. Lib. XVII. n. 70.*

ALBERO
DE MONSTEROL
ARCHIEPISCOPUS.

CCCXLIII.

1131. 24. April.

LOTHARIUS IMP.

Abbatiæ Epternacenſi concedit jus fluminis in Sura.

Tolnerus Cod. diplom. Palat. p. 39. * alii II.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Lotharius * III. Dei gratia Romanorum rex. Cum veniſſemus Epternacum implorandi gratia S. Clementis Willibrodi patrocinia, notum factum eſt nobis, anteceſſorem noſtrum imperatorem Henricum conceſſiſſe Epternacenſi abbati, & ſuis fratribus libera poteſtate uti navium curſu, & recurſu per alveum fluminis, quod dicitur Sura, judiciario jure principum ſuæ imperiali annotatum dominationi, ſed rectorum incuria, & æmulorum perfidia, frequenter impeditum. Quod nos ægre ferentes, volumus renovare, & ſalutis noſtræ gratia regalis ſigilli noſtri impreſſione confirmare. Et quia experti ſumus rei veritatem a majoribus natu Trevericæ ſedis teſtimonium perhibentibus, rogatu & auxilio conjugis noſtræ Richildæ reginæ, & epiſcopi Megingori de Merſeburg, & (a) comitis Conradi, qui præeſt eidem abbatiæ, mittimus nuncios noſtros ad terminandam, & dilatandam marcam, ſeu navalem viam in alveo ſupradicti fluminis 24. pedum latitudinis, hoc eſt, Gerardum de caſtello Rutich, & cum eo majores de abbatia, nec non (b) Ludewigum primorem Trevirorum, & cum eo meliores de civitate, quos ipſe elegerit. Huic negotio interfuere Stephanus Metenſ. Henricus Tullenſ. Megingotus Merſeburg. epiſc. Gerardus S. Maximini in ſuburbio Trevir. Lantfridus Prumienſ. Wicboldus Stabulenſ. abbates. Ex laicis, Wilhelmus comes Palatinus. (c) Conradus comes de Lucelemburg. (d) Otto comes de Rinecke, fraterque ſuus (e) Hermannus comes de Salmis. Riginoldus (f) comes de Montzum. Gerlacus comes, fraterque ſuus Imecho. Meinhardus (g) comes de Spanheim. Bernhardus de * Huonſtaden. Adolfus de Saphenberg. Ex miniſterialibus Trevirenſibus (h) Lodowigus palatii cuſtos, item Ludo-

* Hoſladen.

NOTÆ.

(a) *Comitis Conradi, qui præeſt eidem Abbatiæ.*] Id eſt, Advocati Abbatiæ Epternacenſis, De hoc Conrado Comite Luxemburgenſi pluribus infrà ad ejus cartam S. Maximino datam anno 1135.

(b) *Ludevvigum primorem Trevirorum.*] De hoc jam ſuprà ad diploma Godefridi Archiep. Treviren. de anno 1125. & ampliùs infrà ad Epiſtolam Alberonis Archiep. de anno 1138. *Not. b.*

(c) *Conradus Comes de Lucelemburg.*] Qui ſuprà *Not. a.*

(d) *Otto Comes de Rinecke.*] Filius Hermanni I. Comitis Salmenſis, Vocantur Comites Palatini de Reinecke, quorum hic Otto primus ſator; non confundendi tamen cum Palatinis de Rheno. Vid. Tolner *Hiſt. Palat. pag.* 19. *Lit. G.*

(e) *Hermannus Comes de Salmis.*] Hermannus II., propagator ſtirpis Salmenſis, qui in matrimonium duxerat Reinaldi I. Comitis Barrenſis filiam; ex ea tulit Henricum I. Comitem Salmenſem, & Theodoricum Abbatem ad S. Paulum Virduni.

(f) *Comes de Montzum.*] Volgò *Pont à Mouſon*, Lotharingiæ ſuperioris oppidum. Reinoldus hic, cognomento Monoculus, fuit primùm Muſſiponti, pòſt Barri Comes. Vid. Andreas Quercetanus *Hiſt. Burg. Lib. IV. Cap.* 16.

(g) *Comes de Spanheim.*] Notus hodieque in Palatinatu Rheni Comitatus; in quo prope Crucenacum Spanheimenſe Benedictinorum monaſterium, cui Abbas præfuit celeberrimus noſter Joannes Trithemius.

(h) *Lodovvigus palatii Cuſtos.*] Idem, qui ſuprà *Not. b.* Diverſis cum nominibus efferunt: jam *Primorem* Trevirorum vocant, nunc *Vicedominum*, modò *Advocatum* Trevirenſis Eccleſiæ; hic *Cuſtodem palatii* Archiepiſcopalis, quæ omnia unum idemque ſunt.

CCCXLIII.

Ludowigus, Henricus, & cæteri plures, tam ex clero, quam ex laicis. De Epternaco Cuono, Winethere, Dodefried, Ravanger. Signum domini Lotharii Dei gratia Rom. regis invictiſſimi. Teitmarus ad vicem Adelberti archicancellarii recognovit. Datum VIII. kalend. Maij. Anno Incarnationis Domini 1131. indict. 9. anno vero regni domini Lotharii III. Dei gratia Rom. regis ſereniſſimi &c. Actum Treviris feliciter, amen.

CCCXLIV.

1131. # EPISTOLA

Cleri Trevirenſis ad Innocentium II. Pontificem maximum, qua Alberonem ſe in Archiepiſcopum elegiſſe nuntiant.

Beatiſſimo eccleſiæ catholicæ pontifici, perſonæ Trevirenſis eccleſiæ devotum obedientiæ & ſervitii famulatum. Non te latet, pater reverende, qualiter eccleſia Trevirenſis jam per biennium proprio paſtore viduata eſt, noſti etiam, quod D. Brunonem, quem unanimiter elegeramus, habere non potuimus, ſed nos modo labores, & mala, quæ interim ſuſtinuimus, ſuperſedentes novas anguſtias & pericula, tibi denuntiamus, finemque illorum, per tuæ paternitatis auxilium, quamprimum obtinere deſideramus. Sane cum rex eſſet in civitate noſtra, & cum eo D. Albanenſis, epiſcopi quoque Metenſis & Tullenſis, & provinciæ noſtræ barones, facto conventu ad eligendum paſtorem, tres nominavimus, ut facilius per concordiam unus illorum ab omnibus eligeretur. His nominatis, barones & omnes laici a nobis pro capiendo conſilio in partem ſecedentes, mox ad nos reverſi, nullum de vel ſibi prænominatis, ſed omnes uno ore Geberhardum illum Wirzeburgenſem petierunt; & quamvis nos illum juſtam reprobationis rationem oſtenderemus, tamen clamando, tumultuando, usque adeo in ea petitione perſeveraverunt, quod plerique fratres noſtri illis concordare cœperunt: ſic eo die infecto negotio dimiſſus eſt conventus. Poſtea vero nos pauci, non noſtris viribus contra tantam multitudinem ſatis confiſi, ab epiſcopis, Albanenſi videlicet & Metenſi, conſilium quæſivimus, & tandem ſic nos & cauſam noſtram in manu & conſilio eorum poſuimus, ut de quacunque perſona ipſi conſulerent, dummodo illa tibi, pater, accepta foret, & D. rex illam inveſtire vellet, illam nos eligeremus, quo de plura domino locuti ſunt regi. Deinde ad nos reverſi, ut D. (a) Alberonem Metenſem, eccleſiæ primicerium, eligeremus, conſuluerunt, & hunc D. regi placere, ejusque ſavorem nobiſcum in hoc fore dixerunt. Hac igitur fiducia animati, dum ad faciendam electionem conveniremus, Palatinus comes, qui eſt eccleſiæ noſtræ advocatus, cæterique nobiles & populus, ubi (a)

NOTÆ.

(a) *Alberonem Metenſem, Eccleſiæ primicerium.*] Albero ex Lotharingica familia Nobilium de Monſterol ſeu Montreil, de qua nos infrà ad Cartam Hillini de anno 1157., jam antè Tullenſis & Virdunenſis Eccleſiarum Canonicus erat & Archidiaconus, quàm Metenſis Primicerius fieret. Vid. *Obituar. Tullenſe* apud Ruit *Antiq. de Vosge.* Imò Prumienſem Abbatem eum ſcribunt Knauff *in Defenſ. Prumien. p.* 45. & Novillanii *Chron. S. Maxim. ſub Sigero Abbate.* Erat autem vir ſingulariſſimæ indolis, & maximi animi. Baldericus domeſticus ejus, *in Vita: Iſte homo,* inquit, *novus cœpit eſſe miles, & mirabilibus ingenii atque conſilii ſui armis eſſe Eccleſiæ ſanctæ defenſor.* Poſtea illum *virum acrem, & in omnibus providum*, vocat. Mox *virum inexpugnabilem & imperterritum.* Deinde comparat eum fluvio, *qui clauſus, cùm prius ſilenti tractu quietus incederet, obſtaculi quaſi indignans oppoſitionem, ſtrepitu tumultuanti undique ſpumantibus littora fatigat, clauſtráque diſrumpit.*

CCCXLIV.

ubi intentionem noſtram perſenſerunt, facta turba & tumultu penitus nos diſturbaverunt, & tunc omnes dominum Geberhardum, eccleſiæ noſtræ præpoſitum, qui primus de tribus erat nominatus, ſibi dari petierunt; ſed nos, quia, ut ſupra dictum eſt, obligati eramus, eorum petitioni ſatisfacere renuentes, electionem usque ad diſceſſum regis & baronum diſtulimus; nam in præſentia eorum primicerium nequaquam eligere audebamus; tunc rex diſcedens diem nobis Moguntiæ nominavit, ibi judicio epiſcoporum ſe negotium noſtrum velle tractare affirmans. Interea (*b*) nos pauci, videlicet præpoſitus majoris domus, decanus, duo archidiaconi, præpoſitus S. Paulini, magiſter ſcholarum, cuſtos, & alii quatuor canonici majoris domus, in choro noſtro convenimus, & D. Alberonem, ſub ea quidem ſpe elegimus, videlicet ſi tibi, domine pater, placeret, & ſi dominus rex eum, ut nobis epiſcopi Albanenſis & Metenſis promiſerant, dono ſui juris inveſtire vellet. Sciebamus enim, & adhuc vere ſcimus, iram & furorem laicorum nullo modo, nullo ingenio, niſi regia poteſtate & gratia, poſſe ſedari. Quod autem ad electionem non plures fratres vocavimus, cauſa fuit timor, quo timebamus cives noſtros, qui, ſi forte reſciſſent, in jugulos noſtros irruiſſent, & de quorundam fratrum noſtrorum aſſenſu minus ſperabamus; quoniam prius eos timore mortis, ut credimus, territos, laicis faviſſe videramus, & tamen adhuc eo tempore plerique ad ſe delatam a nobis electionem benigna mente & verbis receperunt; poſtea vero ubi Moguntiam die ſtatuto venimus, & electionem factam domino regi præſentavimus, ille gratia laicorum immutatus, non ſperata benignitate nos audivit, nec cauſam noſtram manutenuit, & tandem a domino Albanenſi promiſſionis ſupradictæ commonitus, coram omnibus epiſcopis & principibus, qui præſentes erant, nunquam ſe domino Albanenſi vel Metenſi promiſiſſe teſtatus eſt, quod aliquam de eligenda illa perſona bonam voluntatem habuiſſet, niſi per aſſenſum & concordiam omnium, tam laicorum quam clericorum, fieri potuiſſet; ſic confuſi & fruſtrati ab eo recedentes, ubi domum venimus, omnem fere clerum, præter nos, qui electionem feceramus, a nobis diſcordiantem invenimus, & quotiens eos alloquimur, & confortare tentamus, clauſtrorum deſtructionem, præbendarum ſuarum dirreptionem, & ipſius vitæ periculum nobis prætendunt, & omnium iſtorum malorum nullum ſe invenire conclamant remedium. Majeſtatis igitur tuæ provoluti pedibus, per charitatem Jeſu Chriſti obſecramus, ut cito regis favorem, quem domini Albanenſis & Metenſis nobis promiſerant, acquiras; alioquin vero reſtat, ut vel primum electum noſtrum, (*c*) dominum videlicet Brunonem, nobis reddas, vel, ſalva tuæ paternitatis gratia, aliam nobis neceſſario incumbit eligere perſonam, in qua & cleri & populi concordent vota. Non equidem tam nos movent mala, quæ ſuſtinemus, vel ſuſtinenda exſpectamus, quam

N O T Æ.

(*b*) *Nos pauci, videlicet Præpoſitus &c.*] Paucos hos in Alberonis electionem conſentientes ita deſcribit Baldricus *in Vita Alberonis inedita*: „ Hi autem fuerunt viri ſtrenui, & in tribulatione probati: Godefridus majoris domus Præpoſitus, Folmarus Decanus, Arnulphus Archidiaconus, Theodoricus & Bollo Archidiaconi; D. quoque Hillinus, adhuc eo tempore Subdiaconus, qui proximo loco prædicto domino Alberoni in ſedem Archiepiſcopalem ſucceſſit; & D. Bruno, tunc Confluentinus Præpoſitus, poſtea verò Coloniensis Archiepiſcopus, frater Comitis Adolfi de Monte, quem ejus tribulationis tempore Trevirenſes, antequam D. Alberonem denominaſſent in Archiepiſcopum, omnes unanimiter elegerant, ſed ipſe multo labore à D. Innocentio Papa abſolutionem impetravit, quasdam latentes cauſas prætendens. Dicebatur autem, quod ambitione diuoris, licet dignitate minoris, Epiſcopatus hunc noluerit oblatum honorem recipere, quod etiam ipſe poſtea ſatis fecit probabile; parvo enim interpoſito tempore ipſe in Francia ad ſtudium exiſtens, cum Colonienſes quendam Godefridum Xantenſem Præpoſitum communi Cleri & populi conſenſu elegiſſent, hac fama comperta ſtatim reverſus eſt, & eandem caſtari cum feciſſet electionem, eundem accepis Epiſcopatum.

(*c*) *Dominum videlicet Brunonem.*] Comitem Montenſem, de quo jam ſtatim *Not. b.* Novillanus in Catal. Abbat. S. Maxim. ſub Gerardo Abbate hæc notavit „ Bruno ante Alberonem electus fuit in Archiepiſcopum, ſed ipſe omni niſu, maximè cauſâ inopiæ Trevirenſis Eccleſiæ, renuit. Ex inde: *Maximin drey Häller armer*.

CCCXLIV.

quam frequens fratrum noſtrorum, clericorum, monachorum, ſanctimonialium, orphanorum & viduarum ejulatio, & querimonia, qua ſe omnibus periculis, culpa noſtra, expoſitos miſere conqueruntur. (d)

N O T Æ.

(d) Eventum hujus ſupplicæ ſic porro narrat Baldricus: „ His itaque hoc modo ſe habentibus, „ contigit, apud Rhemenſem civitatem colligi „ Concilium, cui præſidebat D. Innocentius PP. II. „ ad quod Concilium prædictus D. Albero & alii qui Clerici Trevirenſes diverſis ſtudiis convenerunt; iſti enim, ut electum ſuum eis reluctantem coactione D. Papæ obtinerent, nitebantur; „ ille vero abſolvi ab hoc onere, & dignitates & „ eccleſiaſtica beneficia, quæ propter inobedientiam ſuam amiſerat, recuperare laborabat; „ prædictus enim D. Innocentius PP. cum poſt „ ejus ſæpius iteratam juſſionem hoc onus declinaret, eum ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico ſuſpendit. In hoc itaque Concilio D. „ Papa rapi ſublimem eum præcepit, atque pluviali indutum inter Archiepiſcopos collocari, „ ducensque Viennam, & adhuc pro abſolutione laborantem in Archiepiſcopum conſecravit.

CCCXLV.

1132. **Conventus Epiſcoporum apud Theonisvillam pro reformanda pace, præſidente Alberone Archiepiſcopo, in quo Simon Dux Lotharingiæ remittit uſurpatas in S. Deodati eccleſiam pravas conſuetudines.**

Martene Theſaur. novus anecdot. Tom. IV. p. 135.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego dux Simon Lotharingiorum & marchio in celebri conventu apud Theodonis-villam coram domino Alberone archiepiſcopo reverendiſſimo Trevirenſi, præſentibus quoque tribus epiſcopis Stephano Metenſi, Henrico Tullenſi, Alberone Virdunenſi, multisque aliis regni principibus, qui cauſa pacis convenerant, ſubſcriptas pravas exactiones tempore meo in eccleſia S. Deodati inductas, divina clementia inſpirante recognovi, & aſſenſu & voluntate conjugis meæ excellentiſſimæ duciſſæ Adelidis in eccleſiam præfatam veniens, easdem exactiones ſubſcriptas ad corpus B. Deodati depoſui, & ibidem una cum Mathæo filio meo adjuravi, videlicet placitum palatii, ad quod nullus de hominibus S. Deodati, ad præbendam fratrum pertinentibus, venire cogendus eſt. (a) Fortunam, Incendium, raptum & quamdam exactionem, quæ vulgo tallia dicitur, quam miniſteriales mei apud Cœucourt aliquando exigebant. Siquis autem de hominibus S. Deodati ad præbendam fratrum de ſuſceptione concambii impetitus fuerit, ſecundum legem Tullenſium vel Metenſium reſpondebit. Actum eſt hoc apud Theonis-villam anno Dominicæ Incarnationis MCXXXII. indict. X. in ſede apoſtolica præſidente Innocentio Papa II. regnante rege auguſto Romanorum fratre noſtro Lothario, Alberto ejusdem eccleſiæ præpoſito, adſtipulatione autem & abjuratione facta horum virorum illuſtrium teſtimonio: Henricus venerabilis Tullenſis epiſcopus, Hugo albus & Henricus archidiaconi, Joulinus abbas Calmoſcenſis. Walterus de Gondricort, Vanerus cognomento Canis, Petrus de Brixei, Rainerus de Brixei, Albertus de Dumei, Walterus de Lanfracort, Albertus de Aricerevilla & Lavarinus frater ejus Valdricus puer, Simon, Gerardus Voſagi advocatus.

CCCXLVI AL-

N O T A.

(a) *Fortunam*] Eſt inventio theſauri. Sic in carta anni 1080. apud du Freſne *in Gloſſar. Tom. II. p. 569. Vicaria autem & foriſfactorum omnium emendationes & fortuna noſtra erunt omnes.*

CCCXLVI.

1132.

ALBERONIS

Archiepiſcopi Trevirenſis literæ de Ducis abſolutione in eodem conventu.

Martene Theſaur. novus anecdot. Tom. IV. p. 137.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albero divina favente clementia Trevirorum humilis miniſter & (a) ſedis apoſtolicæ legatus, dilectis fratribus in Chriſto canonicis S. Deodati, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Si providentiæ paſtoralis officium rationabiliter & congrue diſpenſamus, oportet nos eccleſiarum oppreſſiones & moleſtias propulſare, & eas paterno ſolatio confovere, ut tanto interius Deo liberius ſerviant, quanto in exterioribus minime perturbantur. Quocirca præſentis paginæ teſtimonio notum fieri volumus, & præſentium memoriæ & ſequentium poſteritati, quod in præſentia noſtra & venerabilium fratrum & coëpiſcoporum noſtrorum Stephani Metenſis, Henrici Tullenſis, Alberonis Virdunenſis & multorum principum, (b) qui nobiſcum apud Theodonis-villam pro pace reformanda convenerant, Albertus præpoſitus, & alii canonici eccleſiæ S. Deodati conqueſti ſunt ſuper duce Simone, quod ipſe violentas exactiones, & injuſtas conſuetudines temporibus ſuis ſuper prædictæ eccleſiæ ſervos & poſſeſſiones induxiſſet, & quædam jura ad ſe per violentiam retorſiſſet. Verum divina cooperante clementia præfatus dux, aſſenſu & voluntate Adelidis nobilis duciſſæ & uxoris ſuæ, omnia illa, de quibus in eum querela fundebatur, in præſentia noſtra guerpivit & abſtipulavit. Et quia (c) jam dudum pro ea injuria erat excommunicatus, eccleſiæ priſtinam reſtituens libertatem, a nobis eſt ibidem abſolutus. Deinde ad prædictam eccleſiam veniens ad corpus P. Deodati violentis illis exactionibus omnino renunciavit, & ibidem cum Mathæo filio ſuo ſubſcriptas pravas conſuetudines damnavit & adjuravit. Iſtas ſcilicet, quod ad placitum palatii nullus hominum S. Deodati, ad præbendam fratrum pertinentium, amplius venire cogetur. Fortunam quoque, raptum, incendium, & quamdam exactionem, quæ vulgo tallia dicitur, quam miniſteriales ejuſdem ducis apud Cœucourt aliquando injuſte exigebant. Siquis præterea de hominibus S. Deodati ad præbendam fratrum pertinentibus de ſuſpicione concambii impetitus fuerit, ſecundum legem Tullenſium vel Metenſium reſpondebit. Nos igitur paci & libertati eccleſiæ non tantum in diebus noſtris, ſed etiam impoſterum providentes, ut hoc firmum & inconvulſum permaneat, auctoritate Dei & noſtra præcipimus & ſtabilimus, & in teſtimonium hujus rei præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione firmavimus & conſignavimus. Quodſi aliquis poſtmodum infringere vel infirmare tentaverit, anathematis eum vinculo, donec ſatisfaciat, aſtringimus & innodamus. Acta ſunt hæc anno Dominicæ incarnationis MCXXXII. Indict. X. apoſtolicæ ſedi præſidente domino Papa Innocentio II. regnante Romanorum imperatore auguſto Lothario II. anno ordinationis noſtræ II. Ego Albero Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus manu mea ſubſcr. Ego Godefridus præpoſitus ſubſcr. Ego Folmarus decanus ſubſcr. Ego Arnulfus archidiaconus ſubſcripſi.

CCCXLVII. Epi-

NOTÆ.

(a) *Apoſtolicæ ſedis Legatus.*] Habemus equidem diploma pontificium, quo Albero anno 1135. per plures archiepiſcopatus Legatus apoſtolicus conſtituitur; ſed eum hac qualitate mox à ſuo in archiepiſcopatum ingreſſu fuiſſe potitum, præſens carta docet. Nobis probabile eſt, Innocentium PP. hanc ei ſtatim a conſecratione addidiſſe, ut eò major ipſi conciliaretur auctoritas tum apud ſuos, tum apud Imperatorem; utrobique enim eâ ſummopere indigebat. Qua autem ratione hujus gratiam tandem iniverit, diximus in Diſſert. huic ſæculo præmiſſâ §. 2.

(b) *Qui nobiſcum apud Theodonis-villam pro pace reformanda convenerant.*] „Hoc enim in „ conſuetudine habebat (inquit Baldericus *in Vita Alberonis*) frequenter ſuffraganeos ſuos & „ principes ac nobiles de provincia ſua congregare, & ſtipendia largiter illis adminiſtrare, & pro „ ſtatu eccleſiæ & pace patriæ cum ipſis tractare.

(c) *Pro ea injuria erat excommunicatus.*] Excommunicationem hanc fulminaverat archiepiſcopus in ipſa regali curiâ, in qua a Conrado III. Regalibus inveſtitus eſt. „ In eadem quoque curia Lotharingiæ (inquit Baldericus *l. cit.*) ducem Simonem fratrem regis excommunicatum „ pronuntiavit, & in die ſancto Paſchæ, dum legeretur Evangelium, eum exire eccleſiam compulſit.

CCCXLVII.

EPISTOLA

Circa 1132.

Johannis monachi ad Adalberonem Treviren-ſem Archiepiſcopum de tribus miſſis in nativitate Domini celebrandis, déque feſtis infra ipſius octavam recolendis.

Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 712.

ARchiepiſcopo Trevirorum & apoſtolicæ ſedis legato Adalberoni Johannes æternam ſalutem & gloriam. Quoniam ante annos edidi ad quosdam amicos libellum de miſſali officio Dominici Adventus, non eſt cordi repetere ea, quæ dixi; ea potius explanabo, quæ ab inde ſequuntur, & quæ necdum tetigi. Primum ſcilicet de miſſali officio Dominicæ Nativitatis. Ubi primum quæſtio agitur, cur in ipſa die tria officia miſſarum celebrentur, una ſcilicet miſſa in galli cantu, altera in ſummo diluculo, tertia jam plena die. Cur enim tunc fit, quod per totum annum nusquam agitur, ut eccleſia duas generaliter miſſas in nocte una ſolemnizet, quod nunquam in alia nocte conſuevit. Sunt qui ita ſolvunt, quod iſtæ tres miſſæ tria tempora ſignificent, unum ante legem & gratiam, & ideo totum in tenebris; ſecundum ſub lege, quæ obſcura per ænigmata, demum in lucem gratiæ finivit, unde & in tenebris, jam tamen inclinatis, incohatur, ſed in luce jam aſpirante finitur; tertium vero in plenitudine diei, quod nunc præſens tempus eſt ſplendentis gratiæ. Sed hac eadem ratione & eodem ordine tres miſſæ ſimiliter debuerant celebrari in paſcha maxime, quæ eſt ſolemnitas ſolemnitatum, vel in omni feſto Domini, vel etiam ſingulis diebus. Alia alii dicunt, & unusquisque in ſuo ſenſu habundat. At nos ſalvo ſenſu omnium aliorum, dicimus omne officium trium miſſarum agere de ipſa Domini nativitate. Et quod duæ miſſæ in nocte peraguntur, ſignificari duas nativitates Jeſu Chriſti, unam ſempiternam de patre, aliam temporalem de matre, utramque nobis incomprehenſibilem, & oculos noſtræ infirmitatis quaſi ſub quibusdam tenebris latentem. Nam ſi ad divinam generationem de patre reſpiciamus, quis poſſet ad plenum ſentire vel exprimere, quid ſit filium hominis de patre Deo gigni, ut ait propheta: *Generationem ejus quis enarrabit?* ut ſubintelligas nullus. Dicit enim B. Ambroſius, quod hæc nativitas ſuper ſcientiam ſit angelorum & archangelorum, principatuum & dominationum, & omnium cæleſtium virtutum, & eorum, qui inhabitant in domos luteas & terrenum habent fundamentum. Merito igitur prima miſſa hanc nativitatem Chriſti plenam innuens, tota agitur in tenebris, quia, cum ſupernis ſpiritibus omnia ſcientibus incomprehenſibilis ſit, maxime nos terrenis tenebris involutos per omnia pene latet, niſi quantum luminaria ſcripturarum in medio radiantia eam oculis noſtris revelant, quæ luminaria a toto ipſius miſſæ officio procedentia, noſtris cordibus inſplendent, ut ſempiterna Verbi Dei nativitas ſicut ipſo noctis tempore, ut diximus, innuitur, ita & teſtimoniis ipſius miſſæ officialibus declaretur. Nam ut breviter ſingula ventilemus, Introitus, qui eſt *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te*, nonne luce manifeſtius modum tantæ generationis ex ore ipſius nati de patre filii proteſtatur? Quid enim dicit aliud, *Dominus dixit ad me*, niſi, Deus pater me Verbum bonum eructavit de ſuo corde? Et quid aliud, *Filius meus es tu*, quam *in principio erat Verbum*: Deus filius apud Deum patrem de ipſo patre genitus. *Ego hodie genui te*, quid ſibi vult, niſi quod illa generatio inenarrabilis, nec principium, nec finem habet, & ſemper perfectiſſima eſt. Nam *hodie*, quod eſt præſentis temporis, declarat in illa ſumma generatione nihil præteritum aut futurum eſſe, cui omne ſuum ſemper in præſentiarum adeſt. Et *genui*, quod eſt perfecti temporis, inſinuat illam ſemper eſſe ſui pleniſſimam, cujus perfectioni in omnibus integerrimæ nihil majus aut minus unquam poſſit accidere ſemper idem permanenti. Graduali quoque quod eſt: *Tecum principium, in die virtutis*, vox eſt patris ad eundem filium de ipſa ſui generatione teſtantis, quod filius ſit ſemper conſempiternus ſibi patri pari virtute divinitatis, & ad perfectum æternæ beatitudinis omnium ſanctorum

CCCXLVII.

ptoceſſerit, genitus ex ſubſtantia patris, ante omnem angelorum ſeu mundi creaturam. *Alleluja, Dominus dixit*, unde in Introitu diximus. Evangelium quamvis humanitati Verbi generationem contexat, tamen uno vetbo & divinam maxime complectitur, dum dicit de beata virgine: *Et peperit filium ſuum primogenitum.* Bene primogenitum, ut prudens lectot intelligat, quia quem virgo peperit, jam primogenitus a patre. Offertorium & verſus ejus omnibus eſſe lætandum & cantandum prædicant, quia Dominus in mundum venerit, qui eſt annuntiandus dies de die, id eſt filius de patre, & ſalutare Dei patris. Communio *In ſplendoribus*, ſed ſuperius expoſitum eſt. Ita hæc miſſa primam Chriſti nativitatem & ipſo tempore, & ipſius ſui officii omnibus membris denuntiat. miſſam ſecundam & diei require in Ammalario. Nunc ad officium miſſale trium ſubſequentium dierum articulum divertamus. Nam ibi quoque quæſtio, quæ expoſitione indiget: Cut ſcilicet natalitia S. Stephani ptotomartyris, itemque S. Johannis Evangeliſtæ; & demum ſanctorum Innocentium in ſuis ſingulis diebus præferantur natalitiis Chriſti ſalvatoris, cum pet quatuot dies nstalitiis dominicis, nulla ſervorum natalitia, cujuslibet dignitatis ſint, debeant præſerri. Verbi gratia, ſi infra pſſchæ & pentecoſtes quatuor primos dies occuttat natale alicujus ſancti, cujuſcunque meriti ſit, intermittitut, aut in alium diem transfertur, & cel ebritas Domini in omnibus præfertur. Eadem lege natalitia iſtorum ſanctorum non præferri, ſed ſupponi dominico natali debuerant, niſi certa ratio myſtetii in eis lateret. Præterea aſſumptio S. Joannis apud Epheſum, ubi jacet, VII. calendas Julii celebtatur, & facta traditur. Protomartyrem quoque Stephanum, & ſanctos Innocentes in ipſis diebus fuiſſe paſſos nulla certitudine hiſtoriarum probatur. Sed ut propoſita quæſtio ſolvatur, dicimus myſterium ineſſe in his ſolemnitatum ordinibus. Eſt autem hóc myſterium, quod in Chriſti nativitate nobis datum eſt, ut Chriſtus & eccleſia in Chriſto renata ſint unum corpus & unus ſpititus, & ſint duo in carne una. Eccleſia igitur Chtiſto incarnato renata & concorporata, celebrat pariter nativitatem Chriſti propter ſe factam, & ſuam in Chriſto, id eſt, capitis & membrotum ſuorum.

Ptimo die celebratur natale Chriſti, quod eſt caput eccleſiæ, cujus tres ordines ſunt, mattyrum unus, alter doctorum, tertius fidelium & ſubjectarum plebium. Sed ne aliqua fieret ex innumera multitudine indiſcreta confuſio, ideo innumeri mattyres honorantut omnes ſub celebrato nomine unius ptotomattyris Stephani, qui primus calicem paſſionis, quam ſalvatot Chriſtus pro omnibus guſtavetat, teddidit eidem ſalvatori, & cujus exemplum ſequuntut omnes alii. Similiter innumerabilis otdo omnium doctorum glorificatur ſub nomine unius dilecti Chriſto Johannis, qui Apoſtolus Evangeliſta primus & præcipuus Doctor eſt eccleſiarum. Innumera quoque multitudo omnium ſubjectorum fidelium commemotantut ſub nomine infantium & lactentium, quia ſua innocentia jam præimaginabant ſimplicem fidem juſtotum. Quia igitur ſancta Dei eccleſia, ſicut jam in Adam portaverat imaginem terreni, ita & nunc in Chriſto pottat imaginem cæleſtis; & quæ in ptimo Adam, qui etat de terra terrenus, ſotdebat terrena, nunc in ſecundo Adam, qui de cælo cæleſtis venit, cæleſtis facta eſt; meritò in natali capitis ſui felicia cæleſtia omnium membrorum ſuorum natalitia conceleb rat, ut totius eccleſiaſtici corporis nativitas ad æternam vitam ſimul ſolemnizetut. Nam etiam hanc hujusmodi nativitatem totius eccleſiaſtici eorporis divina lex Moyſi ſub figura innuit, quæ omnia eccleſiæ ſacramenta continens, dum trium ſolemnitatum, quæ præcipuæ in anno celebrantur, id eſt, paſcha, pentecoſtes atque tabernaculorum titus & ceremonias pet ſingula deſcriberet, demum feſti tabetnaculorum cultum tradens ita intet cætera ait: *Auſſumetisque vobis die primo fructum arboris pulcherrimæ ſpatulasque palmarum & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & latabimini coram Domino.* Luce quidem maniſeſtius eſt, quod illud in lege paſcha & pentecoſten in Evangelii gratia, ſolemnitas quoque tabernaculorum præimaginabant natale Chtiſti, quando in ſole poſuit tabernaculum ſuum, dum viſibilis mundo appatuit ſub tegmine carnis, & nos omnes in ſe credentes ſub ipſis incarnationis ſuæ tentoriis pet fidem introductos ab inſidiis ſpiritualis nequitiæ ſemper protexit & protegit. Unde & in ipſa lege ita ammonet dicens: *Diſcant poſteri, quod in tabernaculis habi-*

CCCXLVII.

habitaverant filii Iſrael, ut omnes fideles pro certo habeant, quod ſub fide incarnati Verbi, cui per aquam renati concorporamur, protegimur a facie maligni hoſtis, qui circuit, quærens quem devoret. Ad hæc igitur tabernacula conſtruenda primo die celebratur incarnatio Chriſti, qui carne & ſanguine ſuo, qui ſunt fructus vitæ noſtræ, nos paſcit; ipſe eſt enim arbor ſalutis noſtræ, quæ in primo pſalmo & in Apocalypſi deſcribitur ſuper fluenta aquarum. Poſt aſſumtionem arboris pulcherrimæ aſſumuntur ad conſtructionem tabernaculorum & ſpatulæ palmarum, hoc eſt poſt celebrationem nati Salvatoris ad conſummationem eccleſiaſticorum ordinum celebrantur & coronæ victorioſorum martyrum, quod innuitur in commemoratione protomartyris ipſorum. Deinde aſſumuntur rami ligni denſarum frondium, id eſt Doctores, qui de ipſo Chriſto, qui eſt lignum vitæ cum multiplici doctrina veritatis, quaſi rami cum denſis frondibus progrediuntur, quod imaginatur in ſolemnio B. Johannis ſummi Doctoris. Sequuntur ſalices de torrente, quæ quamvis infructuoſæ ſint, frondent tamen & virent, quæ ſunt vulgares plebiculæ, quæ licet in mundo poſitæ, vix ullum juſtitiæ fructum ferant, tamen vivunt & ſalvantur in fide, quæ deſignatur in celebritate Innocentum, qui nec loqui nec cooperari adhuc noverant. His finitis rationem dominicæ diei, quæ infra dies dominici diei natalis occurrit, breviter in calce ſcripti attingamus, ut de miſſali officio hujus feſti nihil prætermittamus. Hæc miſſa incerto die occurrit & agitur, & ſignificat fidem ſynagogæ in fine, incertum eſt quando, in Chriſtum credituræ, ut cum reliquo corpore eccleſiæ, & futura aſſumtio ſynagogæ jam celebratur in Chriſti natale. Introitus, *Dum medium ſilentium*, vox eſt ipſius ſynagogæ teſtantis quod cæcata ſit infidelitate, quando Chriſtus natus eſt. Graduale *Speſioſus forma*, & *Eructavit*, vox patris eſt, quaſi ipſis Judæis teſtantis, quod Chriſtus Deus & filius ejus eſt, quod illi modo non credunt. Evangelium & Communio ſumpta de Evangelio, dum puerum Jeſum narrant de Ægypto relatum, Judæam innuunt fidem Chriſti in fine mundi ab ipſis gentibus fore ad Judæos reverſuram extincta infidelitate eorum.

CCCXLVIII.
EPISTOLA INNOCENTII PP. II.

1133. 30. Octob. Ad Gerardum S. Maximini Abbatem, qua eum de Simonia & dilapidatione arguit.

Martene *Coll. ampl. Tom. I. p. 719.*

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Gerardo abbati S. Maximini ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sicut nos ea, quæ de filiis audivimus beneacta lætificant, ita nihilominus ſiniſtra contriſtant. Latores ſiquidem præſentium, Henticus presbyter & Egelolfus, ad noſtram præſentiam venientes, perſonam tuam de ſimoniaca hæreſi accuſarunt, adjicientes etiam, quod monaſterium B. Maximini in temporalibus opulentum theſauris & ornamentis ſuis, poſtpoſito Dei timore & reverentia, ſpoliaveris, & ad nihilum pene redegeris. Quæ omnia, quoniam indiſcuſſa ſeu etiam impunita præterire non poſſumus, nec debemus, præſentium auctoritate mandamus tibi atque præcipimus, quatinus proxima dominica, qua cantatur *Miſericordiæ Domini*, omni occaſione ſeu tergiverſatione ſummota noſtro te conſpectui repræſentes, ſuper his omnibus, aut etiam aliis, quæ tibi objicientur, ſufficere reſpondere paratus. Prohibemus autem, & omnimodis interdicimus, ne interim bona monaſterii diſtrahas aut impignores, vel ſupra dictis perſonis, aut eorum ſociis, ullam contrarietatem aut moleſtiam inferas. Data Piſis III. calend. Novembris. (*a*).

CCCXLIX. EPI-

NOTA.

(*a*) De hoc Gerardo ita Novillanius *in Chron. S. Maximini*: „Præfuit circa annum Domini 1135. „tempore Innocentii II. PP. Simoniacus & dilapidator ſubſtantiæ monaſterii noſtri fuit, & „peſſimè rexit, & omnia pretioſa vel vendidit, „vel impignoravit. Quare fratres ejus cum accuſa-

CCCXLVIII.

„ cuſabant apud Innocentium PP. II. & à Papa „ citatus non comparuit. Inſuper & fratres, qui „ eum accuſaverunt, variis calamitatibus & in„ juriis affecit, quod Papa percipiens eum ab Ab„ batia removit, cujus executorem Trevirenſem „ Epiſcopum mandavit, videlicet Adelberonem. Add. Epiſt. Innocentii PP. de 20. Jan. anni ſeq.

CCCXLIX.

1134. 20. Jan.

EPISTOLA INNOCENTII PP. II. ad Adalberonem Trevirenſem Archiepiſcopum, contra Abbatem S. Maximini, quem, ſi vera ſint ei objecta, deponendum judicat.

Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 722.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili Adalberoni Trevirenſi archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Fraternitatem tuam ignorare non credimus, quod Gerardus abbas S. Maximini nuper apud nos de ſimonia & dilapidatione bonorum eccleſiaſticorum eſt per quoſdam fratres ſui monaſterii diffamatus; quamobrem ipſum ad noſtram præſentiam invitavimus, præcipientes, ut proxima dominica qua cantatur *Miſericordia Domini*, ad nos veniret, ſuper eisdem capitulis reſpondere ac ſatisfacere præparatus. Ipſe vero ſoperbiæ ſpiritu debacchatus, non ſolum ſcripta noſtra contemſit, ſed etiam eos, qui de fratribus ſuis pro eadem re ad noſtram præſentiam venerant, officio ſuo deſtitui, & alios variis injuriis & læſionibus affici, propriisque beneficiis, prout accepimus, pro ſua fecit voluntate privari. Quod ſi verum eſt, ipſum ab abbatiæ regimine ſumovemus; & tam latorem præſentium, quam alios, quos deſtituiſſe dicitur officio & beneficio, in integrum reconciliari reſtituique præcipimus. Quam ſententiam firmiter obſervandam & effectui mancipandam fraternitati tuæ injongimus, quouſque ipſe ad noſtram præſentiam veniat, atque de contemtu & objectis capitulis ſatisfaciat. Data Piſis XIII. calendas Februarii.

CCCL.

1134. 10. April.

EPISTOLA INNOCENTII PAPÆ II. ad Alberonem Archiepiſcopum Trevirenſem, quæ dilatam Abbatis S. Maximini cauſam ei terminandam committit.

Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 723.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Alberoni archiepiſcopo Trevirenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Prout tua novit fraternitas, Gerardus abbas S. Maximini de ſimonia & diſtractione bonorum eccleſiaſticorum dudum in noſtra eſt præſentia accuſatus; unde etiam præterita dominica, qua cantatur *Miſericordia Domini*, ipſum ad noſtram præſentiam invitavimus, de objectis ſibi capitulis reſponſurum. Verum imperialibus precibus poſtea intercedentibus, idem negotiom usque ad tempus expeditionis duximos differendom. Præfixo tamen termino adverſa pars nihilominus noſtro ſe conſpectui præſentavit, ea, quæ præfato abbati objecerat, canonice probare parata. Nos itaque eorum laboribus & expenſis paterna proviſione parcentes eamdē cauſam fraternitati tuæ commiſimus terminandam. Mandamus itaque diſcretioni tuæ, quatenus usque ad tempus expeditionis ejusdem præfatum negotium

CCCL.

tium canonico fine decidas. Quodſi hoc interim fieri non poterit, eadem cauſa noſtro terminanda judicio reſervetur. Verumtamen primo omnium, tepiditate atque dilatione ſummota, Godefridum, Henricum, Giſelbertum, Eilolfum, Ludeuvicum, Fridericum, Hugonem integre officiis præbendisque reſtituas, & qualiter ipſi pacem & quietem in monaſterio B. Maximini habeant, diligenter efficias; ad recuperationem quoque bonorum eccleſiaſticorum, quæque diſtracta ſunt, ſummo ſtudio elabores. Data Piſis IV. Idus Aprilis.

CCCLI.

1134. # EPISTOLA ALMERICI CARDINALIS

ad Alberonem Archiepiſcopum Trevirenſem, ut quosdam S. Maximini monachos ſuis præbendis reſtituat.

Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 724.

CAriſſimo patri & amico Alberoni Trevirenſi archiepiſcopo, Almericus S. R. E. diaconus cardinalis & cancellarius, ſalutem & dilectionem. Quanta affectione vos diligam, in veſtris negotiis certis jam dudum experimentis cognoſcere potuiſtis; ideoque dilectionem veſtram præſentibus literis obnixius deprecamur, quatenus latores præſentium, monachos videlicet ſancti Maximini in ſuis præbendis & beneficiis juxta mandatum domini Papæ reſtitui faciatis, & ut pacem & quietem habeant, diligenter efficere ſtudeatis. Ut igitur gratiam ſedis apoſtolicæ ſemper retinere firmius valeatis, omnibus oppreſſis B. Petri auxilium implorantibus opem & conſilium exhibere & eos manutenere curetis. Valete.

CCCLII.

CARTA

1135. (a) ## Alberonis Archiepiſcopi Trevirenſis pro fundatione monaſterii Wadegotiæ. (a)

Ludolf Conſultat. Sympbor. I. p. 1433.

IN nomine ſanctæ, & individuæ Trinitatis. Albero Dei gratia ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopus. Officii noſtri rationem intuentes, & negligentiarum noſtrarum judicem Dominum metuentes, pro eccleſiis nobis commiſſis indefeſſam ſollicitudinem libenter gerimus, &, quantum poſſumus, in præſenti de provectu & incremento earum laborantes, in poſterū per miniſterii noſtri auctoritatem, poſſeſſionibus earum tam acquirendis, quam acquiſitis, pacem, ac ſtabilitatem providemus. Unde ad omnium fidelium, præſentium videlicet ac futurorum, notitiam pervenire volumus, qualiter domina Giſela comitis Friderici de Sarbrucken vidua, una cum filio ſuo Simone, omne patrimonium, quod habuerunt in Wadgaſſen, (b) exceptis miniſterialibus ſolis, pro remedio animæ ſuæ, & parentum ſuorum, ſecundum (b)

NOTÆ.

(a) Confer ſuprà donationem Henrici IV. Imp. de villa Wadegozia, ann. 1080.

(b) *Exceptis miniſterialibus ſolis,*] Cùm in famoſa cauſa monaſterii Wadegotienſis, contra comites Saræpontanos in Camera imperiali agitatâ, ex parte monaſterii præſens diploma fundationis produceretur, allegârunt Saræpontani, per miniſteriales hìc intelligi Vaſallos aliquos, vel nobiles Miniſtros. Sed veriùs Ludolf *Sympbor. I. p.* 1492, ea tunc temporis non erat neque Comi-

 tum

CCCLII.

dum votum atque ordinationem viri ſui, prædicti comitis, beato Petro in noſtra præſentia cum omnibus appenditiis, & tam integra libertate contradidit, ut (c) nec advocatiam nec cujusque
(c) juris potentiam ſibi vel cuique hæredum ſuorum retinuerit. Sunt autem hæc, quæ tradidit: Eccleſia cum univerſis decimationibus, dominicalia ſua, manſionarios cum manſis & cum omni eorum juſtitia, mancipia utriusque ſexus, agros, ſylvas, prata, paſcua, culta & inculta, aquas aquarumque decurſus, molendina, piſcationes cum omni utilitate, quæ ullo modo inde provenire potuerit. factum eſt autem hoc eo tenore, ut ibidem eccleſia in honore beatæ Dei genitricis Mariæ conſtitueretur, in qua fratres, ſub regula beati Auguſtini Deo militantes, de prædictis bonis ſuſtentarentur, & ne aliquando a regulæ & inſtitutionum ſuarum rigore declinarent, tam nos, quam noſtri ſucceſſores diligentiſſime provideremus. Prompto igitur animo atque favore debito proſequentes atque approbantes tam pium in laudem Dei propoſitum, hac libertate eccleſiam illam donavimus, ut nec nos, nec ſucceſſorum noſtrorum quisquam, fratres ibidem commorantes, aliqua exactione inquietet, nec advocatum aliquem habeant, præter epiſcopum. Sed & prædicandi, baptizandi, & ſepeliendi poteſtatem illis conceſſimus, abſolventes eosdem canicos ab omni ſubjectione corepiſcopi, & quarumlibet perſonarum, ut nihil cuique obedientiæ debeant, niſi nobis, & ſucceſſoribus noſtris catholicis, qui tamen nihil de rebus illorum in proprios uſus contrahant; data illis omnimoda libertate, ut ſecundum inſtituta patrum abbatem ſibi inter ſe, & de ſe eligant, & ab epiſcopo electionis ſuæ confirmationem, & electi ſui conſecrationem libere ſuſcipiant. Si vero infra clauſtrum perſonam ſatis idoneam non invenerint, liceat eis in nomine Domini aſſumere perſonam ejusdem profeſſionis ac propoſiti, quamcunque alibi aptam invenerint. Complacuit etiam nobis curam parochialem eidem abbati a manu epiſcopi ipſius perpetuo commendandam dare, ut omni remota inquietudine, ſecura libertate, perſeverent in Dei laudibus. Abſolvimus præterea ipſam eccleſiam parochialem ab omni juſtitia corepiſcopi, & * diaconi, & ab omni cenſu, ſex tantum denariis exceptis, & a ſervitio, quod quarto anno debetur corepiſcopo, quos ſupra altare beati Petri in feſto ipſius Treviris offerant. Hujus itaque paginæ ſeriem ſtabilientes, (d) ſigilli noſtri impreſſione (d)
ſignavimus præcipientes, & ſub perpetuo anathemate interdicentes omnibus Chriſtianis, ne quis contra eam venire, impetere, ſive deſtruere præſumat, ſed firma, & inconvulſa permaneat omnibus ævis, autoritate omnipotentis Dei, & beati Petri apoſtolorum principis. Quod ſi poſt tot & tanta maximarum rerum firmamenta quisquam ex his aliquid demere, vel in pejus mutare, vel acta caſſare voluerit, fiat ei ſicut Amao Agabittæ, ſicut Judæ proditori, a ſorte omnium ſanctorũ alienus efficiatur, cum diabolo & angelis ejus æternis ignibus cruciandus reſervetur. Ad amplioris etiam infirmitatis inculcationem ſubnotata ſunt nomina teſtium, qui huic traditioni interfuerunt. Godefridus præpoſitus majoris eccleſiæ, Folmarus decanus, Arnolphus archidiaconus, Milo archidiaconus, Winricus magiſter, Eberbardus cantor.

* Archidiaconi.

N O T Æ.

rum neque incolarum conditio in illa Provincia. Omnes incolæ erant homines proprii; & vocem miniſterialium in antiquis cartis etiam minoribus officialibus, uti cenſuum exactoribus, imò etiam infimæ conditionis hominibus tribui, docemur ex Cangii *Gloſſario V. Miniſterialis*, & Eſtor *Tract. de Miniſter. p. 58. & ſeqq.* Addit Ludolf *l. cit.* ex parte monaſterii probatum, non poſſe intelligi miniſteriales alios, quàm officiales venatorios, quibus præſtatio aliqua olim debita fuiſſet.

(c) *Nec advocatiam, nec cujusque juris potentiam ſibi vel cuique hæredum ſuorum retinuerit.*] Aiebant in eadem cauſa Saræpontani, advocatiam *ſimplicem* hic tantùm fuiſſe renuntiatam, non verò *eminentiorem*, quæ eſſet ipſa territorialis poteſtas. Sed errabatur in principio: quaſi jura Comitis Saræpontani eadem fuerint Sæculo XII. in Comitatu, quæ nunc ſunt. Mancipia erant incolæ, quibus imperitavit Comes, tanquam hominibus propriis regiis. Imò ipſe locus habitationis Comitum *Saarbrücken* anno demum 1321. Jus civitatis accepit cum libertate, cùm antea eſſet villa, *ein Dorff*, & incolæ omnes homines proprii. Subjungit Ludolf. *l. cit. p.* in Kayſersheimenſi fundationis diplomate, quod recenſet Magerus *de Advoc. arm. cap. XIII. n. 41.* & à monaſterio Wadgaſſen tempore non multùm differt, ſimilem occurrere formulam abdicationis omnium jurium; eámque haud dubiè fuiſſe inter rationes plures decidendi ſententiæ cameralis pro exemtione anno 1624.

(d) *Sigilli noſtri impreſſione.*] Sigillum exhibet Epiſcopum ſedentem, librum manu tenentem.

CCCLII.

cantor. Laici nobiles: Ludowicus comes, Gerhardus, Brunecho, Waltherus, Fridelo, Theodoricus, Adelbertus. Miniſteriales: Ludovicus, Erfo, Ludovicus, Sigebodo, Engelbertus, Fridericus. Acta Treviris anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo trigeſimo quinto. Indictione decima tertia. Regnante Lothario III. glorioſiſſimo imperatore, anno regni ſui decimo, imperii autem tertio. Pontificatus vero noſtri quarto.

CCCLIII.

CONRADUS
COMES LUXEMBURGENSIS
definit ſua quà Advocati S. Maximini, Miniſterialium, & ipſius Eccleſiæ jura.

1135.

(a) *Zyllesius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 59.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (*a*) Conradus comes de Lutzelenbourgh, poſtquam providente Deo, poſt deceſſum piiſſimi genitoris noſtri Wilhelmi comitis de manu regia, quidquid juris noſtri eſt, cum omni integritate recepimus, conſilio fidelium noſtrorum, quid nos hominibus noſtris, quid nobis homines noſtri, quid nos eccleſiis, quid nobis eccleſiæ ad advocatiam noſtram ſpectantes deberent, ſollicite perſcrutari ſtuduimus. Unde cum in eccleſiam beati Maximini proximo die poſt feſtum ejuſdem glorioſi confeſſoris veniſſemus, & in loco nobis præparato una cum abbate Gerhardo ad celebrandum placitum noſtrum ſediſſemus, de omni judicio noſtro, & præcipue de ſervitio, quod ipſo die nobis debetur, præſentibus liberis hominibus noſtris, miniſterialibus noſtris, & miniſterialibus eccleſiæ diligentius perſcrutati ſumus: quod tamen, ut debito ordine proceſſum haberet, Tybaldum de Bettingen, Wecelonem de Zoluer, Reinerum de Dumeldingen, ut communicato conſilio, cum paribus ſive de jure noſtro, juxta quod a patribus ſuis perceperant, vel certe ex privilegiis, quæ in ipſa eccleſia ſunt, cognoviſſe poterant, nobis referrent, ſicut debuimus, monuimus. Ipſi vero communi & unanimi conſilio, ſicut audierant, & viderant, ita ſententia nobis retulerunt: quod ipſo die a prima hora usque ad nonam [illegible] per prædia & mancipia eorum, qui miniſtri vel ſcaremanni dicuntur, placitare debemus: ita tamen, ſi celebre feſtum vel jejunium ea die non fuerit; & quidquid placitando adquiſierimus, duæ partes abbatis, tertia noſtra erit: nullus vero pro nobis ipſo die placitare poterit, & niſi in perſona noſtra præſentes fuerimus, non placitabitur ex parte noſtra, nec ſervitium exigetur. Ad ſervitium noſtrum, ſi placitaverimus, & quæ corrigenda ſunt, judicio miniſterialium & ſcabinorum correximus, duos maldros panis, quatuor oves & amam vini abbas nobis dabit, quod amplius neceſſe fuerit, de placito accipiemus; per curtes vero abbatiæ advocati, qui de manu noſtra advocatias tenent, nonniſi ter in anno tantum placitare debent, & illi, qui hunones in quibusdam locis dicuntur, tertio tantum anno, niſi recens fuerit furtum, aut ex parte abbatis vocati fuerint, placitum habebunt. In illis autem placitis advocatorum vel hunonum, quidquid clam vel aperte quisque reus vadiaverit, duas partes abbas, tertiam advocati vel hunones habebunt, ipſumque

N O T Æ

(*a*) *Conradus Comes de Lutzelenbourgh.*] Inter Luxemburgicos hujus nominis ſecundus; conjugem duxerat Giſelbertam Gerardi III. Ducis Lotharingiæ filiam; quo improli anno 1136. decedente prima ſtirps maſcula familiæ Comitum Luxemburgenſium extincta eſt, tranſiitque Comitatus ad liberos, quos Irmeſindis filia Conradi I. Luxemburgenſis ex Godefrido Comite Namurcenſi pepererat, Henricum ſcilicet I. ejusque poſteros.

CCCLIII.

que vadium ſecundum arbitrium abbatis conſilio villicorum & meliorum, qui in curtibus ſunt, juxta modum culpæ & facultatis uniuscujusque hominis diſponetur. Siquæ bona ex ſententia ſcabinorum judiciario ordine indominicata fuerint, primo anno abbas debitum cenſum excipiet, & poſtea duas partes de fructibus eorundem bonorum, tertiam advocati habebunt, poſtmodum vero ipſa bona abbas in ſua poteſtate libere habebit, colet, omnemque fructum recipiet, donec ſorte hæres redeat, & de manu abbatis per conſenſum advocati, & per ſententiam ſcabinorum bona ſua de indominicatione liberata recipiat. In curtibus, in quibus advocatis ſervitium debetur, ipſum ſervitium cum abbate vel præpoſito ejus & cum ſcabinis expendent. Quotiens-cunque autem petente abbate vel exigente negotio eccleſiæ ad eundem locum venerimus, illi * de Ante portam, de Ruuere, de * Martini villa, de Mathena, de Centarbers, de Emelda, qui nullum nisi abbatem advocatum habent, in lignis, ſtraminibus & lectiſterniis providente ſculteto abbatis, nobis ſervire debent. Hæc igitur per ſententiam nobis dicta, & (b) in privilegio domini Henrici IV. regis Romanorum, aliisque privilegiis Romanorum imperatorum & regum expreſſa & confirmata rata habemus, nobisque & omnibus ſucceſſoribus noſtris inviolabiliter tenenda, in perpetuum relinquimus. De ſervitio, quod in feſto prædicti patroni miniſterialibus datur, (c) urgentibus ipſis miniſterialibus, nec minus petente abbate & fratribus per ſententiam quæſivimus; accepimus igitur per ſententiam, quod equos eorum, qui miniſteriales ſunt, & jus miniſterialiũ a prædeceſſoribus ſuis integritate generis & conditionis obtinuerunt, illi, qui ad hoc officium infeudati ſunt, circa nonam advenientis feſti, in quoddam pratum, quod eſt Kenne, deducent, & usque ad nonam ſequentis diei, vel quamdiu abbas ipſos miniſteriales detinere voluerit, cuſtodient, nullum pabulum eis debetur. Miniſterialis, ſi cum uxore ſua venerit, duodecim panes, ſex ſextaria vini, ovem unam recipiet; ſi autem ſine uxore venerit, cum abbate ipſe & famuli ſui, qui duo tantum vel tres eſſe debent, comedet, & ſicut nullus prædictorum miniſterialium a conſilio vel a menſa abbatis in ipſo feſto arceri debet, ita nullus eorum prædictum ſervitium foris efferendum recipiet, niſi loco militis abbati decenter aſſiſtere & ſervire poſſit. (d) Siquis miniſterialium eccleſiæ extraneam uxorem duxerit, filii ejus prædictum ſervitium, quod pater eorum, quia miniſterialis eccleſiæ erat, habuiſſe videbatur, non habebunt; fœmina miniſterialis eccleſiæ, ſi viro extraneo nupſerit, filii ejus propter conditionem matris prædicto ſervitio non privabuntur. Ipſi miniſteriales depoſito amictu clamydis, vel alterius ſuperveſtimenti, in veſperis, in cœna, in miſſa ſubſequentis feſti, debita cum reverentia abbatis obſequio ſe offerent: abbas ſi proximo die poſt feſtum de negotiis privatis vel communibus cum miniſterialibus aliqua tractate voluerit, ſive nos præſentes, ſive abſentes fuerimus, absque expenſis eorum ipſos detinebit; ſi ad placitum venire non poterimus, & abbas eorum præſentia carere voluerit, circa nonam in ipſo feſto redeundi ad propria ſingulis licentiam dabit. Hæc igitur de jure noſtro, de jure eccleſiæ, de jure miniſterialium per ſententiam nobis relata, & aſſenſu omnium comprobata, abbati & fratribus atque miniſterialibus

(b) (c) (d)

* in ædibus ante portam monaſterii. * Mertesdorff.

N O T Æ.

(b) *In privilegio Domini Henrici IV. Regis Romanorum.*] Quod ſupra ad annum 1065. dedimus. Quæ autem in utraque hac carta circa Advocatorum jura ex medio ævo elucidatione indigent, alibi jam interpretati ſumus; ſcilicet ad diplomata Henrici III. Imp. de annis 1054. 1056. &c.

(c) *Urgentibus ipſis miniſterialibus.*] Miniſterialium vocabulum generale eſt, quemvis hominem miniſteria ſeu officia præſtantem ſonans; quare antequam quis de eorum indole judicare præſumat, cautiùs circumſpiciat, quemnam ſignificatum verba propoſita admittant. Conf. ad cartam præcedentem *Not. b. & c.* Fuêre autem Eccleſiæ miniſterialibus diverſa munera: frequenter per eos exercebatur juriſdictio Eccleſiæ; iique tunc interdum vocabantur *villici* & *ſchulteti*. Et hos noſtros San-Maximinianos, de quibus hîc agitur, tales fuiſſe autumo.

(d) *Si quis miniſterialium Eccleſiæ extraneam uxorem duxerit &c.*] Ventrem igitur ſequebantur San-Maximiniani miniſteriales, quæ propria ſervilis conditionis nota eſt. Conſtitutio Friderici I. Imp. apud Goldaſtum *Tom. I. Conſt. Imp.* §. 4. *Si liber homo ſervam ſuperduxerit ... proles illa, utriusque ſexûs, matrem ſequi debet, & non patrem.* Adde hæc latiùs exequentem Eſtor *de Miniſterialibus. Cap. II. Sect.* 3, *Part.* 4. §. 104. *ſqq.*

CCCLIII.

bus patentibus ſcripto commendavimus, & impreſſione ſigilli noſtri, ut in perpetuum rata & inconvulſa teneantur, confirmavimus. Hujus rei teſtes ſunt: Godefridus comes de Heſch, Tybaldus de Hettingen, Wiricus de Viſchbach, Wezelo de Zolueren, Humbertus de Anſenburch, Reinerus de Merchedicto. Eugenbrandus de Rockingen, Bezelinus de Decima, & quamplures alii. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCXXXV. regnante Lothario Romanorum rege, Treviri præſidente Alberone archiepiſcopo.

CCCLIV.

1135. Satisfactio præſtita Abbatiæ Senonenſi in Concilio Provinciali ab Henrico Comite Salmenſi, auctoritate Alberonis Trevirenſis Archiepiſcopi.

Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. II. in probat. p. 305.*

ALbero Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, omnibus catholicæ eccleſiæ cultoribus in perpetuum. Ex injuncto nobis per Dei omnipotentis clementiam officio, circa ſtatum eccleſiarum nos ſollicite vigilare oportet; & ad ſuſtentationem & gubernationem fratrum ibidem Deo ſervientium, quia indeſinenter perſecutione pravorum hominum opprimuntur & affliguntur, viriliter nos convenit elaborare; tunc enim paſtor bene dicitur vigilare & laborare, cum non ſolum cœleſtia, verum etiam temporalia alimenta ovibus ſuis impendit ac miniſtrat, easque a morſibus luporum protegit & ſervat. Nos itaque qui ab eo, qui non fallit, nec fallitur, digna remuneratione recipere nullatenus dubitamus, pro facultate, ab ipſo Deo nobis data, juxta officium noſtrum exercere optamus, & queremonias ve-
(a) nerabilis fratris noſtri (*a*) Antonii Senonienſis abbatis cum fratribus ejuſdem loci indiſcuſſas præterire, non audemus. Conquerebantur enim cum
(b) magnis lacrimis & fletibus, quod (*b*) comes Henricus, qui pro obſervatione præfatæ abbatiæ habet proprium beneficium, a præbenda fratrum ſeparatum, contra regale præceptum & ſtatuta Romanorum pontificum, videlicet beatæ memoriæ Paſchalis, Calixti & Honorii, contra etiam privilegia Metenſis eccleſiæ præſulum, prædictum abbatem & fratres, regulariter Deo militantes, non ceſſabat inquietare, multasque oppreſſiones & exactiones ſuper ruſticos eorum facere; cum etiam, niſi ab abbate neceſſario invitatus fuerit, in abbatia illa nullatenus debeat placitare.

Suſcepta igitur hac queremonia, calamitati & oppreſſioni illorum vehementer condoluimus, & comitem Henricum, nobis inde reſponſurum, ante præſentiam noſtram vocavimus; ipſe autem propter Dei timorem & noſtram exhortationem a læſione prænominatæ eccleſiæ in præſentia noſtra & apoſtolicæ ſedis legati, & ſuffraganeorum noſtrorum, & totius * ſancti conventus, quem tunc in Metenſi eccleſia celebrabamus, promiſit ceſſare, atque

* Concilii Provincialis

N O T Æ.

(*a*) *Antonii Senonienſis Abbatis.*] Sita eſt hæc Abbatia in montibus Vogaſi; ejus hiſtoriam ſcripſit Richerius Monachus ejuſdem cœnobii, qui floruit initio ſæculi XIII. Hanc ſub titulo *Chronici Monaſterii Senonienſis Ordinis S. Benedicti, in Vogaſo.* ediderunt D' Acherius *Tom. III. Spicileg. p.* 271. *ſeqq.* Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob. pag.* 1. *ſeqq.*

(*b*) *Comes Henricus.*] Salmenſis. De eo multis Auctor Triumphi S. Lamberti ſub anno 1142. Deſcendunt Salmenſes Comites à Luxemburgenſibus. Vid. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liſte Genealog. pag. XXXIII.* Diviſa eſt autem Salmenſium Comitum familia ſub hoc Henrico noſtro, qui hujus nominis *primus* eſt, in duas lineas: reliquit quippe binos filios, quorum natu major *Henricus II.*, extructor caſtri Salmenſis in Vogaſo, fundavit lineam *Salmenſium Lotharingicorum*; natu minor *Conradus* excitavit illam *Salmenſium in Arduenna.*

CCCLIV.

que abbati ſatisfecit, capitalia reſtituit, & de illata injuria, & violatione privilegiorum, unde ſententiam anathematis incurrerat, veniam & indulgentiam petiit, & privilegia illius cœnobii deinceps ſe obſervaturum Deo & nobis promiſit. Et quia idem abbas, cum religioſis fratribus ſuis, devote & benigne petiit, ut juxta SS. Patrum ſtatuta, & eccleſiæ privilegia, authoritate noſtra confirmaremus & corroboraremus, petitioni eorum aures noſtras inclinavimus, & præſenti pagina & impreſſione noſtri ſigilli, hoc ratum & inconvulſum fore usque in perpetuum, decrevimus, & ſtatuimus; de cætero præcipientes ſub anathemate, ut nulli hominum liceat hanc noſtram inſtitutionem violare, nec aliqua inquietatione præfatum cœnobium perturbare, neque de poſſeſſionibus ſuis violenter quidquam auferre nec minuere; ſed quæcunque in præſenti juſte obtinere videtur, vel in futurum Deo opitulante adipiſci poterit, ſicut ſupra ſcripſimus, noſtra authoritate ſibi confirmamus, & corroboramus. Sane ſi quis hoc noſtrum mandatum ſeu ſtatutum negligere tentaverit, poſt ſecundam & tertiam ammonitionem, niſi digne ſatisfecerit, omnipotentis Dei iram incurrat, & a limine ſanctæ matris eccleſiæ, quam lædere non timuit, & corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat; obedientes autem nobis divina miſericordia protegat, & ad cæleſtia palatia feliciter perducat, amen.

Hujus autem inſtitutionis teſtes ſubſcripſimus, Folmarum noſtræ eccleſiæ decanum, Arnulfum noſtrum archidiaconum, Milonem ſcilicet archidiaconum. Richerium Metenſis eccleſiæ decanum, Philippum archidiaconum, Berardum cantorem & ſancti Arnulfi præpoſitum, Theodoricum Metenſis epiſcopi cancellarium. Attonem, alium Theodoricum, Simonem & Arnulfum Metenſes canonicos. Bertrannum abbatem S. Arnulfi, Landulfum S. Vincentii abbatem, Herbertum S. Clementis abbatem, Richerium S. Martini abbatem & S. Simphoriani. Simon Lotharingiæ dux, Hugn magiſter, Rainaldus Barrenſis, cum filiis ſuis Hugone & Rainaldo, Lambertus de acuto monte, Theodoricus de Florei, Theodericus de Humbercort interfuerunt. Anno ab incarnatione Domini MCXXXV. Innocentio papa præſidente Romanæ eccleſiæ; Lothario glorioſiſſimo Imperatore feliciter imperante. Scripta per manum Lebaldi vice-cancellarii.

1135.

CCCLV.

Concordia inter Abbatias S. Apri & Calmoſiacenſem mediante Adalberone Archiepiſcopo Trevirenſi facta.

Calmet Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob. p. 304.

ALbero Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, venerandis abbatibus Hugoni ſancti Apri, & Rorico Calmoſiacenſi, eorumque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Quoniam pax noſtra eſt omnibus Deum timentibus, & omnis ſcandalorum occaſio tollenda, ne fortè in ſe inhabitantem offendant ſpiritum ſanctum, controverſia, quæ inter eccleſiam ſancti Apri & Calmoſiacenſem verſabatur, in præſentiam noſtram delatam hoc modo pacificare curavimus: Eccleſia Calmoſiacenſis, quæ per privilegia ſedis apoſtolicæ immunitatem decimarum de propriis ſuis laboribus obtinebat, de agricultura, quam in quodam parochiali termino ſancti * Apri apud Lipho obtinebat, dare decimas omnino recuſabat. Eccleſia vero ſancti Apri, quia ex antiquo a poſſeſſoribus ejusdem allodii decimas acceperat, dimittere nolebat. Nos autem pacem integram & charitatem reformare cupientes, ex conſenſu utriusque partis ordinavimus, ut eccleſia Calmoſiacenſis, ſalvis privilegiis ſuis, duodecim denarios Tullenſis monetæ eccleſiæ ſancti Apri in feſtivitate ejusdem perſolvat, & ſic de cætero pacem inter ſe integram habeant. Si vero Calmoſiacenſes

* Tulli Leucorum.

CCCLV.

cenſes terras ruſticorum ad agricultu-
(*a*) ram exercendam vel (*a*) invadiando vel emendo aſſumpſerint, de talibus decimationes dabunt. Nos igitur, ut futuris temporibus ratum & immutabile permaneat, præſente Tullenſi epiſcopo Henrico & conſentiente, ſigilli noſtri impreſſione curavimus ſignare.

Teſtes hujus pacis ſunt Durannus abbas, & Hugo prior de Bellocampo.

Rainaldus abbas de S. Manſueto.
Bovo præpoſitus S. Paſtoris.
Conradus præpoſitus S. Paulini.
Haimo magiſter & canonicus S. Stephani.
Valterus cancellarius epiſcopi.
Ruricus archidiaconus.
Sigbertus canon. S. Gengulphi.
Hugo magiſter & canonicus Metenſis.

N O T A.

(*a*) *Invadiando aſſumpſerint.*] Id eſt, in pignus acceperint. Cùm itaque Calmoſiacenſes ex oppignoratis ſibi prædiis decimas perſolverint, apparet, eos fructus inde percepiſſe. Nempe creditor ſine ſpeciali pacto anticretico Jure Germanico omnes fructus ex re oppignorata capiebat, ad nullas rationes obſtrictus; quantumcunque eorum æſtimatio uſurarum modum excederet. Heineccius *Elem. Jur. Germ. Lib. II. Tit. XI.* §. 327. Vix enim quidquam apud Germanos fuit diſcriminis inter venditionem cum pacto de retrovendendo & pignus rei immobilis. Zaſius *Conſ. XII. n.* 11, Weſenbec. *Conſ. II. n.* 91. Beſoldus *Theſ. pract. voce Pfand-Schilling. p.* 737. Meiern *von Rechtmaſſigkeit des ſechſten Zins-Thalers* §. XI.

CCCLVI.

1136. 20. *Jan.*

ALBERO ARCHIEP. TREVIRENSIS

confirmat Præmonſtratenſes in Abbatia S. Pauli Virduni.

Calmet, *Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob. p.* 309.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albero Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, omnibus in Chriſto pie vivere volentibus. Licet devotionis noſtræ propoſitum ſit, omnibus ſanctæ matris eccleſiæ filiis paterna pietate ſubvenire, maxime tamen ad domeſticos fidei bonum operari, ratione compellimur, & apoſtolica authoritate: quos enim in hujus mortalitatis procinctu ſub titulo veræ religionis promptiori devotione Regi noſtro militare credimus, horum profecto neceſſitatibus dulciori affectu compati, & condeſcendere debemus; ut, quia nobis non ſuppetunt meritorum ſuffragia, apud diſtrictum judicem pro temporali beneficio æterna pauperum Chriſti ſubvenire poſſint patrocinia. Igitur quod a venerabili fratre noſtro Alberone Virdunenſi epiſcopo de eccleſia ſancti Pauli apoſtoli, & ejusdem nominis confeſſoris, in ſuburbio civitatis ejus ſita, totius eccleſiæ ſuæ conſilio & aſſenſu temporibus noſtris factum cognovimus, nos etiam, ſucceſſorum noſtrorum tranquilitati, & religioſorum quieti paſtorali ſolicitudine in poſterum providentes, archiepiſcopali authoritate in perpetuum ratum manere cenſemus, ut videlicet canonicum ordinem beati Auguſtini, ſecundum mores & inſtituta Præmonſtratenſis eccleſiæ in prædicta eccleſia conſtitutum, nullus inquietare audeat, nullus ab ea convellere, vel alterius ordinis fratres in ea ſubrogare præſumat; eo quod, eliminata inſolentia & irreligioſitate prius manentium, fructus animarum in ea & per eam ad honorem Dei propagetur, & in ſtatum priſtinum dignitatis & religionis locus diu deſolatus per honeſtæ converſationis fratres reformetur. Ut autem hujus privilegii noſtri authoritas firma & inconvulſa permaneat, ſigilli noſtri impreſſione & teſtium idoneorum ſubſcriptione roboramus; data conſervatoribus pace, in prævaricatores anathematis ſententiam proferimus. Ego Albero Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus confirmavi & ſubſcripſi. Teſtes: Stephanus Metenſis epiſcopus, Henricus Tullenſis epiſc. Albero Virdun. epiſc. Godefridus Treviren. eccleſiæ major præpoſitus. Folmarus decanus. Arnulphus archidiaconus. Godeſcalcus ſcholaris magiſter S. Paulini, Folmarus

CCCLVI.

cuſtos S. Simeonis, Arnoldus capellanus, Bertheldus abbas S. Eucharii, Gerardus abbas S. Maximini, Petrus abbas S. Mariæ, Otto abbas S.Martini, Rodulphus abbas Theologienſis, Ranulphus abbas Clauſtrenſis; Emicardus cantor. Actum Treviri XIII. kalend. Februarii anno Incarnati verbi MCXXXVI. indict. III. epacta XV. imperante Lothario II. Romanorum imperatore augusto, anno regni ejus X. imperii vero ejus tertio, pontificatus autem noſtri quarto. Ego Wenricus vicecancellarius. (a) (a)

N O T A.

(a) Benedictini è monaſterio D. Pauli ejecti, Præmonſtratenſes, in eorum locum ſuffectos, auctoritate Pontificis Innocentii II. iisdem ſedibus iterum movere laborabant; ſed tuetur hos in Concilio Provinciali Archiepiſcopus præſenti diplomate. Qua tamen ratione Benedictinorum cauſam egerit Petrus Cluniacenſis, meretur hic legi ex ejus *Epiſt.* 11. *Lib. IV.* ubi: *Queror*, inquit, *ego, queruntur fratres noſtri omnes, ad quos hoc pervenire potuit, queritur totus monachicus ordo, & communem injuriam pari querela deplorat, expulſos à ſedibus ſuis monachos Virdunenſes, clericos pro eis intruſos ſua deſerviſſe, aliena occupaſſe, ſola vi, nullo judicio, in meſſem proximorum falcem miſiſſe, & propriis cultoribus eſurientibus, eorum avidiſſime fruges devoraſſe . . . . Sed, ut Adverſarii ajunt, fuerint propter mala ſua monachi expulſi, expellendi; arrogaverit ſibi fama conſentiens judiciale decretum; quid etiam, perſonis peccantibus, ſanctus ordo peccavit? quid aliis delinquentibus juſtitia promeruit? cur cum reis innocentia condemnata eſt? cur malis monachis, ſecundum quosdam expulſis, monaſtica inſtitutio expulſa eſt? ut quid ſaltem malis illis boni monachi non ſuccedebant? an, quia nusquam tales inveniri poterant? O quam innumerabilis monachorum turba, per ſupernam gratiam noſtris maxime diebus multiplicata, univerſa pene Gallica rura operuit, urbes, caſtella, oppida implevit! Quam variis veſtibus inſtitutis Domini Sabaoth exercitus ſub una fide & caritate, in ejusdem monaſtici nominis ſacramenta juravit. Aut ergo omnes iſti pro expulſis introducendi expulſores defecerant, aut tanta multitudine eis in nauſeam verſa, inopes eos, ut dicitur, copia fecit.* „ In his itaque motibus (ſunt verba Brovveri *Annal. Trev. Lib. XIV. n.* 31.) cum pars offenſa læſáque ad Archiepiſcopum confugere; Epiſcopi Provinciales, pars Metropolitanum judicem recuſare, & Romanæ Curiæ judicia periclitari præoptant, tùm omnibus patefit janua juſſa atque judicata detrectandi . . . . Unde ad extremum deterrimo cuique licentia intercedebat ab archiepiſcopo provocandi ad Apoſtolicæ Sedis tribunal, impunè arrepto itinere Romam „ Quod B. Bernardus intelligens, eas pro Archiep. Alberone ad Innocentium PP ſcripſit literas, quas nos infra referimus.

CCCLVII.

1136.

Compoſitio ſuper decima in Hönningen auctoritate Adelberonis Archiepiſcopi facta inter Canonicos S. Simeonis Treviris & S. Georgii Bambergæ.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Adelbero divina providente gratia Trevirorum archiepiſcopus dilectis in Chriſto fidelibus fratribus ſancti Simeonis, & eccleſiæ ſancti Georgii Bavenbergenſis in perpetuum. Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris quam præſentibus, inter fratres ſancti Simeonis ſanctique Georgii Bavenbergenſis pro decima, quæ eſt * Hoingin, contentionem fuiſſe obortam, & conſenſu utrorumque in noſtra præſentia terminatam, convocatis enim fratribus ſancti Simeonis atque legato Bavenbergenſium, communi conſilio tam Clericorum, quam Laicorum, quia eo in tempore præpoſituram in manu propria tenebamus, & præcipue ſecundum epiſcopalis dignitatis majeſtatem, qua fungebamur, quia potentes eramus, ut pro libero arbitrio noſtro, in quos vellemus, uſus ordinaremus; intuitu omnipotentis Dei, & ut æternam orationum ſuarum memoriam nobis compararemus, pro remedio quoque animæ noſtræ de præfata decimatione talem finem impoſuimus: tertiam partem decimæ totius villæ cum dote eccleſiæ & eleemoſinis atque oblationibus paſtori ejusdem loci ſucceſſoribusque ſuis habendam deputavimus; reliquas duas in tres æquas portiones diviſas, in augmentum præbeo-

* Hönningen.

CCCLVII.

bendarum fratrum hoc modo diſtinguendo contulimus: duas partes cum tota ſuæ dominicalis curtis decimatione eccleſiæ ſancti Simeonis tradidimus, tertiam autem portionem contingentem eccleſiæ ſancti Georgii cum tota ſuæ dominicalis terræ decima integre, & perenniter donavimus. Hujus rei inſtitutionem miniſterii noſtri authoritate & teſtimonio chartæ noſtræ, ſigillique noſtri impreſſione corroboravimus. Quicunque autem hæc opera miſericordiæ noſtræ quoquo modo depravando ſcienter immutare ſtuduerit, authoritate Dei & apoſtolorum Petri & Pauli & noſtra a gremio ſanctæ matris eccleſiæ omnique communione catholica, ſi non reſipuerit, ſe ſciat eliminatum. Teſtes hujus rei ſunt, Godefridus præpoſitus, & Folmarus decanus, Arnoldus archidiaconus, Alexander archidiaconus, Milo archidiaconus, Winricus magiſter ſcholarum, Eberhardus cantor majoris eccleſiæ, Henricus decanus de Confluentia, Alboldus, Curadus, Kadulus; Willemlnus comes Palatinus *, Emmecho comes, & frater ejus, Gerlacus de Veldenz, Godefridus comes de Spanheim, Gerlacus de Iſemburch advocatus in Hoingin, comes Rupertus & frater ejus Arnoldus de Luxenburch. Miniſteriales ſancti Petri Ludowicus, Engelbertus & frater ejus Fridericus, Baldevinus, Sigebodo, Euſo, Bohemundus, Walterus, Henricus & fratres ejus Hermannus & Ludovicus, Cuno Boricus & Megengandus, cæteriq; plures. Acta ſunt iſta anno incarnationis Domini MCXXXVI. Indictione XIII. concurrente primo. Anno autem pontificatus noſtri IV. imperante glorioſiſſimo Lothario tertio, anno regni ejus X. imperii vero III.

* Advocatus Eccleſiæ Trevirenſ.

CCCLVIII.

1136.

WILHELMUS

Comes Palatinus Rheni varia prædia donat Abbatiæ Springiersbacenſi.

Tolner Cod. diplom. Palatin. pag. 35. (a)

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum eſſe cupimus tam præſentibus, quam futuris Chriſti fidelibus, quod ego (a) Wilhelmus Dei gratia Palatinus comes recogitans ex pluribus, quæ mihi ex ſuperhabundanti eadem gratia Deus in præſenti vita contulit, qualiter de futuræ vita bonis mihi aliquid compararem pauperum ſpirituum, qui in hoc ſeculo nihil habere cupiunt, ut Chriſtum lucriſaciant, manutenere, & aliquid de meis ad conſolationem & ſuſtentationem eis dare decrevi, ut ipſi me in æternis recipiant tabernaculis recompenſatione utique felici. Itaque Canonicis regularibus B. M. de Springirsbach, qui in familiari quadam charitate juncti ſemper fuerunt; quippe quorum opinio veluti bonus Chriſti odor late ſpargitur, pro eorum devotione ac benevolentia beneſacere, & reſpondere eorum charitati congruum duxi, quatenus ad ea, quæ ſi commoda a me petebant, ſine contradictione aſſenſum eis præberem. Ergo propoſito animo conceſſi prædictæ eccleſiæ, & fratribus ibidem Deo ſervientibus (b) quandam partem nemoris Contel ipſi loco adjacentem, quæ his terminis concluditur, in longitudine a fonte Elverichsburnen uſque ad agros ſupra nominatæ eccleſiæ procedens; in latitudine ex tranſverſa, a rivulo Sprenkirsbach uſque ad rivulum Vilirsbach, cum ſylvis, agris & omnibus ſuis appenditiis. Præte-

(b)

NOTÆ.

(a) *Wilhelmus Dei gratia Palatinus Comes.*] In ſigillo huic ca tæ appendente legitur: *Wilhelmus Comes Palatinus de Reno.* De hoc Wilhelmo, filio & ſucceſſore Sigefridi Palatini, late Tolnerus *Hiſt. Palat. Cap. XIII.*

(b) *Quandam partem nemoris Contel, ipſi loco adjacentem.*] Aliam ejusdem ſylvæ partem jam dederat prima monaſterii fundatrix benigna in inſtrumento fundationis anni 1107.

CCCLVIII.

terea fundos, tres ſcilicet curtes antedictorum fratrum ab omni placito, & exactione advocati ſive villici, vel aliquorum officialium ab hinc in omne tempus abſolvimus, ut nulli quicquam, niſi abbati ſoli & fratribus habeant reſpondere; quarum una ſita eſt in villa * Cröve, ubi etiam capella fundata & conſecrata eſt, aliæ duæ in villa * Rile, una itidem juxta eccleſiam locata, altera in extremo villæ, ſuperius ubi manſio prædictorum fratrum frequentior exiſtit. Super hæc etiam telonium (c) in caſtro meo Cuchemo eis remiſi, ut quicquid naves eorum deferunt, vel afferunt, quod utilitatibus, vel neceſſitatibus eorum competat, cum omni quiete eant, & redeant, & a nemine gravedinis ſentiant. Igitur ut ſupraſcripta hæc traditio noſtra firma & ſtabilita, tranquilla & quieta exiſtat, ſuper altare B. Mariæ, in ſupra nominato loco, manu propria, ante taxara dedi, & teſtamenro hujus cartæ ſigillo noſtro ſignatæ confirmavi, quatenus ſi quis pravo ingenio aliquid de ſupradictis immutare tentaverit, maledictione æterna damnetur. Hujus rei teſtes ſunt: Wernerus præpoſitus de * Carbene, Everwinus ſacerdos de Cröve, Henricus de Clotteno. Liberi: (d) Fridericus comes de Viena, Wiricus de Arlon. Miniſteriales: Richardus de Duna & filii ejus, Henricus & fratres ejus de Ulmena, Karſilius de Carpena, Eppo de Cuchemo, Rudolfus & filius Meinhardus. Hoc autem factum eſt anno Dominicæ Incarnationis MCXXXVI. indictione XIIII. regnante Lothario Romanorum imperatore auguſto, regni ejus anno XI. Imperii IIII. Pontificatus Alberonis venerabilis Trevirorum Archi-Epiſc. A. n V.

* *Kreſ. ad Moſellam.*
* *Reil. ad Moſellam.*
* Cardene

N O T Æ.

(c) *In caſtro meo Cuchemo.*] Cochem ad Moſellam. Conf. Privilegium Henrici III. Imp. de anno 1051. pro Monaſterio Brauvveileriano, & ibi *Not. C. & F.* nec non diplomata Impp. Conradi III, Adolphi & Alberti de anno 1144. 1294. & 1298.

(d) *Fridericus Comes de Viena.*] Id eſt *Vianden.* Loquitur de hoc Friderico Baldericus in Vita Alberonis Archiep. Trevirenſis De ejus familia vid. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liſte Genealog. pag. XLIII.*

CCCLIX.

1136. **S. Bernardus ſcribit ad Innocentium II. P. M. pro tuenda Alberonis Archiep. Trev. Metropolitica auctoritate, præſertim adverſus appellationes ad Sedem Romanam.**

Epiſtola S. Bern. 178.

Amantiſſimo patri & domino Innocentio ſummo Pontifici, ſuus Bernardus, quod ſuus. Fideliter loquor, quia fideliter amo. Nec enim ſincerus eſt amor, ubi dubieratis ſcrupulus ſuſpicionis ſecem retinet. Querimonia domini Trevirenſis non eſt ei ſolius, ſed communis multorum, eorumque præcipue, qui ſinceriori affectu vos diligunt. Vox una omnium, qui fideli apud nos cura populis præſunt, juſtitiam in eccleſia deperire, annullari eccleſiæ claves, epiſcopalem omnino vileſcere authoritatem, dum nemo epiſcoporum in promptu habeat ulciſci injurias Dei, nulli liceat illicita quævis, ne in propria quidem parœcia, caſtigare. Cauſam referunt in vos curiamque Romanam. Recte geſta ab ipſis (ut ajunt) deſtruitis, juſte deſtructa ſtatuitis. Quique flagitioſi & contentioſi de populo, ſive de clero, aut etiam ex monaſteriis pulſati currunt ad vos, redeuntes jactant, & geſtiunt, ſe obtinuiſſe tutores, quos magis ultores ſenſiſſe debuerant. An non gladios Phinees promptiſſime atque juſtiſſime eductus fuerat ad condemnandum inceſtuoſum concubitum Drogonis & Milis? ſed confuſus atque retuſus abiit retrorſum, ſcuto nimirum apoſtolicæ defenſionis oppoſito. Proh pudor, quos cachinnos res iſta movit, & movet eccleſiæ inimicis, eisque etiam ipſis, quorum fortaſſe metu aut favo-

CCCLIX.

ſavore a recto tramite abducti ſumus. Amici conſunduntur, fidelibus inſultatur, epiſcopi ubique in opprobrium veniunt & contemptum, quorum dum recta judicia contemnuntur, veſtræ quoque plurimum derogatur auctoritati.

Ipſi ſunt enim, qui honorem veſtrum zelant, qui veſtra pro pace & exaltatione laborant fideliter quidem, ſed vereor ne inefficaciter. Quid vobis vires minuitis? quid robur veſtrum deprimitis? Quouſque retunditis arma fidelia militantia vobis, humiliatis cornua erecta veſtræ virtutis & ſalutis? Plorans plorat deſolationem ſuam apud Tullum eccleſia S. Gangulphi, nec eſt, qui conſoletur eam. Quis ſe enim opponat brachio excelſo torrentis impetui, ſummæ arbitrio poteſtatis? Eandem ſe ſuſtinere beatus Paulus violentiam apud Virdunum conqueritur, archiepiſcopo jam non valente eum defendere ab inſania monachorum, quippe apoſtolicis ſuſtentationibus amplius confortata; quaſi non ſatis per ſe inſanirent. Quid quæſo novæ rationis tandem inventum eſt, ut quod ſemel bonæ famæ & vitæ canonicis veſtra fuerat provida & neceſſaria diſpenſatione conceſſum, ſecundo confirmatum, tertio, ut ajunt, roboratum, rurſum veniat in jus, revocetur in diſcuſſionem? Siquidem & duo illa ſupra memorata, per vos nihilominus ſancita, per vos & convulſa dicuntur. Talibus hoſtiis non promeretur Deus, heu, non placatur ira, non conciliatur gratia, non provocatur miſericordia. Pro his atque ſimilibus necdum avertitur furor Domini; ſed adhuc brachium ejus extentum, & virga illa apud Hieremiam vigilans ſuper peccata noſtra.

Et quidem iratus eſt Deus ſchiſmaticis: ſed catholicis nequaquam propitius. Eccleſia quoque Metenſis gravi (quod vobis bene compertum eſt) epiſcopi & clericorum contentione periclitatur. Super quo, quid decernere vobis placuerit, vos ſcitis: ſed pax nondum eſt, nec proxime futura ſperatur. Ego (ut, quod ſuper his meæ viſum eſt parvitati, non taceam) & hoc & duo illa alia, Tullenſe dico & Virdunenſe, terminanda negotia ſecurius metropolitano atque convenientius poſſe committi putaverim, qui & omnia novit, & in multis probatus, eccleſiæ teſtimonio fidelis inventus eſt. Alioquin videte, quid illis epiſcopatibus faciatis, Metenſi ſcilicet, atque Tullenſi; quia ſi verum fatear, videntur eſſe abſque epiſcopis, & utinam abſque tyrannis. Tales cum defenſantur, ſuſtentantur, honorantur, foventur; mirantur nimirum & ſcandalizantur multi, qui illa in moribus & vita eorum certiſſimè ſciunt, quæ magis eſſent, non dico in epiſcopis, ſed etiam in quibuslibet ſæcularibus, damnanda penitus & execranda. Quæ quidem & me ſcribere puduit, nec vos decuiſſet audire. Eſto, quod nemine accuſante, non poſſint deponi; nunquid tamen, quos paſſim accuſat fama, apoſtolicæ ſedis eſſent familiaritate ſpeciali donandi vel amplius exaltandi?

Quonam enim merito ſuæ vel ſacerdotalis ſanctitatis vel epiſcopalis honeſtatis obtinuit Metenſis, ut & electio facta a canonicis, ad nutum ejus una cum eccleſiæ libertate caſſetur, & primicerius ad conſilium ejus contra illius eccleſiæ privilegia eligatur? Quam juſtius honeſtiusque, ſi veſtræ placuiſſet diſcretioni, homo majori dignus honore, debito proprioque non privaretur? Treverenſem dico, quem & ab hoc & a cæteris diœceſis, ſive terminandis negotiis, quaſi ſuſpectum aut minus expertum non ſine murmure multorum Deum timentium excluſiſtis. Credite fideli veſtro, quia provinciæ illi, quantum comperi, omnino non expedit.

Hæc ſcribens, præſumptionis metuerem notam, ſi neſcirem cui, & neſcirer, qui ſcribam, ſed novi ingenitam manſuetudinem veſtram; novi, & me notum vobis, & affectum, quo hæc audeam apud vos dulciſſime & amantiſſime pater. Iterum de Treverenſi, ut ſciatis qualiter nuntium ejus ſuſcipi oporteat, & verba quæ portat, dico vobis, quod magnum locum tenet in regno illo, vobis & eccleſiæ Dei homo fidelis, & conſtans, & nullatenus malevolis & ſubverſoribus aſſenſum præbens, a quibus non deeſt ei frequens & ſatis importuna tentatio; nec deerit inſultatio, ſiquo minus a vobis eum exaudiri contigerit. Nuntium in fine commendare volui, ſed

ſatis

CCCLIX.

ſatis eum ſuæ honeſtatis commendant merita, præcipueque amor ſpecialis & fidelis devotio, qua ipſum vobis firmiter inhærere, ſi non crederem, nequaquam per eum tam familiaria ſcriberem. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Idem Thema eodem ſancto Zelo graviter urget D. Bernardus *Lib. I. Cap. 6.* & *Lib. III. Cap. 2. de Conſideratione ad Eugenium III.* Nec verò ſolum S. Bernardum eo tempore de abuſu appellationum ad Romanam Curiam amaras fudiſſe querelas, ſed unam omnium hanc fuiſſe vocem, juſtitiam per illas in Eccleſia deperire, oſtendit Horſtius *in Annotation.* ad hanc noſtram D. Bernardi epiſtolam. Hæc, ut ita dicam, in Eccleſia Trevirenſi nata Ordinariorum, Metropolitanorum præſertim, querela inter Nationis Germanicæ gravamina, adverſus Romanam ſedem anno 15.6. Imperatori Maximiliano ab Imperii Proceribus oblata, apud Freherum *Germ. rer. ſcript. Tom. II. p.* 373. *ſeqq.* his verbis *Art.X.* refertur: *Cauſa, quæ in Germania, in qua etiam docti & juſti judices ſunt, terminari poterant, ad tribunalia Romana indiſtinctè trahuntur. Quod ſanctus Bernardus, ad Eugenium Papam ſcribens, valde reprobare videtur.* Cui malo, cùm remedium hactenus deſideretur, Eminentiſſimus Archiepiſcopus Princeps Elector Trevirenſis Franciſcus Georgius, laudatiſſimo juſtitiæ & diſciplinæ Eccleſiaſticæ Zelo, in Diæta Electorali electionem Aug. Imp Caroli VII. antecedente ad Capitulationis *Art. XIV.* moneri fecit, ut Neoeligendus obligetur, ad ſua apud Sanctiſſimum officia ſic interponendum, ut cauſæ Eccleſiaſticæ appellationum à Romana Curia impoſterum committantur judicibus commiſſariis in ea Provincia degentibus, in qua quævis enata eſſet. Rem ſaluberrimam, & ab omnibus jam agitatam, rationes politicæ impedierunt, quominus tunc ſuum conſequeretur effectum Conf. Moſeri *Annotat. ad Capit. Caroli VII. Art.XII. §. 3. in f.*

CCCLX.

INNOCENTIUS PP. II.

1137. 2. Octobr. Adalberonem Archiepiſc. Trevirenſem conſtituit S. Sedis Legatum per Archidiœceſes Trevirenſem, Moguntinam, Colonienſem, Saliſburgenſem, Bremenſem, & Magdeburgenſem.

Browerus *Annal. Trev. Tom. II. p.* 33.

INnocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiſcopis, epiſcopis, & dilectis filiis univerſis, abbatibus, clero, principibus & populo per Trevirenſem, Moguntinam, Colonienſem, Salzburgenſem, Bremenſem & Magdeburgenſem provincias conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Juxta ſententiam doctoris gentium beati Pauli apoſtoli, non tantum ſapientibus, ſed etiam inſipientibus, nec tantum vicinis, verum etiam longe poſitis, ex injuncto nobis a Deo apoſtolatus officio, exiſtimus debitores, utpote quibus beati Petri vincula commiſſa, & omnium eccleſiarum, quæ per mundi climata ſitæ ſunt, ſollicitudo incumbit; quatenus ea, quæ per locorum diſtantiam, vel cauſarum multiplicitatem, per noſtram præſentiam terminare non poſſumus, hæc eadem per apoſtolicæ ſedis vicarios, auctore Domino, exequamur. Cujus rei gratia venerabilem fratrem noſtrum Adalberonem, Trevirenſem archiepiſcopum, virum utique ſapientem, diſcretum, & in eccleſiaſticis neceſſitatibus ab ineunte ætate probatum in partem ſollicitudinis noſtræ aſſumpſimus, eumque in partibus veſtris legatum ſedis apoſtolicæ conſtituimus. Mandamus itaque vobis, & præſentium authoritate præcipimus, ut eidem fratri noſtro obedientiam & reverentiam deferre, & pro celebrandis conventibus ſynodalibus ad ejus convocationem convenire non gravemini, quo veſtro nimirum fretus conſilio & auxilio, corrigenda corrigere, & quæ recta ſunt, adjuvante Domino, valeat ſtabilire. Datum in territorio Romano ſexto nonas Octobris. (*a*) (*a*)

CCCLXI.

N O T A.

(*a*) Occaſionem conceſſæ Alberoni hujus prærogativæ ſic exponit Balderacus *in Vita Alber.* „ Albero in expeditionem Italicam cum Rege „ Lothario profectus eſt cum centum militibus ſe„cundum

CCCLX.

„ cundum æſtimationem, ſed ſecundum veritatem cum ſexaginta ſeptem; pullóque „ Rogerio Rege Siculo de finibus Apuliæ, quam „ occupaverat, datáque eâ Renaldo Duci, & „ recuperatis B. Petri regalibus, cùm Imperator „ reverteretur, in valle Tridentina communi „ mortalium ſorte in fata lapſus eſt. Ipſe autem „ D. Archiepiſcopus à Domino Papa Innocentio „ Legationis officio decoratur. „ Hæc omnia ad annum 1137. referenda eſſe, apparet ex tempore obitûs Lotharii, qui hoc anno, die 4. Decembris vivere deſiit.

CCCLXI.

ALBERO ARCHIEP. TREV.

1138.

queritur ad Innocentium II. P. M. de impoſito ſibi paſtorali munere, impediri ſe æmulatione aliorum in exequendis, quæ ſui muneris ſunt; non ſine ipſius culpa Pontificis.

(a) Epiſtola S. Bernardi 177.

(b)

NUmquid petivi epiſcopatum a domino meo? Et ſi forte cathedram affectavi, ſed non Trevirenſem. Sciebam quippe (b) domum exaſperantem, populumque duræ cervicis. Oderam illos, quod ſemper in ſece diſcordiæ jacuiſſent, eccleſiæ reſiſtentes. Pro qua ſiquos labores quandoque ſuſtinui, non me piget; ſed hunc inde fructum nec ſperavi, nec volui. Laboravi ſuſtinens, libens quidem, ſed non hac ſpe præmii. Duram provinciam nactus ſum, peccatis meis exigentibus. Inter cætera, quibus angor, ſuffraganeos accepi juvenes & nobiles. Adjutores deberent eſſe; & utinam non adverſarentur. Sed ſuperſedeo, per alium malo, ut innoteſcant vobis mores eorum & ſtudia, ſi neſcitis. Dico tamen, jus, fas, honeſtas, religio in noſtris epiſcopatibus perierunt. Malum, quod pro debito officii diſſimulare non audeo, breviter, ſimpliciterque intimavi; ut quod non placet, providentiæ veſtræ per me corrigi, per me ſaltem vobis, qui corrigere poteſtis, innoteſcat, ne omnino vacuum videar portare nomen archiepiſcopi. Et mihi melius quidem eſſet non aſcendiſſe, quam ſic deſcendere cum rubore.

Sed de me quæ cura? bene quod dignus ſum patiar, tanquam male operans, ſim certe etiam opprobrio meis, ſua ſpe nimirum fruſtratis, quam de me, ut ſibi me præeſſe vellent, conceperant; dum comperiant eccleſiæ ſuæ per me magis imminui dignitatem, cujus per me etiam antiqua damna reſtitui poſſe putaverant. Hæc omnia ſuſtineo, etſi non libenter, certè patienter, ne unquam videar recalcitrare obedientiæ, pro qua etiam dare animam, ſi neceſſe ſit, debere me fateor. Verum hoc ſollicitudinem veſtram attendere velim, creationis injuriam reſpicere ad creantem, & vires, quas mihi ſubtrahitis, vobis minuitis: & contem-

N O T Æ.

(a) *Numquid petivi Epiſcopatum à Domino meo?*] Plures Cathedras ante Trevirenſem recuſavit Albero, de quo ita Baldericus *in Vita*: „ Contigit eum eligi ad Archiepiſcopatum Partonopolenſem, temporibus Lotharii Regis & Imp. „ II, quem omnibus modis abnegans, ſuis effecit ingeniis, quod D. Norbertus, vir famoſæ „ religionis Eccleſiam eandem regendam ſuſcepit. Ejusdem quoque Imperatoris temporibus, „ cum Alberſtadenſem veniſſet Eccleſiam, Clerici „ ejusdem civitatis, jam ad ſedem vacantem ut „ epiſcopum eligerent, convenerant, &, cum „ ſtudiis diverſis exiſtentibus, voluntates eorum „ in nullam poſſent convenire perſonam, audientes talem & tantum adveniſſe virum, omnes „ unanimiter convenerunt in ipſum, quod cùm „ ipſe percepiſſet, relicto prandio, quod jam „ præparatum ipſi fuerat in domo cujusdam venerabilis perſonæ Conradi Camerarii, quem Rex „ Henricus excæcari fecerat tempore prædicti „ ſchiſmatis, cum jam ſui manus abluere cœpiſſent ituri ad prandium, ex improviſo equum „ aſcendit, ſuosque ſe ſubito ſequi præcepit & „ & ſic auffugit. Tandem ſedente D. Papa Innocentio, regnante Lothario, Trevirenſes Clerici „ contra voluntatem omnium Laicorum eum elegerunt in Archiepiſcopum.

(b) *Domum exaſperantem, populúmque dura*

CCCLXI.

temptus meus, & dejectio mea, redundat in vos. Multa habeo conqueri vobis de vobis, ſed reſervo ea pandenda nuncio, quem novi ad hoc ſatis induſtrium & fidelem. Significo etiam vobis, ſuſtinere oos periculum in falſis fratribus. Legati quippe ſchiſmaticorum intrant & exeunt ad quoſdam de noſtris liberius, quam ſolebant, & (c) verba tyranni Siculi familiariter admittuntur. (c)

N O T Æ.

ra cervicis.] Priores Archiepiſcopatûs ſui annos difficillimos habuit Albero, præſertim à continuis vexis & oppreſſionibus Ludovici Burggravii. Vid. Differt. huic Sæculo præmiſſam §. 3.

(c) *Verba tyranni Siculi familiariter admittuntur.*] Conf. Baroon *Annal. Eccleſ. ad ann.* 1130. *n.* 54.

CCCLXII.

1138. Litera fundationis Clauſtri Hemmerodienſis per Adalberonem Archiepiſcopum.

Heeſii Manipul. Rerum Hemmerod. p. 6.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Adalbero Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus & apoſtolicæ ſedis legatus, præſentibus & futuris Chriſti fidelibus pacem & gaudium in Domino. Quoniam multis intervenientibus cauſis a ſuſcepti regiminis cura interdum neceſſitate magis quam voluntate ad exteriora rapimur, viſum eſt nobis expedire ad ſalutem (quandoquidem pro noſtris noſtrorumque exceſſibus ſibi non ſufficimus veoiam apud Deum impetrare) illorum quærere adjutorium, qui exuti a ſeculi ſarcina, liberas Deo offerre poſſunt orationes. Inſpirante igitur clementia divina, quæ juſta deſideria movet, & promovet, & ad effectum producit, (a) aſſumpſimus in Claravalle monaſticæ profeſſionis viros religioſos ſecundum regulam B. Benedicti viventes in opus ſalutis & gratiæ, (a) annuente hoc venerabili domino & amantiſſimo patre noſtro Bernardo ejuſdem loci abbate, eoſque locavimus (b) in loco quodam ſolitario epiſcopii noſtri, qui Winterbach dicitur infra terminum curtis noſtræ Cordulæ, quem de manu Lodoyci camerarii noſtri idcirco redemimus, ut circumjaceos terra abſoluta, tam culta quam ioculta, præter dominicalem illorum uſibus in perpetuum deſerviret. Eam vero, quæ abſoluta non fuit, & a manſionariis poſſidebatur, æqua commutatiooe acquiſitam, libera traditione illis delegavimus. Verum (c) quoniam ad habitandum illic fratribus locus ille anguſtus erat, & minus ſecretus, transtulimus illos in vaſtiorem ſolitudinem ejuſdem (d) ſylvæ, quæ Kylewald dicitur, ſuper fluvium Salmanam, cujus partem, quæ de poſſeſſione B. Petri fuit, de manu laica mancipatum, libere cum om- (b) (c) (d)

N O T Æ.

(a) *Aſſumpſimus in Clara-valle monaſticæ profeſſionis viros.*] Aſſumptis in urbe Trevirenſi domum juxta Capellam S. Sulpitii, B. M. Virginis ædi propinquam (quam Meginerus prædeceſſor III. Nonas Auguſti an. 1129. conſecraverat) cum ipſo ſacello & adjacente horto primâ donatione conceſſit. Quæ domus, *ad S. Bernardum* dicta, hodiernum eſt Hemmerodienſium in urbe refugium.

(b) *In loco quodam ſolitario Epiſcopii noſtri, qui Winterbach dicitur.*] Eſt amœna vallis, duobus ab urbe milliaribus inter *Erang* & *Cordel.* Io loco Treviri & Palatiolo (ubi hactenus ut plurimùm morabatur Adelbero) ſatis vicino, ſibi & ſucceſſoribus Archiepiſcopis ſanctum ſeceſſum paraſſe tradunt Hemmerodienſes. Heeſius *Manip. Hemmer. p.* 3.

(c) *Quoniam ad habitandum illic fratribus locus ille anguſtus erat.*] Maximè quia, ut obſervat Heeſius, interfluens Gelbis anguſtia illic crepidinibus & integro robore vehitur, ac brumali præſertim tempore excuſſis procellarum imbribus frequenter inflatus, orarum faſtigia excedit, ſolóque ſuperfluus omnia latè exundationibus complet.

(d) *Sylvæ, quæ Kylevvald dicitur.*] In Confiniis Ducatûs Luxemburgici, ſolo tamen & territorio Trevirenſi. Partem ſylvæ Kylvvald, quo monaſterium caſtructum, hodie *Hoenſcheids* appellant.

CCCLXII.

omni integritate perpetuo illis poſſi-
(e) dendum conceſſimus, & (e) locum illum
Clauſtrum appellari fecimus, ob amo-
rem & reverentiam prædicti venerabi-
lis abbatis, qui hoc ei vocabulum im-
poſuit, præterea quaſdam vineas no-
ſtræ poteſtatis in Withlica, foris vil-
lam, in loco, qui dicitur vallis ſitas,
eadem libertate, qua cætera, etiam &
has contulimus, remittentes eis tribu-
tum & decimam, quæ ante dum a ru-
ſticis colebantur, nobis & anteceſſori-
bus noſtris exinde perſolvebantur. Has
ſupra nominatas poſſeſſiones videlicet
(f) Winterbach, (f) Haymerrode, cum
omnibus ſuis uſuariis, ſylvis & paſcuis,
& vineas deſignatas in Withlicha,
aliaſque vineas in Chemetam, cum
domo & appendentibus ſibi rebus, a Cra-
thone presbytero noſtro ſtudio acqui-
ſitas, nec non & vineas, quas habent
in Coverna & in Ludendesdorff, & ea
quæ poſſident in Hornaue, ſed & om-
nia, quæcunque illis ſive a nobis, ſive
ab aliis per manum noſtram collata ſunt,
vel adhuc habituri ſunt ſive ex liberali-
tate regum, pontificum, nobilium ob-
latione, cæterorumque fidelium ſive
emptione, aut juſta acquiſitione in ter-
ris, ſylvis, pratis, vineis, aquis aqua-
rumque decurſibus, dilecto filio no-
(g) ſtro (g) Randulpho ejuſdem loci primo
abbati, ejuſdemque ſucceſſoribus re-
gulariter ſubſtituendis, & fratribus illic
Deo ſervientibus perpetuo tenenda

concedimus, & ut inviolabiliter & in-
concuſſe teneant, præſentis paginæ
ſcripto, & ſigilli noſtri impreſſione ſub
teſtimonio Chriſti confirmamus. Quod
ſiquis temeraria præſumptione hanc no-
ſtræ confirmationis paginam infringere
temptaverit, & in aliquo prædictos
pauperes Chriſti conturbare: ſciat ſe
omnipotentis Dei iram incurrere, &
maledictionis ſenteotiæ in perpetuum,
niſi reſipiſcat, ſubjacere. Teſtes aſſue-
runt: Warnerus Monaſterienſis epi-
ſcopus, Wybaldus Stabulenſis abbas,
Godefridus Prumienſis abbas, Conſtan-
tinus Aureæ Vallis abbas, Richardus
Sprinckersbacenſis abbas, Raimaldus
abbas S. Martini, Godefridus præpo-
ſitus S. Petri majoris eccleſiæ, Folma-
rus decanus, Arnulphus archidiaconus,
Wernerus magiſter ſcholarum, Ebrar-
dus cantor, Ludolphus, Anſelmus,
Hermannus canonici. Laici vero: Ger-
lachus de Iſenburgh, & Reimbardus
frater ejus, (h) Eberardus de Petra, (h)
Fredelo de Bruch. Miniſteriales: Lu-
dovicus (i) camerarius, Engelbertus (i)
& frater ejus, Fridericus, Erſo. Acta
ſunt hæc Treviris anno ab incarnatione
Domini MCXXXVIII. Pontificatus do-
mini Alberonis Trevirorum archiepi-
ſcopi & apoſtolicæ ſedis legati VII. Con-
radi Romanorum regis II. primo. In-
dictione XV. epacta XVIII. concur-
rente VI.

CCCLXIII. ADEL-

N O T Æ.

(e) *Locum illum Clauſtrum appellari fecimus.*] Nomen ſuggeſſit S. Bernardus, quod & deinde hæſit, occurrens in diplomatibus frequentiſſimè.

(f) *Haymerrode.*] Ita cognominatum ferunt à quodam *Hemone*, qui tenui fortè fortunâ & exiguâ ſtirpe *novale* illic inſtruxerat. Situm *Haymerrode* ad clivum Clauſtro vicini montis, qui ad Auſtrum eminet; eo enim loci prima Hemmerodienſium Anachoretarum habitatio, quæ poſt biennium unà cum nomine in proximam vallem ſuper fluenta Salmanæ (ſeu *Salmona*, ut Auſonius loquitur) tranſlata eſt.

(g) *Randulpho ejuſdem loci primo Abbati.*] Anno 1134. menſe Auguſto ad inchoandam plantationem mittuntur Monachi, quorum nomina MS. Codices Hemmerodienſes hæc ſervârunt: *Randulphus & Helias*: hic Prioris, ille Abbatis functus munere. Sub horum directione *Pontius, Joannes, Olyverus, Walterus, Dunſtinus, Saloman & David Florentinus* Monachi.

(h) *Eberhardus de Petra.*] Hoc primum nominis veſtigium illuſtriſſimæ familiæ, quod in domeſticis occurrit; minùs enim certum eſt, quod ad annum 1107. memoravimus. Quæ verò jam anno 562. ad Venantii Hodoporicon *Not. f.* de antiquitate caſtelli, quod familiæ Leyanæ poſtea nomen dedit, retulimus, huc aptari minimè poſſunt; eò quòd illuſtrium familiarum nomina Sæculo demum XI à caſtris, ùt plurimùm, deſumpta conſtet; nec ſciri poſſit, an non & quotiesù ſæculo ſexto ad undecimum Leyanum Contrùæ caſtrum dominos mutârit. Porro dedit & hoc ſæculo Nobilis domus à Petra Leodienſi Eccleſiæ Epiſcopum, Henricum ſcilicet, qui Præſulatum anno 1146. auſpicatus eſt. Et Cambio, quo caſtrum Naſſau an. 1158. Eccleſiæ Trevirenſi acquiſitum fuit, ſubſcripſit *Wolframus à Petra Miniſterialis Regis*, qui & anno præcedenti ſignaverat diploma Friderici I. Imp. de 6. Jan. 1157. Fruſtra autem ſunt, & rerum Germanicarum ac Francicarum parum intelligentes, qui cum Jac. Meelbaum *Sylva Academ. an. 1657. edita in Dedicat.* & cum Maſenio *in Dedicat. Annal. Trev.* hujus familiæ veſtigia in Taciti *Annal. Lib. XI.* quærunt.

(i) *Camerarius.*] Ejus officium erat in curandis reditibus Archiepiſcopi.

CCCLXIII.

1138. ## ADELBERO ARCHIEPISCOPUS

S. Simeoni reſtitui facit & firmat prædium Kyle.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Albero divina permittente gratia Trevirorum archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, eccleſiæ ſancti Simeonis in perpetuum. Notum eſſe volumus omnibus præſentibus, & futuris, quod quidam miles Hezelo prædium de Kyle, quod ex donatione nobilium virorum Udonis videlicet & Waldonis ad eccleſiam ſancti Simeonis pertinere cognoſcitur, auſu temerario invadere, & ſibi uſurpare aliquamdiu præſumpſit. Unde cum anathematis vinculo innodatus, & a ſinu matris eccleſiæ ſententia ſynodali eſſet exclufus, tandem ductus pœnitentia, idem prædium de Kyle tactis ſacroſanctis reliquiis abjuravit, filiumque ſuum Theodericum, nec non & omnes amicos, & cognatos ſuos, quos pro hac invaſione ſuſpectos habebat eccleſia, ſecum pariter abjurare fecit, & fratribus ad omnem uſum & utilitatem, quam inde vellent ordinare, libere habendum conceſſit. Nos igitur præfatum prædium de Kyle cum omni integritate, aquis, molendinis, pratis, ſilvis, piſcationibus, venationibus, ſancto Simeoni & fratribus Deo & ipſi beato confeſſori famulantibus noſtra epiſcopali authoritate & banno confirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione corroboramus. Si quis autem, quod abſit, hanc nobilium traditionem, & noſtræ paginæ confirmationem in irritum ducere, & temeritate ſua infringere præſumpſerit, hunc nos authoritate Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum, & noſtra a communione fidelium ſegregamus, & usque ad condignam ſatisfactionem ſathanæ cum angelis ſuis perpetuo cruciandum tradimus. Teſtes hujus rei ſunt Godefridus majoris domus præpoſitus, Folmarus decanus, Arnulphus archidiaconus, Alexander archidiaconus, Milo archidiaconus, Winricus magiſter ſcholarum, Everhardus cantor majoris eccleſiæ, Henricus decanus de Confluentia, Albertus decanus de ſancto Simeone, Alboldus, Conradus, Kadelus. Wilhelmus comes Palatinus, * Fridericus comes de Vianna, Gerlacus de Iſenburg, Reyboldus de Iſenburg, comes Robertus & frater ejus Arnoldus de Lurenburg. Miniſteriales ſancti Petri: Ludovicus, * Engelbertus & frater ejus Fridericus, Erto, Hermannus & frater ejus Ludovicus, Rodolphus & filius ejus Fridericus de Marceto, & alii quamplures. Actum Treviris anno dominicæ Incarnationis MCXXXVIII. indictione prima, concurrente quinto. Regnante glorioſiſſimo Romanorum rege Conrado, anno regni ejus I. Anno autem pontificatus noſtri VI.

* Advocatus Eccleſiæ Trevirenſis.

* Camerarius Archiep.

CCCLXIV.

1139. ## ALBERO ARCHIEP. TREV.

Innocentio II. P. M., qua Legatus apoſtolicus, per Tullenſem Archidiaconum nuntiat, Eccleſias Germaniæ & Galliæ, graſſante ſchiſmate, ei eſſe devotas, ſe verò maximè.

Epiſtola S. Bernardi 176.

VOluntas cordis & deſiderium ſatis inquietum adeundi & videndi deſideratam beatitudinis veſtræ præſentiam, ſed & cognoſcendi certius, quæ circa vos ſunt, rurſumque, qualiter ſe habeant noſtra, vobis viciſſim diligentius intimandi, jam dudum itineris me admonet, atque indeſinenter ſollicitat. Cæterum terræ ac diei malitia, & præter inſtantiam meam quotidianam, etiam nonnulla veſtræ neceſ-

CCCLXIV.

ceſſitatis cauſa impeditus, voto facere ſatis non potui usque adhuc, ſed necdum poſſum. Sed quid? ſanum juſtumque propoſitum nunquid omittendum ex toto fuit, quia ex toto adimpleri non potuit? Fuit ergo conſilii, per hunc venerabilem * H. Tullenſis eccleſiæ archidiaconum interim ſaltem aliquatenus conſolari conceptum jam olim deſidetium, curamque relevari, quam patior. Nec enim fidelior ſtudioſior cautiorve illo ad manum eſſe potuit, ſive in perferendo ad vos, quæ nos illi injungimus, ſive in referendo ad nos, ſiqua veſtræ dignationi placuerit remandare. Itaque de beneplacito, de ſtatu curiæ, ac veſtræ ſoſpitate perſonæ, & ſi quid blandius aura ſecundior ac divina clementia recens forte ſpiraverit eccleſiæ, adverſus ſchiſmaticorum procacem, ſed inefficacem, rabiem deſudandi; de his omnibus plenius inſtrui cupimus, & ſupplicamus.

* Hugonem.

Porro noſtram citramontanam eccleſiam tam in noſtro quam Francorum regno noveritis fortem in fide, pacificam in unitate, devotam in veſtra obedientia, promptam ad ſervitium. Nequaquam nos Beneventi, non Capuæ, non ipſius Romæ terret, Deo ſic judicante, amiſſio; ſcientes eccleſiæ ſtatum non armis æſtimari, ſed meritis. Ipſius quippe, non alterius, agnoſcimus voces illas in pſalmo: *Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum; ſi exurgat adverſum me prælium: in hoc ego ſperabo.* Propterea & nos, quia de eccleſia ſumus, non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Glorietur tyrannus Siculus, quantum vult, glorietur in malicia, quod potens eſt in iniquitate; noſtra autem virtus in infirmitate perficitur. Eccleſia, quando infirmatur, Pauli magiſterio didicit eſſe potentior, didicit e regione & a Salomone, quod proſperitas ſtultorum occidit eos, didicit & ſtultum firma radice, cum viderit, ſtatim maledicere pulchritudini ejus. Ideo cum ſancto David ſeſe in utroque conſolatur, & hoſtium videlicet caſu, & liberatione ſui; ait ſiquidem: *Hi in curribus & in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus; ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.* Hæc pauca vobis conſolandi gratia, de quibus certus fui, fideli atteſtatione intimanda eſſe putavi, ad relevandam vel ex aliqua parte eam, quæ veſtra viſcera inceſſanter affligit ſollicitudo omnium eccleſiarum. Hoc quoque addo, dominum regem, Deo eum confortante, fervere & accingi ad liberationem eccleſiæ & parare ſibi exercitum multum nimis: nos quoque fideliter ad hoc ipſum pro viribus laborare, exhortari & ſollicitare, quos poſſumus: & cum tempus advenerit, non expenſis, non perſonæ propriæ parciturum.

CCCLXV.

1139.

CONRADUS III. REX ROM.

Abbatiam S. Maximini Archiepiſcopatui Trevirenſi reſtituit.

Archiep. & Elect. Trev. turbati. pag. 59.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente clementia Romanorum rex ſemper auguſtus. Adalberoni reverendiſſimo Trevirenſium archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, ejusque ſucceſſoribus in perpetuum. Si fidelium noſtrorum juſtis petitionibus aurem ſerenitatis noſtræ accommodamus, opemque ipſis ex ſupernæ largitatis beneficio præbere ſtuduerimus, ad perennis vitæ ſalutem feliciter obtinendam, & regni noſtri pacem ſtabiliter ordinandam, hoc nobis profuturum eſſe liquido credimus. Quocirca omnium fidelium noſtrorum, tam futurorum, quam præſentium, ſolertiæ notum eſſe volumus, quod a longis retro temporibus Trevericæ ſedis archiepiſcopi non ceſſaverunt prædeceſſoribus noſtris regibus & imperatoribus, proclamationem facere de abbatia ſancti

CCCLXV.

ſti Maximini, quæ in fundo B. Petri conſtructa eſt, & ad epiſcopium jure proprietatis pertinens, injuſte inde ablata eſt. Sed noſtra memoria multo frequentius ac vehementius eandem queremoniam ventilaverunt; apud divæ recordationis Henricum avunculum noſtrum Romanorum imperatorem IV. venerabilis archiepiſcopus Bruno; apud prædeceſſorem noſtrum Lotharium imperatorem III. vir magnæ reverentiæ nobisque ſumme fidelis Adalbero archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus. Ad poſtremum cum privilegia ſua prædictus archiepiſcopus Adalbero prænominato imperatori Lothario, quæ de ſupra ſcriptæ abbatiæ S. Maximini poſſeſſione habebat, crebrius obtuliſſet, & eidem imperatori pro hoc maxime conſequendo beneficio in expeditione Apuliæ cum magno periculo & ſumptu fideliter deſerviſſet; tempus agendæ ſibi juſtitiæ, interventu principum, obtinuit; ſed imperatoris morte præventus, cauſam jam quidem cœptam, ſed minime conſummatam reliquit: nobis autem per Dei miſericordem providentiam, ad regni gubernationem ſublimatis, fidemque ipſius archiepiſcopi, ſtudium & labores, circa noſtram & regni fidelitatem, multis argumentis perſentientibus, idem archiepiſcopus redivivam proclamationem, magnis & aſſiduis allegationibus, in oculis principum præſentavit; proferens utique antiqua privilegia, poſſeſſionem abbatiæ S. Maximini ſuo epiſcopio jure confirmantia; unum ſiquidem Dagoberti regis Francorum, datum B. Modoaldo Trevirenſis civitatis S. archiepiſcopo, in quo per annuli ſui notam impreſſionem confirmat eidem B. pontifici ejusque ſucceſſoribus, in perpetuum, ſuper eadem poſſeſſione præcepta prædeceſſorum ſuorum, videlicet regum Francorum, Sigeberti, Theodeberti, Theodorici & ſui glorioſi genitoris regis Clotharii, ubi expreſſe & ſine ulla ambiguitatis nebula continetur, quod cella ſancti Hillarii, quæ nunc appellatur S. Maximini, quæ eſt in prædio S. Petri conſtructa, ad Trevericum epiſcopum pertineat. Aliud nihilominus præceptum Caroli regis Francorum, nota imagine ſignatum, recitabat conceſſum Weomado, Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopo, in quo genitoris ſui illuſtris regis Pipini & aliorum regum Francorum præcepta innovat & confirmat; quod, ut eisdem utamur verbis, cella S. Maximini, quæ eſt in territorio S. Petri apoſtolorum principis conſtructa, ad eccleſiam S. Petri Trevericæ urbis pertineat. His igitur & ſimilibus firmamentis ſuffultus honorem regis, qui judicium diligit, & æquitatem principum inſtanter implorabat, ut ſæpe nominatam abbatiam ſancti Maximini, quæ ſimpliciori & antiquo vocabulo, cella ſancti Hilarii, vel ſancti Maximini dicebatur, ſuis prædeceſſoribus injuſte ablatam, ſibi ſuisque ſucceſſoribus jure judiciali reſtitueremus, &, prædeceſſorum noſtrorum ſequentes morem, noſtri præcepti paginam factam confirmantes, ad poſterorum notitiam tranſmittere dignaremur. Nos itaque in hoc ipſum, tum manifeſta juſtitiæ atteſtatione, tum etiam precibus & petitione venerabilis patris noſtri papæ Innocentii ſecundi, & præterea ipſius dilectiſſimi ac fideliſſimi noſtri archiepiſcopi Adalberonis obſequio & multimoda devotione rationabiliter inclinati, ex judicio curiæ noſtræ, reddidimus eidem venerabili archiepiſcopo Trevirorum Alberoni, apoſtolicæ ſedis legato, ſecundum tenorem antiquorum privilegiorum, ſæpe memoratam in ſuburbio Trevirenſi S. Maximini abbatiam, omni jure proprietatis habendam, poſſidendam, ordinandam, ea integritate vel uſu, quò nos vel anteceſſores noſtri, eandem abbatiam hactenus habere videbamur; transfundentes per ipſum ſuis in perpetuum ſucceſſoribus canonicè ordinatis, & noſtri regni fidelitate manentibus. Et ut hoc per ſuccedentia tempora ratum, inconvulſum, permaneat, hac præcepti noſtri pagina, totam rei ſeriem comprehenſam, ſigillo noſtro inſigniri ſecimus, teſtesque de principibus, qui affuerunt, ſubter notari juſſimus. Teſtes ſunt, Bocho Wormatienſis epiſcopus; Stephanus Metenſis epiſcopus; Embrico Wirzeburgenſis epiſcopus; Warnerus Monaſterienſis epiſcopus; Guibaldus Stabulenſis abbas; Fridericus germanus noſtet, dux Sueviæ; Conradus dux Coringeo. De clericis Trevirenſis eccleſiæ: Arnulphus archidiaconus, Contadus, Cadolius, Henricus canonici. De miniſterialibus ejusdem eccleſiæ: Erſo, Orthninus, & alii multi. Actum regiæ Argentinæ. Anno dominicæ incarnationis MCXXXIX. indict. II. regnante domino Conrado Roma-

CCCLXV.

Romanorum rege II. anno regiminis ipſius II. feliciter amen. Signum D. Conradi * II. regis invictiſſimi. Ego Arnoldus cancellarius, ad vicem Adelberti archicancellarii Moguntini archiepiſcopi, recognovi. (*a*) (*a*)

* revera III. ſed frequenter utitur titulo II.

N O T A.

(*a*) Conradinum hoc diploma multis argumentis impugnat Zylleſius *in Defenſ. Abbat. S. Maximini P. II. Sect.* 5. ſub his Paragraphorum rubricis: §. 2. *Non extitiſſe unquam tale diploma.* §. 3. *Conradinum illud non eſſe ſententiam.* §. 4. *Inſignis ſub- & obreptio iſtius reſcripti deducitur.* §. 5. *Eadem ſubreptio ex aliis rationibus oſtenditur.* §. 6. *Ob jus tertii violatum reſcriptum illud fuiſſet invalidum.* §. 7. *Per ipſius partis confeſſionem, atque etiam per rei judicata vim ac authoritatem idem prætenſum reſcriptum rejicitur.* §. 8. *Eventus etiam oſtendit, reſcriptum illud nullius fuiſſe valoris.* Quæ in ipſo Zylleſio latiùs deducta legi poſſunt. Quid de reliquis Zylleſii argumentis ſentiendum ſit, ex ſequentibus facilè apparebit; de ipſa certâ Conradinæ conceſſionis exiſtentiâ nequidquam dubitandum eſt. Sic enim de ea Baldericus coævus ſcriptor *in Vita Alberonis:* „ His itaque „ pactis Abbatiam S. Maximini pro hoc atque aliis „ ſervitiis à Rege Conrado accepit; patronatum „ enim prædictæ Eccleſiæ, quem Rex longo tempore tenuerat, ipſi Rex reſtituit. Hac re per „ famæ volatilem auram comperta, monachi, qui „ tunc temporis in Eccleſia prædicta valde enormiter vixerant, omne argentum & aurum, quod „ in diebus illis in monaſterio illo multum abundabat, intextis tabulis, imaginibus, variisque „ ornamentis, lapideſque pretioſos & gemmas „ ante reditum Archiepiſcopi colligentes Comiti de Namurco, qui eo tempore terram de „ Luxemburg tenebat, dederunt, ut arma auxiliaria eis ferret, &, quia Advocatus eſſet Eccleſiæ, dominium Archiepiſcopi & poteſtatem „ ab eis removeret. „ Similiter Dodechinus *in appendice ad Marianum Scotum ad an.* 1140. 43. *pag.* 473. *Rex dedit Abbatiam ſancti Maximini ſancto Petro* (Trevirenſi Eccleſiæ)..... *Adelbertus Trevirorum Archiepiſcopus, expulſis prioribus monachis de ſancto Maximino, & Cæleſtinus Papa conſtituit ibi Abbatem Sigerum nomine.*

CCCLXVI.

1140. 6. *Maij.*

INNOCENTIUS II. PONT. MAX.

firmat jura, poſſeſſiones & immunitates monaſterii S. Maximini; præſertim ne alteri Eccleſiæ ſubdatur vel uniatur.

Zylleſius *Defenſ. S. Maxim. P. III. p.* 55.

INNOCENTIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Sigero abbati monaſterii S. Maximini, quod in ſuburbio Trevirenſi ſitum eſt, ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis. Incomprehenſibilis & ineffabilis divinæ miſeratio poteſtatis nos hac providentiæ ratione in apoſtolicæ ſedis adminiſtratione coſtituit, ut paternam de omnibus eccleſiis ſollicitudinem gerere ſtudeamus. Siquidem ſancta Romana eccleſia, quæ a Deo ſibi conceſſum omnium eccleſiarum retinet principatum, tanquam diligeos & mater ſingulis, ut debet, eccleſiis inſtanti vigilantia providere. Ad ipſam enim, quaſi ad caput, & matrem, ab omnibus eſt coocurrendum, ut ejus viſceribus nutriantur, authoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releventur: condecet igitur, ut eccleſiæ, & venerabilia loca, maxime, quæ ad ſpeciale jus, & ſingularem proprietatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ (cui Deo authore ſervimus) ſpectant, ſpecialioris prærogativæ fortiantur honorem, & apoſtolicæ authoritatis munimine roborentur. Quam ob rem dilecte in Domino fili, Sigere abbas, tuis ac tuorum fratrum juſtis poſtulationibus clementius inclinati, ad inſtar prædeceſſorum noſtrorum, ſanctæ recordationis Gregorii, Agapiti, Joannis; item Joannis, & Leonis noni, Romanorum pontificum, beati Maximini monaſterium, cui authore Domino præſides, ſub apoſtolicæ ſedis tutela, & protectione ſuſcipimus, & præſenti privilegio communimus. Statuimus enim, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona, in eccleſiis, villis, terris, cultis vel incultis, ſeu aliis rebus eidem monaſterio in præſentiarum juſte & legitime poſſidet, aut in futurum con-

CCCLXVI.

eonceſſione pontificum, liberalitate regum, imperatorum, vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poterit adipiſci, tibi tuisque ſueceſſoribus, ac fratribus inibi Domino pro tempore ſamnlantibus, firma in perpetuum, & illibata conſiſtant. In quibus hæc propriis duximus imprimenda vocabulis: in archiepiſcopatu Trevireoſi villas cum eccleſiis Beſcha, Willera, Drudelinga, Murmiringa, Mambra, Dalebeim, Friſinga, Tavena, Berga cum appenditiis ſuis, Emmelde, Luttrestharra, Billicba, Marchidictum cum appenditiis ſuis, Oldinga, Schitelinga, Mudeuurt, Merſche, Liniche cum pertinentiis ſuis, Everlinga, Voela, Ham cum appenditiis ſuis in pago Bidgouue, Ratersdorff, Buchſtat, Frankingun, Ebbena, Metzrich, Stedeheim, Enſelinga, Simonisvilla, Meisbreth, Kenne, Inſula, Lonquich, Vallis cum appenditiis ſuis, Riola, Lorche, Poliche, Decima cum appenditiis ſuis, Martinivilla, Bumaga cum pertinentiis ſuis, Budelbach, Lovena, Rivenacha, Gunderhauſen cum appenditiis ſuis, Prichena cum pertinentiis ſuis, eccleſiam de Talefangh, eccleſiam de Remiche, eccleſiam de Wimerskirche, eccleſiam de Lunesdorff, eccleſiam de Cumiciaco, eccleſiam de Steinſele, eccleſiam de Schoneberga, eccleſiam de Betresdorff; in archiepiſcopatu Moguntino eccleſiam ſancti Chriſtophori cum domibus, & areolis in ipſa civitate, eccleſiam de Wyldenſtein, eccleſiam de Gozolueshеim, eccleſiam de Albucha, eccleſiam de Winheim, eccleſiam de Flancheim, eccleſiam de Huſun; item villas cum Suapeheim, Evernesheim, Briccenheim, Buckenheim, Eſenheim, Apula cum ſuis appenditiis, Scheringesfeld, Mammeldal, Siemera; in archiepiſcopatu Colonienſi, Oxesheim cum eccleſia, Leccenic cum eccleſia, Buddelar, & Barwillere cum eccleſia & appenditiis ſuis; in epiſcopatu Leodienſi Aſelbrunna cum eccleſia, Curmeringa, Fractura; in epiſcopatu Metenſi, in ipſa civitate domos cum areolis, vineis & agris; eccleſiam de Theodonisvilla cum quinque manſis, Wilre cum eccleſia, eccleſiam de Lutzelkirche, Biſanga cum eccleſia & ſuis pertinentiis, Wirtzkircha cum eccleſia, Tincheris, Vriulcurt, Vkenisheim; piſcationem quoque Roveri fluvii, & vennam in eo conſtructam vobis nihilominus confirmamus. Eccleſias inſuper, & alias poſſeſſiones ad præſatam abbatiam pertinentes cum decimis & dotibus ſuis, & cunctas ſalicas decimationes, quas in uſus hoſpitum, pauperum, & peregrinorum ſelicis memoriæ prædeceſſor noſter Leo papa veſtro monaſterio habendas conceſſit, vobis oihilominus confirmamus; libertatem etiam a Romanis pontificibus, & religioſis regibus, ſive imperatoribus monaſterio veſtro collatam, inviolatam ſervari decernimus, ut videlicet idem locus nulli unquam ſedi vel eccleſiæ ſubdatur, ſed ſub ſanctæ Romanæ eccleſiæ jure, & patrocinio, & imperatorum muondiburdio, ſeu tuitione conſiſtens, ea libertate, & immunitate ſruatur, quam idem monaſterium a Romanis pontificibus, & imperatoribus noſcitur habuiſſe. Nulla etiam cujuslibet dignitatis perſona, niſi a te, vel tuo quolibet ſucceſſore invitata, inſra præfatum monaſterium quicquam pro ſuo libitu audeat ordinare, vel auſu temerario exercere; obeunte vero te ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus inibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, ſeu pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Sane ſepulturam ipſius loci liberam eſſe concedimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint devotloni (niſi forte excommunicati ſint) oullus obſiſtat. Decernimus ergo ut nulli unquam eccleſiaſticæ, ſecularive perſonæ liceat præſatum veſtrum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſive quibuslibet ſatigare moleſtiis, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis proſutura. Si qua igitur impoſterum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens eontra eam venire tentaverit, ſecuodo, tertiove commonira, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cogooſcat, & a ſacratiſſimis corpore & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem, eidem lo-

co

CCCLXVI.

co ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud ſupremum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. amen. amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. (L. S.)

† Ego Anſelmus presbiter cardinalis tituli S. Laurentii in Lucina.

† Ego Chriſogonus presbiter card. tit. S. Praxedis.

† Ego Ivo card. presbiter S. Laurentii in Damaſo.

† Ego G. G. card. presbiter tit. ſanctl Calixti.

† Ego Ribaldus presbiter card. tit. S. Anaſtaſiæ.

† Ego Wido presbiter card. tit. S. Chriſogoni.

† Ego Presbiter, tit. Paſtoris cardinalis presbiter.

† Ego Goizo presbiter card. tit. S. Ceciliæ.

† Ego Conradus Sabinienſis epiſcopus.

† Ego Theodevinus ſanctæ Rufinæ epiſcopus.

† Ego Albertus Albanenſis epiſcopus.

† Ego Gregorius diaconus card. ſanctorum Sergii & Bacchi.

† Ego Albericus Hoſtienſis epiſcopus.

† Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad velum aureum.

† Ego Vaſallus diaconus card. S. Euſtachii juxta templum Agrippæ.

† Ego Hubaldus diaconus card. S. Mariæ in via lata.

† Ego Octavianus diaconus card. S. Nicolai in carcere.

† Ego Guido ſanctæ Romanæ eccleſiæ diacoous cardinalis.

Datum Laterani per manum Almerici ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconi, cardinalis & cancellarii ſecundo nonas Maij. Indictione tertia. Anno incarnationis dominicæ MCXL. Pontificatos vero domini Innocentii ſecundi, papæ anno undecimo &c. (a) (a)

N O T A.

(a) Qua ratione præſens bulla per monachos ſubrepta fuerit, ſequentibus refert Baldericus *in Vita Alber.* „Eo igitur tempore, cum vacaret „ Eccleſia S. Maximini paſtore, elegerunt mona- „ chi Abbatem monachum quemdam de Eccleſia „ Leodienſi, fratrem quorundam, qui conſiliarii „ erant Comitis Namurcenſis, ideo, ut illorum „ conſiliis acrius in furorem ſuum Comes cotti- „ die accenderetur; quem Romam magnis ſum- „ ptibus ducentes contra voluntatem Archiepiſcopi „ à D. Papa Innocentio fecerunt benedici in Ab- „ batem; & ammiratæ ſunt turbæ de tam ſubita „ rerum mutatione, ſcilicet, quod Romana Ec- „ cleſia talem tantumque virum (Alberonem) tam „ graviter moleſtavit, qui tot labores, totque pe- „ ricula pro ipſa ſuſtinuerat, & qui tam nuper „ in tanta gratia Apoſtolicæ Sedis extiterat, & „ qui pro Papa Innocentio Lothario Regi in tan- „ tum ſe oppoſuerat in expeditione ſupradicta, „ quod ipſe Archiepiſcopus & Rex ab invicem „ non ſereno vultu diſceſſerant. Præterea tem- „ pore hujus guerræ, quæ erat inter Archiepiſco- „ pum & Comitem (Namurcenſem) fratres de Ec- „ cleſia Confluentina (S. Florini) eum quoque inve- „ ſtare cœperunt: Præpoſitum enim contra volun- „ tatem elegerunt virum Nobilem D. Ludovicum „ de Iſenburg, cum quo Romam magnis ſumpti- „ bus pergentes, literas Apoſtolicas retulerunt, „ D. Archiepiſcopo ſuæ voluntati contrarias, quas „ cum D. Archiepiſcopo in ſynodo reſidenti ob- „ tuliſſent, ipſe ex animi commotione ipſas in „ terram dejecit; unde apud D. Papam Innocen- „ tium accuſatus, ab ipſo eſt vocatus ad diem præ- „ ſcriptum, & cum ad diem non veniſſet, Epiſco- „ pali eſt officio ſuſpenſus. Hæc mala omnia ve- „ nerunt ſimul ſuper illum, & de omnibus his li- „ beravit eum Dominus; Romam enim veniens „ effecit, quod Abbas S. Maximini obedientiam „ ei promiſit, & juramento ei fidelitatem fecit, „ & electionem Confluentinorum caſſavit. „ Sigeri Abbatis juramentum, Archiepiſcopo præſtitum, in pervetuſto Metropolitanæ bibliotheca (quæ, eheu! hodie non exiſtit amplius) Evangeliorum codice, quo ſingulorum Archidiœceſis Trev. Abbatum obedientiæ, Archiepiſcopo præſtitæ, inſertæ erant, his verbis legit Brovverus *Ann. Trev. Lib. XIIII. n.* 44. *Ego Seyberus Abbas S. Maximini promitto obedientiam Trevirenſis Eccleſiæ ſedi, & tibi Alberoni Dei gratia Trevirenſium Archiepiſcopo, & tuis ſucceſſoribus Catholicis in perpetuum, ſalvo propoſito ordinis mei.* Ut autem eò tandem deveniretur, & quod obreptitiè impetratum reſcinderetur, [illegible] Bernardus ſequentes binas Epiſtolas dedit ad [illegible]ocentium Papam; quas ſuo non caruiſſe effectu, Pontificia confirmatio 20. Decembris hoc anno ſecuta demonſtrat.

CCCLXVII.

1140. S. Bernardus ſcribit ad Innocentium II. P. M. pro tuendo jure Alberonis Archiep. Trev. in Abbatiam S. Maximini.

Epiſtola S. Bernardi 179.

QUomodo malitia vincit ſapientiam? Noſti pie domine, noſti Trevirenſem archiepiſcopum? Scio quia ooſti. (*a*) Noſti & illum ſancti Maximini non ſanctum abbatem? Puto quia non noſti. Quis dignior honore illo priori? Sic nemo confuſione dignior illo ſequenti; & tamen iſte honoratus eſt, ille opprobrio datus. Quid peccavit archiepiſcopus? Prædam eccleſiæ ſuæ recuperavit, captivam eccleſiam de manu laica liberavit. Nunquid pro bono redditur malum, & odium pro dilectione? Hic, quæſo, hic evigilet oculus pietatis, & ſemotis paulisper occupationibus conſideret, quantum ſubreptum ſit ei, ut talis, qualem pudet dicere, talem, qualem tu ipſe noſti, faciat opprobrium viciois ſuis, inimicis tuis. Piiſſime pater, affectus filialis loquitur. Hucusque condoluimus miſero & miſerabili archiepiſcopo. Verum ex hoc jam ſi non fuerit emendatum, dolor cordis noſtri & compaſſio ex intimis medullis, tota tranſibit ad illum, per quem potuit emendari. Sunt & aliæ læſiones præſati viri, quas cum ei alleviaveritis, vobis procul dubio laborabitis. Quicquid dulciſſimi domini mei nomeo decolorat, cor meum excoriat.

N O T A.

(*a*) *Noſti & illum S. Maximini non ſanctum Abbatem.*] Sigerius is fuerit, an Gerardus, de quo ſupra ad an. 1133., dubitatur.

CCCLXVIII.

1140. S. Bernardus iterum comendat Innocentio II. Pont. Max. cauſam Abbatiæ S. Maximini pro Alberone Archiep. Trev. ut, quod à Monachis ſubreptum eſt, revocetur.

Epiſtola S. Bernardi 180.

ITerum ſupplicatio; iterum preces, & decies repetitæ non deſinent. Non deſiſtimus, quia non diffidimus; bonam cauſam habemus, & æquum judicem, qui non cunctabitur evacuare, quod ſubreptum eſt, cum apparebit, quod verum eſt, nec poterit inde ridere, qui voluit irridere: ſed ut ſcriptum eſt: *mentita eſt iniquitas ſibi.* Hoc ſolet bene præcipuom apoſtolica ſedes, ut non pigeat revocare, quod a ſe forte deprehenderit fraude elicitum, non veritate promeritum. Res plena æquitate & laude digna, ut de mendacio nemo lucretur, præſertim apud ſanctam & ſummam ſedem. Hæc ſciens puer veſter ſecure ſupplicat pro Treverenſi, & ſic inſtat, non quaſi in incertum. Ego quippe, ego hominis illius novi merita, cauſam, intentionem. Propter quod horum monachi eum volunt lapidare? quia male meruit? ſed fideliter aſtitit, & multum ſervivit. Ob cauſæ injuſtitiam? ſed injuſtum nemo niſi injuſtus cauſabitur. Quod de manu laica veodicavit? imo recuperavit ſedi epiſcopali monaſterium, tanquam clavam de manu Herculis extorquens in manu fortiori. Ob pravitatem intentioois? ſed pium eſt reformare religionem in mooaſterio, quod ille intendit. Adſit Dominus cordi domini mei, ne iterum poſſit ei ſurripi a monachis, non tam, ot ſimulant, appetentibus libertatem, quam ſugitantibus diſciplinam.

CCCLXIX. In-

CCCLXIX.

1140. 20. Decemb.

Innocentii II. confirmatio ſententiæ in cauſa Abbatiæ S. Maximini favore Archiepiſcopatûs Trevirenſis a Conrado III. Rege Rom. latæ.

Archiep. & Elect. Trev. turbati. pag. 70.

INnocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Adalberoni Trevirenſi archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, ejusque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis, in perpetuum. Tunc ſancta mater lætatur & exultat eccleſia, quando tantum fide plenum induſtria & charitate roboratum filium generat & enutrit, qui & eorum fulgore ſuperni ominis virtutibus plenus reſplendeat, & in conſpectu Romani pontificis atque ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ regum, principum, atque populi glorioſus & reverendus appareat. Eapropter venerabilis in Domino frater, Adalbero Trevirenſis archiepiſcope, apoſtolicæ ſedis legate! tuis & multorum religioſorum pro te intercedentium precibus inclinati non immemores ſiquidem devotionis & obſequiorum a tua fraternitate, temporibus prædeceſſorum noſtrorum felicis memoriæ, papæ Paſchalis, Calixti, & noſtri, propenſius impenſorum, communicato nimirum fratrum noſtrorum, epiſcoporum & cardinalium conſilio, illud juris, quod chariſſimus filius noſter Conradus Rom. rex, ſive anteceſſores ejus, in abbatia S. Maximini habuiſſe noſcuntur, tibi, & per te Trevirenſi eccleſiæ ab eodem Conrado collatum ſive reſtitutum eſt, tibi & ſucceſſoribus tuis authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti pagina communimus; ſalva nimirum per omnia juſtitia S. R. E., ſi quam habet. Si quis autem hujus noſtræ confirmationis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, niſi congrue ſatisfecerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli apoſtolorum ejus incurrat; conſervantes autem hæc ejusdem omnipotentis Dei & ſupradictorum apoſtolorum ejus benedictionem conſequantur. Amen, amen, amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Cooradus Sabinenſis epiſcopus.

(L.S.)

Ego Gregorius diaconus cardinalis S.S. Sergij & Bacchi.
Ego Otto diaconus cardinalis S. Georgii ad velum aureum.
Ego Vaſ. diac. cardinalis S. Euſtachii.
Ego Hubaldus diac. cardinal. S. Mariæ in via lata.
Ego Gerhardus presbyter card. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
Ego Abſolon presb. card. tit. S. Laureotii in Lucina.
Ego Quido S. R. E. indignus ſacerdos.
Ego Luc. presb. card. tit. S. Laurentii in Damaſo.
Ego Chryſogonus presb. card. tit. S. Praxedis.
Ego Ramerius presb. card. tit. S. Priſcæ
Ego Gerzo presb. card. S. Cæciliæ.
Ego Hubaldus diac. card. S. Adrian.

Datum Lateran. per manum Ammerici S. R. E. diaconi card. & cancellarii. XIII. kal. Jan. indict. IV. incarnat. dominicæ anno MCXL. Pontificatus vero domini Innocentii II. papæ anoo XI. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Huic bullæ opponit Zylleſius *in Defenſ. Abbat. S. Maxim. P. II. Sect. VII. §. 2. pag.* 99. (1.) Non fuiſſe viſum ejus Autographum. (2.) Exſtare Originalia ſummorum Pontificum huic repugnantia, notanter ejusdem Innocentii II. bullam de hoc eodem anno 1140. in qua decernitur: ut monaſterium S Maximini *nulli unquam ſedi vel Eccleſiæ ſubdatur, ſed ſub S. Rom. Eccleſiæ jure & patrocinio, & Imperatorum mundiburdio ſeu tuitione conſiſtens, ea libertate & immunitate fruatur, quam idem monaſterium à Rom. Pontificibus & Imperatoribus noſcitur habuiſſe.* (3.) Hanc pro Archiepiſcopo Pontificiam bullam eſſe merè confirmatoriam conceſſionis Conradinæ, qua, tanquam relato, corruente, hæc ſtare nequeat. (4) Quòd in omnibus confirmationibus Papalibus, nec - electis Abbatibus concedi ſolitis, dicatur monaſterium S. Maximini ſanctæ ſedi immediatè ſubjectum. At quàm infirmo hæc omnia ſtent pede, ex præmiſſis pronum eſt cognoſcere; præſertim quàm parum, imò nihil, obſit Innocentiana Bulla 6. Maji hoc anno ſubreptitiè impetrata, & per præſentem, re cognitâ, revocata.

CCCLXX.

1140. 20. Decemb.

Innocentius PP. II. confirmat jura & exemptiones neo-fundati monaſterii Hemmerodienſis.

Heeſi Manipul. Rerum Hemmerod. p. 11.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Randulpho abbati mooaſterii de Clauſtro ejusque fratribus, tam præſentibus quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Quoniam ſine veræ cultu religionis, nec charitatis unitas poteſt ſubſiſtere, nec Deo gratum exhiberi ſervitium, expedit apoſtolicæ auctoritati religioſas perſonas diligere, & earum loca apoſtolicæ ſedis munimine eonfovere. Eapropter dilecte in Domino fili, Randulphe abbas, tuis juſtis poſtulationibus clemeoter annuimus, & præſatum monaſterium, cui Deo auctore præſides, ſub B. Petri & noſtra tutela ſuſcipimus, & præſenti privilegio communimus. Statuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona, jain dictum monaſterium poſſidet, aut in ſuturum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, auxiliante Domino, poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus, & illibata permaneaot. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus, aut ſumptibus colitis: ſive de outrimentis animalium veſtrorum, nullus omnino vel clericus vel laicus a vobis decimas exigere præſumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præſatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel abiatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet moleſtiis ſatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum guberoatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Siqua igitur impoſterum eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc ooſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, niſi reatum ſuum congrue emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultiooi ſubjaceat. Cunctis autem eidem venerabili loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æteroæ pacis inveniant. Amen. amen. amen.

Ego Innocentius catholicæ eccleſiæ epiſcopus. Ego Conradus Sabioenſis epiſcopus. Ego Gregorius diaconus cardinalis S.S. Sergii & Bacchi. Ego Albertus Albaneoſis epiſcopus. Ego Gerardus presbyter cardinalis tit. S. Crucis in Jeruſalem. Ego Vaſallus diaconus cardinalis S. Euſtachii. Ego Ivo presbyter card. tit. S. Laurentii io Damaſo. Ego Chryſogonus presbyter cardinalis tit. S. Praxedis. Ego GG. presbyter card. tit. S. Calixti. Ego Octavianus diaconus cardinalis tit. S. Nicolai in carcere. Ego Petrus presbyter card. tit. Paſtoris. Ego Guizo presbyter cardinalis tit. S. Cæciliæ. Datum Laterani per manus Almerici S. Rom. eccleſiæ diaconi cardinalis & cancellarii, XIII. kalend. Januarii, indict. III. incarnationis dominicæ anno MCXL. Pootificatus vero domini Innocentii II. papæ anno undecimo.

CCCLXXI.

1142. 30. Sept.

Bulla Innocentii II. PP. pro confirmatione Monaſterii Arnſteinenſis.

Annal. Ordinis Præmonſtrat. Tom. 1. pag. 119. in probat.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Godefrido abbati Arnſteinenſi ejusque fratribus tam præſentibus, quam futuris regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc univerſalis eccleſiæ cura nobis a proviſore omnium bonorum Deo commiſſa eſt, ut religioſas diligamus perſonas, & beneplacentem Deo religiooem ſtudeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando ſamulatus impenditur, niſi ex charitatis radice procedens, a puritate religionis ſuerit conſervatus.

CCCLXXI.

tus. Oportet igirur omnes Chriſtianæ fidei amatores diligere, & loca venerabilia cum ipſis perſonis divino officio mancipatis, attentius confovere, ut nullis pravorum hominum inquietentur moleſtiis, vel importunis angariis fatigentur. Proinde dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Arnſteinenſem B. Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, & glorioſi confeſſoris Chriſti Nicolai eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub B.Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus ſecundum beati Auguſtini regulam & inſtitutionem fratrum Præmonſtratenſium perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conſervetur. Nullus etiam fratrum poſt factam profeſſionem alicujus levitatis inſtinctu vel diſtrictioris religionis obtentu audeat ſine abbatis totinsque congregationis permiſſione diſcedere, diſcedentem vero nullus abbatum vel clericorum ſine communi litterarum cautione ſuſcipiat. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona, tam ex dono vel conceſſione illuſtris viri Ludovici, & Gudæ uxoris ſuæ, quam aliorum Dei fidelium in præſentiarum juſte & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, Deo propitio, poteritis adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum & illibata permaneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Eccleſiam ſanctæ Margaretæ cum decima; eccleſiam Kirchdorff cum decima & cæteris ſuis pertinentiis, ſicut a fratre noſtro Alberone archiepiſcopo Trevirenſi vobis rationabiliter conceſſa eſſe dignoſcitur. Clelcbach cum omni poſſeſſione ſua, ſicut a præfato archiepiſcopo vobis conceſſa eſt. Hattenhuſen, Welderode, Gozenerode, Holdenruche, cum omnibus eorum pertinentiis; vineas, & ſilvas in Neven & Bremme, cum omni jure & dominio, ſicut præfatus Ludovicus vobis conceſſiſſe dignoſcitur. Bubenheim cum eccleſia, & omnibus poſſeſſionibus ſuis, Wize & Berhernhem. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus omnino clericus, vel laicus decimas a vobis exigere præſumat. Obeunte vero te ejusdem loci abbate, vel ruorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptione, aſtutiâ, vel violentia præponatur, ſed liceat vobis communi conſilio, vel parte ſanioris conſilii ſecundum Dei timorem, & beati Auguſtini regulam, absque ullius contradictione, abbatem eligere. Porro loci veſtri advocatiam nullus invadere, vel uſurpare præſumat, niſi quem abbas & fratres ſecundum Deum, & ipſius loci utilitatem, providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva Trevirenſis archiepiſcopi canonica juſtitia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ, ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. amen.

Ego Innocentius catholicæ eccleſ. epiſcopus.
Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus.
Ego Gregorius cardinalis diaconus SS. Sergii, Bacchi.
Ego Stephanus Præneſtinus epiſcopus.
Ego Otto diaconus cardinalis ſancti Georgii ad velum aureum.
Ego Stannus presb. card. tituli S. Sabinæ.
Ego Guido card. presb. tituli S. Chryſogoni.
Ego Rainerius presb. card. S. Priſcæ.
Ego Guido diaconus card. SS. Coſmæ & Damiani.
Ego Petrus diacon. card. ſanctæ Marthæ in Porticu.

Datum Lat. per manum Geraudi ſan-

CCCLXXI.

ſanctæ Romanæ eccleſiæ presb. cardinalis, ac bibliothecarii. XI. kalend. Octobris. indictiooe quiota. Incarnationis dominicæ an. MCXLII. Pontificatus vero domini Inoocentii papæ II. anno XIII. (a) (a)

N O T A.

(a) De Arnſteinenſis Monaſterii origiuibus & fundatione plora infrà ad ann. 1146 & 1156.

CCCLXXII.

PRIVILEGIUM CONRADI III. REGIS ROM.

1144. 1. Aug.

quo facultates & poſſeſſiones monaſterii Sprinckirsbacenſis confirmat.

Tolnerus Cod. diplom. Palat. p. 36. (a)

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. (a) Conradus divina favente clementia Romanorum rex ſecundus. Juſtitiæ definitio eſt, conſtantem & perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique, quod ſibi jute competit, quam cum omne genus hominum colere ſemper & exercere oporteat, præcipue tamen regiæ dignitati convenit, talem animi habitum immutabiliter induere, & eam humanæ ſocietatis pottionem ſingulari protectionis gratia deſenſare, quæ ſpreta mundi hujus proprietaria poſſeſſione elegit ſub regulari inſtituto communem vitam ducendo, terram viventium poſſidere. Proinde fidelibus, tam futuræ, quam præſentis ætatis notum

(b) eſſe volumus, quod veniens ad nos (b) Richardus venerabilis abbas monaſterii Sprinckirsbach dicti, quod monaſte-

(c) rium mater ejusdem abbatis (c) Benigna nomioe in propria hæreditatis ſuæ poſſeſſione ædificare cœpit, & ad Trevirenſem epiſcopatum ex conſenſu Sigeſtidi Palatini comitis, cujus miniſterialis erat, ſine ulla cenſus, vel hujuslibet geoeris, penſiooe contulit, a noſtra ſerenitate, interventu domini Wibaldi venerabilis Stabulenſis eccleſiæ abbatis obtulit, quatenus idem monaſterium cum ſuis pertinentiis ſub noſtræ & omnium ſucceſſorum noſtrorum, regum videlicet ſeu imperatorum ditione ac ſpeciali protectione accipere, & collatas ibidem poſſeſſiones regiæ majeſtatis authoritate confirmare, atque authentica præcepti noſtri pagina communire dignaremur. Quorum piam ac religioſam petitionem clementer admittentes, eundem locum Springirsbach, cum ſuo ambitu acceptis limitibus, ſub regiæ ſublimitatis manu ac deſenſione in omne tempus ſtabilimus; ita ſcilicet, ut nullus archiepiſcopus, nullus epiſcopus, nullus dux aut comes ſeu vice-comes, nulla eccleſiaſticæ, ſecularisve dignitatis perſona, eundem locum hoſpitationibus, aut exactionibus, ſive aliquo prorſus incommodo, inquietare vel moleſtare præſumat, ſed pace perpetua, & omnimoda libertate, ad ſerviendum Deo, perenniter ejusdem loci habitatores fruantur. Quod eo a nobis etiam præter regni excellentiam firmioris ratioois conſtantia ſtatui-

N O T Æ.

(a) *Conradus Romanorum Rex ſecundus.*] Secundi & tertii titulo promiſcuè uſus eſt Conradus Imp. Vid. Auctor *Chron. Gottwicen. Tom. prod. p.* 346.

(b) *Richardus venerabilis Abbas.*] Primus is Springirsbacenſibus præfuit, diu præclaris operibus ſuperſtes, multorum Romæ Pontificum, & apud Treviros omnium ordinum gratiam meritus. Eugenii III. Papæ ætatem attigit, à quo anno 1145. Canonici ſui Ordinis, & omnium utriusque ſexûs Monaſteriorum à ſe conditorum, quorum plura erant, confirmationem obtinuit.

(c) *Benigna in propria hæreditatis ſuæ poſſeſſione ædificare cœpit.*] Vid. Cartam fundationis de anno 1107.

CCCLXXII.

(d) (e) tuitur, quod, (*d*) defuncto bonæ memoriæ Wilhelmo Palatino comite, (*e*) omnia ejus allodia juſtis modis in regni proprietatem jure devenerunt. Eam ergo partem nemoris Contel præfato monaſterio adjacentis, quam prædictus Wilhelmus Palatinus comes ibidem contulit, id eſt, in longitudine a fonte Elverichesbrunen usque ad agros ſupranominatæ eccleſiæ pertingentem, in latitudine autem ex transverſo, a rivulo Springirsbach, usque ad rivulum Vilersbach, cum ſylvis, agris, & omnibus utilitatibus, accquiſitis vel accquirendis, memoratæ eccleſiæ confirmamus. Præterea fundos tres, quos ſæpedictus Palatinus manuſcripto ſuo ab omni placito, ſeu ſervitio & exactione advocatorum, vel villici, aut publicorum officialium, penitus emancipavit: ſcilicet curtem unam in villa Crovia cum capella, quæ ibidem ædificata eſt, & alias duas in villa Rile, una juxta eccleſiam, altera in extremo villæ ſita, ſub plenæ libertatis, ut præſcriptum eſt, immunitate, & ab omni hominum dominio & inquietatione abſolvimus. Inſuper telonium, quod (f) (*f*) in caſtello Cochma eadem conſtitutione præfatis fratribus remiſſum eſt, eis perpetua donatione remittimus, ut naves jam ſæpe dicto monaſterio pertinentes, & res fratrum, vel victualia vehentes, nullum in deſcenſu, vel aſcenſu fluminis, ſeu ripæ telonium, aut publicam ſive privatam penſionem perſolvant. Porro univerſa, quæ eidem venerabili loco hactenus votis fidelium contradita, vel deinceps juſtis modis tradenda ſunt, pari defenſionis & patrocinii privilegio communimus, agros videlicet, quos prædictus Palatinus in mortis ſuæ articulo pro animæ ſuæ remedio largitus eſt, in villa * Bagnuel dicta, in deſcenſu usque (* *Bengel.*) ad agros eccleſiæ; vineas & agros in villa Crovia; vineas in Raſpa; in Travendrarbach curtem unam, agros, vineas, prata; in * Enkerka vineas; (* *Encke-, h.*) in * Borga curtem, vineas & agros; (* *Burg.*) in ſolitudine ſuper Moſellam, quæ dicitur Molun, agros, vineas cum exitibus & ingreſſibus ſuis; in Rila vineas & agros; in Pordreka curtem unam; vineas & agros in * Breithal; (* *Bridel.*) in Kemetam vineas; in Speia domum & vineas; in Biſcoveſalven vineas; apud ſanctam Aldegundem domum, & vineas in * Bremba; (* *Brem.*) in Nogera vineas; in Clottena domum, agros & vineas; in Ulkebach domum cum vineis, agris, pratis; in * Witelika domum, agros, (* *Wittlich.*) prata & vineas; in * Novigento vineas; (* *Novigant.*) in * Alflo curtem, agros, molendina (* *Alflen.*) duo, ſylvas, prata; in Gramerode curtem, agros & prata, & molendinum unum, & ſylvam; in loco Scheita curtem cum agris, pratis; in loco Huſſa curtem cum agris & pratis; in Dochuwilere curtem, agros & prata; in Huneredorff manſos perſolventes XIII. ſolidos Colonienſium denariorum, & molendinum unum; in Rora curtem, agros & prata; in Lozzebura curtem, agros & prata, in loco Sumunt curtem & agros; in loco Werwis domum, agros & prata; in Othinga, quæ ibidem poſſidere videntur. Hæc omnia, quæ ſupraſcripta ſunt, & cuncta quæ poſtmodum legitimis rationibus fratres ſupradicti monaſterii Springirsbacenſis accquirere quarumcunque perſonarum donatione cum juris ſuffragio poterunt in noſtrum, videlicet regum & imperatorum patrocinium in omne tempus accipimus, nec liceat alicujus conditionis perſonæ in villis vel locis, ubi poſſeſſiones habuerunt, introitus vel exitus interdicere, nec aquam vel ſylvam communem, vel paſcua ſive publicum rerum uſum ullatenus prohibere, nec tranſitum, nec pontaticum ab ipſis, vel ab ipſorum rebus, exigere, ſed regiæ tuitionis beneficio quietam eis vitam cum omni libertatis prærogativa liceat agere. Et ut hæc omni deinceps tempore

N O T Æ.

(*d*) *Defuncto bonæ memoriæ Wilhelmo Palatino Comite.*] Improlis obiit Wilhelmus circa annum 1142. & quidem, uti putat Tolnerus *Hiſt. Palat. Cap. XIII. p.* 292. *Lit. G.* in Caſtro ſuo Cochem, ſepultus in monaſterio Springirsbacenſi, ubi in medio templi ante altare S. Crucis in humili ſaxo ejus ſervatur memoria his verſibus:

Gleba Palatini Comitis ſat dudum opimi,
Wilhelmi celebris, marcet in his tenebris.
Lector, ut ignoſcat ſibi Chriſtus debita, poſcat,
Ipſius ante thronum dando perenne bonum.

(*e*) *Omnia ejus allodia juſtis modis in regni proprietatem jure devenerunt.*] Nemo, inquit Tolnerus *cit. Cap. XIII. p.* 293. *Lit. E.* qui hæc legit, de veritate Imperialis effati dubitabit; eóque minùs, quòd ipſo Wilhelmi ſucceſſore Hermanno præſente, & inter teſtes diplomatis aſſumpto, hæc declarentur.

(*f*) *In Caſtello Cochma.*] Quod vigore præmiſſæ declarationis jam Imperatoris erat, Tolnerus *l. cit.* Add. diploma Alberti R. de anno 1298.

CCCLXXII.

tempore rata & inconcuſſa permaneant, hanc cartam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, manuque propria, ut infra apparet, corroboravimus, & teſtes, qui præſentes aderant, ſubternotari fecimus, quorum nomina hæc ſunt: (g) Hermannus Palatinus comes Rheni, Adelbertus march. de Saxonia, Gevehardus com. de Sulcebach, Gotefridus com. de Sponheim. Otto com. de Rbinecka, ejusque conſanguinei, Otto & Udalricus de Ahra. Hermannos com. de Verneburch. Robertus de Lurenborch, Reinoldus de Iſenborch, miniſteriales regni. Henricus de Ulmena, & frater ejus Rodolfus, Johannes de Neutersborch, & frater ejus Wernerus, Johannes de Luernachs, Johañes de Cochma, Garſilius, Nicolaus de Carpena, Conradus de Bopardia, & alii quamplures.

(g)

Signum domini Conradi Romanorum regis ſecundi. Ego Arnoldus cancellarius vice Henrici Moguntini archiepiſcopi, & archicancellarii recognovi. Anno domin. incarnat. MCXLIIII. indictione VI. regnante Conrado Romanorum rege ſecundo, (b) anno vero regni ejus VI. Data apud Cochmam. Kal. Auguſti. in Chriſto feliciter amen. (b)

N O T Æ.

(g) *Hermannus Palatinus Comes Rheni.*] Extincta in Wilhelmo antiquorum Comitum Palatinorum proſapiá, ſucceſſit in Palatinatu Hermannus Comes de Stalecke, electus in Comitem Palatinum Rheni à Conrado III. Imp., cujus ex ſorore Luitgarda, uxore Conradi Magni Marchionis Misniæ, neptem Gertrudem uxorem duxerat.

(b) *Anno vero regni ejus VI.*] Cùm Conradus coronam Italicam non ſuſceperit, adeoque annos Imperii & Regni nunquam diſtinxerit, meritò miramur, qua ratione Lambertus Trevirenſis Monachus in Actis inventionis Corporis S. Mathiæ Apoſtoli *Cap. IV. §. 19. Tom. III. Actorum SS. menſe Februar. ad diem 24. pag. 453.* annos ejus Imperii ab annis Regni potuerit ſeparare, ibi: *Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo quadrageſimo octavo . . . . præſidente Apoſtolico Eugenio III. Romana Eccleſia ſummo Pontifice, anno Papatus ſui tertio, Imperii Conradi III. Regis glorioſi ſecundo, Regni XI. &c. dedicatum eſt Monaſterium.* Quanquam hoc etiam negari non poſſit, minùs parcos eſſe in Imperatorio titulo ſcriptores antiquos, tam Italos, quàm Germanos, qui Conradum nunc Imperatorem, nunc etiam Regem Alemanniæ nuncupant. Illius exemplum vid. ſupra in charta Wilhelmi Comitis Palatini de anno 1136.

CCCLXXIII.

DIPLOMA

1146.

CONRADI III. REGIS ROM.

confirmantis donationem Comitis Ludovici de Arnſtein, ad fundationem Monaſterii Præmonſtratenſis factam. (a)

(a) Annales Ord. Præmonſtrat. *Tom. I. pag. 121. in prob.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente clementia rex Romanorum ſecundus. Notum ſit cunctis Dei fidelibos tam futuris, quam præſentibus, qood comes Ludovicus de Arnſtein & Guda comitiſſa uxor ſua ſpiritu ſancto inſpirante, miro modo, ubi vult, operante, prædia ſua, libera hæreditate ab eis poſſeſſa, ſancto Petro in Trevirenſi eccleſia obtulerunt: hoc tantum jure, ut abbas, quem cœnobio, ex poſſeſſionibus ſuis pro remedio animarum ſuarum in bonore ſanctæ Mariæ,

N O T Æ.

(a) Hæc donatio ab Hillino Archiepiſcopo in veram fundationem demum fuit erecta anno 1156. Damus eo anno ipſum erectionis diploma, cum notis, quæ præſenti Regiæ confirmationi peræque ſerviunt.

CCCLXXIII.

(b) riæ, & ſancti Nicolai & ſanctæ Margaretæ conſtituto, præfecerint, (b) locum & dignitatem ſuam in Trevirenſi ſynodo obtineat, & conventus fratrum ſuorum liberam electionem abbatum habeat, & quemcunque velit advocatum ſibi præſtituat. Decreverunt enim ex caſtello ſuo nomine Arenſtein tabernaculum militiæ Dei cum fratribus Deo ibidem ad imitationem Canonicorum Præmonſtratenſium ſub regula beati Auguſtini continue ſervientibus conſtituere, & reliqua ſua prædia tam invia, quam pervia, tam ſaltuoſa, quam plana, prata, paſcua, decurſusque aquarum, ſaltus nemorum, piſcationes, venationes, ad hoc cœnobium pertinere, & ejusdem loci homines ad eandem curiam pertinentes, viros videlicet quatuor denarios, mulieres vero duos, perſolvere. Hæc autem ſunt nomina locorum ad eccleſiam prædictæ cellæ ſuo jure pertinentium: Selbach, Kirchdorff, eccleſia ſcilicet cum omni decima, Goziimiroth, Weldroth, Haltenhuſen, Salſcheidt, Holdinruchim, tres hubæ de Singhophin, Brunenbach, duæ hubæ de Piſſenhophen, Nieren cum vineis & ſilvis, Werhe, Bubeoheim cum eccleſia, & omni ejusdem villæ populo; una huba alterius villæ etiam nomine Bubenheim, quæ ſingulis annis decem ſolidos perſolvit. Nos igitur voluntati eorum conſentiendo, petitioni ſuæ ſatisfacimus, & diſpoſitionem & ſtatutum de omnibus ſuis poſſeſſionibus cum præſignato jure, regali noſtra authoritate confirmavimus, cujus confirmationis teſtes ſubſcriptos adhibuimus: Sigiſridum Spirenſis eccleſiæ epiſcopum, Bugonem Wormatienſem epiſcopum; Wolicandum abbatem Lorſanienſem, Benedictum abbatem Huzinburgenſem. Fredericum ducem, Heremannum Palatinum comitem, Heberhardum, Emichonem, Echebertum, Udalricum, Henricum Gatzenellenbogen, Bobbonem de Heninberch, Adilbertum de Lewenſtein, comites omnes. Udalricum de Hurningen, Godefridum de Spanheim, Gerlacum de Iſenburch, & reliquos plures ejusdem conditionis. Atteſtatione quidem horum ſic præfatæ diſpoſitionis ſtatutum confirmavimus, quod nullus, ſive archiepiſcopus, ſive ſuffraganeus ejus, ſive dux, ſive marchio, ſive comes Palatinus, ſive alii quantumvis nobiles, deſtruere audeat. Sed ſi temerario auſu tamen aliquis de prædictis poſſeſſionibus aliquid mutare, ſive fraude vel violentia aliquid ſubtrahere voluerit, ita quod noſtram confirmationem irritam faciat, centum libras auri componat, de quibus quinquaginta quidem mittat in noſtram cameram, reliquas vero partes ad præſcripti cœnobii cum magna devotione det eccleſiæ. Ego (c) Arnoldus cancellarius vice Henrici Moguntini archiepiſcopi & archicancellarii recognovi. Anno dominicæ incarnationis MCXLVI. Indictione IX. regnante Conrado Romanorum rege III. anno vero regni ejus VII. Data Spiræ feliciter amen. (c)

CCCLXXIV.

N O T Æ.

(b) *Locum & dignitatem ſuam in Trevirenſi ſynodo obtineat.*] Cum celebria fuerint, & admodum frequentia ſub Archiepiſcopis Alberone & Hillino Concilia Provincialia & Diœceſana, cura fuit neo-erectis Abbatiis, ut ſibi de jure eis interveniendi caverent.

(c) *Arnoldus Cancellarius.*] Ex Comitibus de Altena, Præpoſitus S Andreæ Colonia, deinde ejusdem urbis Archiepiſcopus.

CCCLXXIV.

CONRADI III. REGIS ROM.

1146. 4. Jan.

Compoſitio inter Adalberonem Archiepiſcopum Trevirenſem & Henricum Comitem Namurcenſem, ratione Abbatiæ S. Maximini.

Archiep. & Elect. Trevirenſ. turbat. p.164

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Conradus divina favente clementia Romanorum Rex II. tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Omnipotens Dei gratia, quæ nos ad regiæ poteſtatis ſublimavit officium, ex debito compellit ſubditarum nationum & eccleſiarum Dei jura tueri & ſervare, quæ aut abolitione tempotis ſunt ſublata memoriæ, & ſæculari potentia ſunt ablata injurioſe. Eapropter querelam dilecti noſtri Adalberonis venerabilis Trevirorum archiepiſcopi, quam in præſentia noſtra, & in conſpectu principum, ſæpe & multum depoſuit, inclinati ejus juſtis precibus, ex conſilio recepimus, ſcil. de abbatia S. Maximini, quæ olim de bonis Trevirenſis eccleſiæ, a B. Hildolpho, regia poteſtate, ut erat queremonia archiepiſcopi, a prædicta eccleſia eſt ſubtracta. Timens itaque extremi judicii examen, ne propter hoc apparerem reus in conſpectu Domini, cum totum eſſet in manu noſtra, abbatia ſcilicet, & advocatia, propter animæ meæ, & prædeceſſorum meorum ſalutem, Trevirenſi eccleſiæ & archiepiſcopo reſignavi & reddidi abbatiam. Poſtea vero ſucceſſu temporis advocatiam quæſivit, & obtinuit a nobis Henricus comes Namurcenſis, qui non contentus advocatia, longo tempore certavit cum archiepiſcopo de abbatia. Cum vero hinc inde totus epiſcopatus rapinis, incendiis, homicidiis deſtrueretur, & comes & tota terra a Romana & Trevirenſi eccleſia anathematis ſententia teneretur, & beneficia ſua prædicto comiti a nobis, & ab archiepiſcopo eſſent legitime abjudicata, ut tanta ceſſaret malitia, ad præſentiam noſtram, ex conſilio principum, pars utraque Spiram eſt advocata; illinc itaque, divina operante clementia, per nos, & principes noſtros, & per dominum abbatem Clarevallenſem, inter eos hoc modo pax eſt reſotmata: Comes, per omnia ſatisfaciens archiepiſcopo, tejuravit ei fidelitatem, & werpivit in præſentia omnium, qui affuerunt, abbatiam, & omnem * abſtipulavit de ea calumniam, & ſic ab archiepiſcopo abſolutionem recepit, & beneficium ſuum, excepto caſtro Manderſcheit, & ad illud pertinentia. Juravit etiam comes, quod nunquam Roulmont firmaret, nec aliam refirmare juraret, nec archiepiſcopi diebus, nec ſuorum temporibus; & ſi in aliquo contra eum faceret, quod infra 18. ſeptimanas emendare non vellet, ſuam terram in manum archiepiſcopi reddidit, ita ut beneficiati de illa terra de manu archiepiſcopi libere deinceps reciperent beneficia ſua. Ut autem hæc pactio irrefragabiliter ſervetur, & rata permaneat, hanc chartam inde conſcriptam, & manu noſtra roboratam, impreſſione ſigilli noſtri juſſimus ſignari; nec non & teſtes, ſub quorum præſentia hæc acta ſunt, & firmata, fecimus annotari, quorum nomina hæc ſunt. Hermannus Conſtantienſis epiſcopus. Ordicius Baſilienſis epiſc. Walterus Lauſſonienſis epiſc. Burchardus Argentinenſis epiſc. Boeeo Wormatienſis epiſc. Guntherus Spirenſis epiſc. Anſelmus Havelbergenſis epiſc. Dominus Bernardus Clarevallenſis abbas, Fridelinus Augienſis abbas, Benedictus Witebergenſis abbas, N. abbas Morbacenſis, magiſter Otto præpoſitus Cuſpenberg. Gerlandus Horrehenſis, Godofredus major S. Petri præpoſitus, Conradus S. Paulini præpoſitus, Arnoldus Moguntinus camerarius, Ludovicus præpoſitus ſancti Petri, Fridericus dux Suevorum, Conradus dux Burgund. Hermannus comes Palatinus de Rheno, Henricus comes de Arlo, Udalricus comes de Lenceburg & Wernherus frater ejus, Ecklebertus comes de Spira, Conradus comes de Kirberg, Gerlacus comes de Veldenza, Ludovicus comes de Moguntia, Emicho comes de Leiningen, Robertus comes de Lucemburg, Simon comes de Sarbruk, Reimboldus comes de Iſemburg, Cuno de Malberg, de Lucelenburg, Ade-

* i. e. dimiſit.

CCCLXXIV.

Adelinus, Anſelmus, Wilhelmus, Jacobus, Conradus de Dalchem ... Signum domini Conradi Rom. regis II.

Ego Arnoldus cancellarius, vice Henrici Moguntini archiepiſcopi, archicancellarii recognovi. Datum pridie nonas Jan. anno dominicæ incarnationis MCXLVI. regnante Conrado Rom. rege II. Anno regni ejus IX. Actum Spiræ in Chriſto feliciter. amen. (*a*) (*a*)

CCCLXXV.

N O T A.

(*a*) Hiſtoria diſſidii, quod huic compoſitioni anſam dedit, meretur hic legi ex Balderico *in Vita Alberonis MS.* „Comes itaque (de Namueco) in principio hujus diſcordiæ ex improviſo, antequam Domino ſuo (Archiep. Trevirenſi) fidelitatem contradixiſſet, cum mille quingentis militibus Trevirenſi appropinquat civitati, & Treviri non erant præmuniti, nec valle nec muro adhuc cincti, & longa pace bello diſſueti, & ipſe Archiepiſcopus aberat, in Curia Regis exiſtens, potuiſſétque civitatem tunc multum gravaſſe, ſi Deus hoc malum non avertiſſet. Sed Comes Fridericus de * Vienna tunc forte fortuito erat in Civitate, & occurrens Namurcenſi, multis perſuaſionibus eum redire fecit, demonſtrans magnam ipſi & perpetuam infamiam, ſi quid tale contra Dominum ſuum committeret, antequam Domino ſuo renuntiaſſet; præſertim contra Majeſtatem Regiam hoc fore, ſi Archiepiſcopo, ex mandato Regis in Curia commoranti, malum aliquod inferret. Reverſus autem à Curia Archiepiſcopus omnibus modis ad pacem cœpit laborare, & Comitem à cœpto revocare furore; ille autem per Epiſcopatum incendia, rapinas, cædes exercebat; tandem Archiepiſcopus ſe ſe defendere cœpit. Rudolphi montem bis cinxit (Archiepiſcopus), & ſecunda obſidione deſtruxit, caſtrum ſcilicet, quod omnibus modis inſuperabile videbatur. * Novum caſtrum, quod Mercurii mons dicitur, ædificavit, timens, ne Namucenſis montem iſtum occuparet, quod quaſi in corde terræ ſuæ erat. Manderſcheit, caſtrum natura loci munitiſſimum, cepit, & uſque ad obitum ſuum tenuit. Gerlandam, Zolveram cepit, & triginta munitiones Comitis Namurcenſis aut cepit, aut deſtruxit. Epternacum quoque cepit, in quo Comes militiam tenere ſolebat. Sed inter primam & ſecundam Rodolphi montis obſidionem bello congreſſi ſunt Archiepiſcopus & Comes in aperto campo, quod tale fuit: Cum primo Archiepiſcopus Rudolphi montem obſediſſet, Comes Palatiolum invaſit, & ignem in Eccleſiam S. Mariæ injiciens, munitionem quoque Archiepiſcopi cremare ſperabat, quæ fama cum ad Archiepiſcopum perveniſſet, obſidione ſoluta, tota nocte properavit cum militia ſua, ut improviſo hoſti ſuperveniens, inopinato terrore concuſſo, ſuas vires oſtenderet. Comes vero per exploratores ejus præſentiens adventum Archiepiſcopi, in fugam converſus, nocte illa in villam Epiſcopi Wittlich ſe recepit, equos & homines reficere volens, & nihil experiens, totam villam concremavit; & inde tranſiens, cum juxta Abbatiam, quæ Clauſtrum * dicitur, pauſare vellet, & panem frangeret, famelicus enim erat, exercitus Archiepiſcopi jam ſibi imminere pronuntiabatur, & ipſe velociter cum ſuis fugam arripiens, cuidam de fratribus ad ſe advocato, per adjurationem conteſtans, injunxit, ut Archiepiſcopo, ſe inſequenti, hæc verba referret: Deus non meliorem diem vel noctem ei, ſcilicet Archiepiſcopo, concedat, quam duos dies & duas noctes continue habui, qui, cum duobus diebus jejunaverim, etiam tertio die pauxillo panis me vellem refocillare, ab eo non ſum permiſſus. Conſequens ergo Archiepiſcopus Comitem, cum eo pugnam aciem commiſit, Comesque terga vertens, beneficio velocis equi vix aufugit, ſuorum plurimis captis, multis etiam cæſis. Indeque Archiepiſcopus, Rudolphi montem reverſus, ut ſupra dictum eſt, deſtruxit. Tandem Comes, omnibus viribus deficiens, per Regem Conradum, in expeditionem Hieroſolomitanam tunc iturum, apud Spiram gratiam Domini Archiepiſcopi multo labore, multiſque conatibus requiſivit, & cum magna difficultate impetravit, juriſjurandi religione confirmans, quod pro hac cauſa contra Eccleſiam Trevirenſem de cætero arma nullatenus ferret, & quod Rodolphi montem nec reædificaret, nec reædificare permitteret, & quod Manderſcheit nunquam per vim vel extorſionem aliquam repeteret; Epternacum vero, & cætera caſtra ſive munitiones ejus, Dominus Archiepiſcopus Comiti reddidit, & de beneficiis, quæ in caſamento Comes plurima tenuerat ab Eccleſia Trevirenſi, Archiepiſcopus ei reddidit, quæ tempore hujus diſcordiæ ſuis non dederat fautoribus, ſicque & Abbatiam obtinuit, & de Comite glorioſam victoriam.

* *Vianden.*

* *Neuerburg*, in conſpectu oppidi Witliaci.

* *Himmerode.*

CCCLXXV.

1147. 7. Maij.

Eugenii III. Papæ confirmatio præmiſſæ Transactionis.

Archiep. & Elect. Treviren. turbati. pag. 72.

EUgenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Venerabili fratri Adalberoni Trevirenſi archiepiſcopo, ejusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Cum univerſis S. eccleſiæ filiis debitores ex injuncto nobis a Deo apoſtolatus officio exiſtamus, illos tamen patres noſtros, epiſcopos, & eccleſiarum Dei rectores, quos in fidelitate & ſervitio S. Romanæ eccleſiæ devotiores a longis tetro temporibus cognoſcimus extitiſſe, arctioris charitatis brachiis diligere volumus, & fovere, & eccleſiis, in quibus Domino militare noſcuntur, ſuam juſtitiam conſervare. Eapropter venerabilis frater in Chriſto, Adalbero Trevirenſis archiepiſcope, devotionem tuam erga beatum Petrum, ejusque ſanctam Romanam eccleſiam, & nos ipſos attendentes, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & prædeceſſoris noſtri, fœlicis memoriæ papæ Innocentii veſtigiis inhærentes, illud juris, quod chariſſimus filius noſter, Conradus Romanorum rex, ſive anteceſſores ejus in abbatia S. Maximini habuiſſe noſcuntur; quodque tibi, & per te Trevirenſi eccleſiæ ab eodem Conrado collatum ſive reſtitutum eſt, ſicut in ejusdem regis ſcripto de reſtitutione & confirmatione continetur, tibi & ſucceſſoribus tuis authoritate apoſtolica confirmamus, & ſcripti præſentis paginam communimus. Pacem quoque & concordiam, ſive transactionem, quæ inter te & nobilem virum Henricum Namurcenſem comitem in præſentia præfati regis per chariſſimum filium noſtrum Bernardum Clarevallenſem abbatem & principes ipſius regni rationabili providentia facta eſt, & ejusdem ſcripto regis firmata, ratam & inconvulſam manere ſancimus, & præſentis ſcripti munimine roboramus. Siquis igitur in futurum, eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona, hanc noſtræ confirmationis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe ſe, divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate, cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Amen, amen, amen.

Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. (L. S.)

Ego Albericus Oſtienſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Ymarus Tuſculanus epiſcopus ſubſcrip.
Ego Quido presbyt. cardinalis tit. S. Chryſogoni ſubſ.
Ego Humbaldus presb. card. tit. SS. Joannis & Pauli ſubſ.
Ego Gillibertus presb. card. tit. S. Marci ſubſ.
Ego Quido presb. card. tit. SS. Laurentii & Damaſi ſubſ.
Ego Julius presb. card. tit. S. Marcelli ſubſcrip.
Ego Jordamio presb. card. tit. S. Suſannæ ſubſc.
Ego Odo diac. card. S. Georgii ad velum aureum ſubſ.
Ego Octavianus card. diac. S. Nicolai in carcere Tulliano ſubſ.
Ego Joannes S. Adriani diac. card. S. Mariæ Novæ ſubſ.
Ego Quido diaconus cardinalis S. Mariæ in Porticu ſubſ.
Ego Jacinthus diac. cardinalis S. Mariæ in Coſmidio ſubſc.

Datum Pariſiis per manum Hugonis presbyteri cardinalis agentis vicem domini Guidonis S. Romanæ eccleſiæ diaconi & cardinalis & cancell. non. Maij indict. X. incarnationis dominicæ anno MCXLVII. pontificatus verò domini Eugenii III. papæ anno III.

CCCLXXVI.

CCCLXXVI.

1148. ## Wibaldi Abbatis Stabulenſis & Corbejenſis Epiſtola ad Baldricum Magiſtrum Scholarum Treviris, ut ſuum exerceat ingenium.

Martene Coll. ampl. T. II. p. 146.

FRater Wibaldus Dei gratia, id quod eſt in catholica eccleſia, dilectn fratri & amico ſun Baldrico magiſtro benodictinnem & vitam usque in ſæculum.

Expediti tandem ab his occupationibus maximis, quæ nos, ut ipſe noſti, ultro citrnque implicitos diu tenuerunt, pnſſe cœpimus aliquandn amicos nnſtros ſalutare, & aliquid tenerioris affectus depulſo omni angore exhibere. Salutantes igitur tuam induſtriam, paternn & intimo affectu rogamus & exhortamur in Domino, ut illud tuum nnbile & acutiſſimum ingenium, qund tibi præſtante Deo a natura inſitum eſt, & nptimis artibus in juventute tua ſublimiter excultum, tnrpere per otium non ſinas, ne honos, qui tibi quaſi quidam laboris fructus nb ſcientiæ claritudinem collatus eſt, optimis diſciplinis tuis quemdam nbſcuritatis ſitum inſerre prævaleat. Sane & acumen ingenii, & facundiæ glnriam, & adeptas dignitates humilitate, quaſi qundam gemmarum ſplendnre, nrnabis, & memineris hnnnres eisdem artibus eſſe ſervandns, quibus eos es aſſecutus. Fortunatum enim, ut ſæculariter dicamus, eſſe potuit, quod aſcendiſti; ſed regere te ipſum in alto, equidem induſtriæ eſt. Præſentia tua tuis auditoribus diſciplina ſit, ram ſiquidem caſtigabis, ſi aſſiduus ſueris. Plus habet lncus tuus, quam docendl nfficium, nam & cenſnriam debes exhibere ſeveritatem, quoniam, & cnrrigendis moribus præfectum te eſſe noveris, quæ diſciplina, & exercitatio nmnibus eſt ſubtilior, & in fructu cunctis propenſior. Scienti pauca ſufficiant, non ut dnctorem doceamus, ſed ne officium prætereamus. (4) (4)

N O T A.

(4) De ſe ipſo ſcribit Baldricus *in vita Alberonis Archiep.* Albero Pariſiis *receſſurus, Clericum quendam, Baldricum nomine, juvenem ætate, de Epiſcopatu Leodienſi ex caſtello Florinenſi ortum, cum audiviſſet in curia D. Papæ cauſas dicentem, & ſæpe appoſite perorantem, ſecum à Pariſiis Trevirim adduxit, & Magiſtrum ſcholarum in domo S. Petri conſtituit, & quamdiu vixit, valde eum charum & familiarem habuit.* Subſcripſit Baldericus, quà *ſcholaſticus* Metropolitanæ Eccleſiæ, Concilio Provinciali anno 1152. Fundationi Arafteinianæ anno 1156. & Bello-campi an. 1157.

CCCLXXVII.

Circa 1148. ## Conceſſio partis Caſtri Arras Comiti Friderico Viennen. in feudum, & quod Eccleſia Trevirenſis de omnibus Caſtris Comitis Viennen, ſe juvare poſſit.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Egn Adelbero Trevirenſis archiepiſcopus, apoſtnlice ſedis legatus, nmnibus ſucceſſnribus noſtris Trevirenſi eccleſie canonice ſubſtituendis archiepiſcnpis, & toti Treverice eccleſie in perpetuum. Nntum eſſe cupimus tam veſtre, quam nmnium fidelium univerſitati, qualiter noſtro tempore caſtrum de Arras, qund Trevirenſis archiepiſcopi juris eſt, & etiam eſſe debet, per enrum, qui tunc poſſederunt, & ab epiſcnpn ſe tenere dixerunt, ignaviam ab eccleſia Trevirenſi per inimicos nnſtros & ejusdem eccleſie fuerat alienatum, ac per hnc tota pene fuerat Trevirenſis eccleſia depreſſa & peſſumdata, & qualiter illud maximo cnm labore & expenſis, auxilin divine pietatis, &

CCCLXXVII.

(a) ſubſidio fidelium noſtrorum, (a) vix tandem licet dampnoſe recuperavimus, quod, ſicut prediximus, recuperatum omni in noſtra poteſtate liberum haberemus, comes Fridericus de Vienna, ſepe veniens ad nos, inſtanter & humillime rogare cepit, ut prenominatum caſtrum, quod à quibusdam predeceſſoribus noſtris in beneficio ſe ante tenuiſſe dicebat, illi redderemus. Nos vero ſuper eodem caſtro graviter contriſtati tum per illius, tum per quorundam aliorum .... timentes interitum, ne aliquod eccleſie dampnum de hijs pervenire poſſit, illius petitioni non conſentire, imo prefatum beneficium illi judicialiter, vel quibuscunque poſſemus modis, contradicere diſpoſueramus. Ille vero non judicio, ſed miſericordie tantum & gratie noſtre innitens, multimodis obſequiis tam nos, quam totam pene Trevirenſem eccleſiam ſibi in tantum obligavit, ut tam ſpecialiter, quam generaliter, omnes pro ipſo nos interpellarent. Ad ultimum tandem communi omnium voto & ejus fidelitate & maxime humilitate inclinati, eam partem ſepedicti caſtri, que à parte ejusdem caſtri in occidentem & verſus ſeptentrionem vergit, ſicut muro & foſſa circumdatum eſt, in beneficium illi conceſſimus, excepta porta & capella & puteo; hac videlicet ratione conditionis, ut neque in turri, neque in aliqua parte caſtri, vel ſi aliqua adhuc turris in ea parte edificata fuerit, quidquid ibi locare preſumat, niſi noſtra permiſſione & conſilio & ordinatione, & omnium ſucceſſorum noſtrorum Trevirenſium archiepiſcoporum canonica electione ſubſtituendorum. Super hoc ipſe ſecuritatem nobis fecit, eandem ſucceſſoribus noſtris canonice promotis faciet, omnesque, qui tam in turri, quam in cetera parte caſtri, vel ſi alibi adhuc turris in ea parte edificata fuerit, locandi erunt, ſecuritatem, quam nobis ſacramento firmaverunt, eandem ſucceſſoribus noſtris firmabunt. Et ſicut ipſe comes ſuper hoc obſides nobis dedit, ita & ſucceſſoribus noſtris dabit, quos ſucceſſores noſtri voluerint, & ipſe habere potuerit; quod videlicet omni tempore & in omni neceſſitate & voluntate noſtra & ſucceſſorum noſtrorum predictum caſtrum nobis paratum ſit, & ad quaslibet utilitates nobis & ſucceſſoribus noſtris ſemper ſit apertum. Nec tantum de hoc caſtro, ſed de omnibus predicti comitis Friderici caſtris tam nos, quam omnes ſucceſſores noſtri canonicè conſtituti, auxilium habebimus, licebitque nobis de hijs caſtris quemlibet hoſtem noſtrum impugnare, preter ſolum abbatem Prumienſem, cujus homo ligius eſt. Decedentibus vero nobis, omnem predictam fidelitatem & ſecuritatem tam de caſtro Arras, quam de ceteris omnibus comes predictus, & omnes prenominati, ſucceſſori noſtro canonice promoto facient. Quod ſi ſepedictus comes Fridericus deceſſerit, hij, qui in caſtro Arras locati fuerint, nunquam in eodem caſtro heredem ejus recipient, donec omnem prelibatam ſecuritatem, ſicut primo nobis, ſic nempe Trevirenſi archiepiſcopo canonice electo faciat; hocque ſacramento ſimul omnes confirmaverunt. (b) Hoc ergo ordine prenominatam partem caſtri comiti Friderico conceſſimus. (b)

N O T Æ.

(a) *Vix tandem, licet dampnoſe recuperavimus.*] Qua ratione Caſtrum Arras ab Eccleſiæ Trevirenſis inimicis captum, ab Alberone verò recuperatum fuerit, ſic narrat Baldricus *in Vita Alberonis:* „ Albero) cùm (Roma) reverteretur, „ ad * montem Romaricum perveniens, audivit „ fama referente, quod Gomes Otto de Renera „ ex acie Regis ab Italia mandaverat fratribus „ duobus Guarnero & Joanni de Nantersburg, „ quod caſtrum ſuum Arraz per inſidias caperent, „ & hoc effectui fore mancipatum; cumque poſt „ multos labores quietem ſperaſſet, & ne denuo „ videret, tot tantásque ſibi curas imminere, „ animum viriliter contra adverſa obfirmans, per „ coronam ſuam juravit, ſe nunquam barbam „ ſuam raſurum, niſi & caſtrum ſuum Arraz prius „ recuperaſſet, & illorum fratrum Guarneri ſcilicet & Joannis Nantersburg deſtruxiſſet. Colligens quoque omnes Tullenſis & Metenſis terræ principes, cum magna militia Treviram „ pervenit, & utrumque caſtrum, Arraz ſcilicet „ & Nantersburg, ſimul obſidione cinxit, & „ Nantersburg deſtructo, & Arraz recuperato, „ cum triumpho magno Treviris reverſus eſt.

* Remiremont.

(b) *Hoc ergo ordine prenominatam partem caſtri Comiti Friderico conceſſimus.*] id eſt, his conditionibus; ſed quas cùm Fridericus non ſervaret, caſtro iterum ejectus eſt. Quod ita refert Baldricus: „ Arraz caſtrum ſuum Fridericus „ Comes de Vienna cum unius turris cuſtos ab „ Archiepiſcopo eſſet conſtitutus, totum ſibi uſur-

„ pave-

CCCLXXVII.

mus. Aliam partem, que a porta caſtri in orientem, & a ſeptentrione in meridiem vergit, nobis & ſucceſſoribus noſtris Trevireoſibus archiepiſcopis liberam retinuimus, in qua pro voluntate noſtra liceat nobis ſive turrim, ſive quamlibet munitionem, vel quoslibet uſus noſtros facere. Nulli tamen archiepiſcopo liceat partem illam, quam retinuimus, inbeneficiare, vel ab eccleſia quoquo modo alienare, ſed libera ſemper & indominicata ſit omnium Trevirenſium archiepiſcoporum. Capella vero & porta & puteus caſtri omnibus caſtrum inhabitantibus indifferenter communia ſins, & utilia. Illud in ſacramento & tuitiori, quam potuerunt, ſecuritate firmaveruot, & ſucceſſoribus noſtris firmabunt tam comes, quam hij, qui in ſepedicto caſtro locabuntur, quod nullum ab eis Trevirenſibus archiepiſcopis vel in caſtro vel in circumjaceutibus quibuslibet poſſeſſionibus ſuis dampnum omnino ſuſtineat; ſi vero, quod abſit, aliquod io eodem caſtro quocunque modo vel ingenio Trevirenſi Epiſcopo de omnibus preſcriptis à quolibet imminutum vel injuriatum fuerit, predictus comes Fridericus & ſui heredes commoniti infra quadraginta dies ſine omni malo ingenio ad reſtituendum laborabunt, nec unquam cum eis, qui aliquam ſuper hijs omnibus archiepiſcopo vel eccleſie Trevirenſi injuriam intulerint, pacem vel treugam vel quodcuoque bonum vel quamlibet compoſitionem habebunt, donec illud ſecundum juſtitiam & debitam ſatisfactionem juxta beneplacitum archiepiſcopi & Trevirenſis eccleſie componatur.

N O T Æ.

„ paverat, & rapinas multas in flumine Moſella exercebat, quod iterum recuperans, Comitem Fridericum inde ejecit. Poſt hæc omnia multum exhauſtus propter magnas & varias expenſas, quas in guerra fecerat, pacem de cætero habuit, quia poſt hæc nemo bello ipſum laceſſere attemptavit, & plurima denuo recolligens, palatium ſuum & omnia caſtra ſua multo vino & omnium victualium genere implevit, ne, ſi ſi quis eum iterum injuria aliqua provocaret, imparatus inveniretur.

CCCLXXVIII.

E P I S T O L A

1148. **Helderici Præpoſiti S. Simeonis Treveris ad S. Hildegardem, qua laudat mira Dei in ipsâ dona, & precibus ipſius ſe commendat.**

Martene *Coll. ampl. Tom. II. p.* 1051.

Heldericus frater de ſancto Simeone in Trevirorum eccleſia ſolo nomine præpoſitus, & ex numero ſuper flumina Babilonis ſedentium & flentium, *(a) H. filiæ Sion, in ipſa Deum deorum quandoque videre. (Marginal: * Hildegardi (a))

Multorum relatu propriique corporis mei auditu ſuaviſſimum tuæ beatitudinis odorem hauriens, lætatus & admiratus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi. Lætatus, inquam, quia hoc tempore nequiſſimi ſæculi, vere in maligno poſiti, talem ſibi ſponſam ſponſus ille ſpecio-

N O T A.

(a) *Hildegardi filia Sion.*] Abbatiſſa erat monaſterii S. Ruperti prope Bingam, quæ odorem ſum ſanctitatis largè ſparſit, & multa latinè ſcripſit. Quid de ea in Concilio Trevirenſi, cui anno 1148. Eugenius III. PP. præſedit, actum fuerit, ita refert Vita S. Hildegardis apud Surium *die XVII. Sept.* „ Poſt auditam Verdunenſis Epiſcopi & aliorum commiſſariorum relationem, jubet Papa repræſentari ſcripta B. Hildegardis, quæ ſibi de præfato cœnobio perlata ſuſceperat, & ex manibus propriis tenens, ipſéque recitatoris vice functus, Archiepiſcopo & Cardinalibus, omnibúsque qui de Clero aderant, publice legit, ac reſponſa virorum, quos ad hæc indagenda miſerat, pronuntians omnium mentes & voces in laudem Conditoris & congratulationem excitavit. Aderat autem ibidem ſanctæ recordationis Bernardus Abbas Clarevallis, quo mediante, cæteriſque annitentibus monebatur ſummus Pontifex, ne tam inſignem „ lucer-

CCCLXXVIII.

ſpecioſus præ filiis hominum elegiſſe cognoſcitur. Admiratus vero, quia inſolite, & inaudito cariſmate ipſam & in hoc exilio dotare videtur. Quis enim unquam legit vel audivit, mulierem indoctam vel penitus illiteratam de profundiſſima abyſſo divinorum archanorum tantas eructationes exhalare, de fluminibus aquæ vivæ tantam abundantiam ſitientibus propinare? Vere mirabilis Deus, vere benedictus Dominus Deus, qui facit mirabilia magna ſolus. Sed quid mirum, ſi rationalem & rationabilem hominem organum ſuum quomodo vult facit, qui etiam brutum animal magiſtrum magiſtri fecit. Facit enim quomodo vult Deus, de quo ſcribitur: omnia quæcunque voluit, fecit. Precor autem tuam dilectionem, quatenus ipſa dilecto tuo propenſius & frequentius humilitatem meam commendare ſtudeat, eamdem viciſſitudinem a me fideliter & indeſinenter ſciens ſibi rependi.

N O T A.

„ lucernam ſilentio regi pateretur, ſed gratiam „ tantam, quam tempore ipſius manifeſtare vellet „ Dominus, ſua auctoritate confirmaret. Ad hæc „ R. Pater Patrum tam benigne quàm ſagaciter „ aſſenſum præbens, literis ſalutaribus B. virginem viſitavit, in quibus conceſſa ſub Chriſti & „ B. Petri nomine licentia proferendi, quæcunque per Spiritum S. cognoviſſet, eam ad ſcribendum animavit. „ Poſt hæc minimè mirum; quòd Archiepiſcopi, Epiſcopi, Cardinales, Abbates, Præpoſiti, Doctores aliique utriusque ſexus Hildegardem de rebus maximi momenti, ac præſertim de ſecretioribus conſcientiæ ſuæ, contulerent. Ex his pauculas Epiſtolas ad noſtros pertinentes huc referimus, quaſi ſpeciminis loco.

CCCLXXIX.

1148.

R E S P O N S U M

S. Hildegardis ad Heldericum Præpoſitum, ut bonis operibus mortem præveniat.

Martene *Coll. amp. Tom. II. p.* 1051.

TU ſerve Dei attende, ut brevi tempore tuo ab injuſtitia iniquæ te mamonæ divertas; & in magno ſtudio provide, ut rubiginem peccatorum a te excutias, antequam umbra mortis ſuperveniat, cum plus operari non potes, ne tunc plangendo dicas: ô væ mihi, quia in negligentia inventus ſum. Tu etiam patremfamilias attende, qui a prima usque ad veſperam operarios in vineam vocavit, & alios cur otioſi ſtarent interrogavit, cui reſpondebant, quod nemo eos conduceret. A prima enim usque ad veſpetam Dominus operarios vocat, & alios, cur otioſi ſtarent, interrogat, qui ſe excuſant, quia nemo eos conducat. Sæpe homini contingit, quod a prima ætate ſua usque ad veſperam, ſcilicet ad ſenectutem in oblivione Dei vivat, & hoc intra ſe emendare tam diu cogitat, & quousque per gratiam Dei rixando intra ſe dicit: quare bona opera non operabar? quia Deus a malo me abſtrahere non prohibuit; & ita in ſenectute ſua propter tædium peccatorum pœnitere incipit. Iſte in itineribus Domini velut non ignitum fictile vas apparet: quoniam operari non poteſt, & ſic primus ex merito ſuo per gratiam Dei mercedem accipiet, quam per ætates poſtea mutare non poteſt. In pueritia enim, & in juventute, ac in matura ætate, homo ſæpe malum, & poſtea bonum operatur. Nunc oculos tuos ad vigilandum aperi, & omnes negligentias ætatum iſtarum conſidera, & emenda operando, ut in æternum vivas.

CCCLXXX.

CCCLXXX.

EPISTOLA

Circa 1149.

S. Præpoſiti in Confluentia ad S. Hildegardem, a qua conſolationem quærit ſuper his, quæ foris & intus eum premebant.

Martene Coll. ampl. Tom. II. p. 1047.

H. In Chriſto dilectæ, S. fratrum in Confluentia præpoſitus, quamvis immeritus, ſalutem in Domino.

Quia in omnibus tribulationibus meis ſemper tuis conſolationibus me recreaſti, & cuncta jam ſunt impleta, quæ mihi prædixiſti; quæſo, ut & nunc miſericordiæ Dominum in cunctis, quæ me foris & intus premunt, conſolari depoſcas; & ſi quid de me vides, & maxime ſi a benigno Jeſu aliquam ſpem in futura vita audeam ſperare, ô dilectiſſima & amantiſſima, tranſcribas. De reliquo autem ſcias, Dominum quam intimis precibus me orare, ut ante mortem meam a peccatis meis digna pœnitentia me convertam. Vale.

CCCLXXXI.

RESPONSUM

Circa 1149.

S. Hildegardis S. Præpoſito in Confluentia, occulta eſſe Dei judicia, qui parentum etiam peccata in quarta generatione punit; ceterùm ſperet in Domino.

Martene Coll. ampl. Tom. II. p. 1047.

O Tu, qui factura digiti Dei es, corrige viciſſitudinem morum tuorum, & non extende te in ventilationem mentis tuæ, de qua te non potes excuſare: quia Deus omnia prævidit. Sed Deus non jubet, ut judicia ſua ſuper te ediſſeram, ſed ut pro te orem. Quoniam quædam ante peracta opera parentum tuorum nunc habent oculos ad vindictam: quia Deus etiam flagella ſua aliquando extendit ad tertiam & quartam generationem. Confide tamen in Domino, quod te liberet de manu gladii inimicorum tuorum. De ſalute autem animarum magis loquor, quàm de caſibus hominum, & ideo multotiens de his ſileo: quia ſpiritus ſanctus non effudit manifeſtationem in confuſione criminum populorum, ſed juſtum judicium. Nunc Deus ponat te in prædium vitæ, ut in æternum vivas. Et dico nullum pondus in ponderibus adæquandum eſt diebus, menſibus, annis & aliis temporibus, quæ a Deo ordinata ſunt. Sed tantum vivus Deus, qui Rex regum eſt, & cujus judicia juſta ſunt, intime exorandus eſt, ut peccata peccatorum abſolvat per orationes illas, quæ in ſpiritu ſancto exquiſitæ ſunt: quia multæ occaſiones ſe ipſas in ſtultitia decerpſerunt, ſicut idola per ſtrepitum incredulitatis voluerunt, quod in irriſionem populos exduxerunt.

CCCLXXXII.

1150. 30. Junii.

Eugenius III. PP. ſcribit ad Adalberonem Archiepiſcopum Trev. & alios, ut Mathæum Ducem Lotharingiæ moneant de fortalitio prope urbem Tullenſem ædificato, deſtruendo.

Calmet Hiſt. de Lorraine Tom. II. in probat. p. 334.

Eugenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus * A. Trevirenſi epiſcopo, Virdunenſi epiſcopo, & dilectis filiis archidiaconibus Metenſis, & Tullenſis eccleſiæ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quemadmodum ſancta eccleſia in ſpiritualibus, ſine ruga, macula,

* Albéroni.

CCCLXXXII.

cula, & ſchiſmate, in unitatis debet perpetuo ſplendore clareſcere, ita in temporalibus nullis gravaminibus affici, nullis angariis perturbari, nihil debet extraordinarium ſuſtinere: expedit enim, ut omnis eccleſia in ſui ſtatus prærogativa immobiliter perſeverans, libera & immunis ab hujusmodi vexatione permaneat. Significatum nobis (a) eſt, quod (a) dux Mathæus, quamvis venerabili fratri noſtro Henrico Tullenſi epiſcopo, & hominibus Tullenſis civitatis, qui cum eo Jeroſolymam ſunt profecti, ſub oſculo promiſiſſet, quod tam eccleſiæ, quam urbi defenſionis ſuæ ſolatium exhiberet; tamen divini timoris conſideratione poſtpoſita, prope civitatem Tulleoſem contra juramentum, quod pater ejus fecit, & antiquam præfatæ civitatis, & eccleſiæ libertatem, caſtrum quoddam, non diſtans ab urbe per dimidium milliare, ædificare præſumat, ex qua ædificatione Tullenſis eccleſia multa damna, multas injurias, ſicut dicitur, patietur. Quibus pro noſtri officii debito obviare volentes, per præſentia vobis ſcripta mandamus, quatenus eum diſtrictius moneatis, ut deſtruat, quod ædificare præſumpſit, & ab ipſius eccleſiæ infeſtatione deſiſtat. Quodſi facere contempſerit, in eum etiam pro hoc excommunicationis ſententiam perferatis, & eam faciatis ſimiliter obſervari. Data Papiæ II. kal. Julii.

NOTA.

(a) *Dux Mathæus.*] Scilicet Mathæus I. qui in Lotharingiæ Ducatu ſucceſſit patri ſuo Simoni I. anno 1139. & vixit ad annum 1176.

HILLINUS
DE FALLEMANNIA.
ARCHIEPISCOPUS.

CCCLXXXIII.

1152. Wibaldi Abbatis Stabulenſis & Corbejenſis epiſtola ad Hillinum Archiepiſcopum Trevirenſem, qua gratulatur ei de nova dignitate, ſua ipſi offert obſequia, fratres ſuos in ipſius Epiſcopatu degentes ei commendat.

Martene *Collect. ampl. Tom. II. p.* 547.

(a) * Hillino.

REverendo patri ſuo & domino (a) H. * ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ venerabili archiepiſcopo, frater Wibaldus Dei gratia, id quod eſt in eccleſia catholica, exiguas orationes & devotum ſervitium.

Confidimus de veſtræ benignitatis eruditione, quod familiaris caritas, quæ hactenus inter nos viciſſitudine obſequiorum ſuccreverat, propter celſitudinis veſtræ provectus imminui non debeat, quoniam ſi experientiæ regulam

NOTA.

(a) *Hillino ſanctæ Trevirenſis Eccleſiæ venerabili Archiepiſcopo.*] Hillini genus, Brovvero ignotum, prodit appendix Geſtorum Treviren, Aureæ-Vallenſis, cujus particulam Martene & Durand *Collect. ampl. Tom. IV. p.* 172. inſeruère. Ubi; *anno Domini MCLII. fit Archiepiſcopus Hillinus; natus fuit in Diœceſi Leodienſi de* Fallemannia *prope Dinantium.* Eandem Hillini, ex illuſtri Fallemanniorum, proſapiam firmat carta Henrici II. Ep. Leodienſis pro Monaſterio Walciodorenſi de anno 1163. *Collect. ampliſſ. Tom. I. p.* 865. in qua *Anſelmus de* Fallemannia *utraque linea generoſi ſanguinis ingenuus, Domini Hillini Trevirorum venerabilis Archiepiſcopi carne germanus* dicitur.

CCCLXXXIII.

ſam tenemus, quam in prælationis ſarcina in labore hominum converſati, & cum hominibus flagellati jam antea didicimus, tanto erunt ſolertiæ veſtræ viri fidei, ac conſtantiæ, qui vos noo veſtra diligunt, cariores, quanto poſſunt in tota generis humani multitudine inveniri rariores. In quorum paucitate nos, qui nec fallere debemus, nec falli volumus, integro benevolentiæ ſtudio annumerati, plurimum in Domino gratulamur de tam glorioſa perſonæ veſtræ promotione, cui a propitia divinitate conceſſum eſt, ut antiquiſſimæ, ac nobiliſſimæ civitati, quæ totius Galliæ Belgicæ caput ac metropolis eſſe dinoſcitur, poſſitis tsm prodeſſe, quam præeſſe. Ad veſtræ igitur dignitatis ſuffragium prompta devotiooe offerimus, quidquid illud eſt, quod in eccleſia ſua Deus nos eſſe, vel dici, vel poſſe potuit, optantes, ut absque proſperitatis veſtræ detrimento vobis opportunum fiat, quo dilectionis noſtræ ac fidei evidens experimentum capiatis. Cum vero a partibus Saxoniæ verſus Lotharingiam proxime retranſire poterimus, etiam corporali præſentia veſtram beatitudinem viſitare & ſalutare deſideramus. Interim commendamus dulcedini veſtræ fratres noſtros Corbejenſes, qui ſunt apud Liciacum, & omnes res noſtras, tam Corbejenſis monaſterii, quam Stabulenſis, quæ in veſtro epiſcopatu ſunt ſitæ, quatenus pro noſtræ dilectionis intuitu in veſtræ protectionis defenſionem eas aſſumere dignemini.

CCCLXXXIV.

1152. 17. *Maij.*

Eugenius PP. III. confirmat poſſeſſiones monaſterii Hemmerodienſis.

Herſii Manip. rerum Hemmer. p. 13.

EUgenius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Randulpho abbati de Clauſtro ejusque fratribus, tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Effectum juſta poſtulantibus indulgere, & vigor æquitatis & ordo exigit rationis, præſertim, quando petentium voluntatem & pietas adjuvat, & veritas non relinquit. Idcirco dilecti in Domino filii veſtris juſtis petitionibus benigno concurrentes aſſenſu, præfatam eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatueotes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant: in quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda: Locum, qui Clauſtrum dicitur, in quo ipſum monaſterium ſitum eſt, cum pertinentiis ſuis. Grangiam, quæ dicitur Winterbach, Bellumcampum, Hemmenrod, Valles, grangiam, quæ vocatur Hart, ſitam in territorio curtis Altreie; terram ad tria aratra, quam a Conone de Maleberg in Rodesbuſch rationabiliter acquiſiiſtis, conſentiente nobili viro * Henrico de Luzeleburgh; terram, Molbach appellatur; vineas, quas habetis in territorio Witliche, Novient, Maranch & Keſtene; vineas item, quas habetis Kemetham, Cuvernam & Ludenesdorph. Uſuaria, quæ habetis in territorio villæ Cordulæ; piſcationem ſcilicet in aqua Kile uſque in Moſellam, & uſuaria in ſylvis & paſcuis &c. Uſuaria, quæ habetis in ſylva, quæ dicitur S. Simeonis, quæ a bonæ memoriæ Fulmaro quondam præpoſito ſancti Simeonis & fratribus ejus aliisque poſſeſſoribus ejusdem ſylvæ rationabiliter acquiſiiſtis. Uſuaria, quæ habetis in utroque * Lidiche in * ſylvis & paſcuis. Uſuaria curtis Witliche & curtis Altreie io ſylvis & paſcuis; & piſcationem aquæ Leſere, & domum, quam habetis in civitate Trevireoſi juxta capellam ſancti Sulpitii, cum parte horti eidem domui adjacentis. Sane laborum veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimeoto veſtrorum ani-

* Comite.

* ſuperiore & inferiore.

CCCLXXXIV.

animalium, nullus omnino a vobis decimas præſumat exigere, illis ſolis exceptis, de quibus annuum cenſum reddere ſpontanea voluntate per manum venerabilium fratrum noſtrorum bonæ memoriæ Albcronis quondam archiepiſcopi, Hillini ſucceſſoris ejus & eccleſiæ Trevirenſis conſtituiſtis: de grangia ſcilicet Winterbach pro univerſis, quæ decimari debent, clerico ſex nummos, laico ſex maldera ſiliginis; de grangia Hemmenrode clerico ſex nummos. Pro univerſis quæ habetis in territorio curtis Witliche, & decimari debent, clerico unum malderum ſiliginis, & aliud avenæ; illi vero, qui duas partes decimationis habet, duodecim nummos. De omnibus, quæ habetis in territorio Noviant & Maranch, clerico ſex nummos. De vineis, quas habetis in Keſtene, clerico duodecim nummos. De vineis, quas habetis Kemetam, clerico duodecin nummos. De vineis, quas habetis Ludenesdorph, clerico quatuor nummos, & laico octo. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed inconcuſſa omnia & integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire temere teotaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum actionis bonæ percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. amen. amen.

Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus. Ego Imarus Tuſculanus epiſcopus. Ego Hugo Oſtienſis epiſcopus. Ego G. G. presbyter card. tit. Calixti. Ego Aubaldus presbyt. card. tit. ſanctæ Praxedis. Ego Octavianus presbyt. card. tit. S. Cæciliæ. Ego Manfredus presbyt. card. tit. Sabinæ. Ego Ceneius presbyr. card. in Lucina. Ego Henricus presbyt. card. tit. SS. Nerei & Achillei. Ego Joannes presbyt. card. tit. Equitii. Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Radulphus diaconus card. S. Luciæ in Septa ſolis. Ego Gregorius diaconus card. S. Angeli. Ego Guido diaconus card. S. Mariæ in Porticu. Ego Hiacinthus diaconus card. S. Mariæ in Cosmydyn. Ego Joannes diaconus card. SS. Sergii & Bacchi. Datum Signiæ per manum Boſonis S. R. E. ſcriptoris. VI. kalend. Junii. Indict. XV. Incarnationis Domini MCLII. Pontificatus vero domini Eugenii papæ III. anno VIII.

CCCLXXXV.

1152. 27. *Maij.*

Eugenius III. PP. confirmat poſſeſſiones monaſterii Wadegotienſis, & in eo jura Eccleſiæ Trevirenſis.

Ludolf Conſult. Sympher. I. pag. 1431. (*a*)

Eugenius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis (*a*) Walframo abbati eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Wadegozingen, ejusque fratribus, tam præſentibus quam futuris, canonicam vitam profeſſis. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut robur ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis

NOTÆ.

(*a*) *Walframo Abbati.*] Exſtat etiamnum ejus in Archivis Archiepiſcopalibus chyrographum, quo Adalberoni Archiep. obedientiam promiſit Walframus; in qua & poſteri hodieque Antiſtiti Treverico ſubjecti permanent.

CCCLXXXV.

ſtis poſtulationibus benigno concurrentes aſſenſu, præfatam eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Dei timorem & beati Auguſtini regulam ibi auctoritate Domino inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter conſervetur; præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia in præſentiatum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus vocabulis annotanda: Allodium, quod vocatur (b) Wadegozingen, in quo ipſa eccleſia ſita eſt, quod nobilis mulier Giſela, relicta comitis Friderici de Saarbrucken, conſentiente Simone filio ſuo, in miniſterialibus ſolis exceptis, cum dominicalibus ſuis, manſionariis cum manſis, omnique ipſorum juſtitia, mancipiis utriuſque ſexus, agris, ſylvis, pratis, paſcuis, cultis & incultis, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, omnique jure ſuo, quod in eodem loco habebat, ita liberum vobis abſolutumque conceſſit, ut nec advocatiam, nec quidquam juris ſive dominii, præter miniſteriales, ſibi aut ſuorum heredum alicui reſervaverit. Allodium interjacens ante dicto allodio, quod emiſtis a Conone ac filiis ejus novem talentis: in Wilre allodium, quod fuit Guntranni & fratris ejus, nec non Alberonis, in ſylvis ſcilicet & agris; in Habechesthal, allodium, quod fuit Herbonis, & allodium juxta poſitum in Bredebach, emptum a Stephano decem talentis; in Kinderbura allodium, quod fuit Gervaſii, & heredum ipſius Giſeberti & fratrum ejus; in Onesheim allodium, quod fuit nobilis viri comitis Friderici, Reneri, Beronis & Dithmari; in Eſcheringa allodium, quod fuit ejusdem Dithmari, & alia quæ ibidem habetis; in Wopenswilre allodium, quod fuit Udonis, ac fratrum ipſius; atque ſororis; allodium, quod fuit Rorici & Hadelugis; (c) in Burgalba (c) allodium, quod fuit comitis Sigeberti, in aquis, ſylvis & pratis; in Sulzaſita in epiſcopatu Wormatienſi allodium, quod fuit Henrici & Hirzeche uxoris ejus, atque alios agros, quos ibidem habetis; in proxima villa Hetdenetheim allodium, quod fuit Burchardi; agros & vineas, quæ habetis in Lambeleshim; in civitate Trevirenſi curiam, * domum & vineam ei contiguam, atque alias vineas, quas ibidem habetis; in Heſeningen manſum unum, & Leimam, quam habetis ab eccleſia de Herbodesheim, ſub cenſu ſeptem ſolidorum eidem eccleſiæ a vobis veſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvendo. Ad hæc omnem illam libertatem, quam bonæ memoriæ (d) Adalbero quondam Trevirenſis archiepiſcopus vobis, & per vos eccleſiæ veſtræ conceſſit, nos etiam auctoritate apoſtolica confirmamus, & futuris temporibus illibata manere decernimus, ut videlicet advocatiam ejusdem loci nemo prorſus occupare præſumat, ſed tantum Trevirenſis archiepiſcopus, qui pro tempore fuerit, advocatus veſter exiſtat, qui tamen nihil de rebus eccleſiæ veſtræ in uſus ſuos inflectet, nec aliquibus eam moleſtiis aut exactionibus fatigabit, ſed in ejus tantum obedientia humiliter perſiſtetis, & nulli cor-epiſcopo, nulli omnino ſub archiepiſcopo Trevirenſi perſonæ, etitis aliquando ſubjecti, nec ei pro eo, quod eccleſia veſtra parochialis eſt, obedientiam, cenſum, aut aliquod

* ſitam in platea ſutorum.

N O T Æ.

(b) *Wadegozingen, in quo ipſa eccleſia ſita eſt.*] Jacet nemoroſa regione, non procul à Sara flumine, duobus millibus paſſuum ſupra Sara-Ludovicum, in confinibus Lotharingiæ, receſſu non injucundo, ferè ad viam militarem, qua Triboci à Treviris adeuntur.

(c) *Allodium, quod fuit Comitis Sigeberti.*] Illius procul dubio, de quo Henricus IV. Imp. in diplomate de anno 1080. Poſſidebant quippe Comites, præter officium, etiam allodialia, ex liberalitate Imperatorum, adquiſita formula ſolemni: *In proprium tradidimus.* Struv. *de Allod. Imp. §. IX. & LIII.* Hinc ſucceſſu temporis integri Comitatus facti allodiales. De vicino Comitatu Sarvverdenſi id affirmat Goeddeus *IV. Conſ. Marburg.* 37. & ſcriptum Naſſovicum contra Ducem Lotharingiæ de anno 1664. apud Gaſtellium *Cap. XXXI. p.* 861. *ſeqq.* Burgoldens. *ad Inſt. Pacis Diſc. XXXI. p.* 501. Vid. Ludolf *Symphor. I. p.* 1495.

(d) *Adalbero Trevirenſis Archiepiſcopus Eccleſiæ veſtræ conceſſit.*] Obſ. ejus diploma ann. 1135.

CCCLXXXV.

quod ſervitium cogemini exhibere, ſex denariis tantum exceptis, quos eccleſiæ beati Petri Trevirenſis annis ſingulis debetis exſolvere. Adjicimus etiam, ut juxta prænominati archiepiſcopi conceſſionem prædicandi, baptizandi & ſepeliendi eos, qui ſe in eccleſia veſtra ſepeliri ſpontanca voluntate deliberaverint, niſi excommunicati fuerint, aut interdicti, poteſtatem liberam habeatis, ſalva matricis eccleſiæ juſtitia. Obeunte vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilij ſanioris ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam præviderint eligendum, electus autem Trevirenſi archiepiſcopo præſentetur, animarum curam & benedictionis gratiam ab eo, ſi fuerit idoneus, recepturus. Sane laborum veſtrorum, quos propriis manibus aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus omnino a vobis decimas præſumat exigere. Decernimus ergo, ut nulli hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed inconcuſſa omnia & illibata ſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva diœceſani epiſcopi canonica juſtitia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona, hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi præſumtionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum actionis bonæ percipiant, & apud ſupremum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. amen.

Ego Eugenius catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hmarus Tuſculan. epiſcopus ſubſ.
Egn Hugo Hoſtienſis epiſcopus ſubſ.
Ego Bb. presbyter cardinalis tit. Calixti ſubſ.
Ego Hubaldus presbyter card. tit. S. Praxedis ſubſ.
Ego Manfredus presbyter card. tit. S. Saumæ ſubſ.
Ego Oct. presbyter card. tit. S. Cæciliæ ſubſ.
Ego Cenſius presbyter card. tit. in Lucina ſubſ.
Ego Joannes presbyter card. tit. Equitii ſubſ.
Ego Henricus presbyter card. tit. SS. Herei & Ahillæi ſubſ.
Ego Otto diaconus card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſ.
† Ego Radulphus diac. cardinalis S. Luciæ in Septa ſolis ſubſ.
† Ego Gregorius S. Angeli diac. cardinalis ſubſ.
† Ego Quido diac. card. S. Mariæ in Porticu ſubſ.
† Jacintus diac. cardinal. S. Mariæ in Coſmydyn ſubſc.
† Ego Joannes diac. card. SS. Sergij & Bacchi ſubſ.

Datum Sigine per manum Boſonis ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſcriptoris. VI. kalend. Junii. indict. XV. incarnationis dominicæ anno MCLII. pontificatus verò domini Eugenii PP. III. anno VIII.

CCCLXXXVI.

CCCLXXXVI.

1152. 16. Aug. Concilium Trevirenſe Provinciale, in quo Mathæus Dux Lotharingiæ, Romaricenſi Eccleſiæ ad hanc diem infenſus, ad concordiam adducitur, jura prædictæ Eccleſiæ confirmat, & ablata reſtituit.

Martene Coll. ampl. Tom. VII. p. 71.

(a) (b) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hellinus Dei gratia Trevirenſis archiepiſcopus, dilectæ filiæ (a) Judith eadem gratia abbatiſſæ Romaricenſi, & ſororibus ejus in poſterum. Querimonias tuas (b) contra ducem Mathæum jam per tempora multa agitatas, & tandem ſecundum præceptum domini papæ coram epiſcopis & abbatibus & principibus terræ à nobis definitas, utile duximus tibi & eccleſiæ tuæ ſigillo noſtro & auctoritate tam noſtra, quam ſuffraganeorum noſtrorum, diligenter munire. De diverſis igitur querimoniis aſſenſu communi ſtatuiſtis, quod capitulum veſtrum liberam electionem habebit, de præpoſitis, & de cancellariis præficiendis, & dux electioni illi celerem præbebit aſſenſum, ſalvo jure ſuo. Si autem perſona quæcunque electa poſtmodum eccleſiæ inutilis fuerit, ipſa voce capituli, qua præſtituta fuit, deponetur. Quibusdam vero præpoſitis beneficia & redditus ſuos, unde vivere debent, quos ab eccleſia tenent, alicui in feodum dare non licebit, neque dux ſeodiſare eos coget; immo etiam dare & accipere, in fide & veritate probibebit. Quando autem præpoſitus Voſagi, & cancellarii in poteſtatibus placitum tenere voluerint, laudante & aſſentiente advocato, diem placitandi præfigere debent. Summam autem quæſtus definient præpoſitus & cancellarii conſilio & aſſenſu advocati, conſilio tamen miniſtri eccleſiæ præcedente. Tallias autem, quas ipſe dux, & advocati ſui injuſte ſuper homines eccleſiæ facere conſueverant, penitus * quirpiverunt. Clerici & eccleſiales, & res eorum a duce & ab advocatis & a venatoribus non iuquietabuntur; ſed in nobili libertate, ut dignum eſt, in pace remanebunt. Servitium vero quod venatores ab eccleſialibus exigebant, ex toto dimiſſum eſt. Dominus autem dux vel mioiſtri ſui non cogent homines eccleſiæ exire extra bannum ſuum ad placitandum, neque dux quempiam hominum eccleſiæ abſque abbatiſſa placitabit. De omni autem quæſtu, ſuper homines ſumpto, in omni negotio & in omni proventu eccleſia medietatem recipiet. Advocati vero in poteſtatibus avenam non accipient, niſi paſtione cum fidelitate renunciata, & niſi eccleſia plenarie avenam ſuam ad cerviſiandum prius acceperit. Vaccas vero, quas ouper advocati injuſte in poteſtatibus accipere in natale Domini conſueverant, penitus a modo non accipient. Supprpoſiei vero & ſubadvocati, qui a duce & ab advocatis injuſte ſubſtituebantur, a modo radicitus extirpantur. Super mundiculos vero miniſter eccleſiæ & advocatus placitum tenere debent, & eccleſia totum cenſum habebit, niſi in duabus poteſtatibns, videlicet Campi, & Archarum, in quibus non niſi dimidia pars cenſus eſt eccleſiæ: idem vero de placito fabrorum, eccleſia videlicet medietatem quæſtus recipiet. Quando vero dux in quolibet caſtrorum ſuorum morabitur, de ſuo vivet: ſi vero per terram tranſiens, ad quamlibet eccleſiæ curiam pernoctaverit, villicus de communi quæſtu per curiam cum fidelitate ſumto, eum procurabit, & hoc ſemel in anno, & in mane recedet. Si vero advocati per curias aliquando pernoctaverint, de jure ſuo vivent. Qui ſi forte in aliquo pacem iſtam infregerint, niſi ammoniti a duce infra ſex ſeptimanas ablata teſtituerint, dux terram eorum ſaſibit, eisque probibebit, ne in eis aliquid accipiant, donec eccleſiæ ſatisfecerint. Inſuper ex præcepto domini papæ ſub vinculo anathematis nexi tenebuntur, donec reſipuerint, & eccleſiæ ſatisfecerint. Forum vero Archa-

* id eſt, abdicârunt.

N O T Æ.

(a) *Judith Dei gratia Abbatiſſa Romaricenſi.*] Abbatia Romaricenſis, hodie *Remiremont*, à S. Romarico circa annum 645. fundata, ad Moſellam ſita eſt, quinque vel ſex horis ſupra *Epinal.*

(b) *Contra Ducem Mathæum.*] De eo vid. Epiſtola Eugenii III. ad Adalberonem Archiep. de 20. Junii 1150.

CCCLXXXVI.

Archarum eſſe concedimus, ita ut abſque omni dolo & abſque multa acquiſitione, & abſque omni genere exactionis teneatur. De tabernis relatione fidelium diſcuſſum eſt, quod in tertio anno in XXX. duabus poteſtatibus dux ſuum vinum vendet ſolo obolo carius; quod vinum ruſtici debent deducere, & inſra abbatiam accipere, & in loco nominato ſolo die expectare. Apud Girbespath medietatem veneraciarum & quæſtus in placitis, & evenam recuperavimus. Uſuagium nemorum recognovit dux, & conceſſit hominibus eccleſiæ, ubi antiquitus habere ſolebant ex ratione fidelium. Si vero poſtmodum dux terram veſtram aliquibus minis, aliqua exactione, aliqua precatione, vel alicujus extorſionis genere oppreſſerit, vel aliquam ſupradictarum pactionum, aut per ſe, aut per advocatos ſuos infregerit, quotiescunque eccleſia reclamaverit, abſque omni retractatione ipſe cum ſuis & cum terra ſua vinculo anathematis iterum nexus teneatur, niſi ammonitus vel reprehenſus infra quadragiota dies pœnituerit & ſatisfecerit, ipſo duce in hunc modum concedente:

Ego Mathæus Dei patientia Lotharingorum dux, & marchio, ductus pœnitentia, ſpe retributionis æternæ, in his, in quibus læſeram Romaticenſem eccleſiam, conſilio religioſorum virorum, clericorum & laicorum, cum Romaticenſi eccleſia feci præſcriptam compoſitionem, & poſui in ſacratam manum domni archiepiſcopi, & chartam Trevirenſi & Tullenſi eccleſiæ inde feci, quod hoc bona fide ſervabo, & ſi aliquando, quod abſit, per me vel per meos fuerit contra hoc factum, niſi infra quadraginta dies, ſi ammonitus fuero, ſatisfaciam, & ablata reſtituam, meo aſſenſu Treverenſis, & Tullenſis eccleſia in me & in terram meam ſine judicio dent anathematis ſententiam.
(c) (c) Hujus compoſitionis teſtes ſunt: Stephanus Metenſis epiſcopus. Henricus Tullenſis epiſcopus. Albero Verdunenſis epiſcopus. Donnus Godefridus præpoſitus eccleſiæ S. Petri. Arnulfus, Alexander, Bruno Treverenſes archidiaconi. Henricus cantor, Baldricus magiſter ſcolaris. Sigerius abbas S. Maximini. Bertolfus abbas S. Eucharii. Richardus abbas de Sprinchitbach. Philippus decanus Metenſis. Roſcelinus archidiaconus. Hugo magiſter ſcolaris. Richerius præpoſitus S. Salvatoris. Albertus primicerius Virdunenſis. Wilhelmus decanus. Richardus archidiaconus. Andreas archidiaconus. Iſembaldus abbas Gordienſis. Manegaldus abbas S. Michaelis. Hugo Albus decanus, & archidiaconus Tullenſis. Henricus archidiaconus. Magiſter Haimo archidiaconus. Roricus archidiaconus. Ciſternenſis ordinis Ranulphus abbas de Clauſtro. Renardus abbas Morimondenſis. Milo abbas de Criſta. Odo abbas Belli-prati. Richardus abbas de Vallibus. Romaticenſis eccleſiæ teſtes ſunt: Theobaldus præpoſitus. Cono cancellarius. Petrus cancellarius. Magiſter Widricus Salſurienſis. Theodericus de domno Martini. Magiſter Hagano. Nobiles, & milites: Henricus dux de Lenburc. Henricus comes de Namur. Henricus comes de Salm. Fridericus comes de Viann. Goſvinus comes de Facermont. Folmarus comes de Caſt. Albertus comes Chianenſis. Conradus comes Salvagii. Ulricus comes de Aita. De familia S. Petri, Engelbertus & Fridericus frater ejus. Iſembardus & Guillelmus frater ejus. Hermannus & Galterus frater ejus de Palatio, Theodericus de Romont. Ulricus de Sampinn. Hi duo cum duce erant. Magiſter Bovo Tullenſis archidiaconus. Roricus abbas Calmoſiacenſis. Durannus abbas Belliscampi Actum autem eſt hoc anno ab incarnatione Domini MCLII. epacta XII. indictione XV. concurrente ſecundo. Data Treveris per manum Hellini Treverenſis archiepiſcopi XVII. cal. Septembris.

CCCLXXVII.

NOTÆ.

(c) *Hujus compoſitionis teſtes ſunt.*] Hinc etiam colligi poteſt, e quibus perſonis Concilium hoc Provinciale congregatum fuerit.

CCCLXXXVII.

1152. Comites Saynenſes Eberhardus & Henricus caſtrum ſuum Sayne cum omnibus ſuis appertinentiis Eccleſiæ Trevirenſi donant, & ab Hillino Archiepiſcopo in feudum recipiunt.

Lunig Spicil. Eccleſ. Cont. I. p. 213.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hillinus Dei gratia humilis miniſter & ſervus, omnibus tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Ad epiſcoporum præcipue ſpectat officium, omnium eccleſiarum ſibi commiſſarum honores in ſuo vigore manutenere atque defendere, & earum poſſeſſiones, in quibus ſecundum Deum poſſunt, extendere. Cujus rationis intuitu notum facimus, quod Everhardus & ejus uxor, & Heinricus fratres, comites de Sayna ad nos & eccleſiam noſtram venientes, idem caſtrum, quod Sayna dicitur, & ipſam curiam de Sayna cum omni integritate & utilitate ad ipſam pertinente, excepto allodio, quod fuit Rorici, & (a) area quadam, quæ pomerſum dicitur, in quo miniſterialibus ſuis ad conſequenda jura ſua, cum oportuerit, diem ponere poſſint, B. Petro & nobis, cujus eccleſiæ præſidemus licet indigni, ſub devotionis obtentu, ubi & qualiter debuerunt, legitima donatione una manu & communi aſſenſu dederunt, ita tamen, quod idem caſtrum cum curia in fœdum de noſtris manibus receperunt, eandem fidelitatem facientes, quam ligii homines facere conſueverunt. Quodſi nos guerram cum aliquo habere contingeret, contra quem nobis adjutorium præſtare non poſſent, de caſtro exire & ejus poteſtatem abſque eorum exheredatione nobis dare debent, ita quod finita guerra ad caſtrum, tanquam ad ſuum fœdum, redeant. Nos itaque devotionem eorum non modicam erga noſtram eccleſiam attendentes, & honorem eccleſiæ augere cupientes, eis centum libras de beneficio primo vacante in beneficium dedimus. Si autem in prædicto caſtro ab aliquo gravarentur, & in noſtra curia juſtitiam ei voluerint exhiberi, contra illum nos & eccleſia noſtra pro poſſe noſtro eis auxilium præſtabimus: (b) cujuſcunque vero ſexus eis heres ſucceſſerit, etſi non pro-

NOTÆ.

(a) *Area quadam, quæ pomerium dicitur.*] De hac area L. B. à Reiffenberg *Antiquit. Seymen. MS. Cap. I.* „ Pomarium ſeptuaginta tribus „ circiter à porta flumentana (oppidi Seyne) paſſibus, dictum vulgo *der Herren Bongard* .... „ à muro, qui pomarium hoc à via diſtinguit, „ quadraginta duobus circiter pedibus foſſa ab „ uno ad alterum pomarii latus, profunda octo „ ſeptemve pedes, & triginta quinque ſuperiore „ ſui parte lata, formam trianguli exprimit. Finem & non dubias foſſæ hujus cauſas non ſemel ſcrutatus necdum reperi; vetus enim traditio id tantùm retinuit, jure aſyli munitam „ eam aream tutum reis præſtitiſſe refugium. Nec „ literæ, quibus anno 1152. oblatum receptumque in feudum Caſtrum Seynenſe, aliud dicunt, „ quàm eo in pomario Vaſallis Miniſtriſque ſuis „ Comites diem dicere, conventuſque habere „ ſolitos..... In literis inveſtituræ Balduini Archiep. de anno 1340. hæc excepta duntaxat: „ *Area, quæ vulgariter pomarium dicitur,* „ *quam veluti noſtram allodialem reſervare* „ *tenebimur pro obſervandis in ea placitis cum* „ *noſtris miniſterialibus & vaſallis.* In Jacobi à Sirek de anno 1452. *ausgeſchieden eine* „ *Hoffſtatt, die der Bongarth genannt iſt,* „ *vor unſer Manntag darauf zu beſcheiden.* Ex „ his verò neceſſitatem aut uſum aliquem foſſæ „ eruere vix poſſum; niſi dicamus, in ea area ſtetiſſe ædificium, quod inter alia vocabulum „ *Hoffſtatt* videtur innuere, ſeu potiùs ſignum „ illud, quo locus malli ſive judicii Mannici deſignabatur, & erat vel lapis, arbor, pertica, „ aut crux cum gladio; nam judicium illud, quod „ *das Mann-Recht* vocabatur, ſub dio celebrabatur, præſide judice Caſtrenſi, qui *der Mann-Richter*, & aſſeſſoribus etiam Equeſtris ordinis „ viris, qui *Manni* vocabantur. Num igitur „ opus imperfectum, vel ad quem finem ita firmatum ſit, ſagacioribus dijudicandum relinquo; nam verba veterum Authorum, quod prædicta judicia, à *Mann-Lehn-Recht* dicta, „ *unter dem blauen Himmel, auf offenem freyen* „ *Feld, auf einem grünen Plaz* celebrari ſolita, „ neceſſitatem foſſæ videntur excludere.

(b) *Cujuſcunque verò ſexus eis heres ſucceſſerit.*] Hac expreſſione opus fuit, cùm eâ omiſſâ, ſoli maſculi ſucceſſuri fuiſſent, uti alibi videbimus. Porro, cùm anno 1246. non relictis prolibus decederet Henricus Comes Seynenſis, cognomento Magnus; per ejus ſororem Adelheidem, Joanni Sponheimio deſponſatam, feudum caſtri Seyne in Sponheimiorum Comitum familiam tranſlatum eſt, quæ illud ultra trecentos annos tenuit: donec hæc ſtirps anno 1606. in Henrico Comite deficeret, qui ſpe propagandæ ſtirpis Decanatum Eccleſiæ Agrippinenſis unà cum Catholica fide deſeruerat; cùm jam antè Seynenſe ca-

CCCLXXXVII.

propinquior, qui de eorum cognatione fuerit, idem caſtrum & prænominatum beneficium a nobis & ſucceſſoribus noſtris abſque jure illo, quod vulgariter dicitur (c) heregewede, & illo, quod dicitur hereſture, recipiet, & eandem fidelitatem nobis & ſucceſſoribus noſtris faciet. Hoc autem beneficium tam caſtrorum, quam centum librarum prædictarum, ſemper indiviſum manebit, & in plures non dividetur heredes; ſed ſi pro eodem inter ſe litigaverint, illi integre dabimus, cui potius cupimus. Quodſi temporibus noſtris præfatum beneficium plene non fuerit aſſignatum, a ſucceſſoribus noſtris hoc idem, ſicut ſcriptum eſt, volumus obſervari. Teſtes ſunt iſti: Stephanus Metenſis epiſcopus; Henricus Tullenſis epiſc. Albertus Virdunenſis epiſcopus; Godefridus major præpoſitus; Alexander archidiaconus; Bruno archidiaconus; Arnulſus archidiaconus; Sigerus abbas S. Maximini; Bertolphus abbas S. Eucharii; Richardus abbas de Sprenkirsbach; Randulphus abbas de Clauſtro; Matheus dux Lotharingiæ; Henricus comes Namurcenſis; Henricus comes de Arlo; Cono de Moilburg; Manfridus de Numagen; Everhardus frater ejus; Wiricus de Bettingen; Fridericus de Marceto; Wilhelmus mareſchalcus; Iſembartus frater ejus, Engelbertus frater ejus; Fridericus & Hermanus de Palatio, Walterus frater ejus; Lodevicus dapifer; Embricho & Otto fratres. Factum Treviri anno MCLII. ind. XV. regnante glorioſo rege Friderico, anno regni ejus & noſtri pontificatus I.

N O T Æ.

ſtrum, tanquam feodum Archidiœceſi apertum, à Lothario Trevirenſi Archiepiſcopo teneretur, contradicentibus tamen agnatis Sponhemiis, qui, poſt ductam à Salentino Sponhemio Eliſabetham, Wittgeſteinii heredem, Comitum Wittgeſteiniorum titulo à cæteris Sponhemiis diſtincti, Henrico ſuccedere conati ſunt. Sed hæc lis ſub Carolo Caſparo Archiep. ita compoſita eſt, ut antiqua illa Seynenſium Comitum ſedes Treverici juris omnino facta fuerit. Vid. infrà annos 1626, & 1652.

(c) *Heregewvede, & illo, quod dicitur Hereſture.*] Scilicet. ex feudis in renovatione inveſtituræ tributum domino directo ſolutum fuiſſe, probat Mettingh *de Statu Milit. German. Sect. III.* §. 1. *Not. h.* & *Sect. IV.* §. 11. *Not. g.* Clericos autem in laudemium à vaſallis equum accipere ſolitos, refert idem *Sect. IV.* §. 11. *Not. d.* Ab hoc igitur laudemio immunitatem Comites ſuis ſucceſſoribus ſtipulantur.

CCCLXXXVIII.

1152. **Bezelinus varia prædia in Novigant, Maring & Lyſer donat Eccleſiæ S. Simeonis.**

Notum ſit omnibus tam futuris, quam præſentibus, quod ego Bezelinus & uxor mea Reylent cum filio noſtro Bezelino divino inſtinctu commoniti, & ob remedium animarum noſtrarum, æternam ſperantes retributionem promereri, damus, in perpetuúmque concedimus Deo & eccleſiæ ſancti Simeonis ac fratribus ibidem Deo famulantibus tam præſentibus, quam ſuccedentibus inpoſterum, quidquid allodii & poſſeſſionis in vineis, agris, poſſidemus hæreditario jure in villa, quæ vocatur Noviant, & in alia, quæ dicitur Marane, & Lyſure, tam ex parte mea, quam ex parte uxoris meæ, nec non illud, quod ad præſens pro portione uxoris meæ poſſideo, & in futurum ſocru mea defuncta poſſidebo, donamus & concedimus, fratribus ipſius Karulo ſcilicet & Bezelino præſentibus & laudantibus; hoc etiam ſtatuentes, ut quamdiu vixerimus, ad hujusmodi doni recognitionem duas ahmas vini, duosque modios tritici ſingulis annis præfatæ eccleſiæ & fratribus perſolvamus; poſt obitum vero noſtrum præfata eccleſia jure perpetuo poſſideat, & ad commune fratrum tranſeat. Ut id autem firmum & inconcuſſum permaneat, ſub præſentia & atteſtatione multorum, tam clericorum quam laicorum, ſuper altare ſancti Joannis Baptiſtæ in ipſa eccleſia devote obtulimus. Teſtes ſunt inde

ejus-

CCCLXXXVIII.

ejuſdem eccleſiæ canonici: Rodulphus, Bezelinus presbyter, Henricus, & alius Henricus, Waltherus, Ludovicus, Lutterus, Diepezo, Lodovicus. Laici: Hermannus de Palatio, Theodericus felix, Henricus niger, Arnulphus civis, Stephanus Lodulphus. Miniſteriales eccleſiæ: (a) Hermannus cocus; Cuno, Roricus piſtores; Joannes, Bezelinus, Hezelo cuſtodes. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Dominicæ MCLII. Eugenio papa ſanctæ Romanæ eccleſiæ præſidente, Hylino Trevirorum archiepiſcopo. Signum Roberti magiſtri ſcholarum, qui hanc chartam dictavit, & propria manu ſcripſit.

(a)

N O T A.

(a) *Hermannus cocus; Cuno, Roricus piſtores.*] Hæc officia indicant menſam Canonicis fuiſſe communem; quamvis de reliquâ vitâ aliter ſentiam.

CCCLXXXIX.

Circa 1152.

Mathæus Dux Lotharingiæ Abbatiæ S. Mathiæ remittit exactiones venationum, quas ipſe & anteceſſores ejus habuerunt in Mamonis villa.

Calmet. Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob.

(a)

(b)

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam præſentibus, qualiter ego Mathæus Dei gratia dux Lotharingiæ, (a) exactiones venationis, quas vel ego ſeu anteceſſores mei apud Mamonis villam juſte vel injuſte habere videbamur, pro ſalute animarum noſtrarum, tam meæ, quam uxoris & filiorum meorum, propter ſuffragia beati Mathiæ apoſtoli, & beatiſſimi confeſſoris Eucharii Trevirorum primi archiepiſcopi, ad quem idem fundus pertinet, (b) uverpivi & abſeſtucavi, & abbatibus & fratribus libere conceſſi in perpetuum. Ne hanc igitur delegationem noſtram aliquis ſucceſſorum meorum, vel quisquam hominum meorum, ſive liberorum, ſive miniſterialium, temerario auſu infringere, attentare vel immutare præſumat, ſigilli noſtri impreſſione coram teſtibus confirmari fecimus. Hi ſunt teſtes: Hugo de Nancei, Hecelo & fratres ejus Albertus & Albericus, Arnolphus filius Henrici de Serico, Wilhelmus de Rodenberc, Berevinus de Vah, Hermannus de Frummersdorff, Walterus de Gerlevinga; Engelbertus, Fredericus, Iſenbartus. Miniſteriales S. Petri, Godefridus de Breitfesrit, Gerardus de Pirla.

CCCXC. EPI-

N O T Æ.

(a) *Exactiones venationis.*] Sunt ſpecies tributorum. Vid. Du Freſne *in Gloſſar. Tom. III. col.* 1402. *edit. an.* 1710.

(b) *Uverpivi & abſeſtucavi.*] His verbis certam abdicationis formam ſignificari jam alibi diximus.

CCCXC.

Circa 1154.

EPISTOLA
Richardi Abbatis Springiersbacenſis, qua S.Hildegardem conſulit, an Paſtoralem curam retinere, an abjicere debeat.

Martene Coll. ampl. Tom. II. p. 1031.

(a) Richardus ſervorum Dei in Sprinchersbat miniſter indignus, * H. congregationis S.Ruperti ſanctiſſimæ & Deo dignæ diſpenſatrici poſt hujus mundi terminum ſuperoæ civitatis recipere conſortium.

* Hildegardi

Quod literis vel ipſi ſane præſentium latori pro me nunc veſtræ ſanctitudini interim præcepi aſſiſtere & loqui, hæc cauſa eſt, quia ego ipſe per me atque pro me venire quidem volens, ſed noo valens, dies fateor & annos non paucos hactenus io vanum hæc cogitando conſumſi. Nam quantum certe & ex quanto magnificæ ſanctitatis veſtræ præſentiam & collocutionem ab initio ſemper deſideraverim, ipſum nunc, cui nuda & aperta ſunt omnia, non fallaciter ſed vere & veraciter Deum teſtificor. Infelix igitur ego in diſpenſanda vel adminiſtranda cura paſtorali conſtitutus, viribusque oimirum tam mentis quam corporis prorſus pæne deſtitutus, quia ad hæc diſpenſanda vel adminiſtranda me ſatis ioutilem, debilem & imparem conſpicio, dolere tantum & flere, & de corpore mortis hujus liberari magis ac magis deſidero. Nunc itaque, ſanctiſſima, & inter fœminas benedicta, per vos Dominum quærere de cauſa mea, ex more Dominum cupio conſulere, & an mihi jam ab hac ipſa occupatione, & diſpeoſatiooe potius ceſſandum & deſiſtendum ſit. Si ld liceret, per vos maxime vellem cognoſcere, & inveſtigare. Literis ergo ſigillatis more & clauſis hujus rei tenorem me, quæſo, cauſa Dei quantocius reſcire facite, & mœrens cor meum conſilio & auxilio veſtro in Domino lætificare.

N O T A.

(a) *Richardus.*] Vid. ſupra diploma Conradi III. de 1. Aug. 1144. *Not. b.*

CCCXCI.

Circa 1154.

RESPONSUM
S. Hildegardis ad Richardum Abbatem, quo hortatur ad portandum ſtrenuè onus ſibi à Deo impoſitum.

Martene Coll. amp. Tom. II. p. 1031.

Audi myſtica Dei: Dominus, qui poſſidet familiam ſibi ſubjectam, cum aliquem de eadem familia eligit, dans illi locum ſanctificationis, ut onus ſuum ſecum portet; ita tamen, quod ille ſe excuſat, quod noo ſit dignus onus illud ſofferre: tunc ſi Dominus ſuus eum ln hoc non audit, quia ſibi placet, ut onus illud ferat, Dominum ſuum non commoveat; ſed quantum prævalet, illi humiliter obediat. Quod ſi poſtea ln eadem cauſa ullus defectus alicujus utilitatis propter imbecillitatem ſenſus & ſcientiæ illius ſubripuerit, ipſi non oberit; quia Dominus ſuus illud providebit. Nunc, pater & amice, in vice Chriſti reſpice ad ſermonem iſtum, & audi: os enim tuum cœleſte eſt, & mens tua cum nube floret: unde radix tua aſcendat, ac Dominum Deum tuum adora, & indue loricam, atque militare contra bacchantia vitia, laſciviam fugiendo, & avaritiam non amplectendo. Deus autem, quem occulte invocas, in amore tuo ſuſcipiet te. (a)

CCCXCII.

N O T A.

(a) Obtemperavit conſilio S. Hildegardis Richardus, vitam cum Præſulatu ad annum 1152. perducens, quando ab Archiepiſcopo Hillino apud ſuos magnificè ſepultus quievit. In veteri diario Metropolitanæ Eccleſiæ ad XI Kal. Novembris fit ejus mentio his verbis: *Obiit ſancta memoria Richardus Abbas.*

CCCXCII.

Circa 1154.

Monachorum S. Michaelis ad Moſam querimonia ad Hillinum Archiep. Trev. de injuriis Comitis Rainaldi Barrenſis.

Baluzius Miſcell. Tom. IV. p. 464.

SUb alas veſtræ protectionis, reverendiſſime domine & pater miſericordiſſime, nos curæ veſtræ puſillus grex & oves paſcuæ veſtræ a facie inimici confugimus, & ante pedes majeſtatis veſtræ proſtrati lacrymabilem calamitatis noſtræ queremoniam deponimus. Regnantibus Childeberto Sygiberti & Brunichildis filio, & ejusdem filio Theodorico, eccleſia noſtra a quodam nobili comite Volſaudo fundata fuit: & eo ſine liberis decedente ſub tuitione ipſorum regum, quorum ſedes regia Metis erat, & ſuccedentium regum vel imperatorum permanſit; quorum largitionibus augmentata, privilegiis roborata, defenſione protecta, libertatis ſuæ tenorem conſervavit usque ad tempora Othonis Imp. Tunc ſicquidem
(a) (a) quidam dux Lotharingiæ Fridericus tutelam ipſius eccleſiæ, quæ eatenus regum & imperatorum fuerat, in dominium ſibi uſurpavit, & de tertia
(b) parte prædiorum eccleſiæ (b) caſtrum ſuum Barrum, quod extruxerat, caſavit, nimirum facile ſubjugans terram ſibi vicinam, & a tutela regia longe re-
(c) motam. Ex tunc ergo jam (c) per quatuor ſucceſſionum gradus tutelam vel dominium eccleſiæ noſtræ poſteri ejus obtinuerunt, qui non contenti ſupradicta tertiatione, etiam de duabus reſiduis partibus, quamplures villas militibus in beneficia diſtribuerunt. No-
(d) ſtri quoque temporis (d) comes Rainaldus, qui quinto illis gradu ſucceſſit, quod majores ſui nunquam fecerant, pecuniarum rapinas, quas vulgus (e) talliatas vocat, per terram no- (e)
ſtram primus agere cœpit, homines incarcerare, vi & ſuppliciis ſua eis extorquere, ad firmanda caſtella ſua cum ſuis ſumptibus eos cogere, nimis frequenter per terram noſtram (f) dieta- (f)
re, nec ſuis, ſed pauperum ſumptibus vivere, poſtremo tota terra noſtra, plusquam ſua omnibus modis abuti; & hanc tyrannidem (g) filio ſuo Raynal- (g)
do, qui nunc eſt, dereliquit, conteſtatus tamen ei publice, ſe hæc omnia injuſte egiſſe. At ille malitiam patris in tantum ſupergreſſus eſt, ut homines noſtri oppreſſionem ejus ferre non valentes, villas nobis vacuas relinquant, reliqui noſtra nobis ſolvere vel non poſſint, vel contemnant, illum ſolum timentes, illi ſoli ſervientes. Cumque
(h) ſedis apoſtolicæ juſtitiam ſuperiore (h)
anno adverſus eum expetiſſemus, ſuper hoc ultra modum indignatus, & apoſtolica protectione nihil adhuc nobis proficiente, immo officiente, & malitia oppreſſoris quotidie ingraveſcente, jam pene præ inopia rei familiaris domum vacuam deſerturi, hanc unam adhuc ſpem ſuſcipimus, ut quia
Deo providente (i) apoſtolicas vices (i)
ſuſcipere meruiſtis, apoſtolicæ poteſtatis virga oppreſſorem noſtrum coerceatis.

CCCXCIII.

N O T Æ.

(a) *Quidam Dux Lotharingiæ Fridericus.*] Primus Barri Dux, Hugonis Capeti affinis.

(b) *Caſtrum ſuum Barrum, quod exſtruxerat, caſavit.*] Barrenſe caſtrum anno 951. exſtructum fuit. Ad hoc igitur Fridericus prædia S. Michaelis *caſavit*, id eſt, unà cum prædiorum colonis in uſum & utilitatem caſtri applicuit.

(c) *Per quatuor ſucceſſionum gradus.*] Scilicet in memorato Barri Ducatu Friderico I. ſucceſſit *Theodericus I.*; huic *Fridericus II.* Deinde *Sophia* Ludovico de Montbéliard nupta; Pòſt horum filius *Theodericus II.* Rainaldi I. parens.

(d) *Comes Rainaldus, qui quinto illis gradu ſucceſſit.*] Jam dictus Rainaldus I. qui anno 1106. adhuc minorennis Barrenſis Comitatùs regimen ſuſcepit, defunctus anno 1149.

(e) *Talliatas.*] Præſtationes, quæ dominis fiunt à tenentibus ſeu vaſallis, in certis illorum neceſſitatibus. Gallicè *Tailles.*

(f) *Dietare.*] morari, & vivere ſumptibus colonorum caſatorum.

(g) *Filio ſuo Rainaldo.*] Hujus nominis II. qui poſt deceſſum Hugonis fratris ſui natumajoris, anno 1155. defuncti, in Barrenſi Comitatu ſucceſſit; quem tamen jam cum improli fratre, eoque vivo, rexiſſe videtur.

(h) *Sedis Apoſtolicæ juſtitiam expetiſſemus.*] Vid. Epiſtolam Eugenii III. apud Waſſenburg *p.* 301.

(i) *Apoſtolicas vices ſuſcipere meruiſtis.*] Per hoc Monachi S. Michaelis in Hillino qualitatem Legati Apoſtolici intendunt.

CCCXCIII.

1155. 14. Mart.

Adriani PP. IV. epiſtola ad Sanctimoniales Horreenſis monaſterii Treviris, ne quis eas ſub recluſione vivere impediat.

Martene *Coll. ampl. Tom. I. p.* [illegible] * IV.

ADrianus * epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiabus ſororibus monaſterii S. Mariæ in Horreo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni & honeſtati dinoſcitur convenire, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter, dilectæ in Domino filiæ, veſtris precibus annuentes ſtatuimus, & præſentis ſcripti decreto ſancimus, ut nulla perſona magna vel parva, ſæcularis ſeu eccleſiaſtica, vobis inhibeat, quin ſub eadem beati Benedicti regula Domino ſerviatis, ſub qua tempore prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ (*a*) papæ Eugenii ex ipſius præcepto tanquam recluſæ promiſiſtis Domino deſervire. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtræ conſtitutionis paginam temerario auſu infringere, ſeu ipſi modis quibuslibet contraire. Siquis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis Dei & apoſtolorum Petri & Pauli ſe noverit incurſurum. Data Romæ apud S. Petrum II. idus Martii. (*a*)

NOTA.

(*a*) *Papæ Eugenii ex ipſius præcepto.*] Hoc ad concilium Trevireńſe, cui anno 1148. præſedit Eugenius III., rectè referunt Martene & Durand *Collect. ampl. Tom. II. in præfat. num.* 84.

CCCXCIV.

Circa 1155.

Charta Nicolai Epiſcopi Cameracenſis, qua Jonas ab poſſeſſione altaris Hembecæ depellitur, convictus hæreſis Cattorum in curia Hillini Trev. Archiepiſcopi.

Annal. Ord. Præmonſtrat. *Tom. I. pag.* [illegible] *in probat.*

QUoniam legitime deciſa, modo avaritiæ motu, modo memoriæ defectu, ſolent in controverſiam reverti, & ſæpius everti, Ego Nicolaus Cameracenſium Dei gratia epiſcopus, quod in curia noſtra ſolemniter actum eſt, ſcripto commendari curavimus; ſcilicet, quod Jonas in conſiſtorio noſtro, cum abbatem Hildebrandum de Jeth ſuper poſſeſſione de Hembecke minori interpellaret, & vocaret in jus, & ut perſonam præfatæ eccleſiæ ſe aſſerens, reſtitutionem poſſeſſionis implorans. Teſtimonio litterarum Arnoldi Culonienſis, Hellini Trevirenſis archiepiſcoporum, Henrici, & Alexandri epiſcoporum, quod in curia ipſorum (*a*) de Cattorum hæreſi convictus & anathemate damnatus fuit, nobis ſignificatum & probatum eſt; eapropter, communicato cum eccleſia noſtra conſilio, præfatum Jonam tanquam putridum membrum de corpore Chriſti abciſum, & ideo omnibus eccleſiaſticis beneficiis indignum, ne de cætero ſuper hoc audiretur, a nobis exſufflavimus, abbati præfato, qui impetebatur, eam eccleſiam quiete poſſidendam & habendam in perpetuum concedentes. Sig. Alardi. Sig. . . . archidiaconi. Sig. Hugonis decani. Sig. Wilelmi mag. Sig. Hewardi, Anſelmi, Roberti canonicorum. (*a*)

CCCXCV.

NOTA.

(*a*) *De Cattorum hæreſi convictus.*] Notior eſt hæc hæreſis ſub *Waldenſium* nomine, ſic nuncupatorum ab Autore Petro Waldo. Dicuntur etiam *Leoniſtæ* & *Pauperes de Lugduno*, ab urbe ex qua erupuerunt; item *Picardi*, *Albigenſes*, *Lombardi*, *Bohemi*, *Bulgari*; quia in his regionibus potiſſimum graſſabantur. *Arnoldiſtæ*, etiam *Eſperoniſtæ*, *Joſephiſtæ*, *Lollardi*, à variis ipſorum Doctoribus ſunt appellati. *Patareni*, quod ſe perſecutiones pati gloriarentur. Porro *Cathari* & *Catti*; quòd ſe præ cæteris puros jactitarent, ſeu quòd ſectam ſingularem profiterentur, à Germanica voce *Kazer Käzer*. Vid. Natal. Alexand. *Hiſt. Eccleſ. Tom. VI. p.* 490. *edit. Pariſ. de an.* 1699.

CCCXCV.

1156. 29. Octobr.

Fundatio Abbatiæ in Arnſtein Ordinis Præmonſtratenſis.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hillinus Trevirorum archiepiſcopus, & apoſtolicæ ſedis legatus. Si in ſacroſanctis evangeliorum libris mulier vidua in gazophylacium duo minuta mittens, a Domino, eo quod nihil ſibi retinuerit, plus aliis, qui etſi majora, non tamen omnia ſua obtulere, laudata eſt; multo magis nos eos, qui ſe ſuaque fideli devotione relinquentes divinis per omnia mancipaverunt obſequiis, honorare & diligere, atque ex injuncto nobis divinitus pontificatus ac legationis officio manutenere debemus, & contra omnes injurioſorum incurſus defenſare, & communire, quantum poſſumus, ut nos quoque bonis eorum operibus ſtudio noſtro cooperatores remunerationis perpetuæ cum ipſis participare queamus. Quapropter notum facimus tam futuris, quam præſentibus, quod (a) illuſtris comes Ludovi- (a)
cus unà cum præclara (b) conjuge ſua (b)
Guda temporibus * venerandæ memo- * Vid. ſupr.
riæ prædeceſſoris noſtri domini Albe- ann. 1142.
ronis (c) caſtrum ſuum, quod dicitur & 1146.
Arenſtein, una cum omni allodio ſuo, (c)
pro cæleſtis regni amore abdicantes B. Dei genetrici Mariæ ſanctoque Nicolao prompta voluntate obtulerunt, & ut ibidem vita canonica ſecundum regulam S. Auguſtini, & ordinem Præmonſtratæ domus in perpetuum ſervetur, diſpoſuerunt; procedente vero tempore, ordinatis jam inibi fratribus, locum ipſum cum omnibus pertinentiis ſuis eccleſiæ B. Petri, cui

NOTÆ.

(a) *Illuſtris Comes Ludovicus.*] Habemus Ludovici hujus Arnſteinii vitam, à ferè æquali, multá ſcriptam fide, quam è monaſterii Arnſteinienſis bibliotheca edidit Brovverus in Sideribus Germaniæ, anno 1616. Moguntiæ procuſis; ex qua, quæ in rem hujus fundationis maximè pertinent, in has notas contractim referimus: *Fuit*, inquit ſcriptor vitæ, *in caſtro, quod Arinſtein ab antiquis temporibus nuncupatum, & adhuc hodie nomen obtinet, Comes quidam nomine Lodovvicus, ab avorum ſuorum longa proſapia clarus . . . . . huic erat ſecundùm ſeculum clari & alti ſanguinis uxor Udilhildis nomine . . . . . Naſcitur eis elegantis formæ filius, & hic divina providentia unicus* (Ludovicus ſcilicet noſter, Arnſteinienſis Cœnobii fundator) *in quem & patris nomen, & totius Comitiæ refunderetur hereditas . . . . Erat ſub ipſius* (Ludovici junioris) *jurisdictione Boppardia, Weſalia,* * inferius
*Villa S. Goaris, Laenſtein * utrumque, Con-* & ſuperius.
fluentia, & aliæ plures villæ Rhenenſes; & tota provincia, quæ dicitur Einrich; quæ omnia veluti ſtercora reputans meliorem in cælo ſubſtantiam prælegit. Comitivam ſuam Dominis de Iſenburg reſignavit, quam ipſi Dominis de Naſſavven & de Catzenellenbogen poſtea vendiderunt. Quod hìc de quibusdam oppidis Rhenanis, quæ ſub jurisdictione Ludovici Arnſteinii fuerint, memorat ſcriptor vitæ, id de jurisdictione propria nullatenus intelligendum eſt, ſed de officio Imperiali Præfecti ſeu Advocati Provincialis (quod officii genus ſucceſſit in Germania, poſtquam, extinctis Sæculo XI. & XII. Pagis, officium Comitum ceſſaret. Vid. Bernhard *Antiquit. Wetterav. Lib. III. Cap.* 1.) Ludovico Arnſteinio commiſſo per Wetteraviam, cui dictæ urbes accenſebantur. Conf infr. diploma Alberti Regis de anno 1300. & ſuprà Henrici Imp. de an. 1018.

(b) *Conjuge ſua Guda.*] Ludovicus, inquit ſcriptor ejus vitæ, *mediantibus amicorum conſiliis, & negotioſis ſuper hoc Comitis de Bonneburg legationibus, filiam ipſius Gudam nomine, virginem cum magno, ſicut decuit, exhibitam apparatu, duxit uxorem. Qua diu ſterili permanente, & ſpem prolis infœcunda negante, ceperunt ardentiſſima ſpiritus contritione dolere, & pro ſucceſſore tantæ hæreditatis miſericordiam Domini votis omnibus implorare. Sed eorum deſideriis infinitis divina jam olim providentia contraibat.* Et deinde. *Quia contectalis ſuæ ſuper hoc* (de amplectendo ſcilicet ſtatu Eccleſiaſtico, & converſione caſtri Arnſtein in Monaſterium) *requirendus erat aſſenſus . . . . obnititur & reclamat* (Guda) *ſalutaribusque conſiliis aures obdurat, ùt aſpis . . . tandem monitis evicta frequentibus, ad ſupernæ vocationis bravium promptiſſima ſe obtulit voluntate.* Demum, extructo jam cœnobio. *Paratur dominæ Gudæ Comitiſſæ in ſiniſtro montis latere manſio ſpecialis; ubi mutato habitu clauſa ſemper, nusquam progrediens ſtrictioris cibi parcitate antehabitas delicias & numeroſa quondam fercula redimebat. Per feneſtram modicam divina frequenter auſcultabat officia, pſalmis & orationibus intenta; ſicque rota nativitatis ſuæ feliciter evoluta XVI. Kal. Septembris migravit à ſeculo, & ante altare B. Nicolai in Sanctuario baſilicæ venerabiliter eſt ſepulta.*

(c) *Caſtrum ſuum, quod dicitur Arenſtein.*] Duris id coloribus pingit ſcriptor ſæpe laudatus. *Caſtrum*, ait, *prædicti Comitis, Arinſtein vulgariter, Lapis Aquilæ, Latino poterit idiomate nuncupari; locus horroris & vaſtæ ſolitudinis, aptus ad prædam, habilis ad rapinam, habitatoribus ſuis lapis erat offenſionis, & petra ſcandali, utpote qui ſtipendiis ſuis mini-*

CCCXCV.

cui nos Deo authore præſidemus, (d) (d) hortatu ejuſdem prædeceſſoris noſtri abſque omni cenſus penſione contradiderunt, & ab eo pro recompenſatione tantæ devotionis quædam bona, quæ prius ipſe Ludovicus ab archiepiſcopatu Trevirenſi in feudum habuerat, jure proprietatis perpetuo poſſidenda receperunt. Nos igitur juſtis eorum petitionibus annuentes ſub noſtra tuitione, & ſedis apoſtolicæ, cui legationis gratia in Teutonico regno ſubminiſtramus, defenſione, eundem locum cum omnibus prædiis, & poſſeſſionibus, vel quibuslibet bonis hactenus ſibi contraditis, vel deinceps juſta ratione tradendis, defenſandum ſuſcipimus. Has itaque poſſeſſiones præfatæ eccleſiæ in Arenſtein privilegii noſtri authoritate communimus: videlicet Bubœnheim *, quod eſt in pago Wormacienſi cum eccleſia, decimis & hominibus, cunctisque redditibus ejus; ita quod nulli ſæculari poteſtati ſubjaceat. In archiepiſcopatu Moguntino in villa Wisze * triginta manſus, & clauſtrum in Gommersheim * cum omnibus appendiciis ejus. Item in archiepiſcopatu noſtro in villa Hattenhuſen octo manſus; in Weltroidt quatuor manſus, & villam Gozemerode *, cum omni jure præter duos manſus; in * Bronnenbach unum manſum & curtim Holdenruck * cum omni jure, & Salſcheidt cum omni decima; in Singhuben tres manſus; in villa Newe * & Breme * vineas, agros, ſylvas, & decimam ſelectæ terræ in Campe *; curiam & vineas item eccleſiæ S. Margarethæ in Arenſtein legitima donatione contradidit. (e) (e) Præterea curtim Sellbach, eccleſiam de Kirchdorff, quæ præfatus prædeceſſor noſter piæ memoriæ Albero eidem eccleſiæ in Arenſtein contulit, nos quoque pro remiſſione peccatorum noſtrorum, & omnium ſucceſſorum noſtrorum archiepiſcoporum ad uſus fratrum inibi Deo ſervientium contradimus, cum omni jure & integritate, cum hominibus ſcilicet ac decimis univerſis ad eccleſiam Kirchdorff pertinentibus, ipſamque eccleſiam ſicut & illam B. Margarethæ in Arenſtein, a jure ſynodali, & ab omni ſervitio archiepiſcopi, archidiaconi, vel decani penitus emancipamus, & omnem decimam utriusque parochiæ ex integro concedimus. Et ſicut ab anteceſſore noſtro indultum eſſe cognoſcimus, ſi quæ bona fratrum infra noſtrum epiſcopatum de loco ad locum transferri contigerit, ab omni telonii vel vectigalis onere eſſe abſoluta ſtatuimus. Hoc quoque confirmamus, ut nullus aliquo tempore ſupra prædicta bona conſtituatur advocatus, ſed ſolummodo ſub noſtro protectionis munimine, ſive ſucceſſorum noſtrorum, tuta conſiſtant. De cætero ſancimus, ut nullus unquam abbas ibi conſtituatur, niſi quem communiter libero conſenſu fratrum conventus elegerit. Si quis igitur, quod abſit, contra hujus noſtræ conſtitutionis paginam temerario auſu venire tentaverit, ſeveriſſimam divinæ indignationis ultionem perſentiat, & timendæ anathematis ſententiæ ſubjaceat, donec condigna ſatisfactione reſipiſcat; conſervatoribus autem hujus noſtræ confirmationis vita, ſalus, pax & gaudium permaneat amen. Teſtes hujus rei ſunt Godeſridus majoris domus præpoſitus, diaconus. Rudolphus decanus, & archidiaconus. Alexander archidiaconus. Bruno archidiaconus, & S. Florini in Confluentia præpoſitus. Joannes archidiaconus. Conradus præpoſi-

* amiſſum. (Bubœnheim)
* amiſſum. (Wisze)
* amiſſum. (Gommersheim)
* amiſſum. (Gozemerode)
* modò *Bremberg.*
* *Holtrich.*
*** amiſſa omnia.

N O T Æ.

minimè contenti, totum de alieno, parum de proprio poſſidebant. . . . Totius provinciæ ſpolium poſtea nuncupat. Ad Loganum fluvium ſitum eſt Arenſtenium, ubi è regione Logano miſcetur *Aura* rivus, à quo potiùs quam ab *Aquila* ejus nomen derivandum putem.

(d) *Hortatu ejuſdem prædeceſſoris noſtri.*] Sic ſcriptor vitæ Ludovici, p. 10. *Anno Dom. incarnationis MCXXXIX. Comes Lodewicus cum venerabili conjuge ſua Guda caſtrum ſuum Arinſtein in Trevirenſi diœceſi conſtitutum, ad laudem Dei omnipotentis, in honore B. M. V. & magnifici Confeſſoris Nicolai, in manus Godefridi ſcholaſtici & fratrum de Gratia Dei, ſeque & omnia ſua libera contradidit voluntate. Marquardus etiam Capellanus & Notarius ipſius, Schweikerus quoque Dapifer, & alii milites quinque ſeculum abdicantes, cum ipſo ſanctæ profeſſionis habitum induerunt, quorum Pater in Chriſto jam Dominus * Godefridus, ipſo tempore à venerabili Adelberone, Trevirorum Archiepiſcopo & Apoſtolicæ Sedis in Teutonico Regno Legato, in generali ſynodo ſolemniter eſt ordinatus.*

* primus Abbas Arenſteinenſis.

(e) *Præterea curtim Sellbach, eccleſiam de Kirchdorff.*] Hodie quatuor-viri, duo Principes & totidem Comites jus gladii cum Religione occuparunt. Prædicantes tamen in Kirchdorff non niſi de conſenſu Abbatis admittuntur.

CCCXCV.

(f) poſitus S. Paulini. (f) Baldricus majoris domus ſcholaſticus, & S. Simeonis præpoſitus. Rupertus de Palatiolo
(g) præpoſitus. (g) Euſtachius abbas in Arnſtein. Sigerus abbas de S. Maximino. Bertolphus abbas S. Eucharii. Ludovicus de S. Maria veteri abbas. Godefridus abbas S. Martini. Richardus abbas de Springirsbach. Weihinarius abbas de Luneche. Wolfranus abbas de Wadengozinge. Henricus abbas de Rommersdorff. Hildelinus abbas de Schonaugia. Wichmannus abbas de
(h) Grunawe. (h) Henricus comes de Luzelenburch. (i) Albertus comes de Chiny. (k) Sigfridus comes de Vianda. Arnoldus de Sercha. Cuno de Maelberg. Wilhelmus marſchalcus. (l) Gerhardus de Haſch. Hermannus de Palatio. Fridericus de Marceto. Fridericus aureus. Acta ſunt hæc Treviris IV. kalend. Novembris, anno divinæ incarnationis MCLVI. indictione IV. Epacta VII. concurrente VII. Anno pontificatus venerabilis Hillini Trevirorum archiepiſcopi, & apoſtolicæ ſedis legati IV. feliciter. amen. (i) (k) (l)

N O T Æ.

(f) *Baldricus majoris domus ſcholaſticus & S. Simeonis præpoſitus.*] Idem ille, qui ſcripſit vitam Adalberonis Archiepiſcopi, cui fuerat ab epiſtolis

(g) *Euſtachius Abbas in Arnſtein.*] Secundus ſcilicet hujus monaſterii Abbas, quem acta Ludovici *pag.* 13. *virum virtutis & gratiæ ſingularis* memorant.

(h) *Henricus Comes de Luzelenburch.*] cognomento *cæcus*, Comes Namurcenſis & Luxemburgenſis, qui primo matrimonio duxerat Laurentiam de Alſatia, altero, Agnetem de Gelriâ; obiit anno 1196. humatus in *Floreffe*, Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liſte genealogique pag. VI.*

(i) *Albertus Comes de Chiny.*] Qui anno 1131. introduxit monachos Ord. Ciſtercienſis in Auream vallem, loco Canonicorum.

(k) *Sigfridus Comes de Vianda.*] De hoc vid. Brovver. *Annal. Tom. I. Lib. XIV. n.* 90. *pag.* 57.

(l) *Gerardus de Haſch.*] Putem ex familia hæreditariorum Camerariorum de Aicha vel Eſchia, de qua Brovverus *in Proparaſc. Annal. Cap. XXVI. n.* 14. *p.* 73. Moſer *Trieriſches Staats-Recht Cap.* 1. §. 31. *p.* 19.

CCCXCVI.

1157. 6. Jan.

FRIDERICUS I. IMP.

Hillino Archiepiſcopo confirmat Abbatiam S. Maximini.

Archiep. Treviren. turbat. p. 63.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator & ſemper auguſtus, chariſſimo Hillino reverendo Trevirorum archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, ejusque ſucceſſoribus in perpetuum. Imperialis dignitas majeſtatis, in cujus ſumus culmine diſponente Domino conſtituti, nos monet atque compellit, ita regni jura manutenere atque defendere, quod ea, quæ eccleſiarum Dei, per quem movemur & regimur, eſſe noſcuntur, nullatenus imminuamus, immo ſic integra & illibata ſervemus, quod in examinis extremi judicio, ubi omnium eorum, quæ geſſimus, nos rationem reddere oportebit, pro alicujus detentione juſtitiæ rei debeamus minime reperiri. Hac ſiquidem conſideratione omnium fidelium Chriſtianorum, tam præſentium quam futurorum, memoriæ volumus eſſe commendatum, quod videlicet a longis retro temporibus ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ archiepiſcopi, ſicut audivimus, & veraciter ſcimus, prædeceſſoribus noſtris regibus & imperatoribus de abbatia S. Maximini proclamationem facere minime ceſſaverunt, quæ in fundo B. Petri conſtructa, & ad epiſcopium jure proprietatis pertinens injuſte jam dictæ Trevirenſi eccleſiæ, & per violentiam erat ablata. Quæ nimirum queremonia modernis fuit temporibus vehementius & frequentius agitata; a venerabili archiepiſcopo Brunone apud cognatum noſtrum Henricum

CCCXCVI.

ricum IV. imperatorem; ab Alberone magnæ recordationis viro, apoſtolicæ ſedis legato, apud Lotharium imperatorem III., & apud patruum noſtrum felicis recordationis Conradum Romanorum regem II., cui nimirum idem venerabilis archiepiſcopus Albero antiqua privilegia poſſeſſionem abbatiæ S. Maximini ſuo epiſcopio jure confirmantia præſentavit, unum ſcilicet (a) (a) Dagoberti regis Francorum datum B. Modoaldo Trevirenſi S. archiepiſcopo, in quo per annuli ſui notam impreſſionem confirmat, eidem B. pontifici ejusque ſucceſſoribus in perpetuum, ſuper eadem abbatia & ipſius poſſeſſione præcepta ſuorum prædeceſſorum regum Francorum, videlicet Sigeberti, Theodeberti, Theoderici & ſui genitoris regis Clothatii; aliud nihilo minus (b) præceptum (b) Caroli regis Francorum conceſſum Veomado Trevirenſi archiepiſcopo, in quo genitoris ſui illuſtris regis Pipini & aliorum regum Francorum præcepta innovat & confirmat, in quibus expreſſe & ſine ulla ambiguitatis nebula continetur, quod cella S. Hilarii, quæ nunc appellatur S. Maximini, quæ eſt in prædio S. Petri conſtructa, ad epiſcopium Trevericum pertineat. Ipſe autem bonæ memoriæ patruus noſter tam manifeſtæ juſtitiæ, & tot regum rationabilibus præceptis ſe nolens opponere, ſæpe nominatam abbatiam, cum Ipſius advocatiam in manu ſua haberet, eidem venerabili (c) Alberoni Trevirenſi archiepiſcopo ex judicio curiæ reddidit, & recognovit, omni jure proprietatis habendam, poſſidendam & ordinandam, ea integritate & uſu, quo ipſe, & alii prædeceſſores ſui eandem abbatiam viſi ſunt usque ad ſua tempora habuiſſe. Poſtmodum vero ſucceſſu temporis ipſius abbatiæ advocatiam Henricus Namurcenſis comes ab eodem patruo noſtro quæſivit & obtinuit: qui advocatia non contentus longo tempore cum archiepiſcopo de abbatia certavit, unde fuerunt ad curiam Spiram uterque vocati, & ex conſilio principum & religioſorum virorum, qui ibi aderant, & maxime venerabilis viri Bernhardi Clarevallenſis abbatis, præſente etiam patre noſtro felicis memoriæ duce Frederico, & atteſtante privilegium (d) reſignationis ejusdem abbatiæ, & compoſitionis inter ſe, eodem Henrico Namurcenſi comite advocato conſentiente, venerabilis Trevirenſis archiepiſcopus Albero ab ipſo patruo noſtro recepit. Nos autem tot regum & imperatorum prædeceſſorum noſtrorum, & ejusdem patrui noſtri præcepta conſiderantes, & ea firmitate impoſterum habere volentes, tum pro ſalute animæ noſtræ & illorum, qui hoc idem jam nominatæ Trevirenſi eccleſiæ reddiderunt, & ſuis privilegiis confirmaverunt, tum precibus chariſſimi patris noſtri Adriani papæ IV., quas nobis in conſecratione noſtra porrexit, tum etiam pro magno & honeſto ſervitio, quod nobis & toti regno, dilectiſſime Hilline venerabilis Trevirorum archiepiſcope, apoſtolicæ ſedis legate, in expeditione laudabiliter & fideliter contuliſti, eandem abbatiam omni jure proprietatis habendam, ordinandam, & ea integritate & uſu poſſidendam, quo prædeceſſores noſtri viſi ſunt habuiſſe, & ſuis tuæ eccleſiæ præceptis confirmaverunt, tibi & (e) libero & capitali advocato tuo Conrado & per te tuis ſucceſſoribus per advocatum noſtrum Simonem comitem de Sareburg, quem ad hoc faciendum elegimus, & confirmamus, & omni corroborationis munimine roboramus, & ſuper altare B. Petri ponimus, concedente, confirmante & collaudante ſine aliqua contradictione Henrico Namurcenſi comite libero advocato ejusdem abbatiæ, quæ conſtat ad Trevirenſem eccleſiam pertinere, & tuæ eccleſiæ juris eſſe in perpetuum recognoſcimus, omnem de ea calumniam, omnem queremoniam futuris temporibus reſcindentes. Hujus noſtræ confirmationis præcepto, eodem modo &

N O T Æ.

(a) *Dagoberti Regis Francorum, datum B. Modoaldo.*] Exhibuimus illud ad annum 633. ſed, quantum ad formam, multis laborans vitiis.

(b) *Caroli Regis Francorum conceſſum Veomado.*] Hoc edidimus ad annum 761. Ubi vide Notas.

(c) *Alberoni Trevirenſi Archiepiſcopo ex judicio curiæ reddidit.*] Anno 1139. ſententiam Conradi dedimus.

(d) *Reſignationis ejusdem Abbatiæ & compoſitionis inter ſe.*] Hanc unà cum ratihabitione & confirmatione Conradi R. vide anno 1146.

(e) *Libero & capitali advocato tuo Conrado.*] Vid. Differt. Sæculo XI. præfixam §. 5. & Sæculo XII. §. 4.

CCCXCVI.

& ordine, confirmamus tibi & tuis ſucceſſoribus in perpetuum, (*f*) caſtrum quod Trys dicitur, cum omni banno & diſtrictu, & omnibus pertinentiis ſuis; ſimiliter omnem calumniam, omnem queremoniam, quam de eodem caſtro & pertinentiis ſuis adverſus perſonam tuam & eccleſiam Trevirenſem videbamur habere, videntes & recognoſcentes tuam & eccleſiæ Trevirenſis juſtitiam, wirpimus, & penitus abſtipulamus. Omnia etiam caſtra, omnes villas & poſſeſſiones, ad tuum epiſcopium pertinentes eo modo, & tenore, quousque ad tua tempora eccleſia Trevirenſis poſſedit & poſſidet, ſic tibi & tuis ſucceſſoribus in perpetuum habenda & poſſidenda libere concedimus & confirmamus. Et ut hæc, quæ ita rationabiliter & celebriter facta ſunt, ſuccedentibus temporibus rata & inconvulſa debeant permanere, hanc præcepti noſtri paginam aurea bulla noſtra inſigniri juſſimus, adhibitis teſtibus idoneis, quorum nomina hæc ſunt: Henricus Tullenſis epiſcopus. Albertus Virdunenſis epiſcopus. (*g*) Retherus Prumienſis abbas. Gerhardus Epternacenſis abbas. Berdoldus abbas S. Eucharii. Ludovicus abbas de S. Maria. Godefridus abbas S. Martini. Gregorius abbas de Toleya. Adelhelmus abbas de Mediolacu. (*h*) Folmarus abbas de Ruthela. Richardus abbas de Sprengersbach. Albertus præpoſitus Aqueoſis. Godefridus præpoſitus majoris eccleſiæ. Rudolphus decanus. Alexander archidiaconus. Conradus præpoſitus S. Paulini. Bruno præpoſitus S. Caſtoris. Rubertus præpoſitus de Palatiolo. (*i*) Signerus abbas de ſancto Maximino. Conradus Palatinus comes Rheni & advocatus eccleſiæ. Mathæus dux Lotharingiæ. Fridericus dux Suevorum filius Conradi regis. Henricus de Limpurg. Henricus comes Namurcenſis. Simon comes de Sarbrucken. Godefridus comes de Spanheimb. Volmarus comes de Caſtele. Volmarus comes de Kirperg. Gerlacus comes de Veldenze. Henricus comes de Cazenelenbogen. Everhardus comes de Sayne & frater ejus Henricus. Hermannus comes de Virneburg. Theodericus comes de Are & patruus ejus Ulricus. Florentinus comes Hollandiæ. Simon comes de Claravalle. Henricus comes de Thuingen. Berngerus de Ravenſtein. Bruno de Burcowe. Ulricus de Warthuſen. Metfridus de Numagen & ejus frater Eberhardus. Cuno de Malburg. Wiricus de * Bechtingen. Arnoldus de * Serich. Ulricus de . . . . Conradus de Bobbarden. Wolframus de Petra. (*k*) Rudolphus de Eltz. Wilhelmus mariſchalus. Gerhardus de Eſch. Ludo-

* Bettingen. * Sirck.

N O T Æ.

(*f*) *Caſtrum quod Trys dicitur.*] Paulò ſupra Caradunum, ultra dexteram defluentis Moſellæ ripam, excelſo à colle, loco anfractoſo & undique prærupto ſitum. Ratione hujus caſtri anno 1148. pugnatum inter Alberonem Archiep. & Hermannum II. Com. Palatinum. Factum his verbis refert Kyriander *Annal. Trev. Part. XI. p.* 128. „ Cùm Palatinus Comes Hermannus caſtrum „ Triſs occupâſſet, operibusque muniviſſet, id „ cum attinente terra Comes Otto de Reinecka „ ceſſit Alberoni & Eccleſiæ Trevirenſi recupe„ randum; quamobrem mox ab Alberone obſi„ deri cœpit. Adducente autem cohortes ſuas „ Palatino, Epiſcopus triduo pugnandi copiâ fa„ ctâ talem ad milites orationem habuit: O vos „ amici B. Petri . . . . Hæc eſt crux, in qua Her„ mannus Comes Palatinus mihi juravit fidelita„ tem die illa, qua *advocatum Eccleſia noſtra* „ *ipſum conſtitui*, die, qua illas vices illam„ que potentiam ei contuli, per quam me modo „ infeſtat &c. . . . . Comiti Namurcenſi vexillum „ commiſit: ipſe ſuis manibus crucem geſtabat. „ Hæc cum nuntiata eſſent Palatino, Legatos de „ pace miſit, & uti præſidium ſuum caſtro abire „ permitteretur, optionit, Epiſcopus caſtro poti„ retur. „ Hæc igitur occaſio, ob quam Hilliaus à Friderico Imp. confirmationem obtinuerit de hoc caſtro, in quo idem Præſul turrim exſtruxit.

(*g*) *Retherus Prumienſis Abbas.*] Poſt *Adalberonem* Archiepiſcopum, quem vigeſimum quartum Abbatem Prumienſem memorant ejusdem Cœnobii Faſti (vid. *Not.* 4. ad Epiſt. Cleri Treviren. de anno 1131.) recenſetur *Godefridus* ex Comitibus de Hoſteden, quem excepit hic noſter *Retherus*, ſeu Rettherus de Malburgh. Knauff *Defenſ. Prumien. p.* 45.

(*h*) *Folmarus Abbas de Ruthela.*] Hodie *Röttel* ſupra Syrck; nunc Cœnobium Carthuſianorum, quod eo tempore erat Abbatia Benedictinorum.

(*i*) *Signerus Abbas de S. Maximino.*] Idem ille eſt, qui *Sigerus*, ſeu *Seyberus*, de quo nos ad Bullam Innocentii PP. de an. 1140. Fruſtra enim & cavilloſè Zylleſius *Defenſ. S. Maxim. pag.* 95. hìc diverſitatem quærit ex nominum in una ſaltem litera differentia; cùm nec ipſi Faſti Sao-Maximiniani niſi unius Sigeri nomen prodant, qui Cœnobio circa hæc tempora præfuerit, ſeu Abbatis, ſeu Adminiſtratoris titulo. Apparet autem ex hoc Sigeri Abbatis teſtimonio, ipſo conſentiente geſta fuiſſe, quæ hoc præcepto agit Fridericus Imp. Add. Confirmat. Abbatiæ de Bello-campo *h. an. Not. e.*

(*k*) *Rudolphus de Eltz.*] Hactenus nullum ex illuſtri hac, & in Treviratu etiamnum florentiſſima gente, in patriis documentis legeram.

CCCXCVI.

Ludovicus, Fridericus, Hermannus & & frater ejus Walterus. Fridericus de Marceio. Godefridus de Bretſcheidt. Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictiſſimi Auguſti. Datum Treviris VIII. idus Januarii, indict. V. anno dominicæ Incarnationis MCLVII. regnante glorioſiſſimo domino Frederico Romanorum imperatore invictiſſimo, anno regni ejus V. imperii vero II. Ego Reinaldus cancellarius vice Arnoldi Moguntini archiepiſcopi & archicancellarii recognovi.

CCCXCVII.

1157. 7. octobr. Adrianus IV. Papa præcipit Provinciæ Trevirenſi obedire Hillino, tanquam Legato per totum Teuthoniæ regnum conſtituto.

ADrianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus * S. Metenſi, Henrico Tullenſi, & * A. Virdunenſi epiſcopis, & dilectis filiis abbatibus, prepoſitis, decanis & univerſis eccleſiaſticis perſonis, aliisque Dei fidelibus per Trevirenſem archiepiſcopatum conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quanto venerabilis frater noſter Hillinus Trevirenſis archiepiſcopus a ſue promotionis tempore majorem ſacroſancte Romane eccleſie reverentiam & ſubjectionem impendit, tanto nos, quod in ea, licet immeriti, miniſtramus, eum ſpecialius inter alios eccleſie filios, duximus honorare, & ipſo effectu operis indicante ampliori nexu diligere caritatis. Et ideo communicato fratrum noſtrorum conſilio ei (*a*) per univerſum Teuthonicum regnum vices noſtras indulſimus, ut ibi legationis officio apoſtolice ſedis auctoritate fungatur, plenariam a nobis recipiens poteſtatem, quecunque fuerint corrigenda corrigere, &, que ordinanda viderit, ordinare. Cum autem vos jure metropolitico eidem fratri noſtro ſubjecti debeatis & obedientes exiſtere, & omnimodam ei devotionem ac reverentiam exhibere, univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ei tanquam apoſtolice ſedis legato, & cui vices noſtras in hac parte duximus indulgendas, jure legationis ſtudeatis, ſicut nobis ipſis, ſpecialius & diligentius inter alios obedire, & his, que in epiſcopatibus vel parochiis veſtris corrigere vel ordinare voluerit, contraire nullatenus preſumatis. Datum Alatri nonis Octobris.

* Stephano.
* Alberto.
(*a*)

CCCXCVIII.

N O T A.

(*a*) *Per univerſum Teuthonicum regnum vices noſtras indulſimus.*] Hanc auctoritatem, & novæ dignitati annexam poteſtatem, ægrè tulerat Arnoldus Moguntinus, de quo Joannes Latomus in Catalogo Archiep. Mogunt. ad an. 1155. quem edidit Menckenius *Tom. III. ſcript. Germ. pag.* 502. *Cum quorundam livor Arnoldum exagitaret, atque ipſe Hillinus Trevirenſis antiſtes jurisdictionem in Moguntinum & alios Germaniæ Epiſcopos vendicaret, ut coactus ſit Romano Pontifici illatas ſibi injurias exponere: à quo honorifice ſuſceptus etiam Apoſtolicam Legationem promeruit, eoque nomine Moguntiæ cum magna gratulatione introducitur.*

CCCXCVIII.

FRIDERICI I. IMP.

1157. Literæ ad Hillinum Archiepiſcopum Trevirenſem adversùs Adrianum IV. Papam, in quibus fit ampliſſima mentio primatûs Eccleſiæ Trevirenſis. (*a*) (a)

Goldaſtus Conſt. Imp. Tom. I. p. 265.

CUm imperatoria dignitas imperialibus armis pacem eccleſiarum ubique tueri debeat, imperialem manum adverſum ſe commovet, qui pacem eccleſiarum diſturbat, judicium quippe portabit, quicunque eſt ille; diſturbat autem pacem eccleſiarum, qui reus eſt majeſtatis, reus eſt majeſtatis, qui imperatoriæ derogat dignitati, cum enim pax eccleſiarum ex imperatoria dignitate vigeat, paci eccleſiæ ſtuder, qui imperatoriæ non detogat dignitati. Itaque cum paria ſint, pax ſcilicer eccleſiarum, & imperatoria dignitas, quia unum absque altero non conſiſtit, utpote nec imperatoria dignitas ſine pace eccleſiarum, neque pax eccleſiarum ſine imperatoria dignitate, qui unum offendir, offendit & aliud, quia, qui dixit, Deum timete, idem ſtatim ſubjunxit, regem honorificate, ut per hoc clareſceret, quod Dei timor, regis eſſet honor, & è converſo regis honor, Dei eſſer timor; qui regem inhonorat, Deum non rimet, inhonorar autem, qui dicit, eum ab homine accepiſſe illud; cum enim (juxta apoſtolum) omnis poteſtas a Deo ſit, mendacii reus eſt, qui dogmatiſat, ab homine eſſe, quod a Deo conſtat eſſe. Pax itaque noſtra & regnum a Deo eſt, qui etiam ante mundi conſtitutionem elegit nos, ut per nos adminiſtraretur pax eccleſiarum. Sed quia vos plurima pars eſtis de numero lætantium in pace eccleſiarum, utpote columna & baſis eccleſiarum, quam & Petrus aliquando ſuo ditavit baculo, ſicut ipſe poſt Deum, ita vos poſt Petrum gubernate res eccleſiæ, hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, ubi reptilia, quorum non eſt numerus, animalia puſilla cum magnis; in baculo Petri remigetis in tranquillum charitatis portum, ancboram fidei veſtræ figatis, innixique baculo Petri, non ſitis arundo vento agitata, nec, ùt quidam ajunt, vos eſſe baculum arundineum, cui, ſi innixi fuerimus, perforabitis manum noſtram. Conquerimur dilectioni veſtræ, quod nuper in curia Biſantii, dum de ſtabilitate regni & pace eccleſiarum debita ſolicitudine tractaremus, apoſtolicus ſcripro nobis mandavit, quod præ oculis mentis haberemus, quomodo ipſe nos in thronum regni coronaverit, & neque inde pœnituerit eum, ſi majora etiam beneficia noſtrâ excellentia ab eo accepiſſet. Ecce audiris blasphemiam, recolite librarios, & cunctamini antiquarios veſtros, & videte, ſi auditum ſit tale verbum in diebus eorum, in diebus antiquis. Sed nec patres noſtri añunciaverunt nobis, quod unquam regnum alicui auguſtorum ab aliquo apoſtolicorum beneficiatum ſit, ſicut iſte veſanæ mentis vir ſcripſit, (*b*) ſe nos inbeneficiaſſe pro eo ſolo, quod ſolum unctionem per reverentiam B. (b)
Petri ab eo accepimus. Ecce ſchiſma, quod niſi Deus avertat, inficier totum corpus eccleſiæ juxta illud: Neceſſe eſt, ut veniant ſcandala. Sed quid ſequitur? væ autem illi, per quem veniunt ſcandala. Per nos igitur non veniunt, ſed per illum, qui ſe dicit vicarium Petri & non eſt, quia ſi in viridi ligno

NOTÆ.

(*a*) Epiſtola, quæ ſtomachum adeo moveret Imperatori adversùs Pontificem, extat apud Baronium *Tom. XII. ad ann.* 1157. n. 2. 3.

(*b*) *Se nos inbeneficiaſſe.*] Qualiter *beneficii* vocabulum hic intellexerit Adrianus, deinde explicavit ipſe in epiſtola apud Radevicum *Lib. I. de Geſtis Frider. Cap. XXII. pag.* 490. ita ſcribens: *Licet hoc nomen, quod eſt beneficium, apud quosdam in alia ſignificatione, quam ex impoſitione habeat, aſſumatur, tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quam nos ipſi poſuimus, & quam ex inſtitutione ſua noſcitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto eſt editum, & dicitur beneficium apud nos non feudum, ſed bonum factum . . . . . Et tua quidem magnificentia liquido recognoſcit, quod nos ita bene & honorifice imperialis dignitatis inſigne tuo capiti impoſuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus judicari.* Conf. Guntherum *Lib. VI. Ligurini Verſ.* 316. *ſeqq.* 340. *ſeqq.* 359. *ſeqq.* 534.

CCCXCVIII.

ligno hoc facit, quid in aridu fiet? Tribus toxicatis nos de mammona iniquitatis ſuæ appetiit, videlicet, quod nos in regnum coronaverit, & neque inde pœnituerit eum, ſi majora beneficia ab eo ſuſcepiſſemus; videamus igitur, ſi hæc vera ſunt. Certe nobis coronam per electionem principum impoſuimus: nihil niſi ſolam unctionem ab eo accepimus: & ubi eſt beneficium, quod ab eo conſecuti ſumus? Quæ eſt ergo illa pœnitentia? Et ubi ſunt majora beneficia? An poteſt eſſe majus beneficium, quam Romanum mperium? Nos ipſi nobis coronam impoſuimus. Regnum non ab eo, ſed a Deo ſuſcepimus. Videte ergo, qualiter mentitus ſit, ſed quia ipſe ſibi beneficia uſurpavit ſine conſenſu noſtru; & Viterbium, cameram regni, fecit ſibi ſedem, præponens caudam capiti & ancillam præferens dominæ.

Et quia te teſte nunquam pejus agitur divinum ſervitium, quam Romæ, ubi domus Petri facta eſt ſpelunca latronum & habitatio dœmonum, & ubi ille alter Simon hæreſiarcha quærens ſua, non quæ Jeſu Chriſti, cuncta ſpiritualia habet venalia: Nos judicabimus eum in virga regni noſtri, & requiremus ab eo, quæ noſtræ ditionis ſunt, urbes & caſtella, munitiones & oppida, quæ in tota tenet Apulia, & videbimus, quis liberet de manu noſtra.

Excommunicationem ejus non timebimus, quæ per tantum apud ſuos vilipenditur, deſpicitur, negligiturque. Numquid poteſt nos excommunicare paries dealbatus? tumens in ſupercilio phariſæorum, mortificans animas quæ non moriuntur, & vivificans, quæ non vivitant. Nonne magis ſecundum B. Gregorium ligandi ſolvendique poteſtate ſe privat, qui hanc pro ſuis voluntatibus, non pro ſubjectorum meritis exercet? Quid ejus cis alpes timemus excommunicationem? dum trans alpes ipſi vulgares parvi pendunt ſuam excommunicationem, Romæ in ſede ſua vilipenditur cum ſua excommunicatione; & nobis tam gravis eſt ſua indignatio?

Ecce qualis ſubſannatio! Certe vos ipſe vidiſtis & audiſtis, quam deriſui nos habuerint, vocantes nos ſtultos Alemannos, quod ad præceptum ejus ſtaremus ſubjecti, quorum dexteras totus orbis ferre non poſſet. Igitur quia (c) vos Primas eſtis cis alpes, & (c)
cor regni, & metropolis illa veſtra, Treveris inquam inclyta, quæ inconſutili præpollet tunica Domini, veſtro conſilio & auxilio ſummam & myſterialem inconſutilem tunicam Domini, id eſt Emath, de manu illius Amorrhæl, videlicet apoſtolici, a quo hucusque ſciſſa & diviſa forte, & in jus Ægyptiorum rurſum vendita eſt, eruemus. Non enim per oſtium, ſed aliunde aſcendit in ovile, fur quippe eſt & latro.

Nos in brachio regni & arcu extento eam eruemus, & vobis, qui ideo ſecundæ Romæ præeſtis, ut ſi ille deviaverit, vos econtra confirmetis fratres veſtros: quod & vobis in baculo ſuo Petrus tradidit, ſicut ipſe a Domino accepit, ut ſolus ſitis inter omnes poſt Petrum, ſicut ipſe poſt Chriſtum, Emath Dei regendam in vice Petri, imperiali authoritate committimus, ut omnes de regno noſtro cis alpes non Viterby ad novam Romam, ſed (d) (d)
Trevirim ad ſecundam Romam veniant, qui in cauſa ſua ſecundum judicium & juſtitiam, non nummo cooperante, ſicut Romæ, ubi nummus regnat & imperat, quæſtiones ſuas exequantur, dum Deus tantum ſit in cauſa, & ideo Deus merces operis.

Nonne & hoc Petrus factis oſtendit, dum vobis baculum ſuum præſcius futurorum tradidit? quod adhuc tota dignitas apoſtolici ad vos tanquam metro-

N O T Æ.

(c) *Vos Primas eſtis cis alpes.*] Vid. Diſſert. Sæculo XI. præfixam §. 7. & 8.

(d) *Omnes de regno noſtro Trevirim ad ſecundam Romam veniant.*] Diximus jam ſuprà ad Bullam Joannis XIII. de anno 969. jus convocandi concilii Provincialis ſeu Nationalis, partem eſſe Primatûs; id quod hoc loco firmatur, inſimulque Trevirenſem Primatum quoad nonnullos effectus ad omnes Imperii Germanici terras ſe ſe diffundere demonſtratur. Conf. Diſſert. Sæculo XI. præfixam §. 8. & præceptum Adriani PP. IV. de 7. Oct. 1157. *in Not.* Addimus tamen hìc, non fuiſſe penes Germaniæ Primatem convocare Concilium nationale, ſed ad hoc opus fuiſſe Imperatoris auctoritate; accedente etiam nonnunquam Rom. Pontificis aſſenſu.

CCCXCVIII.

metropolitanum quaſi hæreditario jure derivaretur. Nonne ideo adhuc apoſtolicus ſine baculo eſt, ut vos ſitis in baculo ejus? Igitur hæres Petri contra eum, qui ſe dicit vicarium Petri, & non eſt, inſurgite, & ſuffraganeos veſtros Metenſem, Tullenſem & Verdunenſem, ubi vobis & regno ſubſcribant, efficite, & vos columna regni, pro regno, quod jam titubat, viriliter ſtate, & ſtando, quis & quis ſitis, factis oſtendite, ut per vos cæteri nobis fideliter aſſiſtant, & filiis Belial unanimiter, prout Dominus dederit, reſiſtant.

CCCXCIX.

1157. ## Hillinus Archiepiſcopus Trevirenſis, apoſtolicæ ſedis Legatus, confirmat fundationem Abbatiæ de Bello-campo.

Calmet, *Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob. p.* 351.

Hillinus Dei gratia Trevirenſis homilis miniſter & ſervus, apoſtolicæ ſedis legatus, dilectis fratribus Durando abbati, & eccleſiæ Belli-campi ejusque fratribus tam præſentibus quam futuris canonicam vitam profeſſis, in ſancta ac Deo placita converſatione vitam finire. Quotiens a nobis illud petitur, quod rationi & honeſtati convenire cognoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium; eapropter, dilecti filii in Domino, fratres, veſtris precibus juſtisque poſtolationibus inclinati clementer annuimus, & poſſeſſiones veſtræ eccleſiæ collatas, præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quæcunque poſſeſſiones, quæcunque bona in terris cultis & incultis, ſylvis aut paſcuis a venerabili prædeceſſore noſtro (a) archiepiſcopo Alberone, fundatore loci veſtri, ſeu a nobili viro Petro germano ejus, nec non etiam a Beatrice nepte ſua, & filiis ejus Seguino & Gerardo, ſeu ab eorum familia, vel ab aliis veſtræ eccleſiæ collatæ ſunt rationabiliter, quæcumque etiam ab eis vel ab aliis Dei fidelibus juſtis modis conferentur, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus, & illibata permaneant; in quibus hæc congruum duximus propriis exprimenda vocabulis. Quicquid ſcilicet prædictus archiepiſcopus Albero (b) in allodio de Moſteruel in quoslibet uſus ſuos terris cultis & incultis, ſylvis, vineis, pratis, banno diſtricto, ſervis & ancillis, illis, quos pro ſua vobis devotione donavit, eodem jure & eadem libertate, qua ipſe hæc eadem poſſidebat: altare de Moſteruel parochiale, & quidquid per presbyteratum pertinebat, quod utique rogatu prædicti archiepiſcopi venerabilis frater noſter Henricus Tollenſis epiſcopus aſſenſu Hugonis archidiaconi & totius ſuæ eccleſiæ, vobis contulit, ſalvo nimirum cen-

N O T Æ.

(a) *Archiepiſcopo Alberone, fundatore loci veſtri, ſeu a nobili viro Petro germano ejus.*] De his ita Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. II. Liv. XXI. n. 72. p.* 52. „ Ces deux freres formerent enſemble le deſſein de fonder ſur leur „ terre une Abbaye de Chanoines Reguliers. „ Joan. de Bayon *C.* 70. *Belli-campi Eccleſiam* „ *a fundamentis erigens, patrimonialibus do-* „ *tavit reditibus, & prædiis in ſolo patrio.* „ Qui s' établirent d' abord au Village de Mé- „ honcourt. Ruyr *Antiquitez de Voſge L. IV.* „ *C.* 8. *p.* 430. d' ou ils paſſerent enſuite au „ Mont de la Trinité, où ils bâtirent une egliſe „ dédiée à Notre-Dame, & à Saint-Barthelemy. „ Durand en fut le premier Abbé. On fixe ſa „ fondation en l' an 1133. & Hillin Archevêque „ de Treves donna en 1157. un privilége, par le „ quel il confirme cette fondatiou, & ou il rap- „ pelle les noms de Pierre de Mouſterol ou Mon- „ treuil, & d' Alberon, fondateurs de ce Mo- „ naſtere. L' armée Proteſtante brûla cette Ab- „ baye en 1587. & l' incendie en conſuma la „ plupart des chartes & des documens.

(b) *In allodio de Monſteruel.*] D. Calmet *l. cit.* „ Alberon de Monſterol ou de Montreuil „ étoit d' une ancienne famille de Lorraine, dont „ le château, nommé Monſterol, étoit prés du „ lieu, ou eſt aujourd' huy l' Abbaye de Belcamp, „ habitée par des Chanoines Reguliers. Ce châ- „ teau eſt aujourd' huy entierement ruiné; il n' „ en reſte que quelques veſtiges; mais ſon nom „ ſubſiſte encore dans une colline à un quart d' „ heuë de l' Abbaye.

CCCXCIX.

cenſu ſex nummorum Tullenſis monetæ in autumnali ſynodo a vobis archidiacono perſolveodo ; allodium de Iſencourt cum omnibus utilitatibus ſuis, nec non etiam eccleſiam ejusdem loci, cum decimis, in eadem libertate habenda & poſſidenda, qua hæc omnia ipſe poſſidebat; allodium cum parte decimarum de Waſſoncourt cum uno molendino; allodium de Villare; allodium de Haſay, ſalvo cenſu quatuor nummorum eccleſiæ ſancti Manſueti in feſto ejusdem annualiter a nobis perſolvendo; præterea quidquid prædictus Petrus germanus ejusdem archiepiſcopi in præfatis allodiis habuit, & eccleſiæ veſtræ conceſſit. Præter hæc omnia allodium de Mallenviller cum eccleſia & altari & decimis; allodium de Nolferes; allodium de Bullinville; allodium cum ſamilia de Haigneville, medietate quoque decimarum & utilitatibus ejusdem allodii; allodium de Baſampont, cum omnibus utilitatibus ſuis; allodium de Roſcolis, quod dedit dominus Albertus decanus ſancti Deodati per manum piæ memoriæ papæ Eugeoii, ita integre, ſicut ipſe & pater ſuus poſſedit. Præterea allodium de Barunville, quod vobis contulit dompnus Petrus frater archiepiſcopi Alberonis conſtitutus Hieroſolymis, teſte Henrico Tullenſi epiſcopo, Richardo de Chamenges, Symone de Parroya, Olrico de Noviller, & quibusdam aliis de ſamilia ejusdem nobilis viri Petri, ea integritate, qua illud ipſe poſſederat; allodium de Chermeyaco; eccleſiam de Dompna libaria cum altari & decimis; ſeſſum molendini ſuper Mozellam, quod vobis contulerunt dompnus Theodoricus & Olricus frater ejus, cum piſcatione per totum ban-
(c) num eorum. (c) Duos ſeſſus apud vicum; decimas eccleſiæ de Villacourt, cum conductu, quas vobis contuleruot Gerardus advocatus & Warnerus frater ejus in præſentia noſtra & Tullenſis epiſcopi, ea libertate & tenore, qua ipſi prædeceſſores eorum tenuerant, teſtibus his, qui interfuerunt, Rorico archidiacono, & multis aliis. Sed quia controverſia interceſſit inter nos & archidiaconum Roricum de præbenda presbyteri, idem Roricus, aſſenſu veſtro in præſentia epiſcopi, teſtibus magiſtro Bonone & decanis tribus, Balduino Spinalenſi, Madrico de Floremont, Waltero de Port conceſſit vobis duas partes decimarum, & duas partes oblationum & ſepulturarum & omnium ad altare pertinentium, ſuper his paſturam, quam vobis conceſſit comes Hugo Wademontis & poſtea Gerardus filius ejus per totum bannum de Muriville, ſine paſtione tamen. Si antem dampnum cuique pecora veſtra negligentia paſtorum intulerint, absque juſtitia damnum reſtituetis. Idem vobis conceſſit Olricus filius Albrici de Archis in banno ſuo de clauſuris. Hæc omnia prædicta authoritate domini papæ & noſtra vobis confirmamus, ſtatuentes, ut ſiquis de his aliquid refringere præſumpſerit, a communione ſanctæ Dei eccleſiæ ſeparetur, donec congrua emendatione ſatisfecerit. Daum (d) Treviris in ſynodo au- (d)
tumnali, anno ab incarnatione Domini MCLVII. Teſtibus epiſcopo Virdunenſi Alberto, dompno præpoſito Godefrido, dompno Brunone archidiacono, Alexandro archidiacono, Johanne archidiacono, Baldrico magiſtro ſcholarum, Henrico cantore, magiſtro Bonone, dompno Coorado præpoſito S. Paulini, (e) Sigero abbate S. Memmij, Ber- (e)
tolpho abbate S. Eucharij, multisque aliis religioſis viris.

CCCC.

N O T Æ.

(c) *Duos ſeſſus.*] Duplici notione verbum *ſeſſus* accipitur. *Primò*, pro loco idoneo ad conſtruendum ædificium. *Deinde*, pro loco, in quo ſal conficitur, ſeu in quo caldariæ ſalinariæ conſiſtunt. Vid. du Freſne *Voc. Sedes.* In poſteriori autem hic intelligendum arbitror.

(d) *Treviris in ſynodo autumnali.*] Suprà etiam occurrit mentio autumnalis ſynodi; unde apparet, duarum annuarum ſynodorum congregatione antiquos Eccleſiæ Canones in Trevirenſi provincia fuiſſe obſervatos. *Synodi autem fiant* (nimirum Provinciales) *una quidem*, ait ſynodus Nicæna *Can.* 5., *ante quadrageſimam, ut omnibus animi ſordibus ſublatis, purum munus Deo offeratur: ſecunda autem autumni tempore.* Hunc Canonem renovantes Patres Concilii Antiocheni anno 341. *Can.* 20. ſtatuerunt, *ut propter uſus eccleſiaſticos, & pro componendis controverſiis ſynodi Epiſcoporum in unaquaque Provincia fiant bis in anno.*

(e) *Sigero Abbate S. Memmii.*] Sic perperam editur; legendum autem *S. Maximini.* Unde concluditur, Sigerum, etiam poſt ea, quæ inter Archiepiſcopos noſtros & Abbatiam S. Maximini acta hactenus meminimus, Hillino, ùt decuit, adhæſiſſe; videmus enim eum omnibus deinceps actibus ſolemnibus Hillini interveniſſe.

CCCC.

1158. 9. Martii.

Cambium, quo caſtrum & curtis Naſſauwe cum pertinentiis acquiruntur Hillino Archiepiſcopo pro XIX. manſis & duabus areis in Pertinheim.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Conradus prepoſitus, Nibelungus vice-dominus & theſaurarius, Henricus decanus, Hermannus magiſter ſcholarum, Henricus cantor, ceterique primores & canonici Wormatienſis eccleſie de Domo, univerſis Chriſti fidelibus, tam preſentibus quam futuris, ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Quoniam rerum geſtarum veritas longioris proceſſu temporis ambigua plerumque ſolet reddi vel incerta, idcirco que ad hoc fiunt, ut in perpetuum permaneant, literarum ſuffragio memorie neceſſario ſunt commendanda. Eapropter tam preſentem etatem, quam ſucceſſuram poſteritatem ſcire volumus, qualiter cum venerabili domino Hillino Trevirorum archiepiſcopo apoſtolice ſedis legato convenerimus, & ei caſtrum de * Naſſouwe & curiam adjacentem, que ad elemoſinam noſtram cum omni integritate ſua, ſicut inferius continetur, pertinere noſcebatur, in concambium & commutationem tradidimus: ſiquidem jam dictum predium de Naſſouwe, quod ſitum in pago de Logene, XL. manſos continet, a longe retroactis temporibus libera donatione felicis memorie Acechonis quondam epiſcopi noſtri nobis traditum quiete tenuimus, & legitimo titulo poſſedimus. Enimvero predictum caſtrum de Naſſouwe anteceſſores Ruberti & Arnoldi de Luremburg per violentiam aliquando occupaverunt, & ipſi in eandem injuriam ſucceſſerunt; ſed temporibus Lotharii imperatoris, ob diutinam querelam Buggonis quondam epiſcopi noſtri & frattum noſtrorum, judiciaria principum ſententia eccleſia noſtra contra eos idem Wormatie obtiouit. At quoniam prenominatum predium magis a nobis erat, quam vellemus, remotum, & ideo minus commoditatis exiode reciplebamus, diſpendium vie & expenſarum vitare cupientes, caſtrum idem & eandem curiam, ſicut cum omni integritate ſua a jam dicto Acechone epiſcopo nobis collata fuerant, deliberato diligentiſſime clericorum & laicorum eccleſie noſtre conſilio, per conſenſum & manum domini noſtri epiſcopi Conradi & Symonis comitis de Savebruke noſtre majoris domus advocati, predicto domino Hillino Trevirenſi archiepiſcopo, & per eum ſucceſſoribus ſuis canonice ſubſtituendis, cum omnibus appendiciis ſuis, terris cultis & incultis, pratis, campis, paſcuis, vineis, arcis, fluviis, aquis aquarumve decurſibus, molis, molendinis piſcationibus, venationibus, utriusque ſexus mancipiis, exitibus & reditibus, ſeu cum omni utilitate ad idem predium pertinente, omni proprietatis jure & uſu habendam & poſſidendam delegatione legitima donavimus. Sane loco commutationis & concambii a ſepedicto D. archiepiſcopo in curia ſua de Pardenheim, que nobis erat vicinior, XIX. manſos, qui tunc temporis XII. libratas reddebant, cum additione unius curtis X. nummos perſolventis, nihilominus per manum Folmari comitis de Caſtele ipſius curie advocati in perpetuum poſſidendos, necnon & aream unam de decretali ipſius archiepiſcopi conſenſu recepimus, excepta nimirum in omnibus & per omnia decima, & ipſa, que de manu ſepedicti archiepiſcopi tenetur advocatia. Ut autem legitimum hujus mutue traditionis concambium poſteris ad memoriam trausmittatur, & remoto omnis ambiguitatis ſcrupulo ratum & incouvulſum futuris temporibus teneatur, preſentem paginam inde conſcribi, & ſigillo noſtro fecimus roborari. Statuentes, ut ſi aliqua eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc ooſtre traditionis paginam ſciens contra eam venire temptaverit, uec ſecundo tertiove commonita reatum ſuum congrua ſatisſactione correxerit, Indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus incurrens anathema ſiat, & in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hic fructum bone actioois percipiant, & in futuro apud remuneratorem omnium premia eterne ſalutis inveniant. Hujus concambii teſtes ſunt de clero Wormatienſis eccleſie: Conradus prepoſitus de Domo, Conradus prepoſitus de Nuenhuſin, Nybelingus cuſtos, Henricus decanus, Sifridus prepoſitus de Wimppina, Conradus pre-

* hodie *Naſſau.*

CCCC.

ptepoſitus S. Andree, Sifridus prepoſitus S. Martini, Heremannus magiſter ſcholarum, Henticus cantor, Henticus qui dicitur inſans, Adelbertus, Wernerus, Burchardus, Sifridus, Rupertus, Witmarus, Odalricus, Marquardus, Anno, Starcradus, Eberhardus, Hartwicus. Hij ſunt teſtes de clero Trevirenſi: Godefridus prepoſitus majoris eccleſie Trevirenſis, Rudolphus decanus, Alexander archidiaconus, Bruno archidiaconus, Johannes archidiaconus, Sigerus abbas S. Maximini, Bertolphus abbas S. Euchatii, Lodowicus abbas S. Marie, Godefridus abbas S. Martini, Richatdus abbas Sprenkerbacenſis, Randolfus abbas de Clauſtro, Conradus prepoſitus S. Paulini, Walterus decanus S. Simeonis, Reinerus majoris eccleſie canonicus. Hij ſunt teſtes de comitibus & de liberis: Symon advocatus majoris domus Wormatienſis eccleſie, Folmarus comes de Caſtele, Conradus comes de Kyrberch, Hennicho comes de Boymeneberg, Godefridus comes de Spaynheim, Gerlacus comes de Veldentze, Cuno de Mailberg, Walterus de Husm, Eberhardus de Burgenesheim, Eberhardus de Steyne, Theodericus de Hagene, Walterus de Brucke, Fridericus de Kirberch. Godefridus de Spicesheim, Godefridus de Wolmeringen, Henricus de Bruneshorn. Teſtes laici de miniſterialibus Trevirenſis eccleſie: Fridericus de Matci, Wilhelmus mareſchalcus, Gerardus de Heiſch, Theodericus de Sareburg, Walterus de Palatio, Criſtanus de Wolue, Boemundus Trevir, Reynerus de Winteriche, Fridericus, & Friderus pineerne, Jacob Lodoicus & Reynerus frater ejus de Reno, Lodoicus de Herenbrechtſtein, Walterus de Confluentia, & Odalricus, Recherus & Tythardus de Paffendorff. Miniſteriales regis: Hartwicus & Hamercho frater ejus de Crucenache, Wolframus de Petra, Otto de Schoneburg, Burchardus de Stalecke, Rembodo de Bynge. Teſtes laici de miniſterialibus Wormatienſis eccleſie: Sifridus & frater ejus Burchardus, Rembodo, Hezel, Wernetus & Giſilbertus fratet ejus, Henricus & frater ejus Rukerns, Conradus, Nibelingus, Sibodo, Gozmarus, Wolfradus. Acta ſunt hec in eadem curia Perdenheim, anno dominice incarnationis MCLVIII. indictione VII. epactis nullis, concurren. III. regnante domino Friderico imperatore, anno tegni ejus VII. Conrado Wangionum epiſcopo preſidente. Data Treviri VII. idus Martij. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Sequitur conſenſus Conradi Epiſcopi Wormatienſis in hoc concambium de eadem data. &c.

CCCCI.

1158. *8. April.* Hillinus Archiep. dat Comitibus Lurenburgenſibus Caſtrum Naſſouwe in feudum ligium & aperibile.

Hillinus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus, apoſtolice ſedis legatus, omnibus tam preſentibus, quam fututis. Que pro utilitate eccleſiarum rationabili providentia facta eſſe noſcuntur, ſcripto debent attentius commendari, ut futuris temporibus ſtabilitatem obtineant, & ut impoſterum tata permaneant, exinde homines vires indubitanter aſſumant. Inde eſt, quod omnibus Chriſti fidelibus notum eſſe volumus, quod caſtrum de Naſſouwe cum adjacenti curia & omni jure ſuo in dominium noſtrum & jus eccleſie noſtre omni uſu habendum & futuris temporibus poſſidendum rationabili concambii donatione a majori eccleſia Wormatienſi, cujus juris erat, translatum accepimus. Siquidem ſuper denominato predio primis & longis temporibus a fratribus majoris Wormatienſis eccleſie mota fuit controverſia, eo quod in eorum monte contra voluntatem ipſorum predeceſſores Ruberti & Ar-

noldi

CCCCI.

noldi de Luremburg caſtrum edificaverant, ſed tandem poſt diuturnam ventilationem jam dicta Wormatienſis eccleſia judicio principum in curia Lotharii imperatoris contra prenominatos viros idem caſtrum Wormatie obtinuit. Verum cum jam dicti viri & eorum heredes non idcirco poſſidere minus dimitterent, dicentes in eodem caſtro ſe aliquid proprietatis habere, & illi per ſedem apoſtolicam in eos cenſuram eccleſiaſticam non deſiſterent exercere, nos tantam diſcordiam & litis malitiam de medio tollere cupientes, conſiderantes etiam tam noſtre eccleſie commodum & utilitatem, quam ipſorum hominum & fidelium noſtrorum futuram pacem, cum prefata Wormatienſi eccleſia concambium fecimus, & in curia noſtra Pardenheim decem & novem manſos & duas areas, XII. lib. Moguntine monete tunc temporis perſolventes per manum Folmari comitis de Caſtele ejuſdem curie advocati ei aſſignantes, idem caſtrum & curiam adjacentem, XL. manſus continentem, ab eadem Wormatienſi eccleſia per manum Conradi Wormatienſis epiſcopi & Symonis comitis de Sarebrucka ipſius majoris eccleſie Wormatienſis advocati omni cum integritate recepimus. Poſtmodum vero, cum jam in pace & quiete in ipſius poſſeſſionis tenore eſſemus, Beatrix comitiſſa & coheredes ejus, ſcilicet filii Ruberti & Arnoldi de Luremburg nullam in aliquo litis occaſionem nobiscum habere volentes, nos & eccleſiam noſtram inſtanti prece plurimum rogaverunt, ut pro fidelitate & magno ſervitio, quod predeceſſores eorum eccleſie noſtre contulerant, & ipſi conferre poterant, ipſum caſtrum cum adjacenti curia eis in feodum concederemus, & ipſi nobis centum & quinquaginta marcas pro reſtauratione jam dicte curie noſtre Pardenheim, que propter hoc erat aliquantulum imminuta, perſolverent, & perſone noſtre & eccleſie quidquid in eodem caſtro jure allodii habebant, reſignarent. Quod per manus duorum liberorum hominum, Gerlaci de Iſemburch & Everhardi de Burgensheim judicio parium ſuorum in ipſo comitatu, in quo idem caſtrum ſitum eſt, mediante etiam Rembaldo de Iſemburch, qui tunc temporis eundem comitatum tenebat, factum fuiſſe ſciatis. Quod poſtquam factum fuit, deliberato eccleſie noſtre liberorum & miniſterialium noſtrorum conſilio, quidquid juris in prenominato caſtro, ſive per predictam concambii rationem, ſive per ipſorum, comitiſſe videlicet & coheredum ejus Ruberti & aliorum donationem habebamus, & curiam adjacentem eis jure feodi in hunc modum conceſſimus, ut omni tempore, omnibus in neceſſitatibus noſtris, contra omnes homines nobis & ſucceſſoribus noſtris canonice ſubſtituendis idem caſtrum libere & absque alicujus contradictione, ita tamen, quod de feodo ſuo nihil amitterent, pateret, & ejusdem caſtri cuſtodes nobis & ſucceſſoribus noſtris fidelitatem facerent, & in ſignum, quod noſtre ſit proprietatis & eccleſie noſtre, locum in eodem caſtro ad edificandum nobis domum & capellam retinuimus; qui noſter erit proprius, cum ibidem preſentes fuerimus, & cum inde receſſerimus, cum predicta poſſeſſione ipſis in jus redibit feudale. Noveritis etiam quod easdem CL. marcas in manu quarundam perſonarum eccleſie noſtre liberorum & miniſterialium noſtrorum poſuimus, & ut ex eis aliquod allodium emeretur pro reſtauratione curie noſtre Pardenheim, que nobis aliquantulum imminuta videbatur, precepimus. Statuentes, ut ſi aliqua eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam venire temptaverit, nec ſecundo, tertiove commonita reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus anathema fiat, & in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus hic fructum bone actionis precipiant, & in futuro apud remuneratorem omnium premia eterne ſalutis inveniant. Hujus rei teſtes ex noſtra, & ex parte prefate comitiſſe & coheredum ejus dati obſides fuerunt, quorum nomina hec ſunt: Godefridus prepoſitus majoris eccleſie, Rudolphus decanus, Alexander, Bruno, Johannes archidiac. Sigerus S. Maximini, Bertholphus S. Eucharii, Ludowicus S. Marie, Godefridus S. Martini, Richardus Sprenkersbacenſis, Randolfus de Clauſtro, abbates. Conradus S. Paulini, Rubertus Palatiol. Witi-

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

CCCCI.

Wiricus Monaſterii, Bruno S. Caſtoris, prepoſiti. Petrus Tullenſis archidiaconus & cuſtos majoris eccleſie, Reynerus capellanus. Reimbaldus comes & Gerlacus nepos ejus de Iſembureh, Henricus comes de Seyna, Lupaldus de Erembretſtein, Fridericus de Brubach, Everardus de Burgen, Winricus de Bettingen, Wiricus de Numagen, Albero de Kirpina, liberi. Fridericus de Marceto, Wilhelmus mareſchalcus, Gerardus de Aſcha, Fridericus & Friderus pincerne, Theodericus de Sareburch, Emblicho & Otto frater ejus, Ludowicus de Erembretſtein, Walterus de Confluentia & Gerlacus filius ejus, Jacobus, Ludowicus & Reinerus, Bohemundus & frater ejus Theodericus, miniſteriales. Qui ſequuntur, ex parte comitiſſe & coheredum ejus nobis & eccleſie noſtre dati ſunt in teſtes & obſides: Reymbaldus de Iſemburch, & Gerlacus nepos ejus. Henricus comes de Seyna, Rubertus comes de Berebach, Fridericus de Brubach, Everardus de Burgensheim, Egenolſus de Wrucheim, Udo de Hegere, Siſridus de Runckel, Siſridus de Beygen, liberi. Ludewicus de Hamerſtein, Wilhelmus mareſchalcus, Walterus de Confluentia, Roricus de Milena, Egenolſus & frater ejus Hardunc, Henricus Herbort, Waſmut, Lutherus, Gerardus, Rifridus, Everardus, Wuldericus, Heidenricus, Henricus, miniſteriales. Iſtis decedentibus ſucceſſores eorum hinc & inde hujus ipſius rei, ſicut condictum eſt, obſides exiſtant. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis MCLVIII. indictione VI. concurren. III. epactis nullis. regente domino Friderico, anno regni ejus VIII. imperii IIII. pontificatus vero noſtri VIII. legationis IIII. Data Treviris kal. Aprilis. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Conf. ad hanc & ſuperiorem chartam Brovveri *Annal. Trev. Tom. II. Lib. XIV. n.* 111. *&* *ſeq.*

CCCCII.

1158. 26. *April.*

FRIDERICUS I. IMP.

concedit Jus Argentariæ in Ulmeze & alibi in fundo eccleſiæ Trevirenſis Hillino Archiepiſcopo.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Rom. Imp. ſemper auguſtus, Hillino venerabili Treviren. eccleſie archiepiſcopo, apoſtolice ſedis legato, ejusque ſucceſſoribus in perpetuum. Imperialis excellentia majeſtatis, in cujus culmine auctore Deo reſidemus, que, quod decet, ſemper facere conſuevit, nos admonet & compellit, ut illos amplioris gratie vinculo nobis aſtringamus, & beneficiis dignioribus remunerare ſtudeamus, quos ad utilitatem & decus imperii fideliorem operam prebuiſſe, & nobis in oportunitatibus noſtris majora cognoſcimus ſervitia preſtitiſſe; qua nimirum conſideratione inducti tam preſentem etatem quam ſucceſſuram poſteritatem ſcire volumus, qualiter dilectiſſime nobis Hilline Trevirorum archiepiſcope, apoſtolice ſedis legate, omnem juſtitiam, quam in argentaria in Ulmeze & in toto monte adjacente de judicio principum habere videbamur, tam pro anime noſtre remedio, quam pro amore tuo & honeſto fidelique ſervitio, quod nobis in expeditione Italica & ante & poſt liberaliter & laudabiliter impendiſti, tibi, & per te tuis ſucceſſoribus cum ceteris regalibus in beneficio libere habendam conceſſimus, & in perpetuum legitimo titulo poſſidendam noſtra imperiali auctoritate ſancire decrevimus. Nihilominus quoque de munificentia imperii, ſi aliquam forte poſtmodum in aliquo fundo

CCCCII.

fundo eccleſie tue inveniri contigerit argentariam, quidquid juris in ea habere debemus, tibi tuisque ſucceſſoribus legitime contraditum eodem modo in perpetuum confirmamus. Ut hujus autem donationis noſtre beneficium poſteris ad memoriam tranſmittatur, & ut remoto omnis ambiguitatis ſcrupulo firmum & inconvulſum perpetuis temporibus habeatur, preſentem paginam inde conſcribi fecimus, & eam imaginis noſtre impreſſione inſigniri precepimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt Rotherus abbas Prumienſis, Albertus prepoſitus Aquenſis, Gerhardus prepoſitus Magdaburgenſis; Gerardus comes Palatinus de Reno, Henricus de Lymburg, Ulricus de Are, Theodoricus de Wide, Marquardus de Grombach, Ulricus de Hornich, Junior de Heinesberg, Theodoricus & Florencius de Kempenich, Emmericho comes de Leyningen, Albertus comes de Muſchbach, Godefridus comes de Spanheim. Actum & confirmatum Sinziche VI. kalend. Maij, anno dominice incarnationis MCLVIII. indict. VI. regnante domino Friderico Romanorum imperatore invictiſſimo, anno regni ejus VII. Imperii vero III. (a) (a)

CCCCIII.

N O T A.

(a) Quibus autem locis in Treviratu argenti & aliorum metallorum fodinæ reperiantur, ex annotatione Jo. Petri Elminger rei armamentariæ ro fortalitio Ehrenbreitſteio quondam Præfecti ſcriptis reliquit L. B. à Reiſſenberg *in Notis & Addit. ad Annal. Trev. Proparaſc. Cap. XXVI. n. 25.* Scilicet (1.) intra fines vallis Philippicæ, loco, qui *auf der Eich* dicitur, reperitur cadmia foſſilis. (2.) In finibus pagi Arzheim ingens itidem copia ejusdem cadmiæ. (3.) Ibidem vena lytargiri; nec non (4.) vena carbonis bituminoſi. (5.) In parœcia Nerenbergenſi ferri copia. (6.) In monte Simmerenſi argentaria. (7.) Ibidem vena æris cuprij, plumbi & argenti. (8.) In ſatrapia monaſterii Meinfeldiæ ſupra pagum Coveren, prope villam Eulich, non procul ab acidulis, plumbago & æs ciprium. (9.) In ſylva Colligenſi, id eſt Collicher-*Buſch*, carbones bituminoſi. (10.) In monte, *der Neſſer-Berg* dicto, ad ſylvam *der Meyer-Buſch* æs ciprium & plumbago. (11.) In monte, qui *Hohen-Himmeren* dicitur, plumbago & argenti copia. (12.) Item in ſatrapia Montaborina. (13.) Item in dominio Vallendarienſi, ſatrapia Hillesheimenſi, Boppardienſi, Prumienſi, & Dhaunenſi. (14.) In Eifflia, & nominatim in jam memorata ſatrapia Dhaunenſi, in ſylva, quæ dicitur *Sommer-Holz*, vena argenti. (15.) Ibidem carbones bituminoſi. (16.) Kernæ argenti fodina, olim exercita quidem, ſed ob majores impenſas neglecta, cùm vena quædam Moſellam ſubeat; vineas quasdam devaſtare etiam neceſſe eſſet. (17.) Aurifodina in finibus pagi *Ober-Fell*, loco, qui dicitur *im Reyerſchus in der Fuhrt*, minore ſumptu deregenda. Addit prælaudatus Lib. B. à Reiſſenberg, quòd, cum per biennium præfeſſet ſatrapiæ Ehrenbreitſteinianæ, fidem hujus catalogi ſecutus, propoſito præmio in carbones bituminoſos, (de quibus Num. 4.) inquiri fecerit, eorumque venam detexerit non procul à pago *Niderenberg* in valle ad rivulum in finibus dominii Arburgh; quam cùm proſequi conaretur, Prætorem Domini de Wreden (nam ad ejus majores & Dominos de Hunolſtein id dominium, jam feudum Trevirenſe, ab Helfenſteiniis tranſiit) aureos ſibi montes promittentem, bonum conatum (eò quòd principium venæ in prædicto dominio eſſet) odioſa ſocietate impediviſſe. Meminit *h. l.* etiam Illuſt. Reiſſenbergius parœciæ Horhoſianæ, in qua præter ferri abundantiam, cuprum, ex quo in Ehrenbreitſteioiano fortalitio inſcriptio: *Ex fodinis Horhuſianis.* Taceo hìc argenti ſodinas Wilmarienſes, ex quibus thaleros habemus noſtrorum Principum Lotharii, & Caroli Caſpari cum Epigraphe: *Donum Dei ex fodinis Willmarienſibus.* Prætereo item æris cupri fodinas, quæ noſtro ævo exercitæ ſunt & adhuc exercentur prope ſuperiorem Weſaliam, in ſatrapiis Wittlicenſi & Berncaſtelenſi, nec non in Grimburgenſi juxta *Düppenweiler* &c.

CCCCIII.

1160. Conditiones, quibus Epiſcopus Virdunenſis Caſtrum Muſſi à Domino Trevirenſi Hillino in feudum tenet.

Hillinus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus, omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris ſalutem in Domino. Contractos bone fidei firmitatis & certitudinis debent habere robur immobile, maxime quoties amicorum fidelis celebrat familiaritas, & negotii hinc inde communis commendat utilitas. Quapropter tam preſentibus quam futuris ſuffragio preſentis pagine notum fieri volumus, quod indempnitati & paci Virdunenſis eccleſie ex officii noſtri debito providere cupientes, ſpecialiter quoque eccleſie Trevirenſis honorem, cui Deo auctore deſervimus, attendentes, feodum pagani de * Muceio & cuſtodiam ejusdem caſtri cum pertinentiis ſuis eo modo, eadem ſecuritate, & iisdem conditionibus, quibus paganus & predeceſſores ſui eandem cuſtodiam & idem feodum a nobis & predeceſſoribus noſtris tenuiſſe cognoſcuntur, venerabili fratri noſtro Alberto Virdunenſi epiſcopo, & per eum ſucceſſoribus ſuis, qui illud idem a nobis & ſucceſſoribus noſtris requirere & recipere voluerint, perpetuo habendum nos daturos in feudum, communi conſilio firmiter promiſimus; hijs nimirum conditionibus, que ſubjecte ſunt: (a) Captabit ſiquidem preſatus epiſcopus heredem jam dicti pagani, ut feudum, quod a nobis libere & absque medio tenere debet, ab eo recipiat. Quod ſi id ſtudio ſuo efficere non potuerit, juxta querimoniam ſuam & dampna ſibi & eccleſie ſue illata (b) judicio curie noſtre plenariam de illo juſtitiam bona fide exequemur. Si vero nec ſic prenominatum heredem ad voluntatem epiſcopi poterimus inducere, quominus hereditatem paternam judicio curie noſtre conſequatur, nullam mediam perſonam ad id feodum admittemus, ſed quocunque tempore ſepedictus frater noſter, quod preſcriptum eſt, ab herede impettare poterit, in eum absque dilatione conferemus. Ut autem hec conditio, ſi interim nos de medio fieri contigerit, a ſucceſſoribus noſtris utrobique juxta promiſſas pactiones, quas tam per proprias manus noſtras invicem firmavimus, quam per bonorum noſtrorum fide media promiſſionem, inconvulſe teneatur, preſentem inde paginam conſcribi, & noſtro ſigillo fecimus roborari. Adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hec ſunt: Rudolphus major decanus & archidiaconus, Johannes archidiaconus, Sigerus abbas S. Maximini, Lodowicus abbas S. Marie, Rennerus, Conradus, & Gerardus, capellani. Henricus comes de Naſſowe, Wilhelmus mareſchalcus, Fridericus de Marceto, Fridericus pincerna, Gerardus camerarius. Theodericus de Saleburche, Henricus Walterus de Palatio, Lodowicus & Reinerus frater ejus, Garſirius de Contz, Boemundus, Jacobus, Egelbertus, hij videlicet miniſteriales hujus pactionis ſub ligatione fidei ſunt fidejuſſores. Actum Treviri anno dominice incarnationis MCLX. regnante invictiſſimo imperatore Friderico, anno regni ejus nono, imperii quinto, pontificatus vero noſtri nono.

* *Muſſi ad Moſam.*

CCCCIV.

N O T Æ.

(a) *Captabit ſiquidem preſatus Epiſcopus heredem, ut &c.*] Non poterat itaque dominus directus alienare feudum invito vaſallo.

(b) *Judicio curie noſtre plenariam de illo juſtitiam bona fide exequemur.*] Hoc indicium curiæ Feudalis Trevirenſis, è qua Hillinus Alberto adversùs vaſallum invaſorem juſtitiam promittit.

CCCCIV.

1160. ## S. Hildegardis, à Clero Trevirenſi conſulta, ei mala prænuntiat.

Magiſtri & Prelati relicta juſtitia dormiunt; unde vocem hanc de cælo audivi: O filia Syon! corona de capite tuo inclinabitur, & dilatatio divitiarum tuarum tibi imminuetur, ac in parvum numerum conſtringeris, & de regione in regionem expelleris; per potentes enim homines plurimæ civitates & clauſtra diſſipanda ſunt; & principes dicent: abſtrahamus ab his iniquitatem, quæ totum mundum in ipſis ſubvertit. Et vidi & audivi, quod hæc pericula ac contritiones regionibus & clauſtris propter prævaricationem obedientiæ & aliorum præceptorum legaliumque inſtitutionum occurrent. Et vidi, quod tantum in hujusmodi prævaricationibus aliqui Deo adhærebunt, & ad ipſum anhelabunt, quemadmodum in tempore Eliæ factum eſt: Hi vero cum magno honore perſiſtent, & velut holocauſtum Dei habentur, ut Noe & Loth. Et hæc quidem purgatio in hoc muliebri tempore in modico incipiet, & poſtea major fiet; ac deinde virile tempus veniet, in quo bella & prælia ex juſto Dei judicio erunt. Sed hoc muliebre tempus tam diu non durabit, quamdiu usque huc perſiſtet; tunc juſtitia & judicia Dei ſurgent, & diſciplina ac timor Dei in populo erunt, & juſti & boni homines in ſpiritali populo fient, qui tamen in parvo numero propter humilitatem manebunt, & in primam auroram ſicut Heremitæ revertentur. Et hoc etiam in timore præteritorum faciunt, quæ ſibi adverſa fuiſſe perſpexerunt, & homines ſtultitiam laſcivorum non habebunt, tunc moram more priorum, ſed triſtitiam de ignotis temporibus ſuſtinebunt, quæ ventura ſunt, & tunc fortes viri ſurgent & prophetabunt, & omnia vetera & nova ſcripturarum, ac omnes ſermones per Spiritum ſanctum effuſos colligent, & intellectum eorum ſicut monile cum pretioſis lapidibus ornabunt: per hos & alios ſapientes plurimi ſæculares boni fient, & ſancte vivent; hoc autem ſtudium ſanctitatis cito non areſcet, ſed diu durabit, quia hæc omnia propter errans tempus fient, ubi multi martyres erunt in fide. Nam vir præliator hæc faciet, qui initium & finem operum ſuorum in his aſpicit, quatenus erranti populo in hoc reſiſtat; ipſe namque prophetas primum conſtituit velut caput, ſapientes velut oculos, doctores velut os; ſicut etiam per verbum Dei omnia facta ſunt, & quia deinde reliqua membra, ſi fideles bona operabuntur, ut dictum eſt, Deus in ſinum eorum caput ponet, id eſt intellectus eorum prophetiam aperiet, tunc & principes cytharas & tympana in ærumnas & triſtitiam vertent, quemadmodum filii Iſrael fecerunt, cum capti fuerunt. Poſt hæc omnia ſpiritualia ſine tædio & defectu confortabuntur, & homines pupillam viventis libri inſpicient, & tunc vires & fortitudo ac ſanitas in populo fient, quia vir præliator aerem ſanitate replebit, ac etiam viriditatem virtutum producet, ne fideles corpore & anima in errante tempore deficiant. Iſtud autem usque in errans tempus ita perdurabit, in quo fidelis populus ad mortem quaſi ad epulas feſtinabit, ſed & hoc tempus erroris modo tenebitur, usque dum illud Deus in gratia & miſericordia in zelo ſuo diſcutiat. (a) CCCCV. (a)

N O T A.

(a) Hæc ita è fragmentis Prophetiæ S. Hildegardis, quæ anno 1528. edidit Hyeron. Gebvilerus. Aliter Bruvverus *Annal. Trev. Lib. XIV. n.* 80. Et verò, quæ eventura vaticinando cecinit S. Virgo, ea poſt Arnoldi, anno 1183. defuncti, pontificatum eveniſſe, credita ſunt in ſchiſmate, quod electis in diſcordia Folmaro & Rudolpho ſeptennio Trevirenſem Eccleſiam laceravit. Sic enim Geſta Trev. Marten. *p.* 224. *anno MCXC. ſuſcepit regimen Trevirenſis Eccleſiæ Joannes Cancellarius, & repropitiatus eſt Dominus terræ poſt hæc. Cujus pallium cum à Clemente Papa reciperet, Hermannus Abbas Clauſtri exclamaſſe dicitur & dixiſſe: Benedictus ſit Deus, hodie deletum eſt chirographum maledictionis noſtræ. Sciſcitante Papa, quid hoc eſſet: reſpondit, quod B. Hildegardis prædixiſſet, coronam Treviricæ dignitatis dejectam jacere debere VII. annis, & illam diem æſtimabat ultimam eſſe illius infelicis ſeptennii. Quæ Hildegardis cum præſentialiter Clerum Trevirenſem culparet pro peccatis, & quidam dicerent ei, Domina quod eſt peccatum noſtrum? quid fecimus? Ipſa memorabile verbum intulit, dicens: Spiritus ſanctus non confundit.*

CCCCV.

1161. ## Charta Hillini Archiepiſcopi Trevir. confirmantis privilegia à Tullenſi Epiſcopo conceſſa Abbati Stivagienſi Rembaldo.

Annal. Ord. Præmonſtrat. Tom. II. pag. DXLVIII. in probat.

IN nomine ſanctæ & iodividuæ Trinitatis. Hillinus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus, dilectis filiis Rembaldo Stivagienſis eccleſiæ abbati, ejusque ſucceſſoribus, & cæteris fratribus ejusdem loco, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. In eo ſumus loci miniſtri licet ioſufficientes, Domino diſponente, conſtituti, ut poſſeſſiones eccleſiarum, & jura ſecundum ſuas diſtinctiones in ſuo vigore quantum poſſumus, manuteneamus, & ne iniquis vexationibus in ſuis tenoribus concutiantur, quo poſſumus aothoritatis noſtræ munimine, confirmemus. Eapropter dilecti in Domino filii, paci, & quieti veſtræ paterno affectu providere volentes, ea quæ venerabilis frater noſter Henricus Tullenſis epiſcopus vobis & eccleſiis veſtris rationabiliter coocesſiſſe, & de conſenſu filii noſtri Petri Tulleoſis archidiaconi, ſicut in privilegio, quod idem epiſcopus iode conſcriptum vobis dedit, plenius continetur, maniſeſte cognoſcitur contuliſſe, nos quoque, ſtudio removendæ litis in poſterum, & calumoiæ, præſentis ſcripti patrocinio confirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione communimus, quæ quidem propriis digoum duximus ſcribere
(a) vocabulis: (a) eccleſiam Stivagienſem, in qua cœnobium veſtrum ſitum eſt; regimen animarum tam clericorum, quam laicorum ipſius vallis Stivagienſis, ſicut ex conceſſione ſanctæ recordationis papæ Eugenii, qui inde vobis privilegium cooſcripſit, obtineatis; omnes etiam eccleſias, quas habetis in prædicta valle, cum decimis, & pertioentiis, & cenſibus earum; ſyoodalia quoque placita, & juſtitiam laicorum; curas quoque recipientium eccleſias de manibus veſtris; & cætera, quæ, ſicut ſuperius dictum eſt, in privilegio jam dicti ſratris noſtri Tullenſis epiſcopi plenius continentur: hoc nimirom excepto, quod veſtra Stivagienſis eccleſia decano archidiaconatus de Fluns ſingulis annis quatuor ſolidos in proxima ſynodo poſt feſtum ſancti Remigii pro cenſu dabit, quorum duæ partes erunt epiſcopi, tertia vero archidiaconi. Si qua autem eccleſiaſtica ſæcularisve perſona, hanc noſtræ confirmationis paginam ſciens, contra eam ire tentaverit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, niſi reatum ſuum congtua ſatisſactiooe correxerit, incurrat, & io extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Hujus rei teſtes fuerunt: Stephanus Metenſis epiſcopus; Sigerus abbas ſancti Maximini; Rodulfus major decanus & archidiaconus; Fridericus Metenſis archidiaconus; Petrus Tullenſis archidiac. Rainerus, Girardus, Fridericus, Theodoricus capellani. Actum eſt hoc anno ab iocarnatiooe Domini MCLXI. indictione IX. regnante glorioſo Romanorum Friderico, anno regni ejus X. imperii VI. pontificatus vero noſtri X.

CCCCVI.

N O T A.

(a) *Eccleſiam Stivagienſem, in qua cœnobium veſtrum ſitum eſt.*] De hoc monaſterio D. Calmet *Hiſt. de Lorraine Tom. III. Liſte Chronol. pag. CVII.* „ L' Abbaye d' Etival, ſituée dans „ les montagnes de Vosge, prés la riviere de „ Meurthe, entre ſaint - Diey & Ravon, doit „ ſon origine à Bodon Evêque de Toul, qui „ ſiégea depuis l' an 666. jusqu' an 675. On „ ignore, s' il la fonda avant ou aprés ſon Epiſcopat. Oo croit, qu' il y établit d' abord des „ Clercs au nombre de douze. D' autres tiennent, „ qu' il y mit premierement des Religieux, aux„ quels ſuccederent des Religieuſes, puis des „ Clercs ſeculiers, & enfin des Prémontrez, qui „ la poſſedent aujourd' hui, depuis l' an 1146.

CCCCVI.

1161. Confirmatio prædiorum Eccleſiæ Spinalenſis per Hillinum Archiepiſcopum Trevirenſem.

Calmet. *Hiſt. de Lorraine Tom. I. in prob. p. 570.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hellinus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus (*a*) eccleſiæ Spinalenſi in perpetuum. In eo ſumus loco miniſtri, licet inſufficientes, Domino diſponente, conſtituti, ut poſſeſſiones eccleſiarum, & jura ſecundum ſuas diſtinctiones in ſuo vigore, quantum poſſumus, manuteneamus; & ne iniquis vexationibus in ſuis tenoribus concutiantur, quo poſſumus authoritatis noſtræ munimine, confirmemus. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ in eccleſia Spinalenſi Deo ex propoſito ſervientes, humili precum veſtrarum inſtantia inclinati, univerſa, quæ rationabiliter & juſto titulo poſſidetis, & maxime quæ a ſancto Gerardo Tullenſi epiſcopo, petitione bonæ memoriæ Theodorici de Hamolo Metenſis epiſcopi vobis collata ſunt, præſentis ſcripti patrocinio vobis & eccleſiæ veſtræ confirmamus, & in perpetuum communimus. Statuit ſiquidem beatus Gerardus, quia prædicta eccleſia Spinalenſis infra terminum de Dognevilla tunc ſita erat, intercedente prædicto Theodorico Metenſi epiſcopo, cujus erant decimæ illius parochiæ, ut quicunque eſſent manentes apud Spinal, & apud Grinevou, & apud Rualmasnil, & apud Averinſart, & apud Villers ſuper dotem eccleſiæ, omnes eſſent parochiani Spinalenſis eccleſiæ, & ubicunq; infra terminum de Dognevilla ipſi terram colerent, eorum decimas omnes abbatiſſa Spinalenſis in præbendam ſororum ſuarum ita integre haberet, ut presbyter de Dognevilla nullam in eis partem haberet. Dedit etiam altare parochiale Spinalenſi eccleſiæ integre in præbendam earundem ſororum. Siqua autem eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ confirmationis paginam ſciens contra eam ire temere attentaverit, nec reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli ejus incurrat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Actum eſt hoc anno ab incarnatione dominica MCLXI. indictione IX. regnante glorioſo Friderico Romanorum imperatore, anno regni ejus X. imperii VI. pontificatus vero noſtri X.

NOTA.

(*a*) *Eccleſiæ Spinalenſi.*] Hodie *Epinal.* Olim Monaſterium Monialium Ord. S. Benedicti, nunc Collegium Canoniſſarum, in Diœceſi Metenſi, cujus ſitum & originem ita legimus in Vita Adelberonis II. Epiſcopi Metenſis *Tom. I. Bibl. nov. Labb. p. 673. Domnus Theodericus Metenſis urbis Antiſtes glorioſus, cui hic Domnus noſter Adelbero ſucceſſerat, in pago Calvomontenſi locum quemdam inter Moſellam & montem *, qui in devexo ſui caſtrum habens, ex accidenti ruſticorum lingua Spinal vocatur, divino famulatui aptum reperiens, monaſterium conſtruxit, conſecrans illud Deo & ſancto Goërico.* &c.

* Vogaſum.

CCCCVII.

1161. 1. Sept. Conradus Comes Palatinus Eccleſiæ Trevirenſi reſtituit Eccleſias de Loinſtein, Kemmeta, & Caſtrum Sidelinge cum allodio; caſſat conjurationem civium Trevirenſium, & Caſtrum Eremberg ligium agnoſcit, mediante Friderico Imperatore.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imp. auguſtus. Inclinari precibus noſtra & principalis dignitas ſemper conſuevit, & univerſa in imperio noſtro reguntur ordinabilius atque gubernantur, ſi totius diſſentionis & controverſie fomite ſopito pax & amicitia cum decore juſtitie ordinatum ſtatum inter principes & rectores gerere valeant optime. Ratio ergo exigit, & imperiali congruere videtur honori, ut ſummo ſtudio provideа-

CCCCVII.

videamus, ne aliqua levi occaſione tempeſtas diſcordie oriatur inter principes imperii noſtri, maxime quidem inter illos, qui familiaritate vel conſanguinitate nobis junctiores eſſe dignoſcuntur. Eapropter univerſorum imperii noſtri fidelium tam futura quam preſens noverit etas, qualiter nos controverſiam illam, que inter familiariſſimos & chariſſimos principes noſtros videlicet Hillinum venerabilem Trevirorum archiepiſcopum, & fra-
(a) trem noſtrum (a) Conradum Palatinum comitem de Reno jam diu agitabatur, ad conventionem pacis & concordie mediante authoritate noſtra reduximus, & hoc ordine, quemadmodum ſubſequutum eſt, ad perpetuam ſtabilitatem reformavimus. Frater igitur noſter predictus comes
(b) Palatinus inveſtituras duarum eccle-
* Lahnſtein. ſiarum, (b) ſcilicet * Logenſten & *
* Kampt, Kemmetham dilecto noſtro Hillino venerabili Trevirorum archiepiſcopo libere reddidit, & cum omni integritate reſignavit. Preterea munitio-
* haud procul Sarburgo. nem quandam, quod * Sydelingen dicitur, cum ejus allodio ipſe comes Palatinus eidem archiepiſcopo integraliter reſignavit, ipſamque munitionem a comite Symone de Sarebur-ge Palatinus comes ita ſolvere debet atque expedire, quia archiepiſcopus & eccleſia Trevirenſis de cetero in pace munitionem ipſam cum ejus allo-
dio poſſidebit. (c) Communio quo- (c)
que civium Trevirenſium, quæ & conjuratio dicitur, quam nos in civitate deſtruximus, dum preſentes fuimus, & authoritate noſtra prorſus interdiximus, que & poſtea, ſicut audivimus, reiterata eſt, caſſetur & in irritum revocetur, imperiali edicto ſtatuentes, ne deinceps ſtudio archiepiſcopi vel induſtria comitis Palatini reiteretur, ſed uterque, archiepiſcopus videlicet, & comes Palatinus, debitam juſtitiam in civitate habeat & conſuetam. Archiepiſcopus vero caſtrum Eremberg fratri noſtro Palatino in feodum concedit, ipſumque caſtrum & montem, in quo ſitum eſt, archiepiſcopus Palatino ſecundum jus terre expediet. Si autem beneficium caſtri & montis archiepiſcopus Palatino predicto modo expedire non poterit, tot manſos in curte Kemmetham ei aſſignabit, qui ſingulis annis ei X. libras ſolvant; quodſi in curte illa non poterit, in alia curte Hubach ei aſſignabit. Quodſi archiepiſcopus medietatem illius caſtri Palatino expedierit, & aliam medieta-

N O T Æ.

(a) *Conradum Palatinum Comitem de Reno.*] Erat hic Conradus principalis Advocatus Trevirenſis Eccleſiæ. Toloer. *Hiſt. Palat. Cap. XV. p.* 309. *Lit. G.* & *pag.* 312. *Lit. F.* Fuit nempe his temporibus Trevirenſis Eccleſiæ advocatia principalis hæreditaria apud Palatinos Rheni; *principalis* inquam, quam à particulari S. Maximini ritè diſtinguit Tolnerus *Hiſt. Pal. Cap. XI. pag.* 275. Conf. Diſſert. ante hoc Sæculum §. IV.

(b) *Scilicet Logenſten & Kemmetham.*] De hac acquiſitione in Geſtis Trevirorum *Cap. LXXXIV.* ſic relatum eſt: Hillinus *inveſtituram de Logenſtein, & electionem Paſtoris Eccleſiæ illius, quæ erat de beneficio Comitis Palatini, reſignatum ſibi à Palatino coram Frederico Imperatore recepit, cùm ei beneficium præſtaret, quod ei defuncto Hermanno Palatino Comite vacabat; cujus Eccleſiæ tertiam partem decimæ, quæ utilitatis eſt non modicæ, menſæ Epiſcopali in perpetuum delegatam ſub privilegio confirmavit. Similiter inveſtituram & electionem paſtoris Eccleſiæ in Keymet, quæ atque erat de beneficio Palatini, ab ipſo receptam, Eccleſiæ Sprenckersbach delegavit, & in perpetuum poſſidendam in omni utilitate per manum & privilegium Domni Adriani Papæ confirmavit.*

(c) *Communio quoque Civium Trevirenſium, quæ & conjuratio dicitur.*] Tradit Kyriander *Annal. Trev. P. XIII. pag.* 144. *ſeq.* Friderici I. Imp. temporibus Auguſtæ Trevirorum ſodalitates ſeu tribus civium, vocabulo Germanico *Zunfften und Bruderſchafften*, iisdemque ſuos Magiſtros, ſuáque Collegiorum jura fuiſſe. Prætereaque, uti in cæteris civitatibus, ſic & Treviris, miniſteriales fuiſſe ſeu milites, qui cum ſcabinis cæterisque patriciis civibus ſeu burgenſibus cenſebantur optimates, penes quos ab antiquo gubernacula civitatis fuerint. Nec deeſſe graves & priſcos auctores, qui maximam nobilitatis partem latè circa Treverim ex ipſa urbe ortam propagatamque tradunt; hoc antiquum ſcriptorem Geſtorum Boemundi Trevirorum Pontificis, qui anno Chriſti 1299. deceſſit, de regionis iſtius univerſa nobilitate aſſeverare. Demum manere plurima etiamnum in urbe domorum gentilitia nomina, quanquam familiæ partim longo ævo abſumptæ, partim nunc in agro finitimo prædia ſua vel arces inhabitent. Nec tamen hos patricios ſolos arbitrium curamque civitatis exercuiſſe, ſed tribus civium ſuos quoque Senatores & Magiſtratus de plebe conſtituere ſolitos. At quàm infeliciter his Civium Collegiis utatur Kyriander ad inde dedocendum avitæ libertatis argumentum, vel ex eo ſolo apparet, quòd hæc collegia præſenti Imperiali diplomate penitus caſſata ſint & prohibita.

CCCCVII.

dietatem expedire non poterit, medietatem X. librarum Palatino perſolvet pro parte impedita. Quantumcunque autem de caſtro illo Palatinum expedierit, tantum de feodo X. librarum ſecundum juſtam eſtimationem liber erit. Palatinus vero manſos, quos archiepiſcopus ei aſſignabit, vel redditus eorum nulli in beneficium concedet, ſed ad manus ſuas retinebit, quousque atchi piſcopus ptedictum caſtrum cum monte integralitet ei expediet, vel beneficium X. librarum inter * Saroam & Renum liberum & abſolutum, & a nemine jure feodi impeditum conceder. In ſupradicto etiam caſtro archiepiſcopus Trevirenſis domum & capellam debet babere, in qua ſeſſorem ſuum habebit, quemcunque voluerit; quodſi archiepiſcopus montem predictum nec totum nec per partes aliquas expedire poterit, tunc ſi Palatinus eundem montem acquirere poterit, dabit eccleſie Trevirenſi, & juxta conſilium noſtrum ab eadem eccleſia in beneficium recipiet. Ceterum hanc conventionem hoc ordine conſcriptam noſtra imperiali autoritate munivimus & confirmavimus. Hujus autem conventionis teſtes ſunt Reynaldus Colonienſis archiepiſcopus, Everhardus Babenbergenſis epiſcopus; Sigerius abbas S. Maximini, Rodolphus decanus majoris eccleſie Treviren. Henricus major palatii notarius; Ludovicus * provincialis comes, Everhardus comes Seynen., Henricus comes de Dycheſſe, Robertus & Henricus comites de Naſſouwe, Sifridus comes de Weyde, Hermannus comes de Saffinberch. Poppo de Bollende, Tegnehardus de Hellenſtein, Henricus de Lutemberg, Reinerus de Heneken, Wilhelmus de Helfenſtein, Woldricus de Confluentia. Signum domini Friderici Romanorū imperatoris invictiſſimi. Ego Ulricus cancellarius vice Reinaldi Colonienſis archiepiſcopi & archicancellarii recognovi. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis MCLXI. indict. IX. regnante domino Friderico Rom. Imp. victorioſiſſimo, anno tegni cjus X. imperii vero VII. feliciter amen. Data in territorio Mediolanenſi apud Adrianum kalend. Septemb.

* Saram.

* Landgravius.

CCCCVIII.

1161. **Conradus Comes Palatinus Trevirenſis Eccleſiæ Advocatus, mandat Civibus Trevirenſibus, ut à novitatibus abſtineant.**

CONradus Dei gratia Palatinus comes de Reno, dilectis burgenſibus de Treveri, ſalutem & omne bonum. Univerſitati veſtte ſignificamus, quod dominus meus archiepiſcopus urbis veſtre coram domino imperatore & generali curia gravem queremoniam depoſuit pro eo, quod contra honorem ſuum & antiqua jura civitatis veſtre novas quasdam conſuetudines, & quedam jura inſolita cujusdam communionis vobis creaveritis, & ad hanc voluntatem veſtram conſenſum noſtrum quibusdam occaſionibus induxeritis; usque adeo itaque hec queremonia proceſſit, & ab omnibus principibus acclamatum eſt, ut ordine judiciario ex ſententia & authoritate imperatoria a tali conſenſu veſtro penitus ptohibiti ſumus. Mandamus ergo vobis, & mandando precipimus, ut a tali conſuetudine penitus deſiſtatis, & debitum honorem domino meo archiepiſcopo in his & in aliis omnibus deferatis, nec ſub noſtro nomine ejus voluntati & diſpoſitioni ullo pacto contraire preſumatis. (*a*) (*a*)

CCCCIX.

N O T A.

(*a*) Hæc principalis Advocati Trevirenſis Eccleſiæ declaratio & reſpectivè præceptum fructus eſt præcedentis concordiæ, auctoritate Imperatoris inter Hillinum Archiepiſcopum & Conradum Palatinum conciliatæ. Nec obſcurè inde colligitur, ad ſimultates usque antè proceſſum fuiſſe ex parte Advocati, cujus officium de cætero Eccleſiæ nullatenus damnoſum eſſe oportebat; ſed in eo ſe continere, ut *Oblationes & donationes* Eccleſiæ factas in majorem fidem acceptaret, & in *Civilibus* ac *criminalibus* nomine & auctoritate Epiſcopi jus diceret, nec non & *Eccleſiaſtici* in certis caſibus ſecularibus coram eo convenıri poſſent; in quarum moleſtiarum compenſationem *certa feuda* certosque reditus de bonis eccleſiaſticis habebat. Vid. Tolner. *Hiſt. Palat. Cap. II. pag. 31. Lit. G.*

CCCCIX.

1162. **Alia Confirmatio bonorum & jurium Eccleſiæ Spinalenſis per Hillinum Archiepiſcopum Trevirenſem.**

Calmet Hiſt. de Lorraine Tom. I. in probat. p. 368.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Hellinus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus, apoſtolicæ ſedis legatus, eccleſiæ Spinalenſi in perpetuum. Honeſtis & modeſtis petitionibus benignum & facilem præbere debemus aſſenſum, ut quod rationabiliter & juſte petitur, debitum ſortiatur effectum. Eapropter dilectæ in Chriſto filiæ In eccleſia Spinalenſi Deo ex propoſito ſervientes, petitionibus veſtris benigne annuimus, & univerſa jura ſive immunitates, quæ a venerabili fratre noſtro Stephano Metenſi epiſcopo vobis & eccleſiæ veſtræ in perpetuum collatæ & confirmatæ eſſe noſcuntur, videlicet, ut
(a) de tribus (a) ſeſſionibus, quas apud vicum legitime poſſidetis, nulli ho-
(b) minum de (b) ponderibus, de tributo, de teloneo, vel aliqua exactione aliquatenus reſpondeatis, ſed eas in omni uſu fructuoſo ſolide, integre & libere de cætero poſſideatis. Nos quoque ex parte Dei omnipotentis vobis confirmamus & anthoritate qua fungimur corroboramus omnem quoque eleemoſynam ſive oblationem,
(c) quæ vulgo appellatur (c) apport, quod venit ad altare beatæ Rodualdæ, quod etiam ad veſtrum cœnobium pertinere dignoſcitur, ſicut idem frater noſter epiſcopus ſua vobis authoritate, nos etiam vobis ſub anathemate in perpetuum confirmamus. Indulgemus etiam vobis, ſicut venerabilem fratrem noſtrum Henricum Tullenſem epiſcopum ſuo vobis privilegio conceſſiſſe perſpeximus, qualicunque exceſſu in eccleſia veſtra contingente, miſſam & omnia divina celebrari, clauſis tamen januis, ne quis pateat aditus excommunicatis; ſi aliquem quoque de fratribus ant ſororibus, vel præbendatis ejusdem cœnobii veſtri interim obire contigerit, permittimus in die ſepulturæ illius, januas eccleſiæ aperiri, & in exequialibus officiis, excluſis pariter excommunicatis, miſſas celebrari. Ut autem hujus noſtræ confirmationis & diſpenſationis ſtatutum ratum & inconvulſum permaneat, præſentem inde paginam conſcribi, & ſub excommunicationis pœna noſtri ſigilli impreſſione fecimus communiri. Actum Tulli anno ab incarnatione Domini MCLXII. indict. X. regnante glorioſo Romanorum imp. Friderico, anno regni ejus XI. imperii VII.; pontificatus noſtri vero ſimiliter XI.

N O T Æ.

(a) *Seſſionibus.*] ſeu ſeſſis, quod ſignificat locum idoneum ad conſtruendum ædificium.

(b) *Ponderibus.*] Nempe: pro ponderibus publicis aliquid exſolvebatur, dum res & merces ponderabantur.

(c) *Apport.*] Tributum aliquod vel cenſus, qui dominis infertur. Du Freſne *voce Apportum.* ubi hæc ex Monaſtici Anglic. *Tom. I. p.* 605. *Ita quod proficua manerij & eccleſia prædicta ultra ſuſtentationem unius Prioris & ſocij ſui Capellani, divina in Prioratu prædicto pro animalibus prædictis in perpetuum celebraturorum, nomine Apporti quolibet anno &c.*

CCCCX.

1162. **Charta Hillini Trevirenſis Epiſcopi confirmantis bona conceſſa Abbatiæ S. Crucis Metenſis.**

Annal. Ordinis Præmonſtrat. Tom. I. pag. 474. *in probat.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hillinus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, cunctis Chriſti fidelibus tam præſentibus, quam futuris, pacem æternam in Domino. Dignitas epiſcopalis, quanto ſublimior eſt honore, tanto in officio periculoſior. Quis enim digne tam profunda rimari myſteria, judicia morari, & ad quæque ſacramentorum arcana diſpenſandorum caſtum & prudens ſe habere gloriabitur corpus? Eapropter quoniam ad tanta indi-

CCCCX.

indignos & minus ſufficientes, meritis noſtris exigentibus, & multiplicibus præpedientibus curis, nos judicamus, ſupereſt, ut ad eorum ſuffragia orationum mentis devotione ſugiamus, qui ſpretis ſæculi pompis puras Deo offerant orationes, quieti, & opibus divinis ſe mancipare decreverint. Pro divino igitur reſpectu veſtrarumque intentu orationum, dilecte fili Stephane abbas de ſancta Cruce, fratrumque veſtrorum juſtis poſtulationibus inclinati, & confirmationem dilecti & venerabilis fratris & epiſcopi noſtri Stephani Metenſis, quam de ſubſcriptis vobis poſſeſſionibus fecit, inſecuti, fratribus ibidem in perpetuo Deo ſub regula beati Auguſtini militantibus, authoritate Dei omnipotentis, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, domini noſtri papæ, & eorum vicaria, qua fungimur, vice, corroboramus, & confirmamus vobis locum veſtrum, beatiſſimæ Dei genitrici & perpetuæ virgini Mariæ conſecratum, & ſub metropolitanæ noſtræ ſedis tutela protectioneque, ſalvo per omnia epiſcopi Metenſis jure, ſuſcipimus; ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque (a) bona, (a) in provincia juſte & legitime poſſidetis, aut in futurum clementia regum, largitione pontificum, vel quorumlibet oblatione fidelium, adipiſci poteritis, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum & illibata permaneant. Imprimis itaque confirmamus allodium de Buris, quod dedit domina Ida Lande & aſſenſu filiarum ſuarum Beatricis & Eudis, & earum filiorum Ponzardi & Rodulphi, Bertini & Philippi, & aliorum hæredum Albetti de Plappevilla, & filiorum & filiarum ſuarum Cunegondis, & filii ſui Alexandri, Eliſabeth de Ruppenei-Fillonis uxoris Hugonis de Margoil & hæredum ſuorum; eo tamen tenore, ut ibi abbatia fundaretur, & in perpetuum permaneret; & cenſum, quem dedit vobis Albertus advocatus per manum epiſcopi Metenſis; terram quoque præfato loco adjacentem, quam dedit vobis Richardus de Rimport aſſenſu filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum; & terram, quam dedit vobis Rocelinus Matous, & ſoror ejus Oſanna; terram de Rumauvara, quam epiſcopus & cives Metenſes veſtræ contulerunt eccleſiæ. Confirmamus etiam vobis vineas, quas vobis dederunt Rainaldus filius Nemmerici de Viceto pro uxore ſua apud vos ſepulta, in vineis de Rozerul; & Bartholomæus canonicus veſter apud ſanctum Martinum; & Bernarda (b) commiſſa (b) veſtra in Planteris, & in Martino-campo & in Furtis; & Gilla commiſſa veſtra apud ſanctum Julianum; & Waltherus canonicus veſter cognomento Paganus de Ventous... & Otto de Vi-ad Lorez, quidquid jure hæreditario ex parte uxoris ſuæ poſſidebat legitime; furnos quoque, quos dedit vobis Bartholomæus veſter præfatus canonicus apud Portam-Saliam, & quinque ſolidos cenſuales in Bureto ultra Saliam, quos vobis dedit Berundis ſupradicta; terram etiam de Gozilo, de qua dominus Albertus de aſſenſu uxoris ſuæ Beatricis, & filiorum ſuam portionem aſſignavit, Garſilius & Sigibertus ſuam, quam ſexaginta ſolidis emiſtis; Gueppa & Hugo veſter etiam ſuam portionem pro ſalute animarum ſuarum. Hugo de Bu ſuam portionem VII. pro qua dediſtis Baldinio uxorique ſuæ viginti ſolidos, Gueppæ & filiæ ejusdem Hugonis viginti ſolidos. Ipſe idem Hugo pro remedio animæ ſuæ, filiæ ſuæ uxoris Theodorici de Ponteis perſolvit viginti. Hugo de Novo Caſtro ſuam portionem, & ſoror ejus uxor Gerardi ſuam, quas Hugo de Porta Salia emit eccleſiæ veſtræ quatuor libris, & decem ſolidis, Theodoricus de Porta ſuam portionem. Terram etiam de ſancti Petri Fonte, quam per epiſcopum Metenſem Matthæus dux & marchio Lotharingorum aſſenſu comitis Sigisberti de Alſaſia & aſſenſu Cononis de Manberch & Cononis de Cruenges &

NOTÆ.

(*a*) *In provincia.*] Eccleſiaſtica Trevirenſi.

(*b*) *Commiſſa veſtra.*] Commiſſus ſeu commendatus Vaſallum ſignificat, obnoxium ratione beneficii vel feudi, quod olim *commendabatur*, ſeu ad vitam concedebatur. Dicuntur autem & commendati, liberti, qui libertatem conſecuti, patroni ſeu manumiſſoris patrocinio ſe commendaverant. Quippe per *chartam ingenuitatis* ſervo in libertatem aſſerto facultas, ſeu Eccleſiæ, ſeu alterius cujuscunque perſonæ, quæ ejus ingenuitatem tueretur, patrocinio ſe commendandi, competebat, ut patet ex Marculfi *Lib. II. form.* 32. *&c.* Utrâ notione vox *Commiſſa* hic intelligenda ſit, lectoris eſto judicium; mihi poſtrema potior videtur.

CCCCX.

(c) & (c) Andreæ & Richardi fratrum de Moſterous & Arnulphi dapiferi & hæredum ſuorum, & omnium, qui aliquid juris ibi habere videbantur, quod unus poſt alium in feodo tenebant, libere vobis in perpetuum tradiderunt poſſidendum. Similiter in eodem territorio Wiricus, & Gilo frater ejus & Anſelmus ſororius eorum aſſenſu comitis de Dasbourch, & aſſenſu Gerardi advocati ſupradicti ducis, dederunt vobis quidquid a ſummitate montis, qui eſt verſus Lates, usque ad alium montem, qui eſt verſus Thil, in proprios uſus tenebant; & quidquid a ruſticis acquirere poteritis; inſuper per totum bannum de Lates uſum animalium veſtrorum in vacuis paſcuis. Acta ſunt hæc in Trevirenſi civitate anno incarnationis Domini MCLXII. indictione X. epacta III. concurrente VII. anno vero Imperatoris Frederici regni ſui X. imperii autem V. pontificatus quidem Hillini Trevericæ urbis archiepiſcopi anno X.

N O T Æ.

(c) *Andreæ & Richardi fratrum de Moſterous.*] Fortè *Monſterol* vel *Montreuil*, de qua familia ſuprà ad Chartam Hillini pro Abbatia de Bello-campo an. 1157. *Not. a.* quo caſu Andreas & Richardus facilè eſſe poſſunt Alberonis Archiepiſcopi noſtri ex fratre Petro nepotes.

CCCCXI.

1162.

Hillinus Archiepiſcopus Eccleſiæ S. Simeonis confirmat telonium in Confluentia, tam de navibus, quam in foro.

IN nomine ſanctæ & Individuæ Trinitatis. Hillinus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus, apoſtolicæ ſedis legatus, dilectis in Chriſto filiis canonicis eccleſiæ ſancti Simeonis in perpetuum. In eo ſumus loco licet indigni, diſponente Domino, conſtituti, ut poſſeſſiones & jura eccleſiarum noſtræ ſollicitudini commiſſarum, quanta poſſumus diligentia & ſtudio manutenere, & fovere ex credito nobis officio debeamus, & ad futuram earum pacem & perpetuam quietem, quanto valemus, authoritatis noſtræ munimine eis benigne & provide confirmare curemus. Inde eſt, quod chariſſimi in Domino filii, precum veſtrarum humilitate inclinati, juſtis poſtulationibus veſtris clementer annuimus, & telonium Confluentinum, quod tam univerſaliter de navibus, quam de ipſo foro a venerabilibus beatæ recordationis prædeceſſoribus noſtris Trevirenſibus archiepiſcopis conceſſum vobis & confirmatum legitime & quiete juſto titulo & absque calumnia cum integritate poſſediſſe cognoſcimini, vobis & ſucceſſoribus veſtris ad omnem uſum, & utilitatem veſtram libere habendum concedimus, & in perpetuum confirmamus. Et ut ſucceſſoribus noſtris ſimiliter faciendi formam præſtemus, illud idem vobis præſentis ſcripti patrocinio & ſigilli noſtri impreſſione communimus, ſub hac nimirum modica & ſola exceptione, quod in feſtivitate beatæ Mariæ œconomus archiepiſcopi dimidietatem telonii habebit per unum diem integrum, & duos dimidios. Decernimus itaque omnino, & firmiter ſtatuimus, ut ſi aliqua eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ confirmationis paginam ſciens, contra eam temere ire attentaverit, & ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum celeri ſatisfactione correxerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, & ſancti Simeonis confeſſoris incurrat, & In extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Teſtes ſunt hi: Godefridus majoris domus præpoſitus, Rudolphus decanus & archidiaconus, Alexander archidiaconus, Bruno archidiaconus, Joannes archidiaconus, Folmarus archidiaconus, Sigerus abbas S. Maximini, Gerwicus abbas S. Eucharii, Reimboldus abbas S. Mariæ, Godefridus abbas S. Martini, Randolphus abbas de Clauſtro, Ri-

char-

CCCCXI.

chardus abbas Sprenckirbacenſis; Rubertus vicedominus. Capellani: Reinerus, Gerardus, Theodericus. Fulmarus comes de Caſtris, Sigefridus comes de Vienna. Wilhelmus de Helffenſtein, Gerardus de Eſch, Fridericus de Marceto, Ludovicus, Reinerus, Theodericus. Actum Treviris anno dominicæ incarnationis MCLXII. indictione X. regnante glorioſo Romanorum imperatore Friderico, anno regni ejus XI. imperii VII. pontificatûs vero noſtri anno XI. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Vid. ſupra donationem Popponis archiep. de anno 1042.

CCCCXII.

1163. **Hillinus Archiepiſcopus nonnulla bona confirmat Abbatiæ in Arnſtein.**

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hillinus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus, apoſtolicæ ſedis legatus, dilecto in Chriſto filio (*a*) Euſtachio abbati de Arnſtein, omnibusque ſucceſſoribus ejus ibidem ex propoſito Deo famulantibus in perpetuum. Notum fieri volumus omnibus, tam futuris, quam præſentibus, quod (*b*) Hartardus de Merenbergh, & uxor ejus Ermengardis, conſenſu liberorum, & hæredum ſuorum, allodium de O[illegible]erdieſenbach in Einriche cum eccleſia (*c*) & viris ad eccleſiam pertinentibus, cum integritate decimæ ejusdem villæ, omnibusque ad eam ſpectantibus appendiciis, tam in agris, quam in pratis, totaque decima de Bettendorff, & media parte decimæ de Schura *, & quandam foreſtem, quæ dicitur Kamervocht, quæ ſpectat ad eandem villam; & ſilvam totam, quæ Bruſtenbach dicitur, præter quintam arborem, quæ pertinet ad Catzenelenbogen; eccleſiæ de Arnſtein pro ſalute animæ ſuæ contulit, & ad majorem facti firmitatem prædicta omnia in manus noſtras reconſignavit; eo ſcilicet tenore, ne aliquis deinceps advocatus prædictæ villæ, præter archiepiſcopum Trevirenſem, præponatur. Nos ergo authoritate nobis a Deo conceſſa, quidquid juris in prædicta eccleſia habuimus, archidiacono

[* hæc loca omiſſa ſunt.]

N O T Æ.

(*a*) *Euſtachio Abbati de Arnſtein.*] De eo Vita Ludovici Comitis in Arnſtein *pag.* 15. *Hoc tempore* (ſcilicet anno 1179) *felicis memoriæ Euſtachius Abbas, cum XXIX. annis in caſtris Domini ſtrenuè militaſſet, ſolutus carnis ergaſtulo, Deo tradidit animam; ſucceſſitque illi* * *Richolfus, cujus multa in procuratione domus Dei inveniuntur inſignia probitatis.*

[* tertius Abbas Arnſteinienſis,]

(*b*) *Hartardus de Merenbergh, & uxor ejus Irmengardis.*] Cùm Comites de Naſſau fuerint Domini de *Merenberg*, ſic conjicio, Hartardum hunc fuiſſe affinem Ludovici fundatoris Arenſteinienſis. Septem enim huic fuere ſorores, de quibus ejus vita *p.* 6. hæc memorat: *Duæ ipſarum duobus inclitis junctæ ſunt Baronibus Hungarorum, non minus ſolemniter, quàm nobiliter deſponſata. Tertia Palatini Comitis tranſiit in amplexus de* * *Thuynen, quam ipſi Comiti frater ejus apud ſanctum Goarem honorificè præſentavit, ipſeque cum ducentis eam militibus & apparatu plurimo ambitioſe recepit. Quarta* (Irmengardis nempe) *Naſſauwen deſponſata* * *Rupertum genuit, & Arnoldum, Demudim filiam. Arnoldus Comes pater extitit Ruperti Comitis viri bellicoſi, qui in expeditione Imperatoris Friderici peregrinus obiit in partibus transmarinis. Rupertus frater Arnoldi pater extitit Comitis* * *Valeriani, cujus filii ſunt Henricus & Rupertus nunc Comites, quorum mater erat nomine Cuneguudis. Demundis ſoror ipſorum nupſit Embriconi, qui pater fuit Comitis Henrici patris Eberhardi Comitis de Diethſe. Quinta fuit deſponſata Comiti* * *de Loyſe mater Comitis Bopponis & ſororis ejus Adelheydis, quæ Bertoldus, & Dietherus Comites de Catzenelenbogen proceſſerunt. Sexta Iſenburgenſem progeniem generavit. Septima in Sutphanienſem tranſiit Comitiam.* Quæ latiùs hic commemorare placuit in gratiam familiæ patriæ. Interim in quas Ludovici Arnſteinii ſorores nupſerunt Comitum familias, unâ demptâ Naſſovicâ, omnes exſtinctæ ſunt; etſi linea fœminea in ſtirpibus nonnullis, quibus agnata, cum hæreditate ſucceſſio vivat. Plerique clientes extitere Treviren͡ſis Eccleſiæ.

[* Tubingen.]
[* hunc vid. in charta an. 1178. in Gudeni Cod. diplom. Mogunt. p. 264.]
[* Valerami.]
[* Loſſenſ.]

(*c*) *Et viris ad Eccleſiam pertinentibus.*] De quibus ad chartam fundationis Arnſteinianam de anno 1156. *Not. E.*

CCCCXII.

no noſtro Alexandro, jus ſuum in eadem eccleſia prædictis fratribus concedente ad commodum, & utilitatem eccleſiæ, & honorem ſanctæ Dei genetricis contulimus &c. Acta ſunt hæc Treviris anno incarnationis dominicæ MCLXIII. indictione X. epacta XXV. concurrente I. rogatu & petitione (d) Ludovici comitis in Arnſtein, qui ejusdem loci eccleſiam a fundamento conſtruxit; & ſe ab hujus mundi illecebris ad eandem eccleſiam, ad ſerviendum Deo viventi, tranſtulit. (d)

NOTÆ.

(d) *Ludovici Comitis in Arnſtein.*] De cujus exitu hæc refert ejus vita edit. Brovverianæ p. 15. *Comes & converſus, ſicut ſæpe ſolebat per Abbatis licentiam Eccleſias, quas ſundaverat, & ipſorum prædia viſitandi gratia circuibat. Et dum ad Cœnobium Dominarum Gummerſcheim* (quod in agro Metenſis Eccleſiæ in Archidiœceſi Moguntino ſito conſtruxerat) *devenisſet, viribus corporis deſtitutus ſenſit mortis adeſſe diſcrimen.... Aliquantis autem diebus febriens ab Abbate Monaſterienſi Burchardo & Præpoſito Flanheim Werenboldo & præfati loci ſacerdotibus, ſacramentis cœleſtibus & Eccleſiaſticis ſolemniter eſt imbutus, & totus cœleſtium flagrans deſiderio, valedicens omnibus VIII. Kal. Novemb. animam tranſmiſit ad Chriſtum. Ad cujus exequias tota fere vicinia confluebat. Conditus eſt pro tempore duabus noctibus apud Gummerſcheim: tertia apud Eberbach; quarta apud Eccleſiam Kirchdorff, quinta apud Eccleſiam B. Margarethæ; ſexta demum die Comitibus de Naſſau, de Catzenellenbogen, de Dietz, & dominis de Iſenburg feretrum portantibus apud Eccleſiam ſuam Arinſtein cum maximo deponitur ejulatu..... Sepultus eſt autem ante Altare B. Nicolai ejusdem Eccleſiæ patroni, in die commemorationis omnium fidelium animarum, anno gratiæ MCLXXXV. anno autem à fundatione dictæ Eccleſiæ XLVII. ſub Abbate Richolfo.*

CCCCXIII.

1166. **Henricus Comes Namurcenſis & Luxemburgenſis Eccleſiam S. Nicolai Luxemburgi confert Abbatiæ B. M. V. Munſterienſi.**

Miræi Opp. dipl. Tom. III. p. 713.

(a) NOtum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus, quod ego (a) Henricus Namurcenſis & Luxemburgenſis comes, quandam capellam in novo foro de Luxemburgh in allodio meo a quodam cive
(b) Herzelone in honorem Dei & (b) B. Nicolai conſtructam, ad devotam ejus civis petitionem, eccleſiæ B. Mariæ Lu-
(c) xemburgenſi, (c) de aſſenſu paſtoris, & nullo prorſus alio interveniente contradictionis obſtaculo, perpetua donatione poſſidendam contuli & habendam; ut ſuffragia & fructus orationum, quæ in eadem fiunt eccleſia, mihi & anteceſſoribus meis pie poſſem & ſalubriter adipiſci. Et ne aliquis hujus noſtræ donationis inſticutum poſſet refringere, præſentem paginam ſigilli noſtri munimine dignum duximus roborare. Teſtes vero hujus rei ſunt Winlerus ſacerdos; Joannes magiſter ſcholarum; Sifridus ſacerdos; Wiricus de Pus; Wilhelmus, Gerardus fratres de Aldanges; Gerardus de Selchem; Jacobus advocatus; Conradus de Mambre; Wetulo exactor; Cecilinus frater ſuus; Francko; Oliverius; Rodulphus; Albero; Salomannus, & quamplures alii. Hæc autem geſta ſunt anno dominicæ incarnationis MCLXVI.

CCCCXIV.

NOTÆ.

(a) *Henricus Namurcenſis & Luxemburgenſis Comes.*] Henricus I. cognomento *Cæcus*, ex Agnete Comitiſſa Geldriæ reliquit unicam filiam Ermeſindam, de qua infrà ad annum 1223. Obiit anno 1196.

(b) *B. Nicolai conſtructam.*] Hæc capella ſæculo decimo ſexto in parochialem Eccleſiam converſa eſt.

(c) *De aſſenſu paſtoris.*] In Weimerskirchen, cui tunc capella S. Nicolai filialis fuit. Adde infrà chartam Theoderici Archiep. de anno 1225.

CCCCXIV.

1167. ## Hillinus Archiepiſcopus concedit Hemmerodienſibus varia prædia, nec non immunitatem à precariis & exactionibus.

Hecſij Manip. rerum Hemmer. p. 16.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hillinus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter & ſervus, apoſtolicæ ſedis legatus, chariſſimo filio & amico Ranulpho venerabili abbati de Clauſtro, & univerſis ſucceſſoribus ſuis abbatibus canonice ibidem ſubſtituendis in perpetuum. Etſi omnium nobis in Deo creditorum utilitati & paci nos oportet providere, dignum tamen duximus, curam propeniorem circa illos exhibere, quos in noſtro & eccleſiæ Trevirenſis ſervitio diligentius & devotius cognovimus laboraſſe & in continuo Dei ſervitio videmus deſudare. Devotionem itaque tuam, & fidele ſervitium dilecte fili, Ranulphe abba, pia conſideratione animadvertentes, vineas quaſdam infra bannum curiæ noſtræ, Chemetam jacentes, & ad capellam noſtram, quæ libere in manibus noſtris jacebat, pertinentes, conſilio & conſenſu cleri & miniſterialium noſtrorum, tibi & eccleſiæ tuæ ob jugem noſtri memoriam & pro anniverſario noſtro quotannis celebrando contradimus, quas libere vobis & ſine calumnia liceat poſſidere. Statuimus etiam, ut in omnibus curiis noſtris, in quibus nos & ſucceſſores noſtri pro aliqua neceſſitate exactiones & precarias poterimus facere, tu & eccleſia tua de omnibus, quæ ibidem poſſidetis, liberi ſitis ab omni precaria & exactione tam noſtra, quam ſucceſſorum noſtrorum, aut etiam miniſterialium Trevirenſis eccleſiæ. Omnium etiam, tam præſentium quam futurorum, memoriæ commendamus, quod nos pro devotione & fideliſſimo ſervitio prædicti abbatis filii noſtri quaſdam partes pratorum ſuper ripam fluvii Leſuræ, & quandam partem ſylvæ adjacentis, & terræ incultæ, quas & ſimiliter in prata redegit, ſibi & eccleſiæ ſuæ libera donatione conceſſimus. Ut autem hæc rata & inconcuſſa omni tempore permaneant, præſentem paginam inde conſcribi, & teſtibus idoneis advocatis ſigilli noſtri munimento fecimus corroborari. Siqua igitur eccleſiaſtica vel ſæcularis perſona his noſtris donationibus contraire, vel eas temere infringere attentaverit, ſecundo tertioque admonita niſi reſipuerit, indignationem Dei omnipotentis incurrat, & in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Amen, amen, amen. Teſtes clerici qui interfuerunt: Rodulphus eccleſiæ Trevirenſis majoris præpoſitus & archidiaconus, Joannes decanus & archidiaconus, Bruno archidiaconus magiſter. Gerardus præpoſitus Palatioli, Theodoricus canonicus & capellanus. Teſtes laici: Wilhelmus marſchalcus, Wernerus frater ejus, Walterus de Palatio, Ludovicus & frater ejus Reinerus. Facta ſunt hæc Treviris anno dominicæ incarnationis MCLXVII. indict. XV. epacta XVII. concurrente IV. anno pontificatus noſtri XVI. Signum domini Hillini Trevirenſis archiepiſcopi apoſtolicæ ſedis legati.

CCCCXV.

1169. ## Hillinus Archiepiſcopus monaſterio Hemmerodienſi confirmat partem ſylvæ de Lütgen.

Hecſij Manip. rerum Hemmer. p. 9.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hillinus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, omnibus Chriſti fidelibus pacem in Domino æternam. Noverint omnes, tam futuri quam præſentes, quod Heſſo de Ruceo miles laudavit primum, quod pater ſuus Gerardus, nec non & ruſtici de * Lytecha de ſylva eorum, in confinio Clauſtri a multis retro diebus (ab initio fundationis) eccleſiæ de Clauſtro contulerunt cum uſuariis & paſcuis per totum territorium de Lytecha, communi aſſenſu & laude omnium ruſticorum ſuorum de Lytecha per manum noſtram ſimul & comitis Namurcenſis. Henrici libera donatione, & abſque ulla re-

* Gros-Lütgen.

CCCCXV.

la retentione conceſſit Giſilbetto abbati de Clauſtro ſuisque ſucceſſoribus pro remedio aoimæ ſuæ de tam dicta ſylva quidquid continetur infra metas, quas præfati ruſtici ex præcepto ipſius poſuerunt, a loco videlicet illo, ubi in unum duo conveniunt rivuli Bechenbach & Brunenbach, usque juxta ſtratam Prumienſem ad Turebach. Inde in directum deſcendendo per Durenbach, usque in locum, qui Dumpele appellatur; & inde itidem per metas deſcendendo ad fontem Berlebrunne, & usque in Salmanam. Sed & hoc memoriæ commendandum, quod omnes memorati ruſtici ſe obſervaturos hanc donationem juraverunt &c. Hanc igitur confirmationem noſtram, quicunque aliquo modo infringere attentaverit, anathema ſit, & omnipotentis Dei &c.

Actum Treviris anno ab incarnatione Domini MCLXIX. Indictione II. Teſtes Rudolphus majoris eccleſiæ præpoſitus, Jo. decanus &c.

ARNOLDUS I.
ARCHIEPISCOPUS.

CCCCXVI.
EPISTOLA

circa 1169.

Ludovici Abbatis S. Mathiæ Treviris ad S. Hildegardem, qua ſuam erga eam teſtatur reverentiam, oratque, ut de ſibi commiſſo negotio reſcribat.

Martene Coll. ampl. Tom. II. p. 1021.

** Ludovicus.*

SAnctæ & Deo dicatæ virgini H. matri ſuæ dilectæ, * L. ſolo nomine abbas de S. Euchario ſalutem, & tantæ devotionis affectionem, quod ſi quis præter me ſciret, vel nihil, vel ea, quæ non ſunt ſcibilia, ſciret.

Satis ridiculoſum videretur, ſi aquilas papiliones, ſi cervos pulices, ſi leones lembrici miſſis litteris ſalutarent. Sic, immo plusquam ſic, mirandum, vel ut verius dicam ridendum, quod peccator in divinis vel humanis artibus parum, vel nihil valens, illi ſcribere præſumit, quam Deus cum mirabili caſtitatis prærogativa, tam alta, tam inſigni mirificavit ingenii excellentia, ut non ſolum philoſophorum, & dialecticorum, verum etiam antiquorum prophetarum exſuperes acumina. Temetariæ tamen præſumtioni, mater piiſſima, ſolita benignitate non denegabis veniam, cum reſcribendi cauſa fuerit familiaritatis audacia. At tibi ſcribendum, & ad te ſæpe veniendum non me viæ abſtertebit difficultas, dum ſermonum tuorum me invitet utilitas tanto gratior, quanto majori fuerit ſtudio comparata. Gratius enim poſſidemus, quæ cum labore accquirimus. Unde domina noſtra te non moveat improbitas, quoniam vires, quas tibi corporis denegat infirmitas, compatiens adminiſtrabit caritas. Litteras a te promiſſas cum magno deſiderio expecto, quas per præſentium latorem mittere non differas. Sed & etiam quod tibi viſum fuerit de negotio tibi commiſſo reſcribas.

CCCCXVII.

CCCCXVII.

Circa 1169.

RESPONSUM
S. Hildegardis ad Ludovicum Abbatem, qua docet, quomodo ſuos erga ſubditos ſe gerere debeat.

Martene Coll. ampl. Tom. II. p. 1021.

IN vera viſione vidi, & audivi hæc: quidam vir hortum ſtudioſe colebat, ſed nebula ſuperveniens illum areſaciebat, & vir ille eumdem hortum fodiendo evertit, & roſas, & lilia, ac alia bona aromata in illo poſuit: ſed iterum flores herbarum iſtarum de ſuperveniente turbine commovebantur. Tunc idem vir intra ſe dicebat: agrum de horto iſto faciam, in quo triticum & hordeum ſeminabo. Nunc tu, qui pater nominaris, audi. Hortus iſte initium tuum erat, quod primum per variam viciſſitudinem aliquantum nebuloſum fuit, ſed poſtea per amonitionem ſpiritûs ſancti, illud ad meliorem partem convertiſti, & in ſpiritu ſancto velut in bonis herbulis delectabaris. Tædium tamen te interdum fatigavit, quemadmodum turbo flores inclinat. Nunc Deo placuit, quod agricolam te conſtituit, ut cum magna ſollicitudine undique circumſpicias, & aratrum recte in terra ponas; quoniam tibi non proderit, quod per tædium torpeas. Hæc ſecundum exempla ſanctorum facies, & in eorum moribus mores pii patris diſces. Bonos, & rectos ama, vanos autem, & delinquentes corripe, ac eos, qui ut lapides duri ſunt, patienter tolera, ne eum duritia, ne eum impetu iræ ſicut aquila ſuper eos cadas; ſed ut omnia cum moderatione facias. Sic fac, ne gregem Chriſti diſpergas. Te ipſum quoque coerce, & ſecundum regulam doctiſſimi magiſtri vive, & de fortiſſimo viro inſtruere, qui aquas produxit, & eas in rivulos diviſit, & qui terram facit germinare, & pomiferam florere; & qui montes exaltavit, & eos ſuper valles poſuit; & qui firmamentum cum omnibus ornamentis ſuis conſtituit, & qui ventos eduxit flare, ac aerem cum igne volare. Idem etiam vir beatus eſt, quia omnis beatitudo ab ipſo procedit, & vir nominatur, quoniam omnia creavit, & omnia, quæ virtuoſa, & fortia ſunt, viriliter pertulit. Ergo ſenſum tuum rivulis aquarum ſcripturarum, & converſatione ſanctorum, & quomodo vivebant imbue, & corpus tuum prohibe, ne divitias diaboli, ſed virtutes per bonam doctrinam faciat germinare, atque montem virtutum attende: & hoc per humilitatem facito, & in fratribus tuis flores velut de arboribus producito. Sol quoque eſto per doctrinam, luna per differentiam, ventus per ſtrenuum magiſterium, aer per manſuetudinem, ignis per pulcrum doctrinæ ſermonem. Hæc in pulcra aurora incipe, & in rutilante lumine ea perfice, in quibus etiam ſtrenue perſiſte, ut in æternum vivas.

CCCCXVIII.

1171.

Conceſſio beneficii Henrici Comitis Namurcenſis Bertholdo Duci de Cheringa præter advocatiam de Wittlich & Macheram.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Fridericus divina ſavente clementia Romanorum imperator & ſemper auguſtus. Juſtitia eſt, que cuique, quod ſuum eſt, conſervat; ſed quod cui conſervari debeat, ſine veritatis cognitione nulli liquido conſtat. Igitur defectu humane memorie, que veritatis ignorantiam ſolet inducere, hujus privilegii antidotum opponentes notum facimus univerſis, tam preſentibus quam futuris, quod dilectus ac fidelis noſter Arnoldus Trevirenſis archiepiſcopus, petitione noſtra ad hoc inductus, beneficium Henrici comitis Namurcenſis *, quod idem comes ab eccleſia Trevirenſi tenebat, per conſenſum ejusdem comitis Bertholdo duci de Cheringa & filio ſuo Bertholdo jure beneficiali conceſſit, eo beneficio excepto, quod Cono de Mailberg, qui major & ſenior appel-

* & Lutzemburgenſis.

Hiſtoriæ Trevirenſis dipl. Tom. I.

CCCCXVIII.

appellatur, a predicto comite habebat; videlicet advocatia de Wittelich cum certis ad idem beneficium pertinentibus, niſi forte per gratiam archiepiſcopi dux illud poſtea obtinere poſſit; curte quoque, que Machera nuncupatur, excepta, in qua predictus comes beneficiali jure nihil poſſidet, niſi quod permiſſione predeceſſoris ſui bone memorie domini Hillini Trevirenſis archiepiſcopi, dum viveret, uſumfructum tantum in ea capere permiſſus eſt. Talis vero conditio interpoſita eſt, quod ſi predicto duce * B. vel filio ſuperſtite prenominatum comitem decedere contingeret, ipſe dux vel filius ejus a die obitus comitis infra XV. ebdomadas archiepiſcopo Trevirenſi, vel cuicunque ipſe aſſignaverit, CCCL. marcas puri argenti Treviri perſolvat. Si vero duce decedente prenominatus filius ejus infra annos remanſerit, tutela ejuſdem pueri Radulpho Leodienſi epiſcopo gerenda committatur. Ad hujus vero contractus omnem ambiguitatem removendam, & firmam inde ſecuritatem exhibendam, per manum noſtram, & per aſſenſum filii noſtri regis Henrici curtem noſtram, que Crovia dicitur, cum omnibus ſuis attinentiis Trevirenſi archiepiſcopo obligavit eo tenore, quod poſt obitum comitis archiepiſcopus Trevirenſis utramque curtem in ſuam faſionem ponere debet, & omnes redditus & omne jus de predictis duabus curtibus tam diu percipiet, donec prefate CCCL. marce ei ex integro perſolvantur. Quod autem in exceptis ſuperius beneficiis Cononis de Mailbereh neque dux neque filius ejus, ſimulque cum eis Leodienſis epiſcopus in preſentia noſtri & principum, & multorum, qui aderant nobilium, dara fide compromiſerunt, & ad majorem firmitatem nos & Leodienſem epiſcopum fidejuſſores interpoſuerunt. Hujus rei teſtes ſunt Henricus imperialis aule cancellarius, Lodowicus Lantgravius Turingie, Henricus comes de Dietſe, Theobaldus comes de Lechelgiminde, Conradus Burgravius de Nuremberch, Burchardus de Uſemburch, Warnerus de Bulande. Acta ſunt hec apud Noviomagum anno dominice incarnationis MCLXXI. indictione IIII. regnante ſereniſſimo imperatore domino Friderico, anno regni ejus XX. imperii vero XVIII. (*a*) (*a*)

* Bertoldo

N O T A.

(*a*) Conf. Brovver. *Annal. Trev. Tom. II. Lib. XIV. n.* 155.

CCCCXIX.

1177. Charta Arnoldi Trevirenſis Archiep. pro monaſterio S. Trudonis, ne gravetur à telonario Cardonenſi.

Martene *Theſaurus novus anecdot. Tom. I. p.* 589.

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Arnoldus Dei gratia Trevirenſis archiepiſcopus: ſicut de jure vel cenſu eccleſiæ nobis commiſſæ, ne quid pereat, ſolliciti ſumus; ita nimirum, ne quid juri accidat non æque acceprum, ſummopere cavere debemus. Notum igitur facimus præſentibus & futuris, quod telonarius Kardonenſis, cum eccleſiam beati Trudonis de jure ſuo gravare vellet, & teloneum, quod nunquam ſolvere conſueverat, ab ipſa exigeret, (*a*) petitione dilecti filii noſtri Cuonradi (*a*)

N O T A.

(*a*) *Petitione dilecti filii noſtri Cuonradi Abbatis S. Maximini.*] Poſt mortem *Sigeri* Abbatis, qui circa annum 1165. deceſſit, Maximinianis præfuit *Arnoldus*, qui & Arnulphus ſcribitur. Sub hoc Arnoldum Archiepiſcopum ſe Abbatem & proviſorem Eccleſiæ S. Maximini nominaſſe legitur in Novillani Chronico. Si eo tempore turbidæ fortè fuerunt res ſan-Maximinianæ, eæ certè pacatæ videntur ſub *Conrado* Abbate, ad cujus petitionem hanc juſtitiam fecit Archiepiſcopus, cujus etiam decreto unionis Abbatiæ Luxemburgenſis anno ſequenti Conradus ut teſtis intervenit.

CCCCXIX.

radi abbatis S. Maximini, qui de eadem eccleſia aſſumtus eſt, veritatem diligenter exquiſivimus: &, quod de ſingula navi fritonem tantum Colonienſium denariorum eadem eccleſia de jure ſolvere debeat, comperimus. Quod ne apud poſteros quæſtionis locum obtineret, coram præpoſito majoris eccleſiæ, omnibusque fratribus data ſententia & confirmata, errorem decidimus, & prædictam eccleſiam jure ſuo, ſicut prædictum eſt, in perpetuum gaudere conceſſimus. Si quis igitur huic veritati contradicere, & teloneum aliud, quam ſupra dictum eſt, id eſt fritonem de quacunque navi, exigere vel percipere præſumpſerit, eum de gremio ſanctæ matris eccleſiæ ſegregamus, donec reſipiſcat, & eidem eccleſiæ ſatisfaciat. Hujus rei teſtes ſunt Contradus abbas ſancti Maximini, Rudolphus præpoſitus majoris eccleſiæ, Johannes decanus ejusdem eccleſiæ, Folmarus archidiaconus, Wecelo cantor, Fridericus cuſtos. Laici: Theodericus de Marceto, Wilhelmus de Helvenſtein, Theodericus de Sarburg, Rainerus de Palatio, & quam plures alii. Acta ſunt hæc ab incarnatione Domini MCLXXVII. regnante Frederico glorioſo Romanorum imperatore.

CCCCXX.

1178. Unio Abbatiæ ſanctæ Mariæ Luxemburgi ad Abbatiam S. Vitoni Virdunenſis.

Calmet Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob. p. 371.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Arnoldus Dei gratia Trevirenſis humilis miniſter, omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris, quam præſentibus. Noverit omnium tam futura quam præſens ætas, quod cum monaſterium S. Mariæ in Lucemburg tam in monaſticæ religionis diſciplina, quam in temporalibus bonis, peccatis exigentibus, pene deſeciſſet, tam a nobis, quam dilecto filio noſtro Henrico de Lucembourc conſtitutum eſt, qualiter idem monaſterium in utroque defectu reparari potuiſſet. Poſt longam & dinturnam hujus rei conſiderationem tandem ex conſilio & petitione jam dicti filii noſtri comitis de Lucembourc, nec non etiam conſilio & aſſenſu chariſſimi fratris noſtri Arnoldi Virdunenſis eccleſiæ electi, & perſonarum eccleſiæ ejusdem, nihilominus etiam conſilio & exhortatione perſonarum eccleſiæ noſtræ præpoſitarum, videlicet archidiaconorum, abbatum, & aliarum perſonarum religioſarum, conſenſu etiam * fratrum de Lucembourc taliter eſt proviſum, ut quia eccleſia ſancti Vitoni Virdunenſis ad ſupplendum prædicti monaſterii defectum, tam in his, quæ ad divinum cultum pertinent, quam quæ ad hujus præſentis vitæ ſunt neceſſitatem, pollere videbatur, abbas, qui nunc in eccleſia ſancti Vitoni præeſt electus, vel quicunque futuris temporibus ibidem canonice ſubſtituetur, idem etiam monaſterio in Lucemburc præſit, ſalvo per omnia jure & authoritate ſanctæ matris noſtræ Romanæ eccleſiæ, ſalvis etiam privilegiis jam dicti monaſterii; hoc uno excepto, quod cum libertatem electionis hactenus habuerint per ſe, haoc deinceps pari electionis jure una cum fratribus ſancti Vitoni in capitulo ejusdem loci pariter & concorditer debent habere; nihilominus itaque jure & debito reſpectu ſanctæ Trevirenſis eccleſiæ conſervato taliter præpoſitum eſt & ſtatutum, ut quicunque in prænominata eccleſia ſancti Vitoni futuro poſtmodum tempore canonice fuerit electus, antequam inveſtituram vel conſecrationem de manu domini Virdunenſis accipiat, accepto baculo paſtorali ſuper altare beatæ Mariæ in Lucemburc archiepiſcopo Trevirenſi ſe repræſentet, curam animarum de manu ipſius de monaſterio de Lucemburc recipiat, ſactaque ſecundum morem eccleſiæ Trevirenſis ſubſcriptione obedientiam faciat, conductusque ab archidiacono ad ſedem ſuam in Lucemburc, rediensque cum literis archiepiſcopi ad eccleſiam Virdunenſem, tunc demum ab epiſcopo Virdunenſi conſecrandus, illic in conſecratione ſua ſubſcriptionem & obedientiam eccleſiæ Trevirenſi ſactam, manifeſte coram eccleſia profiteatur & recognoſcat. Ne autem futuris temporibus de electione

* monachorum.

CCCCXXI.

nutrimentis animalium veſtrorum decimas a vobis nullus exigere præſumat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere ſeu aliquibus vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate & diœceſani epiſcopi juſtitia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertioque commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quamvis & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, amen.

Ego Alexander cathol. eccleſ. epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Hubaldus Hoſtienſis epiſcopus ſubſ.
Ego Conradus Salzeburgenſis eccleſiæ miniſter & ſub-epiſcopus ſubſc.
Ego Joannes presbyt. card. ſanctorum Johann. & Pamachii ſubſc.
Ego Joannes presbyt. card. tit. S. Anaſtaſiæ ſubſc.
Ego Theodicus presbyt. card. S. Vitalis tit. Veſtinæ ſubſc.
Ego Petrus presbyt. card. tit. S. Suſannæ ſubſc.
Ego Vivianus presbyt. card. tit. S. Stephani in Celiomonte ſubſc.
Ego Jacob. diac. card. S. Mariæ in Coſmydin ſubſc.
Ego Ardirio diac. card. S. Theoderici ſubſc.
Ego Rameri diaconus card. S. Georgii ad Velum aureum ſubſc.
Ego Gratianus diac. card. SS. Coſmæ & Damiani ſubſc.
Ego Mathias ſanctæ Mariæ novæ diacon. card. ſubſc.

Datum Lateran. per manum Alberti S. Romanæ eccleſiæ presbyteri cardinalis & cancellarii III. idus Aprilis, indict. XII. incarnationis dominicæ MCLXXVIIII. pontificatus vero domini Alexandri papæ anno XX.

CCCCXXII.

1179. 22. *April.*

Bulla Alexandri III. pro confirmatione libertatum & bonorum Romersdorffii.

1181.

Annal. Ord. Præmonſtrat. Tom. II. in probat. p. 441.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Engelberto abbati monaſterii S. Mariæ in Romersdorff ejusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Piæ poſtulatio voluntatis debet affectu proſequente compleri, quatenus devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat; quapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis petitionibus leniter annuimus, & eccleſiam B. Dei genitricis & virginis Mariæ de Romersdorff &c..... In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum & B. Auguſtini regulam atque inſtitutionem Præmonſtratenſium fratrum &c.... Præterea quascunque poſſeſſiones &c...... In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Cella quæ vocatur Concilium Dei, cum eccleſia in Dornheim cæterisque ad eam pertinentibus; cella in monte S. Michaelis; cella in Wulffersberg; Adenſteter totum; Gladbach medietatem; Rode, Niederhoven, Steinbach cum decimis, molendinis, ſylvis, paſcuis, terris cultis & incultis, rivis vel aquis aquarumque decurſibus ad piſcationem ad prædicta loca pertinentibus, atque univerſis earum redditibus ac familiis; quidquid etiam juris habetis in Wallandar & Wiſſa, & in Bedendorff & in Langendorff cum agris & vineis. Obeunte verò te nunc ejusdem loci abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu

CCCCXXII.

ſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem & B. Auguſtini regulam providerint eligendum. Liceat quoque vobis clericos, & laicos liberos & abſolutos in ſæculo fugientes absque aliqua contradictione ad converſionem recipere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem aliqua levitate ſine abbatis licentia fas ſit de clauſtro diſcedere; diſcedentem vero absque communium litterarum cautione, nullus audeat retinere. Sane novalium, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis animalium veſtrorum, nullus a vobis decimas præſumat exigere, ſepulturam quoque illius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire deſideraverint, niſi forte excommunicati aut interdicti ſint, nullus obſiſtat; ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat eccleſiam veſtram &c...... Ad indicium autem hujus ab eccleſia Romana præceptæ protectionis unum aureum Colonienſem nobis noſtrisque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Siqua igitur eccleſiaſtica ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens &c. .... Cunctis autem eidem loco jura ſua ſervantibus ſit pax Domini noſtri, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Datum Laterani X. kalend. Maij. pontificatus noſtri anno vigeſimo. (a) (a)

N O T A.

(a) Romersdorffii nomen, à *Romanorum-villa* deductum, probabile faciunt, caſtrum à tergo monaſterii ſuis inter rudera veſtigiis ſuperſtes, ubi traditione avorum ſtatio Romanorum fuiſſe perhibetur, nec non vicina caſtro foſſa, longè per Rheni tractum Francofurtum verſùs excurrens, vulgò *der Heyden-Graben* dicta. Eo loco, ad tertium facile lapidem intra Confluentes ad dexterum Rheni latus ſito, olim Benedictinorum cœnobium, in quod Albero Archiepiſcopus Ordinis Præmonſtratenſis viros introduxit, deſumptos ex Floreffiæ, in finibus Namurcenſium, monaſterio; ex quo etiam primi Romersdorffenſium Abbates *Theodoricus*, *Macarius*, *Rudolphus*, aciti fuere. Usque dum *Engelbertus*, ad quem præſens bulla directa eſt, anno 1172. ex monaſterii ſui gremio hujus loci Abbas eligeretur.

CCCCXXIII.

1181. ## Origo caſtri Moneleyr, dicti Schine; quodque ſit feudum ligium Eccleſiæ Trevirenſis; & jura in Sargaw Arnoldi Archiep.

IN nomine ſancte & individue Trinitatis. Atnoldus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter, omnibus tam futuris quam preſentibus veritatem ſcire volentibus ſalutem in eo, qui eſt veritas & ſalus. Quoniam memorie beneficium fugax eſt & labile, literarum ſuffragium neceſſario inventum cognoſcitur, ut quod vel diuturnitate temporis a memoria aboleri, vel iniqua malorum tergiverſatione a ſui ſtatus rectitudine ſolet immutari, literarum teſtimonio commendaretur, & ſcripture indicio poſterorum notitie tranſmiſſum, inconvulſum in perpetuum ſervaretur. Inde eſt, quod preſenti ſcripto ad cognitionem tam preſentium quam futurorum tranſmittimus, qualiter Arnulphus de Walencurt advocatus in curia noſtra Marceto, cum non eſſet nobis ita familiaris, ſicut ei expediret, propter injurias, quas nobis in eadem curia inferebat, nos per ſe & per amicos ſuos humiliter adiit, & ut ei in proprietate eccleſie noſtre, videlicet in loco, qui dicitur Schine, caſtrum edificare permitteremus, diligenter rogavit. Nos autem, accepto conſilio, caſtrum in partibus illis proprie habere, propter incurſus raptorum, neceſſarium animadvertentes, & controverſiam illam, que inter nos & ipſum erat, de petitionibus, que in eadem curia fiebant, extinguere volentes, ſub expreſſione conditionis, que ſubſcripta eſt, id fieri conceſſimus. Noſtre igitur pactionis eſt caſtrum ibidem edificatum, quod ipſe a nobis & ſucceſſores ejus in beneficio habebunt, ad tuitionem terre noſtre, & ad omnes uſus & neceſſitates noſtas contra omnium hominum incurſus ſemper paratum eſſe debere, & tam ipſam curtim cum caſtel-

CCCCXXIII.

caſtellanis, qoam ipſum totum ambitum caſtri, contra quemlibet hominem ad mandatum noſtrum apprehendendum fore. Firmiſſimam nobis quoque per ſe & per amicos ſuos ſecuritatem preſtitit, quod de eodem caſtro nullatenus ipſe nobis & eccleſie noſtre, vel aliquis ſucceſſorum ſuorum ſucceſſoribus noſtris non ſolum non nocebit, ſed prefatum caſtrom nobis & ſucceſſoribus absque omni contradictione patebit. Cautumque eſt, & fideliter promiſſum, quod caſtellani, quibus cuſtodia turris commiſſa erit, oobis & ſucceſſoribus noſtris fidelitatem jurabunt, & juramento ac fidelitate nobis tanquam ei adſtricti erunt, ita ut, ſi forte inter nos aliqua diſſenſio, que abſit, orta fuerit de eodem caſtro, nec eum contra nos, nec oos contra eum juvabit, ſed nec ipſe contra oos guerram exercebit, etſi forte cootra ligium dominum ſuum, ducem videlicet Lotharingie in perſona ſua nos juvare non poterit, relicto nobis caſtro cum caſtellanis, qui nobis juvabuot, inde exibit, & ſi voluerit, ad dominum ſuum ligium ibit, non tamen ad damnum noſtrum veniet, ubi cum honore excipere poterit, imo & ſi damnum ooſtrum preſcierit, nos inde premuniet, ſi poterit; reddetutque ei e converſo ſecuritas ſine malo ingenio per nos & ſucceſſores noſtros; ſpondentibus pro nobis eccleſie noſtre perſonis, majore videlicet prepoſito, decano & archidiaconis, abbatibus quoque civitatis, aut etiam hominibus & miniſterialibus noſtris, qui preſentes erunt, quod conſummata inter nos & inimicos noſtros guerra, vel ſedata inter nos & eum per compoſitionem vel per judicium diſcordia, ad eandem domum ſicut ad beneficium ſuum liberum redditum habebit. Infra ambitum autem caſtri aream idoneam ad edificandum nobis domum propriam & capellam ad arbitrium noſtrum nobis reſervamus, quam jure feodi nulli obligabimus, & hominem convenientem ad cuſtodiam domus noſtre, & victualium, ſi ea ibi habuerimus, perficiemus. Petitiones vero ſive exactiones, quocunque modo in prefata curia fiant, vel in valle illa, ſive in annona, ſive in nummis, ex equo dividemus, & quod de dimidia parte tertie parti, quam ei recognoſcebamus, ſupererit, ad augmentum feodi & nominatim ad caſtri cuſtodiam habebit. De placitis autem tertiam ſolummodo partem accipiet, & nec in placitis nec in petitionibus, vel per ſe, vel per nuncios ſuos, nos aliquo modo circumveniet. Miniſteriales autem noſtri & officiales, ſculteti, foreſtarii, bubulci, piſcatores & alii ad cuſtodianum officium noſtrum ſpecialiter deputati, ab omni exactione liberi erunt, & ante idem caſtrum nullum a deſcendentibus vel aſcendentibus per [illegible]aroam teloneum exigerur, nec eis aliqua moleſtia aut damnum inferetur. Dedit autem ipſe nobis quosdam de amicis ſuis, qui nobis pro eo juraveront, quod hec omnia obſervabit, & ſi commonitus ab eis vel a nobis infra 15. dies non obſervaverit, vocati ex parte noſtra Trevirim venient, oec inde exibunt, quousq; omnia, que nobis ex condicto facere tenetor, integraliter perficiat. Quod ſi ipſe idem, vel aliquis ex parte ſua, in prefata curia Marceto vel alibi contra nos vel ſucceſſores noſtros exceſſerit, vel conventiones, que de caſtro conſcripte vel condicte ſunt, in aliquo violaverit, ſi de omnibus ſecundum formam preſcriptam non ſatisfecerit, hanc in ſe & ſuos heredes legem excepit, quod excommonicatus habebitur, & tota terra ſua ſub excommunicatione tenebit; feodum quoque ſuum condicta lege ſioe omni judicio tanquam reſignatum vel abjudicatum nobis liberum erit. Et ut hec rata & impoſterum, tam ex noſtra, quam ex ſua parte, inconvulſa permaneant, preſentem paginam inde conſcribi, & ſigillo noſtro fecimus communiri, adhibitis teſtibus & fidejuſſoribus, tam pro parte ſua, quam pro noſtra, quorum nomina hec ſunt: pro ſua comes Symon de Sarebrucke; Godefridus comes de Spanheim & filii ſui; Gilbertus de Miravel & filius ſuus Bartholomeus; Arnolphus de Siersberg; Cuno de Mailberg; Cuno & Arnulphus de Ure; Albero & Theodoricus de Manderſcheit; Wiricus, Mafredus, Alexander & Henricus de Numagen; Rudolphus & Henricus de Trys. Pro parte noſtra: Rodolphus major prepoſitus; Joannes decanus; Folmarus archidiaconus; Ludovicus abbas S. Eucharii; Gero prepoſitus; Wezelo cantor; Fridericus ſub-cuſtos; Theodoricus, Wilhelmus de Helfenſtein; Theodoricus de Sareburg; Walterus & Reinerus de Palatio; Ludovicus & Fridericus de Ponte; Jacobus Iſembardus de Wal.

CCCCXXIV.

CCCCXXIV.

1181. Arnoldus Archiep. Hemmerodienſibus donat prædium Langſcheid ab omni jure Advocatiæ liberum.

Hecſi Manip. rerum; Hemmer. p. 23.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Arnoldus Dei gratia Trevirorum humilis miniſter, dilecto filio Gilliberto abbati de Clauſtro, omnibusque ſucceſſoribus ejus ibidem canonice ſubſtituendis, fratribus illic Deo militantibus in perpetuum. Quoniam quæ in tempore fiunt, plerumque variantur cum tempore, neceſſe eſt hominum factis, quæ ad perpetuam ſtabilitatem fiunt, ſcriptura fidem adhibere, ne longioris proceſſu temporis vel ab humana memoria poſſint deleri, ſive arte vel ingenio alicujus in irritum revocari. Noverit igitur omnium fidelium tam futura quam præſens ætas, quod nos allodium quorundam nobilium, Gerlaci videlicet & Henrici de Iſenburgh fratrum, in Langſcheidt, & in locis illuc pertinentibus ab omni jure advocatiæ liberum & abſolutum, & univerſum jus, quod illic habebant in agris, in pratis, in ſylvis, in aquis & utriusque ſexus mancipiis, propriis rebus noſtris juſta comparavimus emptione, & eadem proprietate, jure, quo ipſi illud poſſidebant, liberum ab eis recepimus. (*a*) Cumque decem annis ſine ulla interruptione quietis in noſtro uſu & dominio idem allodium libere, ut proprium, poſſediſſemus, nos pro ſalute animæ noſtræ, & in ſpe retributionis æternæ monaſterio S. Mariæ de Clauſtro libera & perpetua donatione illud tradidimus, quatenus quotidiana noſtri memoria, & dum in hac vita vivimus, & poſt mortem in benedictione, & fratrum oratione illic perpetuo habeatur. Ut autem donatio iſta firma in perpetuum maneat & inconcuſſa, præſenti ſcripto eam confirmamus, & ſigilli noſtri impreſſione ſignamus. Si quis ergo deinceps hanc noſtram confirmationem infringere vel aliquo modo imminuere præſumpſerit, anathema ſit, & omnipotentis Dei iram incurrat, & a participatione corporis & ſanguinis Domini & ſalvatoris noſtri, & a liminibus eccleſiæ alienus exiſtat, & in tremendo Dei examine ſe damnandum ſciat, niſi eum pleniſſima redditione & congrua ſatisfactione veniam adipiſci mereatur. Hujus rei teſtes Rudolfus major præpoſitus, Joannes decanus, Folmarus magiſter ſcholarum & archidiaconus, Ludovicus abbas S. Eucharii, Gerardus præpoſitus S. Simeonis, Wilhelmus de Coverna, Fridericus de ..... Emricho magiſter ſcholarum S. Simeonis, Wernerus cuſtos S. Simeonis, Henricus de Ato. Laici: Hugo de * Indagine, Walterus de Palatio, Jacobus & Reinerus de Palatio, Albertus dapifer. Acta ſunt hæc Treviris, anno ab incarnatione Domini MCLXXXI. epacta III. concurrente III. indict. XIV.

* hodie Hagen

CCCCXXV.

N O T A.

(*a*) *Cumque decem annis ſine ulla interruptione quietis in noſtro uſu & dominio, &c.*] Ad præſcriptionem hic digitum intendit Arnoldus, ſed Juris *Romani*, quæ cum titulo decem annis abſolvitur; cùm *Germanica* XXX. annos deſideret, nec ad titulum attendat. Heineccius *Elem. Jur. German. Lib. II. Tit.* 4. §. 108. *ſeqq.* Nimirum plura jam Juris Romani, hoc ævo, veſtigia hinc inde deprehendimus.

CCCCXXV.

1182. 31. *Maij.*

FRIDERICUS IMP.

firmat monaſterio S. Maximini ſua bona & poſſeſſiones.

Zylleſius Deſenſ. S. Maxim. P. III. §. 58.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Ad æterni regni meritum, & ad temporalis imperii incrementum apud Regem regum nobis proficere non ambigimus, ſi eccleſiis Dei poſſeſſiones ſuas ac jura conſervando imperiali clementia ſalubriter provideamus. Cujus rei conſideratione univerſa bona, quæ prædeceſſor noſter Henricus ſecundus imperator, eccleſiæ S. Maximini, in ſuburbio Trevirorum reliquit, quando ſex millia ſexcentos quinquaginta ſex manſos nomine fœdi inde alienavit, & eandem eccleſiam ab onere expeditionum liberavit, eidem eccleſiæ, & abbati Conrado, ſuiſque ſucceſſoribus imperiali authoritate confirmamus, in his videlicet locis: Prichina, quod in pago Einriche ſitum eſt: Guntereshuſen, quod in pago Drechere jacet, cum ſuis pertinentiis, quæ ad ſagimen fratrum, & ad infirmorum curam pertinent: Swabheim, Heſenesheim, Brinczenheim, Wildeſten, Evernesheim, Bingin, Holtzhuſen, Schringeſvelt, Hultzinesheim, Buchenheim, Alſoncia, Apula, Furnivelt, Simera, Mannetal, Narheim, Folmershach, Provesdervorth, Okesheim, Arnolfesbert, Meisbach, Rateresdorff, Fl[illegible]no, Bikendorff, Liezinha, Decima, Vallis, Burnacha, Hannewillire, Meroldivilla, Wimari-eccleſia, Crutla, Secrauna, Luzelenkircha, Wilare, Tavena, Beſſiaco, Druhdeldinga, Murmiringa; & in civitate Metenſi, & circum circa vineas, domos & areolas; & in pago Sallingouue, Dincrlche, Ivolcourt, Biſangaten; in pago Muſolenſi, villa, quæ vocatur Lukeſinga, & Loavia, & Rivenacha; & inter Moſellam, & Suram Marchedith, & Billich, & Kriske. Item eccleſias ac redditus privilegio proavi noſtri Henrici imperatoris quarti præfatæ eccleſiæ S. Maximini confirmatos, abbatibus & pro tempore præſidentibus noſtræ authoritatis rohore ſtabilimus: videlicet eccleſias in Gozolvesheim, Albucho, Wildeſtein, Winſheim; & duodecim talenta cenſuum in Apula cum eccleſia, & villam quandam vocabulo Folmaresbach, quæ ad veſtituram fratrum, & ad luminaria monaſterii cæteroſque uſus pertinent. Statuimus itaque, & authoritate noſtra firmiſſime præcipimus, ut nulli regum, ſeu imperatorum, ſeu abbatum, nec cuiquam hominum liceat quippiam de eisdem bonis alicui in beneficiatione, vel nomine pignoris obligare; ſed omnia præmemorata ad veſtituram alioſque uſus fratrum, & ad luminaria concinnanda, & ædificia reparanda abſque omni inquietudine omni tempore permaneant. (a) Si quis autem (quod abſit) hujus præcepti noſtri in aliquo violator extiterit, noſtram noſtrorumque ſucceſſorum offenſionem incurrat, & pro pœna ſexaginta libras auri componat, quarum una medietas fiſco, altera vero eccleſiæ & abbati injuriam paſſo perſolvatur. Et ut hæc in omne ævum rata permaneant & inconvulſa, præſentem paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione fecimus communiri. Hujus rei teſtes ſunt: Philippus Colonienſis archiepiſcopus, Hermannus Monaſterienſis epiſcopus, Ulricus Spirenſ. epiſcopus, Conradus abbas Fulden. Arnoldus major præpoſitus in Magunt. Rudolphus imperialis aulæ protonotarius, Henricus decanus majoris eccleſiæ in Magunt. Sifridus magiſter ſcholarum, Herimannus cantor, Rucherus archipresbiter. Fridericus dux Sueviæ, Conradus comes Palatinus de Rheno, Gerardus comes de Lon, Poppo de Wertheim, comes Simon de Sarebrucke, Henricus comes de Dietſe, Henricus marſchalcus, Conradus pincerna, Bartmannus de Budingen, Conradus de Bockesberg, Dudo camerarius, Reibodo de Pinguia; & alli quam plures.

Signum domini Friderici Romanorum imperatoris invictiſſimi. Ego Godefridus imperialis aulæ cancellarius vice Chriſtiani Magunt. ſedis archiepiſcopi & Germaniæ archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCLXXXII. indict. XV. regnante domino Friderico Romanorum imperatore glorioſiſſimo, anno regni ejus XXXI. imperii vero XXVIII. Data Moguntiæ in ſolemni curia II. kal. Junii.

CCCCXXVI.

CCCCXXVI.

1182. Compoſitio inter Canonicos S. Simeonis Treviris & Cives de Confluentia ratione telonii ibidem, auctoritate Arnoldi Archiepiſcopi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Arnoldus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam veterum ſolers decrevit prudentia, quatenus inter legitimos hominum contractus, qui digni memoria reperirentur, tenaci authotitate literarum, quæ fideles rerum ſibi commiſſarum ſunt indices, ad notitiam poſterorum tranſmitterentur. Inde eſt, quod ipſorum veſtigiis inhærentes, ea, quæ inter eccleſiam ſancti Simeonis, quæ eſt in Treveris, & (*a*) univerſos Confluentinos, tam miniſteriales, quam burgenſes, juxta juris tenorem, & etiam amicabilem compoſitionem in conſpectu noſtro geſta ſunt, ad plenam cognitionem tam præſentium quam futurorum optamus pervenire. Noverint ergo univerſi in Chriſto fideles, ad quos præſentis paginæ teſtimonium pervenerit, quod dominus Poppo venerandæ memoriæ Trevirorum archiepiſcopus, noſter prædeceſſor, telonium, quod in Confluentia tam in ſoro, quam a tranſeuntibus navigio univerſis, & a ſomariis perſolvitur, cum in manu ſua libere cum omni jure ſuo teneret, eccleſiæ ſancti Simeonis fratribus præter alios reditus, quos in uſum præbendarum eis contulit, imperiali conceſſione integraliter contradidit: ſed ne hæc tam ſancta tamque devota donatio ullum omnino poſteritatis timeret concuſſum, imperatoriæ majeſtatis privilegio, nec non apoſtolicæ ſedis, omniumque prædeceſſorum noſtrorum a tempore venerabilis præfati Popponis archiepiſcopi usque ad tempora noſtra vigilanti ſtudio reperitur communita. Fratres itaque ſancti Simeonis, cum jam dictum telonium multis retroactis temporibus quiete tenuiſſent, ſicut prædeceſſorum noſtrorum privilegia vere teſtantur, ſcabini Confluentinorum in annuis placitis ſuis querimoniam qualemcunque ſuper fratrum telonio coram advocato ſuo, & villico, cum tamen fratres nunquam usque ad tempora noſtra in jus tracti fuerint, depoſuerunt dicentes, quartam portionem ad civitatis ædificia pertinere. Illis itaque in injuriæ ſuæ verbo inhærentibus, & violentas manus in jura ipſius telonii tandem incidentibus, (*b*) utrique parti diem præfiximus, ad quem tam fratres quam eorum adverſarii venientes, & hinc inde pro ſe allegantes, ipſi fratres coram nobis, utpote qui a prima donatione usque ad nos telonium ſuum quiete & inconcuſſe poſſederant, per ſententiam obtinuerunt. Nos igitur indemnitati eccleſiæ providentes, inter ipſos fratres & Confluentinos ex utrorumque conſenſu partes noſtras interponentes, perpetuam pacem & concordiam firmavimus. Præterea ad majorem eccleſiæ & fratrum cautelam communicato prudentiorum conſilio ipſi Confluentini data fide in manus noſtras pro ſe & pro poſteris ſuis compromiſerunt, quod nunquam fratribus in jure ſæpe dicti telonii aliquod ſuſcitarent impedimentum, imo etiam quanto poſſent ſincerius fratrum utilitati invigilarent. Pro qua tam amicabili & ſincera compoſitione fratres ad conciliandum ſibi poſteritatis ipſorum favorem perpetuum, & ad comparandos prædii alicujus reditus ob factæ compoſitionis memoriam ſæpe dictis Confluentinorum civibus ſexaginta marcarum pecuniam dederunt. Ad hæc etiam omnes eos, qui aliquo injuriæ ſcrupulo fratres ſuper ſuo telonio auſu temeratio deinceps attentarent fatigare, ſub ſola eorum petitione excommunicavimus, & eodem anno, quo facta eſt, quam diximus, tranſactio, per omnes totius anni dominicas, (*c*) Saulino paſtori parochiæ ſanctæ Mariæ in Confluentia præcepimus, ut ex communicatos

N O T Æ.

(*a*) *Univerſos Confluentinos tam Miniſteriales quàm Burgenſes.*] Duæ itaque claſſes habitatorum erant in Confluentia, Miniſteriales Archiepiſcopi, id eſt, homines in ejus officio exſtentes; & cives extra Præſulis ſervitium.

(*b*) *Utrique parti diem præfiximus.*] Erat ergo utraque pars ſub Archiepiſcopi juriſdictione.

(*c*) *Saulino paſtori parochiæ S. Mariæ in Confluentia.*] Notanda hic, paucis nota, hujus parochiæ antiquitas.

CCCCXXVI.

catos denuntiaret. Ad majorem etiam ſtabilitatis vigorem laicale prætorium ingreſſi, ubi Confluentinorum cives convenerant univerſi, ex ipſorum communi aſſenſu & petitione inſtanti, iterato omnes eos, qui fratres in telonii ſui poſſeſſione aliquo modo gravare præſumerent, vinculo anathematis innodavimus. Ipſe quoque Robertus comes de Naſſowa (*d*) Confluentinorum advocatus ſub pœna banni ſui diſtricte inhibuit, ne unquam aliquis inpoſterum ſuper ſæpedicto fratrum telonio aliquam moveret querimoniam. Hæc autem ut perpetua firmitate tam futuri quam præſentes ſciant roborata, noſtri ſigilli impreſſione fecimus communiri. Acta Confluentiæ anno dominicæ incarnationis MCLXXXII. indictione XV. epacta XIV. concurrente IV. regnante Friderico imperatore, anno imperii ſui XXV. anno vero pontificatus noſtri XIII. ſub his teſtibus: Rodolpho majoris eccleſiæ præpoſito & archidiacono, Joanne majoris eccleſiæ decano & archidiacono, Folmaro archidiacono, Godmo archidiacono, Gerardo eccleſiæ S. Simeonis præpoſito, Alberto præpoſito S. Paulini, Contado abbate S. Maximini, Ludovico abbate S. Eucharii, Rembaldo S. Mariæ, Reinero abbate S. Martini, Luthero præpoſito S. Florini, Gerardo decano ejusdem eccleſiæ, Brunone præpoſito S. Caſtoris, Wilhelmo decano ejusdem eccleſiæ miniſterialibus: Ludovico, Reinero fratre ſuo, Walthero, Rembaldo & Brunone de Iſenburg. Miniſterialibus Confluentinis: Ludovico, Engelberto, Henrico, Conrado, Cunone, Henrico, Wernero, Gerlaco, Alberto, Sibodone. Civibus: Wicardo, Dieckmo, Theoderico, Bertolpho, Widechone, Gerlaco, Rodulpho fratre ſuo, Cunone, Herbordo, Berwico.

NOTÆ.

(*d*) *Confluentinorum Advocatus ſub pœna banni ſui diſtricte inhibuit.*] De jure & officio horum Advocatorum, cum juriſdictione ſæculari Archiepiſcopi nullatenus incompatibili, agimus ad diploma Henrici II. Imp. de anno 1018. ad fundationem Abbatiæ Arnſteinenſis de an. 1156. *Not. a.* Nec non ad diploma Alberti R. de anno 1300. 1187.

SEDES VACANS.

CCCCXXVII.

1185. **Canonici S. Simeonis concedunt Monachis Eberbacenſibus immunitatem à telonio Confluentino.**

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen. Frater Arnoldus dictus abbas monaſterii Eberbacenſis & univerſus ejusdem loci conventus omnibus Chriſti fidelibus ſalutem & devotas orationes in Domino. Cum univerſa humanæ conditionis opera & inſtituta temporum mutabilitati ſubjaceant, operæ pretium eſt, quorumlibet negotiorum contractus literarum munimentis & cautionibus conſignare, ne res rationabiliter geſtæ, aut oblivionis vitio, aut malignitatis ſtudio, depraventur. Noverit igitur omnis generatio, tam præſentium, quam futurorum, quod Wickardus teloniarius in Confluentia, tunc temporis cooperante uxore ſua Helswinde, pro remedio animæ ſuæ, & ſi areroa orationum noſtrarum communione, in eccleſia ſancti Simeonis Trevirenſis, ad quam jus telonii ipſius ſpectat, id elaborare ſtuduit, ut fratres noſtri monaſterii in villa Confluentiæ ab omni debito telonii eximeret. Hujus rei gratia vir præfatus de libero prædio ſuo vineæ portionem, ſcilicet medietatem jugeris, ſitam in Rinowe, * Lehmen ad Moſellam. hæredibus ſuis una ſecum renuntiantibus, eccleſiæ ſancti Simeonis contulit in recompenſationem telonii, quod fratres noſtri apud Confluentiam ſolvere-

CCCCXXVII.

vere conſueverant. Teſtificatus eſt autem fideliter ampliorem utilitatem eccleſiæ prædictæ ex proprietate vineæ proventuram, quam ſi telonii conſueta juſtitia a fratribus noſtris ſolveretur. Vineam vero prædictam ab eccleſia hæreditario jure poſſidendam ſuſcepit ſub cenſu duorum ſolidorum Colonienſium, in vigilia omoium ſanctorum annuatim ſolvendorum, hoc condicto, ut quicuoque cenſum prædictum in prædicto termino ſolvere tardaverit, in pœnam negligeotiæ in ſpatio octo dierum ſequentium cenſum duplicabit, ſi vero & hoc tempus prætergreſſus fuerit, ſine ulla liris conteſtatione uſus vineæ eccleſiæ ſancti Simeonis cedet, & hæredes ſuo jure privabuntur. Hanc etiam legem pœnæ vir prænominatus ultro iu ſe & in ſuos accepit hæredes, cenſus quidem de vinea ei præſentabitur, qui telonio præſuerit Confluentiæ. Annexa eſt quoque hujusmodi conditio, ut ſi fratres noſtri, quud abſir, alienam ſubſtantiam rebus ſuis admixtam transportare voluerint, deprehenſi communem pœnam, quæ pro tali exceſſu debetur, excipiant. Hujus rei teſtes ſunt: Stephanus præpoſitus, Theodericus decanus, Hardilius cantor, Ludovicus canonicus, Embrico de ſancto Caſtore, & Clemens, Albertus. De porta civitatis, Wernerus Collenspennich, Orterinus miles, Sewardus, Godefridus de Oberſdorff, Rodolphus de Oberſdorff, Conradus Cüche, Enſtridus de Paffendorff. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCLXXXV. indictiooe III. imperante Friderico imperatore.

CCCCXXVIII.

1187. Præpoſitus S. Simeonis de jure Præpoſituræ in jus Capituli transfert montem quendam in curte Lehmen.

IN nomioe ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Gerardus præpoſitus eccleſiæ ſancti Simeonis Trevirenſis, omnibus in Chriſto fidelibus ſalutem ab eo, qui eſt ſalus omnium. Cum ea, quæ a fidelibus proviſione ſalubri diſponuotur, oblivionis tenebris ſoleant plerumque involvi, & proceſſu temporis caligine vetuſtatis a memoria hominum alienari, veterum prudentia ſcriptis hujuscemodi commendari conſuevit. Nos igitur eorum in his veſtigia ſequentes, quæ cum fratribus eccleſiæ ſancti Simeonis utiliter ordinavimus, ſcriptis commendata, ad notitiam univerſorum pervenire cupimus. Noverint ergo tam præſentes, quam futuri in Chriſto fideles, quod montem quendam ad jus proprietatis curtis noſtræ, quæ eſt * Lymene, pertinentem, & tam nobis, quam eccleſiæ prætaxatæ inutilem, meliora providentes, a jure ipſius curtis abſolvimus, & fratribus præſati capituli, ut de ipſo monte tanquam de aliis rebus ad eleemoſinam eorum pertinentibus diſponant, conceſſimus; ut in eo vites propagantes, vineas excolerent, & nobis & ſucceſſoribus noſtris, ipſorum videlicet præpoſitis quator amas vini, & dimidiam menſuræ illius loci ſingulis annis Treviris perſolvant, ſcabinis ejusdem curtis ſub ſacramento fidelitatis comprehendentibus, hoc præpoſito & præpoſituræ magis expedire: quem quoniam multis laboribus & expenſis plurimis prædicti fratres (a) a poreſtate eorum, qui in ipſo monte jus banni ferarum habere videbantur, redimentes vineas plantaveruot, donationem a nobis rationabiliter & utiliter, ut dictum eſt, factam ſcripto confirmamus, & ne quis ſucceſſorum noſtrorum aliquo modo motu levitatis, vel deteſtandæ cupiditatis factum tam rationabile atteotet immu-

* Lehmen ad Moſellam.

N O T A.

(a) *A poteſtate eorum, qui in ipſo monte jus banni ferarum habere videbantur.*] Non poterat itaque in culturam redigi ager incultus in præjudicium & citra aſſenſum ejus, cujus erat jus foreſtæ.

CCCCXXVIII.

immutare, ex parte Dei & beati Simeonis prohibentes, ſigilli noſtri appoſitione communimus. Hæc autem acta ſunt anno incarnationis dominicæ MCLXXXVII. indictione V. epacta IX. concurrente III. in eccleſia beati Simeonis, ſub papa Urbano III. regnum Romanorum glorioſiſſimo imperatore Friderico gubernante, anno regni ſui XXXVI. Cum autem ſcabini per ſacramentum fidelitatis de prædicto negotio commonerentur, Petrus ſancti Simeonis decanus affuit a præpoſito, & fratribus ejusdem eccleſiæ pro eodem negotio ſpecialiter illuc deſtinatus. Nomina vero ſculteti, & vice-advocati & ſcabinorum, qui huic commonitioni interfuerunt, hæc ſunt: Gerardus ſcultetus, Arnoldus vice-advocatus, Fridericus ſcabinus, Ludolphus ſcabinus, Stephanus ſcabinus, Ordiph ſcabinus.

CCCCXXIX.

Circa 1188.

Reſignatio Eccleſiæ de Muſchenbach in manus Capituli S. Simeonis Trevirenſis erga annuam penſionem duarum librarum.

1190.

IN nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Gerardus Dei gratia præpoſitus eccleſiæ ſancti Simeonis Trevirenſis, (a) Petrus decanus cum reliquis fratribus ejusdem eccleſiæ, omnibus Chriſti fidelibus ſalutem in eo, qui eſt omnium ſalus. Sicut bonæ fidei actio veritatis ſubſiſtet fundamento, ſic ad ſuæ firmitatis robur veritatis quoque gaudet teſtimonio, & ne ab hominum memoria vel facile labi, vel alicujus malignitate poſſit immutari, ſcripturæ ſuffragio indiget adjuvari. Eapropter noverit omnium fidelium univerſitas, quod (b) Theodericus capellanus de Lucellemburg majoris eccleſiæ Trevirenſis canonicus, cum eccleſiam de Muſchebach, quæ ſita eſt in archiepiſcopatu Moguntino, cujus patronatus & inveſtitura ad eccleſiæ noſtræ præpoſitum pertinere dignoſcitur, donatione eccleſiæ noſtræ poſſideret, & propter loci incommoditatem minus, quam ipſe vellet, vel neceſſitas exigeret, illi eccleſiæ providere poſſet, & exinde non ſolum ipſe minus utilitatis, quam deberet, perciperet, verum etiam nobis damnum proveniret, ipſe & ſuam inſufficientiam metiens, & eccleſiæ noſtræ damnis fraterne compatiens, eandem eccleſiam in præſentia fratrum noſtrorum in manus decani & Wetzeli cellerarii, quibus ego Gerardus præpoſitus vices meas ex hac parte commiſeram, vice præpoſiti libere & absque conditione reſignavit, & ſuo damno eccleſiæ damna levavit, eccleſia vero ne de ingratitudine poſſet redargui, ad retribuendum in bono pari charitatis igne ſuccenſa, gratiam reddens pro gratia, ſponte ſe erga illum annuali beneficio obligavit, eique gratuita voluntate, & de mera liberalitate ſingulis annis in feſto ſancti Martini duas libras Trevirenſes, quæ duarum marcarum æſtimationem habeant, ſe daturam bona fide ſpoſpondit, quas quicunque fratrum cellerarius extiterit, de communi fratrum præbenda quibuslibet annis dabit. Ut igitur hujus promiſſi ſpontanea obligatio a fratribus, qui nunc ſunt, & poſtmodum in eccleſia futuri ſunt, præfato Theoderico omnibus diebus vitæ ſuæ per ſingulos annos inviolabiliter, & bona fide ſervetur, præſentem chartulam inde conſcribi, & eccleſiæ noſtræ præpoſitique ſigillis

NOTÆ.

(a) *Petrus Decanus.*] Qui etiam ut teſtis occurrit in diplomate Henrici VI. Imp. an. 1192 apud Brovver. *Annal. Trev. Tom. II. Lib. XV.* n. 13. & apud Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. IV. in prob. p.* 37. Hunc Gerardum Præpoſitum coævum fuiſſe, alia etiam documenta S. Simeonis teſtantur.

(b) *Theodericus Capellanus de Lucellemburg, Majoris Eccleſiæ Trevirenſis Canonicus.*] Capellanum Comitis Luxemburgenſis interpretor; adeo illuſtres non dedecuit, eorum, quibus parum inferiores erant, eſſe ſacellanos; honorarios utique. Eâdem ratione videmus in charta Hemmerodienſi de 26. Novemb. 1238. Henricum & Robertum fratres patris ſui Hermanni Comitis de Virnenburg ſacellanos.

ſigillis eam fecimus inſigniri, advocatis fratrum noſtrorum nominibus, qui ſe in hac promiſſione obligarunt, & quorundam canonicorum majoris eccleſiæ, qui interfuerunt. Canonici de ſancto Simeone: Gerardus præpoſitus, Petrus decanus, Ludovicus presbiter, Ludovicus diaconus & cuſtos, Wezelo cellerarius, Erenfridus, Erneſtus, Erbernus magiſter ſcholarum, Henricus, Gerardus, Robertus, Theodericus de Friesheim, Hezelo, Wernerus. Canonici majoris eccleſiæ: Fridericus de Iſemburg, Cuno de Noviant, Conradus de Petra.

JOANNES I.
ARCHIEPISCOPUS.

CCCCXXX.

1190. **Fundatio monaſterii Nobilium Monialium in inferiori Prumia.**

(a) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (a) Gerhardus divina favente miſericordia ſanctæ Prumienſis eccleſiæ humilis miniſter, univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus ſalutem, quod eſt in Chriſto Jeſu. Quod ad honorem & ad utilitatem Deo ſervientium pie a nobis & rationabiliter factum eſt, memoriæ litterarum digne commendare duximus, quatenus & per hoc res geſta neceſſariæ ſibi firmitatis robur in præſenti obtineat, & omnibus calumniandi occaſio in futuro conquieſcat. Cum enim certum ſit, brevem & momentaneum præſentis vitæ ſtatum, quandoquidem non habemus hic manentem civitatem, competit nobis, operibus bonis vigilanter inſudare, ut ad cæleſtem patriam & civitatem æternaliter manentem pervenire valeamus. Placuit itaque noſtræ diſcretioni, Deo ſervientes, cujuscunque ſint ordinis, in charitate non ficta diligere, & in neceſſitate rerum temporalium, in quantum poſſimus, Domino auxiliante ſuſtentare. Inde eſt, quod quandam nobilem mulierem linea conſanguinitatis proximam, habitu, voto & converſatione honeſtam monialem, Sophiam nomine, abbatiſſam dictam & conſecratam, in partes noſtras cum paucis ſororibus eidem ſubjectis venientem benigne ſuſcepimus. Quæ relictis cognatis & amicis, terraque nationis ſuæ, interea ſibi ſuisque aliquantum aliena, in pace & quiete omnibus diebus vitæ ſuæ Deo ſervire devotiſſime deſiderans, noſtræ noſtrorumque amicorum prudentiæ tuitioni atque conſilio humiliter ſe ſuppoſuit. Nos vero tam devotæ mentis ejus conſiderantes deſiderium, & immutabile in ſexu fragili propoſitum admirantes, ſitum voluntati ejus ſatis congruum juxta capellam cujusdam curiæ, quæ inferior Prumia nuncupatur, & eandem capellam noſtram cum appendiciis ex integro, & beneficium atque allodium cujusdam hominis noſtri, ab hæredibus legitimis in manus noſtras voluntarie reſignatum, conſilio fidelium noſtrorum in perpetualiter donavimus; ipſa vero tres virgines valde parvas, jam dicti beneficii & allodii hæredes, ſolita ſibi pietate adjuxit, quas maternæ dilectionis affectu ſub regulari diſciplina ſui ordinis ſerviendum Deo erudire ſtudioſe curavit; capellam quoque in quotidiano ſervitio

NOTA.

(a) *Gerhardus ſancta Prumienſis Eccleſia humilis miniſter.*] Fuit ex proſapia Comitum Viandenſium, vigeſimus nonus Abbas Prumiæ.

CCCCXXX.

tio Dei tum neglectam venerabiliter reformavit. Nos igitur ancillæ ejuſdem Chriſti principiis congaudentes, cum prædicto loco duas matres eccleſias Mering & Romersheim, cum filiabus earum, præfatæ abbatiſſæ, & his, qui poſt ipſam futuræ ſunt, perpetuo jure poſſidendas tradidimus, ſalvo per omnia & intacto jure, quod ad præbendam Prumienſium monachorum ex antiqua conſtitutione pertinere cognoſcitur, ſimul ſervitio, quod abbati de eccleſia utraque debetur. De cætero abbatiſſa quemcunque ad commoditatem ſuam inde ordinare potuerit, ſuis & cœnobii ſui uſibus accreſcet. Nihilominus & arbuſta, quæ ſunt in colle, qui dicitur Cammerforſt, ei conceſſimus, ita, ut ſex denarios inde annuatim ſolvat. Locum quoque ei molendino idoneum conſtruendo donavimus; quod cum ædificatum fuerit, quinque maldros ſiliginis exinde per annos ſingulos abbati reddet. De cætero ſoror mea Adelheidis comitiſſa de * Molbach venerabilis vidua, de allodio, quod a proavo, avo & patre legitime poſſederat, partem unam, videlicet villulam, quæ Heveraid appellatur, cum omnibus appenditiis, mancipiis, agris, pratis & ſylvis, exceptis inbeneficiatis pro ſalute animæ ſuæ ſuique mariti & natorum omnium que ſucceſſorum ſuorum, ad ſerviendum Deo glorioſæque virgini Mariæ & ſanctis martyribus Gordiano & Epimacho in perpetuum devotiſſime eidem loco donavit, & me ſucceſſoresque meos, ſanctæque eccleſiæ Prumienſis abbates, advocatos & defenſores auctoritate & gratia omnipotentis Dei ſolemniter inſtituit. Præterea de decima in Neunkirchen quatuor modros tritici, ſex modros ſiliginis, viginti modros avenæ, monialibus in eadem capella Domino ſervientibus ſingulis annis ante diem natalis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſine omni impedimento perſolvi, firmiter & multum devote inſtituit. Nos igitur cum prædicta comitiſſa & pluribus honeſtis viris ante altare ſupradictorum martyrum venientes, ſub ſtola vinculo anathematis confirmavimus, quod nulli unquam hominum hoc mutare vel infringere liceat, ſed rata & inconvulſa in perpetuum permaneant. Siquis autem hanc noſtræ inſtitutionis confirmationem violare, mutare vel infringere præſumpſerit, vel attentaverit, perpetuo anathema ſit, iramque & indignationem beatiſſimæ virginis Mariæ incurrat, & inevitabilem filii ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti vindictam æternaliter ſentiat, niſi humiliter & tempeſtive reſipiſcat. Ex multis aſſiſtentibus quorundam nomina in teſtimonium conſcribi fecimus: Gerhardus eccleſiæ S. Salvatoris decanus, Bertramus cuſtos, Cuno cantor, Bertholinus præpoſitus eccleſiæ S. Mariæ, Bertramus decanus, Theodoricus ſcholaſticus, Bertramus cuſtos; & plures eccleſiæ miniſteriales. Hæc acta ſunt, & ſigillo S. Salvatoris & noſtro & comitiſſæ inſignita, anno dominicæ incarnationis MCLXXXX. indict. VII. epacta XII. regnante domino Henrico glorioſi imperatoris Friderici filio feliciter.

* Morlebach.

CCCCXXXI.

1190. Joannes Archiepiſcopus confirmat fundationem Prumiæ inferioris.

(a) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (a) Joannes Dei gratia Trevirenſis epiſcopus, dilectis in Chriſto univerſis ſanctæ matris noſtræ Trevirenſis eccleſiæ filiis in perpetuum. Officii noſtri ratio poſtulat, ut circa omnes, qui nobis in Deo crediti ſunt, pii paſtoris vices agamus, ſpecialiter tamen pro his, qui monaſteriorum & regularem vitam profeſſi, optimam

N O T A.

(a) *Joannes Dei gratia Trevirenſis Epiſcopus.*] Qua is ſtirpe ortus ſit, coævi ſcriptores & documenta ſilent. Kyriander *Ann. Trev. p.* 161. Joannem in Treviris, *mediocri genere*, ortum narrat. Econtra Reiffenberg *in Not. & Addit. ad Brovveri Annal. Trev. Lib. XV.* eum ex illuſtri Naſſovicorum ſtirpe procreatum, inde ſuſpicatur, quod caſtrum Naſſoviæ pro Epternacenſi Abba-

CCCCXXXI.

mam partem ſibi elegerunt, propenſiorem curam habeamus, quatenus ea, quæ ad activam pertinent, & humanis uſibua expediunt, quantum in nobis eſt, ſtudeamus providere, ne præ temporalium inopia cogantur a ſpiritualium contemplatione retardare. Eapropter ad inſtantiam venerabilis filil noſtri Gerhardi abbatis Prumienſis, aliorumque religioſorum virorum, quandam nobilem virginem linea conſanguinitatis ſibi propinquam caſtimoniæ voto & converſatione honeſtam ſanctimonialem, quæ ob amorem Chriſti, relictis parentibus & amicis, inſuper & omnibua, quæ poſſidere videbatur, ad prædictum abbatem conſugerat, & per eum ad præſentiam noſtram deducta eſt, benigne recepimus, & propoſitum ejus io religionis devotione conſiderantes petitionibus ejus honeſtis aſſenſum noſtrum accommodavimus. Siquidem locum queodam, quem ipſa ad ſerviendum Deo cum ſororibus ſuis ſibi elegerat, & quem jam d·ctus abbaa conſenſu fratrum ſuorum ſibi ſuisque ſucceſſoribus in perpetuum donaverat, qui inferior Prumia nuncupatur, cum capella & attinentiis ejus, auctoritate, qua fungimur, ei videlicet venerabili virgini, & omnibus ſibi regularlter in profeſſione regulari & voto caſtitatis ſuccedentibus, confirmamus. Ad hæc etiam eccleſias duas de Romersheim & Mering, quas prædictua abbas per manum noſtram ei petpetualiter contulit poſſidendas, ipſi & loco ejus jam dicto ſub tali determinatione confirmamus, ut quicunque per ordinationem ejus proviſores vel præpoſiti loci illius fuerint, ſive plures, ſive ſolus, vice paſtoris vel paſtorum curam animarum jam dictarum eccleſiarum in Romersheim & Mering gerant; caveat tamen hoc ſcripto, ne aliquod præjudicium abbatiſſæ & loco ejus fiat, vel in eo, quod cura animarum propoſito ſuo committit, quia ſi ille fidelis & prudens diſpenſator inventus non fuerit, liberam habeat poteſtatem abbatiſſa eum ab adminiſtratione illa deponendi, & alium ad hoc idoneum ſubſtituendi, qui ſimiliter curam animatum in prædictis eccleſiis habeat, fructus vero decimationum in uſus monaſterii & ſanctimonialium cedent. Præterea allodium quoddam Hoveraid dictum, quod comitiſſa de Molbach loco illi pro remedio animæ ſuæ & mariti ſui cum omnibus ſuis appenditiis, mancipiis, agris, pratis, ſylvis, paſcuis, cultis & incultis, exceptis infeudatis, contulerat, cum quadam parte decimæ in Neun-Kirchen, ſicut in ſcriptis prædicti abbatis & comitiſſæ cootinetur, eidem loco perpetualiter confirmamus. Adjicimus etiam, quod jam dictus abbas, & omnes ſucceſſores ſui regulariter ſibi ſubſtituendi, patronatum & defenſionem prædicti loci teoent, ea tantum lege interpoſita, ne de rebua ejusdem loci vel honeſta inſtitutione præter voluntatem abbatiſſæ & ſororum ſuarum aliquid commutandi vel alienandi poteſtatem habeant, niſi forte, quod abſit, abbatiſſa vel ſorores ſuæ a regulari tramite deviantes ſanctam loci ſui conſuetudinem, quam a primis matris ſuæ uberibus ſuxerunt, derelinquant; quodſi fecerint, abbas, conſilio & aſſenſu ſucceſſoris noſtri Trevirenſis archiepiſcopi, eas ad priſtinam conſuetndinem revocabit, & ea, quæ ad honorem Dei & cultum divinum ſpectant, ei paterna dilectione & caſto conſilio providebit. Ordinamus etiam & conſtituimus, ut clavis tunc & ambitus ſanctimonialium ibidem ſervientium Deo ſub firma clauſura & cuſtodia ſervetur, nec pateat introitus viris cujuscunque conditionis, vel exitus ſanctimonialibus, niſi ſummæ & inevitabilis interveniat cauſa neceſſitatis. Abbatiſſa quoque curam gerat gregia ſibl commiſſi, & poteſtatem habeat conſtituendi ſibi magiſtrum ordinis ſui, & cuſtodem cum conſilio tamen religioſatum perſonatum ſine contradictione cujuslibet magnæ vel parvæ perſonæ. Hanc autem noſtræ conſtitutionis paginam, ne a præcedentium vel ſuccedentium elabi poſſit memoria, ſigilli noſtri

N O T A.

Abbatia cum Henrico VI. Imp. permutare intendens, illius plenum dominium tenuiſſe debuerit, cujus hodie Trevirenſis Eccleſia tantùm directum habet, utili penes Comites Naſſovicos exiſtente. Sed ignoravit illuſtris Reiffenbergius, utrumque Naſſovicæ arcis dominium tunc Treverici juris fuiſſe. Quare Godefridus Epternacenſis Abbas de eodem permutationis negotio ad conventum ſuum ſcribens apud Martene *Collect. Ampl. Tom. IV. p.* 466. *Dominus Imperator*, inquit, *caſtrum Naſſauw Eccleſiæ Trevirenſi reddidit, & donum, quod Archiepiſcopo de noſtra Abbatia contulerat, recepit.*

CCCCXXXI.

Circa 119. Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 936.

noſtri impreſſione corroboravimus, & ne quis eam infringere io perperuum audear, ſub teſtimonio eccleſiæ noſtræ Trevericæ archiepiſcopali confirmamus. Quod quia conſideratione pia, pro ſola æterni præmii remuneratione fecimus, omnes, qui hoc ſcienrer infringere atrentaverinr, usque ad debitam ſatisfactionem authoritare Dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & domini papæ & noſtra, eos excommunicamus, & a communione corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti & a liminibus ſanctæ eccleſiæ ſegregamus. Omnibus autem, qui idem corroborare, & illud illibatum ſervare ſtuduerint, ſalus & perpetua benedictio a Deo Patre & Filio & Spiritu ſancto præſtetur, ſed & cum omnibus bonis commuoionem obtineant perpetuæ hæreditatis. ameo.

CCCCXXXII.

Circa 119.

Guiberti Abbatis Gemblacenſis Epiſtola ad Abbatem S. Eucharii Treviris, qua petit ab eo poſt obitum ſuum ſuffragiorum participationem &c.

Martene Collect. ampl. Tom. I. p. 935. (a)

Domino & patri dilectiſſimo (a) G. Dei gratia S. Eucharii abbati, quicquid fidelis amicus amico optare poteſt dulcius & ſalubrius. Quoniam aures veſtras pluribus occupatas audiendis verbis quaſi adulatoriis aut ſuperfluis occupare duco inurile: ea quæ erga me aguntur vel acta ſunt, ſi ſcire vobis placet, narrabit vobis præſentium lator dilectus noſter W. eccleſiæ noſtræ cuſtos, per quem & vos nobis veſtra intimare poteritis. Sed unum eſt quod, quia ore ad os non poſſum, per litteras enixius precor, quatenus in ſanctis orationibus veſtris mei memor eſſe dignemini, & communionem beneficiorum, quæ apud vos fiunt, & ſocietatem, quam abbas prædeceſſor veſter mihi benigne conceſſit, vos quoque clementer recognoſcere dignemini, ut ſi forte finem meum, quia jam lo ultima ætate poſitus ſum, audieritis, de me, quod de fratre faciatis. Enixius autem precor, ut quod vobis, ſi in poteſtate veſtra cauſam tamen haberetis, juſte impendi velletis, id abbati Florinenſi in veſtro poſſe, quod, Deo gratias, multum eſt, impendatis, videlicet ut io curia archiepiſcopi & fratris veſtri archidiacooi juſtas partes eccleſiæ tueamioi, nec perſecutorum ejus aſſultus prævalere patiamini. Vos autem reverende pater, diſtrictum examen judicii, in quo ſtabiris, pro vobis, & pro curæ veſtræ commiſſis rationem reddíturus, ſemper metuentem & cavenrem, longo tempore omnipotens Deus in anima & in corpore rueatur incolumem, ad honorem ſuum, & profectum veſtri & eccleſiarum, quas regitis, & ad exemplum bonorum, qui vos voluerint imitari. amen.

CCCCXXXIII.

N O T A.

(a) *G. Dei gratia S. Eucharii Abbati.*] Godeſridus, qui jam Epternacenſis Abbas, à Joanne Archiepiſcopo ad regimen monaſterii S. Mathiæ anno 1181. evocatus, utrique præfuit ad annum 1210., quo cùm in ſynodo Joannis Archiep. diplomati, Cardonenſi Eccleſiæ conceſſo, ſubſcripſiſſe deprehendimus.

CCCCXXXIII.

Circa 119. Reſponſoriæ Abbatis S. Eucharii ad Guibertum Gemblacenſem.

Martene *Coll. ampl. Tom. I. p.* 956.

REvetendiſſimo in Chriſto amico venerabili viro Guiberto G. Dei gratia dictus abbas S. Eucharii ſalutem in eo, qui eſt ſalus omnium expectantium eum in veritate. Fraternitatem veſtram ſcire volumus & firmiter tenere, quod ad obſequium & reverentiam veſtram promptiſſimam & intenſam ſemper habuerimus voluntatem, & licet veſtra præſentia catnis ſiſtat ab oculis, memoria tamen dilectionis veſtræ cordis ſempet inhæret oculo. Unde ſocietatem & fraternitatem, quam temporibus bonæ memoriæ abbatis Ludovici prædeceſſoris noſtri in eccleſia noſtra ſuſcepiſtis, vobis recognoſcimus, & omnium bonorum, quæ circa nos fiunt, ſicut uni frattum noſtrorum plenam concedimus participationem. Valete.

CCCCXXXIV.

119. Quod infra Advocatiam de Berncaſtel à quoquam nullum caſtrum conſtruatur.

NOtum ſit tam ptefentibus quam futuris, ad quos ſcriptum illud pervenerit, venerabilem Trevirorum archiepiſcopum Johannem, ad petitionem & conſilium & conſenſum prelatorum, nobilium & miniſterialium ad Treviren. auctoritatem & eccleſiam ſpectantium, & nobilem virum Folmarum comitem de Caſtelle in hoc conveniſſe, quod in monte de Baruncaſtel, ſeu in aliquo alio monte infra tetminos advocatie dicti comitis vel fratris ſui in eodem banno nulla in perpetuum a domino memorato archiepiſcopo, ſeu aliquo ſuorum ſucceſſorum, ſeu nobilium, ſeu miniſterialium ſuorum, vel dicto comite ſeu aliquo ſuorum heredum munitio conſtruatur. Et ut hujus rei obſervantia debitum habeat tenorem, placuit utrimque talem penam ſupponi: quodſi a domino Trevitenſi, quem ptediximus, ſeu aliquo ſuorum ſucceſſorum, in prenotato monte, ſeu in quocunque alio monte infra terminos memorate advocatie, munitio conſtruatur, univerſum allodium ſuum infra eosdem terminos conſtitutum, dominus Treviren. atchiepiſcopus in feodum comiti de Caſtelle habendum conceſſit. Similiter ſi a predicto comite de Caſtelle, ſeu aliquo ſuorum heredum, in preſato monte de Berncaſteli ſeu infra memorate advocatie terminos in monte aliquo quecunque munitio conſtruatur, univerſum feodum, quod prefatus dominus a domino Trevirenſi archiepiſcopo & Ttevirenſi habet eccleſia, ad liberum jus & liberam poteſtatem domini Trevireṇ. archiepiſcopi, & Trevirenſis eccleſie, idem dominus de Caſtelle & filii ſui revolvi conceſſerunt. Dominus etiam archiepiſcopus Trevirenſis prenominatum montem, nequa in eo munitio conſtruatur, ſub interminatione anathematis concluſit. Siquis etiam infra terminos prefate advocatie munitionem quamcunque edificare pteſumpſerit, ex comptonuſſo domini archiepiſcopi & comitis auxilio defendetur. Et hec conſtitutio juramentis utrimque interpoſitis & appenſis ſigillorum imaginibus domini Ttevirenſis archiepiſcopi, & comitis de Caſtelle, qui hoc ſtatuerunt, eſt cortoborata. Pro parte domini Trevitenſis jurarunt Conradus major prepoſitus Ttevirenſis; archidiaconus Theodoricus, & Ottuinus; Ingebrandus Monaſterienſis prepoſitus; Joannes cantot; Cono capellanus & canonicus; Lambertus canonicus; Conradus abbas S. Maximini; Syboldus abbas Mediolacenſis; Albertus abbas Lacenſis; Theodoricus abbas S. Marie ad Martyres; Reynerus abbas S. Martini. Godefridus comes de Spaynheim; Embicho comes Hyrſutus; Johannes de Monte Claro. Miniſteriales: Wilhelmus de Helfenſtein; Petrus de Marceto; Henricus Lehnhere; Fridericus de Merle; Odo de Ponte; Ingebrandus de Dyle; Erneſtus de Waltrache. Pro parte autem comitis de Caſtelle jura-

CCCCXXXVI.

jurarunt, ipſe comes primus; poſt vero Godefridus comes de Spaynbeim; Conradus filius Irſuti comitis; Johannes de Monte Claro; Theodoricus de Hagene; Hugo advocatus de Hunoltſtein. (a) *(a)*

NOTA.

(a) Huic pacto deinde 1. Aprilis an. 1318. favore Archiepiſcopi renunciatum eſt.

CCCCXXXV.

HENRICUS VI. IMP. *119·*

1193. 13. April. Monaſterii Sprinckersbacenſis poſſeſſiones confirmat.

Tolnerus Cod. diplom. Palatin. p. 57.

HEnricus divina favente clementia Romanorum imperator auguſtus. Imperatoriæ majeſtatis a Deo nobis creditum eſt officium, ut, quod ſuum eſt, unicuique In jure ſuo conſervemus, & quæcunque prædeceſſores noſtri divi reges atque imperatores eccleſiis contulerunt, & collata coofirmaruot, in robur perpetuitatis renovemus, & authoritate noſtra confirmemus. Eapropter imperatoriæ pietatis animum ad eccleſiam de Springersbach clementer advertentes, privilegium, quod prædeceſſor noſter felicis memoriæ rex Conradus eidem eccleſiæ contulit, reformamus, & authoritate noſtra ſibi confirmamus. Quod, ut evidentius innoteſcat, divinæ retributionis intuitu, & affectuoſo venerabilis ejus loci abbatis * Aſalonis interventu ſeriatim ſubſcribendum cenſuimus, cujus forma hæc eſt & continentia: Juſtitiæ definitio eſt, conſtantem & perpetuam habere voluntatem tribuendi unicuique, quod ſibi competit. *Et reliqua, prout ſupra in diplomate Conradi III. de anno 1144. Deinde ſequitur:* Ad hæc, ut eccleſia in Keimetam, a piæ recordationis Adalberone archiepiſcopo Trevirenſi contradita, prædictæ eccleſiæ robur firmum & inconvulſum obtineat, imperialis noſtræ ſanctionis pagina eidem traditioni authoritatem adhibemus. Præter hæc etiam imperiali authoritate confirmamus eidem eccleſiæ in Cunigsberg curtem unam, & molendinum unum, in Steguenach curtem unam, in Sadewiltze curtem unam, in Wolmerode & Waguenhuſen curtem unam, in Drucesberg curtem unam, in Sprencke curtem unam, in Scruna, & Scheideweiler agros, prata & mancipia, in Mulechen curtem unam & molendinum unum, in Hunteim cenſus, quos ibi poſſidere noſcuotur. Hæc omnia quæ ſcripta ſunt, & cuncta, quæ poſtmodum legitimis rationibus fratres ſæpedicti monaſterii Springiersbach acquirere quarumcunque perſonarum donationibus cum juris ſuffragio poterunt, in noſtrum, videlicet regum & imperatorum patrocinium io omne tempus accipimus; nec liceat alicujus conditionis perſonæ in villis, vel locis, ubi poſſeſſiones habuerint introitus vel exitus eis interdicere, non aquam, vel ſylvam communem, vel paſcua, ſive publicum rerum uſum ullateous prohibere; non tranſitum, noo pontaticum, ab ipſis, vel ipſorum rebus exigere, ſed ſub imperatoriæ tuitionis beneficio quietam eis vitam cum omni libertatis prærogativa liceat agere. Et ot hæc omni deinceps tempore rata & ioconcuſſa permaneant, hanc chartam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, & teſtes, qui præſentes aderant, ſubternotari fecimus, quorum nomina hæc ſunt: Joaooes Trevirenſis archiepiſcopus, Bertramus Metenſis epiſcopus, Henricus Wormatieoſis epiſcopus; Conradus decanus Aquenſis, Wilhelmus deeanus Trevirenſis. Conradus comes Palatinus de Rheno, Albertus comes de *1194.* Dagsborcb, Gerhardus comes de Loy, Emmicho comes de Lininque, Theodoricus comes de Hoſtade, Ulrlcus comes de Nurbergb, Gerhardus comes de Are, Robertus de Dourne, Cuno de Mincenberg, Marquardus dapifer, Sige-

Martene Coll. ampl. Tom. IV. Pag. 458.

** Abſalonis.*

CCCCXXXV.

Sigefridus mareſchallus, Hermannus de Samiatze, Henricus de Dune, Fridericus de Merla, Fulchnandus de Leya, Garſius & Nicolaus de Arrar, Rudolphus de Ponte, & alii quam plures.

Signum domini Henrici VI. Romanorum imperatoris invictiſſimi. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCXCIII. indictione XI. regnante domino Henrico VI. Romanorum imperatore glorioſiſſimo, anno regni ejus XXIV. imperii vero III. Datum apud Bopardiam IV. kal. Maij.

CCCCXXXVI.

1193. Joannes Archiepiſcopus, ſua & Imperatoris auctoritate, firmat Eccleſiæ S. Simeonis telonium in Confluentia, ſcilicet de ſingulis mercatorum ſummariis quatuor denarios.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Joannes Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, in perpetuum. Cupientes, ut per boni exemplum operis poſterorum virtus excitetur, & id, quod memoriter teneri oportet, oblivionis nube ne obſcuretur, dignum duximus per veracem ſcripti hujus continentiam tum præſentium memoria firmari, tum futurorum notitia præparari. Notum itaque ſit univerſis, tam præſentibus, quam futuris, quod glorioſus dominus noſter Romanorum imperator & ſemper auguſtus & inclitus rex Siciliæ Henricus telonium, ſcilicet de ſingulis mercatorum ſummariis per Confluentiam tranſeuntibus quatuor denarios Confluentinos, aut duos Colonienſes a domino imperatore beatæ memoriæ Henrico prædeceſſore ſuo eccleſiæ beati Simeonis in Treveris in eleemoſinam collatum, & tam per imperialia, quam per apoſtolica ſcripta memoratæ eccleſiæ confirmatum, ſed diu neglectum clementer innovavit, & ut tam imperatoriæ majeſtatis authoritate, quam noſtra, præfatæ eccleſiæ pacem in ſua poſſeſſione a nullo turbari præciperemus, nobis vicem ſuam, & authoritatem plene aſſignavit. Nos igitur dicti imperatoris clementiam benigne attendentes, & vicis ſuæ commiſſionem reverenter ſuſcipientes, & prædictæ eleemoſinæ reſtitutioni congaudentes, & eam ratam habentes, imperatoriæ majeſtatis authoritate, & noſtra, ſupradictum telonium, videlicet de ſingulis mercatorum ſummariis per Confluentiam tranſeuntibus quatuor Confluentinos, aut duos Colonienſes denarios eccleſiæ beati Simeonis confirmamus, & ſigilli noſtri imagine corroboramus, & fidelibus noſtris hoc ab omni contradictione & infeſtatione intemerarium obſervari diſtricte præcipimus; & ſi quis his tam rationabiliter actis auſu temerario obviare attentaverit, odium Dei & indignationem, & ſanctiſſimi Simeonis & omnium ſanctorum ſe incurſurum non dubitet, ipſumque anathemati perpetuo, donec reſipiſcat, ſubjicimus.

CCCCXXXVII.

1194. Epiſtola Conventûs Epternacenſis ad Henricum VI. Imp. de negotio permutationis ejusdem Abbatiæ inter Imperatorem & Archiepiſcopum Trevirenſem.

Martene Coll. ampl. Tom. IV. pag. 451.

SEreniſſimo domino ſuo Henrico glorioſiſſimo Romanorum imperatori & ſemper auguſto, conventus humilis Epternacenſis eccleſiæ anguſtiatus usquequaque & afflictus, cum miniſterialibus & civibus omnibus æternam in Deo Patre ſalutem & gloriam, & lætam de quocunque hoſte victoriam. Non moveat dignitatem majeſtatis veſtræ, clementiſſime domine

CCCCXXXVII.

mine, quod diſcretioni ſerenitatis veſtræ ſcribere præſumimus, licet parum vobis cogniti, utpote in arduis Ardennæ finibus ſepoſiti; tamen mente & corpore ſemper vobis devoti & ſubditi, atque ad ſupplicandum Deo pro ſalute culminis veſtri promtiſſima voluntate usquequaque parati. Scribimus autem excellentiæ veſtræ, neceſſitate cogente, pro eccleſia Epternacenſi, dignitate & honoribus quondam tam affluenter pollente, ut regni Lotharingiæ vires ejus prædiis & poſſeſſionibus non parva ex parte ſint augmentatæ, & dignitates, ducatus ſcilicet Brabantinus, comitatus de Gelre, & comitatus Lucelburgenſis ad ſcutum regalis exercitus complendum, de bonis ejus ſint ſagaciter ordinatæ; præter illa, quæ comes Flandriæ & comes Hollandiæ de manu imperii habent, in maritimis ſcilicet locis Walachria, in Schalda, & in utraque Bivilandia & in Brinſila. Harum vero omnium dignitatum bona, quamvis de manu veſtræ benignitatis ſuſcipiantur, tamen perpendere debet clementia veſtræ ſerenitatis, quod in archivis noſtræ eccleſiæ adhuc privilegia eorum ſumma diligencia conſervantur. Qui & quales fuerint nobiles, duces, comites & ceteri Francorum principes, qui hæc ſancto Willibrordo contulerunt, & quomodo poſtmodum propter incurſionem Normannorum ab Arnoldo imperatore, ad ſupplendum ſicut diximus, ſcutum regium delegata, in præfatos dignitates conceſſerunt. Ut enim taceamus de Atverpo caſtello & ceteris oppidorum vel vicorum nominibus, quæ vel dux Brabantiæ, vel comes de Gelre, & ceteri habent de manu majeſtatis veſtræ in Texandria, in Bedele, in Betſua; illud ſummatim veſtræ celſitudini ſignificare dignum duximus de Luxemburgenſi comitatu, qui ſint & quam nobiles, utpote ſalicæ conditionis & libertatis * ex inquam parte homines, qui hominium debent ad eumdem comitatum de beneficiis * debentibus, & hereditario jure de regno attingentibus, de præfatis bonis S. Willibrordi, quæ ipſe ſanctus firma & rata teſtamentorum confirmatione delegaverat eccleſiæ ſuæ Epternacenſi. Sed prius operæ pretium videtur veſtræ pandere clementiæ, quod eumdem locum Epternacum ab Irmina filia Dagoberti regis inclyti & Pippino ſeniore ſibi conceſſum, præfatus ſanctiſſimus quondam Willibrordus archiepiſcopus, cognomento Clemens, de transmarinis partibus prædicationis gratia veniens, temporibus Juſtiniani imperatoris & Sergii papæ, ejusdemque Pippini Francorum principis, monachorum habitationi aptum prævidens ædificavit, & collocatis ibi, quas a Roma detulit, ſanctorum reliquiis, monaſterium in honore SS. Trinitatis & apoſtolorum Petri & Pauli dedicavit, & monachus ipſe & epiſcopus monachos aggregavit. Prævidens vero in ſpiritu, & veritus hinc ex vicinia Trevirenſis epiſcopatus varias incommoditates, & aſſidua hoſpitia & ſervitia præſulum, illinc autem ex ſuo epiſcopio Trajectenſi, quod prius inſtituerat, ob longum terrarum interſtitium, grave prædonum periculum, & rarum, vel pocius nullum auxilii impendium; neque vicinæ Trevirenſi, neque longinquæ ſuæ ſedi Trajectenſi voluit in rebus eſſe materialibus ſubditum; ſed rata conceſſione ac firma teſtamenti conſcriptione tradidit in jus & mundiburdium regum & imperatorum in ordine ſibi legali ſuccedentium. Ibi anno dominicæ incarnationis DCCXXXIX. indict. VII. anno vero ordinationis ejus 46. ætatis 81. VII. idus Novembris plenus virtutibus & inſignis miraculis ipſe beatiſſimus pater & pontifex præſentem vitam finivit, & ibidem in oratorio ſuo ſepultus, quantum nunc apud Deum meritis valeat, miraculis quotidie oſtendit. Poſt cujus deceſſum multo tempore ſub monachico ordine & regulari vita cum electione illuſtrium abbatum locus ipſe permanſit, donec facta poſt cruentam congreſſionem apud Fontaniacum inter fratres reges filios Ludovici Pii regni Francorum diviſione, eadem abbatia regalis Karolomanno filio Karoli regis Franciæ, quem pater propter tyrannidem, quam exercebat, cum clericus & diaconus eſſet excæcaverat, a Ludovico patruo ſuo rege Lotharingiæ ad ſubſidium vitæ ſuæ eſt conceſſa. Qui licet ante eum plusquam XX. annis, ejectis monachis inducti [illegible]ſſent clerici, monachos quoſdam ſuperſtites fugavit, congregationem deſtruxit, monaſterii poſſeſſiones ſatellitibus ſuis diviſit, & pro monachis ſeculares clericos inducens, quæ ſancta & juſta erant, mutavit & diſſipavit, ſicque ille ſacratiſſimus quondam locus per multa tempora, a prima inſtitutione ſua eſt dilapſus,

* ea.

* dependentibus.

CCCCXXXVII.

pſus, donec poſtmodum anno incarnat. DCCCCLXXIV. imperator Otto primus apud Magdebutch ſuggerente Siſrido duce & comite, deficientibus clericis, monachos reſtituit, abbatemque Ravangerum eis præficiens, ut in ſuo & ſucceſſorum ſuorum mundiburdio, ſicut fuerat, ſemper idem locus maneret, imperialibus hunc præceptis, & teſtamentis munire curavit. Fecerunt & hoc clementiſſimi ſucceſſores ſui Otto filius ejus, & Otto tertius nepos ejus. Ab illo ergo abbate Ravangero & cum illo eſt iſte decimus abbas Godefridus, quem nunc habemus. Summam enim noſtrorum abbatum ita colligimus. A ttanſitu B. Willibrordi, & ab anno dominicæ incarnationis DCCXXIX. ſub ſeptem abbatibus, Alberto ſcilicet, qui XXXVII. ann. poſt ſanctum Willibrordum ptæfuit; Bernerado Senonenſi epiſcopo, qui XXII. annis; Adone, qui XX. Sigoaldo Spoletano epiſcopo, qui VIII. Theodgaudo, qui V. Hettino epiſcopo, qui VI. Jeronimo abbate, qui X. annis præfuit, per CIX. annos in noſtro loco converſati ſunt monachi. Poſt quos ab anno dominicæ incarn. DCCCXLIX. ſub XI. abbatibus, Adalatdo ſcilicet comite, qui XIII. Roberto comite, qui III. Rabodo epiſcopo, qui III. Reinero comite, qui XIX. Betengaudo præpoſito, qui XX. Giſelberto duce, qui XXIV. Herino & Godino ptæpoſitis, ſub ducibus Hermanno & Siſrido præfato, XXV. præfuetunt; hunc eumdem locum canonici per CXXV. annos obtinuerunt, ac demum agente eodem Siſrido duce anno incarnat. dominicæ DCCCCLXXIV. ab Ottone primo monachi cum abbate Ravangero inducti ſub X. abbatibus, usque ad hunc decimum annum Godefridi abbatis, qui eſt annus incarnationis Domini MCXCI. per annos CCXVIII. licet variis fortunæ eventibus agitati, locum Epternacenſem incoluerunt. Quos annos ita colligimus: Ravangerus XXXIII. annis præfuit, Uroldus XXI. Humbertus XXIV. Regimbertus XXX. Theofridus XXVIII. Getardus XI. Godefridus XXXIII. & ſémis, Gerardus XVIII. Ludovicus VIII. Godefridus vero hic noſter jam X., qui eſt a tranſitu S. Willibrordi CCCCLII. Sed nec abre videtur, hoc loco annos principum regum & imperatorum a Pippino ſeniore, qui ſuſcepit S. Willibrordum, usque ad veſttæ ſublimitatis tempora extendere, ut & vos ſciatis, a quantis, & a qualibus tam alti ſanguinis venam trahatis, & nos cognoſcentes, qui & quales fundatores & ptopagatores noſtræ eccleſiæ fuerint, propenſiorem memotiam apud Deum in otationibus noſtris ſtudeamus eis impendere. Pippinus itaque ſenior filius Beggæ ſotoris S. Gertrudis, ex Ansgiſo filio S. Arnulphi, cujus chartam donationis & immunitatis habemus, primo dux Auſttaſiorum & poſtea major domus regni Francorum fuit XXV. annis. Præſuit in eadem dignitate (a) Carolomannus filius ejus, (a) poſt monachus, V. annis. Pippinus vero fratet ejus alter filius Martelli conſilio Zachariæ papæ inunctus a S. Bonifacio in regem Francorum, prius miſſo Hilderico rege in monaſterium, regnavit XIX. annis. Hunc S. Willibrotdus baptizavit, & multa de ejus & ſucceſſorum ſuorum ſublimitate prophetavit, quod poſtmodum terum eventus probavit. Hujus filius Carolomannus regnavit tribus annis. Carolus magnus rex frater ejus imperator auguſtus XLVII., cujus filius Ludovicua pius XXVII. annis, Lotharius filiua ejus major, a quo Lotharingiæ regnum dicitut, apud Fontaniacum pugnavit cum fratribus ſuis Ludovico & Carolo, & deinde facta regni diviſione, ipſe cum aliis regnis imperium Romanum obtinuit, XVIII. annis imperavit, & factus mouachus Prumiæ ſeculum mutavit. Ejus filius Lotharius excommunicatus XV. annis regnavit. Poſt quem Ludovicus patruus anuis VI., cujua filius Ludovicus annis VI. ejus etiam frater Carolus imperator annis VI. Quo ejecto Arnoldus imperavit annis XI. qui, ſicut diximus, propter incurſionem Normannorum, de bouis S. Willibrordi auxit comitatum Lutzelburgenſem ad ſupplendum ſcutum regalis exercitus. In inferioribus etiam & in maritimis locis de ejusdem ſancti bonis magnifice eum augmentavit. Hujua filius non legitimus Zuendiboldus regno Lothatingiæ cum VI. annis præfuiſſet,

N O T Æ.

(a) *Carolomannus filius ejus.*] Hallucinatur nonnunquam auctor Epiſtolæ (qui fuit Thedericus monachus Epternacenſis) tam in Regum ſerie, quàm in annis regiminis eorundem.

CCCCXXXVII.

fuiſſet, a comitibus Gerardo & Matfrido occiſus fuit. Poſt Ludovicus filius Arnoldi legitimus regnavit annis XII. cuique ſucceſſit Conradus ex Germaniæ annis VIII. Deinde translatum eſt regnum ad Henricum humilem de Quidelenburg filium Ottonis ducis Saxoniæ, quod XV. annis rexit ſtrenue. Hujus filius Otto primus imperavit XLI. annis, & de ſancta Adelinda genuit ſecundum Ottonem; qui imperans XI. annis genuit de Theophania filia Conſtantini imperatoris Conſtantinopolitani Ottonem III. qui poſt XIX. annum imperii ſui deceſſit ſine liberis. Cui ſuccedens Henricus filius Henrici ducis Bavariæ, filii Henrici ducis Saxoniæ, fratris primi Ottonis imperatoris, regnavit XXIV. annis, & deceſſit ſine liberis. Tunc unus de primoribus, de genere illo excellentiſſimo Ottonum, Conradus de Wenelinga, elevatus in regem XV. annis præfuit, & ex Giſla de Lymputch, quæ de nobiliſſima regum Francorum & Burgundiæ proſapia proceſſerat, Henricum imperatorem, Claudum cognominatum, genuit, qui cum poſt eum XVIII. annis imperaret, de Agnete imperatrice Henricum IV. progenuit, qui LIII. annis imperans, Henricum V. edidit, qui XIX. annis imperavit. Inde iterum translatum eſt regnum ad Lotharium ducem Saxoniæ, qui Rogerum de Sicilia fugavit de finibus Apuliæ, & cum XIV. annis ſtrenue imperaſſet & obiiſſet, Conradus filius ſororis Henrici V. imperatoris regnum XIV. annis obtinit. Poſt quem Fredericus, Frederici ducis Sueviæ, fratris præfati Cuonradi filius, pater veſter Romanum imperium ſtrenue & glorioſe gubernavit annis XL. uno minus. Cui vos, domine, Deo auctore, heres digniſſimus, ſucceſſiſtis, & imperii faſces jam XXV. annis in juſtitia & judicio digne & laudabiliter regitis, & recte. De talium enim & tantorum parentum propagine, quia naſcendo in hunc mundum veniſtis, radicis pulchritudinem, quaſi in virgulto retinetis, dum tantos patres moribus & vita inceſſanter repreſentatis, & ut divinum quiddam interſeratis, per ſapientiam Salomonis, & per fortitudinem David regis ſcitis parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos. Teſtatur hoc Bohemia, Saxonia, Burgundia, Anglia, omniſque Italia, Apulia, & omnes in circuitu nationes, quas vel conſilio ſapienter ſubjeciſtis, vel juſtitia armis fortiter perdomuiſtis, per eum, qui eſt Rex regum, qui dicit: meum eſt conſilium & æquitas, mea prudentia, mea eſt fortitudo, per me reges regnant, & conditores legum juſta decernunt. Per hanc ergo auribus veſtræ clementiæ miſerandam calamitatem noſtram, o glorioſe imperator, latius explanare curamus; quia per hunc ipſum, qui dedit vobis judicare populum ſuum in juſtitia, & pauperes ſuos in judicio, majeſtatem veſtram ad miſericordiam & juſtitiam eccleſiæ noſtræ faciendam inflectere indubitanter ſperamus. Idcirco etiam majores veſtros ante oculos reduximus veſtræ ſerenitatis, ut cognoſcatis, quod ipſi ſinguli, imo fere omnes, quos enumeramus, validiſſimis legibus & privilegiis ſuis confirmaverunt præfatæ eccleſiæ jura incommutabilis libertatis, quam nunc ambitioſi homines callidis factionibus nituntur abripere, & ſerenitatem veſtram (b) prætextu concambii (b) ſeducentes, ampliora & digniora de manibus veſtris ad ſuos uſus, re autem vera ad detrimentum regni, & ad damnum noſtrum, conantur eripere, ita, ut eccleſia, quæ omnium anteceſſorum veſtrorum regum & imperatorum clementia & liberalitate libera eſſe cognoſcebatur, nunc ancilla ſervorum ſuorum fieri cogatur. Quod vero ampliora & digniora illo concambio non ſolum de eccleſia & civitate noſtra, ſed & de comitatu Luzelburgenſi a regno & de manibus excellentiæ veſtræ velit extorquere, majeſtatem veſtram non debet latere; quia hoc nos non poſſumus, nec debemus reticere: maxime de his, qui inbeneficiati ſunt a conventu de bonis illis, quæ, ſicut præ-

N O T Æ.

(b) *Prætextu concambii.*] Scilicet contra juris & dominu Trevirenſis caſtrum *Naſſau*, trans Rhenum ad Loganam fluvium. Res jam eò devenerat, ut Henricus Imp. Conventui Epternacenſi his verbis reſcripſerit: „ Univerſitati ve„ ſtræ ſignificare noſtra decrevit ſerenitas, quod „ nos intuitu dilecti noſtri Johannis Archiepiſco„ pi Eccleſiæ Trevirenſis reſpectu, de conſilio „ Principum & fidelium noſtrorum, Abbatiam „ Epternacenſem Eccleſiæ Trevirenſi tradidimus „ eo jure poſſidendam, quo eam Imperium us„ que ad hæc tempora dinoſcitur poſſediſſe &c. Martene *Collect. Ampl. Tom. V. p.* 454.

CCCCXXXVII.

prædiximus, ad regna tranſlata ſunt, & quorum donaciones ſcimus nos adhuc in eccleſia noſtra habere. In primis domnus Arnoldus de caſtro Rupis habet beneficium vexillarii, & Cuono frater ejus de Belpere habet de præfatis bonis, Walterus de Wiltz & de Belfurt, Walterus nepos ejus de Meſenburg, Tid. & Becelinus frater ejus de Viſchebach, Anſelmus de Kavelre, Tider de VII. Fontibus, Wezel de Zolvera, & frater ejus Robertus de Biztinga, Iſenbardus de Holvels, caſtrum Theodonisvilla cum beneficio Arn. de Rodemachra, quod caſtrum eſt in proprietate eccleſiæ Heicenga, Hectinga, Pris, Arcelpelth, Haſſele, Daniel de Rouvels, Joannes de Wilra & de Burſcheth, God. de Aſch, & Henricus de Ham frater ejus & Voſeldinga, domnus Brunicho de Malberch, & domnus Rudolfus, caſtrum Bettinga, quod tenet domnus Brinicho. Theofridus de Schonevels, Herbrandus de Valckenſtein, quod eſt in fundo eccleſiæ, Walterus & Cuono de Ruolant, Udo de Aſch, Wiricus de Schiudice, Walterus de Berge, Tider de Manderſcheit, quod cum altero vicino eſt in fundo eccleſiæ, Tider de Brouche. Summa caſtellorum eſt plusquam XXX. absque Luzelburgh. Ipſi autem caſtellani tenent maxima beneficia de bonis illis, quæ, ſicut prædiximus, a regibus quondam & ducibus, comitibus ceteriſque nobilibus ſancto Willibrordo & eccleſiæ Epternacenſi collata fuerunt, & poſtea, propter incurſionem Nortmannorum reprimendam, ab Arnoldo imperatore, pro ſupplendo ſcuto regio & comitatu Lutzelburgenſi agendo, regno delegata fuerunt. Perpendat itaque diſcretio imperialis majeſtatis, quale ſibi conſilium dederunt, qui talem dignitatem a regno, & a tam nobilibus heredibus ſequeſtrare voluerunt. Hæc vero prædicta, ſunt tamen de Epternacenſi eccleſia. Ceterum alia multa majora ſunt ad comitatum pertinentia; præter hoc quod comes eſt advocatus ſummus in oppido Epternacenſi, & in omnibus villis, quæ pertinent ad proprietatem præbendæ noſtræ, ſive in epiſcopio Trevirenſi, ſive Metenſi, in quibus habet 777. manſos, de quibus inbeneficiati ſunt plurimi noſtræ terræ nobiles. Ecce clementiſſime imperator ſtatum & procurſum eccleſiæ noſtræ ſerenitati veſtræ ſignificavimus, & quod a beato Willibrordo inſtituta, non alias umquam, quam in ditinnem commiſſa ſit regiam, propalavimus; quod regnum in dignitatibus ſuis de ea decoratum & ditatum ſit, enarravimus; quod majorum veſtrorum inviolabili auctoritate perpetua libertate donata ſit, explicavimus; etſi hoc fuerit immutatum, ſicut jam apud vos ab archiepiſcopo eſt elaboratum; quantum dedecus, quantus error, quantum detrimentum, non tam nobis, quam & reipublicæ inde proveniat, vobis enarravimus. Quid igitur hinc ſtatuatis, quid cum principibus regni decernatis, veſtri eſt juris, clementiæ & majeſtatis. Non eſt autem veſtrum, qui judicatis omnem terram, ſi ſalva veſtra gratia dicamus, ut nequaquam faciatis judicium, & patiamini nos, qui veſtri ſumus, pati injuriam & proſcriptionis præjudicium, ut locus noſter, qui imperio numquam oneri, ſemper autem fuit uſui, a regno evellatur, & ad ſervitium hominum redigatur, qui cum ſua nequeant defendere, conantur dominationem ſuam in aliena extendere. Ad quod etiam illud conſiderandum eſt & præcavendum, quod dominus archiepiſcopus in maritimis, & remotioribus locis, ubi præbenda noſtra maxime ſtatuta eſt, parum vel omnino nihil poſſet prodeſſe, cum niſi adeſſet, & prodeſſet nobis ibi terror nominis veſtri, in nihilum reverteretur ibi noſtrum poſſe vel eſſe. Sed quid de illis loquimur? Ecce juxta nos & inter nos advocati & ſubadvocati noſtri generali ubique hoc malo ſæviente, terras ſanctorum invadunt, deprædantur, vaſtant; pauperes cultores earum cum dolore, fame, nuditate vivere faciunt; precariis, immo prædationibus terræ vel quater in anno, tormentis etiam usquequo eos profugos reddant, affligunt; & non invenitur de his judex vel epiſcopus, qui vel ſeculari, vel eccleſiaſtico jure ea diſcutiat, vel qui ſtet ex adverſo, & ſe murum pro domo Domini opponat. Inter quæ mala dominus archiepiſcopus de curia reverſum abbatem noſtrum convitiis affectum, in contumeliam (c) literarum veſtrarum (c)

NOTÆ.

(c) *Literarum veſtrarum & mandati veſtri.*] Henrici Luxemburgi Comitis & Epternacenſis Advocati, nec non Conradi Moguntini Archiep, interpoſitis apud Henricum officiis, cauſa eo
Hiſtoriæ Trevirenſis dipl. Tom. I.

CCCCXXXVII.

ſtrarum & mandati veſtri ſine ſententia de abbatia, quam ab eo tenebat eliminavit; ſed poſtea conſultu Trevirenſis eccleſiæ revocatum ad ſatisfaciendum pro ſe coram eccleſia de objectis citavit. Objecit vero ei, quomodo fide data promiſiſſet, quod rediens de curia ſine exceptione abbatiam Epternacenſem vel ab eo reciperet, vel omnino dimitteret. Quod cum abbas omnino negaret, ſimul compromiſerunt illorum veritati aequieſcere, qui interfuerunt. Commoniti ergo cetera quidem veraciter dixerunt, ſed de adjectione gratiæ veſtræ, quam interpoſuerat, omnino tacuerunt. Tunc inſiſtente abbate, ut modum promiſſi manifeſte dicerent, ſe non eſſe interpretes verborum dixerunt, nuda tantum verba tenerentur dicere, quæ audierunt, & ſic circumventum a cauſa eum cadere fecerunt. Tunc inclamatus ab omnibus, ut de objectis alterum faceret, nec excuſationem prætendit, nec quod illi a vero declinarent, oſtendit: ſed dixit, quod abbatia quidem cederet, epiſcopo vero, quod ab eo non accepiſſet, nec redderet, nec ab eo umquam reciperet. Ita diſceſſum eſt. His itaque infeſtationibus, ô ſereniſſime imperator, archiepiſcopus abbatem noſtrum fatigare, noſque abſtractos a regno contendit & feſtinat ſibi ſubjugare, nec præſentiam veſtræ majeſtatis, ſicut ei mandatis, vult expectare. Quapropter clementiſſime domine, omnes ad pedes majeſtatis veſtræ provoluti, ſupplicamus, pro dignitate parentum veſtrorum, pro eleemoſyna regni, pro majeſtate imperii, ut nobis tantis ærumnis deformatis, clementem animum habeatis miſerendi, & reſtituentes nobis abbatem noſtrum, immo veſtrum, præjudiciis hominum a nobis avulſum, ſibi & nobis detis locum & facultatem, auctoritate & privilegiis majorum veſtrorum, libertatem eccleſiæ noſtræ coram principibus defendendi, & nos in vocatione, qua vocati ſumus, cum omnium anteceſſorum veſtrorum, tum veſtris beneficiis, eodem jure, eadem libertate, qua hactenus uſi ſumus, uti permittatis; ac ſicut ipſi, (d) ita & vos nobis hoc confirmetis decreto magnæ veſtræ auctoritatis. (d)

NOTÆ.

eò perductś eſt, ut Imperator Joanni Archiep. Trevirenſi his verbis eeſcriberet: „ Venientes ad Majeſtatis noſtræ præſentiam fideles noſtri Abbas „ Epternaci & quidam fratres ejusdem Eccleſiæ, „ privilegiis anteceſſorum noſtrorum, & plurimis „ inſtrumentis, multisque rationibus conati ſunt „ oſtendere, quod nos de juſtitia nec de ratione „ illam eccleſiam alii Eccleſiæ concedere poſſimus, nec eam ab Imperio aliquo modo reſcindere debeamus. Super quo diſcretioni tuæ „ mandamus, quatenus facti hujus conſummationem differas, neque prædictum fidelem noſtrum Abbatem, ſive aliquos de familia prædictæ Eccleſiæ, ad faciendum tibi hominium aliquo modo compellas, quousque nos ad partes „ Rheni revertamur. „ Cùm autem ægre huic reſcripto pareret Archiepiſcopus & ab executione abſtineret, Epternacenſes hanc, quam exhibemus, epiſtolam pro conſervatione ſuæ immunitatis præſentârunt.

(d) *Ita & vos nobis hoc confirmetis decreto magnæ veſtræ auctoritatis.*] Obtinuerunt id deinde Epternacenſes. Extat decretum apud Martene *l. cit. p.* 467. ubi: *Eccleſiam Epternacenſem nullo commutationis titulo ab imperio alienari volentes, omnia quæ in * commodum ipſius, in facto concambii eſſe videbantur, infirmare ſtatuimus & in irritum revocare* &c. Notat ſcriptor coævus apud Martene *cit. Tom. IV. p.* 467. Hoc Epternacenſibus multùm profuiſſe, quòd Archiepiſcopus tunc non bene in gratia Imperatoris fuerit; addens, quòd ſuggerente Hermanno de Numaga, pro verbis quibusdam ſuperfluis non ſolùm Imperatoris offenſam incurrerat, ſed & Archiep. Moguntini & pene omnium aulicorum odium promeruerat. * incommodum.

1197 6. April

CCCCXXXVIII.

Circa 1195.

Gerlacus de Iſenburg caſtra de Aldenburg & Covernæ inferioris recognoſcit feuda Eccleſiæ Trevirenſis.

Fisher, Orig. Pal. P. I. p. 19.

Kyriand. Ann. Trev. p. 163.

Notum ſit omnibus, tam præſentibus quam futuris, quod dominus Joannes Treverorum archiepiſcopus cum Gerlaco de Iſenburg ſuper controverſia, quæ vertebatur inter ipſos de ædificatione caſtri in Aldenburg ſub hac forma convenerunt; ita videlicet, quod præfatus Gerlacus de Iſenburg proprietatem caſtri de Aldenburg, & caſtri de Coverna inferioris, domino Joanni archiepiſcopo & eccleſiæ Treveren. recognovit, & præfatum caſtrum Aldenburg liberaliter & abſo-

lute

CCCCXXXVIII.

lute in manus ejus aſſignavit: & præterea omnia bona proprietaria, quæ idem Gerlacus in juriſdictione villæ de Coverna poſſedit, per manus videlicet uxoris & filiorum ſuorum, archiepiſcopo & eccleſiæ Treverenſi in perpetuam contulit proprietatem. Quo facto dominus Joannes archiepiſcopus, de convenientia & deliberato conſilio fidelium ſuorum, idem caſtrum de Aldenburg ſimul cum caſtro inferiori, & omnibus bonis prædictis, Gerlaco, & ejus filio ſeniori, & hæredibus filii ſenioris feodali jure conceſſit; ſub ea tamen conditionis forma, quod prænominatus Gerlacus & hæres ejus poſſidens illud feodum, domino Joanni archiepiſcopo & eccleſiæ Treverenſi contra omnem hominem in eisdem & de eisdem caſtris fidelia obſequia præſtare deoeant &c. idque ſacramento ſolenni confirmaverunt. Quod ſi contigerit dominum Treverenſem contra aliquem guerram inire, cui Gerlacus, & ejus hæres prædictum feodum tenens ſalva inevitabili honeſtatis, & neceſſitatis fide aſſiſtere non poſſit, caſtrum tamen cum turri in Aldenburg domino Treverenſi aſſignabit, ut finita guerra ſæpedicto Gerlaco caſtrum reſtituat. Si autem, quod Deus avertat, inter Treverenſem archiepiſcopum & Gerlacum vel ejus hæredes lis & controverſia aliqua emerſerit, eo caſu ſuperius caſtrum & omnes illud inhabitantes neutri ipſorum præſidium vel auxilium conferent, vel damnum facient, idque juramento firmaverunt &c. Sub prædicto etiam ſacramento a Gerlaco, & ejus filiis comprehenſum eſt, quod ſi ipſi morte præventi fuerint, & * feodales hæredes non reliquerint, caſtra, & omnia bona ſupradicta ad eccleſiam prædictam ſine omni impedimento libere revertentur. Adjectum eſt etiam ad robur firmius ſuperiorum, quod ſi Gerlacus & ejus hæredes hæc infregerint, omne feodum, quud ab ipſa eccleſia tenent Treverenſi, libere ad ejus archiepiſcopum revertentur. Præter hæc, quæ ſupra dicta ſunt, fideliter promiſerunt, præſtita fide in manus domini Treveren. archiepiſcopi Joannis, Gotfridus comes de Spanheim, Gerlacus comes de Veldenz, Gotfridus comes de Virneburg, & frater ejus Fridericus, Reinboldus & Henricus de Ieſenburg, quod ſi hæc a Gerlaco & ſuis hæredibus obſervata non fuerint, ipſi domioo archiepiſcopo Treverenſi contra eosdem conſilium, & auxilium in omnibus præſtare non omittent. Ut autem hæc omnia, quæ ſolenniter prærdinata ſunt, firma & inconvulſa teneantur in perpetuum, præſens cautio præſentibus ſignaculis aucturabilibus ſigoata reſulget. (a) (a)

* id eſt maſculos

N O T A.

(a) De hoc negotio ita Geſta Trevirorum apud Martene *Coll. ampl. Tom. IV. p. 227. Ipſe* (Joannes Archiep.) *Gerlacum virum nobilem de Konna* · Koverna) *pro eo quod extra caſtrum ſuum aliud de novo exſtruxerat, cepit, & accepto in proprietatem caſtro dimiſit eum, & caſtrum dimiſit ei.* Alia exemplaria: *caſtrum vero utrumque dimiſit ei.*

CCCCXXXIX.

1197. 6. *Aprilis.*

Reſignatio Henrici Comitis Palatini Rheni de Advocatia Eccleſiæ & Civitatis Trevirenſis cum omnibus appenditiis tam feodatis, quam non feodatis per ipſum Joanni Archiepiſcopo Trevir. facta. (a) (a)

Freher. *Orig. Palat. P. I. p. 89.*

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Henricus Palatinus comes Rheni, qui filiam prædeceſſoris ſui Conradi Palatini comitis legitimam duxerat, reſignavit B. Petro & venerabili Trevirorum archiepiſcopo Joanni die paſchæ, in curia epiſcopali apud Treverim, advocatiam ejusdem cum omnibus appendiciis, tam feudatis, quam non feudatis, nec

N O T Æ.

(a) Palatinus Rheni olim Advocatum egit decem in Germania Epiſcopatuum; inter quos omnes fere Franciæ Ripuariæ, *Trevirenſis* præſertim & *Colonienſis.* Nata ei in hac potiſſimum provincia Advocati jura, quod in illa vicarium principalem Auguſti ageret. Ludewig *in Jurib. Feudorum. Cap. XI. §. 10. p. 710.* Sed, ut refert idem *in Germania Principe. Lib. V. Cap. 4. §. 4. creſcentibus juribus Epiſcoporum, eis facile fuit, ſub pietatis tegumento advocatiam deprecari.* Adeo, ut teſte

CCCCXXXIX.

nec non annualla ſervitia, quæ prædeceſſor ſuus ſupradictus habuit in villis archiepiſcopi, ſitis in pago, qui Trehere dicitur, in omnibus villis aliis archiepiſcopi, ſitis ſupra Moſellam, ſub tali forma, quam idem comes Palatious juravit ſuper clavum Domini & ſuper omnes reliquias in eadem capſide contentas, quod nec ipſe, nec aliquis hæredum ſuorum, eandem advocatiam & prædicta feuda nunquam repeteret. Archiepiſcopus quoque ſub pœna excommunicationis inhibuit, quod nec ipſe, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum prædictam advocatiam & eadem feuda impoſterum alicui hominum inſeudaret, niſi indignationem Dei omnipotentis & ſententiam excommunicationis incurrere vellet. Acta
(b) ſunt hæc (b) dominicæ incarnationis MCXCVII. Teſtes ſunt Gerhardus abbas Prumienſis, Rudolphus major præpoſitus, Wilhelmus major decanus, & omnes archidiaconi, oee non quator civitatis abbates, videlicet ſancti Eucharii Gothoſredus, S. Maximini Conradus, Theodoricus S. Mariæ, Wilhelmus S. Martini, Fridericus cantor, Conradus euſtos eccleſiæ Treviren. Laici quoq; Henricus dux de Limburg, Fridericus comes de Lyningen, & Simon comes de Sarburch, & frater ejus Henricus comes de Zweienbrucken, & Conradus comes Irſutus. Fridericus comes de Vianden, Henricus de Spanheim, Gerhardus comes de Veldenze, Volmarus comes de Caſtris; Ulrieus comes de Neuerburg, & filius ejus Gerhardus de Are, Everhardus de Petra & frater ejus Wernherus; miniſteriales quoque Petrus de Marceto, Udo de Eſch, Jacobus de Dune, & frater ejus Daniel, Nicolaus de Arraz, Fridericus de Merle, Gerlaeus de Schwarzimberg, & frater ejus Hugo de Hunolſtein, Hugo de Hageoc, & filius ejus Theodoricus; Rudolphus de Mailberg; Wiricus de Neumagen, & filii ejus Thomas & Alexander; Thomas de Kerpene, Theodoricus de Bruge, & alii qoamplures quam laici, tam clerici, & totus clerus & populus civitatis.

NOTÆ.

eodem *cit.* §. 10. *p.* 710. *in fin.*, jam nunc in ſacra hæc territoria nihil autoritatis ſuperſit Archipalatino. Conf. Diſſert. huic ſæculo præfixam §. 4.

(*b*) *Dominica incarnationis MCXCVII.*] Rectè 1197.; & non 1198. uti Kyriander *Annal. Trev. P. XV. p.* 136. Brovver. *Annal. Tom. II. pag.* 95. Spener *Op. Herald. pag.* 669. aliique perperam tradunt; anno enim 1198. Henricum Palatinum in Palæſtina moratum docet Tolner. *Hiſt. Palat. Cap. XVI. p.* 345. *Lit. g.* & *pag.* 346.

CCCCXL.

1197. Petrus miles de Veldenz recognoſcit ſe bona ſua in Marceto in feudum tenere ab Eccleſia Trevirenſi.

EGo Petrus miles de Veldentze, dictus de Marceto, omnibus Chriſti fidelibus, futuris & preſentibus, ootum eſſe cupio, quod omoia bona, que predeceſſores mei habuerunt, tenueruot & poſſederuot io villa de Marceto, & quod ego nunc teneo ibidem, habeo & poſſideo, ab eccleſia Trevirenſi & ab archiepiſcopo tenuimus & poſſedimus jure feudali. Et ne aliqua diſcordia vel lis inpoſterum oriatur inter ſucceſſores meos, ſcripsum iſtud ſigillari procuravi ſigillo venerabilium dominorum meorum Joannis Dei gratia Trevirorum archiepiſcopi, & oobilis viri Gerlaci comitis de Veldentze. Et nos Joannes Dei gratia archiepiſcopus Trevirorum, & ego Gerlacus de Veldentze ad petitiooem dicti Petri militis ſigilla noſtra huic ſcripto appoſuimus. Datum anoo Domini MCXCVII.

SÆCU-

SÆCULUM XIII.

§. I.

ETſi jus eligendi Imperatorem ad hoc usque Sæculum omnibus Principibus, aliisque magnatibus Germaniæ commune fuit, conſtat tamen majorem nonnullorum Procerum præ cæteris in eligendo auctoritatem fuiſſe & prærogativam; ita, ut nonnunquam, præviâ cum cæteris deliberatione, ex eorum prætaxatione & conſenſu, ſoli deinde electionem perficerent, ab omnibus dein approbatam; nonnunquam verò ſeorſim inter ſe præconſultarent, atque deinceps certas perſonas omnibus Principibus ad eligendum proponerent. Inde occaſio tandem ipſis nata, jus eligendi ſibi ſolis vindicandi. Hoc jus electionis privativum, per latentes vias, hoc demum Sæculo ad ſummam perductum eſſe, Electionum hiſtoriæ evincunt. Sanè in Ottonis IV. electione ſingulare ſeptem Electorum jus ſatis ſolidè demonſtrat Hahn *Hiſt. Imp. P. IV. Cap. 2. §. 9. Not. c.* Nec tamen eò minùs nonnullis ſubſequentibus electionibus alios adhuc Proceres interveniſſe conſtat; usque dum in diſcordi electione Richardi & Alphonſi, anno 1257. facta, ſolorum Moguntini, Trevirenſis, Colonienſis, Palatini, Saxonis, Brandenburgi & Bohemi jura Electoralia clarè expreſſa videmus, nunquam deinde ampliùs in controverſiam deducta. Ad aſſerendum, quod dixi, jus Trevirenſis & aliorum Electorum, nota, & in quàm plurimis Hiſtoriarum Germaniæ & Juris publici ſcriptoribus proſtantia, loca non refero, uno domeſtico contentus, quod ſuppeditant Geſta Trevirorum edita à Martene *Collect. ampl. Tom. IV. p.* 254. ibi: *Principes Alemanniæ, ad quos jus electionis pertinet, diem ad tractandum de electione elegerunt, & proh dolor, diviſa ſunt eorum vota in partes. Dominus autem Conradus Colonienſis Archiepiſcopus propter pecuniam innumeratam ſibi datam virum Angliæ, Dominum Richardum Comitem Cornubiæ, germanum Regis Angliæ, non zelo juſtitiæ, ſed deſiderio pecuniæ, in Regem elegit; & Dominum Gerardum Moguntinenſem Archiepiſcopum, tunc captum in Turingen, & liberatum pro VIII. millibus ſterlingorum marcarum ex parte dicti Comitis Cornubiæ, Comitem Palatinum Rheni, pro decem millibus marcarum allectum, in partem ſuam traxit; Dominus vero Arnoldus Archiepiſcopus Trevirenſis cum Duce Saxoniæ, qui miſſus fuerat ad ipſum ex parte Regis Bohemiæ, & Marchionis Brandenburg, fidem debitam Imperio ſalubriter & prudenter attendentes, virum alienigenam pro pecunia nullatenus eligere voluerunt. Quindecim enim millia marcarum ſterlingorum oblata fuerunt eidem Archiepiſcopo Trevirenſi,*

Origo Electoratûs.

ſi, nec ſuum animum flectere potuerunt. Quæ pravitas pecuniæ, ut tunc dicebatur a multis, fortaſſis totam Romanam Curiam commoviſſet. Propter hujusmodi igitur conſtantiam viri, quaſi ſtatua immobilis, memorati Principes Imperii Electores ſuam electionem illa vice eidem Archiepiſcopo Trevirenſi per ſuas litteras commiſerunt, ut quemcunque, præter Anglicanum, ſuo & ipſorum nomine eligeret, ratam & firmam hujusmodi electionem haberent. His quoad ſubſtantiam planè ſimilia refert Chron. Auguſtanum *ad an.* 1257. ſubjungunt quidem Geſta Trevir. *l. cit. Ipſe* (Arnoldus Trevirenſis) *adductis ſecum Spirenſi & Wormatienſi Epiſcopis, ac aliis pluribus Nobilibus terræ, in manu forti & comitatu decenti, die certa Franckevort aſſignata, proceſſit, & ibi virum magnificum Dominum Alphonſum Regem Hiſpaniæ, Illuſtris Regis Bohemiæ & inſignis Ducis Brabantiæ nepotem, in Romanorum Regem Imperatorem futurum ſuo nomine & prædictorum Principum, cum ſolemnitate debita elegit, accedente plauſu lætifico & conſenſu omnium, qui aderant.* At Spirenſem & Wormatienſem Epiſcopos cum reliquis Nobilibus non voti, ſed apparatûs, tantùm & comitatûs causâ, adfuiſſe, res ipſa loquitur, & clariùs innuit Urbanus PP. IV. in Epiſtola ad Richardum apud Leibniz *Cod. diplom. Prodr. num. XIV. §. 4. ſeq.* ubi, licèt variantibus quoad reliqua hujus electionis circumſtantiis, ſeptenarium præcisè Electorum numerum determinat, inquiens: *Quaſdam conſuetudines, circa Electionem novi Regis Romanorum, in Imperatorem poſtea promovendi, apud Principes vocem in hujusmodi electione habentes, qui ſunt ſeptem numero, pro jure ſervari, & fuiſſe hactenus obſervatas a tempore, cujus memoria non exiſtit.* In inauguratione quoque ſeu coronatione & unctione novi Imperatoris aliquas jam olim Archiepiſcopi Trevirenſis partes fuiſſe, diſcimus ex Ditmaro *Lib. II. Annal. p.* 331. ubi *Ottonem* (I. ait) *Hillibertus Moguntiæ Curator cathedræ, cum licentia Wigfridi ſanctæ ſedis Colonienſis, in cujus diœceſi hoc fuit, & auxilio Trevirenſis benedixit.* Sed & idem hoc Sæculo videmus in coronatione Ottonis IV. Imp. de qua Otto de S. Blaſio *Cap. XLVI. p.* 223. *Otto archiſolium, quod Aquisgrani eſt, adeptus, a Colonienſi Epiſcopo, cooperante Trevirenſi..... in Regem unctus eſt.* Conf. Moſer Trieriſches Staats-Recht *Cap. II. §. 9.* 10. & Notas noſtras in annum 1315. 9. Maij.

Concurſus Archiep. Trevirenſis ad coronationem Imp.

§. II.

Origo Archicancellariatûs Trevirenſis.

Vidimus Diſſertationis, Sæculo X. præpoſitæ, §. 2. Metropolitas Trevirenſes Regni Lotharingici Archi-Capellanos usque ad tempora Ottonis M. At abinde noſtris hæc dignitas intercepta fuit; reſtituta hoc demum Sæculo, & quidem non unum jam complexa regnum, ſed duo: *Gallicum*; quo nomine omnes veteris Lotharingici regni provinciæ veniunt, & *Burgundicum* ſeu Arelatenſe. Dabimus Sæculo proximo plura Impp. diplomata, annis ſcilicet 1314., 1332, 1346. 1356., quibus, uti & poſtremò ipsâ Caroli M. Aurea Bullâ, hic Archi-Cancellariatus Trevirenſibus Archiepiſcopis confirmatur. Illo equidem Imperiali præcepto, quod de Trevirenſi Archi-Cancellariatu anno 1314. Balduino dedit Ludovicus Rex Romanorum nec antiquius vidi, nec tempore ejusdem Balduini Archiep. vetuſtius extitiſſe haud vanè conjicio. Attamen, cùm id de conſuetudine meminerit, ſub Balduini prædeceſſoribus jam ſervatâ, ibi: *Si contingat nos intrare terminos Galliæ aut Regni Arelatenſis noſtri, vel aliorum locorum,*

eorum, in quibus debet & conſuevit ipſe vel ſui prædeceſſores jura Archi-Cancellariæ exercere &c. vetuſtius hoc jus eſſe, apparet. Et verò effectivè fuiſſe, docemur Decreto Electionis Henrici VII. Imp. de anno 1309. apud Leibniz *Cod. diplom. Mantiſſa. Tom. II. p.* 252. in quo Balduinus *S. Imperii per Regnum Arelatenſe Archicancellarii* titulo utitur. Imo, ut altiùs aſcendamus, Boëmundum II. coæva Geſta Treverorum Marteniana *pag.* 346. *lit. c.* ad annum 1288. *Galliæ Arelatenſisque Archicancellarium* diſſertè vocant. Martinus Polonus (qui ſcripſit anno 1277.) in Collectione Schilteri *Chron. pag.* 369. pariter nominat *Trevirenſem Galliæ Cancellarium.* Quem quidem Poloni locum interpolatum exiſtimat Struvius *Syntagm. Jur. Publ. Cap. XVI. §.* 6. ſed ex indiciis ac conjecturis, quæ minùs probabiles nec relevantes videntur Spenero. *Jur. publ. Germ. Lib. II. Cap.* 4. *§.* 1. *Not. d. p.* 144. & *§.* 4. *Not. d. p.* 157. Quare non dubitamus utriusque noſtri Archi-Cancellariatûs, Gallici & Arelatenſis, originem cum Ludewig *Comment. ad Auream Bullam. Tom. II. p.* 603. *&* 607. Kemmerich *Jur. Publ. Lib. I. Cap. XVI. §.* 9. & aliis referre ad Rudolphum I. Imp., provincias, Burgundicas præſertim, ſed & Belgicas, nec non Lotharingicas, aliasque Galliæ vicinas, in obedientia erga Imperium Romano-Germanicum hoc pacto & multis aliis modis retinere laborantem; quos videre eſt apud Hahn *Diſſert. de juſtis Burgundici novi & Arelatenſis regni limitibus, & derelictione ejus Rudolpho I. Habſp. Rom. R. perperam adſcripta. Cap. III.* Item *Hiſt. Imp. Tom. V. Cap.* 3. *§.* 4. Ludewig *Singul. Jur. publ. p.* 531. Struv. *Corp. Hiſt. Germ. Period. IX. Sect. I. §.* 25. Unde Henrico II. Archiepiſcopo circa annum 1277. primò Cancellariatum datum autumo, quem hodiedum perpetuo jure tenent Trevirenſes Metropolitæ. Ante Rudolphum Imp. *Arelatenſem* Archi-Cancellariatum a Biſonticenſi primùm Archiepiſcopo, deinde à Viennenſi; *Gallicum* verò poſt Ottonem I. Imp. à Moguntino potiſſimùm geſtum fuiſſe, probat Ludewig. *ad Aur. Bull. Tom. II. p.* 596. *ſeqq.* & 605. *ſeqq.*

§. III.

Hactenus Principibus Eccleſiaſticis curæ fuerat, obtinere ab Imperatoribus indulta & præcepta, quibus eis in proprios ſubditos aut tribuebatur, aut augebatur, aut confirmabatur imperium; nunc, hoc ſtabilito, ſupererat, ut partis juribus ac libertatibus ſuis ita caverent, ne ab ipſa Imperiali Majeſtate in illorum uſu ullatenus poſſent turbari. Id hoc Sæculo effectum fuit beneficio Ottonis IV. Friderici II. Impp. & hujus filii Henrici Rom. Regis. Scilicet ſacris Germaniæ Antiſtitibus imprimis caviſſe Ottonem IV. Imp., ſe & ſucceſſores ſuos ex morte Principis Eccleſiaſtici reliquias fiſco minimè vindicaturos, ſignificârunt Principes Alemanniæ Ottoni faventes Innocentio PP. III. Regiſtri de negotio Imperii *Num. X. p.* 689. his verbis: *Otto pravam conſuetudinem, quam Imperatores Anteceſſores ſui in occupandis rebus mobilibus, vel ſe ſe moventibus decedentium-Epiſcoporum vel Abbatum Principum hucusque ſervaverant, penitus extirpans, nos Eccleſiaſticos Principes ab hac indebita vexatione regali benevolentia liberos dimiſit, & decedentium bona ſuis ſucceſſoribus ſervanda liberaliter ſtatuit.* Ottonis eâ de re Præceptum ſolemniter innovavit ſucceſſor Fridericus II. conſtitutione de 26. Aprilis an. 1220. Voluit deinde Friderici filius Henricus Rom. R. 1. Maij 1231. *ut unusquisque Principum Eccleſiaſticorum libertatibus, jurisdictionibus, comitatibus, centis, tam liberis,* **Nova privilegia Archiepiſcopis ab Impp. tributa.**

quam ſibi infeudatis, utatur quietè ſecundum terræ conſuetudinem approbatam. Præceperat jam Fridericus ſuâ conſtitutione de an. 1220. ut nullus officialium Imperatoris in civitatibus Epiſcoporum jurisdictionem quamcunque exerceret. Prohibuit idem menſe Aprili anni 1232. & Henricus Rex 23. Jan. 1231. ut invitis Præſulibus noſtris, *nulla civitas vel oppidum communiones, conſtitutiones, colligationes, confœderationes vel conjurationes aliquas, quocunque nomine cenſeantur, facere poſſint, neque Imperator ipſe ſine domini territorialis Eccleſiaſtici aſſenſu eas faciendi auctoritatem impertiatur.* Promiſerant quoque Fridericus antè memoratâ conſtitutione anni 1220. nec non Henricus R. 1. Maij 1231., ſe homines Epiſcoporum in horum præjudicium in civitatibus Imperii haud recepturos, neque permiſſuros, ut ab aliis in ſua territoria recipiantur; unde etiam eodem Henrici Præcepto, *Cives, qui Phalburgenſes dicuntur*, penitus abrogantur. Item ſtatuit Fridericus Imp. menſe Majo an. 1232., ut homines in civitatibus Imperii reſidentes conſueta & debita jura de bonis, extra civitatem ſitis, Dominis ſuis Eccleſiaſticis ſolvant; utque horum homines proprii, advocatii ac feudales minimè arctentur. Inſuper, ut nullus in Epiſcoporum terris damnatus aut proſcriptus in civitates Imperii recipiatur, de quo & jam ante 1. Maij 1231. Henricus R. providerat. Porro declaravit Fridericus Imp. menſe Majo anni 1232. ſe conductum Principum Eccleſiaſticorum per terram eorum, quem habent, non impediturum; ſed nec conceſſurum, ut ædificium aliquod vel caſtrum conſtruatur ipſis invitis in eorum terris, ſeu occaſione advocatiæ, ſeu alia quacunque. De quibus ſingulis & aliis etiam caverat Henricus 1. Maij 1231., innovando inſuper præceptum, quo Fridericus Imp. an. 1220. ſacris Principibus noſtris addixerat, ſe in eorum territoriis & jurisdictionibus nulla nova telonia aut monetas aliis conceſſurum. Et quæ ſunt plura ejus generis alia, iisdem, quas recenſuimus, regalibus tabulis expreſſa; quæ vel ideo ad Trevirenſia jura ſpecialiùs referri convenit, quòd eadem indulta Archiepiſcopis noſtris, in conſecutione Imperialis inveſtituræ, in hunc usque diem integris ſuis temporibus innoventur; atque ab eo tempore in præſens usque à ſingulis Imperatoribus toties addicta & confirmata fuerint.

§. IV.

Retraxerant jam Archiepiſcopi noſtri univerſalem Archidiœceſis advocatiam è manibus Palatini Comitis; & Trevirorum Vicedominum ſeu Burggravium in ordinem redegerant. Vid. Differt. præced. §. 3. & 4. At plures adhuc particulares per Archidiœceſin advocatiæ in manibus Nobilium, titulo maximè feudali, hærebant: ſic Comes de Caſtris tenebat advocatias de Berncaſtel & Mynheim; Comes de Virnenburg illam de Munſter-Meynfeld; dominus de Vinſtingen Wittliacenſem, &c. Quin ipſi hi Advocati Vogtejas ſeu advocatias ſuas quandoque aliis in ſubfeudum dederant, uti de Berncaſtellenſi & Mynheimenſi produnt tabulæ noſtræ de annis 1225. & 1230. His advocatiis, quæ jam in patrimonio eſſe reputabantur, plura jura, utilitates & jurisdictiones, tanquam pertinentia, annexa erant; hinc in tabulis Friderici de Novo-caſtro anni 1277. memoratur advocatia Monaſterienſis *cum omnibus juribus ſuis & attinentiis, quibuscunque nominibus cenſeantur.* In inſtrumento venditionis dominorum de Vinſtingen anni 1279. occurrit advocatia de Wittlich *cum villis quibuscunque, reditibus .... hominibus --- - jurisdictionibus ac quibus-*

Advocatiæ particulares Archidiœc. Trevirenſis.

buſcunque aliis juribus. In charta Robini de Coverna an. 1281. venditur *advocatia in Lebmen, cenſus, ſervitia, jurisdictio, reditus & proventus & omnia jura ad dictam advocatiam ſpectantia.* In documento compoſitionis anni 1285., cujus fragmentum referimus ad tabulas de 26. Maij 1272. *Not. c.*, tractatur *de Advocatia in Monaſterio Meynfeld, nec non jurisdictionibus & hominibus ibidem.* Unde vix licebit dubitare, quin ejus ævi advocatiis jurisdictio aliqua fuerit annexa; at quæ præciſe jurisdictionis ſpecies, quísve ejus gradus? ægrè determinabimus; aliis enim locis alia fuit, ex ſingulorum documentis & uſibus dimetienda. Nempe: cùm hæ advocatiæ originem traxerint, quandoque ex Imperatorum conceſſione; ſæpiùs (imò apud nos plerumque) Archiepiſcoporum noſtrorum largitione, prioribus Sæculis (uti diximus alibi) frequente; non poterat plus vicarii juris in advocatum tranſtuliſſe Archiepiſcopus, quàm ipſi tunc fortè competeret; imò ne hoc quidem omne, quod in jurisdictione ejusque commoditatibus Præſul obtinuit, in advocatum conferre voluit; unde non potuit non ſubſecutis temporibus, cùm advocatiæ jam hæreditariæ & feudales eſſent, maxima jurium Vogteticorum oriri diverſitas: cujus rei palmare exemplum ſuppeditat diploma Theodorici Archiepiſcopi de 12. Sept. 1225., quo declaratur, advocato Perncaſtellenſi nullam jurisdictionem competere in bonis Eccleſiæ S. Simeonis in Grach ſitis, *cum nos* (ait Theodericus) *à quo advocatia deſcenderet, & Comes de Caſtris, qui ejusdem loci & confinii advocatiam a nobis in feudo obtinet, nihil ibidem juris habeamus.* Multùm ſanè degenerârat advocatorum officium à primo ſuo inſtituto; vid. Differt. ante Sæculum XI. §. 5. hærebantque nunc advocatiarum utilitates in Nobilium manibus, nullo Eccleſiæ emolumento. Ea de cauſa Honorius PP. III. ſub Friderico II. Imp. in Epiſtola ad Colonienſem Archiep. & Suffraganeos ejus apud Binium *Tom. VII. Concil. p.* 827. reſcribit: *Cum plerique Advocati Eccleſiarum, advocationis obſequium convertentes in dominationis abuſum eccleſias ipſas opprimant & affligant, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eccleſias veſtrarum Diœceſium … ab advocatorum vexationibus taliter defendatis, quod per ſtudium veſtrum a ſuis poſſint anguſtiis reſpirare.... Ad hæc, ſi quas advocatias vacare contigerit, expreſſè inhibeatis eccleſiis, ad quas ſpectant, ne illas conferre præſumant, ſed ſuis curent uſibus applicare.* Equidem non conſtat, an ſimilia ad Trevirenſem Metropolitam dederit Romanus Pontifex; ſanè, ſi de eadem re eum monuit, memotem monuit: videmus quippe Archipræſules noſtros advocatiis ſeu prece, ſeu pretio retrahendis hoc & ſequentibus Sæculis ſtudioſiſſimos; atque ita jurisdictionem, Trevirenſi Eccleſiæ ſuperiori ævo univerſaliter partam, in particularibus locis inter advocatos diſtractam, hoc ævo ſollicitè vindicatam fuiſſe. Exempla plura damus ad annos 1230. 1272. 26. Maij *Not. c.* 1279. 1280. &c.

cum jurisdictione conjuncta.

ab Archiepiſcopis vindicatæ.

§. V.

Turbulentiſſimus erat his temporibus patriæ noſtræ ſtatus, in quibus pleraque contra leges per vim furoremque gerebantur. Maximum adversùs aliorum vim in hoc turbido præſidium in caſtris, quorum in Archidiœceſi noſtra numerum fuiſſe bene multum, vidimus in prioribus, & adhuc cernimus in ſuperſtitibus tot patriorum burgorum ruinis. His ergo adſciſcendi erant præſidiarii, qui pro certo ſtipendio ſeu feudo eorum in ſe ſuſciperent defenſionem, dicti

Caſtrenſes Archiepiſcoporum Treviren.

inde *Caſtrenſes*, germanicè Burg-Männer, aſſumpti ex militari genere. De horum conditione vid. Eſtor *de Miniſterial. Cap. II. §.* 128 *ſeq.* Kopp *de inſigni Different. S. R. I. Comitum & Nobil. immed. p.* 403. *ſeq.* Senckenberg *Select. Jur. & Hiſtor. Tom. III. p.* 585. *Not. a.* & notas noſtras in chartam feudalem Friderici Walpodo de 18. Junii 1301. Quamplura in noſtris occurrunt horum feudorum Caſtrenſium (quæ Burg-Lehn dicebantur) exempla. Vid. an. 1235. 1239. 1240. &c. quibus alii ad *temporariam* in hoc illove caſtro reſidentiam obligabantur, alii etiam ad *perpetuam;* utì Rupertus de Naſſau in caſtro Montabaur vigore conventionis de anno 1235. Qua in re quid præterea politicæ rationis latuerit, ibidem explicamus *in Nota.* Sed de Caſtrenſibus vaſallis, ad burgorum noſtrorum guardiam conductis, in Diſſertatione ad Sæculum proximum agemus ſingulatim. Præter eos

& alii milites, datis feudis conducti,

aliis militibus opus erat, quibus ad expeditiones utebantur Archiepiſcopi. Hos, cùm ſtipendiaria militia necdum in uſu eſſet, datis feudis ex militaris generis viris pariter conducebant. Atque inde nata clientela noſtra Trevirenſis: ſcilicet *vel* rebus immobilibus militibus in feudum *datis*, vel elargitis pecuniis in prædiorum, quæ tum feudalia fierent, emptionem, aut in debitorum ſolutionem, aliasve neceſſitates vertendis; *vel* acceptis à Nobilitate dominiis directis prædiorum: quæ hoc pacto, in turbidis diffidationum temporibus, ſecuritatem ac onerosam tutelam ab Archiepiſcopo acquirebat. Prio-

Conditio Feudorum Trevirenſium.

res horum feudorum ſpecies ad oblata minimè pertinere, conſtat. Sed nec poſterior eo nomine digna eſt: ſiquidem feuda oblata ea propriè ſunt, quæ ex mera vaſallorum liberalitate proveniunt, qualia dici non poſſunt, ubi defenſionis commodum magìs intendit vaſallus, quàm domini utilitatem. Aut ſanè, ſi ea *mixta* velimus nuncupare cum Struvio *Jurisprud. Feud. Cap. X. §.* 9. *in fine.* vel ſi etiam cum Hertio *Diſſert. de Feud. oblat. P. I. per tot.* illa *oblata* ſimpliciter (ùt ùt ſatìs impropriè) malumus dicere, attamen ob deficientem vaſalli liberalitatem tantus favor eis adſcribi nequaquam poterit, qui veris feudis oblatis plerumque tribuitur in ſucceſſione & aliàs, ipſo id confitente Hertio *cit. Diſſert. P. II. §.* 40. *p.* 557. *& ſeq. in Vol. I. Opuſc. Tom. II.* Conf. Rhetius *in Comment. ad Jus Feud. Lib. I. Tit. I. ad verba: Qui feuda dare poſſunt.* Porro, quæ ex mera liberalitate vaſallorum, ſeu ex pietate in S. Petrum apud nos nata, atque adeo propriè *oblata* fuerunt, rariſſima ſunt.

§. VI.

naturâ ſua maſculina ſunt.

Quæ de origine & indole feudorum Trevirenſium jam memoravimus, præjudicium pariunt decantatæ quæſtioni: an ea, naturâ ſuâ, maſculina ſint, an promiſcua? Tummermuth *Tractatu* Krumb-Stab ſchleußt niemand aus. *p.* 29. *n.* 96. *ſeqq.* & *pag.* 90. *n.* 9. *ſeqq.* & alii poſt eum volunt, Trevirenſia feuda promiſcua fuiſſe, usque dum Baldewinus Archiepiſcopus diplomate, an. 1346. à Carolo IV. obtento, hanc feudorum naturam immutare tentaverit. Quibus in hanc rem utuntur argumentis, ea generalibus tantùm præſumptionibus & conjecturis, atque iis quidem ſatìs incertis, innituntur, deſumptis à conditione communi feudorum eccleſiaſticorum, quæ omnia promiſcua eſſe contendunt, donec probetur contrarium. Prudenter econtra Kreſſius *Diſſert. proœmiali in cit. Tractatum Tummermuthii §.* 59. *Feuda eccleſiaſtica,* ait, *& maſculina ſunt, & fœminina, nec horum*

rum numerus illorum numerum ſuperat; nec in dubio pro ultimis præſumptio aliqua capi poteſt, ſed omnia dijudicanda ſunt ex moribus diverſarum regionum. Et deinde *§. 61. ſeqq.* ad inductionem veniens, feuda Hildeſienſia, Halberſtadenſia, Magdeburgenſia, Wirceburgenſia, Bambergenſia, Eichſtadenſia, Auguſtana, Conſtantienſia, Moguntina, Wormatienſia, Spirenſia, Elwacenſia, Campidunenſia, Pataviensia & Salisburgenſia maſculina, ſeu propria eſſe, evincit. Nobis de ſolis Trevirenſibus cura eſt, unicè occupata in documentis domeſticis, ſinè quorum conſultatione, ùt cæci de colore judicamus. Sic imprimis quidem, monumenta patria decurrenti, mox apparebit, omnia feuda Trevirenſia militiæ causâ, quæ *virorum* eſt, comparata eſſe. Deinde ſi ad eorum formulam attendimus, frequens occurrit in literis noſtris feudalibus clauſula: *pro me & hæredibus meis.* Legitur ea in feudo caſtri Kempenich an. 1277. Caſtri Henſenberg an. 1278. Curiæ Mannewilre an. 1183. In feudo Theodorici Reizer de eodem anno. Jofridi de Aixe an. 1284. Reneri de Lewenſtein an. 1305. Henrici Shezelin eodem anno, & Hartardi de Merenberg de anno 1307. Additur non raro: *pro me & hæredibus meis legitimis,* veluti in charta feudali Sygfridi Ringravii an. 1310. Joannis Comitis Salmenſis an. 1318. & Comitis de Sarwerde an. 1323. In promiſſione Philippi de Iſenburg 13. Febr. 1362. Lehns-Erben von unſerem Lybe. Sed & promiſcuè occurrit clauſula: *pro hæredibus meis;* & *pro hæredibus meis legitimis;* utì ſignanter in feudo caſtrorum Rapivilre & Grimburg de an. 1329. At quinam illi Vaſallorum *hæredes* ſeu *hæredes legitimi?* Ut generalia Juris feudalis placita hìc prætermittamus, rem in Trevirenſibus feudis ſatis determinat ipſa hæc charta anni 1329., in qua hæc præmiſſis ſubjiciuntur: *Tenebimur quoque ego & dicti mei hæredes pro prædicto feodo Caſtrenſi in dicto caſtro Grimburg facere reſidentiam perſonalem, cum armis & equis, ut moris eſt ibidem.* Quæ conditio ſanè non convenit feudo promiſcuo, in quo poſſint ſuccedere ſequioris ſexûs hæredes. Adde feudum Friderici Comitis Silveſtris de an. 1318. nec non literas feudales Richardi ab Eltz de 6. Maij 1420. in verbis: Lybes-Lehns-Erben. Atque demum præallegatam noſtram pan-chartam Caroli IV. de 26. Novemb. 1346. ubi Imperator Imperii obſervantiam (vigore cujus, *vaſallo ſine hæredibus legitimis* defuncto, feudum ad dominum directum devolvitur) laudans, hanc exceptionem addit: *niſi fœmellæ* (quæ proinde ab hæredibus legitimis hìc diſtinguuntur) *per literas evidentes, vel aliis modis legitimis, oſtenderint, ut hujusmodi feuda ad ipſas ſint, potiori vel ſpeciali jure, merito devolvenda.* Sunt, fateor, nonnulla feudorum noſtrorum etiam pro fœmininis data; at quoties id evenit, tali expreſſione uſi ſunt contrahentes, ut id ad exceptionem à regula, non ad regulam ipſam pertinere, appareat. Sic in feudo caſtri Seyne de anno 1152. conventum eſt hac formulâ: *Cujuscunque vero ſexus eis hæres ſucceſſerit, etſi non propinquorum, qui de eorum cognatione fuerit, idem caſtrum & prænominatum beneficium a nobis & ſucceſſoribus noſtris absque jure ullo, quod vulgariter dicitur Heregewede, & illo, quod dicitur Hereſture, recipiet, & tandem fidelitatem nobis & ſucceſſoribus noſtris faciet.* In feudo caſtri Mailberg de an. 1238. *Et ſciendum, quod filiæ meæ ipſum caſtrum, ſi filii mihi non fuerint, ab Eccleſia Trevirenſi feodali jure tenebunt. Si vero nec filios nec filias me habere contingat, proximus hæres meus ex parte patris mei procreatus etiam ſuccedet in feodo præmemorato.* In feudo caſtri Moylsberg de an. 1273.

Hoc tamen adjecto, quod ego, uxor mea, & liberi mei, ſive maſculini ſexus, ſive fœminini; nec non ſi liberi nobis non fuerint, hæredes mei proximiores utriusque ſexus, qui pro tempore fuerint, idem caſtrum ab Archiepiſcopo Trevirenſi, qui pro tempore fuerit, recipiemus in feudo & tenebimus, ita quod de eodem caſtro non valeamus aliquatenus exhæreditari. In feudo Wunnenberg anni 1304. *Et eſt ſciendum, quod dictum caſtrum non debet cadere de parentela mea, ſed ſemper devolvetur ad proximiorem hæredem meum, ſive maſculini ſexus fuerit ſive fœminini.* In feudo Ottonis de Seynheim an. 1323. *Per nos & hæredes noſtros legitimos, principaliter maſculos, poſtea in eorum defectu fœminas, recipienda & tenenda, ut eſt dictum; ſcilicet in defectu hæredum mei Ottonis, excepta Mechtildi ſorore mea & ejus hæredibus, ſuccedent in feudo ſupra ſcripto.* In feudo caſtri Beylſtein an. 1324. *Per nos & hæredes noſtros legitimos, ac in defectu maſculini per fœmellas de corpore meo deſcendentes.* Demum in feudo caſtri Sommerowe de an. 1329. *Fecitque mihi idem dominus meus in eo ſpecialem gratiam, videlicet, quod ipſum caſtrum Sommerowe ad hæredes meos de corpore meo deſcendentes utriusque ſexus, ac ipſis deficientibus, ad proximiores meos hæredes devolvi ac tranſire debeat.* Adde notata ad feudum caſtri Bylſtein de an. 1324.

§. VII.

Jus Romanum jam receptum.

Examinatis ad fidem documentorum feudorum Trevirenſium juribus, reſtat, ut disquiramus de *Jure Civili* patrio Sæculi XIII. Occurrerunt jam prioribus Sæculis nonnulla hinc inde Juris *Romani* veſtigia, leviùs tamen impreſſa; at hoc Sæculo univerſim ferè noſtris in partibus ita receptum videmus, ut pro jure communi id facilè habeamus. Sic, ut conſtitutionem Friderici II. de 26. Aprilis 1220. in qua *pœnæ dupli* mentio fit, prætermittam, in venditione caſtri Mailberg de 15. Jan. 1279. nec non alio venditionis contractu de 1. Aprilis 1280. renuntiatur *exceptioni non numeratæ pecuniæ, doli mali, actioni in factum, condictioni ob cauſam & ſine cauſa, beneficio reſtitutionis in integrum, læſioni ultra dimidium, & generaliter omni beneficio Juris Canonici & Civilis.* Quæ omnia etiam leguntur in contractu Robini de Coverna anni 1281. 30. Jan. ubi inſuper Robini uxor renuntiat *privilegio dotis ſeu donationis propter nuptias.* Nec in contractibus ſolùm, ſed & in judiciario proceſſu ordo juris Romani ſervabatur. Exemplum unum præbet judicium in cauſa Eccleſiæ S. Simeonis contra Boëmundum de Sierberg an. 1287. Alterum ſententia favore Eccleſiæ S. Caſtoris an. 1282. in contumaciam lata adverſùs memoratum Robinum, ad juris Romani placita exactè conformata, & *de conſilio Juriſperitorum* concepta; quorum conſilium etiam intervenit ſententiæ de 26. Martii 1287. Add. decretum Honorii III. PP. de anno 1223. Plura obvenient Sæculo ſequenti; in quo etiam de Baldewino Archiepiſcopo ſcribit auctor ejus vitæ, apud Reuberum & Baluzium editæ *Lib. I. Cap.* 12. quòd *Legiſtas & Canoniſtas .... in ſuo miniſterio deputatos decenter ſuſtentaverit.* Conf. Concilium Trevirenſe anni 1310. *Cap.* 107. Quæ quanquam ita ſint, non tamen eapropter Jus Germanicum abrogatum, quin Romanum in hujus tantùm *ſubſidium* receptum fuiſſe cenſebimus, ad id credendum perſuaſi pluribus Juris Germanici capitibus, Romano planè contrariis, apud nos nunc & impoſterum ſanctè ſervatis; inter quæ unum pro exemplo hìc memoràſſe ſufficiat, ſed notabile admodum: ſcilicet *decunces uſuras*, in quibusvis negotiis apud nos permiſſas. Vid. Transactionem Gerlaci de Iſenburg

burg cum Capitulo S. Simeonis de an. 1269. Tabulas Godefridi de Epenſtein de an. 1272. Feudum Jofridi de Berthringen an. 1279. Chartam Godefridi Comitis Viennenſis anni 1294. Feudum Friderici Walpodo de 18. Junii 1301. Nec non Comitis de Spanheim an. 1305. Anniverſarium Baldevini Archiep. an. 1361. &c.

§. VIII.

De civilibus tranſeamus ad ſacra: Hæc ſuperioribus Sæculis ſub Archiepiſcopo noſtro curabantur ab ejusdem *Eccleſiaſtica curia*, cujus mentio eſt in documentis noſtris an. 1088. an. 1155. &c. Nunc in ejus locum ſucceſſit *Officialis.* Apparet is hoc Sæculo ſæpiùs, ſuo fungens officio, ſignanter in tranſumpto anni 1218. & in litera unionis de 17. Aprilis 1242. Hic tum unus per univerſam Archidiœceſin ſupremam ab Archiepiſcopo jurisdictionem exercebat, porrectam etiam in Rhenanas ſeu inferiores ejus partes. Vid. tabulas compoſitionis de 8. Octobris 1269., & ſententiam de 10. Julii 1282. Infra Officialis, tanquam idem cum Archiepiſcopo tribunal exercentis, poteſtatem erat *Archidiaconorum* in *contentioſis* officium. Exempla exercitii ejusdem, ex hoc ævo, ſuperſunt in laudo compromiſſoriali de 23. Septembris 1251. & in ſententia Archidiaconali de 26. Martii 1287. Hinc & ab Archidiacono, conformiter ad *Cap.* 3. *de Appell. in* 6., provocabatur ad Officialem, qui & in aliis ejusdem defectus ſupplebat. Vide præcit. literam Unionis anni 1242. & ibi *Not. c.* In *voluntariæ* autem jurisdictionis negotiis Archidiaconus, tanquam perpetuus Vice-gerens Archiepiſcopi, ſicut plura alia ad munus Vicarii Generalis pertinentia exercebat, ità & ſacerdotibus approbationes ac commiſſiones regendi impertiebatur, utì colligitur ex his fundationis Hoſpitalis Bidburgenſis de anno 1300. verbis: *Qui ſacerdos ab ipſo Archidiacono, prout moris eſt, ligandi & ſolvendi poteſtatem recipiat.* Poſt Archidiaconos *Decani Chriſtianitatum* certo parœciarum numero præpoſiti ſunt, ut parochorum moribus & officio potiſſimùm intendant, & de iis referant. Horum mentio in litera ſeu proceſſu de 23. Maij 1262. nec non allegatâ fundatione Hoſpitalis Bidburgenſis. Quamvis autem ægrè tulerit Archidiœceſis noſtra, ut ex eadem ad Romanam Curiam appellaretur; fuère tamen hoc ævo hæ provocationes non ſolùm, licèt contra bonorum omnium vota, uſurpatæ (Vid. præceptum Alberonis Archiep. favore Præmonſtratenſium Virdunen. de an. 1136. nec non Epiſtolam S. Bernardi de eodem anno) ſed & quaſi ſanctione publicâ Imperiali probatæ, ſcilicet aureâ Bullâ Egrenſi Friderici II. Imp. apud Goldaſtum *Conſtit. Imp. Tom. I. p.* 290. *n.* 3. qua ſtatuitur, *ut Appellationes in negotiis eccleſiaſticis ad ſedem Apoſtolicam libere fiant; illarum perſecutionem ſive proceſſum nullus impedire præſumat.* Confirmavit id deinde Rudolphus I. teſte Raynaldo *Annal. Eccleſ. Tom. I. ad an.* 1275. *p.* 244. ubi: *Rudolphus regio edicto promulgavit, ſe omnia jura ab aliis Imperatoribus collata corroboraſſe: ſanxiſſe, ut Præſulum electiones ſumma cum libertate celebrarentur, utque provocari in cauſis eccleſiaſticis ad Romanum Pontificem poſſet.... Quæ quidem inſignes literæ in molis Adrianæ Archivo reconditæ ſunt.*

Officialis Archiepiſcopi. Archidiaconi. Decani rurales. Appellationes ad Curiam Romanam.

§. IX.

Dum viri eruditi Trevericæ Archidiœceſis hìc memorandi veniunt, primum inter eos locum debemus Suffraganeis noſtris, qui ut vicariam Archiepiſcopo operam navarent, inter literatiſſimos ſemper & virtute præſtantiores lecti fuere. Horum primum à Romano Pontifice Popponi Archiepiſcopo, *pro opere conſecrationis, & confirmatio-*

Suffraganei Treverenſes.

mationis, ab Urbe miſſum vidimus ad annum 1042. Non fuit tamen abinde continuata Pro-epiſcoporum ſeries; quin Metropolitæ noſtri, vel per ſeipſos, vel per comprovinciales Epiſcopos, pontificalia obibant. Sic per Henricum Virdunenſem Godefridus Archiepiſcopus aram SS. Jacobi & Philippi in ſacello D. Banti anno 1124. dicari curavit cum inſcriptione, quam edit Browerus *Annal. Tom. II. Lib. XIII. n.* 74. Ab eodem Henrico ſacratum eſt templum Aureæ-vallis. Brower. *ibidem n.* 75. Meginherus autem an. 1128. ipſe ſacravit ſacellum S. Sulpicii, nunc B. M. V. ædi Metropolitanæ propinquum; Albero an. 1136. Springirsbacenſem eccleſiam; Joannes I. anno 1190. Noviomagenſe, Treverici vici, templum, & anno 1196. altare in ſummæ ædis penetrali in honorem B. M. V. & S. Helenæ &c. Tandem autem Theodoricus II. Archiep., fatiſcentibus ætate & labore viribus, circa annum 1241. ad vicariam Pontificii muneris operam *Henricum Oſtienſem Epiſcopum* adhibuit Suffraganeum, qui inter alia eccleſiam in monte S. Beati juxta Confluentiam conſecrâſſe legitur. Brower. *Annal. Lib. XV. n.* 173. Poſt hunc Henricus II. Archiep. ſibi circa annum 1286. Suffraganeum adſcivit *Joannem Abbatem S. Martini*, de quo hæc codex M.S. Abbatiæ: *Joannes, primus hoc nomine, clavum apprehendit Monaſterii, qui Henrico a Vinſtingen Trevirenſi Archiepiſcopo in munere Pontificali ſuffragatus eſt*. Obiit anno 1297. Juxta Suffraganeos ab eruditione commendari merentur *Officiales*: horum plures memorantur documentis, quæ *§. præced.* allegavimus, ſed reticitis propriis nominibus; unus tamen, *Joannis* nomine, notus eſt; quem Nicolaus IV. P. M. anno 1289. ad Cantoris in Metropolitana dignitatem promovit, at ſine effectu, impedimentum ponente nobilitatis defectu. Quæ etiam ſors fuit *Petri Aichspalter* Treviri, Rudolphi Cæſaris medici, ſed hunc à Præpoſitura Trevirenſi repulſum literarum & eruditionis excellentia ad ipſum Moguntinæ ſedis faſtigium perduxit. vid. Brower. *Annal. Lib. XVI. n.* 128. *ſeq.* Porro quod *Cæſarius Abbas Prumienſis* poſt ſeceſſum in Heiſterbacenſe cœnobium ſcripſit, & commentariis illuſtravit, Regiſtrum bonorum Eccleſiæ Prumienſis, à nobis editum ad annum 1222. ſapit virum rerum civilium ſui Sæculi expertiſſimum, juxta & eruditiſſimum. Eæ verò, quas ad annum 1220. damus epiſtolas alterius Cæſarii Heiſterbacenſis, exaratas ad *Hartmannum* & *Alexandrum* Himmerodii, & *Petrum* S. Mariæ Priores, probant, quid de horum virorum literis habendum ſit, quos erudito ſuo commercio honoravit doctiſſimus Cæſarius. Memorant etiam Dominicanorum, hoc Sæculo enatorum, annales viros nonnullos Trevirenſis Conventûs à doctrina ſingulariter commendatos, *Conradum* ſcilicet *Argentinenſem* in Trevirenſi Cœnobio primi Prioris officio functum, & *Walterum de Meiſenburg* ex Metropolitanæ Trevirenſis Canonico Religioſum S. Dominici, & ejusdem Monaſterii Lectorem. Sed quid pauca hæc in comparatione tot doctorum virorum, quos ſcholis S. Benedicti hoc etiam & priori Sæculo præfuiſſe, vel ex ſolis eorundem prædeceſſoribus, ad Sæcula IX. X. & XI. laudatis, colligere licet? At alio nobis Trithemio opus eſt, qui ab horum ſcriptis & nominibus pulverem excutiat.

Alii viri literati.

CCCCXLI.

1201. Litera fundationis Abbatiæ Saynenſis per Joannem I. Archiepiſcopum Trevirenſem.

Lunig Spicil. Eccleſ. Tom. I. p. 216.

IN nomine ſacroſanctæ & individuæ Trinitatis. Joannes Dei gratia Trevirenſis archiepiſcopus eccleſiæ, univerſis Chriſti fidelibus, tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Quæ noſtris temporibus prudenti geruntur conſilio, & ad Dei cultum feliciter ordinantur, literarum vivaci teſtimonio perennari decrevimus, ut in poſterum litis & controverſiæ omnis occaſio amputetur. Declaretur ergo præſentibus, & ſciant poſteri, quod (*a*) Heinricus comes de Sayna vir nobilis ob ſpem æternæ retributionis clauſtrum in valle Sayna a primis extruxit fundamentis, quod prædiis & allodiis copioſis dotans, ſcilicet curia de Wittersburg cum omnibus appenditiis ſuis, curia in Ormunz, bonis in Engers, quæ fuerunt domini Rorici, bonis in Heimbach, bonis in valle Sayna, quæ fuerunt domini Arnoldi Heringen, curia in Thur, bonis in Arwiler, Honingshoven, vineis in Bedendorff, bonis omnibus, quæ prius attinebant capellæ Vallenſi, cum nemore ex utraque parte vallis usque in Burgendall, decima in Meynfelt, decima in Metrich, & conſenſu noſtro commanentes, tam in caſtro Sayna, quam in valle, præfato adjunxit monaſterio, ut baptiſterium, ſepulturam, confeſſionem & omnia ſpiritualia ibidem expectent. Præterea, quod matri eccleſiæ in Engers recognoſcentes hoc jus debitum & honorem, ſynodum cum aliis parochianis obſervabunt, & opus cimiterii, ſicut ab antiquo conſueverunt, peragere non omittent. Verum ne iſta fierent in dampnum & gravamen eccleſiæ in Engers, in recompenſationem condignam, & ſufficiens reſtaurum, prudentum virorum conſilio, allodium, ab ipſo comite ſex marcis comparatum, eidem eccleſiæ eſt aſſignatum. Placuit etiam de conſilio religioſorum virorum huic ſcripto annotari, quod eadem eccleſia perpetuo recognoſcit jus filiationis, & debitum ſubjectionis matri eccleſiæ in Steinfelt, de qua conventus primo exivit, & religio in prædictam vallem emanavit. Ut autem iſta ordinatio ſtabilis & integra maneret in perpetuum, placuit præſentem conſcribi carthulam, & ſigilli noſtri munimine confirmari. Siquis vero diſcordiæ ſeminator, & pacis & concordiæ turbator hanc noſtræ confirmationis paginam infringere attemptaverit, indignationem omnipotentis Dei & ſciſſionem matris eccleſiæ ſe incurriſſe noverit, & horribili anathematis ſententia ſe percuſſum ſentiat, donec reſipiſcat. Ut etiam digniori robore hæc pagina convaleſcat, dominus (*b*) Guido cardinalis, qui ipſam eccleſiam conſectavit, authoritate banni ſui eam confirmavit, & ſigilli ſui impreſſione munivit. Teſtes quoque annotari ſtatuimus, quorum hæc

NOTÆ.

(*a*) *Heinricus Comes de Sayna.*] An Henricus Magnus (de quo ſuprà ad literas feudales caſtri Sayo de anno 1152 *Not. B.*) Seyoenſium Comitum ultimus, an verò hujus patet, ejusdem nominis, Seynenſis monaſterii fundator fuerit, non videtur planè extra dubium. Brovverus *Annal. Lib. XV. n.* 43. Heuricum patrem & Eberhardum fratres fundatores nominat. At præſens fundationis confirmatio ſolius Henrici mentionem facit; & Genealogia Comitum Sayneuſium, quam exhibet libellus anno 1632. ſub titulo *des gründlichen Berichts &c.* editus, anno confirmatæ hujus fundationis 1202. vixiſſe adhuc Henricum patrem, eundemque fuiſſe aſſirmat, qui cum fratre Eberhardo anno 1152. Hillinum Trev Archiepiſcopum ſeudi dominum agnoverit, & monaſterium deinde fundàrit. Porro vel ex eo etiam, quòd præſens charta confirmatoria ſolum Eberhardum & Henricum juniorem, ſive Magnum, inter teſtes exhibet, ſatis certum redditur, à ſolo Henrico patre monaſterium fundatum eſſe. Henrici non ſenioris & fundatoris, ſed junioris ſeu Magni, Cenotaphium, olim in medio Eccleſiæ Seynenſis exiſtens, nunc ad latus Epiſtolæ repoſitum, monſtrat effigiem viri in talari habitu ſeptem circiter cum dimidio pedum magnitudinis; cui ſaturæ etiam reſponderunt oſſium reliquiæ retecto tumulo repertæ. Apparet in Cenotaphio infans, cujus caput Comes dexterâ tangit; quo creditur repræſentari Henrici M. filius, quem pater allevare conatus, fortiore manûs compreſſione, fracto cranio occiderit. Et ſane ſingulare ei robur fuiſſe, vel gladius ejus viginti quinque librarum pondere in arce Ehrenbreitſteiniana diu ſervatus, deinde ab Electore Carolo Caſparo Salentino Erneſto Comiti de Blanckenheim - Manderſcheid dono datus teſtatur. Habetur etiam in arce Comitatûs Seynenſis Altenkirchiana effigies ejus, quæ unâ manu gladium illum, altera rolarium tenet.

(*b*) *Guido Cardinalis, qui ipſam Eccleſiam conſecravit, auctoritate banni ſui confirmavit.*] Ejus chartam hic infrà damus.

CCCCXLI.

hæc ſunt nomina: Bruno præpoſitus Bonnenſis, & Gerlacus frater ejus; Conradus majoris eccleſiæ præpoſitus in Treviri; Ehrenfridus abbas in Steinfeld; Gewardus abbas de Stromburg; Reinerus abbas de Romersdorff. Laicæ perſonæ & nobiles: Everhardus comes de Sayna; Henricus comes junior; Godefridus comes de Spanheim; Gerhardus comes de Ara; Adolphus comes de Berge; Everhardus burggravius de Arberg, & Otto frater ejus: Emicho comes de Leiningen; & Irſutus comes.
(c) (c) Item miniſteriales comitis de Sayna, Arnoldus burggravius, & Ludowicus filius ejus; Gilbertus pincerna; Wipertus, & frater ejus Giſo; Arnoldus Vincildorf; Henricus de Schonrode; Arnoldus de Wolfindorf; Gilbertus Ruffus. Item caſtellani de Blanckenberg: Theodoricus burggrav. & frater ejus Henricus; Ludowicus de Mendeve; Conradus de Hepenheche, & filius ejus Henricus; Roricus; Winandus; Richwinus; Sandolff. Item domini & miniſteriales de Iſenburg; Gerlacus, & filius ejus Gerlacus; Henricus, & frater ejus Everhardus; Theodoricus de Hönningen. Acta ſunt hæc anno ab incarnat. Domini MCCII.

NOTÆ.

(c) *Item miniſteriales Comitis de Sayna, Arnoldus Burggravius &c.*] Quòd Miniſteriales Comitis juxta caſtrum ejus habitaverint, planè mihi perſuadeo; domicilia eorum, cum iis, qui poſtea ea incoluerunt, ſic deſcribit Reiffenberg *Antiquit. Seynenſ. MS. Cap. I.* „Quinquaginta circiter infra arcem paſſibus, humiliore „jam montis jugo domuncula primùm, cum rotunda ad angulum turri, quam in gratiam naturalis filiæ, neſcio quis Comitum conſtruxiſſe fertur, & ipſa hodie inhabitabilis apparet. „Dein domus illa, quam cum jam dicta jure „feudi poſſident Domini de Stein, dicta *das Kaff*, quæ in feudum tandem Steinianæ genti (quæ ſimili ferè ſitu paulò infra arcem Naſſovicam & ſuam, unde nominatur, habet) more „ejus ævi inter Caſtrenſes aſſumptæ, conceſſa fuit. „Ipſæ autem montis radices, meridiem & occidentem versùs, oppido & ædibus illis cinguntur, quas bello & gentilitiis odiis in avita arce „fatigati Cunonis Domini in Reiffenberg filii „Philippus & Fredericus renovatas & auctas ſeculo decimo ſexto ſedem elegerunt, nepotique „ex fratre Wilhelmo, avo meo Friderico reliquere; in qua pater meus Joannes Antonius „breve vitæ ſpatium clauſit, & ego hæc qualiacunque, per otium collecta, literis trado. Has „præterea radices Staffelia cum avunculo meo „Philippo Adolpho Canonico Moguntino nuper „extincta, & Selboghia gens, ſuis olim domiciliis exornârunt; ſed prioris diruti aream nunc „domuncula tantum civis cujusdam occupat, „altera (cui vix domus veſtigium ſupereſt) unà „cum pertinentiis à D. Wilhelmo Chriſtophoro „Wentz de Niderlahnſtein, cujus ad portam, „qua ad monaſterium itur, domicilium eſt, „emptionis titulo poſſidetur.

CCCCXLII.

1202. **Literæ Guidonis Cardinalis & Epiſcopi Præneſtini pro confirmatione Abbatiæ Saynenſis.**

Annal. Ord. Præmonſtrat. *Tom. II. p. 475. in probat.*

(a) IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. (a) Guido Dei miſeratione Præneſtinus epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, univerſis hoc ſcriptum inſpecturis ſalutem in Domino. Cum ſollicitudinis noſtræ requirat officium, nos omnium Chriſti fidelium inſudare profectibus, tamen tenemur ex debito favorem noſtrum propenſius his inclinare, & eorum commodis ſtudioſius & devotius cæteris invigilare, quos religio ſancta, & devotio pia Chriſto conjunxit. Noſſe itaque volumus tam modernorum quam futurorum ætatem, nos bona univerſa devotionis intuitu collata monaſterio, quod vir nobilis Henricus comes de Sayna, ob ſpem retributionis æternæ, a primis extruxit fundamentis, ipſi monaſterio confirmaſſe, videlicet curtim in Witersbergh cum omnibus appenditiis ſuis; curtes in Ormuntz & Thur;

NOTA.

(a) *Guido*] Ex Abbate Ciſtercienſi factus Cardinalis & Epiſcopus Præneſtinus, anno 1201. ab Innocentio III. Legatus mittitur in Germaniam.

CCCCXLII.

Thur; bona in Engers, quæ fuerunt Rorici; bona in Heimbach & valle Sayna, quæ fuerunt Arnoldi Herings; bona in Arweiler, & Hemmingishoven; vineas in Bedendorff; bona omnia, quæ prius attinebant capellæ in urbe Vallenſi cum nemore ex utraque parte vallis usq; in Burgendall; decimam in Meinfeldt; decimam in Mettrich. Decrevimus etiam mediante conſenſu venerabilis fratris noſtri Joannis archiepiſcopi Trevirenſis, conſentientibus Brunone paſtore & patronis eccleſiæ, quod tam commanentes in caſtro Sayna, quam in valle præfato adjuncta monaſterio, ut baptiſterium, ſepulturam, confeſſionem, & omnia ſpiritualia ibidem exſpectent. Præterea, ut matri eccleſiæ in Engers recognoſcentes hoc jus debitum & honorem, ſynodum cum aliis parochianis obſervabunt, & opus cymeterii, ſicut ab antiquo conſueverunt, peragere non omittant. Verum ne iſta fierent in damnum & gravamen eccleſiæ in Engers, in recompenſationem condignam & ſufficiens reſtaurum, allodium ſex marcis ab ipſo comite comparatum, ipſi eccleſiæ eſt aſſignatum. Placuit etiam huic ſcripto annotari, quod idem monaſterium perpetuo recognoſcet jus filiationis & debitum ſubjectionis cœnobio in Steinfelr, de quo conventus primo exivir, & religio in prædictam vallem emanavit. Ut autem iſta ordinatio maneret ſtabilis & integra in perpetuum circa ipſum monaſterium, quod nos cooperante Domino, dum legationis fungeremur officio, conſecravimus, præſentem paginam conſcribi duximus, & ſigilli noſtri munimine confirmari, & ut omnia eorum bona nunc habita, & habenda de cætero, noſtræ confirmationis authoritate in perpetuum conſerventur. Si quis autem auſu temerario hanc noſtræ confirmationis paginulam infringere attentaverit, indignationem omniporenris Dei, & ſanctæ ſuæ matris, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & anathematis ſententiam ſe incurriſſe noverit, donec reſipiſcat. Acta ſunt hæc publice anno dominicæ incarnationis MCCII. indictione V. Teſtes ſunt: Adolphus Colonienſis archiepiſcopus; Udo major decanus; Bruno Bonnenſis præpoſitus; Gerardus Zantenſis præpoſitus; Theodorus præpoſitus ſancti Gereonis; Hermannus præpoſitus ſancti Severini; Theodoricus præpoſitus ſancti Cuniberti; Theodoricus præpoſitus S. Andreæ; Theodoricus præpoſitus ſanctorum apoſtolorum; Engelbertus præpoſitus ſancti Georgii; Gerardus decanus ſancti Gereonis; Ludovicus decanus ſancti Severini; Hildebrandus decanus ſancti Cuniberti; Giſebertus decanus ſancti Andreæ; Ivo ſanctorum apoſtolorum decanus; Godeſcalcus ſancti Georgii decanus; Henricus decanus ſanctæ Mariæ ad gradus. Henricus dux de Lymburg; Adolphus comes de Monte; Gerardus comes de Are; Lotharius comes de Hochſtade; Wilhelmus comes Juliacenſis; Otto de Wickrodt; Hermannus advocatus Colonienſis; Giſelbertus, Arnoldus burggravius; Arnoldus Winckeldorp; Arnoldus de Wolffendorp; Conradus Potzhamer; Henricus de Schonradt; Wibertus & Giſo, & alii quamplures.

CCCCXLIII.

1202. 24. Martii.

Wickardus donat vineam prope Confluentiam Eccleſiæ S. Simeonis Treviris.

Quoniam varius rerum eventus humanis ſæpe propoſitis ſolet obviare, & dum major temporis commoditas vel rerum facultas exſpectatur, plerumque minus idoneus invenitur; hujus rei proſpectu ego Wickardus adhuc mentis meæ compos, corpore incolumis, vineam meam Confluentiæ *in der Bitzen*, nulli aliquo cenſu obnoxiam, contramontem ſancti Beati verſus orientem ſitam eccleſiæ ſancti Simeonis in Treviris totam & integram trado, poſt obitum meum, qualemcunque tunc invenerit, libere poſſidendam, quouſque cum vixero, vel retinere voluero, mihi reſervans uſumfructum. Hoc etiam adjecto, quod ſi, quanquam ſaniore deliberatione habita aliquid de illa vinea in eadem ecle-

Hiſtoriæ Trevirenſis dipl. Tom. I. Mmmm 2

CCCCXLIII.

eccleſia fieri ſtatuero, ad quemcunque uſum ordinavero, ſine omni contradictione ratum habeatur. Quod ſi nihil aliud diſpoſuero, nec aliquid ſpecificando expreſſero, fratribus in anniverſario meo, ſecundum quod ipſi ordinaverint, & rerum quantitas patietur, aliquid inde charitatis impendatur. Ut itaque in hoc facto omnis ceſſet cavillatio, ſigillo eccleſiæ ſancti Florini, quia quidam ex fratribus ejuſdem huic ordinationi interſunt, & ſigillo * burgenſium hæc poſtulo roborari. Actum eſt anno incarnationis MCCII. IX. kalendas Aprilis Confluentiæ. Teſtes hujus rei ſunt fratres ſancti Florini dominus Winfridus decanus, Cuno cantor, Engelbertus, Gerardus. Laici: Henricus Scultetus, Cuno, Guntramus de Wiſſe, Jacobus, Joannes de Clotene, Henricus Steillewalt, Ritolphus.

* Civium Confluentinorum.

CCCCXLIV.

1206. 4. *Maij.*

Bulla Innocentii Papæ III. ſuper fundatione Saynæ.

Annal. Ordinis Præmonſtrat. Tom. II. pag. 477. in probat.

Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Hermanno abbati, & fratribus eccleſiæ beatæ Mariæ in Sayna, tam præſentibus quam futuris. Regularem vitam profeſſis, religioſam vitam eligentibus, apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocet, aut robur, quod abſit, ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam eccleſiam ſanctæ Mariæ in Sayna, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum Deum, & beati Auguſtini regulam, atque inſtitutionem Præmonſtratenſium fratrum in eodem loco conſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona eadem eccleſia in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo præfata eccleſia ſita eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; capellam in caſtro Seynæ, cum quibusdam vineis in valle, & decimas in Mettriche, & in Menſvelden, cum omnibus aliis pertinentiis ſuis, & decimas novalium in Griſnake, & Strumberg, qoas bonæ memoriæ Henricus & Everhardus comites de Seyne, de conſenſu diœceſani epiſcopi, eccleſiæ veſtræ pietatis intuitu contulerunt; ſylvam, quæ dicitur Burgholtz, & allodium in Witersberg; allodium in Engershe; allodium in Heimbach; allodium in parochia de Valendere; allodium in Thuere; allodium in Ormuntke, & allodium in Hemmingishoven. Sane novalium veſtrorum, quæ propriis manibus, aut ſumptibus colitis, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericos & laicos, liberos & abſolutos e ſæculo fugientes, ad converſionem accipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum veſtrorum poſt factam in eccleſia veſtra profeſſionem fas ſit ſine abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero abſque communium litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere forte præſumpſerit, licitum vobis ſit, in ipſos fratres vel converſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dare, ſive alio modo alienare, abſque conſenſu totius capituli, vel majoris, vel ſanioris partis ipſius. Si quæ vero donationes vel alienationes aliter, quam dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hæc etiam inhibemus,

mus, ne cui epiſcopo vel alii plus a vobis pro veſtris decimis petere, & recipere liceat, quàm fuerit a prædeceſſoribus eorum usque ad hæc tempora requiſitum. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis janu is, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare, chriſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a diœceſano ſuſcipietis epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam & comunionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere, alioquin liceat vobis, quemcunqoe malueritis, catholicum adire antiſtitem, gratiam & communionem apoſtolicæ ſedis habentem, qui noſtra fretus authoritate vobis, quod poſtulatur, impendat. Quod ſi ſedes diœceſani epiſcopi forte vacaverit, interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis epiſcopis accipere, libere & absque contradictione poſſitis; ſic tamen, ut ex hoc in poſterum epiſcopis propriis nullum præjudicium generetur. Prohibemus etiam, ut intra fines parochiæ veſtræ nullus ſine aſſenſu diœceſani epiſcopi, & veſtro capellam, ſeu oratorium de novo conſtruere audeat; ſalvis privilegiis Romanorum Pontificum. Ad hæc novas, & indebitas exactiones ab archiepiſcopis, epiſcopis, archidiaconibus ſeu decanis, aliisque omnibus eccleſiaſticis ſæcularibusque perſonis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati, vel interdicti ſint, nullus obſiſtat, ſalva tamen juſtitia illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decimas præterea & poſſeſſiones ad jus eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, quæ a laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum, & ad eccleſias, ad quas pertinent, revocandi, libera ſit vobis de noſtra authoritate facultas. In parochialibus autem eccleſiis, quas habetis, liceat vobis ſacerdotes eligere, & diœceſano epiſcopo præſentare, quibus ſi idonei fuerint, epiſcopus curam animarum committat, ut ei de ſpiritualibus, vobis autem de temporalibus debeant reſpondere. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars majoris, vel ſanioris conſilii ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam, providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, in infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, hominem temere capere, vel interficere, ſanguinem fundere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum a regibus & principibus & aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum præfatam eccleſiam temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura; ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & diœceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si qoæ igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire tentaverit, ſecundo, tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere, de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. amen.

Ego Innocentius catholicæ eccleſiæ epiſcopus.

Ego Cuith. tit. S. Laurentii in Lucina præsb. card.

 Ego

CCCCXLIV.

Ego Goffred. tit. ſanctæ Praxedis præsbyter card.

Ego Cericius ſanctorum Joannis & Pauli præsb. card. tit. Pamachii.

Ego Benedictus tit. S. Suſannæ præsb. card.

Ego Leo ſanctæ crucis in Jeruſalem præsb. card.

Ego Rogetius tit. S. Anaſtaſiæ præsb. card.

Ego Petrus ſanctæ Prudentianæ tit. Paſtoris præsb. card.

Ego Petrus Portuenſis & Rufinæ epiſcopus.

Ego Joannes Albanenſis epiſcopus.

Ego Joannes Sabinenſis epiſcopus.

Ego Nicolaus Tuſculanus epiſcopus.

Ego Guido Præneſtinus epiſcopus.

Ego Hugo Hoſtienſis & Welletrenſis epiſcopus.

Ego Gregorius ſancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis.

Ego Guido ſancti Nicolai in Carcere Tulliano diac. card.

Ego Joannes ſanctæ Mariæ in Via lata diac. card.

Ego Guala ſanctæ Matiæ in Porticu diac card.

Ego Petrus SS. Sergli & Bachi diac. catd.

Ego Joannes SS. Coſmæ & Damiani diac. card.

Ego Pelagius ſanctæ Luciæ ad Septa ſolis diac. card.

Datum Laterani per manum Joannis ſanctæ Mariæ in Cosmidin. diaconi cardinalis, ſanctæ Romanæ eccleſiæ cancellarii. IV. nonas Maij. indictione IX. incarnationis dominicæ anno MCCVI. pontificatûs verò domini Innocentii papæ III. anno IX.

CCCCXLV.

1206. **Villa Rore prope Confluentiam donatur Monaſterio Hemmerodienſi.**

Heeſij Manip. rerum Hemmer. p. 43.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Joannes Dei gratia Trevirorum humilis miniſter, omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris, perpetuam in Domino ſalutem. Univerſitati veſtræ notum eſſe volumus, quod domini de Metrichia, videlicet Henricus comes de Naſſowe, & nepos ſuus Walramus, Anſelmus de Moluisberg, Solomena nobilis & devota matrona cum filia ſua Metildi, & genero ſuo Rodulpho Palatino comite de Tuingen, Hermannus etiam miles ejusdem loci indigena, ruſticotum quoque tota communio, qui hæreditate poſſidebant uſuaria, omnes iſti unanimi voluntate & pari conſenſu, ſicut quemlibet pro parte ſuæ proprietatis hæreditatisque contingebat, terram quandam jacentem in ſuo tettitorio ſuper ripam Moſellæ, in loco qui vocatut Rore, monaſterio de Himmenrode in eleemoſynam contulerunt, tam a decima, quam cujuslibet ſervirutis debito, liberam, & prorſus abſolutam. Eandem autem terram, tunc pene deſertam, & ab antiquo ſemper incultam prædicti fratres ſuis manibus & ſumptibus excoluerunt, & in ea vineam plantaverunt, quæ extenditur per deſcenſum Moſellæ usque ad terminos * minoris Confluentiæ. Hanc autem donationem, quam prædicti nobiles contulerunt præfato monaſterio de Himmenrode, hæredes eorum, videlicet præfatus Rodulphus Palatinus comes de Tuingen & filii ſui Hugo, Rodolphus & Wilhelmus, Henricus juniot comes de Sayne, Robertus & Henricus filii prædicti Walrami comitis de Naſſowe, Everhardus bourchgravius de Arberg, & uxor ſua Adeleidis de Moluisberg, prompta devotione collaudaverunt, & appenſis ſigillis ſuis eam confirmaverunt. Verum quia noſtra intereſſe dignoſcitur paci & quieti omnium providere, eorum tamen maxime, qui nocte ac die divinis ſunt obſequiis mancipati, ne prædicti fratres vel per oblivionis virium vel cujuslibet malignitatis ſtudium aliquam impoſterum calumniam inde ſuſtineant, hanc chartam ſecimus conſcribi, & ſigilli noſtri munimine roborari. Acta ſunr hæc anno dominicæ incarnationis MCCVI. indict. IX. epacta IX. concurrente VI. regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cujus regnum & imperium permaneat in ſæcula ſæculorum, amen.

* Lützera Coblentz.

CCCCXLVI.

CCCCXLVI.

1209. Permutatio curtis Gladbach cum vineis in Weiſs, inter Collegiatam S. Simeonis Treviris & Abbatiam Romersdorff.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Præpoſitus & decanus totusque ſancti Simeonis conventus in Treviris, abbas quoque & conventus ſanctæ Mariæ in Romersdorff, omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam eorum, quæ geruntur ab hominibus, memoria ſæpe perit ipſis morientibus, & diuturnitas temporis ſupet his, quæ aliquando certa fuerunt, poſteritatem in dubium trahit, antiquitas ſelici proviſione modum adinvenit, per quem teſtium mortalitati per ſcripturam immortalem ſubveniretur, ut ſcilicet in locum teſtium deficientium, ad probandam rei geſtæ ſeriem ſuccedat fides inſtrumentorum. Præſenti igitur ſcripto univerſis Chriſti fidelibus, tam fututis quam præſentibus, notum eſſe volumus, quod cum eccleſia ſancti Simeonis curtim quandam, quæ dicitur Gladebach, habuerit ſibi minus utilem, utpote ab eadem eccleſia remotam, & monaſterio ſanctæ Mariæ in Romersdorff proximam, cum eodem monaſterio pro quibusdam vineis apud Wiſſe, ſupra Moſellam juxta Confluentiam conſtitutis, eam cum omnibus appenditiis ſuis permutavit, eo quod & eidem monaſterio curtis prædicta foret utilior, & proventus vinearum prædictæ eccleſiæ aptior eſſet, & fructum majorem afferret; vineas autem easdem pto ſupradicta curte permutatas eccleſia ſancti Simeonis monaſterio ſanctæ Mariæ in Romersdorff ſub annuo cenſu ſex marcarum in perpetuum contulit jure hæreditario poſſidendas, quarum marcarum ſolutio medio tempore a feſto ſancti Remigii usque ad feſtum ſancti Martini fieri debet Treviris in manu cellerarii ſancti Simeonis, ſi præſens fuerit, ſi autem eum contigerit abeſſe, decani; qui ſi abſuerit, cuſtodis. Si vero cenſus iſte ſupradicto temporis ſpatio non fuerit perſolutus, ſex ſeptimanis a feſto ſancti Martini elapſis ſæpe dictum monaſterium in duplo, ſcilicet in duodecim marcis illo anno, quo ceſſatum eſt, tenebitur ſæpe dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis, ita ſcilicet, ſi nec infra prædictas ſex ſeptimanas ſolutio ſex marcarum facta fuerit; ſi vero prædictas * ſedecim marcas ultra annum & diem præter ſpem ſolvere diſtulerit, ab omni jure prædictarum vinearum in perpetuum idem monaſterium eidem eccleſiæ ſe cecidiſſe cognoſcat. Quod ſi vineæ ad prædictum cenſum ſolvendum non fuerint ſufficientes, nihilominus tamen idem monaſterium eidem eccleſiæ eundem cenſum perſolvet in perpetuum: cenſus autem prætaxatus, ſi ſtatuto tempore fuerit perſolutus, nullo unquam tempore, nulloque caſu interveniente vel a monaſterio minui, vel ab eccleſia debet augeri. Hæ ſunt vineæ cum prædicta curte permutatæ: una circiter quatuor jugera æſtimata, & aliæ portiones vinearum ad æſtimationem duorum jugerum, quæ ſex jugera Wiſſe ſupra Moſellam juxta Confluentiam in ulure, qui dicitur Luzzelen-Wiwelsburg, ſunt ſita. Hæc itaque ordinatio tali ſolemnitate celebrata eſt, quod ſcilicet eccleſia ſancti Simeonis ejusdem prænominatæ curtis, quæ dicitur Gladebach, cum omnibus appenditiis ſuis monaſterio ſanctæ Mariæ in Romersdorff jus & proprietatem integraliter ſuper altare reſignavit, mittens idem monaſterium in poſſeſſionem ejusdem curtis debita ſolemnitate. Similiter & monaſterium allodium vinearum prædictarum eccleſiæ ſancti Simeonis ſuper altare reſignavit, mittens eandem eccleſiam in poſſeſſionem earum, ſicut debuit. Hæc autem ordinatio conſilio majoris eccleſiæ, & prælatorum Trevirenſium conſummata eſt; & ut res acta majorem ſortiatur effectum, & mutua charitas inter fratres prædictorum locorum reparetur in perpetuum, placuit utrimque, ut eccleſia & monaſterium ſe invicem reciperent regulariter in fraternitatis plenitudinem & communionem orationum. Hi ſunt teſtes hujus facti: Conradus præpoſitus & Wilhelmus decanus majoris eccleſiæ; Godefridus abbas ſancti Eucharii, Engebrandus præpoſitus Monaſterienſis, Fridericus præpoſitus in monaſterio in Eyffiia, Rodulphus archidiaconus Leodecenſis, Cuno de Valckenſtein, Wolffhramus canonicus ſancti Florini, Volcklinus ſcholaſticus

* duodecim

CCCCXLVI.

ſticus ſancti Caſtoris, Henricus burggravius de Iſenburg, Dudo de Hoingen, Albertus de Atrio, Hermannus de Bacheim, Henricus de Atrio, Cuno advocatus, Guntramus & Henricus de Wiſse, Dagemarus de Haimbach, Craffto & frater ejus, Thirricus de Haimbach. Acta ſunt hæc anno incarnationis dominicæ MCCIX.

CCCCXLVII.

CHARTA OTTONIS IV. IMP.

1210. 2. *Maij.*

benefacientis Abbatiæ Romersdorffienſi.

Annal. Ord. Præmonſt. *Tom. II. pag. 442. in probat.*

OTto IV. Dei gratia Romanorum imperator & ſemper auguſtus. Si quieti, utilitati, & profectui eccleſiarum Dei pro ſtudio, efficacique diligentia intendimus, ab illo nobis in æterna quiete & in multiplici fructu rerum temporalium reſponderi confidimus, apud quem nullum bonum remanet irremuneratum, de quo etiam confidimus, & ſperamus, ut ipſe dies noſtros regendo Romanorum imperium ſub tranquillitate ſuæ pacis ordinet, & diſponat. De cujus etiam ineffabili miſericordia præſumimus, ut ipſe de ſui ſuperabundanti gratia ſic nobis conſtitutis in culmine imperii, & ſummo rerum apice concedat tranſire per bona temporalia, ut eo opitulante conſequamur æterna. Hinc eſt, quod nos eccleſiam Romersdorff ob multam religionem, qua illam florere cognovimus, & ob dilectionem & multam precum inſtantiam (a) Reineri venerabilis abbatis ejusdem eccleſiæ cum perſonis nunc & in poſterum ibi Deo famulantibus, & cum his ſuis poſſeſſionibus & curtibus, ſcilicet in Helmbach, in Gladbach, in Weiſs; ſupra Moſellam in Wallendren, in Hönningen, & cum omnibus bonis ipſorum, quæ nunc poſſident, vel in futurum poterunt adipiſci, ſub imperialem noſtram recipimus protectionem, ut ipſi tuti noſtra defenſione, & a ſtrepitu & incurſu ſæcularium adverſitatum liberius Deum pro nobis valeant exorare. Concedimus etiam jam dictæ eccleſiæ ad majorem ſuſtentationem perſonarum Deo ibi ſervientium, ut omnia bona eorum, quæ ducta fuerint per alveum Rheni, ſive Mogi, ſurſum & deorſum, in his locis, ubi nobis & imperio telonium ſolet ſolvi, & præcipue apud Werdam, (b) libera ſint ab omni ſolutione, ita tamen, ut homines, qui jam dictæ eccleſiæ bona deferunt, nulla alia immiſceant, vel apponant, ne ſub ſpecie bonorum præfatæ eccleſiæ aliqua alia bona illis immixta ſine telonio referantur. Ut autem hæc noſtra conceſſio robur obtineat perpetuitatis, hanc præſentem paginam inde conſcribi juſſimus, & ſigillo noſtro communiri. Hujus rei teſtes ſunt:

Wolffgerus Aquilegienſis patriarcha.
Lotharius Piſanus archiepiſcopus.
Philippus Raceburgenſis epiſcopus.
Fridericus comes de Liningen.
Georgius comes de Wuide.
Siſridus de Renckel.
Rudolphus de Kiſelowe.
Cuno Mincenberg.
Conradus de Schippe & alii quam plures.

Signum

N O T Æ.

(a) *Reineri Venerabilis Abbatis.*] Innocentius PP. III., cognitis hujus viri meritis, cum anno 1216., unà cum Abbate de Villario, prædicatorem & crucis ſignatorum protectorem deſtinat 3, cui officio ſedulò incumbens, eodem anno 3. Idus Septembris incertis Rheni undis ſe committens, ſubmergitur, unà cum Godefrido Cœnobiarcha & Theodorico converſo.

(b) *Libera ſint ab omni ſolutione.*] Eandem libertatem Romersdorffienſibus anno 1629. confirmavit Ferdinandus II. Imp.

CCCCXLVII.

Signum domini Ottonis IV. Romanorum imperatoris invictiſſimi.

Ego Conradus Spirenſis epiſcopus, imperialis aulæ cancellarius, vice domini Theodori Colonienſis archiepiſcopi totius Italiæ archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCCX. imperante domino Ottone Romanorum imperatore glorioſo. Anno imperii ejus primo. Datum apud Landam VI. nonas Maij, indictione XIII.

J. Petrus à Stralenders.

CCCCXLVIII.

1211. ## Joannes I. Archiepiſcopus Trevirenſis ruinas amphitheatri Trevirenſis Himrodenſibus donat. (*a*)

(*a*) Brovverus *Annal. Trev. Tom. II. p. 110.*

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Joannes Dei gratia Trevirorum humilis miniſter omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris in perpetuum. Univerſitati veſtræ notum facimus, quod diebus noſtris fratres de Himmerœde emerant vineam in ſuburbio civitatis noſtræ, loco qui dicitur ad Longum-fontem, ut ibidem ædificarent domum & manſiones ſuis neceſſitatibus competentes. Cum ergo ca-
(*b*) dem in vinea, (*b*) loco, qui dicitur Catholdi-ſolium, ſtarent muri veteres & ruinoſi parietes antiquiſſimorum ædificiorum, præ nimia vetuſtate magna ex parte collapſi & diruti, rogarunt nns, ut veteres ejus ruinas, quia noſtri juris erant, eis conferremus, adminiculo novæ ſuæ ædificationis. Nos itaque conſiderantes, quod per illos muros parum vel nihil utilitatis impoſterum univerſitati poſſit accedere, ſicut a multis retro ſæculis inutiles fuiſſe conſtabat, prædictis autem fratribus poſſent eſſe neceſſarii, deliberato conſilio noſtræ eccleſiæ, de aſſenſu quoque & voluntate bona hominum noſtrorum, tam miniſterialium, quam burgenſium, præfatas ruinas & murorum reliquias, ubicunque eas in ſuo fundo invenirent, ipſis intuitu piæ devotionis conſuluimus, ut in uſus ſuos eas libere convertereot, prout ſcirent ſibi

NOTÆ.

(*a*) Hodie vaſtæ Romani Amphitheatri ruinæ, ſub terra ùt plurimùm ſepultæ, vitiferum præbent collem, montis lateri velut accretione junctum. Cavea ibidem ovi ſpecie perampla hiat, centum facilè paſſuum longitudine, latitudine ſexaginta & aliquot. Terni ad hanc caveam aditus; portæ orientalis indicium magni poſtes. Turres utrimque adjacent, ſi tamen turres, ſiquidem nullis luminibus, nec in juſtam rotunditatem, ſed in dimidiam conſurgunt planæ, interiùs vacuæ; nec ingreſſus in eas, niſi occulunt ruinarum aggeſtus. Haud multum diſpar occidentalis facies, quippe magno itidem aditu ex turribus ex dimidio orbiculatis. Septentrio Hypogeum pandit cameratum, quaterdenum pedum latitudine, porrectum quondam in mediam caveæ aream, nunc exitu terrâ obſtructo. Latera Hypogei intùs tectorio veſtiuntur; niſi qua nudavit ætas. Super tectorium coloribus inductæ lineæ utraque latera percurrunt, teſtimonio elegantiæ operis; reliquis ubique ſaxo quadrato & calce mira duritie junctis, etiam ſemi-turribus aditibusque, quos dixi. Et hæc cuncta hodiedum viſenda ſuperſunt. Brovverus ſtatuarum loculamenta ſe vidiſſe narrat, quorum modò nihil

(*b*) *Loco, qui dicitur Catholdi-ſolium.*] Cai-cellam *Kas-Keller* vulgus nominat, incertum qua de cauſa; ſed nec minùs obſcurum, quare olim Catholdi-ſolium appellatum. De hoc nomine ita conjicit Alex Wilthemius *in Luxemb. Rom. MS. Lib. IV. Cap.* 4. „ An quod „ in thermas mutatum eſt, poſtquam, Vandalis „ ſæculo quinto naſcente Gallias incurſantibus, „ cives in eo ſe communiit, ùt in Annalibus Carolo M. imperante ſcriptis reperimus, id ipſum „ tradentibus Aimonio & Sigeberto, atque *arenam* appellantibus? Chrocus tum erat Vandalorum Rex, ſed non ſolus, imperante in gentis partem Godegiſilo. Receptum quippe barbaris ſcindere poteſtatem in Reges, ſeu ùt loqui quondam in *Regales*, veriùs *Regulos*. Ita „ per idem tempus Reſpendial & Goar Alanos, „ Juliano Imperatore Chonodomarius, Veſtralpus, Urius, Urſicinus, Serapio, Suomarius & „ Hortarius Alemannos partibus texere. Sed „ fruſtra tum fuit Chrocus, tuto intra vaſtas amphitheatri moles cive; nec dubium, quin aggeribus & foſſis paſſim hoſti barbaro objectis. „ Unde permixta perturbataque tum omnia, „ quippe amphitheatro in caſtellum conformato, „ abituro etiam mox in thermas, neſcio quo auctore & nominis principe Catholdo, niſi Catholdi vox ex Cai-ſolio corrupta eſt. Sed „ quis hæc obliterata pridem nunc ediſſerat?

CCCCXLVIII.

ſibi potiſſimum expedire. Ut autem hæc donatio futuris quoque temporibus firma & inconcuſſa permaneat, præſentem inde chartam conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri munimine roborari, adnotatis quoque teſtibus, quorum nomina hæc ſunt: Conradus major præpoſitus. Wilhelmus decanus, & multi alii. Acta ſunt hæc anno MCCXI.

CCCCXLIX.

1212. 11. *April.*

OTTONIS IV. IMP.

Privilegium pro Urbe Trevirenſi.

Kyriander *Annal. Trev. p.* 231.

Dei gratia Otto Romanorum imperator & ſemper auguſtus. Univerſis imperii fidelibus præſentibus & futuris, quibus hæ literæ oſtenſæ fuerint, gratiam ſuam & omne bonum. Notum vobis facimus, quod nos præ oculis habentes ſinceram devotionem dilectorum fidelium noſtrorum tam miniſterialium, quam civium Trevirenſium, quam habent erga imperium & nos, recepimus eos cum perſonis & univerſis rebus ipſorum mobilibus & immobilibus ſub noſtram & imperii ſpecialem defenſionem, ab omni eos gravamine & injuria immunes eſſe decernentes, & quia memorati miniſteriales & cives, quemadmodum ab iis poſtulandum duximus, mandatum noſtrum in omnibus adimplere curarunt, & de ſervitio ſuo ad honorem imperii contra omnem hominem viventem ſecuros nos reddiderunt; nos quoque verſa vice ipſis miniſterialibus & civibus fidelibus noſtris promiſimus, & nos ipſis obligavimus, quod neque cum papa, neque cum alio aliquo homine vivente, in negotiis, quæ ipſos tangere videantur, compoſitionem aliquam ſeu concordiam faciemus, niſi ipſis in ea compoſitione & concordia incluſis; volentes eos in omnibus ſemper manutenere, & honorem civitatis Trevirenſis & commodum eorum diligenter & ubique promovere. Ad cujus rei certitudinem hanc paginam exinde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione juſſimus communiri. Datum apud Hagnove anno dominicæ incarnationis MCCXII. XIV. kalend. Maij, ind. XV. (a) (a)

CCCCL.

N O T A.

(a) Notum eſt grave illud diſſidium Imperatorem inter & Innocentium PP. III. de quo inter alia hæc Godefridus Colonienſis *ad ann.* 1211. *p.* 280. *Syfridus Moguntienſis Archiepiſcopus .. .. cum Herimanno Landgravio, & Rege Bohemiæ, & quibusdam principibus & nobilibus terræ apud Bavinberg colloquium habuit, ubi Epiſcopum ipſius civitatis propter necem Philippi Regis expulſum reſtituerunt. Cauſa etiam hujus negotii fuit, ut ſecundum præceptum Papæ Ottonem Imperatorem relinquerent, & Fridericum Regem Siciliæ, filium Henrici Imperatoris eligerent. Sed cum plures aſſenſum non præberent, infecto negotio receſſerunt. Ibi etiam Syfridus Epiſcopus Ottonem Imperatorem excommunicavit, & miſſis litteris ſuis ad omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos, ut ipſum facerent, auctoritate Apoſtolica præcepit.* Cum hac in re Joannem Trevirenſem Archiepiſcopum Moguntini ſocium fuiſſe jam certum ſit, ut Mutius *Chron. German. Lib. XIX. pag.* 177. non dubitet dicere, *Moguntinum & Trevirenſem ex profeſſo hoſtes fuiſſe Ottonis*; ſic non mirum, Imperatoris ſedulam in eo fuiſſe operam, ut Trevirenſium Civium animos imperiali beneficio, etiam cum detrimento Archiepiſcopi, ſibi devinciret; à quibus & ſedulam in his diſſidiis, præſertim contra Moguntinum, operam eum accepiſſe tradit Kyriander *Annal. Trev. P. XVII. p.* 231. *Lit. D.*

CCCCL.

Circa 1212.

Joannes Archiepiſcopus bona Eccleſiæ S. Simeonis in Grach, Berncaſtel, Cuſe, Liſer, & Keſten libera declarat ab exactionibus Comitis de Caſtris.

EGo Joannes divina gratia Trevirorum archiepiſcopus omnibus hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Univerſitati notum facimus, quod, cum comes de Caſtris a quibusdam bonis eccleſiæ ſancti Simeonis io villis, ſcilicet Grache, Berencaſtel, Cuſe, Lyſure, Keſtenee ſub advocatia ſua ſupra Moſellam conſtitutis, graves & injurioſas exegiſſet exactiones, nos ad eorum quæſtionis inſtantiam ſæpiſſime fatigati, hujus rei veritatem quampluries ſumus perſcrutati; veritate igitur primo per Theodericum de Cröve, poſt per Richardum de Palatio fideles noſtros, ad ultimum per propriam perſonam bis vel amplius a ruſticis & propinquis diligentius inquiſita, prædictam ſancti Simeonis eccleſiam ab omni exactione liberam invenimus & abſolutam. Hanc autem veritatem, quam omnibus cupimus eſſe notoriam, ne quis temere præſumat infringere, ſub diſtricta anathematis ſententia literarum noſtrarum teſtimonio, & ſigilli noſtri munimine confirmamus. Hujus veritatis teſtes ſunt hi: Conradus majoris eccleſiæ præpoſitus & archidiaconus, Theodericus major Trevirenſis archidiaconus & ſancti Paulini præpoſitus, Joannes archidiaconus, Ottovious archidiaconus & ſcholaſticus, Cuno majoris eccleſiæ cantor, Ingebrandus theſaurarius; canonici: Cuno de Novient, Gilbertus de Zoluure, Erneſtus; Borchardus ſancti Paulini decanus, Hugo cantor, Fridericus cuſtos. Miniſteriales: Petrus de Marceto, Jacobus de Düne, Theodericus de Cröve, Richardus de Palatio, Henricus Lenherre, Wilhilmus de Archa, Cuno dictus advocatus in Confluentia.

THEODERICUS II.
COMES DE WEDA ARCHIEPISCOPUS.

CCCCLI.

1216. 17. April.

FRIDERICUS REX ROM.

Gerardo de Sinzich procurationem ſuam ad inferiores partes Moſellæ comittit.

Gudenus Cod. dipl. Mogunt. Tom. II. pag. 933.

FRidericus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus & rex Sicilie. Univerſis Chriſti fidelibus, tam preſentibus quam futuris, ſcriptum hoc intuentibus, notum eſſe volumus, quod nos omnem (a) procurationem noſtram, illa parte Muſelle in deſcenſu Rheni, tam in hominibus, quam in proventibus noſtris, fideli dilecto noſtro (b) Gerhardo de Sinszeche, con- (a) (b)

NOTÆ.

(a) *Procurationem noſtram illa parte Muſelle.*] Quamdiu Imperatoribus Regibúsque his in partibus domania erant, ſive in hominibus, ſive in bonis, habebant pro eorum adminiſtratione regios procuratores; at omni domanio in Archiepiſcopatum, minores Eccleſias, ac denium in Nobiles verſo, eorundem officium ceſſavit.

(b) *Gerhardo de Sinszeche.*] In alio diplomate anni 1223. apud Ill. de Gudenus *l. cit. p.* 934. Fridericus Rex hunc Gerardum noſtrum *Valeto*

CCCCLI.

conſiderantes ipſius fidelitatem, commiſimus procurandam. Unde omnibus ibidem commorantibus ſub pena gracie noſtre mandamus, ut eidem Gerardo omni jure, quo nobis teneatur, obediant, & ipſum, tanquam noſtrum ſpecialem dilectum promovere inrendant. Data apud Spiram anno Domini MCCXVI. indict. IIII. kal. Maij XV.

N O T Æ.

Vallettum (miniſterialem interpretor) *&* *fidelem ſuum* vocat. Porro idem de Gudenus *p.* 925. probat, eandem eſſe *Sinzichiorum*, quam *Landscroniorum* gentem; ſcilicet ex Sinzichienſi proſapia nonneminem circa annum 1230. caſtrum Landscron haud procul à Sinzich (nunc Archiepiſcopi Colonienſis ad Rhenum oppido) noviter erexiſſe, & continuatum à poſteris cognomen inde ſumpſiſſe, reliquis avitum à *Sinzich* nomen retinentibus. Extincta anno 1370. Domus de Landscron (quæ fuit Burggravialis Imperii) ampliſſimarum ditionum hæredes ac ſucceſſores habuit Nobiles de Tomburg, Eynenburg, Schœnenberg; demum illos de Saffenberg, Sombreff & Quad.

CCCCLII.

1216. **Theodericus Archiepiſcopus Eccleſiam de Hönningen incorporat refectorio Collegiatæ Eccleſiæ S. Simeonis.**

THeodericus divina providentia Trevirorum archiepiſcopus omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Quoniam quæ geruntur in tempore, poſt receſſum temporis facile recedunt a mente, proinde conſulrum eſt, ut perennis ſcripturæ vivax teſtimonium morienti memoriæ felici remedio ſuffragetur. Noverint igitur univerſi, tam poſteri, quam moderni, quod ad honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſanctæ matris eccleſiæ, cujus utilitati ſuper omnia tenemur inſiſtere, propenſius intendentes, eccleſiam de Honingen vacantem, ad præſentationem domini Conradi majoris eccleſiæ & ſancti Simeonis præpoſiti, ad quem jus patronatus ſpectare dignoſcitur, eccleſiæ ſancti Simeonis ad opus refectorii per manus dilecti filii noſtri Joannis ejuſdem loci archidiaconi contulimus, & decann ſancti Simeonis ſuiſque in poſterum ſucceſſoribus in eadem eccleſia curam commiſimus animarum; ſub pœna quidem anathematizationis prohibentes, ne de cætero prænominatam eccleſiam de Honingen, vel alia etiam bona refectorio ſancti Simeonis collata, vel poſtmodum conferenda, in alios uſus convertere quis præſumat. Fratres itaque ſancti Simeonis benevolentiam noſtram diligentius attendentes, ad hujus perfectæ donationis memoriam tam anniverſarium noſtrum, quam dilecti filii noſtri præfati archidiaconi devote annis ſingulis celebrabunt. Si quis autem contra hoc factum noſtrum, quod pia proviſione in honore beatiſſimi confeſſoris Simeonis ad opus refectorii ſui celebrirer geſtum eſt, venire præſumpſerit, ſciat nimirum ſe authoritate Dei patris omnipotentis ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, domini papæ, & noſtra excommunicationis vinculo innodatum. Et ur hæc actio ſolennis majus obtineat firmamentum, chartam præſentem ſigilln noſtro & ſigillo capituli majoris eccleſiæ Trevirenſis fecimus communiri. Actum in facie majoris eccleſiæ anno dominicæ incarnationis MCCXVI. pontificatus noſtri anno V.

CCCCLIII.

CCCCLIII.

1218. Tranſumptum authenticum laudi compromiſſorialis Capituli Cathedralis Bambergenſis & Collegiatæ S. Simeonis Trev. ſuper jure patronatûs & locatione Eccleſiæ in Höningen.

ADelbertus Dei gratia decanus ſancti Pauli Wormatienſis, univerſis Chriſti fidelibus in perpetuum. Noverint omnes, tam præſentes quam futuri, quod cum inter eccleſias majorem Babenburgenſem, & ſancti Simeonis apud Treverim quæſtio verteretur ſuper jure patronatus eccleſiæ in Hoingen Trevirenſis diœceſis, & hoc de tertia ejusdem eccleſiæ locatione; canonicis ſancti Simeonis affectantibus villicationem dictæ villæ, quæ ad Babenburgenſem eccleſiam noſcitur pertinere. Ego de conſenſu utriusque partis arbiter conſtitutus, in nomine Domini ſum taliter arbitratus: Sane legati Babenburgenſis eccleſiæ Marcardus cuſtos, & Rolandus ſcholaſticus, quibus erat ſuper his a capitulo plena conceſſa poteſtas, juri, quod in prædicta eccleſia ſe dicebant habere, ſimiliter & nuntii eccleſiæ ſancti Simeonis, Elias decanus, Ingebrandus canonicus, qui ex parte capituli ſui ſuper his plenariam receperant poteſtatem, in manus meas renuntiarunt; Conradus quoque ſacerdos ad præfatam eccleſiam a cuſtode Babenburge præſentatus juri ſuo renuntiavit. Ego igitur, de ſtatu negotii veritate comperta, eccleſiam in Hoingen canonicis Babenburgenſibus abjudico ſuper tertia locatione, quam ad ſe putabant pertinere. Porro canonici ſancti Simeonis presbytero Conrado pro laboribus, & expenſis ſuis tres marcas Colonienſes annuatim, dum vixerit, apud Moguntiam in domo Everbacenſi in feſto Andreæ perſolvent. Item de villicatione ſuperius memorata ſic per arbitrium definio: Canonici ſancti Simeonis villicationem affectatam cum omnibus pertinentiis a Babenburgenſi eccleſia, defuncto illo, qui nunc poſſidet, habebunt, de ſexto in ſextum annum hujus villicationis receptionem renovantes ad commonitionem nuntii eccleſiæ Babenburgenſis, quam eccleſia Babenburgenſis non negabit, dum tamen taxata penſio ſoluta fuerit, expedire. Quæ ſi forte per inexcuſabilem culpam Trevirenſium neglecta fuerit, villicatio vacabit, & Babenburgenſes vel eis, vel aliis liberam concedendi habeant facultatem. Præterea nuntio Babenburgenſium liceat, ſi vult, ſingulis annis eadem bona viſitare, ad præcavendum, ut termini eorundem bonorum in ſtatu debito permaneant. Hæc igitur eſt penſio, quam in feſto Andreæ apud Moguntiam in domo Everbacenſi dico Babenburgenſibus eſſe ſolvendam. Presbytero Conrado vivente viginti marcas, poſt mortem vero ipſius viginti duas marcas & dimidiam. Si quis autem hoc arbitrium fide utrimque vallatum infringere præſumpſerit, infringentem condemno parti ſervanti arbitrium in pœna centum marcarum. Nos procuratores utriusque eccleſiæ huic arbitrio conſentimus, & in teſtimonium noſtri conſenſus, ut præmiſſa firma permaneant, noſtrarum eccleſiarum & noſtra propria ſigilla ab arbitrio juſſi præſenti ſcripto neceſſarium duximus apponenda. Acta ſunt hæc anno ab incarnatione Domini MCCXVIII. Hoc inſtrumentum prout hic ſcriptum continetur, nos majoris eccleſiæ & ſancti Pauli Treverenſis decani & capitula, officialis Treverenſis, ſanctæ Mariæ ad martyres & ſancti Martini abbates Trevirenſes, vidimus de verbo ad verbum, non cancellatum, non abolitum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, ſigillis eorum omnium, quorum mentionem facit, authentice ſigillatum, & hoc præſenti ſcripto, ſigillis noſtris munito, eo quod periculoſum eſſet propter diſcrimina viarum manifeſta ipſum originale deduci, rogati a capitulo ſancti Simeonis proteſtamur. Datum Treviris anno Domini MCCXLVI. in die animarum.

 CCCCLIV.

CCCCLIV.

Circa 1218.

Theobaldus Dux Lotharingiæ Curiam Mamendorff S. Matthiæ ab omni vexa per Officiales Ducis perpeſſa liberam ſtatuit.

Calmet *Hiſt. de Lorraine.*

EGo Theobaldus dux Lotharingiæ & marchio, comes de Daburch & Metenſis, notum facimus tam futuris quam præſentibus, quod cum jure venatico eccleſia ſancti Eucharii in curia ſua apud Mamendorff ab officialibus noſtris multoties injuſte damnificaretur; tandem per depoſitionem fidelium noſtrorum nihil juris in eadem villa nos habere cognoſcentes, eaodem villam ab injuſta impetitione abſolvimus, & ne impoſterum a noſtris vel ſucceſſorum nuſtrorum officialibus, vel ab aliquibus pravis eadem curia ſuper hoc poſſit gravari, præſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione ſecimus communiri.

CCCCLV.

1219. 7. Aug.

Conſtitutio Honorii PP. III. favore monaſterii Hemmerodienſis.

Heeſij *Manip. rerum Hemmer. p.* 30

HOnorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei abbati monaſterii de Clauſtro ejusque fratribus, tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam agentibus apoſtolicum convenit adeſſe præſidium, ne forte cuſuslibet temeritatis incurſus, aut eos a propoſito revocer, aut robur (quod abſit) ſacræ religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus annuimus, & præſatum monaſterium de Clauſtro, in quo divino eſtis obſequio mancipati, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Imprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, & B. Benedicti regulam, atque inſtitutionem Ciſtercienſium ſratrum, in eodem monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quascunque poſſeſſiones, qoæcunque bona idem monaſterium in præſentiarum juſte ac canonice poſſidet, aut in futurum cunceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, præſtante Domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus, & illibata maneant; in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum in quo præſatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertineotiis ſuis; grangiam in Langeſcheit cum omnibus pertinentiis ſuis; terras & ſylvas, quas Gerardus de Rozeio & Heſſo filius ejus vobis pia liberalitate donavit; grangiam de Winterbach cum piſcatione ſua usque in Moſellam ex utraque parte Kylæ cum omnibus pertinentiis ſuis; grangiam de Hart, & grangiam de Bellocampo cum omoibus pertinentiis earundem; terras cum molendinis apud Burch & Maranck &c. omnes omnium locorum poſſeſſiones, cum omnibus pertinentiis eorundem, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſuariis & paſcuis in toſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Sane laborum veſtrorum, quæ propriis manibus aut ſumptibus colitis, de poſſeſſionibus habitis ante concilium generale; ſive hortis & virgultis, piſcationibus veſtris, & de nutrimentis animalium veſtrorum, aut etiam de novalibus, (a) nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis clericus vel laicos, liberos & abſolutos, a ſæculo fugientes ad con- (a)

N O T A.

(a) Hæc liti deinde & contentioni anſam dederunt cum Collegiata Eccleſia S. Simeonis, quæ anno 1231, auctoritate Theoderici Archiep. tranſactione ſopita eſt.

CCCCLV.

converſinnem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli frarrum veſtrorum poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine licentia abbaris ſui de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quodſi quis forte retinere præſumpſerit, liceat vobis in ipſos monachos vel converſos regularem ſententiam promulgare. Illud diſtrictius iohibentes, ne terras ſeu quodlibet beneficium, eccleſiæ veſtræ collatum, liceat alicui perſonaliter dari, ſive alio modo alienari, absque conſenſu totius capituli, vel majoris aut ſanioris partis ipſius. Siquæ vero donationes alitet, quam dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hæc etiam prohibemus, ne aliquis monachus, ſive converſus ſub profeſſione veſtræ domus adſtrictus, ſine conſenſu & licentia abbatis & majoris partis capituli veſtri pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium capituli veſtri providentia conſtitutum, niſi propter manifeſtam domus veſtræ utilitatem. Quodſi facere forte præſumpſetit, non teneatur conventus pro his aliquatenus reſpondere. Licitum prætcrea ſit vobis in cauſis propriis, ſive civilem ſive criminalem contineant quæſtionem, fratrum veſtrorum teſtimoniis uti, ne pto defectu teſtium, jus veſtrum valeat in aliquo deperire. Inſuper authoritate apoſtolica inhibemus, ne ullus epiſcopus, vel quælibet alia perſona, ad ſynodos vel conventus forenſes vos ire, vel judicio ſæculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubjacere compellat. Nec ad domos veſtras cauſa ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos conventus publicos convocandi, venire præſumat; nec regularem abbatis veſtri electionem impediat, aut de inſtituendo vel removendo eo, qui pro tempore fuerit, contra ſtatuta Ciſtercienſis ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si vero epiſcopus, in cujus parochia domus veſtra fundata eſt, cum humilitate & devotione, qua convenit, requiſitus ſubſtitutum abbatem benedicere, & alia quæ ad officium epiſcopale pertinent, vobis conferre tenuerit, licitum ſit eidem abbati, ſi tamen ſacerdos fuerit, proprios novitios benedicere, & alia quæ ad officium ſuum pertinent, exercere, & vobis omnia ab alio epiſcopo percipere, quæ a veſtro fuerint indebite denegata. Illud adjicientes, ut in recipiendis profeſſionibus, quæ a benedictis, vel, beoedicendis abbatibus exhibentur, ea ſint epiſcopi forma contenti, quæ ab origine ordinis noſcitur inſtituta; ut ſcilicet abbates ipſi ſalvo ordine ſuo profiteri debeant, & contra ſtatuta ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſectationibus vero altarium vel eccleſiarum, ſive pro oleo ſancto, vel pro quolibet eccleſiaſtico ſacramento, nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis vel alio modo quidquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis vobis epiſcopus diœceſanus impendat: alioquin liceat vobis quemcunque malueriris catholicum antiſtitem adire, gratiam & cummunionem apoſtolicæ ſedis habentem, qui noſtra tretus auctoritate, vobis, quod poſtulatur, impendat. Quodſi ſedes diœceſani epiſcopi forte vacaverit, interim omnia eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis epiſcopis accipere libere & absque contradictione poſſitis; ſic tamen, ut ex hoc impoſterum propriis epiſcopis nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum ptopriorum epiſcoporum copiam non habetis, ſi quem epiſcopum Romanæ ſedis, ut diximus, gratiam & commuoionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſite contigerit, ab eo benedictiones vaſorum & veſtium, conſecrationes altarium, ordinationes monachorum auctoritate apoſtolicæ ſedis recipere valearis. Porro, ſi epiſcopi vel alii eccleſiarnm rectores in monaſterium veſtrum vel perſonas inibi conſtitutas ſuſpenſionis, excommunicationis vel interdicti ſententiam promulgaverint, ſive etiam in mercenarios veſtros, pro eo, quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſolvitis, ſive aliqua occaſione eorum, quæ ab apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſive benefactores veſtros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obſequia ex charitate præſtiterinr, vel ad laborandum adjudicavetint, in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alii feriantur, eandem ſeotentiam protulerint, ipſam tanquam contra ſedis apoſtolicæ indulta prolatam duximus irritandam. Nec literæ illæ firmiratem habeant, quas tacito nomine Ciſtercienſis ordinis, & contra tenorem apoſtolicorum privilegiorum

con-

CCCCLV.

conſtiterit impetrari. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro monaſterio, excluſis excommunicatis & interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque & tranquillitati veſtræ paterna impoſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem capere vel interficere, ſeu violentiam exercere audeat. Præterea omnes libertates & immunitates a prædeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus ordini veſtro conceſſas, nec non liberalitates & exemptiones ſæcularium exactionum a regibus & principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnibus profutura: ſalva ſedis apoſtolicæ authoritate. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica ſæculariſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æteroæ pacis inveniant. Amen, amen, amen. Signum Honorii papæ III. Ego Honorius catholicæ ſedis epiſcopus. Ego Petrus Sabinenſis epiſcopus. Ego Conradus Portuenſis & S. Ruffinæ epiſcopus. Ego frater Nicolaus Toſculanus epiſcopus. Ego Leo tit. S. Crucis in Jeruſalem presb. cardinalis. Ego Stephanus baſilicæ undecim apoſtolorum presbyr. cardinalis. Ego Thomas S. Sabinæ presb. cardinalis. Ego Quido S. Nicolai in Carcere diac. cardinalis. Ego Octavianus SS. Sergii & Bachi diac. card. Ego Reinerus S. Mariæ in Coſmedin diac. card. Ego Gregorius S. Theodori diac. card. Ego Romanus S. Angeli diac. card. Egu Aldobrandinus S. Euſtachii diac. card. Datum Reate per manum Ranerii S. R. E. vicecancellarii VII. idus Aug. indict. VII. incarnationis dominicæ anno MCCXIX. pontificatus vero Honorii papæ III. anno IV.

CCCCLVI.

CCCCLVI.

CONSTITUTIO FRIDERICI II. IMP.

1220. 26. April.

in favorem ſtatûs Eccleſiaſtici, qua addicit, in morte Principis Eccleſiaſtici ſe reliquias non uſurpaturum, ſed vult eas cedi ſucceſſori, ſi anteceſſor inteſtatus deceſſerit. Item jurat ſe nova telonia in territorio Principis non conſtituturum, neque feuda vacantia occupaturum. Item ſtatuit, ne nova ædificia, caſtra, civitates in fundis civitatum conſtituantur. (*a*)

Schilter Inſt. Jur. Publ. Tom. II. Tit. 15. p. 110.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus ſecundus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus & rex Siciliæ, omnibus in perpetuum. Digna recolentes animadverſione, quanta efficacia & fide dilecti noſtri principes eccleſiaſtici nobis hactenus aſtiterunt, ad culmen imperii nos promovendo, promotos in ipſo firmando, & demum filium noſtrum Henricum in regem ſibi & dominum benevole atque concorditer eligendo; cenſuimus eos, per quos promoti ſumus, ſemper promovendos, & per quos firmati ſumus, una cum ipſorum eccleſiis ſemper fore noſtra defenſione contra noxia quæque firmandos. Igitur quia in eorum gravamina, quædam conſuetudines, & ut verius dicamus, abuſiones ex longa perturbatione imperii, quæ per Dei gratiam nunc quievit, & quieſcit, inoleverant in novis teloniis, in monetis, quæ ſe invicem ex ſimilitudinibus imaginum deſtruere conſueverant, in querris advocatorum, & in aliis malis, quorum non eſt numerus; ſtatutis quibusdam eisdem abuſionibus obviavimus. Primo promittentes, quod nunquam deinceps in morte cujusquam principis eccleſiaſtici reliquias ſuas fiſco vendicabimus; inhibentes etiam, ne laicus quisquam aliquo prætextu ſibi eas vendicet, ſed cedant ſucceſſori, ſi anteceſſor inteſtatus deceſſerit, cujus teſtamentum, ſi quod inde fecerit, volumus eſſe ratum. Item nova telonia, & novas monetas (*b*) in ipſorum territoriis ſive jurisdictionibus, eis inconſultis ſeu nolentibus non ſtatuemus de cætero, ſed antiqua telonea, & jura monetarum, eorum eccleſiis conceſſa, inconvulſa & firma conſervabimus, & tuebimur, nec ipſi ea infringemus, nec ab aliis lædi permittemus modis aliquibus, utpote monetam turbari & vilificari ſimilitudinibus imaginum, quod penitus prohibemus. Item homines quocunque genere ſervitutis ipſis attinentes, quacunque cauſa ſe ab eorum obſequiis alienaverint, (*c*) in noſtris civitatibus non recipiemus in eorum præjudicium; & idem ab ipſis inter ſe, eisque a laicis omnibus inviolabiliter volumus obſervari. Item ſtatuimus, ne quis eccleſiam aliquam in bonis ſuis damnificet, occaſione advocatiæ eorundem bonorum; ſi damnificaverit, damnum (*d*) in duplo reſtituat, & centum marcas argenti cameræ noſtræ ſolvat. Item ſi aliquis vaſallum ſuum, qui eum forte offendit, jure feudali convenerit, & ſic feudum evicerit, illud ſuis uſibus tuebimur; & ſi ipſe feudum de bona &

NOTÆ.

(*a*) Hoc privilegium, omnibus generatim Eccleſiaſticis Principibus Germaniæ conceſſum, eâ de cauſa noſtris jungere non dubitamus, quia inter illa, quæ Trevirenſibus Archiepiſcopis in conſecutione Imperialis inveſtituræ à quovis Imperatore innoventur & confirmantur, hoc integro tenore ſemper recenſetur, & primum quidem inter reliqua locum occupat.

(*b*) *In ipſorum territoriis ſive jurisdictionibus.*] *Territorium* ergo hic propriè locus eſt cum jurisdictione; quale Epiſcopis Germaniæ eo ævo competere, agnoſcit Imperator.

(*c*) *In noſtris civitatibus non recipiemus in eorum præjudicium.*] Sermo eſt de Civitatibus immediatis; manifeſto argumento, jam obtinuiſſe diſtinctionem inter Civitates mediatas & immediatas; illáſque fuiſſe non ſolùm in territorio ſtatuum Eccleſiaſticorum, verùm & de illos quia, uti jam diximus, territorium in ſenſu hujus conſtitutionis erat cum jurisdictione conjunctum.

(*d*) *In duplo.*] Pœna dupli, Juri Germanico penitus ignota, prodit juris Romani ſpeciem jam pedem in Germania figere incipientis.

CCCCLVI.

& liberali ſua voluntate nobis conferre voluerit, recipiemus, amore vel odio non obſtante. Quocunque autem modo, ſive etiam ex morte infeudati, principi eccleſiaſtico feudum aliquod vacare contigerit, illud autoritate propria, immo violentia, nullatenus invademus, niſi de bona voluntate, liberalique conceſſione ſua poterimus obtinere, ſed cum effectu ſuis uſibus ſtudebimus defenſare. (e) Item ſicut juſtum eſt, excommunicatos eorum, dum tamen ab ipſis viva voce, ſeu per literas eorum, vel per honeſtos nuncios fide dignos nobis denunciati fuerint, vitabimus, & niſi prius abſolvantur, non concedemus eis perſonam ſtandi in judicio: ſic diſtinguentes, quod excommunicatio non eximat eos a reſpondendo impetentibus, ſed ſine advocatis; perimat autem in eis jus & poteſtatem ferendi ſententias, teſtimonia & alios * impetrandi. Et quia gladius materialis conſtitutus eſt in ſubſidium gladii ſpiritualis, excommunicationem, ſi excommunicatos in ea ultra ſex ſeptimanas perſtitiſſe, prædictorum modorum aliquo nobis conſtiterit, noſtra proſcriptio ſubſequetur, non revocanda, niſi prius excommunicatio revocetur. Sic utique, aliiſque modis omnibus, juſto ſcilicet & efficaci judicio ipſis præeſſe, atque prodeſſe firmiter compromiſimus; & ipſi verſa vice fide data promiſerunt, quod contra omnem hominem, qui tali noſtro judicio ipſis exhibendo violenter reſtiterit, nobis pro viribus ſuis efficaciter aſſiſtant. Item conſtituimus, ut (f) nulla ædificia, caſtra videlicet ſeu civitates in fundis eccleſiarum, vel occaſione advocatiæ vel aliquo qoquam prætextu conſtruantur, & ſi quæ forte ſunt conſtructa, contra voluntatem eorum, quibus fundi attinent, diruantur regia poteſtate. Item inhibemus ad imitationem avi noſtri fœlicis memoriæ imperatoris Friderici, ne quis officialium noſtrorum in civitatibus eorundem principum juriſdictionem aliquam ſive in teloneis, ſive in monetis, ſeu in aliis officiis quibuſcunque ſibi vindicet, niſi per octo dies ante curiam noſtram ibidem publice indictam, & per octo dies poſtea finitam; nec etiam per eosdem dies in aliquo excedere præſumant juriſdictionem principis & conſuetudines civitatis. Quotieſcunque autem ad aliquam civitatum eorum acceſſerimus, ſine nomine publicæ curiæ, nihil juris in ea habeant, ſed princeps & dominus ejus plena in ea gaudeat poteſtate. Sane quanto fidem ampliorem prædictorum principum circa nos intellexerimus, tanto excellentius eorum profectibus ſemper intendimus proſpicere. Et quoniam acta hominum oblivio inimica memoriæ per longam temporum evolationem ſepelire ſolet, diligentia vigilantiori adhibita, hæc noſtræ gratiæ beneficia eccleſiis impenſa perpetuare volumus. Statuentes, ut hæredes noſtri & ſucceſſores imperii ea rata conſervent & exequanrur, & faciant in ſubſidium eccleſiarum a laicis univerſaliter obſervari. Et ut futuris innoteſcant, ac a præſentium non excidanr memoria, ſive notitia, ea fecimus huic paginæ annotari, & paginam ſubnotatione nominum eorum, qui interfuerunt, principum videlicet, & ſigilli noſtri munimine inſigniri. Teſtes ſunt Sifridus Moguntinenſis archiepiſcopus. Theodoricus Trevirenſis archiepiſcopus. Engelbertus Colonienſis archiepiſcopus. Albertus Magdenburgenſis archiepiſcopus. C. Metenſis epiſcopus imperialis aulæ cancellarius. E. Babenburgenſis epiſcopus. C. Ratisbonenſis epiſcopus. Hartwicus Eiſtettenſis epiſcopus. Henricus Wormatienſis epiſcopus. Otto Trajectenſis epiſcopus. Theodoricus Monaſterienſis epiſcopus. Heincardus Leodienſis epiſcopus Engelhartus Neuenburgenſis epiſcopus. H. Baſilienſis epiſcopus. H. Hadelbergenſis epiſcopus, & alii quamplures. Ego Conradus Metenſis & Spirenſis epiſcopus imperialis aulæ cancellarius vice domini Moguntinenſis archiepiſcopi, & totius Germaniæ archicancellarii recognovi. Acta ſont hæc anno dominicæ incarnationis MCCXX. indictione nona, regnante domino Friderico II. Romanorum & Siciliæ rege glorioſo, anno regni ejus in Germania VIII. in Sicilia vero XXIII. Datum apud Francofurtum VI. calendas Maij, indictione præſcripta.

(e) *impetrandi. (f)

CCCCLVII.

NOTÆ.

(e) *Item ſicut juſtum eſt excommunicatos &c.*] Super hoc deinde ſpecialis, imò latiùs extenſa, conceſſio Imperialis facta Archiepiſcopo Trevirenſi, quam ſuo loco referemus.

(f) *Nulla ædificia, caſtra videlicet, ſeu civitates in fundis eccleſiarum.*] His iterum confirmantur, quæ *Not. b. & c.* de mediatis Principum Eccleſiaſticorum territoriis, quæ certo reſpectu etiam *clauſa* jam tum dici poterant, jam memoravimus.

CCCCLVII.

EPISTOLA

Circa 1220.

Cæſarii ad Hartmannum Piiorem Hemmerodienſem de Transfiguratione.

Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 1152. (a)

Dilecto domino & amico ſuo præcordiali Hartmanno priori de Clauſtro, (a) frater Cæſarius quidquid poteſt devotionis cum affectu caritatis & orationum obſequio. Cum nuper inter nos eſſet collatio de transfiguratione ſalvatoris in monte Thabor celebrata, in qua & ipſius & omnium noſtrum fuit, & eſt gloria futuræ reſurrectionis declarata, ſicut noſtis, valde humiliter & multum inſtanter ſupplicaſti parvitati meæ, ut eamdem lectionem evangelicam exponere vellem, & ea præcipue replicare, quæ circa corporum reſurrectionem & futuræ vitæ ſtatum inquiri, & per diſputationes ventilari ſolent, placuit etiam nobis ad majorem intelligentiam, ut hoc fieret ſub typo dialogi, ita ut vos perſonam interrogantis, & ego perſonam aſſumerem reſpondentis. Ad quod opus cum ſcirem me prorſus inſufficientem, caritatem tamen veſtram, offendere pertimeſcens, ſi non obedirem, petitioni veſtræ acquievi. Et quia circa corpora glorificata doteſque eorum, multa in diſputationibus verſari ſolent, quæ auctoritatibus divinæ ſcripturæ ſolvi nequeunt, magis ad interrogata ſtudui opinando reſpondere, quam aliquid aſſertive diffinire. Etiamſi Deus aliquid mihi ſuper his revelaſſet, quis mihi crederet, ubi ſancti patres tacent, ubi doctores inter ſe non concordant, valde temerarium judicaretur, immo detrahentibus materia daretur mihi obloquendi, ſi aliquid ibi dicerem pro ſententia. Adjuvate igitur orationibus inſufficientiam meam, ut & Dominus ſcribentis ſtylum ſua inſpiratione promoveat, & in cordibus audientium ſive legentium, quæ ſcribenda ſunt, fructuoſa efficiat.

NOTA.

(a) *Frater Cæſarius.*] Tres hoc tempore Cæſarii Heiſterbacenſes. Primus, & reliquis ſenior, cognomento *Nonnus*, adducitur in Vita Godefridi ſacriſtæ Villarienſis; quamvis de ſcriptis ejus nihil nobis conſtet. Alter, ex Abbate Prumienſi Heiſterbacenſis Monachus, de quo nos ad an. 1222. Tertius, ejuſdem Monaſterii Prior, vir conſpicuæ ſuo ævo doctrinæ, auctor hujus & ſequentis epiſtolæ, uti & tractatuum in eis memoratorum. Scripſit inſuper *duodecim de miraculis libros. Vitam S. Engelberti Archiep. Colonienſis. Homilias ſeu conciones morales ſuper omnes dominicas & feſta totius anni, in quatuor partes diſtributas. Sermones ad Monachos. Vitam S. Eliſabethæ. Sermones in Pſalmos & Homilias in quadrageſimalia Evangelia.* Vixit adhuc anno 1237. & obiit, ſe undum Necrologium Colonienſe, *ſeptimo Kal. Octobris.*

CCCCLVIII.

EPISTOLA

Circa 1220.

Cæſarii ad Alexandrum Himmerodienſem & Petrum S. Mariæ Priores in expoſitionem moralem ſuper paſſionem Chriſti ſecundum omnes Evangeliſtas.

Martene Coll. ampl. Tom. I. p. 1153.

Viris religioſis & dominis in Chriſto cariſſimis Alexandro de Clauſtro & Petro de loco S. Mariæ prioribus, frater Cæſarius ſic Chriſti participare paſſioni, ut in futuro conſortes eſſe mereamini glorioſæ ejus reſurrectionis. Diu eſt, quod petere cœpiſtis, & ſuadere, in quantum potuiſtis, quatenus ad multorum, ut dicebatis, utilitatem, paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti moraliter exponerem: quod quidem jam diu diſtuli ac protraxi non parvi pendendo petitionem, ſed propriam ad hoc conſiderando inſufficientiam, operiſque difficultatem. Nondum enim legiſſe me memini aliquam moralem expoſitionem ſuper ſalvatoris paſſionem. Præ-

CCCCLVIII.

terea in homiliis moralibus de ſolemnitatibus diverſorum ſanctorum dictandis ita occupabar, quod huic operi, niſi illis prius expletis, vacare non potui. Nam quidam easdem homilias jam ex parte tranſcripſerant, & cum non parvo deſiderio adhuc ſuperſtites expectabant. Quibus expletis, poſtulationibus veſtris ſatisfacere dignum duxi, malens minus eleganter ſcribendo irriſionibus ſubjacere, quam caritati veſtræ deſiderata negare. Et quia unus ex vobis exponi petivit paſſionem Domini ſecundum Lucam, alius vero ſecundum Joannem, eo quod nimis tædioſum longumque eſſet ſingulos per ordinem exponere, maxime quia in plurimis locis concordant, quorumdam uſus conſilio paſſionem ſecundum Matthæum, qui plenius ordinem rei geſtæ proſequi videtur, explanare ſtudui, quod minus ille dixit, vel omnino tacuit, ex aliorum trium evangeliſtarum ſcriptis ſupplevi; ſicque modicum puto neglectum, quod non ſit expoſitum. Quodſi minus ſatisfactum eſt deſiderio veſtro per inſulſam atque inſufficientem vel incautam expoſitionem, magis imputandum eſt vobis, qui me coegiſtis atque inſipienter feciſtis; ſpem habens in orationibus veſtris ſanctis opus, quod ſupra vires meas fuit, aggreſſus ſum, verborum continens ſaleras, quia non decet rhetoricis floribus ſermonem pingere, ubi de humillima Chriſti tractatur paſſione. Omnem tractatum in ſeptem homilias diſtinxi, ne prolixitas legentibus faſtidium generatet.

CCCCLIX.

Regiſtrum bonorum Eccleſiæ Prumienſis
cum Cæſarii Heiſterbacenſis explicatione rerum & verborum.

PRÆNOTANDUM. *Cæſarius illuſtri proſapiâ de Milendunc (caſtro prope Noveſium) natus, quadriennio Abbatiæ Prumienſi præfuit; quo transacto curam & dignitatem Abbatialem reſignans, perfectioris vitæ ſtudio, reformationem Ciſtercienſem in Archidiœceſis Colonienſis cœnobio S. Petri Heiſterbacenſi indutus & executus eſt; tandem Prior Villarienſis effectus, deceſſit die VII. Kal. Martii, quo anno, ignoratur. Ei in regimine Prumienſis Abbatiæ ſucceſſit Cuno de Arrhen, quam tribus ſolùm annis tenuit. Poſt hunc Fridericus de Petra, vir, ùt ait Knauff* Defenſ. Prumien. p. 45. *inſignis & ſtrenuus Prumienſem ſimul & Stabulenſem Abbatias gubernavit. Ad hujus Friderici inſtantiam præſens Regiſtrum conſcripſit Cæſarius, quod ex Broweri noſtri reliquiis deſcripſit Georgius Overhamus, Monaſterii S. Ludgeri apud Helmſtadium olim Præpoſitus, è cujus ſchedis illud copiavit clar. Eccard, qui id Leibnitio communicavit. Non parum autem opuſculum juvat diplomaticæ rei, præſertim Trevericæ cultores, dum plurimas jurium & patriorum verborum ſignificationes dilucidè exponit, atque inſuper res Prumienſis Eccleſiæ noſtræ in apperta luce ponit, & ad intellectum tot Prumienſium documentorum, quæ in præſenti noſtra collectione exſtant, ſummopere juvat. Unde non dubitavimus, præmiſſâ Cæſarii Epiſtolâ, cum Leibnitii notulis illud hic edere.*

Epi-

CCCCLIX.

1222. Epiſtola Cæſarii Heiſterbacenſis, Exabbatis Prumienſis, ad Fridericum Abbatem Prumienſem.

Leibniz *Collectan. Etymolog. P. II. p.* 409.

DOmino venerabili & in Chriſto reverendiſſimo * F. Dei proviſione abbati Prumienſis monaſterii (*a*) fr. Le. Cæſarius quondam ejusdem quamvis indignus dictus abbas, nunc autem apud vallem S. Petri humilis monachus * ord. Ciſterc. in adminiſtratione temporali promereri: *Euge ſerve bone*. Paternitati veſtræ ſignifico, quod, ſicut meæ parvitati injungere dignabamini, librum antiquum jura & reditus veſtri monaſterii continentem, pro poſſe & noſſe, in nullo à veritate exorbitans, tranſcripſi, & pro meo * mandato ingenioli, minus * recta vocabula, quæ in eo reperi, ut communi magis paterent intellectui, in uſitatiorem quaſi gloſſando latinitatem transfudi: mirabili tamen & quodam inaudito, quo idem conſcriptus eſt, Grammaticæ ſtylo, *ob antiquitatis reverentiam* permanente illæſo. Veruntamen villarum vocabula, quæ ex longævitate quaſi barbara videbantur, nominibus, quæ eis modernitas indidit, commutavi; * ipſam mei laboris arbitratus mercedem, qui eſt veritas in promiſſo & vita in præmio. Sane, ne ex incertitudine temporis, quo idem liber ſcriptus & denuo à me reſcriptus eſt, aliquod ejus antoritati præjudicium generetur: noverint cuncti, ipſum *apud vallem S. Petri* à me ejusdem incarnationis MCCXXII. anno conſcriptum. Caritas veſtra in Domino valeat, & ita prævaleat, ut una cum grege, veſtræ vigilantiæ commiſſo, poſt tranſitum præſentis calamitatis locemini in paſcuis æternæ viriditatis. Quod ipſe vobis &c.

* Friderico (*a*)

* in Heiſterbach.

* f. modulo

* f. nota

* f. ipſum (Dominum)

REGISTRUM PRUMIENSE.

1. De Rumershem.
2. de Wettelendorph.
3. de Herlensdorph.
4. de Gudensdorph.
5. de Didensdorph.
6. de Walmersheim.
7. de Tadenburne.
8. de Sarensdorph.
9. de Pirensburne.
10. de Ettelendorph.
11. de Badenheim.
12. de Werſcleyte.
13. de Seſſerne.
14. de With.
15. de Helmbuhg.
16. de alio With.
17. de tertio With.
18. de Hoveſtede.
19. de Wleysheim.
20. de Natenheim.
21. de Baldenshart & Denesbure.
22. Item de With.
23. de Merren & Trimparden.
24. de Merinche.
25. de Sueyge.
26. de Uurne.
27. de Salmene.
28. de Cluttche (Cluterche) & Tritteheim.
29. de alio Trittenheim.
30. de Glane, Glene.
31. de Odenbaeh.
32. de Wimesheim.
33. de Remethe.
34. de Lullingen.
35. de Rivat.
36. de Montim.
37. de Muenru.
38. de Bovelicourt.
39. de Wans & Holonzl.
40. de Wihe in EpiſcopatuMetenſi.
41. de Fagit.
42. de Puzol.
43. de Auvans.
44. de Vilantia.
45. de Montini.
46. de Malbuntreyt.
47. de Tevenihc.
48. de Baſtenachge.
49. de Wardane.
50. de Longomuler.
51. de Noville.
52. de Bure.
53. de Wanpahc.
54. de Hunlar.
55. de Yvernesheim.
56. de Umgarden.
57. de Ekmeskeit.
58. de Notine.
59. de Honespolt.
60. de Effelesbure (Effelesburc.)
61. de Buzzenswelt.

62. de

N O T A.

(*a*) *Fr. Le. Cæſarius.*] An aliud præter Cæſarii nomen habuit, veluti, Lebuini, aut ſimile? an ſe Levitam appellavit?

CCCCLIX.

61. de Keslighe.
63. de I inde.
64. de Cruceberg.
65. de Wiz'elle.
66. de Arnvilre.
67. de Elſaffe.
68. de Munichuſen.
69. de Mekenheim.
70. de Retersdorph.
71. de Bahcheim juxta Budensberg.
72. de Unckele.
73. de Villippe.
74. de Einclo.
75. de Vogelberg.
76. de Bachenheim Colonienſ.
77. de Juſtene.
78. de Grumersdorph.
79. de Bale.
80. de Betbure.
81. de Hertene.
82. de Bundene.
83. de Reinbutre.
84. de Linneche.
85. de Langenacker.
86. de Juggende.
87. de Ludesheim.
88. de Kerpenne.
89. de Witesheim.
50. de Encener.
91. de Sconoviſe.
92. de Maleberbe.
93. de Rondeme.
94. de Rore.
95. de Iuterche.
96. de Bulgensheim.
97. de Reinbach.
98. de Dusburhc.
99. de Arneheim.
100. de Aldenſelen.
101. de Tremele.
102. de Wamele.
103. de Teſtrebant.
104. de Vuoiſt.
105. de Gembrigke.
106. de Backele.
107. de Naſteden.
108. de Swalbahc.
109. de Neſene.
110. de Wlatke.
111. de Veneſtre.
112. de Noegen.
113. de Dinheim.
114. de Nectoye.
115. de Gencheim.
116. de Wilre.
117. de Alvesheim.
118. de Ockenheim.
119. de Binge.

GLOSSÆ CÆSARII.

§. 1. Notandum eſt, quod in libro iſto ſæpiſſimè mentio fit de quatuor generibus *manſorum*, id eſt, de manſis *ſervilibus*, de manſis *ledilibus*, de manſis *ingennalibus*, de manſis *abſis*. *Manſi ſerviles* ſunt, qui continuo tenentur nobis ſervire: id eſt, omni hebdomadâ per totum annum tribus diebus. Præterea faciunt alia jura multa, ſicut expreſſum eſt in libro.

§. 2. *Manſi lediles* ſunt, qui nobis multa jura ſolvunt, ſed tamen ita continuè non ſerviunt, ſicut manſi ſerviles.

§. 3. *Manſi ingennales* ſunt, qui ja-
(1.) cent in Ardenna, id eſt *Osdine:* (1.) in
qua terra jacet *Alve* & *Hunlar* & *Vilantia*. Quilibet iſtorum manſorum habet CLX. jurnales terræ, quos appellamus vulgariter *Köninhkgesbuive*.

§. 4. *Manſi abſi* ſunt, qui non habent cultores, ſed dominus eos habet in ſua poteſtate, qui vulgariter appellan-
tur *Wroinde*. (2.) Præterea etiam inve- (2.)
nitur in libro de Manſis *indominicatis*, qui ſunt agri curiæ, quos vulgariter appellamus *Selgunt*, ſive *Atten*, vel *Cunden*.

§. 5. *Dauretwe* (3.) ſunt cortices, (3.)
qui excoriantur de arboribus, quas vulgariter appellamus *Lovere*; & de corticibus iſtis dabit manſus quinque faſciculos: quilibet faſciculus habebit quindecim cortices laudabiles. De his faſciculis procurabitur lumen in domo dominica, quam appellamus communiter
Wronhoff (4.) Præterea, quando manſio- (4.)
narii triturant ſegetem dominicam in Decembri, quia tunc temporis dies bre-

NOTÆ.

(1) f. *Osdine*.

(2.) Forte quod Germanis *Pfründe*, à præbenda; quæ forſaſſe in manſo abſo ab Eccleſia dominica continuebatur. Add. c. 4. & poſt c. 25. ut. q. alis præbenda not. marginali.

(3.) Infra Durascuras appellas in Rumersheim, ſed melius Duratvvas in Walmersheim.

(4.) Hinc patet, *Frohn* propriè ſignificare dominum, rem dominicam; hinc *Frohn-Dienſte* ſervitia, quæ domino præſtantur, *Frohn-Bothen*, *Fröhnen*. Hinc *Frohnleichnams-Tag*, ad verbum, Dominici corporis dies ſeu feſtum. Errantque adeò, qui putant, *Frohn* propriè ſignificare Sanctum.

Digitized by Google

CCCCLIX.

breves ſunt, inde etiam eis providebi-
tur lumen.

§. 6. Quilibet manſus teoetur Pru-
(1.) miam adducere (1.) *glauem*, id eſt, li-
gnarium, ſive acervum lignorum: qui
acervus habebit XII. pedes in longitu-
dine, & VII. in latitudine; & pro li-
gnario iſto adducet quilibet manſus car-
radas XII. quæ ligna vulgariter appel-
lantur Kunikeges-Holtz, ſive Wideglage.
Hæc ligna recipiet camerarius conven-
tûs, & de illis procurabit ignem copio-
ſum fratribus in caleſactorio per totam
hyemem a feſto omnium ſanctorum
usque paſcha: & ignis ille matutinis in-
cipientibus accendetur, & durabit us-
que ad completorium.

§. 7. In qualibet curia poteſt D. ab-
bas cambam ſuam, ſicut & molendi-
num habere. *Cambam* vulgariter appel-
(2.) lamus *Bachus* & *Bruhus*. (2.) In illa
Camba tenentur homioes ibidem ma-
nentes panem fermentatum coquere &
cerviſiam braxare. Præterea ſi domnus
abbas illuc eſt venturus, &, ſi *manſio-*
(3.) *nariis* (3.) à *Majore*, id eſt, *villico* ſive à
nuntio abbatis præcipitur, tenentur
frumentum de curia dominica ad mo-
lendinum deducere & molere, & ad
cambam dominicam reportare, & pa-
nem facere, & coquere: opera domi-
nica unde acceptura eſt panem & cer-
viſiam. Illum panem & cerviſiam Ipſa
familia in ſuo ordine tenetur coquere
& braxare. Ipſa enim camba eccleſiæ
reddet non minima emolumenta, ſicut
faciunt etiam & molendina.

(4.) §. 8. *Guactas facere*, (4.) & poſt-
quam ſegetes repoſitæ ſuerint in hor-
reum dominicum, tenentur manſiona-
rii, ſicut antiquus liber narrat, illas
triturare. Medio autem tempore, an-
tequam fuerit triturata, tenetur fa-
milia in ſuo ordine eam *cuſtodire*, & de
nocte cuſtodes, oe comburantur à ma-
lis hominibus, deputare: & ſi de ne-
gligentia eorum oeglecta fuerit, te-
nentur eam eccleſiæ reſtituere. Præ-
terea ſi domnus abbas advenerit, & ita
eis præceptum ſuerit, tenentur vigi-
lias circa ipſum & ſuos, ne aliquid ſini-
ſtri eveniat, propter timores nocturnos obſervare.

§. 9. Quælibet curia tenetur ſol-
vere (5.) *hoſtilicium* domno abbati. Ho- (5.)
ſtilicium vulgariter appellatur *Natſelde*.
Domnus abbas quando vult viſitare
curias ſuæ eccleſiæ, tenentur ei præ-
fatæ curiæ currus ad ferenda neceſſa-
ria de curia ad curiam procurare: vel
fortè, ſicut mos erat antiquitus, quan-
do jura iſta ſtatuta ſuerunt, & domini
volebant procedere per terras ſuas, jun-
gi ſecerunt currus ſuos, & ſedebant in
iis, vel ſamilia eorum. Boves, qui ad
hoſtilicium dantur, in curiis mactari de-
bent & comedi. Sed ſi domnus abbas
exegerit redemtionem, ſolvet quilibet
manſus denarios quinque. Triginta
enim manſus de Rumersheim ſolvent,
ſicut dictum eſt, quatuor boves: &
ita ſeptem manſi & dimidius ſolvunt
unum bovem; & ſi dabunt redemtio-
nem, ſolvent *denarios triginta ſeptem & obulum: unde in diebus illis, quando hæc inſtituta fuerunt, poterat emi bos ſive vitulus fortis ſaginatus*, ad comedendum optimus ſatis.

Huc usque Cæſarius Heiſterbacenſis, exabbas Prumienſis. Sequitur textus veteris MS. cum Gloſſa Cæſarii.

I. Rumersheim.

Sunt in *Rumersheim* manſa integra
ſervilia triginta tria, *indominicata* manſa
ſeptem. Widradus habet manſum in-
tegrum. Solvit in cenſu pro *ſuali*, (idem
eſt, quod porcus: & dicitur ſualis à
ſue,) porcum valentem denariis vigin-
ti. De *lino* libram unam, pullos tres, ova
XVIII. Unoquoque anno ducit de vi-
uo in menſe Majo carram dimidiam, &
in Octobri dimidiam; ducit de fimo
ſuo carras quinque *Durascuras* (6.) V. (6.)
ligna, glavem (7.) unam in latitudine (7.)
pedes ſex, io longitudine pedes XII.
ad carradas XII. Panem & cerviſiam fa-
cit,

NOTÆ.

(1.) id eſt, quod Germani vocant *claſter*, item *lachter*: & ſic nobis hodieque appellatur menſura lignorum. Add. alio ſenſu *glaves*, id eſt, clayes cap. 105. & ſeqq. forte dicendum potius *glavas*, ut c. 118.

(2.) *Backhaus*, domus ubi panis coquitur; *Brauhaus*, domus ubi cereviſia paratur ſeu braxatur.

(3.) *Manſionarii* ſunt ſubditi Abbatis, & ut puto, ſervi vel liti; & infra (proxima abhinc nota (1.) opponuntur *Scarariis*, hominibus ingenuis ſeu militaribus.

(4.) *Wache*, Germanis vigiliæ, cuſtodiæ, *Wächter* vigiles.

(5.) Quod olim præſtabatur pro vectura in *hoſtem*, id eſt, in exercitum. Quid *Natſelde*, aliis divinandum relinquo. Eadem deinde vectura etiam ad alios uſus à domino exigebatur, præſertim cum rarius in exercitum vehendus eſſet. Add. de Natſelde c. 95. & c. 77.

(6.) *Daurevve* in gloſſa ſupra.

(7.) *Glavem* etiam paulo ante explicuimus.

CCCCLIX.

eit, ducit ad monaſterium *axiles*, & facit unusquisque in ſilva ad porcos ebdomadam unam ſecundum ordinem ſuum. Jugera tria facit; per totum annum unaquaque hebdomada dies tres. Adducit de *Hunlar* ad monaſterium de annona modios quinque: *Wactas* facit, quando XV. noctes facit, & fœnum
(1.) colligit, & *curvadas* (1.) facit. Sciendum eſt, quod omnes homines, villas & terminos noſtros inhabitantes, tenentur nobis curvadas facere; non ſolum manſionarii, verum & *ſcararii*, id eſt,
(2.)(3.) *Miniſteriales*, (2.) & *Haiſtaldi*, (3.) id eſt, qui non tenent a curia hæreditatem; quia communionem habent in paſcuis & aquis noſtris. *Curvadas* facere eſt, ita nobis ſicut ſibi ipſis arare, quas *curvadas* vulgariter appellant *Ackerplughe*. Qui enim non habent animalia, ſive animal ad hoc utile, veniet, quando ei præcipitur à noſtro miniſtro cum ſuo *foſſorio*, & cooperabitur aliis hominibus hoc, quod ei injunctum fuerit. Panem, & cerviſiam, & carnem eis dant opportuno tempore, alio nihil. Claudit in circuitu meſſem perticas ſex; iu Broil tres; unam aream in horto dominico mundat. Fœmina ſua debet ſuere femoralia. In *hoſtilicium* carrum unum & boves quatuor, à medio Majo usque ad medium Auguſti. Reinbaldus habet de terra jurnales tres, & curtilem unam. Unde debet exire unaquaque hebdomada dies duos, & ad XV. noctes ebdomada una; & pullum unum. Fœminæ *prabendariarum* unaquaque ebdomada dies duos; unum cum pane, & alium ſine pane. Sin autem, dimidiam
(4.) libram lini & dimidium *camſilem*. (4.) Nantherus habet curtilem & pratum. Fœmina de eccleſia habet curtilem unum, & ſolvit denarios quatuor.

Sequitur Gloſſa Cæſaril, ubi explicat ex dicto textu aliqua.

§. 1. *Francigena* (5.) enim fuit, qui ſcripſit librum antiquum, & multa barbara nomina in eo poſuit ſecundum Gallicum, quæ propter antiquam dignitatem etiam in hoc libro deſcripſimus, nec ea mutanda judicavimus. (5.)

§. 2. *Axiles*. (6.) Quilibet manſus tenetur L. *axiles* vel C. ſcindalas ad tecta eccleſiæ reſtauranda annuatim perſolvere. Axiles vulgariter appellamus *Eſſelinge*, & *ſcindulas ſcundelen*. Quoniam *manſionarii* debent jugera dominica arare, ſeminare, colligere & in horreum deducere ſuo tempore, & ſepem facere, & triturare; fere omnibus patet, & ideò ea quæ ſciri poſſunt vel ſciuntur, ſcribere omiſimus. (6.)

§. 3. *Claudit in circuitu meſſem perticas ſex*. Sex perticas claudere circa meſſem, & tres circa *broil*, eſt, quemlibet manſum IX. virgas, id eſt, novem menſuras circa *Abtas* (7.) noſtras ac prata (7.)
ſepem facere. Quælibet menſura de IX. ſupradictis habet XV. pedes in longitudine.

§. 4. *Suere femoralia*. Regula Indulget monachis in via directis uti femoralibus: & ideò conſtitutum eſt ab antiquo, ſicut narrat liber vetus, quod manſi noſtri tenentur annuatim camſiles facere. *Camſil* (8.) enim eſt lineus (8.)
pannus de puro lino compoſitus, habens in longitudine octo ulnas, & in latitudine duas; quæ femoralia tenentur fœminæ hominum noſtrorum ſuere; & camerario conventûs ita conſuta, villici ſive miniſtri de officio ſuo debent præſentare: quæ camerarius regu-

N O T Æ.

(1.) *Courvée*, Gallis quod Germanis, *Dienſte*, *Frohn-Dienſte*.

(2.) *Scararii*, id eſt, qui poſtea dicti militares. Ex his miniſteriales (add. 2. 3.) tunc ab Abbate vel alio domino feudi in ſcaram ſeu exercitum mittebantur.

(3.) *Haiſtaldi*, qui Germanis *Haushälter*, *Hausgeſeſſene*, *Eingeſeſſene*, incolæ, qui hæreditatem ſuam non à curia, id eſt in beneficium vel feudum, ſed in allodium habebant; ingenui interim homines, *freye Bauern*; neque, ut Ducangius putat, glebæ aſcripti, quod ille ipſe, quem allegat, locus Bertinianorum annalium docet A. D. 869. ubi cuſtodiendo caſtello ad Ciſtas deſtinantur, quod glebæ aſcriptis, ab armorum uſu tunc excluſis, non conveniebat. Add. ad c. 25. §. 1.

(4.) Add gloſſ. ſeq. Cæſarii, §. 4.

(5.) Ut jam alibi notavi, Geſmani & Belgæ poſteriorum temporum, id eſt, poſt Carolingos, Gallos, quos hodie appellamus *Franzoſen*, non tam Francos appellabant, (tales enim ſe quoque cenſebant) ſed Francigenas, id eſt, poſteros Francorum, id cum creberrimum ſit, miror, à Ducangio non annotatum.

(6.) *Axiles*, Gallis *Ais*, aſſerculi, ab aſſeribus *aſcellæ*, nempe ſcandulis (*ſchindelen*) paullo firmiores. Hinc 50. axiles 100. ſcandulis opponuntur.

(7.) quid *Ahta*, vel Achta?

(8.) hinc hodie *Camiſola* dici videtur.

CCCCLIX.

gulariter & ſecundum præceptum abbatis ſui debet diſtribuere & conſervare.

§. 5. Et in Rumersheim manſus XXX. ſolvunt ſuales XXX. aut uncias totidem. De lino libras XXX, pullos XC, ova DXL, angarias XXX; de fimo carradas CL. Duraſcuuas ſimiliter CL, lignarias XXX, axiles MD, ſcindalas tria millia, jugera XC. Ducit de *Hunlar* modios ſiliginis CL. In hoſtilitium dant boves quatuor & currum unum.

II. De Wetelendorpht.

MSƈtus. In *Wetelendorpht* ſunt manſa ſervilia quinque & dimidium, quæ ſimiliter ſerviunt ſicut in *Rumersheim. Franco* tenet manſum dimidium in ipſa villa, qui ſimiliter debet ſervire. Nepos Hericonis majoris tenet *jornales. Herico* major tenet manſa ſervilia duo; & Guntherus ſimiliter duo *ſervilia*, qui etiam ſimiliter ſervire debuiſſent, ſicut ſuperiores, & modo *ſcaram* faciunt.
(1.) (1.) *Ello* habet manſum unum, qui ſimiliter ſcaram facit, ſicut cæteri *ſcara-*
(2.) *rii*. Sunt ibi *farinarii* (2.) tres. Unus molendinus tenet de terra jornalis pro ſua veſtimenta. Qui dimidia manſa tenent, tres dies faciunt, ſicut illi qui integra tenent.

Cæſarius ad Wetelendorph hæc notat:

Wetelendorph cum ſuis appendiciis ab antiquis eccleſiæ fundatoribus *domo* hoſpitali eſt aſſignata, ut pauperes Chriſti conſolentur ac refocillentur in ea; quæ domus cuſtodienda committi debet tali ſeni, cujus conſcientiam poſſideat timor & amor Dei. In præfata etenim domo hoſpitali aſſiduò commorabuntur XII. *pauperes*, fratres & *præbendarii* noſtri, qui de redditibus ſibi aſſignatis omnibus diebus vitæ ſuæ ſuſtentabuntur inibi. Præfati enim pauperes continuè permanebunt in obſequio eccleſiæ: campanas debent pulſare, clauſtrum quolibet ſabbato ſcopare, & ad omnia, ubi neceſſe fuerit, nobis & eccleſiæ obſequium præſtare. Si enim aliquis fratrum noſtrorum infirmatur, eum debent obſervare, & in omnibus ſuis neceſſitatibus, quantum in ipſis eſt, ſubvenire; & ſi moritur, funus debent lavare, & usque poſt ſepulturam eum non debent derelinquere. De prædiƈta enim curia ſæpe diƈti pauperes cottidianum habebunt panem ſiligineum, &, quod convenit tempori, aliquod pulmentum. Quando etiam conventus induitur cappis in præcipuis ſolemnitatibus, tunc panis albus & vinum, & aliquid de carne præfatis XII. dabitur pauperibus. Similiter & veſtimentum dabitur eis de *farcilibus*. *Sarcil* enim eſt pannus groſſus, XII. ulnas habens in longitudine, & duas in latitudine; quem pannum perſolvere debent curiæ noſtræ, quæ ab antiquo ad hoc ſunt determinatæ. Præterea de redditibus reſiduis, qui ſatis competenter pingues ſunt, ejusdem curiæ debet *monachus hoſpitalarius* procurare diligenter, quod ſupervenientes & peregrini caritatem & humanitatem in eadem domo ſemper debeant reperire. Et, ſi contigerit, eos infirmari, debet eis cuſtodia à ſæpe nominatis XII. pauperibus exhiberi: & ſi mor untur, apud *S. Benediƈtum* ab eisdem ſepelientur. Hoſpitalarius etiam, quæ ad tales exequias ſunt neceſſaria, procurare debet cum ſumma diligentia, quod ſemper ea habeat parata. Et quid plura? debet cogitare abbas hoc, quod dicit apoſtolus Paulus: *Charitas fraternitatis maneat in vobis*; &, hoſpitalitatem nolite oblivisci: *per hanc enim placuerunt quidam Deo, angelis receptis.* Hinc namque ſcriptum eſt: *Beatius eſt dare, quam accipere.* Nam & ipſe Dominus diƈturus eſt in judicio: *Hoſpes eram, & recepiſtis me; infirmus & in carcere, & viſitaſtis me.* Et, *quod uni ex minimis meis feciſtis; mihi feciſtis. Venite benediƈti Patris mei &c.* Præbendæ enim ſupra nominatæ XII. pauperum, ſanis corpore vel divitibus non debent conferri, qui habent, unde poſſint ſuſtentari, vel qui cottidiano labore neceſſaria ſibi poſſunt conquirere; ſed dabuntur ægrotis, cæcis, ſurdis & debilibus, ſicut conſtitutum eſt à ſanƈtis patribus; qui autem aliter præſumſerit agere, ſciat, ſe Dominum graviter offendere.

III. De Herlendorpht.

Sunt in *Herlendorpht* manſa ſervilia duo, quæ ſimiliter ſervire debent ſicut de Rumersheim. Sunt ibi de terra jornales in dominicato, quam tenet

Rut-

NOTÆ.

(1.) Ita videmus rurſus Scararios ſeu milites ſervientibus opponi.

(2.) id eſt molitores.

CCCCLIX.

Routhardus, & eam Hosbertus habuit, quæ non eſt de ejus beneficio; & de prato ad carr. & curtilem unum.

De feudis Miniſterialium. Stephanus tenet manſa ſervilia ſex & dimidium: quæ ſimiliter, ut ſuperiores, cenſum & ſervitium ſolvere debent. Sunt ibi *Scararii* duo, qui ſimiliter ſerviunt, niſi quod ſuales, nec pullos, nec ova ſolvunt; lignarium non faciunt, nec wactas, neque dies; panem & cerviſiam non faciunt. De prato *Merbach* ducit de fœno carras quinque, ibique ſecant una die, altera die colligunt. Mulieres eorum femotalia debent ſuere.

IV. De Gundensdorpht.

In *Gundensdorpht* tenet *Odacrus* manſa tria, quæ ſimiliter ſervire debuiſſent, ſicut ſuperiores. Meinzo tenet medietatem beneficii Radulfi: alia medietas *Abſa (Uuroinde)* eſt, quæ ſimiliter, ut ſuperius omnia, ſervire debent. Vidua Radulfi tenet jugera. Vinum vendunt & ſalem ſecundum ordinem ſuum. Eſt ibi molendinum unum in *Muniſa*, alia in Prumia.

V. De Didendorphbt.

Sunt in *Dideudorpht* manſa ſervilia quinque, quæ ſimiliter ſervire debuiſſent, ut ſuperiores; & modo ſcaram faciunt.

§. 1. Cæſarius. *Scararios* modo miniſteriales appellamus.

§. 2. *Scaram facere* eſt, D. abbati, quando ipſe juſſerit, ſervire; & nuncium ejus ſeu literas ad locum ſibi determinatum deferre.

VI. De Walmersheim.

Sunt in *Walmersheim* manſa ſervilia duodecim. Ex his habet Caduinus I. ſolvit ſualem unum, valentem unciam unam; de lino libram unam, ſi ex fiſco nata eſt; ſin autem, camſilem faciat. Facit jugera tria, corvadas ſex, glavem unum. Ad monaſterium ducit de ſpelta modios XVI. angariam integram. Claudit perticas IV. *Duratuuas* V. In hoſtilicio boves duos, ſecundum ordinem ſuum. Unaquaque hebdomada
(c.) (1.) *Anciles* C. Eſt ibi camba una; ſolvit de annona modios; ſi boves non dat, denarios V. ſolvit. Duas XV. noctes. In unaquaque hebdomada dies tres. Ducit anciles C. Eſt ibi camba una, ſolvit de annona modios, panem & cerviſiam, & wactas facit. Ad fœnum, ad meſſem, mancipia duo. *De feodis miniſterialibus.* Sunt ibi *Scararii* XV. Ex his habet Raginullus manſum unum. Ducit de vino in angariam carradam unam. De lino dat libram unam; facit XV. noctes. Ducit axiles centum; de fœno carradas decem & ſecat. Ducit ad monaſterium de annona modios XV, facit carradas tres; jugera tria ad fœnum, mancipia duo; dies duos in ebdomada. In adventu regis *friskingam* unam; & de farina modium unum. Rotaudus tenet manſum unum in *Walmersheim* ſervilem, & unum in *Budensheim*; qui ſimiliter debuiſſet plenirer ſervire, ſicut *Tedvinus. Ingilboldus* habet dimidium, qui modo ſcaram facit; *Tancratus* ſimiliter, *Giſlardus* ſimiliter. *Giunardus* habet manſum & dimidium ſetvilia. Omnes enim de *Rumersheim* & *Wettelendorpht* & *Herlendorph* & *Walmersheim* & *Sarensdorph* & *Caldenburnen* & *Lizendorph* & *Olmuzze* & *Ormunte* & *Alve* & *Merbach* fœnum ſecant, colligunt & ducunt; excepto de Scarensdorph & Lizerdorff ſecant & colligunt, ſed non ducunt. Vinum & ſal, ſi eis præcipitur, omnes vendunt. Duos boves & dimidium debet in hoſtilitio.

Sciendum eſt, quod quicunque comes *Placitum* tenet cum hominibus eccleſiæ ac iſtius viciniæ; quicquid ibi vadimoniorum ſive ſatisſactionum conſtituitur, D. abbas partem dimidiam, comes habet alteram. Quod ſi ibi ſententia terminari non poterit, & in curiam noſtram *Rumersheim* tranſlata fuerit; duæ partes ſatisſactionum erunt domini abbatis; tertiam vero more ſolito comes habebit.

§. 1. Cæſarius. Antiquitùs tanta copia vini ac ſalis proveniebat eccleſiæ de curtibus noſtris, quod oportebat quaſi de neceſſitate ſuperflua venundare; & hoc eſt, quod dicit authenticum vetus: *Vinum & ſal vendunt.* Sic etiam obſervatur adhuc hodiè, quod homines noſtri in curiis noſtris vinum noſtrum, ſi volumus, cum banno debeant vendere.

VII. De Caldenburne.

Sunt in *Caldenburne* manſa ſervilia XV. Ex his habet *Elemboldus* & *Eliſæus* unum. Solvit ſualem unum; pullos quatuor, ova 24. Facit dies tres in unaquaque ebdomada, duas XV. noctes, jugera duo, angera integrum. Ducit axiles

N O T A.

(1.) An *axiles*? vid. cap. 1. add. c. 7.

CCCCLIX.

axiles centum; ducit de *Cuchkeme* de (1.) ſiclo (1.) modios quinque; ducit etiam de *Calburne* de annona modios decem, daurastuuas quatuor. Cerviſiam facit, panem & wachatas. In horto facit agrum integrum. Eſt ibi ſcararius unus *Redoſus*, qui tenet manſum unum & dimidium, quem comparavimus à Rambaldo; ſolvit de lino libram unam, angariam integram, carradas tres, jugera duo, duas XV. noctes. Ducit axiles C. Eſt ibi ad Malenburne molendinum unum; eſt ibi camba una, quæ ſolvit modios C. & ſal vendunt & cætera.

§. 1. Cæſarius. Item notandum eſt, quod in curiis noſtris, ex hac parte *Kile* conſtitutis, etiam ubi decimæ ſunt feodatæ, miniſtri noſtri, id eſt, *Bemeſt* & *Budel*, decimas de feodis, quæ attinent iſtis officiis, ſibi retioebunt; & quibus *decimæ* ſunt *infeodatæ*, ab iis decimas exigere non debent, nec attentabunt.

VIII. De Sarensdorpht.

Sunt in *Sarensdorpht* manſa ſervilia XI. & dimidium. Eſt ibi manſum indominicatum unum. *Manifridus* habet manſum unum; ſolvit ſualem valentem ſolidos duos, de lino libram unam; angariam integram, pullos 5. ova 20. In alio anno porcum unum valentem denarios quatuor pro ligna, quæ appellantur *Wideglage*. Ducit de annona modios quinque; de ſpelta modios decem: de curte dominica ducit ad monaſterium de annona modios quinque; mundat in horto agrum unum & plantat; facit carvadas tres; unoquoque anno camſilem & ſarcilem dimidiam. Facit XV. noctes, claudit perticas tres, panem & cerviſiam & wactas facit, dauraſtuuas quinque. In adventu regis pullum unum, ova quinque. Ad monaſterium ducit axiles centum, ad fœnum vel in meſſem mancipia duo, in ebdomada unaquaque dies tres, jugera tria: in hoſtilicio boves duos & carrum dimidium. Ex his manſis ſunt ſex, & ſunt quinque, quæ non ſolvunt ſualem nec porcum. In alio anno aliud ſervitium faciunt, ſicut ſuperiores. Sunt ibi ſcararii ſeptem. Willeſridus habet manſum unum ſcararium; facit jugera duo, angarium 1. de lino libram I, XV. noctes; ducit axiles centum, in alio anno ducit ſcindalas 50. Ducit de annona ad monaſterium modios XV. facit unaquaque *die* (ſorte ebdomada) ad annonam colligendam diem unum. Ducit de fœno carradas decem, & ſecari facit corvadas duas, perticas quatuor. In adventu regis friskingam unam, & de farina modium unum. Eſt ibi molendinum 1. vinum & ſal vendunt. *Tedricus* habet manſum ſervilem, qui modo ſcaram facit. Erkengerus duos & dimidium, Luidolſus duos, Rodulſus dimidium, Welulſus unum, Geroldus dimidium. Hugibaldus nihil facit, qui ſcaram facere debuiſſet, ſicut Williſridus. Similiter Agilfridus & Erkengerus; nec non & Ludolſus duos boves debeot, & carrum in hoſtilicio.

IX. De Birensbure.

Sunt in *Birensbure* manſa V. facit unusquisque jugera duo, dies tres. Facit XV. noctes; ducit axiles L. pullos 3. ova XV. carvadas 3. paginas duas, dauraſtuuas V.

Nota. Hæredes dominorum Heinrici & Wilhelmi tenent apud *Burensbure* & *Mertenbach* linum, quod nobis ibi ſolvunt homines noſtri.

X. De Ettelendorpht.

Sunt in *Ettelenderpht* eccleſiæ duæ, unde debent parari caballi duo: una eccleſia ſita eſt juxta *Malbergh*, in monte, qui appellatur *Kileburhc*, & eſt bona matrix eccleſia. Alia ſita eſt in villa, quæ appellatur *Willesaeger*. Sunt ibi manſa quinque & dimidium. Ex his habet *Reingerus* nnum: ſolvit faculas L. ſcindalas, carradam unam; pulpullos quatuor, ova XX. Inter quinque bovem hoſtilicium unum; in alio anno porcellum unum, valentem denarios quatuor. In angaria ducit de vino carradam unam; & pro lignario carradam dimidiam; ducit de ſpelta ad monaſterium modios XV. Idem ſepem facit, claudit *glaves* III. de lino dat libram unam, corvadas 2. & tertiam ad fimum; jugera 3. Ducit ad monaſterium axiles C. In ebdomada operatur, quicquid præcipitur ei: facit in ſilvam ebdomadam I. ad porcos ſecundum ordinem ſuum. De glandibus modios V. Panem, & cerviſiam, & wactas faciunt.

N O T A.

(1.) *de Seigle*, ut Galli vocant. id eſt, ſecali.

CCCCLIX.

unt. In adventu regis pullum I, ova V. Illæ feminæ, quæ camſiles faciunt, colligunt linum, & trahunt de aqua, & parant. Ad fœnum & meſſem operarios duos, ad vindemiam I. *Cuſtu-*
(1.) *riam* (1.) faciunt ad cameram, porros plantant; paraſredum dant. Eſt ibi molendinum unum. Vinum & ſal vendunt; ſecundum ordinem ſuum moros
(2.) colligunt. Ad *Merreche* in *venna* (2.) & manſuarii & haiſtaldi operantur. Rabertus habet ad Munzevelt manſa VI, quæ ſimiliter ſerviunt, & ſolvunt, ſicut in Ettelendorpht.

§. 1. Cæſarius. Videtur nobis, quod
(3.) *comes Vienna* (3.) jus patronatus illius eccleſiæ teneat in ſeodo, quæ eccleſia ſita eſt in monte juxta *Malbergh*, qui appellatur *Kilbburgh*.

§. 2. *Faculæ.* Faculæ ſunt ligna arida, quæ vulgariter appellantur *Aſpen*.

§. 3. Sciendum eſt, quod quicunque de miniſterialibus inſeodatis eccleſiæ uxorem alienam duxerit, & de ea filios genuerit; quod dominus abbas de jure non teneatur illis ſeodum patris confetre. Quicunque enim miniſterialis hoc præſumſerit facere, ſciat, ſe erga eccleſiam non fideliter agere; & D. abbas, ſi voluerit, ſuper hoc eum poterit convenire, & pro tali delicto graviter punire. Sed ſi hoc procuratum fuerit, quod dominus tam uxoris quàm filiorum eos liberè dederit eccleſiæ; D. abbas cum eis piè & miſericorditer diſpenſare poterit. Præterea ſciendum eſt, ſi aliquis miniſterialis eccleſiæ obierit, & non filium, ſed filiam de familia eccleſiæ ſuperſtitem reliquerit; quod D. abbas de bona & pia conſuetudine poteſt eam de feodo patris ſui infeodare; & in omnibus propter
(4.) Deum cum ea miſericorditer (4.) debet agere, atque ei communiter ſubvenire.

§. 4. Cautus eſſe debet, quicunque placitum tenet in curiis cum ſcabinis & familia, ne ſtatim eis hoc, quod in libro iſto invenitur, proponatur: ſed diligenter quærantur ab iis jura eccleſiæ; quia nihil ex omni parte beatum. Aliqua forte neglecta ſunt ſcripta in libro hoc: ſicut in *Birensbure* nulla fit mentio de *angariis* & *tunnis*; & tamen ipſi utrumque operantur.

§. 5. Quærantur ab eis jura eccleſiæ diligenter, & ſuper hoc audiantur: & ſi tacent de aliquibus, quæ expreſſa ſunt in libro iſto, hoc eis prudenter proponatur; & ita magis ſibi timebunt. Nihil enim in ipſo textu ſcribere volumus, niſi quod in veteri libro ſcriptum legimus. Idcirco de angariis & tunnis mentionem in textu non ſacimus. Præterea nulla mentio fit in textu de curte dominica, nec de ſalica terra, neque de prato, vel de molendino; & ita, ut dictum eſt ſupra, iſta ſemper prudenter ſunt attendenda.

§. 6. Quando D. abbas pro neceſſitate eccleſiæ accedit ad curiam D. regis ſive imperatoris, vel ſi cum eo vadit Romam, vel in Lombardiam; vel ſi oportuerit eum de neceſſitate contra malefactores eccleſiæ ſe defendere, tenentur ei ad hoc ſemper tres manſi equum unum accommodare, vel ſicut poſſunt, eum debent redimere: qui
equus vulgariter appellatur (5.) *Her-* (5.)
pert. Et cum dom. abbas reverſus fuerit in pace, debet eum dominis ſuis reſtituere. Manſionarii etiam, ſi volunt, poſſunt mancipium cum equo deſtinare, qui eundem habeat procurare. Prædicti enim equi adhuc quolibet anno in ſuo ordine ſolvuntur *Vireke*, & pro quolibet equo dantur duo *ſolidi Colonienſes*.

XI. De Badenheim.

Sunt in *Badenheim* manſa V. & dimidium, quæ ſimiliter ſerviunt, ſicut ſuperiores; excepto, quod ſualem ſolvunt, valentem duos ſolidos. Similiter facit ille manſus, qui eſt in *Gangeindorpht*, omne ſervitium, ſicut ſuperiores.

XII. De Uversleite.

Sunt in *Uversleite* manſa octo, quæ ſimiliter ſerviunt & ſolvunt, ſicut illa in Badenheim. Eſt ibi terra indominicata, jugera 100. prata ad carradas XXX. ſilva ad porcos ſaginandos ducentos.

XIII. De Sefferne.

Sunt in *Sefferne* manſus ſex & dimidium, qui omne ſervitium faciunt, ſicut illi de *Badenheim*. Eſt ibi molendinum unum. Regimbettus habet in Badenheim manſa 4. & dimidium, quæ ſimiliter ſerviunt, ſicut ſuperiores.

§. 1.

N O T Æ.

(1.) *Coûture*, eſt actus nendi.
(2.) *Vennæ* ſunt loca paluſtria, paſcuis apta.
(3.) Hodie Comes de *Vianen*.
(4.) hoc eſt, quod vulgo dicunt: *Kremſtab ſchlieſſet die Tochter nicht aus.*
(5.) *Heer-Pferd*, equus ad exercitum.

CCCCLIX.

§. 1. Cæſarius. Curia de *Sefferne* & *Birensbure* & *Morlebahc* & *Niederprume* quolibet anno ad opus eccleſiæ tenentur novas tunicas facere.

XIV. De Wibe, juxta *Sefferne.*

Sunt in *Wibe* manſa tria, quæ omne ſervitium ſimiliter faciunt.

§. 1. Cæſarius. Sciendum eſt, quod abbas quolibet anno, ſi vult, ad ædificationem eccleſiæ calcis furnum poteſt facere: & ad hoc omnes curiæ circa Kilu tenentur eum juvare. Curia enim de *Denesbure* & *Hermansbanide* adducent palos, id eſt, quod vulgariter dictum *Steboben*, & perticas *Gerten* ad tunicam furni ſepiendam. Omnes aliæ curiæ de *Oslibe* adducent truncos laudabiles & magnos. Quilibet manſus adducet 4. truncos, quorum quilibet habebit pedes...... in longitudine, & duos & dimidium in groſſitudine & in latitudine. Curiæ autem aliæ, ſcilicet *Rumersheim*, *Sarensdorpht* & *Walmersheim*, adducent lapides calcis, quilibet manſus carratas XVI. Scire debetis, idcirco barbara nomina ſeu vocabula quandoque nos poſuiſſe in gloſſis, ut facilius poſſint intelligi, cum in textu reperiantur ipſius libri.

XV. De Hellenbubc.

Eſt in *Hellenbubc* manſus unus, quem tenet Erkenbertus, qui ante ſervile ſervitium faciebat, & modo ſcaram facit. In adventu regis friskingam unam; & de farina modium unum. Similiter omnes presbyteri & ſcararii facient.

§. 1. Cæſarius. Notandum eſt, quod liber præſens non ſolùm in loco iſto, ſed & in aliis ſæpius locis dicat de ſcarariis ſive miniſterialibus, necnon & eccleſiarum noſtrarum paſtoribus, qui magnam libertatem habere ſe dicunt, & ſatis parvum ſervitium de ſuis feodis ſe debere recognoſcunt. Et ſciendum eſt, quod D. abbas omnia ſolus non prævalet facere; idcirco omnes illi, qui ſacramento præſtito ei ſunt obligati, in omnibus neceſſitatibus ſuæ eccleſiæ fideliter ei debent aſſiſtere. Prô dolor! propter peccata populorum res verſa eſt in contrarium.

XVI. De alio *Wibe.*

Sunt etiam manſa XIV. quæ *Madalouinus* dedit, quæ omne ſervitium faciunt; excepto ſualem non ſolvunt, nec bovem hoſtilitium, nec ſaculas, nec ſcindalas, nec porcum in altero anno: ſed dat pullos 4. ova 12. De ſpelta modios VIII. & ducit ad monaſterium axiles 50. & inter III. ducunt ad monaſterium de vino carradam.

XVII. De tertio *Wibe.*

Sunt in alio *Wibe* III. Manſa, quæ ſimiliter ſolvunt, ſicuti iſta 14. quæ *Madalouinus* dedit.

XVIII. De Hoveſteden.

Eſt manſus in *Hoveſteden*, qui omnia ſerviet, ſicut Ettelendorph.

XIX. De Uulesheim.

Eſt manſus in *Uulesheim*, qui angariam non facit, nec ſcindulas, nec axiles; nec ſpeltam ducit ad monaſterium: dat pullos 2, ova 10, de lino libram unam. Dies facit & duas XV. noctes, (1.) ſicut alii, jugera 2, corvadas 2. (1.)

§. 1. Cæſarius. Hæ villæ omnes ſibi ſunt contiguæ & ſatis vicinæ.

XX. De Nantenheim.

Eſt manſus unus in *Nantenheim* vel Nanzenheim, qui ſolvit, ſicut in Ettelendorph; excepto porcum non dat in alio anno, nec bovem hoſtilicium, nec angariam, nec ſcindalas, nec axiles, nec ſpeltas. Solvit pullos 3, ova 20, facit jugera 1, corvadas 3, mancipium dat ſicut alii; XV. noctes, & dies ſuos facit.

XXI. De Baldensbart & Denesbure.

In *Baldensbart* & *Denesbure* ſunt manſus 5. Dies 3. unaquæque ebdomadas per totum annum & noctes XV. Una ebdomadas unam in Februar. aliam in Majo, jugerum 1. Linum dant illæ feminæ, quæ debitrices ſunt; aliæ camſiles faciunt.

XXII. Item de *Wibe* juxta *Malberbe.*

Sunt in *Wibe* ſcararii duo. Unus dat porcum in altero anno, altero non facit, id eſt, *Odacar*. Unus eſt in beneficio, facit unusquisque jugera duo, anagarias 2. XV. noctes. Glavem I. ducit ad fœnum, ad meſſem, vel ad vindemiam, mancipia duo. Eſt etiam *Denesbure* molendinum unum.

§. 1. Cæſarius. Dominus de *Brandenberch* tenet à nobis partem in *Gingendorff*, & partem in *Wummichen*, & partem in *Igelſcheit*; & ex iſtis ſunt multi infeodati ab eo, de quibus ipſe debet infeodari ab eccleſia.

XXIII. De Merxz, aliàs *de Merem*, & *Trimparden.*

Sunt in *Merxz* in ipſo miniſterio manſa ſedilia XLIV. & ibi terra indomini-

N O T A.

(1.) Quod Gallis ſunt quindecim noctes, id Germanis quatuordecim dies.

CCCCLIX.

minicata ad ſeminandum unoquoque anno modios DCC; modios parvos, non forenſes majores. Ex his ſupra dictis manſis habet *Occharius* unum. Solvit ſualem valentem denarios XXIV. pullos IV, ova XX, ſcindalas C. De vino ducit carradam I. & dimidiam pro lignis, faculas L. Ducit ad monaſterium de ſpelta modios XV. facit duas XV. noctes. Ad fœnum & ad annonam purgandam, & ad colligendam vindemiam cottidiè operarium ſive nuntium, mancipium 1. (NB. Cæſarius notat: quas modo appellamus vulgariter *Meiswerch*, *Sparkelwerbe*) in horto plantat agrum 1. Inter V. manſos in hoſtilicio bovem 1. & ſi bovem non dant, unusquisque dat denarios quatuor. Paraſredum dat; facit jugera tria, corvadas tres; uno die ducit fimum in agro, facit clauſuram in agro, perticas XII. facit in curte perticas duas; de lignis ducit carradam unam, ſi dominus abbas advenerit. Ducit ad monaſterium axiles C. In alio anno dat porcum valentem denarios IV. de lino libram unam. Cuſturam faciunt ad cameram. Hæ feminæ, quæ linum ſolvunt, panem & cerviſiam & wactas faciunt. In ſilva ad porcos ebdomada I. unusquisque ſecundum ordinem ſuum moras colligunt. Sunt ibi molendina duo, (unum in fluvio *Nimiza* in villa, quæ vocatur *Vereſtorph.*) unum in *Kila*, alterum in *Nimiza*. Ad *Merreche* in venna & *Manſurii* & *Haiſtaldi* operantur. Ratbertus tenet ex his manſis VII. Hildradus ad *Edensheim* manſa VIII. Sunt ad *Palcenne* manſa tria, & dimidium. Franco habet manſa duo & dimidium. Ad *Stedeheim* ſunt manſa octo. Sunt ibi ſcararil quatuor, qui tenent ex his manſis dictis VII, qui omnes ſervitium faciunt ſicut ſuperiores: excepto ſuales & pullos & ova non ſolvunt. Wactas, panem & cerviſiam non faciunt, ſed ſcaram pleniter faciunt.

XXIV. Summa de *Merxz*.

Sunt in *Merxz* manſa VII. in Stalle I. in *Bidebuhr* I. in *Eſzicha* III, in *Palcene* tria & dimidium. In *Stedesheim* VI. In *Berzelurgen* I. & dimidium, in *Dalheim* 3. in *Trimparden* manſus X. in *Dalem* I. in *Edensheim* VIII. qui ſimiliter ſerviunt, ut ſuperiores, ſicut dictum eſt ſupra.

§. 1. Cæſarius. Nobilis vir de *Malberbe*, qui etiam appellatur dominus de *Valkenberch*, tenet ab ecclesia bonam decimam de *Alve*. Dominus de *Sconeberbe* tenet ipſum caſtrum de ecclesia. Præterea tenet curiam caſtro ſatis vicinam, quæ *Ambelſceyt* vocatur. *A primis Eccleſiæ noſtræ fundatoribus, id eſt, Pippino* & *Karolo Magno* ejus filio, poſſeſſiones noſtræ eccleſiæ ac bona ab omnibus poteſtatibus ſecularibus ſunt exemta: quæ *poteſtates* vulgariter appellantur *Pelline*, *Graſcaf*, *Viltban*, *Cupelle*, *Nacſelide*, *Geritte*. (1.) Ita namque ſicut (1.)
ipſi allodia ſua liberè poſſederunt, ita eccleſiæ noſtræ ea per ſecula poſſidenda tradiderunt, & hoc ſuis privilegiis, ſicut patet, confirmaverunt, & omnibus ſuis ſucceſſoribus, ut nos in tali libertate conſervarent, per eadem privilegia demandaverunt. Super hoc vero plurimorum imperatorum ac regum confirmationes habemus, & Deo propitio tali libertate nos & homines noſtri per tempora ſutura gaudebimus. Credo, quod dominus comes Viennæ *Edensheim*, & *Palcene*, & *Stedelheym* teneat in ſeudo: cito quis poterit inveſtigare.

§. 2. Ex illa parte *Bideburbe* eſt ſylva ſatis bona & magna, quæ *Bidart* vocatur, & pertinet ad curiam noſtram de *Merxz*, quæ non modicum reddit annuum commodum. Omnes homines de *Bideburbe* quaſi vivunt de ea, & multum inde ſerviunt; & ſi benè ad eccleſiæ utilitatem cuſtoditur, iſta ſylva ferè *utilis eſſe poteſt nobis, ſicut tota curia.*

XXV. De Huttingen & de Merrenghe.

In *Huttingen* eſt manſus I. ſolvit ut cæteri. Sunt in *Merrenghe* manſi duo & dimidium, ubi reſident homines LIII. qui ſervitium faciunt, absque *Hadaboldo* & *Benzone*, qui habent curtiles duos, & faciunt (2.) picturas duas (2.)
(modo appellamus *picteren*) & trialas tres. Eſt ibi (3.) *broil*, ubi poſſunt colligi (3.)

N O T Æ.

(1.) Videntur hic per poteſtates intelligi onera vel jura *Graſcaf* erit jus Comitis; *Wiltban* jus foreſti An *Geritte* ad Gradum pertineat, inquirendum. In Cæſarii gloſſa ad præfationem, § 4. Hoſtilitium dicitur appellari *Natſelde*. De *Pelline* non habeo, quod dicam.

(2.) Laborant in certa vineæ menſurâ add. part. 2. pag. 322. Et mox, tit. de beneficiis.

(3.) *Broilum* locus depreſſus, humidus, paſcuus; Germanis olim *brül*. Hic aliquoties.

CCCCLIX.

ligi de fœno carradæ XX. Sunt ibi picturæ LVIII. plantati dominicati VIII.
(1.) & petioles, (1.) quas Adelbertus dedit. Ex ſupradictis manſis habet *Euribe* manſum unum integrum, & picturam unam. Solvit tonnam unam. (Cæſar. *Tunna*, de quibus hic mentio fit, non puto eſſe tunnas, per quas deducitur vinum; quædam autem vaſa magis ad vindemiam valdè neceſſaria, quæ ap-
(2.) pellantut *Buden*) (2.) *Gardos* tres : da-
(3.) raſtuuas (3.) (*Lovece*) quinque: ſaculas (*aſpen*) XII. pullos tres, ova XX. De vino modios (*emer*) quinque, (quinq; emet ſeu modii faciunt *omam*) ſcindalas C. palos C. perticas (virgas) CC. (*geren* ſeu
(4.) kembeln, quibus (4.) *venna* paratur, vel etiam fortes ſepes) In adventu regis pullum unum, ova V. angaria una inter quatuor. Faciunt panem & cerviſiam & wactas: in ebdomada dies tres omni tempore cum bove, vel manu, & dabitur eis panis. Faciunt carradas tres cum aratro, qui boves habent; qui non habet, trahit perticas, aut fodit in campo. *Haſtaldi* ſimiliter. Ad vineas ligandas centenam I, ad ſodiendum alteram; (centena communitas; communiter autem operabantut) ad colligendam tertiam cum carro ſimiliter ſuo: ad meſſem colligendam quartam. Colligit glandes ad modios V. navi-
(5.) gium facit. Facit pagines (5.) ſeptem, in venna I. in curtem IV. in vinea duo. Uxor illius ſolvit de vino modios X.

§. 1. Cæſarius. *Haſtaldi* vocantur manentes in villa, non tamen habentes hæreditatem de curia, niſi areas tantùm, & communionem in aquis & paſcuis.

§. 2. In *Merreche* aliàs *Merringhe* etiam non ſunt multi ſerviles manſi, vel terra, quæ arari poſſit. Sunt autem ibi *Pictiren* 58. qui manſi appellantur ibidem, ſed non ſunt veracitet manſi; *feoda* enim ſunt, quæ aliis in locis appellantut vulgò *Leyn*: quæ videlicet *Leyn* habent ſingulas areas. Aream appellamus *Hoveſtat*, & terras aliquas atabiles, & fortè aliqua prata: & tamen habent vineas in bona quantitate, quas tenent homines ibidem manentes &c. De vineis in *Merreghe* duas in feodo tenet D. Lambertus *Burgravius de Novo caſtro*; & comes *Vienna* tenet etiam ibi montem unum, ibi ſunt bonæ vineæ. Item *Canonici S. Mariæ* etiam tenent ibi vineas, & alii multi eccleſiæ miniſteriales. In Merriche nullus poteſt piſcari cum *Venna* vel rete, vel piſcatione, quæ *Boyl* appellatur.

§. 3. Tunnæ vulgò *Buden*, vaſa ad vindemiam apta. De feodis noſtris, quæ habemus in Arwilre, ſolvuntur etiam tunnæ, pro quibus ſolvit quodlibet feodum annuatim in vindemia 8. denarios Colonienſes, qui denarii vocantut *Vaspenninge*.

§. 4. *Gardi* ſunt inſtrumenta torcularis, quæ appellantur *pullen* & *dile*.

Moras, (6.) *brabiren* homines noſtri (6.)
tenentur colligere ad faciendum *moratum*, propter ſolennitates, & infirmos fratres, & magnos hoſpites. Prætetea ſciendum eſt, quod curia de *Alve* annuatim ſolvere debet quatuor ſextatios mellis; ſimiliter curia de *Sefferne*, & curia de *Morlebach* duas. Similiter curia de *Selribe* & *Olmeze*. Illud mel ſolvitur de inventionibus apum in ſylvis eccleſiæ, & de *melle* iſto conficitur *claretum*, ſimilitet propter ſolennitates & infirmos fratres. *Piper* autem, quod ad tale condimentum eſt neceſſarium, ſolvunt curiæ noſtræ de *Niderlanc*, quod ſuo in loco narrabimus. Species autem procurabit Cellerarius ftatrum &c. Motas colligit quartalem 1. Sinapum
(7.) *ſtaupum* 1, de porro poritto mun- (7.)
dat in horto agrum 1, de porto majore agrum 1. & dimidium. Linum debet colligete & componere, verveces lavare & tondere: in prato, & in meſſe, & in vindemia, & vit & uxor cottidie operari cum carro ſuo; Guntherus & uxor ejus ſimiliter; Abilon & ejus uxor ſimiliter; &c. & alii XXVI. viri cum ſuis uxoribus ſimiliter. Alii 29. ſolvunt, ſicut alii, minus modiis duobus, & *canaveras* non habent.

§. 1.

N O T Æ.

(1.) *Petiolæ* ſunt parva petia, petites, pieces, particulæ. adde mox tit. de beneficiis.

(2.) Hodie *Bütten*.

(3.) Cortices, vid ſup. ad præf. §. 5. an à *Lovete*, factum *Lobe*; unde coriarii, (qui corticibus utuntur) nobis hodie *Lohgerber*.

(4.) Venna nuper erat locus humidus; hic eſt textile aliquid, adhibitum credo ad piſcandum corbis genus. add. mox §. 2. add. ad c 33.

(5) *Pagines*, id eſt, terræ menſuras; *facit*, id eſt, parat.

(6.) Lege *brambeeren*, prope accedunt ad vera mora.

(7.) Stauf, ſtoop, ſtub, ſtübgen. eſt menſura liquidi.

CCCCLIX.

§. 1. Cæſarius. Quid ſit *Canavera*, ignoramus.

Sunt in monte manſi 3. ſolvit unusquisque pullos duos, ova decem. Hadelbaldus habet in monte manſum unum & Benzo unum. Suot ibi *Hai-*
(1.) *ſtaldi* ſeptem. *Matrini*, (1.) quod In ſilva ad XV. noctes faciunt. Centum palos dıcunt, qui boves habeot & qui non habent. Dabitur eis panis integer. Femina Cavelli ſolvit pullos 5, ova 25, & omnes ſeminæ ex progenie ejus.

§. 1. Cæſar. *Haiſtaldi* vocantur manentes in villa, non tamen habentes hereditatem decuriæ, niſi areas tantum & communionem in aquis & paſcuis. *Materiamen* ſunt l'gna, quæ nos vulga-
(2.) riter appellamus *cimber*. (2.) Quando enim neceſſe habemus vel torcularia, vel domos, vel alia ædificia de novo facere, homines ad hoe determinati quindecim noctes ibi debent operari.

De Beneficiis.

De eccleſia Rumersheim ſunt vineæ duæ, id eſt, *pictura* I. De eccleſia in ipſo *M:reghe* ſunt manſi tres. Unum tenet Willibertus, qui ſolvit pullos tres, ova XX; Luvetellus & Fulkerus tenent duos: ſolvit unusquisque pullos duos, ova X, facit dies tres. Sunt ibi vineæ, picturæ tres & dimidia, & petiolus. Hubertus presbyter habet curtilem I, & vineas ad modios XV. Maginfridus presbyter picturam unam, Rurgerus picturam unam, Adelræmus ad carradam unam, Franco ad carradam dimidiam, Rekerus ad modios X, Vulfroh ad carradam I, Rotbardus picturam 1, Humfridus ad carradas duas & triles 3, Ekileo & Etſridus picturas duas. Ad *Loyſſe* & ad *Merrighe petiol.* 1. Ello vineam 1, Nitcherus picturam dimid. deſertam, Egil picturam dimid. & ad *Loyſſe* manſum 1, & picturam 1, & Ricuvinus manſus 3. & picturas 3. & curtilem. Geroldus ad Longim picturas 3, ad eccleſiam de Budenesheim petiol. I. ad ſituias XII. Walerus picturam 1.

§. 1. Cæſarius. *Loyſſe* jacet juxta Merriche. Dominus *de Hayes* tenet ab eccleſia apud *Merreche* ultra Muſellam bonam decimam. Sciendum vero eſt, quod Salica terra noſtra apud Marreche ultra Moſellam liberè ooſtra eſt: & dominus de Hayes vel aliquis ſuorum decimam ibi requirere non attentabit, utrum nos eam ipſi colamus, vel eam hominibus colendam tradamus.

Qualis præbenda detur illis?

In angaria dentur unicuique panes 3, portiones duæ; gubernatori navis, ſi ad *Metis* navigat, panes 5. portiones 3. Operariis In navi unicuique panes quatuor & portiones 2. Ad *Chukeme* vel ad *Remeghe* panes duo & portio una. Si ad monaſterium pergit, panes duo. Si *Haiſtaldus* illuc pondus portat, panes tres: cum palos vel perticas reddit de ſuo, dentur unicuique panes tres & portio una. Ad centenam unicuique aratro panes 2. & dimid. ad quartarium cum pane & 4. vices bibere. Centena ad vindemiandum, nihil ei detur. Ad fœnum ſecandum, prius detur ei quartarium de pane, & aliquid ex carne & bibere; & poſtea panis 1. & portio 1, & quando fœnum ducit, panis 1. Fœminæ ad ſœnum panis dimidius. Ad meſſem ligandam ſimiliter. Extraneis panis integer. Fœminæ de Ipſa villa, quæ à nobis non habent, ibi reſidentes
in proprio loco (3.) (*:gen*) ſolvunt de (3.)
vino modios quinque: ſi propriolum non habent, nihil ſolvunt.

§. 1. Cæſarius. Antiquitus habemus curiam & reditus in *Cuichem* vel Guicheme, qui modo Infeodati ſunt, & tenent ab eccleſia hæredes *Theoderici* Wareboldi de *Arre*. Ad illam curiam antiquitùs deportabantur vinum & frumentum eccleſiæ, quæ ibi vendebantur; vel per angarias terræ ad nos deportabantur. Curiæ enim noſtræ de epiſcôpatu Wormatienſi angarias illuc navigio facere teoebantur.

§. 2. Sciendum eſt, quod *manſionarii*, qui tenent ſeoda noſtra, tenentur picturas illis ſeodis aſſignatas, bene & optimè colere, & in vindemia debent eas colligere, & ad calcatorium noſtrum deducere, & ibidem in noſtro torculari vinum elicere: & duas partes de vioo, quod inde provenit, debemus percipere: de tertia autem parte reſidua manſionarii cenſum noſtrum & præpoſitis noſtris jura ſua debent perſolvere; & ſi aliquid deſuerit eis, quod non poſſunt jura ſua plenè perſolvere, de vino aliarum vinearum ſuarum debent

NOTÆ.

(1.) Leg. materiam vel materiamen, ut mox.

(2.) Ligna parata ad ædificia, tigna, *Zimmer* appellamus. Hinc *zimmern*, fabricare, & faber lignarius *Zimmermann*.

(3.) *Eigen* Germanis eſt proprium ſeu allodiale.

CCCCLIX.

bent defectum illum implere: & ſi ſuperabundaverit de pictura prædicta, ſibi poſſunt reſervare. Si autem ipſi iſta & alia jura noſtra non fideliter peregerint, D. abbas, vel qui locum ejus tenet, feoda eorum usque ad condignam ſatisfactionem debet *abſare*, id eſt,
(1.) *vronen*. (1.) Triginta ſeoda attinent curiæ ſuperiori in *Merreche*: ſolvit unumquodque XV. modios vini in cenſu: & viginti ſeptem feoda attinent curiæ inferiori; ſolvit unumquodque tredecim modios. Quinque modii ſaciunt *amam*, quam appeilamus *Vron - ame*, & ſex amæ faciunt *carratam*, quam appellamus *Vron-vuder*.

Summa.

Sunt manſa duo & dimidium & 58. feoda 57. ſolvunt jura, quæ ſunt in ſumma, & unum feodum remanet miniſtro noſtro. Ex his ſolvunt XXX. de vino modios 450, qui faciunt carradas XV, & alii 27. modios 357, qui faciunt carradas XXI. & ſitulas XXI. Pullos 171, ova mille, centum XL. Scindalas 5000. & 700. palos totidem, perticas 11000. & 400. In angaria carradas 14, corvadas tres, centenas 4. glandium modios 282. Sinapum ſtaupos 57. Moras quartaies 57, qui faciunt modios XII. & dimidium.

XXV. De Sueyghe.

Sunt in *Sueyghe* manſa integra XV. ſolvit unusquisque ſualem valentem ſolidum unum, pullos 3, ova 15. Duraſtuuas quinque, faculas 50, palos in vinea 100, ſcindalas 100, ſynapum ſtaupum unum. De lino libram unam, aut camſilem facit; tres dies in ebdomada glandes colligunt. In vinea cottidiè cum bove, & operario, & mancipio. Si picturas facit, ſolvit de vino modios decem. In angaria dimidium carrum. In hoſtilicio bovem unum. Sunt ibi alia manſa quindecim & dimidium; ſolvit unusquisque tonnam unam, perticas 100, camſilem ſaciunt. Eſt ibi terra indominicata, manſus ſex. Eſt ibi eccleſia, ubi aſpicit terra jugera XV. vinea ad carradas tres.

De feodis miniſterialibus.

Isgaudus habet in beneficium picturas tres, Emerus unam, Hugibaldus unam, Franco I, Daguinus I, Ratbertus tres; ad quintam eſt vinea una. De centena pictura una.

Summa de villis circumjacentibus.

Centena de *Sueyghe* ſolvit de vino modios 30. cenſum, qui exit de ſylva. De *Isla* ſolvit avenæ modios XXX, pullos XXXII. De *Scaltteviler*e pullos XX. De *Centemer* in tertio anno pullos XV. De *Riveniche* ſaciunt corvadas, qui boves habent; & qui non habent, pecora. Et qui peculium vacuum habent in noſtra *waida*, id eſt, paſcuis, debent ſolvere pullum. De *Clutterche* unusquisque, qui carrum habet, ſolvit de vino modium unum. De *Turninghe* exeunt de vino modii XVI. *Faſcicularii*, qui ferunt pondera, unusquisque denarios duos. De *Antim*, qui carrum habet, ſolvit de vino mod. I. In *Sceltevillere* ſolvunt de vino modios VIII. De *Loyſſe* de vino modios 8. Sunt ibi manſa ſancti Petri 5, ſancti Paulini duo: ſolvit unusquisque pullum unum; in angaria inter totos boves ſeptem.

§. 1. Cæſarius. Manſos ſancti Petri (2.) in beneficio tenet *Dux de Limburgh* (2.)
à domino epiſcopo Trevirenſi; & nobilis vir *de Arle* advocatus tenet ipſos ab eo; & ſciendum eſt, quod & manſi S. Petri & S. Paulini faciunt nobis corvadas & alia *jura minuta*, quia habent communionem in paſcuis, aquis, nec non in terminis noſtris.

Summa de Sueyghe.

Sunt ibi manſa XV. Solvit unusquisque de vino modios X. quod ſunt modii CL. qui faciunt carradas quinque. Dant *ſuales XV*, aut ſolvunt ſedecim pullos, ova CCXXV. De lino libras XV, ſinapum ſtaupos XV, duraſtuuas LXXV, faculas DCCL, palos ad vineas MD. De glandibus modios LXXV; ducunt de vino ad monaſterium carradas VII. & dimidium. Scindalas MD. In hoſtilicio bovem unum. Sunt ibi alia manſa XV. & dimidium. Dant tunnas XV, ſolvunt camſiles XV. & dimidium; perticas MDL. Centena de *Sueyghe* ſolvit de vino modios XXX, cenſum, qui exit de ſylva. De *Isla* dant modios avenæ XXX, & pullos XXXII, De *Sceltteviler*e, de *Centemer*, de *Rivenihc*, de *Clutterche*, de *Turinghe*, de *Ancim*, de *Loyſſe*; & manſa S. Petri & S. Pau-

NOTÆ.

(1.) Indominicare, ſibi capere. Hinc ſupra *Manſi Abſi*, qui ipſi domino coluntur.

(2.) Id eſt, Eccleſiæ Trevirenſis Cathedralis, S. Petro dicatæ.

CCCCLIX.

Paulini, faciunt corvadas, & ſolvunt vinum, & denarios, & pullos, & angariam; ut dictum eſt ſupra. Summa integra, de vino VII. carradæ & modii duo.

XXVI. De Vurne vel *Furne.*

Sunt in *Vurne* manſa duo, quæ ſimiliter ſerviunt, & ſolvunt, ſicut in Suueghe. Sunt ibi picturæ.

§. 1. Cæſarius. Notandum eſt, quod *Vurne*, *Ettelwyde* & *Erinbach* ſunt infeudati de eccleſia noſtra.

XXVII. De Salmene.

Eſt in *Salmana* terra dominicata, manſus tres. Sunt ibi manſa VII. & dimidium. Solvunt ſuales VII. & dimid. pullos XXI, ova CXV, duraſtuuas XXXV, faculas; CCCL. ſcindalas. Carradas VII. & dimid. camſilem faciunt. Bovem hoſtilicium; glandium modios XXXV, palos 700. In adventu regis pullos 7. Sunt ibi in beneficium manſi V, qui ſimiliter ſerviunt & ſolvunt.

§. 1. Cæſarius. *Salmana* vel *Salmene* villa ſatis propinqua eſt fluvio, qui *Salmane* appellatur. Citò poterit inveſtigari; puto nunc vocari *Elcelrut.*

XXIIX. De Clutterche & *Trittenheim.*

Inter *Clutterche* & *Trittenheim* ſunt manſus XXIV. Ex his ſunt indominicati XVII. ſunt ibi picturæ XXI, & vineæ V, & ex his tenemus picturas XVII; aliæ ſunt datæ in beneficium.

XXIX. De alio Trittebeim.

Sunt etiam in alio *Trittenheim*, quam dedit *Albricus*, manſa XX. Ex his habet Hadeboldus I. ſolvit de vino modios.. .. & *Friskingam vervecinam* cum lana, valentem denarios XII. in uno anno; in altero anno denarios VIII, pullos III, ova XV; de lino clavas III, de lini ſemine bacinum I, duraſtuuas V. In angaria inter IV. carradam I. Haiſtaldus de vino modios V. Si in alia poteſtate manſum acceperit aut feminam, ſolvit denarios XII. &, *ſi femina forinſecum hominem acceperit*, ſolvit pullos 2, ova X, & clavas duas, & de lini ſemine bacinum I. Eſt in *Noviam* manſus I. qui ſimiliter ſervit.

§. 1. Cæſarius. *Clutterche* & *Trittenheim*, & item *Trittenheim* comes Viennæ tenet in feodo. Conſtat enim, *Comitem Viennæ* tertiam partem abbatiæ citra *Kyle* fluvium ab eccleſia in feodo poſſidere, ut duas partes nobis, & conventualibus eccleſiis, ac miniſterialibus noſtris retentas, ſicut fidelis noſter & nobilis homo, ab invaſoribus deberet, quantum in ipſo eſſet, defendere: ita tamen, quod ibidem nullam violentiam contra ſuum juramentum præſumeret inferre, & nihil ibidem præter ſervitium, quod ei à prædeceſſoribus noſtris indultum eſt, quod *Voyt-dineſt* (1.) appellatur; & tertiam partem placitorum ſive ſatisfactionum, debito modo ſecundum privilegia eccleſiæ deberet percipere; & non ſolùm nobis, ſed & toti familiæ eccleſiæ, à qua exaltatus eſt, dilectionem, & ut ita dicam, honorem exhibere, & in omnibus, ubi neceſſitas requireret, ſub alis ſuis refugium & fidele auxilium miniſtrare. Prædictus enim comes tenet ab eccleſia curiam de *Clutterche*, & curiam de *Trittenheim*, & item *Trittenheim*; curiam unam de *Sueyghe*; curiam de *Veis*, quæ ſita eſt ſuper Prumiam fluvium; curiam de *Trimparden*; curiam de *Mettendorff*; curiam de *Bure*, juxta Remeche; curiam de *Dalyden*, & magnam viciniam juxta *Daysbergh* caſtrum; quod etiam tenet à nobis curiam de *Manderſceyt*, juxta Vasvillere; curiam de *Didendorph*; jus *patronatus*, id eſt, duas partes decimæ eccleſiæ de *Kileburch*, juxta Malberch; curiam de *Oremunte*, ubi Kile oritur; villam unam juxta Lizendorph, quæ *Ovele* appellatur, medietatem curiæ de *Sconhoye*, juxta monaſterium. Inter monaſterium & *Arre* aliquas villas & magnam ſylvam. Præterea puto eum tenere juxta Arre bonam villam, quæ appellatur *Muckenſchidt*; attinet enim illi curiæ jus patronatus eccleſtæ ejusdem villæ, quam tenent ab eo hæredes domini *Wareboldi de Arre.* Deberet etiam tenere *Ludenacker* & *Pitersheim*, quæ ſitæ ex illa parte Moſæ, juxta Maſtricht. Tenet etiam jus patronatus eccleſiæ de *Baſtenache*, aliosque reditus noſtros ibidem cum decima. Sex etiam patronatus tenet eccleſiarum *Mettendorph*, *Veys*, *Daleyden*, *Kilenburch*, *Bure*, *Baſtenache.* Puto etiam jus patronatus eum tenere de eccleſia *Schonhoye* juxta monaſterium. Hæ etiam curiæ, quas ſupra deſcripſimus, amplos, & longos, & ſatis optimos habent terminos. Præterea tenet duas villas juxta *Dune* caſtrum, quas dominus de *Manderſceyt* & fratres ejus tenent ab eo: & præ-

NOTA.

(1.) Itaque Comes de *Viana* Eccleſiæ Prumienſis *Advocatus.*

CCCCLIX.

præterea tenet alia quàm plura, quæ modo non habeo in memoria.

XXX. De Glena.

In *Glene* ſunt manſa XLVI, terra dominicata ad modios trecentos; vinea ad carradas duas; broil unum. Ex dictis manſis ſolvit unusquisque unciam unam, pullos duos, ova decem. De ligno carradas X. Paraſredum dat duas XV. noctes. Ad meſſem purgandam mancipia duo, & ad colligendam; & ad fœnum ſimiliter. Jugera duo, corvadas quatuor; cerviſiam facit; panem non facit, nec wactas, nec clauſuram. Similiter faciunt quatuor manſa & dimidium. Alia autem manſa idem ſervitium faciunt, excepto, quod unciam non dant. Panem coquunt, & wactas faciunt; & clauſuram in curte, & in meſſe, & in vinea, ſeu in prato faciunt.

§. 1. Cæſarius. Villam *Glene* & *Odenbahc* juxta Lutereck, puto eſſe ſitas juxta fluvium Glana, easque, ut mihi videtur, in feudo tenet nobilis vir (de) *Numagen*, qui eſt homo eccleſiæ noſtræ.

XXXI. De Odenbach.

Eſt in *Odenbach* eccleſia una, ubi aſpicit de terra jornalia XV. Presbyter habet in beneficium manſa tria; ſolvit ſolidos decem. Eſt ibi terra dominicata ad ſeminandum modios LXXX. Sunt ibidem manſa Ledilia VI, ſolvit unusquisque pullos duos, ova X, duas XV. noctes; jugera tria; ad fœnum & annonam cottidiè mancipia duo. Ducit ligna carradas 5. Ducit inter duos de vino carradam unam. Sin autem, dat denarios ſeptem. Sunt ibi manſa ſervilia duo; ſolvit unusquisque pullos duos, ova X. ducit ligna, facit panem, & cerviſiam, & wactas. Aquam portat; ſcaram facit, & omnia opera ſervilia.

XXXII. De Wimesheim.

In *Wimesheim* eſt terra dominicata ad ſeminandum modios CXXX; inter ipſam villam & *Binge* vineæ ad carradas quatuor. Sunt ibi manſa XVI. Solvit unusquisque porcum valentem denarios quinque: pullum unum, ova decem, tres quindecim noctes. Cottidiè operatur in dominico. Menſuram facit in curtem corvadas duas. Si glandes defuerint, accipiet ad S. Martini porcos tres, & paſcit de ſuo usque in menſem Majum. Clauſuram facit in meſſem. Navigium facit. Si *Senior* (id eſt, abbas) advenerit, ligna ducit ad ſufficientiam: ceram ſimiliter. Panem & cerviſiam facit. Ducunt inter duos carradam unam de vino. Ad meſſem purgandam & colligendam, & ad fœnum mancipia duo; fœnum & annonam ducit. Ad vindemiam mancipium unum: parat de frumento modios duos. Femina ſua dat denarios X, camſilem aut ſarcilem facit, wactas facit & ſcaram. Ad porcos in ſylvam hebdomada una.

§. 1. Cæſarius. Comes *de Spanheim* tenere debet *Wimesheim* in feodo; jacet apud S. *Goarem*. Canonici noſtri recipiunt decimam in *Salica terra* ejusdem curiæ, & tenent eam ab eccleſia Prumienſi. Puto tamen, eam jacere inter *Binge* & fluvium *Na*, juxta caſtrum ejusdem comitis, quod appellatur *Becillenheim*.

XXXIII. De Remeghe.

Sunt in *Remeghe* manſa ſex & dimidium; ad *Herde* manſa V. ad *Beeghe* manſa duo, ad *Pfueſingen* manſus tres; & ibi Verimundus habet manſus duos: ad *Wimegringen* duo. Ex his habet major Engelmarus unum. *Vulvicho* habet ad *Remiſere* manſum unum, ad *Roderenaccere* unum, ad *Bridenes* manſus ſex & dimidium; ſunt in ſumma manſus XXIX. & dimidium. Illi de *Remeghe* & *Berghe* & *Pfueſingen* & *Wimegringen* & *Remiſere* faciunt unum ſervitium; ſualem unusquisque, aut unciam unam, de lino libram dimidiam; pro hoſtilicio denarios duos, pullos 3, ova 10, palos 10, palas 50, ſcindalas 100. Dat paraſredum ter in anno ad Virdinnum, ad *Prumiam* in *Salmſe*. Ducit de frumento modios quinque ad Prumiam, aut inter quatuor carradam de vino. Ducit pro lignario XV. carradas. De fimo facit perticas ſex, unam ad *vennam*, (Cæſar. Venna eſt inſtrumentum ſumtuoſum & ſatis utile, unde piſces capiuntur, quod appellamus *Veer* ſive *Steyle*) & quinque circa curtem. Ad natalem Domini ducit unusquisque de ligno carradam unam, facit XV. noctes.

§. 1. Cæſarius. Omnes villæ pertinentes ad curiam de *Remeche*, ibi ſunt vicinæ, excepta una, quæ vocatur *Wicringen*, (aliàs Wimringen) quæ ſatis propè Luzellenburch jacet. In eadem etiam debentur vobis cenſus aliqui & ferramenta aratri, quæ vocantur *Scar*. Inveſtigari citò poterit. Manſionarii noſtri de *Remeghe*, ſi eis præcipitur, tenentur *Metis* navigio ire, & inde ſal noſtrum in curiam noſtram de *Sueyghe* deducere.

CCCCLIX.

Piſcator aurem noſter, quem ibidem habemus, debet navem de ſuo feudo, quod inde tenet, gubernare; & ita, ut dictum eſt, liberi erunt de angaria, quam Prumiam debent cum frumento & vino ſacere. Cum autem ſal venerit *Sneyghe*, inde illud angariæ terræ iſtius in *ſalarium* noſtrum debent deducere. *Metis* etiam habere deberemus domum unam ſatis bonam ſuper fluvium *Sylle*, & aliquas etiam habere terras arabiles ibidem: quæ per ſtultitiam neglecta ſunt. In prædicta autem domo ſal noſtrum deberet poni, donec homines noſtri illud deportent.

De Bridenes.

Illi de *Bridenes* omne ſervitium faciunt, ſicut illi de *Remeghe*, excepto, quod in Majo pro hoſtilitio dant denarios X, & paraſredum non dant; coquunt, & wactant, & braciant. Sunt duo præterea manſus in *Herde*, qui omne ſervitium faciunt, ſicut illi de Remeghe, excepto, camſilem ſaciunt, & coquunt, & wactant, & braciant. Reliqui de Herde omne ſervitium ſaciunt, ſicut illi de Bredenes, excepto, quod camſiles ſaciunt, quod illi non ſaciunt; faciunt omnes jugera tria. Ad miſſam S. Remigii debent denarios V. Præterea, quia *feminæ fiſcalinæ* ſervos acceperunt, idcirco iſtos denarios ſolvunt. Linum colligunr, parant lectum in orto, poſſunt inde exire camſiles X. Eurardus habet dimidium manſum ad Bridenes.

§. 1. Cæſarius. *Feminæ fiſcalinæ*. Sciendum eſt, quod quæcunque feminæ eccleſiæ noſtræ proprios ſervos duxerint, & ex illis filios genuerint, quod illi filii omnibus diebus vitæ ſuæ ſervi permanebunt noſtri, qui vulgò vocantur *Hover-jungeren*; & ſi nobis placuerit, dabitur eis panis & veſtimentum; & omnibus diebus vitæ ſuæ in curiis noſtris permanebunt, vel cuſtodient pecora, vel juvabunt aratrum tam ipſi quam filii eorum. Et ſi volumus tali ſervitio carere, poſſumus ab eis redemtionem accipere.

De feodis Miniſterialibus.

Lutgardus habet in *Keingen* manſus XII. Johannes manſum I.

Summa de Remeghe & Bridenes.

Sunt manſi viginti novem & dimidium. Solvunt uncias 29. & dimidiam; pro hoſtilicio 5. uncias & 10. denarios; de lino libras dimidias 29, pullos 88, ova 295, ſcindalas duo millia & 900, palos 1450; ducunt modios centum IIIL. aut de vino carradas VII. ad Prumiam. Item *Summa*. Eſt in *Remeghe* terra indominicata ad modios 400. Prata ad carradas 50, ſylva ad porcos 500, de vineis ad carradas *XX*. Eſt ibi venna I, & ſarinarium unum.

§. 1. Cæſarius. Comes *de Lucellenborch* multas & amplas *advocatias* tenet de eccleſia. Præterea *Comes idem, qui & Dux appellatur de Limburch*, tenet villam unam, quæ *Ambele* appellatur, quam etiam pater ſuus in feodo tenebst; ipſum autem allodium non multum diſtat à Prumia; Bannum etiam apud *Remecbe*. Comes de Luzellenburch duas pattes tenet in *Muſella*, & tertia pars eſt noſtra. Si poſuerit ibi piſcatores & naves ſex, nos ponimus tres; & ſi habuerit quatuor, nos duos habemus Si autem ipſe contentus ſuerit piſcatoribus duobus, nos uno contenti erimus. Bannus quoque prædictus eſt utilis & bonus, & habet terminos ſatis extentos.

§. 2. Interrogavi quendam monachum de villis iſtis, qui ſuit de partibus illis; & ipſe mihi dixit, quod *Monzim* ſitum eſſet juxta *Metis*, & *Monzim de Metis* non diſtat tria milliaria.

XXXIV. De Lullingen.

Eſt in *Lullingen* manſum indominicatum, ubi ſeminari poſſunt unoquoque anno modii ducenti. Pratum ad carradas ducentas; ſylva ad ſaginandos porcos mille ſexaginta. Sunt ibi manſa novem, qui ſolvunt in totum in argento uncias ſeptem, & denarios XII, pullos XXXVIII, ova XC., ſcindalas DCCCC. Eſt ibi ſarinarium unum, & illi farinarii, qui in circuitu ſant, unusquisque ſacit dies V. Inter meſſem, & pratum, & corvadas.

XXXV. De Rivat.

Eſt in *Ruviata* ſive *Rivat* manſus dominicus, ubi aſpicit terra arabilis ad ſeminandum modios quadringentos; pratum ad carradas triginta, ſylva ad ſaginandos porcos trecentos. Sunt ibi manſa XII. qui ſolvunt in totum in argento uncias XVI, & denarios X. & octo. Camſiles tres; de lino libram dimidiam, pullos L, ova CCXX, ſcindalas MCC. Unusquisque caballum unum. Eſt ibi molendinum unum.

XXXVI. De Monzim.

Eſt in *Monzim* ſeu *Montiniaco* mons indominicatus, ubi poſſunt ſeminari inter autumnum & ver modii CCC. Eſt ibi ecelefia cum manſo dimidio. Eſt ibi molendinum unum, quod ſolvit per annum.

Digitized by Google

CCCCLIX.

annum modios XXX. Sunt ibi manſa XXI. Reſident homines intra ipſos manſos, qui ſervitium faciunt, qui pertinent ad *Monzim*, XXV. extra hos manſos, quos tenet *Bodo*; quinque & dimidium, ubi reſident homines decem. Inſuper ſunt manſi ſex, quos tenet Vrſio. Ipſi manentes per dimidios manſos, ſunt homines ſex; facit unusquisque in *Waym* (Wanno) *pertigatas*
(1.)(2.) (1.) integras: in *tramis*, (2.) (transmiſo) ſimiliter. Solvit unusquisque
(3.) pro *vermiculo* (3.) denarios ſex, pro prato denarios X, pro hoſtatico denarios XV.

XXXVII. Item in *Monzim* vel *Montiniaco.*

Eſt item in *Montiniaco* manſus indominicatus, ubi aſpiciunt manſa octo, fiſcales VI. & ſervilia duo. Ex quibus exit in cenſu in argento ad nativitatem Domini ſolidi decem, & in menſe Majo ſolidi XV, & ad miſſam ſancti Martini ſolidi ſex: & qui ipſa manſa tenent, faciunt pertigadas XVI. Ad miſſam ſancti Remigii corvadas duas; ſimiliter in Martio & in Junio. Solvunt pullos XLII, ova CXX, duas XV. noctes: ligna XII, & carradas XII, victuras XII. Eſt ibi eccleſia I, & molendinum I, ut ſupra dixi.

XXXIIX. De Muenru & Mvenrui.

De *Muenrui* manſa VI. & unus indominicatus, & eccleſia una in honore S. Pancratii, cum uno manſo integro. De ſupradictis manſis exit in cenſum in argento libra una. Ex his dimiſſi cauſa paupertatis ſolidi VI. Faciunt *pertigadas* VIII. ſicut ſuperius diximus, corvadam I, & picturam I; pullos XVIII, ova XL, & carradas VI.

XXXIX. De Bovelicurt.

In tertia villa, quæ dicitur *Bovelicurt*, ſunt manſa duo & dimidium: & unus indominicatus cum ſylva bona. Ex his manſis exeunt in cenſum ſolidi quatuor: faciunt pertigadas V, pullos XV, ova L.

XL. De Uvans & Holonzi.

In quarta villa, quæ vocatur *Uvans*, eſt manſus unus, qui ſolvit denarios viginti. De lino ſuſa *XX*. In quinta villa, quæ dicitur *Holonzi* vel *Halonzeias*, eſt manſus uous: ex ipſo exeunt ſolidi duo.

§. 1. Cæſarius. Curias illas, videlicet *Lullingen*, *Rivat*, *Montini*, & iterum *Montini*, & *Nienru*, & *Bovelicurt*, & *Uvans*, & *Holonzi*, puto ſitas eſſe in epiſcopatu Metenſi, in villa noſtra *Puzol*; cito inveſtigare poteritis: vel apud *Wibc*, ubi *patellas ſalis* habetis. Curiæ ſupra nominatæ non habent nomina Teutonica, ſed Gallica. Puto, nobilem virum Rubinum *de Haye* infeodatum eſſe de aliquibus villis iſtis, quæ ſitæ ſunt in epiſcopatu Metenſi. Præterea tenet ab eccleſia angaria, & mutones, & oves multas, & cenſus apud curtem de *Alve*, ſciendum eſt in *Wintespelt* & *in Selrich*.

XLI. De Wibc, quæ eſt in Epiſcopatu Metenſi.

Habemus de *Vico*, qui eſt in Salninſe, ocinas duas, id eſt, caſas duas, in qua ſunt *Inæ* tres, quæ vulgo nuncupantur *patellæ*. (4.) Exit de una *Ina* in (4.)
unoquoque menſe *Burduræ* (5.) XIII. (5.)
Ex his burduris accipit operator IV. major duas, ſi à magiſtro ei concedatur; & remanent ad opus ſenioria XVIII. De unaquaque *Ine* exeunt in ebdomade burduræ ſex, id eſt, cottidie una. Quærendum eſt à vicinis vel melioribus hominibus, ſi operator noſter fidelis non fuerit, ſicut ſæpè contingit. Ideo præcipimus inquirere, quando vel quantum burdura aſcenderit, vel deſcenderit, quæ aliquando conſtat denariis duobus tantùm; aliquando usque ad XVI. denarios, aliquando usque ad unciam pervenit. De Miſſatico, quod provenit per quatuor ebdomadas, reddunt *balcanis* rationem. In medio Aprili incipiunt *burdire*, usque intrante menſe Decembrio. Poſtca autem Ine dabitur in *Camlo*, ſi magiſter voluerit. Invenimus ibi fratres quatuor his nominibus: Ingellardus, Ermenardus, Adelardus, Teodaldus: & Gibui-

N O T Æ.

(1.) Petticata eſt terræ menſura apud Cangiacum.

(2.) An huc iuſra *tremenſis* a 45. tit. Lubin. Tremaſium Cangiacus interpretatur de reti contexto.

(3.) An eo, ex quo ruber color ad tingendum; unde Gallis *vermeil*.

(4.) *Salis*, ſcilicet. Hic *Salinariæ* rei vocabula aliquot diximus.

(5.) Germanis *bürden* ſunt onera. Itaque fortaſſe *burduræ* ſunt definiti ponderis onera. Ideo, ut ſequitur, in Aprili incipiunt *burdire*, id eſt, onerare, *laden*, *aufladen*.

CCCCLIX.

Gibuinum cum 4. filiis, & Folbertum. Solvit unusquiſque pro ſuo capite denarios V. Sunt ibi feminæ ſex; ſolvit unaquæque denarios VI. qui fiunt ſolidi tres. Adelardus tenet curtilem unam; inde debent exire denarii decem, & de vino ſextarii duo, & inter panem & carnem denariatæ duæ. Engilardus tenet *heralem* unam, id eſt, curtilem; ſolvit denarios quatuor. Ermenardus ſimiliter, Gibuinus ſimiliter; vidua una tenet heralem unam; ſolvit denarios 4. De peculiari exeunt denarii XIII; quæ ſunt inter tres inas, in unoquoque menſe denarii XLVIII. De *Manuida (paſcuis)* pro paſtu ſolidi 5. in menſe Majo. De una ina faculæ XLVIII, quæ ſunt inter tres inas CXLIV. Si faculas recipere noluerit Præpoſitus, tunc dabitur ei de unaquaque ina de ſale carrada una, de cyconia vel ſtadiva dominica, id eſt, locus, ubi ſtat, quando haurit aquam: quot inas procuraverit, tot ſolidos quinque per annum exigere debet. De tributo debent in anno exire denarii XI. de una ina, quod ſunt inter tres inas denarii XXXIII. De caula, id eſt, ſi tota hyeme ſal fieri permittitur, debent in medio Aprili de ſale exire de ina una modii centum, quod fiunt modii CCC.

XLII. De Fagit juxta *Puzol.*

Sunt in *Fagit* manſa integra XV. & dimidium: manſus indominicatus unus, ubi aſpicit de terra arabili jugera XIX. & jornales quinque, & vinea una. In Puzol vinea una; ad Elemcurt vinea 1. Sunt in ipſa villa ſedilia IX: ſolvit unusquisque denarios IV. qui faciunt ſolidos tres. Hildigerus habet manſum unum; facit jugera tria, corvadas tres, pullos tres, ova XV. Ducit ad Metis de ſale carradam unam, facit XV. noctes; tres dies in ebdomada non facit, ſed, quidquid ei præcipitur, operatur. Annonam & fœnum colligit, panem, & cerviſiam, & wachtas facit.

XLIII. De Puzol.

Eſt in *Puzol* manſus unus & facium unum. Eſt in *Morvilla* manſus dimidius, qui ſolvit ſolidos duos, & non facit aliud ſervitium. Eſt ad *Elemcurt* manſus unus. Omnes iſti ſerviunt, ſicut Hildigerus; excepto de Morvilla. Actio antiqua. Reddiderunt Albricus & Gerbertus de his ſupradictis manſis in *Pozul* facium unum, *Adaron* dimidium manſum, & vineam 1. ad Elemcurt, & manſum 1. & in Fagit manſum 1. & illas terras, quas cannavit Tungo cum Johanne, quas habuimus in *Tremer.* Dedit idem Gerbertus inam 1. cum ſedile in Wihc. Omnia iſta præſcripta, tempore *Faraberti* abbatis, reddidit Gerbertus coram Ludvino Præpoſito, & Raimbaldo advocato. Reddidit etiam mancipia quindecim. Fidejuſſores ejus extiterunt Tiedericus, Rainardus, Duraſt. Sunt in præfato *Fagit* de terra jornales V, quos tenent præbendarii. Sunt ibi mundiliones VII. quorum hæc ſunt nomina: Eulevertus, Willeram, Bernardus, Roulf, Fulcardus, Seibaldus, Waringus. Solvit unusquisque denarios quinque, qui faciunt denarios *XXXV.* Sunt ibi feminæ V. facit unaquæque in menſe diem unum; in pratum, alium. Eſt in *Wiveley* pratum indominicatum, jugera duo. Ad Cavellion tenent foreſtarii de noſtra terra jornales quinque.

XLIV. De Awans prope Leodium.

Sunt in *Awans* manſus XLIX. cum manſo indominicato. Solvit unusquisque pro paſto ſolidos duos; pro lino ſolidum unum, pro axilis & ſcindalis denarios quatuor, pro lignario denarios quinque; pro porco donativo denarios quatuor; de ordeo, aut de avena, vel de ſpelta, dat unquoque anno modios X, pullos 3, ova XV. Materiamen carradas duas. *Summa:* Sunt in Awans manſus 49; ſolvunt libras 9. & ſolidos XVI. Solvunt de annona modios CCCCLXXX, pullos CXLIV, ova DCCXX, materiamen carradas XLVI. Ex his manſis 49. unum tenet villicus, miniſter noſtri; alii ſinguli ſolvunt 4. ſolidos & 1. denarium.

De Luncin.

Sunt in *Luncin (Francinas)* manſi decem, qui ſimiliter ſerviunt & ſolvunt, ſicut in Awans.

Summa angariarum de monaſterio ad Prumiam. Ducunt de vino carradas nonaginta quatuor; de annona modios MMMCCL.

§. 1. Cæſarius. Summa angariarum iſtarum. In illis diebus adimplere tenebantur curiæ eccleſiæ ex illa parte *Kile* circa *Monaſterium*, & *Arwilere*, & *Arre*, & *Rembach*, & *Viterche*, & fines illò conſtitutæ, quæ modo dicuntur eſſe infeodatæ. Dico fidenter, & credo certiſſimè, quod nunquam omnes fuerint infeodatæ, ſed quaſi vi ab eccleſia abſtractæ, & per incuriam abbatum, quia amplos terminos habuerunt, neglectæ. Eccleſia enim Prumienſis adhuc modica illa, quæ poſſidet, reſpectu illo-

CCCCLIX.

illorum, quæ poſſidere deberet à fidelibus, imò ab infidelibus ſuis, cum ab ea maxima teneant feoda; non prævalet bona ſua quietè poſſidere, & prædam cottidianam de dentibus eorum eripere. Summam angariarum iſtarum infra copioſiorem invenies. Advocatiam curiæ *Awans* & curiæ *de Sina*, quæ ſita eſt ſuper Moſam, & *Rivin* & *Finpin*, *comes Namurcenſis* ab eccleſia in feodo debet tenere. Etiam non longè de Awans in Haſbania jacet quædam villa, quæ *Bearia* appellatur, quæ attinet cuſtodiæ Prumienſis eccleſiæ, quam quidam miles tenet minus juſtè.

XLV. De Vilancia.

Eſt in *Vilancia* manſus indominicatus. Aſpiciunt ad ipſum culturæ VII. Prima eſt in rotunda *Haſila*; ubi poſſunt ſeminari avenæ modii X: .... ſecunda dicitur *Merilonis*, ubi ſeminari poſſunt modii....... Tertia eſt ad *Hulſiz*, ubi ſeminari poſſunt avenæ modii CCCC. Quarta in loco *Albieg* vel *Albiegias* dicto, ubi ſeminari poſſunt modii CCCC. Quinta ſita eſt in loco vocato *Rennambarba*, ubi modii CCL. ſeminari poſſunt. Sexta eſt ſecus fontem *Saritla* vel *Scaitla* ad modios LX. Septima eſt in loco, qui vocatur *Ruchengas*, ad modios XXX. Pratum ad carradas centum. Sunt ibi molendina duo, quæ ſolvunt annonæ mixtæ modios XL. Bratſinæ tres, quæ reddunt avenæ modios trecentos; ſilvæ, ad porcos ſaginandos mille. Sunt ibi alii manſi ingenuales quadraginta ſeptem, ex quibus ſunt veſtiti....., & tres partes manſi, & ſubjacent in his locis.

§. I. Cæſarius. Nobilis vir *de Cuntz*, qui ibidem eſt advocatus apud *Vilanciam*, tenet ab eccleſia villam bonam infra terminos ejuſdem curiæ, quæ *Oſchanip* appellatur; & allodium illud habet jus patronatus eccleſiæ ejuſdem villæ, quæ terminos habet ſatis amplos.

De Lubin.

In villa *Lubin* habet Amulricus, Ramfridus, Folericus & Helpricus manſum unum: & ſolvent in menſe Decembrio inter illos porcos quatuor, aut denarios XX. Lini *fuſa* (id eſt, *ſpille*) LX. quæ libram unam habebunt in pondere. In menſe Auguſto pro carvadis porcellos IV. aut denarios ſedecim; pullos tres, ova XX, aut avenæ modios duos: faciunt XV. noctes; duas, ubicunque eis præcipitur; arant & fimant de illorum fimo jornalem dimidium ad hibernaticam ſationem ad ſigulum ſeminandum, ad *tremenſem* (1.) in Martio & Aprili, arant jornales quatuor. (1.) Ibi dabuntur eis quatuor panes, & de cereviſia ſextarii IV. Faciunt corvadas duas; ibi accipiunt panes quatuor, & de cereviſia ſextarios duos. Faciunt lignarium unum in longitudine pedum ſex, in altitudine ſtaturam unam, & in latitudine ſimiliter. Faciunt angariam in menſe Majo & Decembri. Si frumentum duxerint aut *ſigulum*, tunc ducit unaquæque carra modios XII; ſi avenam, modios XX. Facit omni hebdomada dies tres. Hoc autem ſcitote, quia in ipſa villa, ſi quatuor homines manſum unum tenent, ſolvunt ſuales quatuor per denarios *XX*; & in Majo ſi frumentum duxerint, modios XV; hoſtilitium quatuor per denarios XVII. pullos III. ova XX. troctas XX, aut avenæ modios II. linum, fuſas LX.

§. I. Cæſarius. Quid ſit *troctas* & *porcellos*, ignoramus. Scio tamen bene, quod *troctæ* (2.) non ſunt piſces. *Gallica nomina ſunt in curiis.* Cito inveſtigare poteritis. Vel dominus *Alardus de Urre* dicet vobis, quia ei etiam de Wampach in ſua curia ſolvuntur troctæ. (2.)

De Ulſi.

Arnulfus & Grimulfus tenent manſum dimidium; ſolvunt medietatem: ut *Amulricus, Anſierus & Hildefridus*, & *Vaſedellus* tenent dimidium manſum. Solvunt ſualem pro denariis XV. & in aliis medietatem, ut Amulricus.

De Fagi.

Auſtulfus Wenefridus manſum ſolvunt, ut Helfridus & Waltbertus. Iſtum dimidium quartarium, quem tenet Waleramnus, auxerunt & Warnarius & Luidvinus præpoſiti, jubente beato *Ansbaldo* abbate, pro quo dedit boves duos.

§. I. Cæſarius. Temporibus *Ansbaldi* abbatis pervolavit ſagitta de Francia in momento ſuper altare ſancti Salvatoris.

Recenſentur deinde coloni, qui colunt manſos in *Auſi*, in *Lizze*, in *Trancin*, in *Muczi*, in *Hogemunt*.

De feodis Miniſterialibus.

Amulbertus habet in beneficium man-

NOTÆ.

(1.) An huc, quod ſupra, in *tramis* C. 36.

(2.) Fortè Tractas. vid. Martini Lexicon v. tracta.

CCCCLIX.

manſos duos & jornales octo. Seihardus manſum unum & dimidium. Hatbertus presbyter manſus tres & capellam unam in *Trancin.*

Abſi homines, qui attinent curiæ.

Abſi homines ex noſtra familia, qui infra poteſtatem noſtram ſine manſis ſunt, ſolvit unusquisque annuatim *Friſkingam vervecinam*, pro hoſtilicio denarios quinque; corvadam unam per denarios IV. facit araturam jornalem dimidium. Omni ebdomada diem I. Si foris poteſtate noſtra ſunt, ſolvit unusquisque denarios XV. *Abſæ* feminæ ex noſtra familia, ſive infra poteſtatem noſtram ſint, ſive extraneæ, ſolvit unaquæque lini fuſa triginta. Homines extranei, qui infra noſtram poteſtatem reſident, ſolvit unusquisque de avena modium unum, pullum I, ova V; facit in aratura corvadam unam; vadit unum diem cum falce in prato ſecare. Ancillæ autem, quæ ibi ſunt, debet unaquæque ex dominico lino facere camſilem I. aut ſarcilem I. in longitudine cubitos XII. in latitudine duos. Quod ſi hoc non fecerint, ſolvit unaquæque de lino fuſa *XXX.*

Summa de Vilantia.

Eſt ibi terra dominicata, culturæ ſeptem, pratum ad carradas centum; ſylvæ ad ſaginandum porcos mille; *brat-*
(1.) *ſinæ* (1.) tres, quæ ſolvunt avenæ modios CCC. Sunt ibi manſi ingenuales XLVII. Solvit pro hoſtilitio uncias XLVII. & pro porcis in menſe Decembri uncias totidem. De lino libras XLVII. pro corvadis denarios DCCLII, pullos CLIV, ova DCCCCXL, Troctas DCCCCXL, avenæ modios DCCCCXL. Menſe Majo ducunt de frumento modios DCCV. Eſt ibi eccleſia una, quæ ſolvit libram unam.

§. I. Cæſarius. Iſtam ſummam ſolvere debent XLVII. manſi. Adhuc autem habemus multa alia jura ibi, de quibus mentio non fit in libro iſto. Omnes villæ ſupra deſcriptæ ſitæ ſunt in ipſo allodio de *Vilantia*, quod valde amplum eſt & magnum, ſicut in authentico legi poteſt. Eccleſiæ reddere deberet ſatis magnum ſervitium ſive tributum.

XLVI. De Malbunbreyt vel *Mabunpret.*

Eſt in *Malbunbreyt* manſus dominicatus cum caſa & cæteris ædificiis, terra arabili; culturæ XV. Prima eſt juxta fluvium *Urta*, ubi poſſunt ſeminari de avena modii LIV. Secunda eſt in *Waldopetias*, ubi poſſunt ſeminari in autumno modii LXXX. Tertia eſt *Mannonis* fontana, ad modios LIV. Quarta eſt in *Curtil* ad modios XXXV. Quinta eſt in *Vallis*, ubi poſſunt ſeminari modii L. Sexta eſt ad *Noville*, ubi ſeminantur modii XII. Septima eſt in *Logampret*: ibi ſeminantur modii ſex. Octava eſt ad *Heiſtras* ad modios XL. Nona ad *Bernerfront* fontana; ibi ſeminantur modii XXX. Decima ad *Godelarpret* pratum; ibi ſeminantur modii *XX.* Undecima ad *Amulrico Ladricio*; ibi ſeminantur modii LX. Duodecima ultra *Wambais*; ibi ſeminantur modii CX. Tertia decima ad *Materia*; ibi ſeminantur CV. modii. Quarta decima ad *Sugizin* ad modios XI. Quinta decima ad *Bedeleid*: ibi debuiſſent ſeminari modii centum. Eſt ibi pratum, ubi poſſunt colligi de fœno carradæ *XXX.* Sylva ad ſaginandum porcos *XXX*; & exit de ea cenſus XL. modiorum avenæ; item pulli XL. Sunt ibi molendina duo, quæ reddunt de annona mixta modios XL. brat.
(2.) mod. X. Eſt ibi molendinum deſertum; ſi reſtauratum fuerit, ſimiliter reddit. Eſt *braſina* una; ſi reſtaurata fuerit, debet ſolvere de avena modios L. Eſt ibi capella una, ubi reſpicit de terra quartaria tria. Sunt ibi manſa ſedecim. Haiſtolfus tenet manſum unum; ſolvit pro ſuali denarios XV. In Majo multonem unum cum lana, aut denarios XV; de lino fuſa XL. aut denarios VIII. *Friſkingam* porcinam I. aut denarios IV, pullos 3, ova XV, troctas X. aut avenæ modios duos. Arat jornales tres; in foreſtaria avenæ modium unum; à Kalendis Martii per totam ſationem arat omni ebdomada III. corvadas diem I. Accipit prævenda in omni corvada panes duos & cerviſiæ ſextarios duos; & ſi expiaverit in ipſa corvada, accipit panem I. & cerviſiæ ſextarium I. Facit angariam menſe Octobri cum bobus duobus, & carra ad Muſellam. Accipit panem I. & de vino *ſtaupos* duos. Menſe Novembri ducit ad Prumen de avena modios X. aut de ſiclo modios V, & accipit in prævenda panes duos, carnis portionem I, cerviſiæ ſtaupos tres. Menſe Februario

N O T A.

(1.) Domus, ubi cerevisia coquitur, braxatorium.

(2.) Bracis ſeu Maltæ, *Malz.* add. c. 47.

CCCCLIX.

rio facit dies XV. ubicunque ei præcipitur; accipit panes XII, cerviſiæ ſextarios IV. Menſe Majo ebdomada una accipit panes ſex, portiones ſex, cerviſiæ ſextaria duo; & ducit ad Prumen avenæ modios X, aut de ſiclo modios V. Reliquo tempore facit omni ebdomada dies tres; & quando in *broil* ſecat, accipit panem unum, carnis portionem unam, cerviſiæ ſextarium unum. Reliqua manſa ſerviunt ſimiliter.

De extraneis hominibus & feminis debent exire in argento ſolidi decem.

Summa *de Malbunbreyt*.

Eſt ibi dominicata terra, culturæ XV, pratum ad carradas XXX, ſilva ad porcos XXX, cenſus de ſylva in avena modii XL, pulli XL. Sunt ibi molendina duo; ſolvunt modios XL. Brax. mod. X. bratſina I. ad mod. L. Sunt ibi manſa XVI. Solvunt pro ſuale denarios CCXL, id eſt, ſolidos XX. Muttones XXXII. cum lana, aut denarios CCXL, id eſt, ſolidos XX. De lino fuſa DCXL. aut denarios CXXXVIII, porcellos XVI; LXIIII. pullos, ova CCXL, Troctas CLX. In foreſtaria de avena modios XVI. In angaria ducunt de vino carradas VIII; menſe Novembri avenæ modios CLX. aut de ſiclo mod. LXXX. corvadas III. Sunt etiam alia manſa ſervilia IV; ſolvunt pullos IV, ova XX, ducunt avenæ modios XX.

XLVII. De Tevenicbe Summa.

Eſt ibi terra indominicata, culturæ novem, in quibus ſeminari poſſunt modii ſexcenti de avena: pratum ad carradas centum. Molendina duo; ſolvunt modios XX. & de braz. (1.) modios quinque. Sunt ibi manſa XVII; ſolvunt ſuales XVII. aut uncias XVII. De lino fuſa DCLXXX. aut denarios CXXXVI. qui faciunt ſolidos XL. & denarios IV. Pro hoſtilitio de ſiclo modios XVII. Friskingas porcinas XII. aut denarios LXVIII. qui faciunt ſolidos V. & denarios octo. Pullos LI, ova CCLV, corvadas tres; in angaria corvadas octo. Ducunt de avena modios CLXX. Eſt ibi manſus unus, qui ſolvit denarios XII.

XLIIX. De Baſtenacke.

Eſt in *Baſtenacke* terra dominicata, pratum, ubi poteſt colligi de fœno ad carradas ſex. Eſt ibi eccleſia una, ubi aſpicit de terra jornales XIII. De decima, de annona & fœno duas partes recipit ſenior, id eſt, abbas; tertiam partem vero presbyter. Similiter de ſepultura & de cenſu regali. Si decima data fuerit de eadem villa Baſtenack, de cenſu colligit in menſe Decembri ſuales tres, per denarios XX. In menſe Majo hoſtilitia quatuor, pullos IX, ova XLI. Gerherus tenet ibi de terra arabili jornales XV. Solvit pullum unum, ova quinque. Arat in Martio jornalem I, & accipit panes tres &c. facit omni ebdomada dies tres.

XLIX. De Wardane.

Olgaudus pro jornalibus XV. facit ſimiliter; Adulfus & Tetgaudus ſimiliter. Sunt ibi manſi jornales XXX. Eſt ibi baſilica deſtructa à paganis, ubi aſpicit de terra jornales L; ipſam tenet presbyter. Bertulfus tenet *quartarium* unum, & ſervit ſimiliter. Liecardus quartarium I, & Walcardus I, & duo quartarii ſunt abſi.

L. De Longunviler.

In *Longunviler* eſt manſus indominicatus ſine ædificio; pratum, in quo colligitur de fœno ad carradas quinque. Sunt quatuor *quartarii*, manſus dimidius, abſa terra. Pratum, ubi colliguntur de fœno carradæ X. De terra cenſita debent exire denarii....

LI. De Noville.

In *Noville* eſt capella una. Decimam ibi accipit abbas de fœno, annona, cenſu regali; & de ſepulchris accipit presbyter tertiam partem. Si datus fuerit ipſe cenſus, colligit *ſontes* tres & medium unusquiſque per denarios XX, hoſtilicia VII. qui colligit ſolidos III. & medium; corvadas IIII. quæ colligunt denarios XVI. pullos X. cum ovis CL. De capitane denar. XV. de hoc nihil habemus. Albertus & Hariundus habent *quartale I*; ſerviunt, ut in Baſtenache. Eſt ibi manſus dimidius, abſus, qui nihil ſervit.

§. 1. Cæſarius. Jus patronatus eccleſiæ de Baſtenache, comes *Vienna* tenet ab eccleſia, ut puto; tenet etiam alia jura, quæ ibi habere deberemus. *Wardanc*, quæ ibi ſatis vicina eſt, ſi ipſe teneat, & *Longunviler* & *Noville*, ignoro; citò poteritis inveſtigare. Jus patronatus ejuſdem eccleſiæ tenet à comite nobilis vir de *Arlencurt*.

LII. De Bure.

Sunt in *Bure* manſi decem. Solvit unus-

N O T A.

(1.) Bracis, *Malz*.

CCCCLIX.

unusquisque ſualem unum, aut unciam unam; pro hoſtilicio denarios quinque, pro lino denarios XII, pullos tres, ova X. Inter tres ducunt ad Prumiam carradam unam de vino, aut de frumento modios XV, jugera duo, corvadas quatuor; duas XV. noctes.

§. 1. Cæſarius. *Bure* ſita eſt non longè de *Remeghe*. Comes etiam *Viennæ* tenet eam ab eccleſia, & infeodavit eam hominibus ſuis. Præterea tenet idem comes reditus XV. manſorum apud Remeghe, quos etiam infeodavit.

LIII. De Wambach.

Sunt in *Wampahc* manſi XIV. Solvit unusquisque ſualem unum, aut unciam I. hoſtilicium, denar. IV. aut de ſiclo modios duos, pullos duos, ova X. De lino libram I, troctas X. Faciunt jugera tria, corvadas IV. claudit perticas IV. in prato, vel in meſſe; panem & cerviſiam facit, & wactas. Colligit fœnum & annonam. In angaria carrum unum. Ducit in *Cubckeme* de ſiclo modios V. aut de avena modios X, duraſtuvas duas; glandium modios V. aut avenæ modios V.

§. 1. Cæſarius. *Wampahc* nobilis vir *de Mulberehe* tenet ab eccleſia, & etiam infeodavit eam. Præterea tenet & alia bona.

§. 2. *Bure* eſt bona curia, & jus patronatus eccleſiæ ejusdem villæ; quam villam cum ſuis appendiciis vir nobilis *de Vilesrupe* tenet à comite; ob parochiam vero ejusdem villæ tenentur adhuc annuatim Prumiam cum oblationibus, quas *Ovele* appellamus, venire, vel oblationes mittere; ſicut & noſtri homines de *Remeche*.

LIV. De Hunlar.

Sunt in *Hunlar* manſi XV, ſolvit unusquisque ſualem, valentem unciam unam. De lino libram unam, pro hoſtilicio denarios IV. aut duos modios de *Rogone*; (1.) pullos duos, ova XII. ſive ſit integer manſus, ſive dimidius; troctas X. quæ pro paſtu, qui dandus erat familiæ ex parte ſenioris, relictæ ſunt; angarias duas, unam de vino, alteram de annona; duas XV. noctes, tres dies in ſeptimana; ducit de ipſa curte modios X, facit jugera tria. Eſt ibi terra indominicata manſorum quatuor, prata ad carradas L. Eſt ibi camba I; debet modios centum, ſi duo brates dati fuerint.

§. 1. Cæſarius. Homines noſtri antiquo tempore de *Vilantia* & de *Malbunbreyt* & de *Tevenihc* deduxerunt frumenta noſtra de finibus illis apud *Hunlar*; & inde deduxerunt angariæ noſtræ circa Prumiam ſupra noſtrum granarium.

De Godingen.

Sunt in *Godingen* manſi tres, excepto terra indominicata, & broil I; ſimiliter ſolvunt & ſerviunt, ſicut illi de Hunlar.

Summa de *Hunlar*. Solvit ſuales XII, aut uncias XII, lini libras XII, pro hoſtilicio denarios XVIII, aut XXIV. modios de *Rogene*; pullos XXIV, ova centum quadraginta quatuor, duas angarias, duas XV. noctes; jugera XXXVI. Camba C. modios ſolvit, absque eo, quod venit de ipſa curte dominica, & de *Godingen*; ubi ſunt tres, qui ſolvunt, ſicut illi de *Hunlar*.

LV. De Iverneshein.

§. 1. Cæſarius. Nobilis vir de *Sleide* tenet ab eccleſiâ villam unam, quæ *Vulheim* appellatur, quæ non longè eſt ab ipſo caſtro. Nobilis vir de *Dollendorpht* tenet unam curiam, ſimiliter prope ipſum caſtrum *Dollendorff*. Comes de *Wiede* tenet quoddam feudum juxta *Keſslige* in villa, quæ *Staffele* appellatur. Præterea tenet homines aliquot ex alia parte Rheni in ſua cometia. Comes de *Are* tenet bonum allodium in *Menywelt* (Meyenvelt) quod *Haynbach* appellatur. Præterea tenet inter *Are* & *Nurberch* curtem unam, quæ *Dreyſſe* appellatur. Tenet etiam juxta *Landeskrone caſtrum regium*, jus patronatus unius eccleſiæ: puto, quod *Heimersheim* appellatur, ac alios reditus ibidem cum decima. Similiter puto, eum tenere medietatem curtis de *Boppingen*, quæ ſita eſt ſuper fluvium *Kile*. Multa eſſe poſſunt, quæ non occurrunt ad memoriam. Ex quo partem aliquam ſcitis, inveſtigate cætera. Sicut dixit quidam ſapiens: Dimidium, qui cœpit, habet.

Sunt in *Iverneshein* manſa XXVIII; ſolvunt quisque ſualem, valentem ſolidos duos; in alio anno porcum donativum, valentem denarios CVIII. Scindalos in alio anno ſolvunt univerſim bis mille & ſeptingentos. De lino libras ſimul dimidias XXVII. & totidem camſiles, pro hoſtilicio denarios CCLXXXII, pullos LXXXI, ova CCCCV; de fimo

NOTA.

(1.) *Roggen* vel *Rocken*, eſt ſecale.

CCCCLIX.

mè carradas CCLXX, jugera XLI; in autumno & verno tempore totidem; angarias ad Prumiam ad carradas XIII. & mediam. Parant de ſpelta modios CCCCV. Sunt ibi vineæ ad carradas XXX, ſylva ad porcos DC. pali ad vineam MMDCC. colliguntur ex manſis XXVII. prædictis, & ex terra indominicata, & ex manſo, qui jacet in *Hivernesheim* (vel Iverneshelm) inter Arnaſa & Triſpinich; & in *Ogeheresbuſen* & in *Wachendorff* manſis duobus. Si quis obierit, optimum, quod habuerit, ſeniori (abbati) datur; reliqua cum licentia ſenioris & magiſtri diſponit in ſuos.

§. 2. Cæſar. Hæ villæ omnes ſunt ibi ſatis vicinæ. Notandum eſt, quod, quandocunque aliquis, ſive vir ſive mulier, de familia eccleſiæ obierit absque hærede, quos nos appellamus vulgariter *Barleys*, (fortè *Varlsys*) quod domnus abbas ad opus ſuæ eccleſiæ omnia bona ſua debet confiſcare & ſibi colligere.

LVI. De Wingarden;

alibi *Umgarden* legitur malè.

§. 1. Cæſarius. *Wingarden* Canonici Monaſterienſes tenent ab eccleſia. Sunt in Wingarden manſus X. Solvit unusquisque in cenſu & in omni ſervitio, ut cæteri de *Ivernesheim*. Eſt ibi vinea ad carradas IX, prata ad carradas VI, ſylva ad porcos XX, molendina duo.

LVII. De Eykmeſceyt vel *Eichmeſceyt;*

ſitum eſt prope Monaſterium.

Invenimus in *Eichmesccit* manſa tria & dimidium, & jugera octo. Solvit unusquisque in omni ſervitio & cenſu, ut illi in Iverneshelm; boves in hoſtilicio, de quinque manſis bos unus.

LVIII. De Notine.

Invenimus in *Notine* manſus XVIII. & dimidium, & jugera VIII; ſolvunt & ſerviunt, ſicut illi de Iverneshcim. Ex his habet Erlcboldus in *Kelichsdorff* manſos tres, qui ſolvunt ſimiliter, ut illi de Notine, excepto porco donativo. Habet etiam in *Beſſich* manſus IV. & dimidium, cum eodem ſervitio. Eſt in *Wiere* mahſus unus; terra indominicata in *Kelichesdorph*, & in *Beſſich*, & in *Wiere*, ſunt jugera LVIII. prata ad carradas XXX, ſilva ad porcos CC; & in *Rothendorph*, jugera X, & curtilis una. Habet etiam in *Bare* manſos XII.

§. 1. Cæſarius. *Reyſſe comes Juliacenſis* tenet in feodo; & ab eo tenet nobilis vir de *Kerpene*. Nobilis vir domnus *de Blanckenheim* bona, quæ ſunt in *Wiere*, tenet in feodo, & ab eo etiam in feodo tenentur de aliis villis. Quæ ſequuntur, quis teneat, ignoro; inveſtigate!

De Beneficiis.

Focco habet in *Harlesheim* curtilem unam, & ad porcos 100. ſylvam, & in *Were* jugera novem, & in Holzheim jugera novem, & in *Wiere* manſus duos, & de ſilva ad porcos C. *Warnarius* habet in *Beſſyhc* manſum dimidium, & in *Cinesheym* manſus duos; ſolvit unusquisque de *Flavedesdorff* (forte *Fladesdorff* ſcribi debuit, ſupra *Flavedesdorff*) denarios IX. & carrum I; alia, ut illi de *Notine*. Summa angariarum illarum curiarum, quæ ſunt circa *Monaſterium*, & *Aram*, & fines illos. Ducunt ad *Prumiam* de vino ſeu de annona carradas CCL. ad novum *Monaſterium* ſimiliter carradas CCL.

LIX. De Honeſpolt.

Sunt in *Honespolt* manſi XXIV. In angaria carradæ XII. Solvit unusquisque in anno ſualem, valentem denarios XII; pro hoſtilicio denarios IV. Solvit libram lini, aut camſilem facit; pullos III, ova XV. Facit XV. noctes bis in anno, jugera tria, corvadas duas: wactas faciunt, angariam duo inter duos, lectum I. in orto. Clauſuram faciunt, coquunt panem & cerviſiam; ſcaram facit, colligit fœnum, & annonam, & vindemiam. Ex his habet Erlebaldus manſum unum, & presbyter I; facit idem ſervitium. Eſt ibi terra indominicata, jugera CXLVII, prata ad carradas XX, molendina duo.

§. 1. Cæſarius. *Honeſpolt* ſita eſt ad dimidium milliare juxta *Arre*. *Comes* etiam *Hoſtadienſis* tenet eam in feodo.

LX. De Effelesbure.

Sunt in *Effelesbure* manſi VIII. & dimidius; ſolvunt & ſerviunt, ſicut illi de *Honeſpolt*. Solvit unusquisque de fimo ſuo carradas V. Eſt ibi terra dominicata, jugera LIII. prata ad carradas X.

§. 1. Cæſarius. *Effelesbure* ſita eſt ſatis prope juxta *Are*, quam tenet nobilis vir de *Staleburch*, & ab eo tenet eam filius Theoderici Wareboldi de *Are*. Inveſtigate, cur ille de *Staleburch* non recipiat eam à vobis. Attinet etiam illi curiæ jus patronatus eccleſiæ ejusdem villæ.

LXI. De Buezinsvelt.

Sunt in *Buezinsvelt* manſi X; ſolvunt & ſerviunt, ut illi de Iverneshelm &c. Eſt ibi terra dominicata, jugera XXXI.

CCCCLIX.

vinea ad carradas IV. quam tenet *Frommuotb*; prata ad carradas XX, ſilvæ ad porcos XXX, molendinum unum.

§. 1. Cæſarius. *Buezinsvelt* jacet ante fores *Arre*, quam tenet *Comes Hoſtadienſis* in ſeodo.

LXII. De Keslige.

Invenimus in *Keslige* manſus XXI, in angaria carradas X. Solvit unusquisque pro ſuale denarios XII. camſiles facit aut ſolvit denar. XII; ſacit jugera III, corvadas duas, ſcindalas 100, angarias duas, unam de vino, & aliam de annona. Pro hoſtilicio denarios tres, pullos duos, ova X, bis XV. noctes: lectum unum in orto, clauſuram in curte & in campo. Colligit fœnum, & annonam, & vindemiam, wactas ſacit. Panem & cerviſiam faciunt, linum ſeminat, colligit & parat; & iterum accipit & camſilem ſacit. Eſt ibi terra dominicata, jugera CXX. prata ad carradas XX. Silva in communi ad porcos C. Foreſtum (Kammervorſt) in *Cramſceit* ad porcos CL. Pro lignario ducit carradas VIII. de fimo, de eurte dominica. Eſt vinea in *Degerana valle* ad carradas III, quam tenet Frommuod cum homine uno.

§. 1. Cæſarius. In *Keslighe* adhuc tenemus XVI. manſos. Quilibet illorum ſolvit in ſeſto S. Martini XL. denarios Colonienſes in cenſu, & ad natalem Chriſti duo maldera avenæ magnæ menſuræ, quæ appellatur *Wiſevene*. *Haiſtaldi* ibidem manentes ſolvunt X. maldera avenæ hujus magnæ menſuræ. Molendinum ſolvit XVI. maldera avenæ hujus magnæ menſuræ, ſine aliqua expenſa. Decima ſolvit XXXV. maldera magnæ menſuræ tritici, & ſiliginis, & ordei, vel XL. vel amplius. Præterea ſolvit LX. vel LXX. maldera avenæ, vel aliquando amplius, vel minus, ſicut eſt de decimis. In *Arwilre* ſunt quinque vineæ parvæ illuc attinentes, quæ coluntur ad medietatem: ubi proveniunt quinque vel ſex amæ vini, vel circa hoc. Silva, quæ *Camervorſt* appellatur, poteſt reddere circa XX. vel XXX. maldera ſiliginis, & ordei, & avenæ. Eſt ibi bona decima lini, & *minuta decima* de quatuor villis; de poledris, vitulis, agnis, hœdis, melle, porcellis, anſeribus & pullis. Homines illuc attinentes, qui appellantur *Hovet lude* alibi commorantes, ſolvunt de capitibus ſuis annuatim, vel circiter hoc, quæ infeodata eſt. Et ſciendum eſt, quod omnes homines, & manſionarii, & *capitales*, quando moriuntur, *cormedas* (1.) ſolvunt. Præterea ſunt ibi ſæpe placita veſtra, unde etiam jura proveniunt Datur etiam ibi aliquid de vino, de decima vinearum, quæ ibi ſunt. (1.)

LXIII. De Linde.

Invenimus in *Linde* manſus XXIV. ſolvit unusquisque ſualem, valentem denarios XX, pro hoſtilicio denarios VI. De lino libram unam, pullos duos, ova X, duas XV. noctes: angarias duas, jugera quatuor & dimidium, corvadas duas: ligna, carradas quinque. Coquit panem, facit cerviſiam, ſcaram facit; colligunt ſœnum, & annonam, & vindemiam. Clauſuram facit in curte & in meſſem. Wactas ſacit, in orto lectum unum; colligunt linum & parant. Terra dominicata, jugera XL. ſilva ad porcos XXX.

§. 1. Cœſar. *Liude* etiam diſtat ad dimidium milliaris de *Arre*, & tenet eam comes *Hoſtadenſis*.

LXIV. De Cruceberg, quæ jacet in pede montis de *Arre*.

Invenimus in *Cruceberg* manſos V. & dimidium. Solvit unusquisque ſualem, valentem denarios XX, pro hoſtilicio denarios XII, pro lino denarios VIII, pullos duos, ova X, duas XV. noctes. Jugera tria; panem ſacit & cerviſiam, corvadas duas. Wactas facit, clauſuram ſacit in curte & in campo. Scaram facit, colligit ſœnum, & annonam, & vindemiam. Angariam facit integram. Eſt ibi terra dominicata, jugera XXXV. prata ad carradas XV, vinea ad carradam unam.

LXV. De Witzſelle.

§. 1. Cæſar. *Wizſelle* jacet dimidio milliari de *Arre*, quam etiam tenet comes. Canonici Monaſterienſes patronatum habent eccleſiæ cum decima. Sunt in *Witzſelle* manſi XXXI. & dimidius. Solvit unusquisque ſualem, valentem denarios XII. pro hoſtilicio denarios IV, de lino libram unam, aut denarios XII, aut camſiles ſacit; pullos duos, ova X, duas XV. noctes. Facit angarias duas, unam de vino, alteram de annona: clauſuram ſacit in curte, in campo. Panem & cerviſiam ſacit, wactas ſacit; in orto lectum I. Ducit de lignis carradas V, colligit ſœnum

NOTA.

(1.) Vid. Cangiacum v. Curmedia.

num, & annonam, & vindemiam. Colligit linum, & parant; facit jugera tria, ſcaram facit. Ex ſupradictis manſis habet Ekibaldus manſus tres & jugera XI. & dimidium, & Radolfus habet manſum I. Eſt ibi terra dominicata jugerum CLXXXI. prata ad carradas C, ſilva ad porcos CCC, molendinum unum.

LXVI. De Arwilre.

Sunt in *Arwilre* manſi XXIX. Solvit unusquisqne pro lino denarios XII, pro hoſtilicio denarios VI, pullos duos, ova X, faculas V. tonnam unam, circulos XII. in horto lectum unum, duas XV. noctes. Ducit de fimo carradas XV. panem & cerviſiam facit, jugera duo; clauſuram facit ad curtem & in campo. In altero anno ſcindalas C, palos ad carradas duas; ſcaram facit cum pedibus, angariam unam, de vino ſitulam unam. Ex manſis ſupradictis ſunt in *Cregellinheim* manſa ſervilia V. Solvit unusquisque de vino ſitulas ſex, pro hoſtilicio, & lino, & fimo carradas V. faculas V, circulos XXXVI. In altero anno ſcindalas C; clauſuram facit in curte & in campo. In horto lectum I. panem & cerviſiam facit, & wactas facit, ſcaram cum pedibus, jugera tria.

§. 1. Cæſar. *Cregellinheim* eſt juxta *Synzeche*; neſcio, quis bona eccleſiæ ibidem teneat. Abbas Goffredus ſacras ædes facit in *Arwiler*. In Arwiler habemus modo tantum VII. feoda parva: quodlibet illorum ſolvit amam vini, & eolit picturam unam; ubi nos duas partes percipimus; & pro tunna ſolvit 8. denarios, qui appellantur *Vaspennegbe*. Præterea ſolvit, ut puto, duos denarios, qui appellantur *Herveſtret*. Præterea ſolvit duos denarios ad tectum domus reparandum. Solvit etiam *ſumbrinum* avenæ & pullum. Inter illa ſeptem feoda debent bene colere vineam ſalicam, quæ ſita eſt in monte juxta villam: Solvunt etiam fimum ad eandem vineam. Miniſter noſter ibidem, qui *Bomeſter* appellatur, tenetur de officio ſuo eandem vineam plantare, quod nos appellamus *proffen*. Præterea ſolvuntur ibi & cenſus alii de quibusdam vineis. Summam iſtorum denariorum recipit vindemiator, quem transmittit vinum noſtrum ibidem colligere, quæ ſumma aſcendit ad VII. ſolidos, vel circa hoc; qui denarii vel dabuntur pro vaſis, vel vobis reddentur. Villicus ſolvit de officio villicationis XV. amas vini, unde duæ carratæ ſunt infeodatæ; & tres amas reſiduas reddet nuncio, qui eo transmittitur. Omnia non poſſum habere in memoria. Quando illuc veneritis, iovestigate vos ipſi. Meliorem, quam potui, viam vobis præparavi. Denarios illos, qui *Herveſtret* appellantur, vult vindemiarius veſter pro ſuo jure habere; & alios denarios, qui pertinent ad tectum domus reficieodum, ille, qui moratur in domo. Tamen ſummam, quam ſcripſimus ſupra, id eſt, VII. ſolidos, vel circa hoc, vos habebitis, ut prædictum eſt.

Summa de Arwilre & Miniſterialibus.

§. 1. Cæſarius. Juxta *Arweiller* jacet bona curia, quæ continet vineas & agros optimos, quæ appellatur *Walpredeshoven*, quam tenet comes *Hoſtadienſis* ab eccleſia.

Ex his manſis habet Benno unum cum vinea ad carradas duas. In dominico vinea ad carradas VIII. Eſt in *Arwilre* terra domioicata, jugera L. vinea in *Willolfesdal* ad carradas XVI. In *Calenberch* & *Madenbach* ad carradas *XX*, picturæ ad carradas XXXII. Sunt in totum carradæ LXXVI. Ex manſis dominicatis habet Erleboldus I. cum vineis ad carradas VI. Wernarius manſos duos, cum vineis ad carradas VII. Farabertus manſus V. cum vineis ad carradas . . . . . Adalgerus habet vineam ad carradas duas. Amelgerus manſus duos cum vineis ad carradas VIII. Tegenardus manſus duos cum vineis ad carradas X. & ſitulas XXVIII. Liumundus vineam ad carradas V. Herimuodus manſum I. Amandus vineam ad carradam I. Hidulſus vineam ad ſitulas *XX*. Amalgerus ſolvit libram lini; facit jugera tria, facit ſcaram.

De Ara.

Invenimus in *Ara* ſilvas communes ad porcos CC. Eſt præterea manſus unus, quem tenet Benno & Geldradus, & ſolvunt ex eo libram unam lini; facit jugera ſex. Solvit Geldradus porcum, valentem denarios ſex, pullum I, ova VI, XV. noctes, ſcaram facit, panem & cerviſiam facit, clauſuram facit in curte & in campo, angariam facit. Eſt ibi vinea una in *Falaveja* ad ſitulas XV. quam tenet Radolfus.

LXVII. De Elſaffe.

§. 1. Cæſarius. *Elſaffe* ſita eſt juxta *Blankenberch* caſtrum *comitis Seynenſis* ex illa parte Rheni, quam tenet nobilis vir de *Oytingenbach* ab eccleſia. Sunt in Elſaffe manſus quinque; ſolvit unusquisque pro hoſtilicio denarios ſex, pullos duos, ova X. Camſilem facit, aut ſolvit

CCCCLIX.

vit denarios III. duas XV. noctes, ſcaram facit, colligit annonam & fœnnm; panem & cerviſiam facit, angariam unam ad *Bacheim*. Vigilat ad curtem dominicam. Ex his manſus unus ſolvit ſolidos quinque, & nullum aliud ſervitium facit. Eſt ibi terra dominicata, jugera XIX, prata ad carradas X, ſilva communis ad porcos DC. quæ in conteotionem eſt.

LXIIX. De Munichuſen.

§. 1. Cæſar. *Munichuſen* ſita eſt juxta *Rembabc*: tenet comes *Hoſtadienſis*.

Invenimus in *Muuichuſen* manſus V, ſolvit unusquisque pro ſuale denarios XX. pro hoſtilicio denarios VI. Camſiles facit, aut ſolvit denarios XII, pullos duos, ova X, jugera tria, corvadas II, duas XV. noctes; de ligno carradas V. panem, & cerviſiam, & wactas facit, ſcaram pedeſtrem, angarias duas; colligit fœnum, & annonam, & vindemiam, & linum, in orto lectum. Clauſuram in curte & in campo facit. Eſt ibi terra dominicata, jugera XL. ſilva ad porcos L.

LXIX. De Methenheim.

§. 1. Cæſar. Sita eſt ibi prope; neſcio, quis eam teneat. In *Methenheym* ſunt manſus duo; ſolvit unusquisque pro ſuale ſolidos duos, pro hoſtilicio denarios ſex, libram lini; aliud ſervitium, ſicut illi de Munichuſen. · Inter *Aldendorph* & *Adelesdorph* manſus unus; ſolvunt illi, qui manſum illum tenent, pro hoſtilicio & ſuale denarios XV. & libram lini, & in Majo arietem nnum; pullos dnos, ova X, & reliquum ſervitium. In *Wintre* eſt manſus dimidius cum eodem ſervitio; & inter *Wintre*, & *Uncnle*, & *Adelesdorph* habet Hubertus vineas ad carradas quinque; & in *Eckendorph* jugera IV. Hæc, quæ ſuperius deſcripta ſunt, in *Linde*, & *Munichuſeu*, & *Eckendorph*, & *Uncnle*, & *Wintre*, & *Aldeudorph*, & *Adelesdorph*, & *Witorghe*, tenet idem Hubertus in beneficio manſus XXIV. & dimidium.

§. 2. Cæſar. Hæ villæ ſitæ ſnnt ſupra Rhenum, vel ibi ſatis propè.

LXX. De Rethersdorff.

§. 1. Cæſar. *Retersdorff* eſt ſupra Rhenum juxta Drakenſels, (*Drakenviles*) quam tenet *Comes Cleveuſis* ab eccleſia. Tenet etiam apud *Worſt* juxta *Deveurre* decimam ejusdem curtis, quæ eſt ſatis opima. Præterea ſuper omnia bona noſtra, quæ habemus in epiſcopatu Trajectenſi, tenet advocatias, excepta Friſia. Sunt in *Retersdorff* manſus ſeptem. Ex his ſunt ultra Rhenum manſus IV. & ex hac ripa tres. Solvit unusquisque ultra Rhenum de vino ſitulas XXIV, pullos tres, ova X, circulos XXIV. faculas V, ſcindalas XXXXX, palos carradas quinque, de fimo carradas X; duas XV. noctes, *ſcaram* facit *cum nave* bis in anno ad S. Goarem, ſive ad *Dnsburch*. Sunt alii, qui ſolvunt unusquisque de vino ſitulas XII. cum ſervitio reliquo. Ex hac ripa eſt unus, qui ſolvit de vino ſitulas XXIV. *ſcaram cum pedibus*, in orto lectum I, wactas facit, panem & cerviſiam facit; colligit fœnum, & annonam, & vindemiam. Claudit in curte & in campo; jugera facit. Eſt ibi terra dominicata, jugera XXIV. Vineæ ad carradas XII. Sunt in *Wintre* vioeæ ad carradas duas. Ex ſupradictis manſis habet Ruopoldus unum, qui ſolvit ſitulas XXIV, vineas ad carradas IV.

LXXI. De Babcheim juxta *Gudensbergh.*

§. 1. Cæſar. Nobilis vir *de Blanckenheim* tenet iſtam curiam. Præterea tenet patronatum nnius eccleſiæ apud *Oldendorph* juxta *Rembach* cum aliis reditibus. Ibidem tenet etiam ſuper *Kilan* fluvium villas quasdam, id eſt, *Poppingen*, *Pellinheim*, *Vorſt*.

Invenimus In *Babcheim*; Othbertus manſa IX. & dimidium. Solvit unusquisque in anno pro hoſtilicio denarios XII, camſiles facit, ant ſolvit denarios VIII. Super annum alterum porcum unum, valentem denarios XII, pullos tres, ova X, ligna ad carradas V, XV. noctes ter in anno. Coquit panem & cerviſiam facit, jugera tria. Claudit in curte & in campo; angarias duas: vigilant ad curtem dominicam. Lectum I. io horto, corvadas duas, ſcaram facit. Colligit fœnum, & annonam, & vindemiam. Eſt ibi terra dominicata, jugera XLV, prata ad carradas V, vioeæ ad cartadas V, ſylva ad porcos XXX. Eſt ibi molendinum unum, quod ſolvit modios XXX. Habet presbyter in *Liezheim* manſum I. & in *Bacheim* jugera V; de terra & vinea ad carradas III. Brimfridus habet inter *Ratalis villam* & *Vilippe* jugera XV. & in *Arwilre* vineam ad ſitulas XIII.

LXXII. De Unckele. Eſt juxta *Retersdorff*, neſcio, an eam quoque teneat *Comes Cleve*.

Præſumtio.

Sunt in *Unckele* manſus ſex: ſolvit unusquisque de vino ſitulas VI, pullos

duos

CCCCLIX.

duos, ova X, circulos XII, faculas XII, jugera unum & dimidium. In orto lectum unum. Claudit in curte, ſcaram facit, cum nave ducit, de fimo carradas V. Ex his manſis habet Rotoldus unam, & Wernarius I. Wernarius habet vineas in *Unckele*, & in *Emzfelt*, & in *Milenheim*, & in *Dettendorph* ad carradas V. & ſitulas XX; & manſum I. tenet in *Mylenheim*, qui ſolvit ei ſolidos V. Ruotbaldus habet in *Mickele* vineam ad carradam unam & mediam. Remfridus Præpoſitus habet vineas ad carradas tres, & in *Badendorph* & *Godenbergh* ad carradam unam; Willibertus ad carradas tres, & in *Wintre* ad carradas V. Vothilarius habet vineas inter *Unkele*, & *Piſſenheim*, & *Wintre* picturas duas, ad carradas tres. *Balduibis* habet in *Wintre* ad carradam I. & in *Catzbach* ad carradas tres. Lambertus habet in *Unkele* vineam ad carradam I. Eſt in dominico tantum ad carradas IV. & in *Wintre* ad carradam I. Focco habet in *Remagen* & in *Belnere* manſum I. & in *Remagen* vineam ad carradam I; & ſolvit ille, qui manſum tenet, ſolidos IV. Eſt in *Liezheim* manſus unus, qui ſolvit ei, ſicut illi de *Bacheym*. Inter *Liezheim* & *Mylenheim* vineas ad carradas tres.

LXXIII. De Vilippe juxta *Gudensberg*, quam tenet comes *Hoſtadienſis*.

Sunt in *Vilippe* manſa XI ſervilia: ſolvit unusquisque pro ſuali unciam I. In altero anno *porcum donativum*, valentem denarios XII, pro hoſtilicio denarios XV, pullos tres, ova XV. Tres quindecim noctes, Camſilem facit, aut denarios ſolvit VII, jugera duo, corvadas duas, angarias duas; panem & cerviſiam facit, de fimo carradas V; claudit in curte & in campo, in horto lectos duos. Ex ſupradictis tenet presbyter manſos V. ſolvunt ei, ut ſupra, & ſerviunt. Eſt ibi terra dominicata, jugera XXXV. prata ad carradas VI. ſilva ad porcos CCC. De ſylva eadem habet presbyter ad porcos CL. Sunt ibi molendina duo; ſolvunt modios XL.

LXXIV. De Einclo.

Sunt in *Einclo* manſi XII: ſolvis unusquisque pro ſuali denarios XII, donativum porcum, valentem denarios IV, pro lino denarios VII, pro ligno denarios III, pullos III, ova XV, tres XV. noctes, jugera III, angar. I, corvadas II, ſcar. facit. Colligit annonam, in horto lectum I, claudit in curte & in campo; panem, & cerviſiam facit, & wactas. Eſt ibi terra dominicata, jugera LXXVI, ſylva ad porcos DC.

LXXV. De Vogelbergh.

§. 1. Cæſarius. Hæ villæ *Einclo* & *Vogelbergh* ſitæ ſunt ex illa parte Rheni juxta clauſtrum ordinis Ciſtercienſis, quod vocatur *Vetusmons*, ad dimidium milliare. Quis eas teneat, ignoro. Clauſtrum non longè diſtat à *Colonia*: ad illos enim pertinet jus patronatus unius eccleſiæ.

Sunt in *Vogelbergh* manſi XI; ſolvit unusquisque pro lino denarios VI, pro ſuali uno anno denarios XII, altero anno denarios IV, pullum I, ova V, ſcaram facit, jugera tria, corvadas duas, tres XV. noctes; claudit in curte & in campo, colligit annonam, angaria I. Qui hæc ſolvunt, ſunt manſus quinque. Alii ſex ſolvit unusquisque pro lino denarios tres; omni anno pro ſuali denarios quatuor, pullum I, ova V; aliud ſervitium, ut ſuperius. Eſt ibi terra dominicata, jugera LX. Exceptis his manſis, tenet presbyter manſum unum.

LXXVI. De Bachheim.

Sunt in *Babcheim* manſi XIV; ſolvit unusquisque pro lino denarios XII, aut camſilem facit. Ligna carradas V. pullos duos; ova X, jugera duo: panem & cerviſiam facit. Claudit in curte & in campo, wactas facit, colligit annonam & fœnum, corvadas duas, angariam unam, in orto lectum I. In ebdomada facit tres dies. Eſt ibi terra dominicata, jugera LXIIII, prata ad carradas XXX, ſylva ad porcos X. Molendinum I: ſolvit modios XXIIII.

§. 1. Cæſarius. Comes *Juliacenſis* tenet bonam decimam in iſta parochia in villa, quæ *Perne* appellatur. *Eppendorph* Arnoldus de *Gimmenich* aſſignavit D. abbati *Joffrido*, & monaſterio ſuo Prumenſi; XXX. jurnales: *XVI.* inter *Heide* & *Brademer* ex una parte, & *XIV.* ex altera; & aream ad domum faciendam juxta ſabricam Pro *XL.* marcis ab eodem abbate dicta area datur & ſolvitur; & in perpetuum in feodo tenenda Prumenſ.

LXXVII. De Juſtene.

Sunt in *Juſtene* manſus XXVI. ſolvit unusquisque in anno pro hoſtilicio denarios XII, pro lino denarios XII. In altero anno porcum donativum, valentem denarios XII, de ordeo modios VI, ligna carradas V, pullos III, ova *XV.* tres dies in ebdomada, jugera tria, corvadas IV, vervecem I. valentem

CCCCLIX.

tem denar. VIII. cum agno, ſi noſtram feminam habet. Claudit in curte & iu campo, angar. I. Inter duos axiles C; panem & cerviſiam facit. Ex his manſis habet presbyter tres. Sunt etiam ex his prædictis manſis ſervilia duo, quæ non ſolvunt, niſi linum & pullos. De ipſis ſupradictis manſis ſunt Abſa *X.* & *XII.* reſtant, quæ præ nimia paupertate non ſerviunt, neque ſolvunt. Eſt ibi terra dominicata, jugera *CCXX*, ſilva ad porcos C.

§. 1. Cæſarius. In partibus inferioribus habemus ſex curias integras, id eſt, *Juſtene*, *Luuthe*, *Kembabc*, *Keslige*, & *Vitriche*: numerantur pro una. Villicus Monaſterienſis tenet *Tundorph*, *Ivernesheim* & *Notinc*, quæ numerantur pro duabus. Quælibet iſtarum dabit fratribus ad Natalem Domini unum ſalmonem capitalem, vel ſolidos *X.* Colonienſes. Ad paſcha ſimiliter, & in feſto S. Jacobi, *quando dedicatio eſt eccleſia*, dabit eis *ſturionem*, vel ſolidos *X.* Colonienſes. Præterea dabit quilibet villicus ad quodlibet feſtum iſtorum octo denarios Colonienſes, pro *minuta juſtitia*, quæ pertinet ad *artocreas* fratrum, tam monachorum quam clericorum. Similiter ſolvet quælibet curia ad natalem Domini Cellerario fratrum ad eorum infirmatorium duos porcos ſaginatos ad opus fratrum infirmorum. Et ſcieudum eſt, quod per totam abbatiam ita eſt ab antiquo conſtitutum, quod, ubicunque vel ſalmoues, vel porci, vel angariæ, vel quicunque redditus poſiti ſuut ad redemtionis ſummam; quod in voluntate erit eccleſiæ vel ipſas res, ſive redemtionem in tempore recipere. Scire debet Cellerarius, quod curiæ præſatæ & ſalmoues, & ſturiones, & porcos ſuâ vecturâ & expeusâ ſibi debent imputare. Præterea tenetur quilibet villicus Dn. abbati quolibet anno duas marchas perſolvere, quæ marchæ appellantur *Natſelide*. Præterea ſolvet ei, ad quodlibet feſtum iſtorum trium, quatuor talenta piperis, & totidem talenta ceræ, & duas pelles de *corduano*, quæ *bucckesbude* appellantur, ut inde fiant *ſoculares* ſuis capellanis. Hæc eſt conſtitutio antiqua.

Summa.

Sunt ibi manſa XXIIII. ſolvunt pro hoſtilicio ſolidos XXII, porcos totidem donativos, aut ſolidos XXIV; de ordeo modios CXLIV, ligna ad carradas *CXX*, verveces *XXIV*, aut denarios *CXCII.* Sunt ibi manſa ſervilia duo, quæ non ſolvuut, niſi linum & pullos. Terra dominicata, jugera *CCXX*, prata ad carradas *XXX*, ſilva ad porcos C.

LXXIIX. De Gunnesdorpht.

§. 1. Cæſar. *Gunnesdorpht* tenet comes *de Seyne* de eccleſia, & eſt ſita ſatis propinqua *Linneche*. Prædictus comes Seynenſis tenet unam villam ſuper fluvium *Kila*, quæ *Curtle* appellatur. Sunt in Gunnesdorpht ſimiliter cum terra dominicata manſi VII. quæ adhuc ſunt abſa. Eſt in *Ertillenbach* manſum I. etiam *abſum*. Eſt in *Patern* molendinum uuum cum dimidio manſo. Et in *Linneghe* manſum dimidium *abſum*.

LXXIX. De Bale vel *Balibc.*

§. 1. Cæſarius. Similiter iſta etiam curia ibi in vicino ſita eſt. Quis eam teneat, neſcio. Scio tameu, quod comes *Juliacenſis* jus patronatus cum decima tenet unius villæ, quæ *Barme* appellatur, & eſt ſita juxta *Linniche*.

Sunt in *Balibc* (*Bala*) manſa ſex, ſimiliter cum terra dominicata. Sunt etiam in *Berhe* tria mauſa; & in *Obendorph* manſus I. & inter *Alma* & *Berhe* ſilva ad porcos CCC. Eſt ibi *Barme* I. cum tribus manſis, etiam *abſis*.

LXXX. De Betbure.

§. 1. Cæſarius. *Betbure* & *Hertene* etiam ſitæ ſuut ſatis prope ibidem. Neſcio, quis eas teneat; puto tamen, quod ſint in feodo comitis *Seynenſis*, quod ab eo tenet nobilis vir de *Milendunck*.

Sunt iu *Betbure* & in *Saſla* manſa XII. ſolvit unusquisque ſualem, valentem denar. XII; & in alio anno porcum donativum, valentem denar. IV. De lino libram I, pullos tres, ova XII, panem, & cerviſam, & wactas facit. Pro hoſtilicio denarios XII, tres dies in ebdomada, angarias ad *Aram* & *Aqnisgranum*; claudit iu curte & in campo. Ligna ad carradas 5, jugera 2, corvadas 2; in orto lectum I. de fimo carradas XII, ſcindalas C. Eſt ibi terra dominicata ad manſa XII. ſine illis, quæ deſcripta ſunt ſupra, ſilva ad porcos C.

§. 2. Cæſar. Nobilis vir de *Ramdenrode* infeodatus eſt de curia de *Linighe*, & de terminis, quos in vicinia illa habemus. Similiter dominus Conradus *van der Dicke*. Similiter & alter quidam nobilis homo de *Bremeit* comes etiam de *Molbahc* erat homo eccleſiæ; neſcio, ubi feodum illud jacet, quod ipſe tenuit. Puto tameu, quod tenet curias, quas ibidem ex antiquo eccleſia poſſedit; & puto, quod feodum ſuum bene reperietis. Conſtat enim mihi, eum fuiſſe hominem eccleſiæ. Ipſæ etenim

curiæ

CCCCLIX.

curiæ cum terminis ſuis ſatis expreſſe in libro hoc ſunt ſcriptæ.

LXXXI. De Hertene.

§. 1. Cæſarius. Hoc, quod præfatus ſum de *Betbure* & *Hertene*, hoc etiam dico de *Bundene* & *Ockerenburgh*.

Sunt in *Hertene* manſa XII; ſolvit unnsquisqne & ſervit, ſicut illi de *Betbure*, excepto, qnod pro hoſtilicio ſolvit denarios VI. & de lino ſuſa XL. Sed quod pejus eſt, nullus habitat in *Hertene*.

LXXXII. De Budende vel *Bundene*.

Sunt etiam in *Budende* manſi VIII. etiam ipſa inter *Betbure* & *Hertene*, nt ante dixi. Terra dominicata, manſi XII.

LXXXIII. De Okeninburghe vel *Ockeynburbe* (ſorte Okerrenburg.)

Sunt in *Okeninburbe* manſa X; ſolvit unusquisque libram unam lini, pullos 3, ova X, tres dies in ebdomada, panem & cerviſam facit. Claudir in curte & in campo. Jugera 3, prata ad carradas X. ſilva communis ad porcos M. Colligunt prædicti homines fœnum & annonam, & ducunt.

In *Betbure* ex manſis præſctiptis habet presbyter unum manſum & dimidiom. Sunr ex his manſa XV, qui ſolvunt *parafredos*. Sunt etiam manſa ſervilia 7, quæ ſolvunt pro lino denarius XII, & in Majo arietem I, valentem denarios VI; pullum I, ova V, jugerum I, corvadas 3 & aliud ſervitium, ſicut alii. Sunt in ſumma manſa XXXIIII. Ex ſupradictis tenet presbyter manſa IV. & ſervilia tria, & Hillibertus duo; & ſunt abſa IV. & X. Eſt ibi terra dominicata, *jugera L, quæ faciunt manſa V*, prara ad carradas C. Silva communis ſufficienter. Sunt ibi molendina duo, quæ ſolvunt modios LXX.

LXXXIV. De Linneghe.

Sunt in *Linneghe* manſi XXXVII. Solvit unusquisque pro ſuali denar. XII, pro hoſtilicio denarios XII, libram lini, aut denarios XII, pullos III, ova X, de ligno carradas V, duos dies in ebdomade; panem & cerviſam facit. Claudit in curte & in campo jugera duo, & jornales duos. Corvadas tres, angariam unam, in orto lectum I, colligunt fœnum & annonam.

LXXXV. De Langenacher.

§. 1. Cæſar. *Langenacher* non multum diſtat à *Kerpene* juxta Coloniam. *Canonici* etiam *Kerpenſes* emerunt eam, ut dicitnr, contra *militem*, qui eam tenuit ab eccleſia, qui vocabatur *Godefridus* *Colvo*, & erat natus *de Baſſenheim*, ut puto.

Sunt in *Langenacher* manſi 4. & dimidius. Ex his ſolvunt 3. Unusquisque ſualem, valentem denar. XIV, libram lini, pro hoſtilicio denarios XII, pullos V, ova XV, de ligno carradas XV. jugera 3, corvadas 2, duas XV. noctes, angar. I. panem & cerviſam facit. Claudit in curte & in campo, in orto lectum I. Alius manſus & dimidius ſolvit linum ſimiliter; pullos tres, ova X; aliud ſervitium, ut cæteri. Eſt ibi terra dominicata, jugera L, prata ad carradas XV. ſilva ad porcos C, molendinum I.

LXXXVI. De Jubggende vulgo *Jüggen.*

§. 1. Cæſar. *Jubggende* non longè diſtat de *Linnighe* in una vicinia, quæ appellatur *de Mule:* & tenet eam comes *Seynenſis*, & ab eo tenet eam nobilis vir de *Mulendunhe*.

Sunt in *Jubggende* manſi XV, ſolvit unusquisque in anno ſulidos III. & libram lini, pullos duos, ova *XX*, jugera *III*, tres *XV* noctes. Eſt ibi terra dominicata, jugera C, ſilva ad porcos. Claudit in curte & in campo, colligit annonam & fœnum.

LXXXVII. De Ludensheim.

§. 1. Cæſar. *Ludesheim* noo longè diſtat de *Tulpeto*, & tenent eam *Canonici S. Mariæ in Prumia.* Sunt in *Ludesheim* manſi 3. Solvit unusquisque de ordeo modios *VII.* & ſextarium (ſeeſter) unum, libram lini, aut denarios *XII*, pullos *III*, ova *X*; de ligno carradas V, duas *XV* noctes, tres dies in ebdomada; panem & cerviſam facit, jugera 3, corvadas 2, angarias 2; claudit in curte & in campo, wactas facit. Eſt ibi unus manſus, qui ſolvit tantùm ſolidos tres, ſcaram facit, lectum I. in orto. Eſt ibi terra dominicata, jugera *XL.* prata ad carradas *VIII*, molendinum unum.

LXXXVIII. De Kerpene.

§. 1. Cæſar. *Kerpene* ſita eſt juxta Coloniam ad duo milliaria, ubi habitant canonici; & bona veſtra ibidem tener comes *Hoſtadienſis*, & ab eo tenent heredes Garſilii *militis*, qui erat miniſterialis eccleſiæ.

Eſt in *Kerpene* manſus unus & jugera XII. Manſus ſolvit ſolidos V. Baldricua habet in *Kerpene* manſum I. & jugera *XI*; Farambertus habet in *Horeym* manſus 3. Solvit unusquisque libram lini, pro ſuale denarios *XV*, pro hoſtilicio denarios *IX*, pullos 3, ova *X*, jugerum facit

CCCCLIX.

eſt & corvadas, tres dies in ebdomada. Claudir in curre & in campo, wactas facit in dominico. Eſt ibi terra dominicata, jugera *XXX*, prata ad carradas *XX*, ſilva ad porcos C.

LXXXIX. De Witesheim, Wizersheim, *Vizersheim.*

§. 1. Cæſar. *Wizersheim* non longè diſtar à Kerpene, quam tenent *Canonici Monaſterienſes.* Comes Juliacenſis tenet advocatiam.

Sunt in *Wizersheim* manſi *VII*: ſolvit unusquisque & ſervit, ſicut illi de *Reynbach.* Eſt ibi rerra dominicara, jugera *LXX*, prata ad carradas *XX.*

§. 2. Cæſ. Sciendum eſt, dominum *Gerbardum* bonæ memoriæ abbatem temporibus domini *Henrici* Imperatoris & D. *Adelphi* archiepiſcopi Colonienſis, quoddam allodium ac firmitatem, quæ *Kente* appellatur, ſitum ſuper fluvium *Arſafa* (forte Arnafæ) non longè de Colonia, pro magna pecuniæ ſumma emiſſe, atque illud dilecto ac fideli ſuo H. comiti de *Seyne* in augmentum feudi ſui conceſſiſſe. Præterea ſciendum eſt, eundem abbatem illuſtri viro *H. Duci de Limburg* allodium quoddam, quod *Ambele* appellatur, item pro magna ſumma pecuniæ emiſſe, & præfato duci & ſuis hæredibus idem allodium in feodum contuliſſe. Nec illnd oblivioni tradendum eſt, quod cum *advocatia S. Goaris* cum ſuis appendiciis, mortuis hæredibus, literá ad ſæpe dictum abbatem perveniſſet, & ipſe cum tali feodo ſuam voluntatem de jure facere potuiſſet; quod conventio talis inter eum & comites de *Caſſenelbogen* & *Hoynſten* facta fuit, quod ipſi el & eccleſiæ Prumienſi allodium eorum, quod *Kumklenbach* appellatur, cum ſuis appendiciis coram multis teſtibus tradlderunt; & ſic advocatiam S. Goaris cum ſuis appendiciis, arque præſatum allodium *Kumkelenbach*, in feodum perceperunt.

XC. De Encene vel *Enſene.*

§. 1. Cæſ. *Enſene* ſita eſt juxta *Jercene* prope *Tulpetum*, & tenet eam abbas *Sibergenſis.* Quomodo eccleſia illa bona veſtra poſſideat, ſclo in parte; ſuo tempore vobis narrabimus.

Sunt in *Encene* manentes novem. Solvit nnusquisqne pro lino denarios *VI*, pullos *II*, ova *X*; facit jugera tria, claudit in curte & in campo. Angarias duas ſolvit, de fimo carradas *V.* Colligit annonam, & fœnum, & vindemiam. Panem & cereviſiam facit. Terra dominicata in *Encene*, in *Langenderpht*, in *Arwilre*, in *Civirnibc*, in *Gedesdorph*, jugera *XXXVIII. XV.* noctes facit in anno. In horto facit lectum I. Balduicus habet in *Sruirnibc* (Civirnihc) manſus 2.

XCI. De Sconoube (*Sconoviſe* alibi ſcribitur,)

§. 1. Cæſar. *Sconoube* ſita eſt non longè à monaſterio, quam tenent comires *Viennenſes* & *Juliacenſes.* Attinet etiam eidem curiæ jus patronarns eccleſiæ ejusdem villæ, quod tenent prædicti comites, vel alter eorum pariter cum decima.

Sunt in *Sconoube* manſa tria & jugera novem. Solvit unnsquisque ſualem, valentem denarios *XII*, facit camſilem. Pro hoſtilicio denar. 3, pullos 2, ova *VIII.* Facit jugerum *I*, corvadas 2, ſecant fœnum & colligunt. Ad annonam quotidiè mancipium I; panem & cerviſam facit, ſcaram ſimiliter, ut illi de *Ivernesheim*, linum, duas *XV.* noctes. Angaria de *Ara* ad novum monaſterium, & de *novo Monaſterie* ad Prumiam. Excutiunt annonam, in orto faciunt lectum unum.

XCII. De Malberbc.

§. 1. Cæſar. *Malberch* eſt ibi ſatis prope, quam tenet comes *Juliacenſis*, & nobilis vir *Velceldus* de *Burc* tenet eam ab eo.

Invenimus in *Malberbc* manſos *IV.* & dimidium. Solvit unnsquisque de dimidio manſu pullos duos, ova *X*, denarios *VI*; aur facit cambſilem medinm. Facit jugera duo, corvadas duas, angarias, ut illi de *Sconoube*, & ſcaram. Terra dominicata, jugera *LXXIX*, prata ad carradas *VIII*, ſilva ad porcos 300. De prædictis manſis tenet Hardridus manſnm *I*, qui ſervit, ut ſnpra.

XCIII. De Rodenre, alibl *Rodeme.*

§. 1. Cæſar. *Rodenre* dominus de *Blanckenheim* tenet, quæ non longè ſita eſt de *Stenvelt.*

Sunr in *Rodenre* manſns *V*, & ſerviunt, ſicur illi de *Notine* & *Iversheim.* Solvic unusquisque pullos 2, ova *X.* Terra dominicata, jugera *V. Sarcum* (novale) ubi ſunt jugera *VI.* & dimidium. Silva ad porcos *XXX*, prara ad carradas *VIII.*

XCIV. De Rore.

Similiter tenct *Rore.* Sunt in *Rore* manſus *IX.* & dimidius, & ſerviunr, ſicur illi de *Iversheim.* Prata ibi ſunt ad carradas *XXX*, ſilva ad porcos CC.

XCV. De Vitergbe.

§. 1. Cæſ. Conſtat etiam, *conventum Monaſterienſem* ab eccleſia Prumienſi à

primis

CCCCLIX.

primis fundamentis fundatum eſſe, & eundem conventum à nobis octo matrices eccleſias pariter cum decimis poſſidere, quarum eccleſia in *Rembahc* eſt una. Præterea tenent à nobis bona alia plurima. Unde ejusdem conventûs canonici domino abbati atque eecleſiæ Prumienſi ſubjecti eſſe debent, & capellani; & non ſolùm *Monaſterienſes*, verum etiam canonici *S. Goaris* atque Prumienſes.

Sunt in *Viterghe* manſus XXXVI. Ex his manſis habet Walbertus unum. Solvit in altero anno denarios XII, porcum donativum pro denariis VI. Facit jugera 3, ſcaram facit, pullos 3, ova XV. Ex his habet Erleboldus manſus duos, & ſolvit ſolidos duos. In altero anno porcum donativum, valentem denarius XII. Jugerum facit & ſcaram, & pullos, & ova. Adalbaldus habet manſum unum, qui ſervit, & ſolvit, ut Walbertus. Rodowicus habet manſus ſerviles V; ſolvit unusquisque denarios *XII*, pullos tres, ova *XV*, tres dies in ebdomada; jugerum facit, panem & cervifam facit, ſolvit ſcindalas C. Sunt manſus *XI*, qui ſolvunt unusquisque ad miſſam S. Martini denarios *VI*, ad natalem Domini denarios *XII*, duas *XV* noctes, pullos 3, ova *XV*, angarias duas; panem & cerviſam facit, & ſcaram facit, jugera 3. Claudit in curte & in campo, wactas facit. Colligit annonam & fœnum. Sunt alia manſa *VII*. cum eodem ſervitio & cenſu, ſed ſcaram non faciunt. Benno manſum *I*, Baluicus manſum *I*, Hubertus manſum *I*, Wernarius medium. Roodowihc habet jugera *LXXIII*. Eſt ibi terra dominicata, jugera *CXII*, prata ad carradas *XXX*, ſilva ad porcos CCC. Molendina 2. Unum ſolvit modios *XXX*. Sunt in *Burvenich* jugera *XVI*, quæ tenet Luimundus. Rodowicus habet prata ad carradas *XXX*.

XCVI. De Bulgensheim.

§. 1. Cæſar. *Bulgensheim* eſt juxta ſtratam, quæ de monaſterio ducit Coloniam; quam tenet comes *Seynenſis*, & ab eo tenet eam domious de *Mylendunch*. Sciendum eſt etiam, comites *Seynenſes* jus patronatus quatuor vel V. eccleſiarum à nobis cum decimis ſuis habere; quarum *Juggende* eſt una, *Bulgensheim* alia, tertiam & quartam non habeo in memoria, præſumo tamen, vel *Betbure* vel *Cherenberbc* eſſe matricem eccleſiam, vel utrasque eſſe matrices eccleſias. Sunt in *Bulgensheim* manſus

VII; ſolvit unusquisque ad natalem Domini denarios *XV*, pullos 3; ova X. In altero anno porcum donativum, valentem denarios *IV*. Angariæ duæ, jugera tria, tres *XV*. noctes. Colligunt annonam & fœnum, claudit in curte & in campo, in orto lectum I, ſcaram pedeſtrem facit. Ex his habet presbyter manſum I. Farabertus duos, & jugera *VI*. Reinaldus manſum I. Eſt ibi terra dominicata, jugera XCI, molendina duo, quæ ſolvunt modios *LX*; ſilva ad porcos *X*. Eſt adhuc manſus I. in *Dreyſe*, quem colit Wernarius, qui ſolvit in anno ſolidos *IV*. Foreſtum I. ad porcos CC. In *Beppeahoven* manſus dimidius, qui cuſtodit foreſtum.

XCVII. De Rembahc.

Sunt io *Rembach* manſi *XLIX*; ſolvit unusquisque ſualem, valentem ſolidos duos, libram lini, aut camſilem facit. Pro hoſtilicio denarios VI; in altero anno porcum donativum, pro denariis IV. Altero anno ſciodalas C, pullos 3, ova X; de fimo carradas X. Facit jugera V, corvadas II, angarias 2, panem & cereviſam facit; claudit in curte & in campo, ſcaram facit, ubi ei præcipitur; wactas facit, duas *XV* noctes. Ex his manſis ſolvunt *XVIII. ſanguiſugas*; unusquisque 30. paraſredos dant, colligunt fœnum, & annonam, & vindemiam. Colligunt linum & parant. Sunt ex ſupradictis maoſis ſervilia V, quæ faciunt in orto lectum I, tres dies in ebdomada, pullos duos, ova V. Camſilem facit, jugera tria. Ex prædictis manſis tenet Sigilo *VIII*, Labertus V, Benno IV, Erleboldus I. Eſt ibi terra dominicata, jugera CCLXV, ex quibus tenet Sigiln *XXXIII*, Lambertus *XX*, Benno *XVIII*, Erleboldus *VI*, Ruotbaldus *VII*. Sunt ibi prata ad carradas *CC*, ſilva ad porcos *C*. Exceptis his manſis ſupradictis tenet Warnarius in *Odendorph* manſus *IV*, & jugera 3, cum eodem ſervitio & cenſu.

XCVIII. De Dusburhc.

§. 1. Cæſar. In *Dusburhc* duæ partes decimæ eſſe deberent Prumenſi eccleſiæ, ſicut ſunt in *Juſtene*, quam tenet paſtor ejusdem eccleſiæ; & puto, quod etiam recipiat cenſum de manſis noſtris. Eſt io *Dusburhc* eccleſia, unde omni anno debent exire ſolidi *XXX*. Sunt ibi manſa ſedilia *XIX*; ſolvit unusquisque ad nativitatem Domini unciam unam, ad paſcha pullum *I*, ova *X*. In æſtate pro hoſtilicio denarios *V*. dies duos in ebdomada operatur. Sunt alia man-

manſa duo; unumquodque ſolvit in anno ſolidos tres, & nihil aliud ſolvit. Eſt in *Embrike* manſus unus; ad natale Domini ſolvit unciam unam, in ebdomade ſacit dies duos. Sunt ibi manſa abſa tria; de lino libram *I. Freſones*, qui manent in *Dusburhc*, ſolvunt ad feſtivitatem S. Martini uncias *VIII*, ad paſcha uncias *V.* & denarios *XII.* Sunt ibi manſi *IV*, quos Maginardus dedit: unus ex illis ſolvit de ordeo modios *XV*, de ſiclo modios *XVI*, de avena modios *XIV*; multones duos, valentes denarios *XII.* In anno *XIV.* dies operatur, & uno die arat. Tertius manſus ſolvit de ſiclo modios *XVI*, de ordeo modios *XII*, de avena modios *XII*; arietes duos, *XIV.* dies operatur, & uno die arat: multones duos. Manſus tertius ſolvit de ſiclo modios *XVI*, de ordeo modios *XII*, de avena modios X. cæterum ut ſupra. Sunt ibi Haiſtaldi *VIII.* ſolvit unusquisque denarios *XII*: fœminæ ſolvent ſolidos *V.*

XCIX. De Arnheim.

Eſt in *Arnheim* eccleſia una, quæ ſolvit librsm unam: manſa ledilia 7. ſolvit unusquisque ad feſtivitatem S.Martini denarios *XX*, de ſiclo modios 2, de ligno carradas *IV*: ad paſcha pullum *I*, ova V; ad rogationes porcos duos, valentes denarios *V*; ad Pentecoſten denarios *VI.* In menſe Majo *XIV.* dies, in autumno ſimiliter. Sunt etiam manſa dimidia *VI*; unusquisque ſolvit ad pentecoſten denarios *VI*: & in *Wilippe* ſunt manſus *III.* unde nullus cenſus exit, niſi quarta pars annonæ: & in *Velide* & *Munichuſen* ſunt manſa *V. abſa.*

C. De Aldenſelen.

§. 1. Cæſar. *Aldenſele* ſita eſt inter *Deventre* & *Monaſterium* in una terra, quæ vocatur Tronics, (Troentia) & eſt melius oppidum illius viciniæ; habitant enim ibi *XVI.* Canonici, & eſt ibi conventualis; ipſum autem oppidum bene eſt firmatum ac munitum.

Sunt in *Aldenſelen* manſi *IV*, qui ſolvunt uncias *IIX.* & nihil aliud. Sunt ibi alia manſa *XIII*: ſolvit unumquodque ad natalem Domini *XX.* denarios; ad paſcha pullum *I*; ad paſcendos poledros denarios *V.* De vioo denarios *III*, de fœno carradam unam; ad pentecoſten porcum unum, valentem denarios *V.* Pro hoſtilicio denarios *VI.* Rateln habet manſum *I*, qui ſolvit denarios *XXV.* nihil aliud. Rin habet duas partes manſi; Gelo ſimiliter. Solvit unusquisque denarios *XIV*, & pullum *I*; pro hoſtilitio deoarios *IV*, de vino denarios duos: ad paſcendos poledros denarios tres, porcum *I.* valentem denarios *V.* Eſt ibi unum territorium, capiens ſementis modios *XXX.* Illo anno, quo ſeminatum fuerit, ſolvit denarios *XII*: quando ſeminatum non fuerit, nihil ſolvit.

CI. De Tremele.

§. 1. Cæſ. *Tremele*, & ſequens curia *Vamele*, ſitæ ſunt juxta *Numagen* palatium regium, fluvium, qui *der Wail* appellatur; & hæ curiæ ſatis vicinæ ſunt oppido, quod *Tyle* nuncupatur.

In *Tremele* ſunt manſus *IV.* cum appendiciis ſuis. Inde *Adalhem* major habet manſum dimidium, ſine cenſu; cæteri tres ſolvunt unusquisque ad feſtum S. Martini denarios *XX*, ad feſtivitatem S. Johannis denarios *VII.* Ex manſo dimidio exit cenſus denariorum XXIV. *Vendil* ſolvit sd miſſam S. Martini denarios X, ad natale Domini denarios *VIII*, in æſtate denarios X.

CII. De Vamele.

§. 1. Cæſarius. Hæ villæ omnes ſunt ſibi ſatis vicinæ, ut dictum eſt alibi. Omnes etiam invenientur juxta *Tyle*, quod ſitum eſt ſuper fluvium, qui *der Wayl* appellatur.

In *Vamele* ſunt duo manſus, in *Sandewihc* duo, in *Rothebeim* duo. In *Aſperen* manſus & dimidius, in *Wadenoy* manſus unus, in *Huyve* manſus, in *Wedichе* manſus, in *Sinewenne* (forte *Suitvenne*) manſus.

CIII. De Teſtrebant.

§. 1. Cæſar. *Teſtrebant* ſita eſt ex alia ripa fluminis ejusdem (Vahalis) citò inveſtigare poteritis omnia, ſi diligentiam adhibueritis.

In *Teſtrebant* juxta *Linguun* ſunt manſus tres; ſolvit unusquisque ad feſtivitatem S. Martini denarios X, ad natalem Domini denarios *XII.* Ex his manſis ſolvit dimidius manſus denarios *XXII.*

§. 2. Cæſ. Ubi flumen magnum, quod *Dysla* (Isla) appellatur, intrat mare, habemus piſcationem apud unam villam, quæ appellatur....

CIV. De Worſt, Vorſt.

De eccleſia, quæ eſt in *Worſt*, exeunt ſolidi *XXX.* ad vindemiam, de ſiclo modii duo, de ordeo modii tres, ad rogationem denarii ſex; duas XV. noctes. Sunt in *Deventre* Haiſtaldi tres; unusquisque illorum ſolvit denarios *XII.*

De

CCCCLIX.

De Familia Salvatoris, quæ eſt in Saxonia.

Familia *ſancti Salvatoris*, quæ eſt in *Saxonia*, ſolvit inter ſiclum & ordeum modios CCCC, de melle ſitulas *IV*; in æſtate de argento ſolidos *XXX*: & unusquisque illorum *VI*. dies in æſtate operari debet, aut denarios *III*. ſolvere. Modo à paganis devaſtatum eſt, nec de illis partibus aliquid præter ſolidos V. venit.

CV. De Gembrighe.

Gembrica ſita eſt non longè à ſancto Goare, quam tenet comes *Hoſtadienſis*; & ab eo tenent hæredes domini Cunradi de *Boparden*, qui morabatur in novo caſtro, quod appellatur *Sconecke*. Præterea tenet præfatus comes NB. *Steſſelle* & *Unſe* juxta *Budensheim*: tenet etiam C. maldra tritici parvæ menſuræ apud *Vitterche*, & plurima alia, quæ non ſcripta in libro hoc.

Sunt in *Gembriche* manſa ledilia XXIII. ſolvit unusquisq; ſualem, valentem ſolidos V, de lino libram unam, pullos duos, ova XX, axiles C; de ligno carradas V, faculas V, palos 3, inter quatuor lediles bovem hoſtilicium, I. parafredum, ubicunque præcipitur illi. Angaria ad monaſterium, id eſt, modios octo, ad S. Goarem duos; corvadas 3. unum diem ad fimum ducendum, ad fœnum, ad meſſem. In ebdomada dies duos cum
(1.) duobus mancipiis. *Glaves* (1.) tres: circa dominicam curtem alias tres, circa broil V. perticas habentes longitudine. Braxare & coquere debent, tres XV. noctes in anno, ſcindalas L; *Subſtratoria* lignorum carradam I. ad dominicam ſcaram. Jugera duo, jornales precatorios duos. Qui dimidium ſervitium faciunt, ſunt ſex: ſolvit unusquisque de lino libram mediam, aut camſilem mediam facit, pullum I, ova X, axiles L, ſcindalas XXV, palos IV, *glaves* duos & medium, corvadas tres. Angariam ad Monaſterium, modios IV: ad ſanctum *Goarem* duos; parafredum dant, inter illos VIII. bovem hoſtilicium. Jugera duo, jornales precatorios duos, ad meſſem & ad fœnum, dies duos in ebdomada cum duobus mancipiis. Bràxant & coquunt. Ligna ſtratoria carradas duas ad dominicam ſcaram. *Haiſtaldi* ejusdem villæ, ſolvit unusquisque denarios duos; feminæ aut camſilem, aut denarios XII. ſive duos dies ad meſſem & ad fœnum; & ſex denarios ſolvere debent. Sunt ibi manſa ſervilia duo: faciunt omni ebdomada dies tres, pullum I, ova X, jugera duo, jornalem unum. Angariam ad *S. Goarem*, modios duos; ad monaſterium modios IV. Ad meſſem & ad fœnum tres dies cum uxore ſua, & ad linum colligendum & parandum.

CVI. De Backele.

§. 1. Cæſarius. Omnes curiæ hic deſcriptæ ſunt apud S. Goarem ex utraque parte Rheni. Cum illuc perveneritis, interrogate canonicos S. Goaris, & ipſi plenius vos inſtruent, quis eas teneat, & ubi ſint ſitæ, quam ego: quia ipſi ubique in illis recipiunt decimam de *ſalica terra*, ſicut & canonici Prumienſes recipiunt in terra iſta. Conſtat mihi tamen, quod nobilis vir de *Iſenburch* tenet ſuper S. Goarem ſupra Rhenum jus patronatus duarum eccleſiarum in una bona villa, quæ...... appellatur. Præterea tenet ſtatim juxta S. Goarem ex alia parte Rheni bonas & optimas vineas. Tenet etiam & alia bona.

Sunt in *Backele* manſa ledilia IV. unde plenum cenſum, ſicut ſupra dictum eſt; manſa dimid. XXI. ſervilia manſa VII. Sunt VIII, qui curtilem habent. Haiſtaldi & feminæ ſolvunt & ſerviunt nobis.

CVII. De Naſteden.

Sunt in *Naſteden* manſa ledilia XXVIII. unde plenus exit cenſus, ſicut ſuperiùs diximus. Ex his ſunt integra XIII. & alia ſunt dimidia. Sunt ibi ſervilia quatuor. Haiſtaldi & fœminæ ſolvunt, ut ſuperiores. Sunt ibi molendina duo.

CVIII. De Sualbabc.

In *Sualbabc* eſt manſus ledilis, qui ſimiliter ſervit, ut ſupra. Molendinum I, ſervilia manſa XII. qui ſub uno cenſu tenentur, id eſt, tres dies in ebdomada. Et ſunt ſeptem, qui ſunt ſub uno cenſu, excepto IV. dies in ebdomada. *Haiſtaldi* & feminæ, ut ſuperiores, ſolvunt.

CIX. De Neſſene al. Neſene.

Sunt in *Neſſene* manſa ledilia VI. unde cenſus exit, ſicut ſuperiores; molendinum I. Sunt manſa dimidia VII. quæ dimidium ſervitium faciunt, ut ſupra. Sunt manſa ſervilia XII, quæ omni ebdo-

NOTA:

(1.) An quaſi crates ex vimine, Gallis *clayes*. Diſtinguendæ ergo ſunt Glaves (clayes) à glave. (claſier) de qua ad Gloſſ. Cæſarii in præfationem.

CCCCLIX.

domada faciunt dies IV. cætera, ut ſuperiores.

CX. De Wlaſthe.

Sunt in *Wlaſthe* manſa plenaria XII, quæ ſimiliter ſerviunt, ſicut ſuperiores. Eſt ibi manſus dimidius, qui facit dimidium ſervitium. Servilia manſa XII. Cenſales, qui cenſum ſolvunt, ſunt XV.

CXI. De Weneſtre.

Sunt in *Weneſtre* manſa ledilia VII. quæ idem ſervitium faciunt, ut ſuperiores. Sunt manſa dimidia V, quæ dimidium faciunt ſervitium. Servilia XVI, quæ ex proprio lino camſilem faciunt, & ſerviunt, ut ſuperiores ſervi.

CXII. De Nockere vel *Nocgere.*

In *Nockere* ſunt manſa XV. faciunt omni ebdomada dies tres, pullos duos, ova X, jugera duo, angariam ad monaſterium, id eſt, modios *IV.* Braxant & coquunt; glaves duas, perticas *IV.* habentes longitudine. Ad fœnum & ad meſſem. In ebdomada dies tres, palos duos, ad vineam Watcatii, unusquisque de palis carradam unam.

Summa in Gembricke.

Sunt ibi manſa ledilia *XXIII*, dimidia *VI*, ſervilia 2. De ledilibus exeunt ſuales *XXIII*, libræ lini *XXIII*, pulli *XLVI.* ova CCCCLX, axiles MMCCC: de lignis cattadæ centum & XV, pali LXVIII, boves hoſtilicii V. In angaria modios CCXXX. Scindalæ MCL. De VI. dimidiis manſis camſiles III, ſuales III, pulli VI, ova LX, axiles CCC, ſcindalæ CL, bos hoſtilicius unus. In angaria modios XXX. De duobus ſervilibus pulli duo, ova X. In angaria modios X.

Summa de Backele.

Sunt in *Backele* manſa ledilia IV, dimidia XXI. ſervilia VII. De ledilibus ſuales 4, libræ lini 4, pulli 8. ova 80, angat. mod. 40. De manſis dimidiis X. & medius camſiles, pulli XXI, ova CCX; in angaria modii CV. De ſervilibus manſis VII. Camſiles III. & medius, pulli 7, ova 70, in angaria modii XXXV. Debent exire inter *S. Goarem* & *Palezvelt*, *Biberheim* & *Beltom*, ſarciles *XXXIV.* De *Belton* ſarciles XII, de *Dubahc I*, de *Palzvelt I*, de *Biverheim II*, de *S. Goare* XVIII. Præterea exibunt de *Urſule* XIV.

§. 1. Cæſarius. Dominus abbas Prumienſis tres habet principales *ſedes*, quæ quondam ſatis erant competenter ſolemnes ac honorabiles: de quibus Prumienſis eſt una, Monaſterium altera, apud S. Goarem tertia; quarum quælibet habet inſeodatos ſatis honeſtos priores & capellanos, atque miniſteriales plurimos, & ſatis copioſam multitudinem mancipiorum, qui cottidianum, quando eis præceptum fuerit, domino abbati perſolvent ſervitium. Et ſciendum eſt, quod iſtorum oppidorum reditus, vel ſunt domini abbatis, vel ſuarum eccleſiarum, ſive ſuorum miniſterialium. Et prædicta hæc tria oppida, ut ita dixerim, domini abbatis, & ſuarum eccleſiarum ac fidelium, debent eſſe quaſi cameta & habitatio cottidiana, & ab omni violentia advocatorum ab antiquis temporibus exemta; & de hoc à multis Imperatoribus ſive Regibus ſunt privilegiata. Advocati quippe non debent ibidem præſumere aliquam exactionem ſeu violentiam exercere vel facere; & nihil aliud, præter tertiam partem placitorum, quæ in foro fiunt, debent ibidem percipere. Dominus autem abbas, quando ſibi placuerit, cum ſuis fidelibus ac capellanis ibi manebit, &, ubi neceſſitas exegerit, negotia ſuæ eccleſiæ ibidem tractabit: & penitus nullum gravamen ſive impedimentum à ſuis advocatis, qui ampla & multum commoda ab eo tenent feoda, ſuſtinebunt. Quod ſi forte alienus aliquis ibidem atque in aliis eccleſiarum noſtrarum curiis violentiam eccleſiæ inferre attentaret, ipſi, tanquam fideles eccleſiæ & *homines Legii*, ſicut ſacramento præſtito tenentur, omnibus viribus ſuis, etiam proprio capite, illam debent, quantum in ipſis eſſet, fideliter defendere ac prohibere. Præterea ſciendum eſt, quod ſi Dn. abbati placuerit in prædictis oppidis concambium & monetam ſuam habere, poterit: hanc enim libertatem ac donationem fundatores noſtri, Id eſt, Pippinus, & Carolus magnus, ejus filius, nobis contulerunt, &, ut patet in eorum privilegiis, eccleſiæ jure perpetuo poſſidendam confirmaverunt.

Summa de *Naſteden.* Sunt in *Naſteden* manſa ledilia XVIII, dimidia XVI, ſervilia IV. De ledilibus ſuales XVIII, libræ lini XVIII, pulli XXXVI, ova CCCLX. Angariæ modii CLXXX. De dimidiis ſuales VIII, pulli XVI, ova CLX. Angariæ modii LXXX. Servilès manſi IV. camſiles 2, pulli IV, ova XL; in angaria modii XX.

Summa de *Saalbach.* Eſt ibi manſus ledilis: ſolvit ſualem I, camſilem unum, pullos duos, ova XX. In angaria modil

CCCCLIX.

dii X. Servilia manſa XXVIII. pullos XIX, ova CLXXX. In angaria modii XC.

Summa de *Neſene*. Manſa ledilia VI, dimidia VII, ſervilia XII. De ledilibus ſoales VI, libræ lini VI, pulli XII, ova CXX. In angariis modii LX. De dimidiis ſuales tres & medius, camſiles tres & medius, pulli VII. ova LXX. In angaria modii XXXV. De ſervilibus camſiles VI, pullos XII, ova CXX; in angaria modii LX.

Summa de *Wlathe*. Manſa ledilia XII. Dimid. I. Servilia XII. De ledilibus ſuales XII, libræ lini XII, pulli XXIV, ova CCXL. In angaria modii CXX. De dimidio manſo ſualis medius; pullus I, ova X. In angaria modii V. De ſervilibus camſiles VI, pulli XII, ova CXX, In angaria modii LX.

Summa de *Veneſtre*. Manſa ledilia VII, dimidia V, ſervilia XVI. De ledilibus exeunt ſuales VII, libræ lini VII, pulli XXIV, ova CXL. In angaria modii LXX. De dimidiis camſiles 2. & medius, pulli V, ova L. In angaria modii XXV. De ſervilibus camſiles VIII, pulli XVI, ova CLX. In angatia modii LXXX.

Summa de *Nocghere*. Sunt in *Nocghere* manſa XV; camſiles XV, pullos XXX, ova CL, in angaria modii LX.

CXIII. Incipit de poſſeſſionibus, quas habemus in Epiſcopatu Wormatienſi.

Sunt in *Dinheim* manſa XII; ex quibus habet Gundaldus manſum I, & major I. Solvit unusquisque de vino ſitulas XII, axiles ad *Altrippe* centum, tres palos ad *Vennam*. Si palos & axiles non dant, tunc ſolvent denarios VIII. Tres carradas de fœno debent *Altrippe* ſecate, & in ſcaram ducere, aut in Dinheim. De ſuo fœno carradas 2. det; pullos duos, ova X. De ligno in autumno carradam I, & in nocte lucernam ad *calcatorium*. Duas XV. noctes. De ſiclo ſolvit modios duos, ſcaram faciunt cum navi ad *S. Goarem* ad *Altrippe*, ad ſcindelingas (axiles) Ducunt etiam cum carro inter duos, dant denarium 1. ad *circulos* comparandos. Debent coquere, & braxare, & wactare. Debent vindemiam colligere, & in carro ſuo ducere ad caleatorium. Gundaldus habet ibi vineas duas, major unam. Sunt ibi vineæ ad carradas XV.

CXIV. De Neccrobc, vel *Nettoye.*

Sunt in *Neccrobc* manſa ledilia XXX; debet unusquisque ſualem, valentem ſolidos V, camſilem I, aut denar. XX, pullos V, ova XV, jugera 3. Tres XIV. noctes: unam ad miſſam S. Martini, aliam in Februatio, tertiam in Majo. Corvadas tres; in hoſtilicio aut tres boves mittunt, aut unusquisque jugerum unum facit, hoc eſt, ttia jugera. Ad miſſam S. Martini debet unusquisque unum pecus ſui ſenioris accipere, & nutrire usque ad paſcha de ſuo. Quod ſi perdiderit, teddet de ſuo. Unusquisque debet accipere modios de annona, & ducere ad molendinum, & facere panem, ſi neceſſe eſt; & ſi non eſt opus, reddet fatinam ad curtem. Similiter de braze modios V. Debent integram catradam vini & carradam farinæ in ſuo carro ducete, ubicunque eis præcipitur in *Stapagum*. Scaram debent ſacere in navi usque ad *Covelenze*, vel quantum in IV. diebus poſſunt ambulare. Ad meſſem & ad pratum tribus diebus in ebdomada debet mittere duo mancipia. *Glavem* unam circa curtem & in meſſem. Si quid furatum fuerit in curte pet noctem & per ſepem exierit: compoбet ille, pet cujus *glavem* exierit, & ſi pet totam, component omnes de villa. *Scuras* cooperiunt, parafredos debent omnes: debent integros IV. Si ſenior ibi fuerit, focum de ſuis lignis facete, & wactare domum, & luminaria dare; & ſi aliquid fuerit furatum in ipſa domo, debent de ſuo componere.

§. 1. Cæſarius. Partem iſtius allodii modo tenet eccleſia de *Hemmenrode*, (Hermirode) quæ ſita eſt juxta nos.

CXV. De Geinheim & in *Hildensheim.*

Manſa ledilia XXIV. & dimidium. Debet unusquisqoe ſualem, valentem ſolidos V. Camſilem ad paſcha, aut denarios XXX. Friskingam vervecinam, aut ovem cum agno, aut denatios XII. pullos V, ova XV, tres XV. noctes; unam ad miſſam S. Martini, altetam in Februario, tertiam in Majo cum annona ad Cuckeme; palos V. ad vennam: de ligno carradas V; de minuta quatuor, quinta ad *Fausgina*. Facit jugera tria de ſua annona, ſeminat modios duos de ſiclo, glaves duas, perticas tres in longitudine; unam ad *Altrippe*, alteram in *Gleinheim* in die ſuo. Mittit ad vindemiam ad *Dinheim* mancipia duo, ad meſſem & ad fœnum mancipia duo, in ebdomada dies duos; ducit in corvada de ſœno carradas duas, ſecat unusquisque carradas V. in die ſuo, & ducit ad ſcaram dominicam. Scaram facit

CCCCLIX.

facit cum ſuo caballò ad Prumlam, & portat, aut VI. ſarciles, aut octo camſiles, aut VI. ſalmones. Ducunt inter duas carradam vini de *Hodensheim* & *Altrippe*. Vadit ad ſcaram dominicam, & *battit* de avena modios X, & ducit ad manſionem, & facit braziam & brazat. Flagellat etiam de annona modios XII. in die ſuo, & mittit in navi, & ducit ad *Chuckeme*. Debet accipere farinam, modios V. & facere panem; verveces lavare & tondere. Debet unum animal ſenioris accipere ad miſſam S. Martini, & de ſuo nutrire usque in paſcha. *Sanguiſugas* C. Si ſenior ibi fuerit, debet caballos ſuos cuſtodire uno die & una nocte. Debet ad proximum manſionaticum ſenioris, aut cum carro vel cum caballo, quicquid præcipitur ei, portare. Debent inter duos victualia porcario portare. Sunt præterea in *Geinheim*, & *Hildesheim*, & *Farenheim* manſa ſervilia XVIII. Facit unusquisque ſarcilem I. X. cubitos in longitudine & IV. in latitudine. Operatur 3. dies in hebdomade in dominico ad meſſem & ad fœnum cum duobus mancipiis. Debet curtem cuſtodire, debet tres dies in ebdomada poſt meridium in ſcuram dominicam *battare*, reliquum tempus tres dies operari. *Brazant* & coquunt. Debent porcos cuſtodire in paſtu ſimul cum porcario. Ducunt ſuales ad *Prumiam*. Ubicunque ſenior fuerit in pago, debent Friskingas ducere illuc, & cuſtodire, & ſervire, & de ſuo vivere. Reliquum ſervitium faciunt, ſicut *ledilia manſa*, excepto, quod ſuales non ſolvunt, & tria dimidia. Friskingas ſolvunt; quod quatuor ex his minimè faciunt.

§. 1. Cæſarius. Homines etiam noſtri, quos habemus in partibus ſuperioribus, id eſt, *Comes Sylveſtris*, comes,
(1.) qui dicitur *van deme Nuribe*, (1.) comes de *Luningen*, comes de *Cazzenelebogen*, comes de *Hoinſten*, comea de *Spanheim*; nobilis vir de *Yſenburhe*, item nobilis vir de *Choverne*, omnes de poſſeſſionibus, quas ibidem habuimus, ſunt infeodati. Præterea infeodati ſunt à nobis hæredes domini *Werneri de Bolandia*, & fratris ejus domini Philippi, & multi alii parvi ac magni, ut in veteri libro continetur. Apud *Altrippe* juxta fluvium *Rheni* prope *Necraye*, de quo videlicet *Altrippe* ſæpius mentio fit in iſto libro, erat antiquis temporibus cella fratrum noſtrorum religioſorum, & erat ipſa eccleſia in honore *S. Medardi* conſecrata. Præterea apud *Keslige* in villa noſtra ſimiliter erat & eſt oratorium *S. Petri apoſtoli* fabricatum, ubi etiam tunc temporis congregationem noſtrorum monachorum conſtat fuiſſe, & debitas Deo laudes perſolviſſe. Similiter apud *Rivin* ſuper *Moſam* in finibus Ardennæ erat & eſt eccleſia in honore *S. Mariæ*; & ſimiliter conſtat de monachis Prumienſis eccleſiæ, prioratum ibi fuiſſe, & glorioſæ virgini Mariæ ſervitium diu noctuque perſolviſſe.

§. 2. Jus patronatus eccleſiæ de *Alvesheim* cum decima comes de *Liningen*, & advocatiam ejusdem curtis tenet in feodo; tenet etiam alia bona. Hæredes domini *Werneri de Bolandia*, & hæredes Philippi fratris ejus, tenent à nobis infra terminos curtis *Alvesheim*, numero CXVII. deſcriptæ, bonum caſtrum, *Hoviles* ſeu *Hoveltz* appellatum. Præterea ſunt ibidem quidam milites, qui ſunt infeodati de ipſa curte, quorum prædeceſſores fuerunt homines ac miniſteriales eccleſiæ: quam qui tenent, tenent etiam & alia bona. Illi de *Ripelskirchen* tenent *Hoveltz*.

CXVI. De Wilre.

Sunt in *Wilre* manſa plena IX, ex quibus tenet Siguinus unum. Solvit unusquisque de vino ſitulas XXV, pullos V, ova XV. Faciunt opera in vineis à Kalendis Februarii usque ad miſſam S. Martini, in ebdomada tres duos dies feria II. & III; & datur eis pulmentum de pulmento dominico, ſicut illis de *Merriche*. Colligunt fœnum, faciunt jugera tria; ad meſſem & ad fœnum mancipia duo; ducunt inter duos de vino ad *Altrippe* carradam unam. Faciunt *circulos* (Reife) & *materiam* (cimber) & quidquid eis præcipitur, quod ad illud opus pertinet. Poſt miſſam S. Martini faciunt XIV. noctes, & faciunt axiles, aut V. perticas ad curtem; palos V. ad vineas. Sunt præterea manſa dimidia. Solvit unusquisque de vino ſitulas X, pullos III, ova X, & faciunt tres perticas. Reliquum ſervitium faciunt, ſicut ſupradicti. Sunt ibi vineæ ad carradas XX.

§. 1. Cæſarius. Wilre eſt infra.

CXVII. De Alvesheim

Sunt in *Alvesheim* manſa ledilia XV. & dimidia duo. Solvit unusquisque pro

NOTA.

(1.) Forte *vom Hunribk*, hodie Hunsrik.

Digitized by Google

CCCCLIX.

pro camſili denarios XXX. ſnalem, valentem ſolidos V, ad paſcha *Friskingam vervecinam* aut denarios XII, pullns V, ova XV. palos ad vennam, aut denarins V. Secat de fœno carradas V. *Altrippe*, aut ſolvit denarios V. facit XV. nnctes III. unam ad miſſam S. Martini, aliam in Februarin, tertiam in Majo: ad meſſem & ad ſœnum mancipia dun. Fœnum & de annnna, ad ſcuram dominicam carradas V, facit angarias inter duns, ſicut illi de *Geinheim*. Facit jugera tria, & de ſua annnna ſeminat modins duos; facit ſcaram ad Prumiam cum caballo, ſicut ſupradicti faciunt, ſolvit de lignn carradas duas ad vindemiam; ad *Dyenebeim* mancipia dun. Battit de annona modins XII. & ducit ad *Uuymode* in navi. Panem & cerviſam faciunt, ſicut illi de *Geynbeim*. Debent verveces lavare & tondere; debet unusquisque pnrcns duos ſui ſeninris nutrire à miſſa S. Martini usqne ad dimidium Martium. Sunt præterea manſa ſervilia XIII. Debet unusquisque ſarcilem I, ad paſcha Friskingam I. valentem denarios VI; debet ad *Altrippe* carradas 3; fœnum ſecare & ducere ad ſcuram dnminicam, ant ſnlvere denarins VI. Debet ad vennam palos tres, aut ſnlvere denarins III. Facit tres XIV. nnctes, aut ſolidns III. & denarios III; pullns III, nva X. Cætera faciunt, ſicut illi de Geynheim. Faciunt jugera, ſicut illi ſupradicti.

§. 1. Cæſarius. *Wilre* eſt bona curia, & eſt ſita juxta *Belanden* nnn lnngè de *Alvesheim*, quam tenet quidam abbas Præmonſtratenſis Ordinis: quem aliquandn nre ad os allocuti fuimns, quo jure pnſſideret bona eccleſiæ? ipſe autem nbmutnit, neſciens, quid poſſet reſpondere. Et cum ſuper hoc finale reſponſum ab en inſtanter requireremus, reſpnndit, à quodam milite illam curtem in eleemnſynam recepiſſe. Nos autem affirmavimus, allndium eccleſiæ noſtræ in eleemoſyna non potuiſſe de jnre, ſine vnluntate eccleſiæ, nec recepiſſe, nec debere pnſſidere. Super hoc ſatis territus fuit, &, qund nns parcere vellemus, Inſtanter rogavit. Nos autem cum pnſtea Rnmam veniſſemus, literas contra eccleſiam ſuam, quæ *Rodenkirchen* appellatur, & prædictum abbatem obtinuimus, qund eum ſuper hoc coram judicibus domini Papæ conveniremus. Quandn autem de Prumia receſſimus, literas in ſcrinio nnſtrn cum aliis ſcriniis reliquimus. Quid vero vos inde facere debeatis, prudenter deliberate.

CXVIII. De Ockenheim.

Sunt in *Ockenheim* manla ſervilia XVI. ex quibus tenet *Hunfridus* manſum unum. Faciunt IV. ex his jugera 3. ſnlvit unusquisque de lignis carradam unam, & carradam unam ad vineas; pullum I, ova X, dat Friskingam I. ad S. Jnhannis miſſam, valentem denarins X. Duns dies in vineis operatur, nno ad incidendum, altero ad fndiendum. Facit in annn duas XIV. noctes, *glavas* III. circa curtem; ad meſſem & ad ſœnum mancipia dun, ad vindemiam mancipium unum. *Battit* de annona mndins V, & ducit ad *Binge*. Mittunt inter nmnes bovem unum in curte. Quinque ex his ſnlvunt unusquisque Friskingam, valentem denarins X. Reliquum ſervitium facit, ſicut ſupradicti. IV ex ſupra dictis ſolvunt unusquisqne *Friskingam*, valentem denarins XII. Cæterum facit, ſicut ſupra dicti. Exit ibi de vineis ad carradas XII.

CXIX. De Binge.

Sunt in *Binge* cnrtiles VI, ubi reſident homines VI. Snlvit nnusquisque pullum unum, ova X. Sunt ibi *picturæ* tres, ex quibus tenuit Adelramus unam. Sunt ibi *petioles* de vineis, quas tenent ſupradicti homines, & faciunt ad medietatem. Pnteſt ibi e.ïe de vineis ad carradas XII. Facinnt ſcaram ad *Chucgene*, ad *Altrippe*, ad *Franckenuurth*. Solvunt inter duns ad vindemiam de lignis carradam unam, faculas V. Eſt ibi præterea manſus unus, quem tenet extraneus homn, & ſnlvit denarios XII.

§. 1. Cæſarius. Nnbilem virum de *Stalebube* cum aliis ſcribere nnlui, quia nondum conſtat mihi, quod ipſe tenet bonam villam cum patronatu eccleſiæ ejusdem nnn lnngè de *Arre*, quæ villa eſt allodium eccleſiæ, & appellatur *Effelesburo*: quæ etiam intitulata eſt in principin libri.

Hic ſunt intitulati homines nobiles Prumlenſis eccleſiæ. Qui etiam deſiderat ſcire, quid ab eccleſia in feodn teneant, legat librum, & ſic ſe poterit aliquantulum expedire.

Hnmines nobiles Prumienſis Eccleſiæ

1. Comes de Cleyve, Clivenſis.
2. Nobilis vir de Ramdenrode.
3. Nobilis vir van der Dicke.
4. Dux de Limburhc.
5. Nnbilis vir de Bremet.

CCCCLIX.

6. Comes Juliacenſis.
7. Comes de Leyne.
8. Comes de Wlede.
9. Nobilis vir de Iſenburhc.
10. Nobilis vir Deckoverne.
11. Comes de Caſſenelbogen.
12. Comes de Hoſtein.
13. Comes de Spanheim.
14. Comes Sylveſtris.
15. Comes Wandemenuhric. (*von dem Hunric*, puto)
16. Comes de Linihngen.
17. Comes de Arre.
18. Comes Hoſtadenſis.
19. Nob. vir de Sleyde.
20. Nobilis vir de Dollendorpht.
21. Comes de Vianden.
22. Dominus de Blanckenheim.
23. Nobilis vir de Malberhc.
24. Nob. vir de Malberhc & de (1.) Volckenberhc.
25. Nob. vir de Hayes.
26. Nob. vir de Nnmagen.
27. Comes de Luzzelenburhc.
28. Nob. vir de Otyngenbach ultra Rhenum.
29. Nob. vir de Urre.
30. Nob. vir de Kuns.
31. Comes Namurcenſis.

Miniſteriales infeodati, & multi præter hos alii:

1. Hæredes domini Werneri de Bolanden.
2. Hæredes Philippi fratris ejus.
3. Dominus Udo de Hayes.
4. Dominns de Sconenberghc.
5. Dominus de Dune.

Majores hîc intitulamus Barones, & ſicut habitant in provinciis, ſic eos permixtim deſcripſimus:

Alve, Elicheroth, Selriche, Niederprume, Luhi, Morlenbahc, Hermanesbaneden, Gunnenbreht, Olmeze, Suirsheim, Budenesheim, Tuntdorpht, Lizzendorpht. Hæ videlicet curiæ in principio libri cum aliis eccleſiæ curiis non ſunt intitulatæ, neque in libro deſcriptæ. In veteri enim libro nihil de eisdem expreſſum invenimus. Ideo eas cum aliis eccleſiæ curiis non deſcripſimus. Hoc tamen non multum debetis attendere: nam ſitæ ſunt ante fores eccleſiæ, & quolibet die, ſi placet, ibidem jura veſtra poteſtis inveſtigare. Taliter enim vobis tenentur ſervire, ſicut cæteræ curiæ, quæ juxta eis ſunt proximæ. Similiter & de curils veſtris ſupra Moſâm conſtitutis mentio non fit in libro; ideſt, de *Rivin*, *Finpen*, & *Fyima*; nec etiam de bonis noſtris, quæ habemus apud *Hubecngr* in Francia; nec non & de bonis, quæ tenemus apud (2.) *Chzimingen*. In Friſia multos habemus cenſus: quos etiam in aliis villis ſatis prope Chzimingen debemus annuatim percipere; qui jam diu neglecti ſunt, quia non erat, qui eos requireret debito modo cum effectu. Habemus itaque in eadem villa jus patronatus unius eccleſiæ, quæ eſt una de melioribns totius Friſiæ.

In prima pagina libri, unde hæc exſcripta ſunt, pinguntur *Pippinus Rex Francorum glorioſus, atque Carolus Magnus, ejusdem Pippini filius, victorioſiſſimus Imp. Romanorum, nec non glorioſiſſimus Rex Francorum, Prumienſis Eccleſiæ Patroni atque Fundatores primi.* Pippinus in habitu breviori usque ad ſuras & corona regia. Carolus in cæſarea corona & longa cappa. In tertia pagina S. Benedictus pictus eſt cum radiis; cui *Fridericus peccator atque Abbas Prumienſis Eccleſiæ ſive Monaſterii* adſtat in habitû cum cucullo. Ad pedes jacet *Cæſarius, quondam Abbas Prumenſis; Deus propitius eſto mihi peccatori!* In 4to folio ſequitur bulla Innocentii Papæ, data anno 1133. Deinde ſequitur in folio 6. dedicatio Cæſaril ad Fridericum abbatem. Poſt hæc prædiorum nomina 119. Poſtea fol. 7. *Notandum eſt, quod in iſto libro;* (quæ ſunt initialia hujus libelli.)

CCCCLX.

N O T Æ.

(1.) Valkenberg, ſuprà.

(2.) Fortè legendum Chuloingen, id eſt; Grouinga.

CCCCLX.

1223. 7. *April.*

Honorius III. PP. ſancit, ut nullus Provinciæ Trevirenſis teneatur reſpondere, ubi non eſt copia Juriſperitorum.

HOnorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus Trevirenſi archiepiſcopo, Meteoſi, Virdunenſi & Tullenſi epiſcopis ſuffraganeis ejus, & eorum ſubditis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod juſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit communis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ex veſtra ſane parte fuit propoſitum coram nobis, quod nonnulli Trevirenſis provinciæ non habentes juriſperitiam, & plus placere nobilibus quibuſdam, quam deferre juſtitiæ cupientes, dum cauſas ab apoſtolica ſede ſibi commiſſas in locis tractant vilibus, in quibus juriſperitorum copia non habetur, in ſuo ſint proceſſu præcipites, non rationis judicium, ſed prædictorum ſequentes nobilium voluntates; propter quod frequenter in eadem provincia ſcandala oriuntur. Quare adhiberi ſuper hoc apoſtolicæ circumſpectionis conſilium ſupplicaſtis. Nos ergo veſtris ſupplicationibus inclinati, præſentium vobis authoritate concedimus, ut per commiſſiones contra vos ad tales obtentas non niſi in civitatibus, in quibus eſſe juriſperitorum copia conſuevit, ne quid ignorantiæ cæcitate contingat in juris præjudicium attemptari, coram eis teneamini reſpondere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & divorum Petri & Pauli apoſtolorum ſe noverit incurſurum. Datum Lateranis VII. idus Aprilis. Pontificatus noſtri anno VII.

CCCCLXI.

1223. 23. *Nov.*

Irmegardis Comitiſſa & liberi ejus feuda ſua Arlunenſia & Luxemburgenſia recognoſcunt ab Eccleſia Trevirenſi.

THeodoricus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus univerſis preſentes literas inſpecturis notum facimus, quod nos ad petitionem dilecti fidelis & conpatris noſtri kariſſimi (*a*) Walerami ducis de Limburg & comitis de Lutzelimburg omne feodum ſuum videlicet de (*b*) Arluns & (*a*) (*b*)

N O T Æ.

(*a*) *Walerami Ducis de Limburg & Comitis de Lutzelburg.*] Walerami ſcilicet II., filii Henrici IV. Ducis Limburgenſis, ſatoris ſecundæ ſtirpis Luxemburgenſis, Domini item Marchionatûs Arlunenſis, quem Comitatui Luxemburgenſi perpetuò univit. Vid Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. IV. Lib.* 35. *n.* 5. & *eod. Tom. in prob. p.* 44.

(*b*) *Arluns.*] Hoc eſt: *de Arluno.* Vidimus ſuprà ad annum 1052. per precariam, inter Eberhardum Archiepiſcopum & Walramum I. Comitem Arlunenſem contractam, quaſdam villas juris Trevirenſis factas eſſe. Defuncto Walramo, ejus vidua Adela precariam cum Egilberto Archiep. innovavit. Rem ſic narrant Geſta Trevir. Marteniana *pag.* 182.: *Quadam præpotens matrona* (Adela) *Comitiſſa de caſtello, quod Aralune dicitur, mater videlicet Comitum Walrami & Fulconis, marito ſuo defuncto, aſtipulantibus filiis & filiabus ſuis, proprietatis ſua bona in eccleſia Trevirenſi beato Petro tradidit, & amplius recepit, ſub conditione, quam precariam nominant, ita videlicet, cum ipſa de hac luce migraret, utraque ſimul data & accepta in beati Petri & Epiſcopi jus libere tranſirent, & quod Epiſcopo ex his facere placuiſſet, liberam poteſtatem haberent. Hujus Comitiſſa neptem filii filiam Heinricus quidam Dux, cujus ditionis erat caſtellum, quod vulgo Limpurch nominatur, in matrimonium duxit, qui decurſo aliquanti temporis ſpatio eadem bona Eccleſia tollere & in ſuos uſus vindicare ſtudebat; propter quod cum ſapius fuiſſet ab Epiſcopo ad ſatisfactionem vocatus, & nollet deſiſtere, ſequeſtratus eſt a communione Eccleſia . . . . . Omnes qui aderant una voce dixerunt,*

CCCCLXI.

(c) & (c) Luzelliburg dilectiſſime uxori
(d) ſue & conmatri noſtre (d) Ermegardi,
(e) prolibus quoque ſuis (e) Henrico,
Gerardo filiis, Catherine etiam filie
ſue ſollempniter jure feodali conceſſi-
(f) mus obtinendum; (f) Ita, quod di-
cta domina, ſi dictum ducem & comi-
tem maritum ſuum ſupervixerit, die-
bus vite ſue uſumfructum obtinebit.
In cujus rei teſtimonium preſens ſcri-
ptum noſtro ſigillo patet communi-
tum. Actum anno Domini MCCXXIII.
in die S. Clementis.

NOTÆ.

xerunt, oportere eos (Ducem & ejus milites) *ad ſatisfactionem venire. Et ita fecerunt.* Putem itaque de iisdem bonis in Arlunenſi Comitatu ſitis præſenti literâ feudali agi, de quibus Archiepiſcopum inter & Ducem Limburgenſem olim fuerat quæſtio, quæque per præmemoratam precariam Trevirenſi Eccleſiæ quæſita ſunt; necdum verò de integro Comitatu Arlunenſi. Quamvis & is poſtea totus feudum Trevirenſe factus appareat. Vid. literas Caroli IV. de 3. Decemb. 1346.

(c) *Lucelliburg.*] Totus Comitatus Luxemburgenſis nunquam fuit feudum Eccleſiæ Trevirenſis, ſed aliquæ ejus partes. Vid. ex. gr. literas anni 1239. & 1346.

(d) *Ermegardi.*) Viduæ Theobaldi Comitis Luxemburgici, deinde anno 1214 Waleramo II. Limburgenſi nuptæ. Pacta dotalia Irmegardis cum Theobaldo edidit Bertholet *Hiſt. Luxemb. Tom. IV. in prob. p. 45.*

(e) *Henrico, Gerardo filiis, Catherina etiam filia ſua.*] Hi Irmegardis liberi ex Waleramo; inter quos Henricus Comitatum Luxemburgenſem ad ſuos deſcendentes tranſmiſit.

(f) *Ita quod dicta domina &c.*] Feuda Trevirenſia naturâ ſuâ maſculina eſſe, demonſtramus in diſſertatione huic ſæculo præfixâ; quare modus, qui præſenti inſtrumento adjicitur, ad exceptionem pertinet.

CCCCLXII.

1225. 1. Aprilis.

Ordinatio Theodorici Archiepiſcopi Trevirenſis de ſchola habenda apud monaſterium B. M. V. Lucemburgi.

Calmet. Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob. p. 47.

Theodoricus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum inſpecturis. Notum eſſe volumus,
(a) quod cum nobilis vir (a) Henricus bonæ memoriæ comes Namurcenſis & Lucelburgenſis, capellam beati Nicolai, ſitam in burgo Luxemburgenſi, in loco, qui vulgariter dicitur novum forum, in ipſius comitis fundo proprio conſtructam, cœnobio beatæ Mariæ ibidem ſito de aſſenſu paſtoris in Weimerskirchen, in cujus parochia eadem capella dignóſcitur eſſe fundata, quantum in ipſo erat, liberaliter contuliſſet, ſicut in ipſius privilegio ſuper hoc indolto plenius continetur, hujusdem piam intentionem in hac parte confiderantes, ut hujusmodi factum robur obtineat firmitatis, authoritate metropolitica eidem cœnobio capellam memoratam nos etiam duximus aſſignandam, ut, ſi quid præfatæ conceſſioni defuerit, accedente noſtro conſenſu ſuppleatur. Inſuper indulgentes, ut
(b) ſcholæ ſint apud monaſterium ſæpe dictum, ſicut hactenus eſt obtentum; (b)
nec alias in burgo dicto habeant, præter conſenſum abbatis & conventus cœnobii antedicti. Ut hæc autem rata permaneant, & debita ſtabilitate firmentur, præſens ſcriptum inde confectum, ipſi cœnobio tradidimus ſigilli noſtri munimine roboratum. Datum anno MCCXXV. kalend. Aprilis pontificatus noſtri anno XIII.

CCCCLXIII.

NOTÆ.

(a) *Henricus bona memoria Comes Namurcenſis & Luxemburgenſis.*] Confer ejus chartam ſuprà anno 116..

(b) *Scholæ ſint apud monaſterium ſæpe dictum.*] Hinc concludendum, ſcholarum curam & ſtudium, etiam eo ævo, his in partibus ad officium Epiſcopi pertinuiſſe.

CCCCLXIII.

1225. 12. *Sept.* Wernerus de Hunolſtein agnoſcit, ſe, tanquam advocatum in Berncaſſel, nihil juris habere in bonis Eccleſiæ S. Simeonis, in eo diſtrictu ſitis.

THeodericus Dei gratia Treverorum archiepiſcopus omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod, cum vir nobilis Wernerus de Hunoldi-petra capitulum ſancti Simeonis in Treviris indebite moleſtaret, & nomine advocatiæ, quam a comite de Caſtris obtinet in bonis ſuis in Grache & locis aliis, annis aliquibus plurimum gravaret, & ſuper his gravis quæſtio coram nobis hinc inde verteretur, tandem a nobis admonitus, quod in tali quæſtione nihil juris haberet, cum nos, a quo advocatia deſcenderet, & (*a*) comes de Caſtris, qui ejusdem loci, & confinii advocatiam a nobis in feudo obtinet, nil ibidem juris habeamus, ad petitionem noſtram idem Wernerus abrenuntiavit omni penitus quæſtioni coram nobis & multis aliis inferius ſubnotatis, ſuper his fecit publicam feſtucationem: teſtes autem hujus facti ſunt: Ingebrandus archidiaconus & præpoſitus eccleſiæ ſancti Simeonis, Elias decanus ſancti Simeonis, Cuno cantor majoris eccleſiæ, Cuno cantor ſancti Simeonis, Hugo de Petra, & Everhardus de Hunoldi-petra canonici majoris eccleſiæ; Erneſtus, Lambertus, Joannes, Conradus, Rudolphus de Ponte, canonici ſancti Simeonis; Simon de Suſſail, & Jacobus de Horreo milites; Henricus & Herbrandus ſcabini Trevirenſes, & alii quam plures. In cujus etiam facti firmum, & verum teſtimonium præſens ſcriptum noſtro ſigillo, nec non & majoris eccleſiæ, & comitis de Caſtris ſigillis patet communitum. Actum anno ab incarnatione Domini MCCXXV. menſe Septembri in proxima ſexta feria ante exaltationem ſanctæ crucis.

N O T A.

(*a*) *Comes de Caſtris, qui ejusdem loci & confinii advocatiam a nobis in feudo obtinet.*] Conf. literas Joannis I. Archiep. de an. 119-. nec non 1212. uti & Henrici Comitis de Caſtris an. 1230.

CCCCLXIV.

1226. 11. *Nov.* Permutatio inter Archiepiſcopum & Capitulum S. Simeonis, annui cenſûs dimidiæ carratæ vini pro monte de Eremberg.

THeodericus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus univerſis Chriſti fidelibus hoc ſcriptum intuentibus veritatis teſtimonium acceptare. Quæ geruntur in tempore, ne temporis curriculo a memoria labantur, literarum apice memoriæ ſolent commendari. Noverint itaque præſentes & poſteri, quod cum bona in * Lyve ad eccleſiam ſancti Simeonis attinentia ahmam & dimidiam vini, & curia monaſterii ad eandem pertinens ſimiliter ahmam & dimidiam anteceſſoribus noſtris & nobis perſolvere tenerentur, fratres capituli denominatæ eccleſiæ montem de Eremberg, qui ad eccleſiam eorum jam diu proprietatis jure ſpectabat, ſuper quem noſtrum caſtrum nunc ſitum eſſe dignoſcitur, in concambium dimidiæ carratæ vini, quod de præfatis bonis conferebatur, unanimi conſenſu aſſignarunt, & aſſignatum libere contulerunt eundem montem nobis & ſucceſſoribus noſtris quiete poſſidendum. Nos igitur transactioni teſtimonium perhibentes, ut hoc ſolemne factum ratum & inconvulſum permaneat, appenſione noſtri ſigilli juſſimus roborari. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCCXXVI. feſto beati Martini feliciter amen.

* Leivven.

CCCCLXV.

1227. Judicium Theoderici Trevirenſis Archiepiſcopi, & Hugonis Leodienſis Epiſcopi adversùs Ermeſendam Luceburgenſem Comitiſſam, quo caſtrum de Longia, & domus de Comblenz aſſeruntur Abbati Stabulenſi.

Martene Coll. ampl. Tom. II. p. 132. * Ludovicus.

THeoderieus Dei gratia Treverenſis archiepiſcopus, Hugo eadem gratia Leodienſis epiſcopus, & * L. comes Palatinus, & dux Bavariæ. Notum facimus omnibus præſens ſcriptum inſpecturis, quod cum quæſtio eoram domino rege Henrico, & ſuis principibus apud Aquisgrani inter (a) dominam comitiſſam Ermeſendem Luceburgenſem, & abbatem & conventum Stabulenſem ſuper caſtro de Longia, & domo de Comblens, & jure eccleſiæ ſuæ, ſecundum quod in privilegiis ſuis continebatur, verteretur, tandem mediantibus domino rege, & ſuo conſilio, ſcilicet, Henrico Colonienſi archiepiſcopo, & Lupoldo dnce Auſtriæ, in hanc formam pacis convenerunt ſupradicti, comitiſſa videlicet, abbas & eonventus; quod in continenti ſupradicta comitiſſa jam dictis abbati & conventui caſtrum ſuum de Longia, & domum de Comblens libere reſtituet, & ipſos, abbatem ſcilicet & conventum Stabulenſem, de cetero terra ſua quiete, & paeifice ubique gaudere permittet. De damnis igitur eisdem illatis ſtabit dicto noſtro: ita quod ſi ambo ad id proſequendum intereſſe non poterimus, alter noſtrorum de me, & de domino Leodienſi ſine contradictione bona fide proſequetur. Et ſuper hoe fidejuſſerunt pro prædicta domina Ermeſende comitiſſa, dominus * W. de Lemburg, dominus (b) Th. de Huffalize, & dominus Ar. de Rodemach, prædictis abbati & conventui. Si vero prædicta domina contra prædictam formam pacis aliquo modo contraire, quod non credimus, attentaverit, terra ſua, quæ eſt in diœceſi Trevirenſi, & terra ſua, quæ eſt in diœceſi Leodienſi, tam diu ſub interdicto auctoritate noſtra jacebit, quousque ad plenum de violatione pacis prædictis abbati & conventui Stabulenſi fuerit ſatisfactum. Nos autem de eaſtro Longia, & domo de Comblens providebimus indemnitati comitiſſæ, abbatis & conventûs Stabnlenſis, & ordinationem indemnitatis nobis reſervamus faciendam, quam abbas ſæpedictus fide interpoſita in manus noſtras ſe ſervaturum repromiſit, & ſuper hoc nobis literas ſuas patentes exhibere tenebuntur. Ut ergo abbas, & conventus ſua in pace quieta de cetero poſſideant, nos ſupradictis abbati & conventui præſentem paginam ſigillis noſtris roboratam dedimus in perpetuum robur & munimen.

* Waleramus II.

Datum Aquisgrani, dominica, Iſti ſunt dies, anno Domini MCCXXVII.

N O T Æ.

(a) *Dominam Comitiſſam Ermeſendem Luceburgenſem.*] De hac chartæ ann. 1223. & 1226. & ibidem notata.

(b) *Th. de Huffalize.*] Theodoricus de Huffalize; cujus geſta unà cum Epitáphio vid. apud Bertholet *Hiſt. Luxemb. Tom. IV. pag.* 448. *ſeqq.*

CCCCLXVI.

1228. Charta Theodorici Trevirenſis Archiepiſcopi ſuper omnibus bonis & juribus monaſterii Saynæ.

Annal. Ord. Præmonſtrat. Tom. II. p. 430. in probat.

THeodoricus Dei miſeratione Trevreorum archiepiſcopus univerſis hoc ſcriptum viſuris æternæ jucunditatis invenire ſolatium. Cum vir nobilis Henricus de Sayna exponi nobis fecerit, quatenus deſideret a nobis confirmari ea, tam quæ pater ejus piæ memoriæ Henricus, quam quæ ipſe contulit eeeleſiæ ſanctæ Mariæ in Sayna; nos, qui cunctorum tene-

CCCCLXVI.

tenemur deſervire utilitatibus, univerſis, ad quos præſentis paginæ pervenarit notitia, notum volumus, quod præfatæ eccleſiæ confirmaverimus omnia & ſingula bona & jura, quæ eidem a quibuscunque fidelibus dignoſcuntur eſſe oblata; inter quæ hæc propriis duximus exponenda vocabulis: locum ipſum cum molendino, quem omni immunitata gaudere volumus, ac iis etiam privilegiis, quibus affectus eſt ab Innocentio tertio ſummo pontifice de dato Laterani anno MCCVI. indictione IX. Villam in Witersperch, & Tuitz; villam in Ormuntz & Hemmingeshoven; villam in Mettrich cum decimis in Meinfelt; bona in Engers, & in Heimbach; bona in Valendre, & in Seyna, cum ſylva quæ dicitur Burgholtz, a porta Vallis qua itur ad ecclaſiam, usque in Burgendall, cum interjacentibus pratis; decimas in Strombergh, & Grisnake, cum declmis novalium apud antiquam urbem; jus item parochiæ perpetuum; jus duplex caſtrenſe; jus prænominationis in electione conſulum; jus piſcaturæ & venationis; jus lignationis in nemoribus Vallen. Jus alendarum ovium, porcorum, vaccarum, in quantum alere poſſunt. Quæ omnia & ſingula tenore præſentium eidem confirmamus. Et ſi quis auſu temerario hanc paginam infringere attentaverit, anathematis ſententiam incurriſſe ſe ſciat. Munivimus etiam hoc ſcriptum tam noſtro, quam præfati comitis Henrici, ſigillo. Acta ſunt anno MCCXXVIII. indictione prima. Teſtes ſunt hi: Arnoldus major Treverorum præpoſitus. Bruno abbas de Romersdorff. Hetmannus de Mullenarka, & alii. (a) (a)

N O T A.

(a) Vid. ſupr. ann. 1152. 1202. & 1206. cum *ibi notatis.*

CCCCLXVII.

1229. 2. Jan.

Henricus Comes de Seyne monaſterio Hemmerodienſi donat decimam in Mettrich prope Confluentiam.

Hontheim Manip. rerum Hemmer. p. 41.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus Dei gratia comes de Seyne notum facio omnibus præſentem ſcedulam inſpecturis, quod Herbordus de Metrich quondam decimam a nobis in feudo tenuit, in eadem videlicet villa Metrig, unde quia præfatus Herbordus juri ſuo, quod in eadem videbatur habere decima, renuntiavit, nos pro remedio animæ noſtræ eccleſiæ S. Mariæ virginis in Hemmenrode ipſam decimam una cum conjuge noſtra Metilde contulimus, condignam nobis mercedem in extremo examine pro hoc ipſo exſpectantes. Unde ne hoc factum noſtrum, & pia voluntas a noſtris poſteris evacuetur & infringatur, præſenti ſcedula, nec non ſigilli noſtri appoſitione, & fidelium teſtium aſtipulatione confirmamus. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCCXXIX. IV. nonas Januarii. Teſtes hujus rei ſunt Rudolphus abbas Seynenſis. Joannes Cellarius miles de Seyne, Rucardus de Melvelden cellarius noſter in Seyna. Joannes ſacerdos, Henricus de Hedensdorf, & alii quam plures.

CCCCLXVIII.

CCCCLXVIII.

1230. .. Julii.

Obligatio advocatiæ de Mynheim per Henricum Comitem de Caſtris pro CL. libris Trevirenſibus.

(a) EGo (a) Henricus comes de Caſtris uoiverſis hoc ſcriptum intuentibus ootum facio, quod ego venerabili domino & conſanguineo meo Theo-
(b) dorico Trevirorum archiepiſcopo (b) advocatiam in Mynheim, quam ab ipſo in feodo teneo, de conſenſu Alberti dicti Munt & Godefridi Lupach, qui
(c) advocatiam eandem a me teneot (c) in
(d) feudo mediante (d) pro CL. Trevirenſium legalium, XXX. ſolidis pro libra computatis, quos .. ctus dominus meus mutuo mibi conceſſit, titulo pignoris obligavi, hac adjecta conditione, ut quandocunque ego vel hæredes mei dicto archiepiſcopo ſive ſucceſſori ſuo ſatisfecerimus de debito memorato, videlicet infra natale Petri, & feſtum ad Viocula, dicta advocatia ad nos libere revertatur, (e) fructibus medio (e) tempore perceptis in ſortem minime computandis, cum ſit res feodalis deſcendens ab archiepiſcopo memorato. Io hujus rei teſtimonium preſentem cedulam ſigilli mei feci munimine roborari. Actum anno Domini MCCXXX. meoſe Julii.

N O T Æ.

(a) *Henricus Comes de Caſtris.*] Dominus de Schonembesch, qui anno 1233. Irmeſiudi Comitiſſæ Luxemburgenſi vaſallagium præſtitit, apud Bertholet *Hiſt. Luxemb. Tom. V. in prob. pag.* 10.

(b) *Advocatiam in Mynheim.*] Mynheim villa eſt, ad Moſellæ ripam, ſeptem horarum itinere infra Trevirim.

(c) *In feudo mediante.*] Id eſt, ſubfeudo.

(d) *Pro CL. Trevirenſium legalium; triginta ſolidis pro libra computatis.*] Trevirenſium moneta & computus in eo differebat à communi Germaniæ, quòd illi triginta ſolidos, *Schilling*, in unam argenti libram computarent; cùm alibi primùm viginti, deinde viginti quatuor ſolidi libram argenti, duodecim verò denarii *Pfenninge*, ſolidum conſtituerent. Conf. *Nachricht vom Münz-Weeſen* cum Præfat. D. Kohler *P. I. C.* 2. §. 1. 2. *edit.* 2.

(e) *Fructibus medio tempore perceptis in ſortem minimè computandis.*] Cùm Jure Germanico fructus ex pignore percepti creditori in ſortem minimè imputarentur, Heineccius *Elem. Jur. Germ. Tom. I. Lib. II.* §. 327. hinc apparet, hanc clauſulam à Jure Romano, has partes jam invadente, proficiſci.

CCCCLXIX.

1230.

Statuta generalia Ordinis S. Benedicti pro monachis nigris Archiepiſcopatûs Trevirenſis.

Calmet *Hiſt. de Lorraine. Tom. II. in preb. p.* 444.

SMathiæ Trevir. S. Apri Tullenſ. de Hemmerode, & de Werſwiler abbates omnibus ſub ordine nigrorum io archiepiſcopatu Trevirenſi conſtitutis, per curſum vitæ temporalis æternitatis bravium promereri. Quia univerſalis patris noſtri ſancti ſummæ ſedis apoſtolicæ mandatum accepimus, ut ad obſervantiam regularis diſciplinæ diligentius & ſolito amplius intendamus; nos ad hæc de communi aſſenſu generalis capituli noſtri Treviris celebrati ſolemniter electi, ne in rei novitate gravia & dura vobis imponere videamur, pauca ex multis de obſervantia ordinis noſtri, quæ ſalva honeſtate noſtra nullatenus poſſunt omitti, per viſitatores authoritate noſtra ad vos directos, vobis inexcuſabiliter obſervanda præcipimus: videlicet ut in qualibet eccleſia conveotuali ad introitum clauſtri janitor ſedulus habeatur, oe horis iocompeteotibus cuiquam egrediendi vel ingrediendi clauſtrum concedatur libertas. Exeuntes de clauſtro, una nocte amplius moraturi, benedictionem accipiant eundi; faciant ſimiliter & redeuntes. Silentium horis debitis teneant. In oratorio, in dormitorio, in refectorio continuum ſilentium obſervetur. Ab eſu carnium in refectorio ſemper, & extra refectorium, niſi abbate vel priore concedeote, omnes abſtineant. Jejunium regulare nullus, niſi de licentia, iofringat, ſcilicet ab idib. Septemb. uſque ad paſcha. Io refectorio oullus ſibi cibum ſingularem præparet, niſi forte

pro

CCCCLXIX.

pro aliqua neceſſitate vel infirmitate prior hoc ſibi indulgeat. De reſiduo ſibi cibo nullus ad placitum ſuum facere aliquid præſumat. Tempore, quo bis comeditur, in mane pulmentum pro tempore convenienter apparatum & generale, ſcilicet quinque ova, vel pars caſei ad ſufficientiam apte moderata: In ſero herbæ vel fructus, pitantia etiam ovorum & caſei, prout prior providerit, miniſtrentur. Tempore vero jejuoii, duo pulmenta cocta cum pitantia pro tempore conveoienti miniſtrentur. Monachi hoſpites in oratorio, in conventu ad lectionem, tanquam fratres eccleſiæ charitative recipiantur in refectorio. Infirmis domus propria cum plena adminiſtratione ab abbate provideatur. Laicis & hoſpitibus domus ſibi competens præparetur. Veſtimenta & calceamenta nec nimis curta, nec nimis longa habeantur. Pileos & capas alterios quam nigri coloris non ferant. Infra ambitum clauſtri nulla mulier, niſi tantæ authoritatis fuerit, quod facile non poſſit excludi, admittatur; exceptis diebus ſolemnibus & proceſſionibus, & ſepulturis & anniverſariis. Ut proprietatis habendæ nulla ſit occaſio, omnia veſtra fratribus ab abbate miniſtrentur. Tonſura ita fiat, ut vix aures a crinibus tangantur, & corona ſolito fiat amplior. Calceamenta rotunda fiant & non notabilia. Secundum regulam ſancti Benedicti monachi ſemper veſtiti & cincti dormiant, & ſecundum conſuetudinem nunquam ſine caligis. Petitione ſæcularium nullus prioratum obtineat, nec hæreditario vel fœodali jure poſſideat, & qui ſic obtinuerit, amittat. In adventu Domini nonniſi ſemel concedatur raſura barbæ & coronæ. A paſcha usque ad idus Septembris, a quindena in quindenam fiat, & tum usque ad paſcha per tres ſeptimanas fiat. Caligæ fiant regulares, hoc eſt ſine pedulibus. Sine abbatis licentia & eccleſiæ utilitate nullus equitet. Hæc in hojus novitate mandati vobis generaliter tenenda præcipimus, ut his paulatim excitati, præcepta communis regulæ poſtmodum facilius obſervare poſſitis. Inhibetur authoritate totius capituli, ut nullus monachorum a diſciplina emancipetur, vel ponatur in ordine majorum, niſi facta prius profeſſione. Ut nulla conventualis eccleſia mandatum Domini cum lotione pedum & manuum omittat, * diſtricte præcipitur. Inhibemus etiam, ne aliquis monachorum extra monaſterium prandere aut cænare præſumat, niſi pro aliqua cauſa tam remotus fuerit a monaſterio, ut ipſa die hora competenti redire non poſſit. Statuimus etiam, ut monachus abbati, vel ei, qui præſidet capitulo, rebellis & inobediens excommunicetur. Quod ſi non cito ſe correxerit, quandiu in conventu fuerit, a divinis ceſſetur. Si autem nec ita ſe emendaverit, fratres ſimul cum abbate ipſum ejiciant, & ſi opus fuerit, ſæculari manu amoveatur. Si autem ejectus, poſtea redire voluerit, recipiatur, transmittendus in alium locum, quousque obedientia & humilitas ſatis valeant comprobari. Item communi conſenſu diffinitum eſt, ut infra ambitum monaſterii nulla ſæcularis mulier cohabitationem habeat, nec ſoror, nec converſa ſæcularem habeat ancillam. Item præcipitur, ut annuatim feria quinta ante paſcha fiat excommunicatio ſolemniter in proprietarios, conſpiratores, fures, & incendiarios.

* ſcilicet in Cœna Domini.

CCCCLXX.

1230. 25. *Decemb.*

HENRICUS GERMANIÆ REX,

ET

THEODERICUS ARCHIEPISCOPUS TREVIRENSIS

(*a*) duos invicem permutant Miniſteriales: Gerardum de Sinzich & T. de Valender. (*a*)

Gudenus *Cod. dipl. Mogunt. Tom. II. pag.* 936.

HEnricus Dei gracia Romanorum rex & ſemper auguſtus. Omnibus, quibus preſens ſcriptum exhibitum fuerit, in perpetuum. Ea, que in noſtra aguntur preſencia, ne temporis proceſſu a memoria labantur hominum, vel malicia perverſorum in irritum deducantur, regie majeſtatis perhenni teſtimonio diligenciùs ſunt declaranda. Qua propter noverit univerſorum imperii fidelium ætas, & ſucceſſura poſteritas, quod coram nobis ac dilecto
(*b*) (*b*) principe noſtro Theoderico Treverenſe archiepiſcopo, nec non ſub frequentia imperii & ejusdem eccleſie miniſterialium, commutatio quedam facta eſt de Gerardo de Sinzege & Theoderico de Valendere; ita quod Gerardus de Sinzege, qui priùs fuit miniſterialis Treverenſis eccleſiæ, deinceps imperio pertineat; & Theodericus de Valendere, qui prius fuit miniſterialis imperii, in recompenſationem Treverenſi eccleſie cedat. Ut autem de bona voluntate noſtra & memorati archiepiſcopi facta commutacio omnimoda ſemper gaudeat ſtabilitate, & incommutabilis perſeveret, pro utriusque partis ſecuritate pleniſſima hanc exinde paginam conſcriptam ſigilli noſtri karactere juſſimus communiri. Statuentes, & regio diſtricte precipientes edicto, ut nulli prorſus perſone cujuscunque condicionis liceat concambium illud, aliquo improbitatis auſu, dicto aut facto caſſare, & huic confirmacioni noſtre temere obviare. Quod qui facere preſumſerit, regie ſublimitatis iram & gravem offenſam ſe non ambigat incurſurum. Hujus facti teſtes ſunt Sifridus Ratiſponenſis epiſcopus imperialis aule cancellarius, Sifridus Moguntinus electus, & alii quam plures. Datum apud Wormaciam, anno incarnacionis dominice MCCXXX. XI. kal. Januarii.

N O T Æ.

(*a*) De Miniſterialium noſtrorum conditione non uno loco agimus. Hanc in aliquibus adſtrictam (quanquam nullo Nobilitatis prajudicio) eſſe, in reliquis liberam, alibi aſſerimus. Illo autem reſpectu in commercio eos fuiſſe, vel ex hac commutatione colligitur; id quod etiam Richardi Imperatoris diplomate firmetur, quód infrà edimus.

(*b*) *Principe noſtro Theoderico.*] Primùm mihi hic occurrit titulus Principis ab Imperatore Archiepiſcopo Trevirenſi tributus. Quo autem tempore hic ſtylus Curiæ ceperit, de eo tractant Chron. Gottvvicenſe *Lib. II. Cap.* 14. §. 8. Ludevvigii *Jura Feudorum Cap. XI. Quaſt. XI.* §. 14.

CCCCLXXI.

1231. 23. *Jan.*

HENRICUS VII. REX ROM.

(*a*) prohibet fœdera ſeu colligationes quascunque ſine conſenſu Majeſtatis Imperialis fieri conſuetas. (*a*)

Schannat *Hiſt. Wormat. in probat. p.* 109.

HEnricus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus. Univerſis imperii fidelibus, ad quos pervenerit litera præſens, gratiam ſuam & omne bonum. Notum eſſe volumus univerſis, quod nobis apud Wormatiam curiam ſolennem celebrantibus, in noſtra præſentia petitum fuerit definiri:

N O T Æ.

(*a*) Eâdem de cauſa, qua Conſtitutionem Friderici II. Imp. de 26. Aprilis 220. noſtris aſſeruimus, & hac præſente Henrici VII. cum alia mox ſubſequenti, nec non quæ eam excipiunt binis Fridericianis diplomatibus de anno 1232. ſ collectionem noſtram augemus.

CCCCLXXI.

finiri: utrum civitas aliqua, vel oppidum, in regno noſtro conſtitutum, communiones, conſtitutiones, colligationes ſeu conjurationes aliquas, quibuscunque nominibus appellentur, facere poſſent vel ordinare? Super quo principes noſtros & cæteros proceres ſacri palatii monuimus, tanquam qui univerſis ſumus in juſtitia debitores. Ipſi igitur ſententialiter pronunciando diffinierunt, quod nulla civitas, nul-
(b) lum oppidum (b) communiones, conſtitutiones, colligationes, confœderationes vel conjurationes aliquas, quocunque nomine cenſeantur, facere poſſent; eas penitus abjudicantes. Et
(c) quod nos, (c) ſine domini ſui aſſenſu, civitatibus ſeu oppidis, in regno noſtro conſtitutis, authoritatem faciendi communiones, conſtitutiones, colligationes, confœderationes vel conjurationes aliquas, quæcunque nomina imponuntur eisdem, non poteramus nec debeamus impartiri; & quod dominis civitatum & oppidorum, ſine noſtræ majeſtatis aſſenſu, ſimilia in ſuis civitatibus facere non licebat. Hanc autem noſtræ majeſtatis ſententiam perpetuam firmitatem babere volentes, ipſam dilecto principi noſtro, S. ſanctæ Moguntinenſis ſedis venerabili archiepiſcopo, noſtro ſigillo fecimus roborari. Teſtes hi ſunt: Theodoricus Trevirorum archiepiſcopus; Henricus Colonienſis archiepiſcopus; Conradus abbas S. Galli; Ottho comes Palatinus Rheni; Mathæus dux Lotharingiæ; Henricus dux de Limburg; Henricus comes Seinenſis; Lutherus comes de Hare; Walramus de Limburg; Gerlacus de Budingen; & alii quam plures, qui noſtræ ſolenni curiæ interfuerunt. Daum apud Wormatiam anno Domini MCCXXXI. X. kalendas Februarii. Indictione IV.

N O T Æ.

(b) *Communiones, conſtitutiones, colligationes, confœderationes, vel conjurationes.*] Manifeſtum hoc indicium, municipales jam ut plurimùm fuiſſe civitates, in territoriis (Vid. ſupra Conſtitutionem Friderici II. de anno 1220. *Not. b.*) ſtatuum Imp. ſitas; quippe quòd jus Collegii tribuendi pendeat à voluntate Principis ſeu Domini Civitatis. Adſtrictiorem tamen hactenus hanc territorialem Principum poteſtatem, vel ex eo apparet, quòd nec ipſis Civitatum Dominis licuerit jus Collegii civibus dare ſine Imperatoris aſſenſu.

(c) *Sine Domini ſui aſſenſu.*] Firmat hoc iterum, quod de dominio, juriſdictione, & ſuperioritate ſtatuum, præcipuè Eccleſiaſticorum, in Notis ad Conſtitutionem Fridericianam de 26. Aprilis 1220. latiùs adſtruximus.

CCCCLXXII

1231. ..*Martij.*

Abbatia S. Maximini Theodorico de Merſch vendit fundum pro exſtructione monaſterii de Marienthal.

Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. V. in probat. p. 9.*

HEnricus Dei gratia abbas totusque conventus S. Maximini Trevirorum, omnibus præſens ſcriptum inſpecturis notum facimus, quod cum Theodoricus dapifer comitiſſæ de Lucenburg, quandam partem nemoris noſtri in banno villæ de Merſch ſiti, ſuper montem videlicet ipſi villæ adjacentem, ſibi & nobis proſpicere cupiens ad culturam redigere voluiſſet, dummodo ſuper hoc noſtrum habuiſſet aſſenſum. Nos per Fredericum cantorem eccleſiæ noſtræ, & per magiſtrum Conradum canonicum S. Simeonis Trevirenſis, quos propter hoc ad locum ipſum deſtinavimus, nec non & per ſcabinos dictæ villæ, ipſi Theodorico, quidquid eſt infra ſemitam illam, quæ de Scindelec verſus villam Schoneberch ducit, usque ad pontem Calenbach, excepta alta ſylva, quæ vulgariter dicitur Sowale, fecimus aſſignari ſuper his pactionibus: videlicet, quod tam ipſe Theodoricus, quam hæredes ſui de eadem terra annuatim, nobis & eccleſiæ noſtræ in perpetuum ſolvant, in feſto S. Martini decem ſolidos Trevirenſes nomine cenſus. Item terram inter Scindelec & Merſch ſitam, quam nuper ad pratum redegit, & foſſato ſuo circumvallavit pro cenſu X. den., nec

CCCCLXXII.

(a) non & (a) pratum croadæ noſtræ retro turrim ſuam ſitæ, ſuper quam horreum ædificaverat, pro cenſu octo den. eidem Theodorico & hæredibus ſuis in perpetuum conceſſimus poſſidenda, ſingulis annis ſimiliter in feſto S. Martini ſolvendo. Ut autem hæc rata permaneant, præſens ſcriptum inde confectum tradidimus ſupradicto Theodorico, ſimile nobis retinentes. Et (b) quia nos conventus ſigillum proprium non habuimus, ſigillum venerabilis patris noſtri Theodorici Trevirorum archiepiſcopi pro nobis apponi rogavimus eidem ſcripto. Actum anno Domini MCCXXXI. menſe Martio. (c) (b) (c)

N O T Æ.

(a) *Pratum Croada noſtra.*] Croada ſignificat operas, quas ſubditi ac ruſtici dominis ſuis præſtare tenentur. *Croada* ergo hic erit portio terræ, quam ruſtici S. Maximini annuatim colebant.

(b) *Quia nos conventus ſigillum proprium non habuimus, ſigillum Theodorici Archiepiſcopi apponi rogavimus.*] Non leve hoc indicium eſt continuati nexus ſubjectionis in Abbatiam, quam ſub Alberone & Hillino Archiepiſcopis adjudicatam & confirmatam vidimus

(c) Conf. diploma Theodorici Archiep. de 15. Julii 1238.

CCCCLXXIII.

1231. 5. *Maij.*

HENRICI VII. REGIS ROM.

Privilegium datum Principibus Eccleſiaſticis & ſæcularibus, ejusdem ferè argumenti, cujus eſt illud Friderici II. Imp. de menſe Majo 1232.

Henricus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus. Univerſis fidelibus ſuis gratiam & omne bonum. Volentes principes noſtros eccleſiaſticos & mundanos cæterosque fideles regni noſtri in ſua libertate ſervare, & modis omnibus confovere, de regia noſtra munificentia gratiam eis fecimus, quam a civitatibus noſtris eisdem volumus inviolabiliter obſervari; ſtatuentes imprimis, quod nullum novum caſtrum vel civitatem in præjudicium principum conſtruere debeamus, quod nova fora antiqua poſſint aliquatenus impedire. Item, ut nemo cogatur ire ad aliquod forum invitus. Item antiquæ ſtratæ non declinentur, niſi tranſeuntium voluntate. Item (a) in civitatibus noſtris bannitum milliare deponatur. Item unusquisque principum libertatibus, juriſdictionibus, (b) comitatibus, centis liberis, ſibi vel infeudaris, utetur quiete ſecundum terræ conſuetudinem approbatam. Item centgravii recipiant centas a domino terræ, vel ab eo, qui per dominum terræ fuerit infeudatus. Item locum centæ nemo mutabit ſine conſenſu domini terræ. Item ad centas nemo ſynodalis vocetur. Item (c) cives qui phalburgenſes dicuntur, penitus deponantur. Item cenſus vini, frumenti, pecuniæ, vel alii, quos ruſtici conſtituerunt ſe ſoluturos, relaxentur, & ulterius non recipiantur. Item principum, nobilium, mini- (a) (b) (c)

N O T Æ.

(a) *In civitatibus noſtris bannitum milliare deponatur.*] Evidenti iterum argumento receptæ diſtinctionis territoriorum *immediatorum*, qualia erant Civitates liberæ Imperiales, & *mediatorum* territoriorum ad Principes pertinentium, in quorum præjudicium promittebat Rex ſe non extenſurum jura Imperialium ſuarum civitatum, porrigendo ea ad bannitum milliare extra civitatis muros. Adde infra Conſtit. Frid. II. de menſe Majo 1232. *Not. b.*

(b) *Comitatibus.*] Jura Comitatus Archiepiſcopo Trevirenſi jam anno 902. tributa fuerant à Ludovico R.

(c) *Cives, qui Phalburgenſes dicuntur.*] De his eſt Conſtitutio Caroli IV. in A. B. *Tit.* 16. Cauſam nominis optimè aſſecutus videtur, qui in Actis Erudit. Lipſ. Cal. Sept. 1734 *pag.* 415. ſic ſcripſit; *Quid ſi in poſterum dicamus, vocem deſcendere ab antiquo pfehlen, hodie befehlen ſive empfehlen, quod eſt in clientelam & fidem ſe commendare? Certè hoc natura rei propinquum eſt maximéque conſentaneum.*

miniſterialium, eccleſiarum homines proprii non recipiantur in civitatibus noſtris. Item principibus, nobilibus, miniſterialibus, eccleſiis proprietates & feuda per civitates occupata reſtituantur, neculterius occupentur. Item conductum principum per terram eorum, quam de manu noſtra tenent in feudo, per nos vel per noſtros non impediemus, vel infringi patiemur. Item non compellantur aliqui per ſcultetos noſtros ad reſtitutionem eorum, quæ a longinquo tempore receperant ab hominibus, priusquam ſe in noſtris civitatibus collocarent. Item in civitatibus noſtris nullus terræ damnoſus, vel a judice damnatus, vel proſcriptus, ſcienter recipiatur; recepti convicti ejiciantur. Item nullam novam monetam in terra alicujus principis cudi faciemus, per quam moneta principis deterioretur. Item civitates noſtræ jurisdictionem ſuam extra civitatis ambitum non extendant, niſi ad nos pertineat jurisdictio ſpecialis. Item in civitatibus noſtris actor forum rei ſequatur, niſi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus, quo caſu reſpondeat ibidem. Item in civitatibus noſtris nemo recipiat in pignore bona, quibus quis inſeudatus eſt, ſine conſenſu & manu domini principalis. Item ad opera civitatum nullus cogatur, niſi de jure teneatur. Item omnes advocatitii in noſtris civitatibus reſidentes antiqua & debita jura perſolvant, neque indebitis exactionibus moleſtentur. Item homines proprii, advocatitii, feudales, qui ad dominos ſuos tranſire voluerint, ad manendum in noſtris officiatis non arctentur. Talibus autem beneficiis dilectos nobis honorabiles principes majeſtas decuit regia prævenire; ſalvis privilegiis a patre noſtro obtentis, & ab eo, vel a nobis imposterum obtinendis. Eodem quoque jure gaudere volumus vaſallos, miniſteriales, homines & civitates nobis & imperio attinentes. Teſtes ſunt hi: Sifridus Moguntinenſis electus; Th. Trevirenſis; A. Magdenburgenſis; H. Colonienſis archiepiſcopi. H. Wirtenbergenſis, H. Wormatienſis, Argentinenſis, Spirenſis, Curienſis epiſcopi. Sancti Galli, Wirtenbergenſis, H. & Brumenſis abbates. Lotharingiæ, Brabantiæ duces, & alii quamplures. Datum apud Wormatiam in curia ſolenni anno Domini MCCXXXI. kalendis Maij. indictione IV.

CCCCLXXIV.

1231. Gerardus de Sinzig allodium ſuum Valender in feudum tradit Eccleſiæ Trevirenſi, ſub præſcriptis conditionibus. (a)

(a)

Gudenus Cod. dipl. Mogunt. Tom. II. p. 938.

THeodericus Dei gratia Treverenſis archiepiſcopus. Notum eſſe volumus preſentibus pariter & futuris, quod Gerhardus de Sinceche omne allodium ſuum, quod habuit in Valendre, de conſenſu & per manum uxoris ſue... nobis & eccleſie noſtre Treverenſi libere contulit, tali mediante conditione, quod ipſe Gerhardus & ſui heredes, qui propinquiores fuerint, ſive maſculi, ſive femine, dictum allodium a nobis vel ſucceſſoribus noſtris recipiant, & ab eccleſia Treverenſi in perperuum jure poſſideant feodali. Predicta vero uxor prefatum allodium, ratione dotis ſue, diebus vite ſue libere poſſidebit. Quemcunque autem predictorum heredum dictum feudum habere contigerit, idem homo ligius erit eccleſie Treverenſis; nec idem in receptione dicti feodi aliquo jure, quod vulgariter hergewede dicitur, nobis vel noſtro ſervire tenebitur ſucceſſori. Ne igitur huic facto aliqua inpoſterum intervenire valeat calumpnia, preſens ſcriptum conſcribi fecimus, & ſigilli noſtri patrocinio roborari. Actum anno Domini MCCXXXI.

N O T A.

(a) Quæ de jure Feudorum Trevirenſium toties à nobis traduntur, ea firmitatem quoque accipiunt ex hac charta, quam ex Gudeniana collectione ſeriùs (quippe quòd hujus Volumen alterum operis noſtri Tomo I. jam à ſemeſtri & ampliùs ſub prælo ſudante prodeat) mutuati ſumus. Id quod de litera feudali an. 1244. 26. Nov. memoratum volumus.

CCCCLXXV.

1231. ## Transactio inter Collegiatam S. Simeonis Treviris & Abbatiam Hemerodienſem ſuper variis juribus & prædiis monaſterio vicinis, auctoritate Theoderici Archiep.

THeodericus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus omnibus in perpetuum. Quoties pro pace ac utilitate eccleſiarum quicquam ſalubriter ordinatur, ne diuturnitate temporis minuta memoria valeat annullari, non tam conſuetudinis eſt approbatæ, quam neceſſitatis, ut ſcriptura, quæ geſtorum notitiam in ſuo vigore conſervat, cuſtodiæ commendetur. Notum igitur volumus eſſe, tam præſentibus quam futuris, quod plures olim vertebantur quæſtiones inter abbatem & conventum de Hymmerode ex una parte, & eccleſiam ſancti Simeonis ex altera, ſuper molendino videlicet, in loco, qui vocatur vulgariter Brancerburch, ſito, cujus medietatem eccleſia petebat, aſſerentibus abbate & conventu, quod ad ſe totaliter pertineret. Item ſuper curte Molebach & terris quibusdam eidem attinentibus. Item ſuper decima in Alten-Hymmerode, cujus medietatem ſimiliter petebat eccleſia, cum monaſterium ipſum hanc ſibi totaliter vendicaret. Item ſuper quibusdam terris in Gevelsdorff, de quibus cum eccleſia peteret decimam ſibi perſolvi, monaſterium ad hoc ſe non teneri dicebat, quod pro decima ſolvere deberet eccleſiæ cenſus ſex denariorum, ſicut videbatur probare per quoddam privilegium ipſi ab eccleſia ſuper hoc conceſſum. Item ſuper quadraginta tribus jurnalibus prati, quæ monaſterium aſſeruit ad ſe totaliter pertinere, nihil in eisdem recognoſcens eccleſiæ, præter quendam cenſum trium videlicet obulorum de ſingulis jurnalibus, quod ſimiliter videbatur probare per privilegium ipſi conceſſum ab eccleſia ſæpedicta. Item ſuper jure, quod vulgariter dicitur decimæ, quod requirebat eccleſia in nemore communi ſibi & monaſterio. Item ſuper nutrimentis animalium, de quibus eccleſia decimam requirebat. Hujusmodi vero quæſtiones de partium aſſenſu ſopitæ ſunt amicabiliter in hunc modum: molendinum remanebit liberum apud monaſterium absque omni præſtatione cenſus vel juris alterius. Similiter & curtis in Molebach, & eidem attinentes terræ, excepta decima, quæ ſolvetur eccleſiæ. Item nullam decimam dabit in Aldin-Hymmerode monaſterium, ſed decimam dabit de terris in Gevelsdorff, privilegio ſuper hoc ipſi indulto de cætero non valente, & generaliter excepto Aldin-Hymmerode, & achtis ſuis, monaſterium de omnibus terris per ipſum jam excultis vel in poſterum excolendis in parochia de Gransdorff duas partes decimæ ſolvet eccleſiæ, ſibi tertiam retinendo. Eccleſia vero ſimiliter de achtis ſuis, & de dote eccleſiæ in Gransdorff non dabit monaſterio decimam, cum alias per totam parochiam de Grandsdorff, præterquam in rebus prænotatis eccleſia duas partes, & monaſterium tertiam recipiant in decimis. Item quadraginta tria jurnalia prati retinebit monaſterium nihil inde ſolvens eccleſiæ juris, cenſus videlicet vel decimæ: de omnibus vero aliiſ pratis in parochia de Grantzdorff decimam ſolvet eccleſiæ, duas videlicet partes, ut dictum eſt, non in foeno, ſed in denariis, ſecundum conſuetudinem ab aliis parochianis in Grantzdorff hactenus obſervatam. Item nullam decimam ſolvet monaſterium de animalium nutrimentis; item de porcis, qui in ipſo monaſterio nutriuntur ad infirmorum, hoſpitum, vel pauperum uſus, decimam non ſolvet. Item cum tres habeat curtes in parochia de Grantzdorff monaſterium, ſcilicet Gevelsdorff, Molebach, Aldin-Hymmerode & quartam extra Grantzdorff, novam ſcilicet grangiam, ſitam prope monaſterium, in qualibet iſtarum curtium poterit habere triginta porcos non decimandos; ſed ſi plures habuerit, de pluribus ſolvet decimam, eadem lege, quantum ad æqualem numerum porcorum, & conditionem decimandi, vel non decimandi ex parte eccleſiæ obſervanda. Item in hoc convenerunt partes, quod ligna ſtantia nemoris communis non incidantur, niſi de aſſenſu communium foreſtariorum tam monaſterii, quam eccleſiæ, lignis vero jacentibus utentur æqualiter, in uſus, quos volue-

CCCCLXXV.

luerint, convertendos. Item paſcua erant communia tam in nemore, quam extra nemus in parochia ſæpedicta. Ut igitur ſuper his in poſterum contentio quælibet conquieſcat, duas chartas inde confectas noſtro, nec non & eccleſiæ noſtræ majoris, ſcilicet Treverenſis, dictorum quoque monaſterii & eccleſiæ ſigillis roboratas tradi fecimus partibus memoratis, ut quæque pars ſuam penes ſe chartam habeat, & conſervet. Actum Treviris anno Domini MCCXXXI. indictione IV.

CCCCLXXVI.

1232. .. April.

FRIDERICUS II.

pro ſtatûs Eccleſiaſtici decore ſollicitus, irritat conſuetudines Alemanniæ, quibus communia conſilia vel alia quæcunque officia ſine Archi- & Epiſcoporum beneplacito ſtatui receptum erat.

Lunig *P. Spec. Cont. I. Fortſ. II. p.* 403.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus ſecundus divina ſavente clementia Romanorum imperator ſemper auguſtus, Jheruſalem & Siciliæ rex. Cum Romanæ monarchiam dignitatis ipſo authore, per quem reges regnant, & principes obtinent principatus, qui ſuper gentes & regna conſtituit ſedem noſtram principalem, teneamus, & ſumus conſtituti in poteſtatis plenitudine, imperatoriam condecet majeſtatem eos, per quos cæperit, & in quibus conſiſtit noſtræ gloriæ celſitudo, qui & vocati ſunt nobiscum in partem ſolicitudinis, cum a noſtra celſitudine decus recipiant & decorem, non ſolum in antiquis ſuis juribus tueri, pariter & ſovere, imo quantum æquitas ſinit, & permittit ratio, novis & honeſtis tam juris quam gratiæ muneribus decenter & favorabiliter decorare. Sane cum ex defectu juris pariter & neglectu in partibus Alemanniæ adeo in uſum ſunt redactæ quædam conſuetudines deteſtandæ, ut boni ſpeciem præferentes, iniquitatem quodam falſo pallient velamento, quibus & principum imperii juri detrahitur & honori, & imperialis nihilominus auctoritas per conſequens enervatur; noſtræ incumbit ſolicitudini præcavendum, ne hujusmodi conſuetudines, quas cenſemus potius corruptelas, in diuturna tempora protrahantur. Volentes igitur, ut libertates & dona, quæ dilecti noſtri & imperii principes ex dono noſtri culminis nunc poſſident, & ſunt pro tempore poſſeſſuri, latiſſima interpretatione gaudeant, & quieta omnimodis ipſi principes ea poſſideant libertate, hac noſtra edictali ſanctione revocamus in irritum & caſſamus in omni civitate & oppido Alemanniæ, communia conſilia, (*a*) magiſtros civium ſeu rectores vel alios quoslibet officiales, qui ab univerſitate civium ſine archiepiſcoporum vel epiſcoporum beneplacito ſtatuantur, quocunque per diverſitatem locorum nomine cenſeantur; irritamus nihilominus & caſſamus cujuslibet artificii confraternitates ſeu ſocietates, quocunque nomine vulgariter appellantur. Item hac noſtra ſanctione edictali placuit ſtatuendum, ut in omni civitate vel oppido, ubi moneta jure cuditur, nec mercimonia nec vectigalia aliquo argenti pondere emantur ſeu vendantur, præterquam illis, qui cuilibet civitati vel oppido ſunt communes. Sicut enim (*b*) temporibus retroactis ordinatio civitatum & bonorum omnium; quæ ab imperiali celſitudine conferuntur, ad archiepiſcopos & epiſcopos pertinebat, ſic eandem ordinationem ad ipſos & eorundem

dem

(*a*) (*b*)

NOTÆ.

(*a*) *Magiſtros, qui ab univerſitate civium ſine Archiepiſcoporum beneplacito ſtatuantur.*] Vid. Conſtitut. Henrici VII. de 23. Jan. 1231. & ibi *Not. 6.*

(*b*) *Temporibus retroactis ordinatio civitatum ad Archiepiſcopos pertinebat.*] Nempe vigore Comitatuum, quorum jura, ab Imperatoribus in Epiſcopos retroactis temporibus translata, jure proprio eis obvenerunt.

CCCCLXXVI.

dem officiales, ab ipſis ſpecialiter inſtitutos, perpetuo volumus permanere, non obſtante abuſu aliquo, ſiquis in aliqua civitate forte contrarius extitiſſet, quod de facto potius, quam de jure cenſemus. Ut igitur talis omnino removeatur enormitas & abuſus, nec authoritatis aliquo velamine pallietur, omnia privilegia, literas apertas, & clauſas, quas vel noſtra pietas vel prædeceſſorum noſtrorum archiepiſcoporum & epiſcoporum ſuper ſocietatibus communibus ſeu conſiliis in præjudicium principum & imperii, ſive privatæ perſonæ dedit, ſive cuilibet civitati, ab hac die in antea in irritum vocamus, ac ſrivola penitus & inania judicamus, proteſtantes ac noſtræ conſtitutionis ſeu ſanctionis ſeriem exquiſitam ex decreto principum, & ex certa noſtra ſcientia in forma judicii proceſſiſſe. Statuimus igitur & imperiali ſancimus edicto, quatenus nulla omnino alta vel humilis, eccleſiaſtica vel mundana perſona huic noſtræ conſtitutioni ſeu ſanctioni ullo adveniente tempore aliquatenus contraire vel obviare præſumat, quod qui præſumpſerit, præter indignationem noſtram ſciat ſe quadragintarum librarum auri puri pœna mulctandum, quas fiſco noſtro volumus applicari. Ad hujus autem conſtitutionis & ſanctionis noſtræ memoriam & robur perpetuo valituram præſentem divalem paginam fieri & bullæ aureæ typario noſtræ majeſtatis impreſſa juſſimus communiri. Hujus rei reſtes ſunt B. patriarcha Aquilegienſis, A. Magdenburgenſis, O. Ravennas & B. Penormitanus archiepiſcopi; Babibergen. S. Ratisbonenſis imperialis aulæ cancellarius. H. Wormatienſis, Brixenſis, Oſſenburgenſis, Curienſis, Regmus Ymolenſis, Mittenmenſis, Fonenrienſis epiſcopi. A. Saxoniæ, O. Moraviæ, & B. Carinthiæ duces. H. de Norrhenberg, H. de Naſſaue, C. de Hohenloe, S. de Sponheim, & H. frarer ejus, L. de Hohenſtat comites. G. de Harenſtein ſacri imperii & in Italia legarus. G. de Bolandia, Guncellinus, Richardus imperialis aulæ camerarii & alii quam plures. Signum domini Friderici ſecundi Dei gratia invictiſſimi imperatoris Romanorum ſemper auguſti, Jheruſalem & Siciliæ regis. Ego Sifridus Ratisbonenſis epiſcopus imperialis aulæ cancellarius vice domini Sifridi archiepiſcopi Moguntinenſis in Germania archicancellarii, recognovi. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCCXXXII. menſis Aprilis, V. indictione. Imperante domino noſtro Friderico II. Dei gratia invictiſſimo Romanorum imperatore ſemper auguſto, Jheruſalem & Siciliæ rege. Anno Romani imperii ejus XXII. regni Jheruſalem VII. Siciliæ vero XXXIV. feliciter amen. Datum apud Aquilegiam, anno, menſe, indictione præſcriptis.

CCCCLXXVII.

1232. .. Maij.

FRIDERICUS II. IMP.

varia in favorem Eccleſiarum ſtatuit: nullum à ſe caſtrum erigendum, vel monetam in præjudicium Principis territorialis cudendam, nec feuda vacantia conferenda. Item, ne homines feudales proprii, cùm ad ſuos dominos redire voluerint, detineantur &c. Confirmans, quæ Henricus VII. Rex Rom. anno 1231. Wormatiæ conceſſerat.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus ſecundus divina favenre clementia Romanorum imperator ſemper auguſtus, Jheruſalem & Siciliæ rex. Excelſa noſtri ſedes imperii exalratur ac principalia moderamina imperii in omni juſtitia & pace diſponimus, cum ad noſtrorum jura principum & magnatum debita proviſione proſpicimus, in quibus velut honorabilibus membris inſidet caput, ita noſtrum viget & conſiſtit imperium, & tantæ cæſareæ magnitudinis moles regit & evehit, quorum humeris nitirur & portatur. Noverit igitur præſens ætas, & futura poſteritas,

CCCCLXXVII.

tas, quod in foro Julii apud Sibidacum una cum dilecto noſtro filio Henrico Romanorum rege convenientes, rogati per principes & magnates, quorum ibidem diligenda nobis aderat multitudo, ut gratiam eis ab eodem rege filio noſtro in tegali curia Wormatienſi indultam noſtræ authoritatis munimine proſequi dignaremur; dignum duximus eorum precibus favorabiliter annuendum, utpote qui non indigne in eorum promotione noſtrum & imperii ſtatum intendimus commode promovendum. Concedimus itaque, juxta quod idem rex filius noſter noſcitur conceſſiſſe, & perpetuæ conſormationi donamus, ſtatuentes, quatenus nullum novum caſtrum vel civitas in fundis eccleſiarum vel occaſione advocatiæ per nos vel quemquam alium ſub prætextu quolibet conſtruatur. Item quod nova fora non poſſint antiqua aliquatenus impedire. Item nemo cogatur ad aliquod forum ire invitus. Item ſtratæ antiquæ non declinentur, niſi de tranſeuntium voluntate. Item in civitatibus noſtris novis bannitum milliare deponatur. Item unusquisque principum libertatibus, juriſdictionibus, comitatibus, centis ſive liberis vel infeudatis utetur quiete, ſecundum terræ ſuæ conſuetudinem approbatam. Item (a) centumgravii recipiant centas a domino terræ, vel ab eo, qui per dominum terræ fuerit infeudatus. Item locum centæ nemo mutabit ſine conſenſu domini terræ. Item ad centas nemo ſynodalis vocetur. Item cives qui phalburgenſes dicuntur, penitus ejiciantur. Item cenſus vini, pecuniæ, frumenti vel alii, quos ruſtici conſtituerunt hactenus ſe ſoluturos, relaxentur, & ulterius non recipiantur. Item principum, nobilium & miniſterialium eccleſiarum homines proprii in noſtris civitatibus non recipiantur. Item principibus, nobilibus, miniſterialibus & eccleſiis proprietates & feuda per civitates noſtras occupata reſtituantur, nec ulterius occupentur. Item conductum principum per terram eorum, quam de manu noſtra tenent in feudo, vel per nos vel per noſtros non impediemus, vel infringi patiemur. Item non compellantur per ſcultetos noſtros ad requiſitionem eorum, quæ a longinquo tempore ab hominibus recipiunt, priusquam ſe in noſtris civitatibus collocarent, (b) niſi homines ipſi fuerint imperio immediate ſubjecti, quos tenebuntur juvare ſuper eorum jure in foro eorum, in quorum terris talia ſunt percepta. Item in civitatibus noſtris nullus terræ damnoſus, vel a judice damnatus vel proſcriptus recipiatur ſcienter, recepti convicti ejiciantur. Item nullam monetam novam in terra alicujus principis cudi faciemus, per quam moneta ejusdem principis deterioretur. Item civitates noſtræ juriſdictionem ſuam ultra civitatis ambitum non extendant, niſi ad nos pertineat juriſdictio ſpecialis. Item in civitatibus noſtris actor forum rei ſequetur, niſi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus, quo caſu ibidem tenebitur reſpondere. Item nemo recipiat in pignore bona, quibus quis infeudatus ſit ſine conſenſu & manu domini principalis. Item ad opera civitatum nullus cogatur, niſi de jure teneatur. Item homines in noſtris civitatibus reſidentes conſueta & debita jura de bonis extra civitatem ſuis dominis & advocatis perſolvant, neque indebitis exactionibus moleſtentur. Item homines proprii, advocatitii, feudales, qui ad dominos ſuos tranſire voluerint, ad manendum per officiales noſtros non arctentur. Ad hujus itaque conceſſionis & confirmationis noſtræ memoriam & ſtabilem firmitatem præſens privilegium fieri fecimus, majeſtatis noſtræ ſigillo munitum. Hujus autem rei teſtes ſunt S. Moguntinenſis archiepiſcopus. B. Patriarcha Aquilegienſis. Salſemburgenſis, Magdenburgenſis archiepiſcopi. E. Bambergenſis, S. Ratisbonenſis imperialis aulæ cancellarius, Herbipolenſis, H. Wormatienſis epiſcopi. Electus Friſingen-

N O T Æ.

(a) *Centum-gravii.*] Erant judices minores, qui per centenas jus dicebant, & Comiti ſuberant. Cùm itaque Comitatus ad Epiſcopos perveniſſent, qui eorum jura jam proprio perpetuoque jure tanquam Domini terræ (hodie territoriales dicimus) tenebant; ſic æquum erat, ut Centum-gravii centas, id eſt, commiſſiones ſuas, ceu demandatas ſibi juriſdictiones, ab Epiſcopis, jura Comitum obtinentibus, acciperent.

(b) *Niſi homines ipſi fuerint Imperio immediatè ſubjecti.*] Conf. ſuprà Conſtit. Friderici II. de anno 1220. ac Henrici VII. de 3. Maij 1231. cum utrobique notatis.

CCCCLXXVII.

ſingenſis. Abbas S. Galli. A. dux Saxoniæ. O. Moraviæ & B. Carinthiæ duces. Comes H. de Hortenberg, comes H. de Schonenberg, comes Seine, Gerlacus de Buthingen, G. de Bolandia, Gunzelinus, G. & C. de Hohenloch; pincerna de Winſterſtet, pincerna de Klingenburg; Richardus camerarius, & alii quam plures. Signum domini Friderici ſecundi D. G. invictiſſimi imperatoris Romanorum ſemper auguſti, Jheruſalem & Siciliæ regis. Ego Sigfridus Ratisbonenſis epiſcopus imperialis aulæ cancellarius vice domini Sifridi Moguntinenſis archiepiſcopi & totius Germaniæ archicancellarii recognovi. Acta ſunt hæc anno dominicæ incarnationis MCCXXXII. menſe Majo, V. indictionis. Imperante domino noſtro Friderico II. Dei G. invictiſſimo noſtro imperatore Romanorum ſemper auguſto, Jheruſalem & Siciliæ rege. Anno Romani imperii ejus XXII. regni Jheruſalem VII. Siciliæ XXXIV. feliciter amen. Datum apud Siladacum in foro Julii. Menſe & indict. præſcriptis.

CCCCLXXVIII.

1234. ..Decemb.

Capitulum S. Simeonis Abbatiam S. Cornelii in Inda immunem agnoſcit à telonio Confluentino.

Robertus præpoſitus, Eherhardus decanus totumque capitulum eccleſiæ ſancti Simeonis Trevirenſis, omnibus præſens ſcriptum inſpecturis notum facimus, quod cum a venerabilibus viris domino abbate & conventu beati Cornelii in Inda ſuper exactione telonii injuſta, quod teloniarius noſter apud Confluentiam ab eisdem extorquere nitebatur, quæſtio nobis mota fuiſſet, tandem poſt multas altercationes, labores & expenſas hinc inde factas, abbati & conventui jus ſuum recognoſcentes, eo quod privilegia ex eorundem parte nobis exhibita ab omni exactione telonii ipſos penitus eximebant, abſolutos eosdem in perpetuum reddidimus ab omni telonio nobis ab ipſis apud Confluentiam perſolvendo; hoc tamen adjecto, quod ſi dubitatum fuerit de rebus aliquibus, utrum videlicet ad ipſos vel ad alium pertineant, per nuntium eorundem ſacramento vel fidei interpoſitione ipſum dubium declaretur, ipſis poſtmodum recedentibus abſolutis, ſi res ad ipſos pertinere dicto modo fuerit declaratum. Ut autem hæc rata permaneant & debita ſtabilitate firmentur, nec telonium apud Confluentiam nomine & authoritate noſtri ab ipſis de cætero exigatur, præſens ſcriptum inde confectum ipſis tradidimus, noſtro nec non majoris eccleſiæ Trevirenſis munimine roboratum. Datum anno Domini MCCXXXIV. menſe Decembri.

CCCCLXXIX.

1234. ..Decemb.

Theodoricus Archiepiſcopus confirmat fundationem Abbatiæ Monialium de Bona-via.

Bertholet Hiſt. de Luxemb. Tom. IV. in probat. p. 59.

Theodoricus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus univerſis Chriſti fidelibus in noſtra diœceſi conſtitutis præſentis vitæ miſeram ebdomadem felici ſabbatho terminare. Quoniam, ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit ſive malum, oportet nos diem miſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in cœlis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Inde eſt, quod cum dilectæ filiæ abbatiſſa & conventus ordinis Ciſtercienſis de Bona-via eccleſiam & domos eidem ordini

CCCCLXXIX.

ordini neceſſarias ædificare intendant, quibus ad hoc cum in paupertate ſufficientiam ſuam poſuerint, aliorum ſub ſuffragia oportuna, univerſitatem veſtram monemus & hortamur attente, in remiſſionem vobis peccaminum injungentesque, tenus eis ad hoc grata ſubſidia & pias eleemoſynas erogetis, ut & ipſæ per veſtrum auxilium perficere valeant, quod intendunt, & vos per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei & BB. Petri & Pauli apoſtolorum ejus authoritate confiſi, omnibus, qui eis ad id manum porrexerint charitatis, vel qui ad honorem beatæ Dei genitricis in quatuor ſolemnitatibus ejusdem glorioſæ virginis, videlicet nativitate, purificatione, annunciatione, aſſumptione ad earum eccleſiam devote confluxerint, viginti dies de adjuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Nolumus autem has litteras per varia loca noſtræ diœceſis deportari, ſed in eodem cœnobio jugiter aſſervari. Datum anno Domini MCCXXXIV. menſe Decembri. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Stat Abbatia de Bona-via primo lapide ab urbe Luxemburgenſi, qua Theodonis-villam itur. Primas ejus origines referunt ad finem Sæculi XI., cùm devotas aliquas virgines perfectionis Evangelicæ ſpiritus illuc congregaret, Luxemburgi Comitibus tutelam haud negantibus. Maximum ſui cœnobii benefactorem, & tantùm non fundatorem, ipſæ virgines traditione ſecolunt Comitem quendam Viedæ, tunc Rodenmacræ Dominam. Religionem loci non Mars & Vulcanus inf.ſtus tantùm, ſed luxus quoque morúmque licentia fœdarunt; donec Catharina de Kerſchen ab anno 1570. æris alieni & tectorum detrimentis, quantum licuit, inſtauratis, priſtinam loco ſquallorem abſterſit.

CCCCLXXX.

1235. .. *Majo.*

Fundatio Abbatiæ de Tiffertingen auctoritate Theodorici Archiep. Trevirenſis.

Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. IV. in probat. p. 61.* (*a*)

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego (*a*) Alexander de Zolure omnibus in perpetuum. Quoniam brevis eſt vita hominis ſuper terram, qui poſt egreſſum ex hac vita nihil reportat ſecum præter peccata æterno incendio punienda, vel bonorum operum merita mercede interminabili remuneranda; fidelis quilibet, dum ſuæ poteſtatis eſt velle & nolle, præcipuum aliquid operari debet inſpirante Domino inchoandum, & eodem adjuvante feliciter conſummandum, cujus ſuffragio ſpeciali aſcribi valeat numero electorum. Notum igitur eſſe volo, tam præſentibus quam futuris, quod cum ego de aſſenſu venerabilis Theodorici Trevirorum archiepiſcopi, loci diœceſani, in quadam parte allodii mei in loco videlicet, qui vulgariter dicitur Fons beatæ Mariæ, ſito apud Tiffertingen villam meam nuper fabritam erexerim, in honore B. virginis dedicandam, novella plantatione ſanctimonialium ordinis Ciſtercienſis ibidem collocata; ejusdem loci promotioni pro viribus meis cupiens providere, ipſi liberaliter divinæ remunerationis intuitu de aſſenſu uxoris meæ Hadewidis de rebus a Deo mihi collatis, quæ ſubſcripta ſunt contuli, ab eodem jure proprietaris in perpetuum ſine contradictione qualibet poſſidenda. Locum videlicet dictæ fabricæ & ambitus ipſius; item curiam & bona tam in agris, quam in ſylvis ſita apud

N O T Æ.

(*a*) *Alexander de Zolure.*] Caſtrum de Solubrio, hodie *Soleuvre*, in Ducatu Luxemburgenſi, elatione ſitus ſui munitum, anno 1552. à Gallis vaſtatum eſt. Ab illo nomen perantiquæ familiæ, nunc extinctæ. Ex hac occurrit in charta noſtra San-Maximiniana anni 1135. *Wezelo de Zelueren.* Hujus itaque proſapiæ Alexander, Tifferingenſis Parthenonis fundator. Plura de hoc monaſterio vide apud Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. IV. p.* 437. *ſeqq.*

CCCCLXXX.

apud Hoſtetborne, ad meam proprietatem pertinentia, juxta limitationem ibidem factam, pro quorum emptione domino Jacobo de Kuns, a quo ea prius feodali jure tenueram, & dominæ comitiſſæ de Lucelburch, a qua idem Jacobus eadem bona eodem jure habuerat, allodium meum in Euringen aſſignavi. Item molendinum & vivarium in Tiffettingen ad meam pertinens proprietatem, ita tamen, ut vivario uti valeam, quoad vivo. Item caratam boni vini ſingulis annis perſolvendam in automno de redditibus in Keyle, ad meam proprietatem pettinentibus, a me ipſo, vel a quocunque hæredum, vel quovis alio mihi in eodem allodio ſuccedente. Item molendinum meum in Tuntingen cum prato de Holdingen, & aliis proprietatibus attinentibus eidem molendino. Item duos manſos in Redingen meæ advocatiæ, quorum proprietatem a domino Godefrido de Peppingen & a Philippo de monte ſancti Martini militibus comparavi, loco contuli memorato, juri advocatiæ, quod in eisdem habui, penitus renunciando. Item loco ſupradicto conceſſi, ut in ſylvis meis ubicunque ſitis, ligna ſecet ad ædificia, ſive uſibus aliis quibuscunque neceſſaria, & quod tam pratis meis, quam terra mea quacunque utatur libere ad ſuorum animalium nutrimenta. Hæc vero, quæ prædicta ſunt bona loco præfato contuli in præſenti & in perpetuum poſſidenda. Quæ autem ſcripta ſunt contuli eidem loco poſſidenda poſt mortem meam, ſi ea egeſtate compulſus ante mortem meam non vendidero, & ab hoc ſeculo migravero ſine prole: videlicet familiam meam mihi ſervili conditione adnexam in Zelobrio & in Kar. Item omnia bona mea ad meam proprietatem ſive allodium, pertinentia tam in Viſpach, quam in Keyle, & de Ottingen, quæ ſpecialiter emi a canonicis Trevirenſibus S. Paulini. Ne autem hæc donatio ab aliquo hæredum vel ſucceſſorum meorum, aut quovis alio auſu temerario impugnari valeat vel infringi, præſens ſcriptum inde confectum loco tradidi memorato, venerabilis patris præfati (*b*) Theodorici Trevirorum archiepiſcopi & (*b*) Trevirenſis eccleſiæ, nec non & mei ſigillorum munimine roboratum. Actum anno Domini MCCXXXV. menſe Majo.

N O T Æ,

(*b*) *Theoderici Trevirorum Archiepiſcopi & Trevirenſis Eccleſiæ ſigillorum munimine roboratum.*] Inde facilè conjicitur, fundationem in ipſo Trevirorum urbe conſcriptam fuiſſe; nam ibi nonnunquam morabatur Alexander, ubi & ſuum hoc anno teſtamentum condidit, quod edit Bertholet *cit. Tom. IV. in prob. p.* 62. Viginti tribus deinde annis vixit, ſepultus in ea, quam fundaverat, eccleſia, cum hoc Epitaphio: *Anno Domini MCCLVIII. XIII. Kalendas Aprilis obiit Alexander de Solubrio, Advocatus de Lucelburch, fundator hujus cœnobii. Requieſcat in pace.*

CCCCLXXXI.

Circa 1235.

Variæ Acquiſitiones factæ per Theodoricum Archiepiſcopum Trevirenſem.

EGo Theodoricus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus notum facimus hoc ſcriptum inſpecturis, quod nos dedimus Ruperto filio Henrici de Naſſouwe LX. marcas Colonien., (*a*) (*a*) XII. ſol. pro marca computatis, pro allodio ſuo, quod habuit Dietze, & in ſuperiori Lainſtein, in vineis, agris, pratis & ſilvis; ſive etiam titulo pignoris ea poſſideat bona ſua, pro ſupradictis denatiis nobis obligavit, eadem a nobis recipiens (*b*) in feo- (*b*) do,

N O T Æ.

(*a*) *Duodecim ſolidis pro marca computatis.*] Differebat igitur in eo libra Colonienſis à Trevirenſi, quòd in hanc 30., in illam 24. ſolidi computarentur. Vid. ſupr. chartam Henrici Comitis de Caſtris de anno 1230. *Not. d.* non obſcuro indicio, monetam Trevirenſem non fuiſſe eo ævo æque putam.

(*b*) *In feodo, quod Burglehn dicitur.*] Caſtren-

CCCCLXXXI.

do, quod burglehn dicitur, ita ut pro tali feodo in caſtro Montabur reſidentiam faciat anno integro, nobis & poſteris noſtris, juxta ſacramentum nobis ſuper hoc preſtitum, illud fideliter cuſtodiendo; hoc modo: ut ſi a caſtro noſtro receſſerit, eadem bona ad nos libere revertentur. Dedimus etiam perſonis infraſcriptis pecuniam ſubſcriptam, pro qua allodia eorum infraſcripta in feodum caſtrenſe caſtri Montabur modo ſimili pro ſe & ſuis heredibus receperunt. Videlicet Gerho de Derembach L. marcas Colonien. pro duobus manſis jacentibus apud Hildegerode & duobus manſis & molendino apud Buling. Item Hermanno de Bedendorff XXX. marcas Colonien. pro domo & curia ſua apud Horicheim, & duabus vineis in ſuperiori Kamerthe.
(c) (c) Hec feuda cedent tam filiabus quam filiis, quamdiu nobis fecerint, quod de jure tenentur, & ſicut ſuperius eſt prononciatum. Item Anſelmo de Hoilbach XL. marcas Colonien. pro allodio ſuo in Hoilbach. Item Conrado de Widergio XXV. marcas pro vinea apud S. Georgium, & pro allodio ſuo In Widergis. Item Dytardo de Paſſindorff LX. marcas Colonienſes pro bonis ſuis in Dreiſe. Item Hermanno & Siſrido fratribus de Hademar L. marcas pro omni allodio ſuo in Confluentia. Item Ludovico de Urencede XXV. marcas pro domo, curia & aliis bonis, que habent Urencede. Item Henrico Herren. L. marcas pro allodio ſuo, quod habet Horicheim, pro domo & curia & vineis in Horicheim, & quidquid ibidem habere dinoſcitur uxor ſua Edelindis, a nobis in feodo receperunt hec premiſſa. Item Wildicho XL. marcas Colonienſes pro vinea ſita ad S. Georgium, pro area quadam & domibus, quas habet in vico, qui Seir dicitur. Item Wilhelmo de Helffenſtein L. marcas pro curia ſua in Mulenheim. Item Friderico Cerpenne XXV. marcas pro allodio ſuo in Heſilbach. Item Henrico de Lainſtein L. marcas pro allodio quod habet Winegoldis Hagen, & pro vinea ſita apud Lorpach. Item Cunoni LX. marcas pro medietate ſua dumus apud atrium S. Marie. Item Reinardo XL. marcas pro curia ſua apud Veldin. Item Gunttamo X. marcas pro bonis ſuis in Confluentia. Item domino Manthone XL. marcas pro bonis ſuis in Derembach. Item Didone XL. marcas pro bonis ſuis in Luidinſtorp. Item Joanni de Stuppach XV. marcas pro bonis ſuis in Haſilbach. Item Syfrido & Gerlaco fratribus C. marcas pro bonis ſuis in Staffel. Item Sybodoni XL. marcas pro curia ſua in Heide cum ſuis appendiciis. Item Gerlaco XL. marcas pro bonis ſuis juxta Walrisheim & ejus confiniis. Item obligavimus decimam noſtram In Horicheim Hugoni & Henrico Stocheim pro C. marcis. Item dedimus Enolſo filio Henrici XL. marcas pro allodio ſuo in Wirnilonwe & Selibach; & hee omnia in feudum caſtri Montabur, ut eſt dictum.

(d) Item anno Domini MCCXXXV. dedit dominus Heidenricus filius Spedin de Lympurg ad pignus pro feodo, quod conceſtit ei Th. archidiaconus Trev. bona in Lympurg ſita, & reliqua bona in Deifferne & alia bona in Sinderbach, & ſimili modo bona in Boumheim, & bona in Veſtibach, & etiam homines in Meisveldin, & bona In Lintere & etiam domum & ortum in Lympurg, & bona in Nentirshuſen. (d)

Item comites de Naſſouwe Henricus & Rupertus promiſerunt domino archidiacono, fide interpoſita, quod talem deberent habere comitem Palatinum, qui homines illos, quos domino arhiepi-

N O T Æ.

ſtrenſes ad reſidentiam in caſtro faciendam obligatos fuiſſe, & ex hoc loco apparet, & aliunde certum eſt. Cùm itaque Rupertus Comes de Naſſovia ſe ad perpetuam reſidentiam in caſtro Montabaur obligârit; militiæ equeſtris exercitio per hoc renuntiaſſe videtur; qua in re hoc potuit ſtatuiſſe politicæ rationis, ut Archiepiſcopus haberet otioſos caſtrorum defenſores, & ſic vicini carerent Equitibus Trevirenſi Eccleſiæ infeſtis. Adde Mettingh *Stat. milit. German. Sect. VI. §. 8. Not. i. in f.*

(c) *Hec feuda cedent tam filiabus quam filiis.*] Hac clauſulâ nequidquam opus fuiſſet, ſi feuda Trevirenſia naturâ ſuâ fuiſſent promiſcua. Imò cum ea clauſula, tanquam ſpeciale aliquid ad prænominata tantùm feuda Gerhonis de Derembach & Hermanni de Bedendorff referatur; apparet, regulam ſtare pro ſequentibus in hoc inſtrumento enuntiatis, tanquam non exceptis.

(d) *Item anno Domini MCCXXXV.*] Quæ ſequuntur, extra diploma ſunt; eidem tamen immediate ſubjecta in antiquo chartario ſeculi XIV.

CCCCLXXXI.

archiepiſcopo memorato vendidit comes Rupertus, quos ipſi ab eodem Palatino tenent, & ipſe Palatinus ab archiepiſcopo, idem Palatinus domino archiepiſcopo reſignet eosdem, quod adimplere debent a purificatione proxima inſtante ad annum; quod ſi non fecerint, ipſi comites Henricus & Rupertus Confluentiam intrabunt, ita quod alter eorum nunquam inde exeat, niſi de voluntate & licentia domini archiepiſcopi, usque dum hec omnia fuerunt adimpleta.

CCCCLXXXII.

1238. 15. Julii.

Confirmatio privilegiorum Prioratus de Marienthal.

Bertholet Hiſt. de Luxemb. Tom. V. in probat. p. 98.

THeodoricus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus dilectis in Chriſto filibus prioriſſæ & conventui de Valle S. Mariæ religioſam vitam profeſſis in perpetuum. Religioſam vitam agentibus paſtorale convenit adeſſe præſidium, ne forte cujuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito revocet, aut rohur ſacræ religionis infringat. Eapropter in Chriſto dilectæ filiæ veſtris juſtis ſupplicationibus clementer annuentes monaſterium veſtrum, & omnes poſſeſſiones, quas idem monaſterium in præſenti juſte & canonice poſſidet, vel in futurum legatione nobilium, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſentante Domino poterit adipiſci, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & vobis, & his, qui vobis ſucceſſerint, præſentis ſcripti privilegio communimus, in quibus hæc propriis vocabulis duximus exprimenda: Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis; cum pratis, vineis, terris, nemoribus, uſagiis & paſcuis in buſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus ſuis; ſpecialiter vero allodium, quod (a) Theodoricus fundator (a) veſter ab eccleſia S. Maximini emit, & de conſenſu Eliſæ uxoris ſuæ, & omnium hæredum ſuorum vobis donavit, & protenditur a ſemita, quæ de Scindelec tranſit in Kalenbach, usque ad rivum, qui ducit Viſchbach ex una parte, & usque adrivum, qui dicitur Merlabach ex altera parte. Item jus patronatus eccleſiæ de Tuntingen, quod vobis contulerunt Hadewidis nobilis matrona de Schindalca cum conſenſu Gerhardi, Hubertini, Ylianæ, Gerdrudis, Mechildis, filiorum & filiarum, & omnium hæredum ejus, & domina Aleydis ſoror prædictæ Hadevidis filiæ. & aliorum hæredum ejus; & Eliſabeth domina de Holvelz de conſenſu Thomæ mariti ſui & Ludolphi & Iſembrandi, Wilhelmi & Gobelonis & aliorum filiorum & filiarum ejus, & domina Margretha de Mambra de conſenſu Thilonis, Wilhelmi, Jacobi filiorum & omnium hæredum ejus; & Ricardi & Conoſris milites, & omnes, qui in dicto patronatu habere juris aliquid videbantur, ſicut nobis per eorum omnium litteras patuit manifeſte. Item jus patronatus eccleſiarum de Beckirgen, & Urilingen, quod vobis contulerunt Theodoricus & Albertinus filii Theodorici fundatoris veſtri de conſenſu Aleydis & Elizabeth uxorum ſuarum, & dominæ Agnetis matris ipſarum, & omnium dominorum, a quibus idem patronatus mediate ſive immediate deſcendit, ſicut per ipſorum litteras nobis patebat. Item jus patronatus eccleſiæ de Rockingen, quod vobis liberaliter

N O T A.

(a) *Theodoricus fundator veſter.*] Ejus chartam vide ſuprà an. 1231. Theodorici fundationem hujus monaſterii Monialium ordinis S. Dominici probavit & confirmavit Ermeſindis Comitiſſa Luxemburgi, cujus de hac re diploma extat in Miræi *Opp. diplom. Tom. III. p.* 401. Hiſtoriam fundationis deſcripſit Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. V. p.* 9. *& ſeqq.* Adjutricem operam pio fundatoris inſtituto tulerunt duo celebres ex ordine S. Dominici viri conventûs Trevirenſis, Walterus de Meiſenburg, & Joannes Theologiæ Lector.

CCCCLXXXII.

raliter contulerunt Alardus de Kons, Thomas de Lucemburgh, Herbrandus de Ambele milites, Henricus de Lucemburch filius Syburgis, Nicolaus & Walterus filii prædicti Thomæ, & abbas & conventus S. Mariæ in Lucemburch: hujus autem abbatis & conventus litteras oculis noſtris vidimus, qui in prædicto patronatu habere juris aliquid videbantur. Item decimam, quam vobis in Colpach contulit Theodoricus fundator veſter de conſenſu Eliſæ uxoris ſuæ, & omnium hæredum ejus, pro cujus commutatione retinuit bona de Beringen, quæ fuerant Gerdrudis filiæ domini Herbrandi de Rupe. Item decimam, quam vobis in parochia Crucis contulit Wilhelmus miles de Heingen, de allodio ſuo de Wolcringen. Item decimam, quam vobis de allodio ſuo de Wolcringen contulerunt viri nobiles Wilhelmus & Joannes filius ejus milites de Anſenburch. Item decimam, quam vobis contulerunt Henricus miles dominus de Berge, & domina Aleydis uxor ejus de allodio ſuo in Kennenbruck. Item decimas, quas vobis contulit Theodoricus miles advocatus de Aſpelt de conſenſu omnium, quorum conſenſus erat requirendus. Prohibemus inſuper, ut nulli perſonæ poſt factam in monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine prioriſſæ ſuæ licentia de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero absque communi litterarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Prohibemus etiam, ne terras ſeu quodlibet beneficium eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dari ſive alio modo alienari, absque conſenſu totius capituli vel majoris & ſanioris partis ipſius. Siquæ vero donationes vel alienationes aliter, quam dictum eſt, factæ fuerint, eas cenſemus irritas & inanes. Prohibemus nihilominus diſtricte omnibus ſacerdotibus noſtræ diœceſis, ut a nullo hominum, qui apud vos eccleſiaſticam eligent ſepulturam, aliquid temporalium pro extrema unctione vel anniverſariis vel tricenario miſſarum, vel quacunque alia re, quam ſubditis ſuis ex ſuo officio tenentur exhibere, nec ante exhibitionem, nec poſt, niſi aliquid eis pietatis intuitu donatum fuerit, promiſſum audeat extorquere. Cum vero aliquis decedens apud vos elegerit ſepulturam, mox poſt ejus deceſſum adducatur, niſi in loco ubi deceſſerit, fuerit parochialis eccleſia vel capella, ubi miſſa defunctorum prius pro eo valeat celebrari. Sacerdotibus vero veſtri ordinis profeſſis, & canonice in eccleſia veſtra verſantibus, liceat confeſſiones audire, pœnitentias injungere, & cætera ſacramenta conferre omnibus, qui in eccleſia veſtra habitum aſſumpſerint religionis, vel qui ad agendum peccatorum ſuorum pœnitentiam juxta eccleſiam veſtram declinaverint ad manendum. Liceat etiam eisdem ſacerdotibus conjugatos, ſiqui ad veſtram religionem tranſire voluerint, ne eos propter divortium matrimonii diſcurrere oporteat, recipere autoritate noſtra, dum tamen provideant, quod ſi unus conjugum ad vos tranſire contigerit, & alter in ſæculo remanſit, remanenti & ætatis profectus & aſſumptio honeſti habitus, & famæ meritum ſuffragetur. Porro ſi aliqui archidiaconorum vel officialium noſtrorum, ſive noſtro ſpeciali mandato in monaſterium veſtrum, vel perſonas inibi conſtitutas, ſuſpenſionis, excommunicationis, vel interdicti ſententias promulgaverint, ſive etiam mercenarios veſtros, ſive in benefactores veſtros, pro eo quod vobis aliqua beneficia aut obſequia ex charitate præſtiterint, vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, quibus vos laboratis, & alii feriantur, eand ſententiam protulerint, ipſam irritam decernimus, & inanem.

Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis in veſtro monaſterio, excluſis excommunicatis & interdictis, omnia officia celebrare. Paci veſtræ quoque paterna in poſterum ſollicitudine providentes prohibemus, ut infra clauſuras locorum & grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temere capere, ſeu violentiam audeat exercere. Omnibus vero qui eccleſiæ veſtræ manum porrexerint pietatis, vel infra octavas, ſive in ipſa octava paſchæ vel pentecoſtes, vel in feſtivitatibus S. crucis, S. Dominici confeſſoris, dedicationis eccleſiæ veſtræ & ſanctæ Dei genitricis Mariæ ob reverentiam ejusdem glorioſæ virginis ad veſtram eccleſiam confluxerint, eandem quam dominus Papa prioriſſæ & conventui ordinis ſanctæ Mariæ Magdalenæ de Lucelenburch largitus eſt indulgentiam, & unam carrenam miſericorditer imper-

CCCCLXXXII.

pertimur. Omnes vero, qui huic noſtræ ordinationi contraire & veſtram libertatem præſumpſerint infringere, omoipotentis indignatiooem & noſtræ excommunicationis ſententiam ſe noverint incurriſſe. Daum anno Domini MCCXXXVIII. idibus Julii.

CCCCLXXXIII.

1238. 21. Sept.

Decreta ſive Statuta Provincialia concilii Treverenſis, Theodorico Archiepiſcopo præſidente.

ANno Domini MCCXXXVIII. in feſto beati Matthæi apoſtoli, in civitate Treverenſi, in eccleſia beati Petri, celebratum eſt concilium, reſidentibus domino Theodorico, Treverorum archiepiſcopo, & reverendis in Chriſto patribus, Joanne Metenſi, Rogero Tullenſi, & Rodolpho Verduneoſi, epiſcopis. & hæc ſunt ipſius concilii conſtituta: Quum creſcente perverſorum hominum malitia, adverſus ſpirituales nequitias, ſanctorum patrum canones, ad reprimeodas quorundam inſolentias non ſufficiuot, novis morbis oova medicamina præparamus. Neceſſitate itaque rerum compulſi, præcipimus, religioſorum locorum incendiarios, & eorum receptatores, ſingulis diebus dominicis excommunicatos nunciari, per omnes conventuales, & parochiales eccleſias, & monaſteria, tam monachorum quam monialium. Cum autem ipſi incendiarii abſolvi non poſſunt poſt publicationem, niſi à papa, nos expenſis & laboribus parcere volentes, ſtatuimus, ut ante denunciationem hoc ipſis iotimetur, videlicet, quod niſi ſatisfecerint, ad papam eos oporteat laborare: ut ſic territi, ad ſatisfactionem facilius inducantur.

Idem de violatoribus, fractoribus eccleſiarum vel monaſteriorum ſtatuimus, & firmiter præcipimus, quatenus ſi quis ad locum aliquem, prædam locorum * eccleſiaſticarum, vel perſonarum earum duxerit, per totam illam parochiam ceſſetur à diviois: dum ibi eſt præda, vel ipſe prædo, & prædæ emptor. Si autem io ipſa parochia cooventus fuerit, januis clauſis, & excluſis ipſius parochiæ parochianis, ibi divina cooceIebrentur ſubmiſſa voce, ita quod foris audiri non poſſint. Si quis autem parrochianorum deceſſerit, ſepeliatur io atrio ſine officio miſſæ, & cum ſola tantum commendatione: exceptis prædone, emptore, receptore, & * factoribus eorundem: vel ſi conſumpta fuerit ibi præda, ſententiæ prædictæ ſerventur, ſi de præmiſſis conſtiterit, per evidentiam facti, vel * ſacramentum ſpoliati, ſi honeſta ſit perſona. Si quid autem circa hæc quæſtionis emerſerit, judicio ooſtro relinquatur. Sacerdotes locorum, quibus de prædictis conſtiterit, ſtatim ſententias prædictas obſervent, & faciant obſervari. * Adijcimus, ut ſi raptor rerum ſacrarum, vel perſonarum eccleſiarum admonitus, non ſatisfecerit, excommunicetur: & ſi dominum habet ſuperiorem, ille moneatur, ut raptorem ad ſatisfaciendum compellat, infra menſem à tempore monitionis ſibi factæ. Quod ſi facere neglexerit, ex tunc terra ipſius eccleſiaſtico ſupponatur interdicto: prius tameo interdicta terra raptoris, ſi quam habet. Quod dicimus de raptore, extendi volumus ad eum, qui procurat, ut fiat rapina: ſi raptor excommunicatus fuerit, vel terra ejus interdicta, ab ordinario unius diœceſis, aliarum diœceſium ordinarii, qui ſuper hæc requiſiti fuerint, * & io ſuis diœceſibus eundem raptorem excommunicatum denuncieot, & vitari faciant, terram ſi quam ibidem habet, nihilominus ſupponeotes eccleſiaſtico ioterdicto. Item * dominus de captivatoribus & deteotoribus clericorum: Si locus fuerit interdictus, propter exceſſum domini ejusdem loci, homines oon admittantur ad divina, in locis tam vicinis: quod exinde rumpi poſſit nervus eccleſiaſticæ diſciplinæ: & ſi tales ſcienter admiſerit conventus, quot diebus in hoc peccaverit, tot ſeptimanis celebreot januis clauſis, ſine pulſatione campanarum, voce ſubmiſſa, & aliis excluſis: graviori animadverſione punieodus, ſi & iſtud neglexerit obſervare. Si vero paſtor vel vicarius, perſonas loci interdicti ſcienter admiſerit,

* alias eccleſiaſticorum

* fautoribus

* idem quod juſjurandum

* edicimus

* alias etiam

* alias demandamus

CCCCLXXXIII.

ſerit, ſuſpendatur. Simili pœna involvi volumus excomunicatum quemcunque admittentes, ſcientes, ad divina. Item ſtatuimus, quod captivatores clericorum, adjutores, & deſenſores eorum, excommunicati in continenti nuncientur. Si autem à die denunciationis, captivum cum ſatisfactione infra triduum non reſtituerint, terra ipſorum ſupponatur interdicto. Si vero a tempore interdicti, infra menſem non reſipuerint, principales eorum domini, qui poteſtatem habent eos coercendi, moneantur ab urdinariis ſuis, ut captivatores, & detentores, ad eorum reſtitutionem inducant, & compellant in continenti. Alioquin ipſi domini excommunicentur: & ſi excommunicationis ſententia non proficit contra eos, ipſorum terræ interdicto ſupponantur.

Si quis laicus eccleſiaſticæ perſonæ minas intuletit, de corpore proprio, & admonitus a judice ordinario eam aſſecurare noluerit, nec de ipſa recipere rationem, per excomunicationis & interdicti ſententias, ad adſecurationem ejus, & rationem de ipſa recipiendam compellatur.

Item ſtatuimus, quod ſi clericus celebraverit in loco interdicto, vel ipſe interdictus, vel excommunicatus divina celebrare præſumpſerit, & admonitus a prælato ſuo non deſtiterit: per epiſcopum loci capiatur, arcte cuſtodiæ & pœnitentiæ deputandus. Idem fiet de qualibet perſona religioſa taliter celebrante, & in ſua pertinacia petſiſtente.

Omnem negotiationem clericis inhibemus beneficiatis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis. Sacerdotum veſtis ſuprema, talaris ſit & clauſa. Et quando ad divina accedunt, prius camiſia Induantur.

Quando ad infirmos vadunt cum evchariſtia, ſimiliter camiſiam habeant, vel ſuperpellicium, vel veſtem choralem, vel cappam choralem: & ſi neceſſe fuerit, cooperiant ſe cappa pluviali, non mannicata tamen: ipſam tamen deponant, cum veniunt ad domum infirmi. Argenteas fibulas, & deargentatas corrigias ſacerdotibus inhibemus: nullam cordam, vel nodum in tunica vel ſupertunicali habeant, non ſolum in lapa. Clerici tam honeſte ſe gerant in tonſura & corona, ne propter hoc ipſos ſæveritate debita puniamus. Et clericus qui non obſervaverit ſtatuta, circa tonſuram & habitum, in cauſis minime audiatur.

Tabernas omnino clericis inhibemus, niſi in peregrinatione, vel neceſſitatis cauſa id fiat. In ſimplicibus tunicis, vel ſupertunicalibus ſacerdotes non compateant in eccleſiis, judiciis & plateis. Campanarii ſine camiſia ſuperiori in eccleſia non ſerviant, vel alias in divinis.

Circa clericos, poſtmodum habentes manifeſtam cohabitationem cum mulieribus, ſtatuimus, quod non admittantur ad ordinationem eccleſiæ: nec * valet electio de ipſis, vel ab ipſis celebrata. Quicumque clericus manifeſte cohabitans, ſuum executus fuerit officium, ad curiam transmittatur cum literis ordinarii ſui, rei ſetiem continentibus. Salva tamen poteſtate ordinarii, ſi quam habet in hoc caſu.

* aliàs valeat

Eccleſiæ paſtoralis paſtot vel vicarius, habens redditus octo marcarum, ſcholarem ſecum habeat ſibi ſervientem in divinis.

Clerici ludos alearum, vel deteriorum, & globorum devitent, & ad hoc per fruſtrationem beneficii compellantut. Sacerdotes cappas non habeant manicatas. Nullus presbyter ſine caligis ſive eſtivalibus celebrare præſumat: cum ſtatutum ſit, ut clerici, * miniſtri, balivi, aut juſticiarii laicorum, auxilium ab eccleſia, ſi capti fuerint, non habeant: adijcimus, quod ſi poſt admonitionem canonicam non ceſſaverint, eccleſiaſticis beneficiis ſpoliantur.

* fortè addendum, facti

Presbyteri ſive aliæ eccleſiaſticæ perſonæ, quæ mandatum aut * excomunicationem alicujus ſententiæ à ſuis receperint prælatis, ſi negligentes inventi fuerint in iisdem exequendis, illi pro quo mandatum receperunt, teneantur ad intereſſe ſecundum boni viri æſtimationem, coram ſuo judice faciendam. Si vero pro ubſervatione mandatorum ipſorum damnum paſſi fuerint, non relaxetur ſententia, antequam ei de damno dato ſatisfiat. Et ſi prius relaxata fuerit, nihilominus ei ſatisfiat de damno. Si clericus ſententiam obſervans, propter damnum ſibi propter hoc illatum, ſuſtentationem non * habeat, ab ordinario ei provideatur: nec relaxetur ſententia, antequam expenſæ refundantut, quæ in proviſione clerici ſunt impenſæ.

* excommunicationis alicujus ſententiam.

* habuerit.

Suſpenſi vel excommunicati clerici cele-

CCCCLXXXIII.

celebrantes, à domino papa tantum abſolvantur: cum ex eo quod talium hactenus facilis fuerit abſolutio, diſciplina ſit eccleſiaſtica vilipenſa.

Cum alias inſtitutum ſit, ut vicariis competens portio debeat aſſignari, * adijcimus, ut ſi iidem vicarii minorem acceptaverint portionem, nihilominus actionem habeant ad petendum competentem: cum hoc inductum ſit non in favorem perſonæ, ſed in favorem totius ordinis clericalis.

* edicimus.

Sicut ſæpe præcepimus, ſic & iterum præcipientes innovamus, ut corpus Domini, oleum ſanctum, oleum infirmorum, & fons ſacri baptiſmatis ſub diligenti ſint cuſtodia & clauſura. Et cum ſacra evchariſtia non eant ad infirmum ſine lumine & campana.

Item præcipimus, ut corpus Dei Infra quindenam non ſervetur, ſed in fine quindenæ, ſi tam diu ſervatum fuerit, ſumatur à ſacerdote in miſſa ante ablutionem.

Cum ſecundum apoſtolum, qui non laborat, manducare non debeat, prælatis eccleſiarum conventualium firmiter injungimus, ut per fruſtrationem beneficii compellant ſubditos ſuos ad frequentationem chori, & reſidentiam ad quam tenentur.

In parochialibus eccleſiis, pulſentur & cantentur horæ canonicæ, & de villis circa jacentibus, & capellis attinentibus, compellantur homines dominicis diebus & ſolemnibus, ad miſſam venire ad matricem eccleſiam, ne honor matricis eccleſiæ depereat per capellas: niſi forte remota ſit capella, & ei proviſum ſit in beneficio, ut in eo valeat, & ſoleat, & debeat miniſtrare ſacerdos.

Ut hæreticæ peſtilentiæ, quæ radices jam mittunt in provincia Treverenſi, ſollicitudine debita occurramus, omnibus archidiaconis, paſtoribus, & vicariis, nec non & aliis tam clericis quam laicis noſtræ jurisdictioni ſubjectis, in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus, ut * ubique inveniantur doctores hujus ſceleris * illis auditores, ipſis ad epiſcopi perducant audientiam, ne oves divinæ paſcuæ ſuis ſuperſtitionibus inficiant & corrumpant: & ſingulis dominicis diebus & feſtivis, excommunicentur hæretici, auditores, receptores, * factores, & illi qui eos non accuſant.

* ubicunque.
* illiusque
* fautores.

Decimæ non in domibus, ſicut hactenus fieri conſuevit, ſed in agris, vineis, pratis, & locis aliis, ex quibus prnveniunt perſolvantur, nollis deductis expenſis, circa rem hujus decimandam.

Cnnſuetudinem illam, ſecundum quam non decima, ſed undecima vel duodecima pars ſolvitur pro decima in annona, vel rebus aliis decimandis, quanticumque ſit temporis, improbamus. De cauſis matrimonialibus, nullus paſtor, vicarius, vel decanus cognoſcere præſumat.

Uſurarii manifeſti vel convicti, poſt hujus ſtatuti publicationem, pœnis coerceantur, quæ a jure infliguntur eisdem: ut videlicet non admittantur ad communionem altaris, & ad chriſtianam ſepulturam, nec eorum oblationes recipiant, dum fuerint in hoc puncto. Uſurarios autem cenſemus ſub pignore mutuantes, & ultra ſortem * perceptam in ſortem minime computantes.

* aliàs percepta

Cum adulter & adulteræ, & alia enormia committentes, pœna pecuniaria perſoluta, minus timeant recidivare, ſtatuimus, ut de cætero convicti vel confeſſi, publicam agant pœnitentiam. Mulieres infra parochiam portantes cyphum in ſcapula, & baculum in manu, in habitu & cibo per omnia tales, quales eſſe conſueverunt * peragere carenas. Viri autem infra parochiam, vel extra, pœnitentiam peragant modo præſcripto. Et hæc fieri prncurent epiſcopi, vel eorum officiales, ſi ea archidiaconus, vel eorum ſubditi neglexerint procurare.

* peragentes

Cum excnmmunicationis ſententiam plures vilipendant, ſtatuimus, quod ſi excommunicatus in ſua pertinacia ſex hebdomadis perſiſtat, ſtatim recepto mandato, excommunicantis ordinarii per literas ipſius, quas ad probationem faciendam ſufficere volumus in hnc caſu, excommunicatus per ſuperiorem ſuum, ad unitatem eccleſiæ compellatur redire. Alioquin idem ſuperior poſt admonitionem, excommunicationis ſententia percellatur.

Cum * comminationes quæ fiunt per inſpectionem unguis, aut gladii, vel alio quovis modo, penitus ſint reprnbatæ, ſtatuimus, ut ſi clericus in talibus deliquiſſe inveniatur, ſuſpendatur: manens in ea ſuſpenſione, usque ad ſatisfactionem condignam; ſi vero laicus fuerit, excommunicetur.

* conjurationes

Cum

by Google

CCCCLXXXIII.

Cum novo avaritiæ genere in noſtris * quondam diœceſibus laborantes, indebitas fabricari faciant monetas, presbyteris eorundem locorum univerſis præcipimus, quatenus quam cito perceperint, ibi ſtatim ceſſent à divinis, nec ipſa aliquatenus reſumantur, antequam de tali injuria ad mandatum eccleſiæ fuerit ſatisfactum.

* quidam

Item præcipimus ſingulis dominicis diebus & feſtivis, denunciari excommunicatos, facientes falſam monetam, vel mandantes, vel procurantes ut fiat. Item utentes ſcienter indebita vel falſa moneta. Annum gratiæ, propter multas ejus abuſiones revocamus. Volumus tamen, ut bonæ conſuetudines anſe ipſum, in præbendis clericorum decedentium, in ſuo vigore * valeant & perſiſtant.

* f. maneant

CCCCLXXXIV.

1238. .. Nov.

Quod Waleramus de Limburch tenet partem ſuam caſtri Mailberg ligiam à Theoderico Archiepiſcopo.

(a) Waleramus de Limburch. Notum ſit omnibus preſens ſcriptum inſpecturis, quod kariſſimus dominus meus Theodericus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus pro proprietate (b) caſtri de Mailberch, ſcilicet pro ea parte, quam erga dominum Theodericum de Mailberch & uxorem ejus bone memorie dominam Agnetem comparavi, mihi ſexcentas lib. aſſignavit Trev. accedente uxoris mee & liberorum meorum laude pariter & aſſenſu, hac conditione, quod ego de eodem caſtro dicto domino archiepiſcopo & ſucceſſoribus ſuis hominio ligio ſum adſtrictus, & ipſum caſtrum ſibi & ſucceſſoribus ſuis, imminente cujuslibet neceſſitatis articulo, ad ſubſidium eccleſie Trevirenſis pateat, ut ſue ſit ad hoc expoſitum voluntati. (c) Et ſciendum, quod filie mee ipſum caſtrum, ſi filii mihi non fuerint, ab eccleſia Trevirenſi feodali jure tenebunt. Si vero nec filios nec filias me habere contingat, proximus heres meus ex parte patris mei procreatus etiam ſuccedet in feodo memorato. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillo meo roboravi. Actum Nochuſen anno Domini MCCXXXVIII. menſe Novembrili.

CCCCLXXXV.

N O T Æ.

(a) *Waleramus de Limburch.*] Ille, de quò ſuprà in charta de 23. Nov. 1223.

(b) *Caſtri de Mailberch.*] Siti in Ardenna prope Kilburgum. Poſſeſſores caſtri hodie ſunt Domini de Veidert.

(c) *Et ſciendum, quod filia mea &c.*] Clariore expreſſione Dux Waleramus uti vix potuiſſet, ad ſignificandum, ſpeciale id eſſe, & à regula, id eſt, jure ordinario feudali Trevirenſi alienum, quod hic favore ſexûs fœminini nominatim conventum fuit, aliàs minimè obtenturum.

CCCCLXXXV.

1238. 26. *Nov.*

Hermannus Comes de Virneburg varia prædia donat Monaſterio Hemmerodienſi.

Heeſij *Manip. rerum Hemmer. p.* 46. (*a*)

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Hermannus Dei gratia (*a*) comes de Virnenburg notum eſſe volumus omnibus hoc ſcriptum inſpicientibus, quod ego de mera liberalitate cordis mei ſimul & de conſenſu ac bona voluntate filiorum & filiarum mearum contuli monaſterio de Hymmenrode in liberam eleemoſynam bona quædam, quæ mea abſoluta pecunia comparavi; videlicet viginti tres jurnales in Thure & prædium in Buſe ad aratrum unum ſufficiens, quæ bona nulli aliquid juris debent. Teſtes qui hoc viderunt & audierunt: Philippus frater meus, Henricus canonicus in Cardona, & Robertus filii, capellani mei; Emelricus de Thrys, Sibrech de Ulmene, Wernerus de Tilia, Godefridus de Eltz, Franco de Clottene, Siſridus de Natisheim, Sibertus de Elſe, Joannes de Pulch, Emecho, Walterus de Mertelach & Burchardus de Kirecke. Actum apud Munreial anno Domini MCCXXXVIII. VI. kalendas Decembris.

N O T A.

(*a*) *Comes de Virnenburg.*] Anno 1093. Hermannus Comes de Virneuburg inter teſtes ſubſcripſit fundationi monſterii Lacenſis; & anno 1157. præcepto Friderici I. Imp. alius etiam Hermannus. Deinde autem illuſtre hoc nomen diplomatibus noſtris occurrit ſæpiùs: usque dum Mathildis Wilhelmi ultimi Comitis de Virnenburg filia unica, Cunoni Comiti de Manderſcheid nupta, Comitatum Virnenburgenſem Trevirenſis Eccleſiæ feudum in hanc domum intuliſſet, renitente Archiepiſcopo, qui deficiente Virneoburgorum ſtirpe maſculâ, feudum Eccleſiæ ſuæ reunitum contendebat. Quæ contentio transactione demum anno 1554. compoſita eſt, cùm variis ceſſionibus à Theoderico V. Comite Manderſcheidano Archiepiſcopatui Trevirenſi factis, Virnenburgenſis Comitatus ei in feudum fœmininum daretur.

CCCCLXXXVI.

1238. 3. *Decemb.*

Quod Comes de Naſſouwe tenet Haſelbach ab Eccleſia Trevirenſi.

HEnricus comes de Naſſouwe univerſis preſens ſcriptum inſpecturis notum facimus, quod nos bona, que a domino archiepiſcopo Trevirenſi * Ludinstorp in feodo tenebamus, de conſenſu ipſius archiepiſcopi, & Mectildis uxoris noſtre Valli beate Elizabeth ordinis Ciſtercienſis contulimus; allodium, quod Haſelbach habebamus, domino archiepiſcopo Trevirenſi pro dictis bonis, que antea ab ipſo tenuimus, in feodum recepimus. Datum anno Domini MCCXXXVIII. III. Nonas Decembris.

* omiſſum *in*

CCCCLXXXVII.

CCCCLXXXVII.

1239. 24. Julii. Quod Archiep. Trevirenſis poſſit ſe juvare de Bydeburch contra quoscunque, & quod Comes Lutzellimburgenſis ſit Caſtrenſis in Kilburch; & alia plura.

THeodericus Dei gratia Trevirenſis archiepiſcopus, omnibus preſens ſcriptum inſpecturis notum eſſe volumus, (a) quod nos (a) Ermeſindi comitiſſe Lutzillimburgenſi & Henrico filio ſuo conceſſimus in feodo de conſenſu capituli noſtri quidquid juris habuimus in (b) oppido (b) Bydeburch & concedere poteramus, reſervatis nobis reditibus pertinentibus ad cameram noſtram, aſcendentibus ad quatuor libras tantum annuatim, quas ejusdem oppidi ſchultetus colligit nomine archiepiſcoporum Trevirenſium, qui pro tempore fuerunt, & eas ipſis annis ſingulis aſſignabit. Oppidum ipſum munient comitiſſa & ſuus filius, & eisdem primum, & ſecundo nobis & ſucceſſoribus noſtris, fidelitatem facient ipſius oppidi omnes inhabitatores. In eodem epiſcopi Trevirenſes domum habebunt honeſtam, non tamen munitam, cujus inhabitator non ſubjacebit honeribus quarumcunque exactionum. Inſuper ab ipſo ſubſidium habebunt epiſcopi Trevirenſes contra quemlibet, excepta comitiſſa Lutzillimburgenſi, & ſi guerram habebunt ejusdem tempore, per homines ſuos ibidem locandos & recipiendos ſe poterunt adjuvare. Idem facient comites Lutzellimburgenſes contra quoslibet, exceptis epiſcopis Trevirenſibus. Nullus in eo hominum reſidentium in bonis epiſcoporum recipietur absque conſenſu eorundem. Item dictus filius comitiſſe & ejus ſucceſſores comites Lutzillimburgenſes caſtrenſes noſtri erunt in caſtro Kilburch, (c) ibidem pro ſe militem locaturi, qui habebit ab epiſcopis Trevirenſibus, pro eo, quod vulgariter dicitur (d) ſezleyn, quidquid ſibi a comite Lutzillimburgenſi pro reſidentia in dicto caſtro facienda fuerit aſſignatum; & ex eodem ſe poterit adjuvare comes Lutzillimburgenſis eo modo, quo Trevirenſes epiſcopi ex oppido prenominato, ſcilicet Bydeburch. Ut autem hec rata permaneant, & debita ſtabilitate firmentur, preſens ſcriptum inde confectum communiri fecimus noſtro & capituli noſtri ſigillis. Nos autem E. comitiſſa Lutzillimburgenſis, & Henricus ipſius comitiſſe filius approbantes omnia preſcripta in ejusdem approbationis teſtimonium ſcripto preſenti appoſuimus & noſtra ſigilla. Datum anno Domini MCCXXXIX. IX. kal. Auguſti. (c) (d)

NOTÆ.

(a) *Ermeſindi Comitiſſæ Lutzillimburgenſi, & Henrico filio ſuo.*] Vid. ſupra chartam de 23. Nov. 1221. & ibi *Not. c. d.*

(b) *Bydeburch.*] Hodie *Bidburg*. Romanis *Beda*; prima ſtatio ad viam Romanam, quæ Treviris rendit Coloniam. Apud Francos facta caput nobilis Pagi, *Bedinſe* vocati. Demum appellatum *Bedenſe Caſtrum* ſeu oppidum, quo honore etiamnum durat.

(c) *Ibidem pro ſe militem locaturi.*] Sin hoc ſpecialiter conventum fuerat, vaſallus caſtrenſis perſonaliter reſidere tenebatur.

(d) *Sezlein.*] Videtur eſſe diminutivum à *Sette, Setti*, quod hodie dicimus *Sitz*; ſedes ſcilicet ſeu habitatio vaſalli caſtrenſis in caſtro

CCCCLXXXVIII.

1240. 25. Martii. Theodericus de Iſemburch permittit, Dominum de Valckenſteyn obligare mediam decimam de Meſſerich Theodorico Archiepiſcopo pro C. libris Trevirenſibus ratione reſidentiæ in Kilburch.

EGo Theodericus de Iſemburch omnibus preſens ſcriptum inſpecturis notum facio, quod dimidietatem decime, quam dominus de Falconis-petra in villa de Mercerich a me in feodo tenet, venerabili domino Theoderico Trevirorum archiepiſcopo obligari conſenſi pro C. libr. Treviren., quas idem dominus archiepiſcopus domino de Falconis petra pro reſidentia apud Kileburch facienda aſſignavit. Actum anno Domini MCCXL. VIII. kal. Aprilis.

CCCCLXXXIX.

1240. 18. Decemb.

Auctoritate Theoderici Archiep. pars redituum Canonicalium S. Simeonis in diſtributiones quotidianas convertitur.

THeodericus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus dilectis in Chriſto filiis præpoſito, decano totique capitulo eccleſiæ ſancti Simeonis Trevirenſis ſalutem in Domino. Cum eccleſiam in Hoingen & quoſdam alios reditus refectorio veſtro deputatos aliquando proceſſu temporis de aſſenſu & authoritate noſtra in uſus multo meliores duxeritis convertendos, (a) ſtatuentes, quod in choro diſtributio fieret eorundem. Ne factum tam noſtrum, quam veſtrum hujusmodi & quibuslibet in poſterum cultum divini ſervitii minime forſitan diligentibus aliquatenus valeat impugnari, tanquam ad id authoritate propria proceſſeritis, in approbationis & authoritatis noſtræ teſtimonium præſens ſcriptum vobis tradidimus, ſigilli noſtri munimine roboratum; ſtatuentes, ut hæc præſens ordinatio veſtra inviolabiliter obſervetur inpoſterum, non obſtantibus literis, ſi quæ emanaverunt a nobis alia vice, aliud quodlibet decernentes. Datum Confluentiæ anno Domini MCCXL. XV. kalendas Januarii.

(a)

N O T A.

(a) *Statuentes, quod in choro diſtributio fieret eorundem.*] Hoc certum argumentum eſt, vitam communem ad S. Simeonem non viguiſſe. Sed de eo jam egimus Sæculo XI., præſertim ad tabulas Anſelmi de an. 1053.

ARNOLDUS II.
DE ISENBURG.
ARCHIEPISCOPUS.

CCCCXC.

1242. .. Mart.

CONRADUS REX ROM. Abbatiam S. Maximini recipit in ſuam & Imperii protectionem.

Zylleſius Defenſ. S. Maxim. P. III. p. 59.

COnradus divi auguſti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus ſemper auguſtus, & hæres regni Jeruſalem. Univerſis imperii fidelibus præſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam & omne bonum. Supplicaverunt celſitudini noſtræ, venerabilis abbas & conventus ſancti Maximini Trevir. fideles noſtri, ut eccleſiam, & omnia bona eorum, quæ juſte tenent & poſſident, ſub imperialis, & noſtræ protectionis gratia recipere dignaremur. Nos igitur, qui perſonas religioſas, & loca Deo dicata de innata nobis pietate intendimus & affectamus defenſare favorabiliter ac fovere, piis eorum ſupplicationibus legitime inclinati, eaodem eccleſiam cum omnibus bonis ſuis, quæ in præſenti juſte tenent & poſſident, vel quæ in antea juſtis modis poterunt adipiſci, ſub protectione noſtra & imperii recipimus ſpeciali; mandantes, & per obtentum gratiæ Domini & patris noſtri & noſtræ firmiter præcipientes, quatenus nullus ſit, qui eandem eccleſiam, vel perſonas in ea Domino famulantes in bonis ſuis præſumat, vel audeat aliquatenus temere moleſtare. Quod, qui

CCCCXC.

qui præſumpſerit, indignationem noſtram & imperii ſe noverit graviter incurriſſe. Actum aono dominicæ incarnationis, MCCXLII. menſe Martii. XV. indictionis. Datum apud Treverim aono, menſe, indictione præſcriptis. (a) (a).

N O T A.

(a) Hæc non obſtare juri Archiepiſcopi, ſub Alberone & Hillino ſatis aſſerto, ſequitur ex iis, quæ tradidimus Diſſertatione Sæculo VIII. præmiſſa §. 6. Conf. notata ad diploma ejuſdem Conradi R, de 14. Julii h. a.

CCCCXCI.

1242. 17. April. (a)

Litera Unionis ſeptem majorum Eccleſiarum Urbis Trevirenſis. (a)

Nos majoris, S. Paulini, S. Simeonis capitula, S. Maximini, S. Eucharii, S. Mariæ ad martyres, & S. Martini conventus Trevirenſes, conſiderantes, quod per ceſſationem divinorum a divinis, quam jamdudum contra malefactores, invaſores, & captivatores perſooarum & rerum eccleſiaſticarum de conſenſu, quam obſervaveramus, divini nominis cultus, religionis obſervantia, nec non & ſcholaſtica diſciplina diſſiparentur, & ex hoc timeremus contra nos indignationem Dei potius provocari, dum in medio nationis perverſæ poſiti, eosdem malefactores in Dei contumeliam & clerl jacturam ſeotiremus fortius animari, & quaſi cornibus elatis in perſonas eccleſiaſticas & res earum irreverenter graſſari. Saniori freti conſilio, talium machinationibus & crudelitatibus ſine diſpendio cultus divini, quantum poſſumus, obviare volentes, unanimi conſenſu contra eos ſecundum formam ſubſcriptam decrevimus procedendum: Videlicet, quod eccleſiæ ſingulæ & eccleſiaſticæ perſonæ ſuos malefactores, laicos tantum, excommunicatos legitime dent in ſcriptis, nec inſcribant aliquem, niſi notorie reum, nec illos, de quibus quæſtio vel litigium pendet, inſcribant; & hujusmodi ſic in ſcriptis dati, in ſingulis eccleſiis & monaſteriis conveotualibus, cum proclamatiooe ſolemni ſingulis diebus dominicis nominatim, campanis pulſatis & accenſis caodelis, excommunicati publicè judicentur. Quotiens vero in ſolempnitatibus convenire contingit congregationes eccleſiarum vel monaſteriorum, in loco, in quo convenerint, præmiſſa proclamatio & denunciatio obſervetur. In parochialibus vero eccleſiis totius civitatis Trevirenſis prædicti malefactores, dati in ſcriptis ſacerdotibus, ſingulis diebus dominicis, campanis pulſatis & accenſis candelis, nominatim & publicè denuncientur excommunicati. Poſtquam igitur prima vice hujusmodi denunciatio ſolemniter promulgata fuerit, moneant ipſa die ſacerdotes ſuos parochianos, ne quis ex iis aliquem hujusmodi excommunicatorum hoſpitio recipiat, ſed, ſi quid habet cum eo agere, a die primæ denunciationis, ſe de ipſo expediat infra menſem, alioquin receptor pœna ſimili ex tunc percellatur. Abbates autem & eorum ſubditi poſtpoſiti, & archidiaconi, decani & cæteri canonici, ſi poſt primam denunciationem quempiam dictorum excommunicatorum ſcienter hoſpitio vel ad menſam receperint, a communibus libertatibus & capituli, & aliarum eccleſiarum, ſint excluſi, donec ſecundum regulam canonicam ſufficientem exhibuerint emendam: videlicet, ut coram ſuo conventu vel capitulo proſtrati veniam petant, & per octo dies in clauſtrali carcere maneant, niſi medio tempore gratiam conſequan-

N O T A.

(a) In perturbatiſſimo rerum Germaniæ ſtatu magnum ſanè Clerus in ſpiritualibus armis, multo ratóque apparatu in hac unione diſpoſitis, invenit præſidium; pro ejus certè ævi genio, qua maxima fuit Eccleſiaſticis cenſuris reverentia.

CCCCXCI.

ſequantur. Si verò dominus archiepiſcopus boc non obſervaverit, cum per ipſum juſtitia robur debitum & vigorem debeat obtinere, quamdiu in civitate vel ſuburbio fuerit, ceſſent eccleſiæ a divinis, donec die dominica ad majorem veniat eccleſiam, & ipſum, quem ralem receperit, excommunicatum perſonaliter denunciet, cum præfatis aſtantibus, campanis pulſatis, & accenſis candelis. Præterea captivatores clericorum & eccleſiaſticarum perſonarum vel eorum prædones manifeſti ſive in caſtris epiſcopalibus, aut alias in diœceſi Trevirenſi conſtituti, (b) (b) ſecundum ſtatuta concilii Trevirenſis coherceantur; ſi vero ipſi clericos vel eccleſiaſticas perſonas extra diœceſin dnxerint captivos, velut eorum prædam, archiepiſcopus ad res vel poſſeſſiones, ſi quas dignoſcantur habere in diœceſi Trevirenſi, manus extcodat pro viribus, bona fide, ut ſic coherceat eos ad captivi liberationem, rerum ablatarum reſtitutionem, & condignam ſatisſactionem. Si vero a clericis captivis per dictos captivatores extortum fuerit juramentum, ut damna ſua repetant, & abſolutiones captivorum procurent, nihilominus eccleſiæ ipſos denuntient excomunicatos indeſinenter, usque ad damnorum reſtitutionem & condignam ſatisſactionem. Uxores quoque & familiæ eorum arceantur nihilominus a divinis. Si vero contra duces, comites & nobiles terræ, quorum poteſtas & ſubditi perſonas & res eccleſiaſticas invadunt, & moleſtant frequenter, archidiaconi, ſi requiſiti negligentes extiterint in exhibenda juſtitia ſecundum ſtatuta concilii Trevirenſis, (c) (c) per officialem archiepiſcopalem Trevirenſem ipſorum negligentia ſuppleatur, & ipſi ac alii, qui jurisdictionem habere noſcuntur, propter hoc a ſui capituli libertatibus, ac a conſortio aliarum eccleſiatum Trevirenſium, excludantur, donec canonicam exhibuerit emendam modo ſupradicto, & oihilominus per officialem archiepiſcopalem Trevirenſem ipſorum negligentia ſuppleatur. Quod ſi *Officialis* remiſſus fuerit, (d) a tractatibus capituli & a conſortio eccleſiarum Trevirenſium excludatur, donec canonicam exhibuerit emendam modn prædicto, (d) & nihilominus archiepiſcopus adeatur, qui ſi nec juſtitiam ſecerit, nec mandaverit exhiberi, quamdiu in civitate vel ſuburbio Trevirenſi fuerit, per defectum juſtitiæ ceſſent eccleſiæ a divinis. Ducibus etiam & comitibus, qui excommunicati fuerint, in civitate Trevirenſi præſentibus, quamdiu ibi fuerint, ceſſent tam eccleſiæ, quam monaſteria, & parochiæ prædictæ a divinis. Siquis excommunicatorum pertinaciter miſſarum ſolemniis vel divinis intereſſet, & monitus exire nollet, ante evangelium ſacerdos exuere debet, & chorus exire; ac monendi ſunt (e) ſchultetus & ſcabini, ſi civis fuerit (e) Trevirenſis, ut talem ad emendam compellaot, alioquin ipſi ex tunc propter negligentiam ab archidiacono loci excomunicati præcipiantur publice nunciari. Abbates & conventus cujuscunque ordinis ſint, ſi ſtatuta concilii moniti non ſervaverint, ſubſidio careant eorundem, donec ſuper his ſatisfaciant competenter. Fratres autem Templarii, de domo Teutonica, Prædicatores, * Minores ſacciti, ſanctimoniales & pœnitentes & alii religioſi, cujuscunque ordinis, poſtquam noſtri malefactores in ſcriptis eis exhibiti, & ſuper eis evitandis fuerint requiſiti, ſi nobis compaſſi non fuerint, ipſis non compatientibus nobis, opportuno tempore noſtra compaſſio denegetur. Ut autem hæc rata permaneant, & illibata conſerventur, cum principaliter eccleſiaſticæ libertatis roborationem tangere dinoſcantur, ad qoam obſervandam ſumus omnes adſtricti, prius decretum capitulorum & conventuum noſtrorom ſigillis communi conſenſus placuit roborari.. Actum & datum anno Domini MCCXLII. XVII. Aprilis.

* hodie *Obſervantes* dicti.

CCCCXCII.

N O T Æ.

(b) *Secundum ſtatuta Concilii Trevirenſis.*] Quod dedimus ſuprà ad annum 1238.

(c) *Per Officialem Archiepiſcopalem Trevirenſem ipſorum negligentia ſuppleatur.*] Erat itaque Officialis Archiepiſcopalis Archidiaconorum (quantum ad res officii) ſuperior. Add. *Cap.* 3. *de Appell. in ſexto.*

(d) *A tractatibus Capituli excludatur.*] Signo, ſolitum fuiſſe deſumi Officialem ex Metropolitana aut Collegiatis Eccleſiis urbis Trevirenſis.

(e) *Schultetus & Scabini.*] Per hos tunc Civitas regebatur.

CCCCXCII.

1242. 14. Julii.

CONRADUS REX ROM.

Trevirenſes in ſuam & Imperii ſpecialem protectionem recipit.

Brovverus Annal. Trev. Tom. II. p. 137.

CONradus imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus, ſemper auguſtus, & heres regni Jheruſalem. Tenore præſentium notum facimus univerſis, quod nos ad devota ſervitia, quæ cives Trevirenſes domino & patri noſtro, nobis & imperio præſtiterunt, & frequenter poterunt exhibere, debitum reſpectum habentes, eosdem cum perſonis & omnibus bonis ſuis ſub imperii & noſtram protectionem recepimus ſpecialem, per obtentum gratiæ Domini & genitoris noſtri, & noſtræ, firmiter præcipientes, ne quis eos, contra præſentis protectionis tenorem, auſu temerario moleſtare præſumat; quod qui præſumpſerit, indignationem noſtram & imperii ſe ſciat graviter incurſurum. Ad cujus protectionis robur, præſentes eis damus literas, ſigillo noſtræ celſitudinis communitas. Datum Hagnov. XIV. Julii. MCCXLII. Indict. XV. (a)

N O T A.

(a) Brovverus *Annal. Lib. XVI. n. 6.* obſervat, Conradum ex patris Friderici, peſſimè tunc de Romano Pontifice & ordine Eccleſiaſtico ſentientis, ingenio has tabulas civibus Trevirenſibus adversùs Archiepiſcopum conceſſiſſe. Multùm certè defecerat Fridericus II, ab animo, quem annis 1220, 1231, & 1232. Germaniæ Præſulibus admodum faventem vidimus. Ita enim de eo Matthæus Paris. *pag. 459: Patuit luce clarius* (Francorum & Anglorum Regibus) *& ipſorum magnatibus, quod Fridericus libertatem & nobilitatem Eccleſiæ, . . . toto conamine ſtuduit annullare; & de hæreſi per id ipſum ſe reddens ſuſpectum, merito omnem, quem hactenus habebat, in omni populo titulum famæ propriæ, prudentiæ & ſapientiæ, impudenter & imprudenter extinxit atque delevit.* Adde Monachum Paduanum *Lib. I. pag.* 590. Confer etiam, quæ mox diximus ad præceptum Conradi R. de menſe Martio hujus anni.

CCCCXCIII.

1243.

Ex diſpenſatione Apoſtolica Arnoldus Archiep. Trevirenſis retinet beneficia ante Pontificatum poſſeſſa.

Kyriand. An. Trev. p. 175.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilecto filio Arnoldo electo Trevirenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Promerente tuæ devotionis promptitudine, fidei puritate conſtans, te ſpecialem inter devotos Romanæ eccleſiæ reputare dignum fore providimus, ut te ſpeciali prærogativa favoris & gratiæ proſequentes, petitionibus tuis, quantum cum Deo poſſimus, favorabiliter annuamus. Cum igitur, ſicut ex parte tua fuit coram nobis propoſitum, menſæ tuæ reditus propter guerrarum diſcrimina ſint adeo diminuti, quod ſufficere nequeunt ad ſuſtinenda opera, quæ incumbunt pro defenſione tuæ eccleſiæ, ac etiam eccleſiaſticæ libertatis, Nos devotionis tuæ precibus benignum impertientes aſſenſum, auctoritate præſentium tibi indulgemus, ut beneficia eccleſiaſtica, quæ electionis tuæ tempore obtinebas, illis duntaxat exceptis, quæ de mandato noſtro aliis ſunt collata, obtinere liberè valeas usque noſtræ beneplacitum voluntatis.

CCCCXCIV.

1244. 26. *Nov.*

Arnoldus Archiepiſcopus collationem feudi, ab Anteceſſore ſingulari jure factam, ratificat.

Gudenus Cod. dipl. Mogunt. Tom. II. pag. 942.

ARnoldus Dei gracia Trevirorum electus. Univerſis, ad quos preſentes litere pervenerint, ſalutem & omne bonum. Literas domini noſtri Theoderici quondam venerabilis archiepiſcopi Trevirorum vidimus in hunc modum: „ Theodericus D. „ G. Trevirorum archiepiſcopus. Omnibus preſens ſcriptum viſuris volumus eſſe notum, quod nos feodum, quod Baldewinus de Volkene „ a nobis tenet, Ide uxori ſue & Petriſſe ipſius filie concesſimus poſt „ mortem dicti B. poſſidendum. Si vero „ dictam Idam exinde contigerit maritari, ad prefatam Petriſſam tranſibit „ feodum memoratum. In cujus rei „ teſtimonium preſens ſcriptum ſigilli „ noſtri munimine fecimus roborari. „ Datum apud * Parvam Confluentiam „ anno Domini MCCXLI. nonas Junii. „ Scire ergo curetis, quod nos ratam habemus conceſſionem hujusmodi & acceptam. Data Erinbreitſteio anno MCCXLIIII. VI. kal. Decembris.

* *Litzen-Cobientz.*

CCCCXCV.

1245. 26. *Junii.*

Patres Dominicani inducuntur in Urbem Confluentinam.

INnocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Univerſis Chriſti fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Quoniam, ut ait apoſtolus: omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi, prout in corpore geſſimus, ſive bonum fuerit, ſive malum, oportet nos diem meſſionis extremæ miſericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce ſeminat, parce & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur dilecti filii fratres ordinis Prædicatorum in Confluentia Trevirorum diœceſi, ibidem, ſicut accepimus, eccleſiam in alia ædificia ſuis uſibus oportuna conſtruere cœperint, & ad ipſorum conſumationem, ſuæque arte vitæ ſuſtentationem fidelium indigeat juvari ſubſidiis, cum ferunt propter Chriſtum voluntarie ſarcinam paupertatis, univerſitatem veſtram rogamus, monemus & adhortamus in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus de bonis, vobis a Deo collatis, pias eleemoſynas & grata eis charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram prædicta ædificia conſumari valeant, & alias indigentiæ eorum provideri; ac vos per hæc & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æternæ poſſitis fœlicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli apoſtolorum ejus authoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eisdem pro dicti conſumatione operis, vel pro ipſorum neceſſitatibus relevandis manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum Lugd. VI. calend. Julii. Pontificatus noſtri anno III. (a)

(a)

CCCCXCVI.

N O T A.

(a) *Treviris* primùm, & anno quidem 1223., introductus fuit Ordo S. Dominici, ad illam, quam ibidem nunc obtinet, ſedem, versùs orientalem urbis partem; quodam Metropolitanæ Eccleſiæ Canonico, Erneſto, de Archiepiſcopi & Capituli conſenſu, domum ſuam Canonicalem in monaſticæ vitæ habitationem præbente; quæ deinde piorum liberalitate aucta eſt. *Confluentiam* idem ſacer Ordo juxta Cantipratanum *de Apib. Lib. II. C. 25. §. 11.* anno 1231. ſecundùm Brovverum *Annal. Trev. Tom. II. Lib. XV. n. 154.* anno 1233. receptus eſt; ſed tenuibus, uti apparet, initiis, quæ Rom. Pontifex hoc Apoſtolico præcepto adjuvare nititur.

CCCCXCVI.

1246. 22. Nov.

Commiſſarii Apoſtolici Eccleſiam de Höningen adjudicant Collegiatæ S. Simeonis.

THeodericus abbas & Garliſius prior ſancti Martini Trevirenſis, ſubdelegati a Conrado præpoſito ſancti Florini in Conſluentia, Reinardo cantore & Simone theſaurario Monaſterienſis eccleſiæ in Meynveld Trevirenſis diœceſis, judicibus a ſede apoſtolica delegatis, univerſis præſens ſcriptum viſuris in perpetuum. Univerſitati veſtræ nutum ſacimus, quod, cum peterent in judicio coram nobis præpoſitus, decanus totumque capitulum ſancti Simeonis Trevirenſis contra Gerlacum cannnicum Colonienſem, quod cum Conradus bonæ memoriæ quondam majoris eccleſiæ & ſancti Simeonis præpoſitus, qni jus patronatus io eccleſia de Hoingen habere dignoſcebatur, eccleſiam ſancti Simeonis Trevirenſis ad dictam eccleſiam vacantem Joanni archidiacono loci ad uſum refectorii ſui in perpetuum præſentaſſet, de conſenſu & authoritate bonæ memoriæ Thenderici tunc Trevirorum archiepiſcopi dictus archidiaconus prædictam eccleſiam recepit ad eandem, & decann dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis curam animarum dictæ eccleſiæ de Hoingen commiſit ſub hac forma, qund decanus, qui tunc temporis erat, ſuique ſucceſſores ab archidiacono loci curam recipient animarum ipſius eccleſiæ, quæ omnia dominus papa poſtmodum confirmavit. Sed quia prædictus Gerlacus ipſos ſuper dictæ eccleſiæ de Hoingen impetit & moleſtat, petebant dictam eccleſiam eis ex prædictis canſis adjudicari, & prædicto Gerlaco perpetuum ſilentium imponi ſuper ea. Quia vero idem Gerlacus peremptorie citatus Treviris coram nobis ad procedendum in negotio ſuper dictæ eccleſiæ de Hoingen, quantum dictaret ordo juris, ad tranſitum beati Martini hyemalis non comparuit, nec pro ſe miſit, procuratore dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis comparente; nos ad inſtantiam dicti procuratoris, non nbſtante prædicti Geriaci contumacia, iicet lite non conteſtata, innegotin eodem duximus procedeodnm pro eo, quod de ſpirituali beneficio quæſtin inter eos movebatur, & inſpectis inſtrumentis ex parte dictæ eccieſiæ ſancti Simennis in modum probatinnis productis tam ſuper jure patronatus & præſentatione dicti patroni facta, de prædictis dominis ſancti Simennis, & inſtitutione facta ab archidiacono prædicto, & etiam de authoritate & conſenſu prædicti Trevirorum archiepiſcopi, & confirmatione ſedis apoſtolicæ prædicta; quia nmnia Inſtrumenta prædicta invenimus incorrupta, nnn cancellata, non violata, non abolita; ſuper his diligenti tractatu juris peritorum freti conſilio invenimus dictos præpoſitum, decanum & capitulum ſancti Simeonis intentinnem ſuam legitime probaviſſe, & feriam quintam poſt octavam beati Martini ad proferendam definitivam ſententiam, diem aſſignavimus, nnde qnia nobis de meritis cauſæ prædictæ conſtitit evidenter, in onmine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti prædictn capitulo ſancti Simeonis eccleſiam prædictam de Hoingen ex præmiſſis cauſis adjudicavimus & adjudicamus, & dicto Gerlaco perpetuum ſilentium imponimus ſuper ea. Acta ſunt hæc in capitulo majoris eccleſiæ Trevirenſis præſentibus domino Wilhelmo de Davils, Reinero fratre ſno, Joanne cellerarin, & Richardo canonicis majoris eccleſiæ Trevirenſis, & 'quam pluribus aliis. Anno Domini MCCXLVI, feria quinta poſt octavam beati Martini hyemalis.

CCCCXCVII.

1247. 2. Jan.

Breve indulgentiarum Abbatiæ Epternacenſi conceſſarum pro Feſto Pentecoſtes.

Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. II. in probat. p. 34. n. IV.*

INnocentius * epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati & conventui monaſterii Epternacenſis, ordinis ſancti Benedicti, Trevirenſis diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Licet ſicut veſtra exhibita nobis petitio continebat, nonnulli fideles Chriſti ad monaſterium veſtrum ob devotionem B. Willibrordi confeſſoris, cujus corpus ac aliorum ſanctorum plurium reliquiarum, qui requieſcunt ibidem, in feſto pentecoſtes quaſi ex more annuatim accedant, illo, qui eſt in ſanctis ſuis mirabilis, ob ipſorum ſanctorum merita multa & magna ibidem miracula operante; ut tamen populus adveniens dono cœleſtis gratiæ gaudeat ſe refectum, & eo liberius, ac lubentius currat ad illud, quo efficacius id ad ejus ſalutem noverit pertinere, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad prædictum monaſterium in eodem feſto pentecoſtes cum devotione acceſſerint, veneraturi eorundem ſanctorum merita, & devoti ipſorum ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum, cujus authoritate, ac ea, quam nobis indulſit Dominus, quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis, annis ſingulis, miſericorditer relaxamus.

Datum Lugduni quarto nonas Januarii pontificatus noſtri anno quarto. (a) (a)

CCCCXCVIII.

N O T A.

(a) Perdurat hodieque Pentecoſtalis illa devotio, habetque ſingulare aliquid in ſaltatoriis ſupplicationibus, quæ feria tertia Pentecoſtes ibidem celebrantur, quas ſic deſcribit Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. II. pag. 177. in Not.* *Cette devotion paroit auſſi bizarre & extraordinaire, qu' elle eſt ſainte en elle-même, & fort ancienne. Elle conſiſte en un Pélérinage de pluſieurs paroiſſes, tant de l' Eyſel, que des Cantons voiſins, qui viennent en proceſſion à Epternach, chacune ſous ſa banniére. Y étant arrivés, les pélerins ſont une eſpece de danſe, ou de ſauts, où l' on doit avancer trois pas, & en reculer deux. Cette danſe, qu' on appelle Proceſſion votive, commence de grand matin, au-delà du pont de la Sure, le mardy de la Pentecôte. Les danſeurs y étant aſſemblés, on leur fait une exhortation, après quoi ils ſe rangent trois à trois, & commencent leurs ſauts, au ſon d' une infinité de hautbois, de muſettes, de violons, & d' autres inſtrumens. Ils les continuent de la ſorte pendant plus de deux heures jusques dans l' Egliſe paroiſſiale, où étant arrivés, ils ſe proſternent à terre, ſe relevent, & finiſſent là leur cérémonie. Chaque paroiſſe rachette ſa banniére de l' Abbé, qui leur fait enſuite diſtribuer une meſure de vin. On ne ſait pas au juſte l' époque du commencement de cette danſe, mais on la fixe au tems de S. Willibrord, en l' honneur du quel elle ſe fait, ou bien un peu après ſa mort, & en voici l' occaſion. Tout le bêtail de ces Cantons fut frappé d' une maladie, ou plûtôt d' une eſpece de furie, qui le faiſoit ſauter continuellement jusqu' à ce qu' il mourut. On ne trouva d' autre remede à ce mal, que de promettre le Pélérinage, que je viens de décrire, & alors la mortalité ceſſa. On a interrompu, pendant un certain tems, cette danſe; mais la maladie, qui recommença auſſi-tôt, a obligé de la continuer, ainſi qu' il ſe pratique encore tous les ans. On ne doit pas au reſte tourner cette devotion en ridicule, ou la traiter de ſuperſtition. Dieu aime à être glorifié en différentes maniéres dans ſes Saints; & puisqu' il punit Michol de ſtérilité, pour s' être moquée de David, qui danſoit devant l' Arche du Seigneur, on pourroit craindre quelque châtiment, ſi on étoit aſſez téméraire, que d' en faire l' objet de ſes railleries. Auſſi les Annales d' Epternach en font-elles mention d' un Calviniſte, qui, pour s' en être moqué, fut puni d' une mort ſubite. On conſerve pluſieurs témoignages de ceux, qui, n' ayant point eu aſſez de confiance en S. Willibrord, ont vû leurs beſtiaux attaqués de la maladie, & qui ne les en ont délivrés, qu' en implorant ſon interceſſion.*

CCCCXCVIII.

1248. 27. Sept.

Pax de Touron inter Arnoldum Archiepiſcopum Trevirenſem, & Archiepiſcopum Colonienſem ex una, nec non Comitem Palatinum Rheni ex altera parte inita.

*Ich Arnold bit der gnaden Godes Erchebiſchof van Trieren dun kont allen den, die diſen brief horent inde geſint, dat dit iſt die * ſune die gemachet wart vor Thoron in tuſſin mir ind dem Ertzbebiſchofe van Collene enſide, inde dem Palatzgreuen van Rine bander halſ. D. Palatzgreue van Rine ſal ſetzen mich, inde mine godsbus, mine man, inde dinſtman, inde alle mine helſere, in alle die * gewere da wir inne ſazen under dem Palatzgreuen Henriche, dat ſelue ſal he dun der Ertzbebiſchofe van Collene, inde den ſinen allen. Den ſchaden, de mir, inde minem gotzbuſin, inde den minen, inde mine geſtlichte geſchit iſt, van der zyt dat her Zorn * pleiere wart zu Thuron, ſal man mir verſicheren inde gelden bit * goder wareide. In gulde man ſi mir nit, ſo wart it alſo gereddet: dat Henrich der Greuo van Lutzillimburg mir * antworden ſal dat hus zu Turon. Inde weme der ſelue Greuo it antwordet, der ſal jeme ſine koſt gelden, den her hat gedan in dem hus van Thuron. Den koſt, den ich gedan han ame ſetze des ſeluen huſes, der iſt gelatz an denſeluen Greuen van Lutzellimburg, dat he hin ſal ernaren bit wareide inde don gelden al na ſinem willen. Die * doitſede die ſal der Palatzgreue * ſunnen bit guder lude rade, vuir mitz den ſeluen Greuen van Lutzillimburg; dar zu ſal ich gut ſin in guden truwen, ain argeliſt. Her Zorn, noch ſine brodere, noch ſine ſune, noch ingein ſiner neiſtin, enſollen nimmerme * bidiſſit der Na wanen, noch pleger ſin. Man ſal ouch gelden dem Ertzbebiſchofe van Kollene inde den ſinen hiren ſchaden, na guder wareide als den minen. Des inde alles, dat hie vor gereddet iſt, ſal man wale ſicher machen mich ind den ſeluen Ertzbebiſchof van Kollene. So wanne wir euene verſichert werden, ſo ſal der Greuo van Lutzellimburg dat hus Thorun antworden dem Palatzgreuen. Ind oue man uns nit ingiloſt, noch nit wale inverſichert, ſo ſal der Greue van Lutzillimburg mir dat ſelue hus antworden, als it hie vor gereddet iſt. Dat alle diſe dinck getruweliche und ſtedentliche werden volbracht inde gehalden, han ich diſen brief don machen, inde mit mine ingeſiegele don beſiegelen en urkunden der wareide. Dit geſchah vor Thoron in deme jare du ſin waren duſint zweihundert ind echte ind virzich jar dat Incarnatie Godes wart, des vircenden daes vor ſente Remeyes dage.* (a)

* reconciliatio.
* poſſeſſiones.
* Pfleger Præfectus.
* bona fide.
* tradere.
* Capitalis diffidatio
* expirare.
* cis Navam fluvium.

N O T A.

(a) Prima hæc charta eſt inter Trevirenſes, quam vernaculâ exaratam vidi. Hiſtoriam autem belli, quod hac pace terminatur, ſic referunt Geſta Trevirorum apud Martene *Coll. Ampl. Tom. IV. p. 255. Zorno, Marſchalcus Ducis Bavvariæ, caſtrum Turum in commiſſo tenens, rebellionis cornua contra Dominum Archiepiſcopum nimis nequiter & crudeliter prætendere non expavit. Quem tanquam leo magnanimus idem Dominus Archiepiſcopus propter multa ſua facinora contendere ordinavit. Idem Zorno mulieres prægnantes, quas captivas tenebat compeditas, in partu expirare coegit. Clericos & Laicos indifferenter per longas captivitates afflixit, Eccleſiaſticas perſonas & res crudeliter invadere non expavit; homines quoque dicti Archiepiſcopi proditione peſſima inhumaniter interfecit. Unde exaſperatus Dominus Archiepiſcopus, contra eum tanquam elephas, qui ex oſtenſione cruoris incitamentum furoris recipit, qualiter ſe vindicaret in homine tam inhumano, diſponere non tardavit. Convocatis ergo conſanguineis, fidelibus, & amicis, conſilium habuit, & caſtrum Thurum obſedit, & in obſidione fere per biennium perſeverant, vicinorum auxilio & univerſitatis totius Diœceſis, qui de tyrannide Zornonis multa perpeſſi fuerant pericula & diſpendia, caſtrum ipſum cepit; licet * Dux & ſui, variis collectionibus expeditionum, caſtrum ipſum liberare, & Archiepiſcopum removere, tentaſſet multis viribus importunè. Tandem tamen in tantum, cum jam deficerent in victualibus caſtrenſes, exercitus invaluit Ducis & ſuorum, quod Archiepiſcopum Colonienſem in ſocium Trevirenſis Archiepiſcopus accerſivit, eum participem faciens laborum & expenſarum, medietatem caſtri ſibi & Colonienſi Eccleſiæ impertiendo. Ratio & participationis cauſa hujuſmodi præcipuè tunc illa fuit, quia in turri anteriori jus habuit Eccleſia Colonienſis, & ut fortius Eccleſia Trevirenſis Duci & ſuis fautoribus poſſet communicato auxilio Colonienſis Eccleſiæ reſiſtere in futurum. . . . . Potitus igitur ſuo deſiderio*

* Palatinus Bavariæ.

CCCCXCVIII.

Archiepiſcopus (Trevirenſis) *mente excitus & animo elevatus, gratias agens Domino Deo & beatæ Virgini, beatoque Petro Apoſtolo, de tam glorioſo triumpho, capellam, quæ in loco* * *Biſidenberg dicitur, ad honorem Dei & ſuæ Genitricis conſtruxit & dedicavit in memoriam ſempiternam.* Caſtri ortum & ſitum ita deſcribit Brovverus *Lib. XVI. n. 20.* „Arx illa flagrante inter Ottonem ac Philippum civili bello, „ ab Henrico Palatino Rheni in Trevirorum ditione fratris Ottonis tutelæ, acto ferè millia „ paſſuum ſupra Confluentes ad meridiem, apud „ oppidum Alckenſe olim condita fuerat.

* Bleidenberg.

CCCCXCIX.

1251. 23. *Sept.*

Quod Everardus de Lapide tenetur aſſignare terram CC. librarum Trevirenſium valentem, tenendam in feodo ùt caſtrum de Lapide; & quietatio damnorum & aliorum.

(a) (b) NOs Heoricus (a) prepoſitus palatii & (b) Theodericus miles de Ponte, electi ex parte domini Trevirenſis, & Egidius de Kallre & Fridericus de Wipenroth electi ex parte domini Everardi de Lapide & E. filii ſui ſuper diſcordia inter predictos habita in hunc modum unanimiter concordavimus, quod dominus Everardus & filius ſous pro dampnis illatis domino Trevirenſi locabunt ducentas libras Trevirenſium denariorum in bonis, vel de allodio ipſorum ad eſtimationem dicte pecunie domino Trevirenſi reſignabont, ipſum allodium recepturi a domino Trevirenſi io feodo prout caſtrum de Lapide recipere tenentur. Item dominus Everardus pro verbis contumelioſis dictis apud Marcetum domino Trevirenſi, ſicut aſſeritur, cum XL. militibus & filiis militum (c) de cruce in foro pedibus oudis venient usque ad eccleſiam (c) majorem, & ibi procident ad pedes domini Trevireoſis, & ipſius gratiam querent, & ibi offerent ſe juraturos cum domino Everardo, quod idem doleat, ſe in aliqoo umquam dominum Trevirenſem offendiſſe, & de ſacramento preſtando dominus C. de Schoneberch pronuntiabit. Item de dampnis illatis domino (d) A. majori archidiacono per dominum Everardum & filium ſuum in nos ſimiliter eſt compromiſſum, (d) hoc modo, qood ſi oos concordare oon poſſomus, ſervabunt partes quidquid pronuntiaverit vel pronuntiatum fuerit per dominum C. de Schoneberch. Item ſuper queſtione domini * S. archidiaconi ſic concorditer pronuntiavimus, quod Robertus conſanguioeus ejusdem archidiaconi manebit quiete in poſſeſſione eccleſie de Wolveswilre prout fuit in poſſeſſione. Si vero dictum Robertum Joannes de Lapide (e) io cauſam traxerit coram archidiacooo (e)

* Simonis.

N O T Æ.

(a) *Præpoſitus palatii.*] Quod idem eſt, ac Burggravius, Major-domus, Vice-dominus, Advocatus Archiepiſcopi & Eccleſiæ Trevirenſis; de quo vid. ſupra chartam Eberhardi Archiep. de anno 1065. *Not. a.* & Alberonis de ann. 1138. *Not. b.* nec non Diſſert, Sæculo XI. præmiſſam §. 5.

(b) *Theodericus miles de Ponte.*] Familia Dominorum de Ponte nomen traxit à gentilitia domo ponti Treverico viciná, quæ ex arcu triumphali Valentiniani & Gratiani Impp. excitata fuiſſe creditur. Magnificæ hujus ædis ruinas æri inciſas exhibet Brovverus *Annal. Trev. Præparaſc. Cap. XIX.* Dum Geſta Trevirorum memorant Arnoldum Archiepiſcopum Urbem mœniis cinxiſſe, addunt, *id præcipue factum ex oppoſita parte DD. de Ponte*, ad *excludendam* eorum *caſtella cum incolis, qui ſæpe civibus Trevirenſibus fuerant importuni.*

(c) *De cruce in foro.*] Hæc crux hodiedum ſubſiſtit cum hac inſcriptione: *Ob memoriam ſignorum crucis, quæ celitus ſuper homines venerant A. Dominica incarnationis DCCCCLVIII. A. vero Epiſcopatus ſui ſecundo, Henricus Archiepiſcopus Trevirenſis me erexit.* Conf. Brovver. *Annal. Lib. IX. n.* 121.

(d) *A majori Archidiacono.*] Unam cauſarum, ob quam Arnoldus Archidiaconorum hìc, & alibi ſæpiùs, curam habuerit, produnt Geſta Trevirorum, dum ita ſcribunt: *Omnes etiam Archidiaconi, quos ipſe temporibus ſuis inſtituit, viri ſtrenui & diſcreti, ipſius erant conſanguinei & amici.*

(e) *In cauſam traxerit coram Archidiacono prædicto.*] Obtinebant quippe tum & in his partibus, quæ apud Gratianum *Diſt.* 25. *Can.* 1. officio Archidiaconi attribuuntur; nempe inter cætera;

CCCCXCIX.

cōnó predicto, eccleſia hoc jus ſuum proſequetur. De proventibus vero per dominum Everardum in dicta eccleſia perceptis, ſi nos quatuor non poſſumus concordare, pronuntiabit dominus C. de Schoneberch. De Ludowico vero filio Sybodonis, qui aſſeritur fuiſſe captivatus occaſione guerre domini Everardi, inquiremus veritatem, & ſi veritate inquiſita concordare non poſſumus, pronuntiabit dominus C. de Schoneberg. Nos vero Egidius de Kailre, Theodericus de Ponte, & Fridericus de Wiperoth, milites, qui ſigillis caremus, ſigillo domini Henrici prepoſiti palatii noſtri college ſumus contenti. Actum Treviri anno Domini MCCLI. ſabbato poſt feſtum Mathei apoſtoli.

N O T Æ.

cetera: *Sollicitudo quoque parochialium, & ordinatio, & jurgia ad ejus pertinent curam.* Sed hæc hodie aliter; dicique poteſt apud nos, quod ſcribit Van Eſpen *J. E. U. Parte I. Tit.* 12. *C.* 1. *n.* 10. „ Poſtquam Archidiaconorum pote„ ſtas in *ordinariam*, & ab Epiſcopi arbitrio „ quaſi *independentem* mutata fuit, multum per „ Epiſcopos & ſynodos, ac iis faventem conſue„ tudinem reſtricta fuit; paucique hodie ſunt Ar„ chidiaconi, qui priſtinæ auctoritatis & juriſdi„ ctionis inſignia, imò veſtigia, retinuerunt.

D.

1251. 1. octobr. Arnoldus Archiep. Abbatiæ Clari-fontis easdem exemptiones tribuit, quibus gaudent reliqua monaſteria Ordinis Ciſtercienſis.

Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. V. in probat. p.* 30.

ARnoldus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, univerſis præſentes litteras inſpecturis in perpetuum. Cum & plantare ſacram religionem, & fovere plantatam modis omnibus, ex officii noſtri debito teneamur, quoddam novum clauſtrum, ſitum prope Arlons, quod piæ recordationis (a) Irmengardis comitiſſa Lucenburgenſis ſuis ſumptibus devotiſſime inchoavit, ac dilecta in Chriſto nobilis domina (b) Margareta comitiſſa Lucelenburgenſis feliciter conſumavit, ejuſdem comitiſſæ juſtis precibus inclinati, clauſtrum ipſum, & perſonas ibidem Deo in ordine Ciſtercienſi famulantes, illo perpetuo libertatis & exemptionis gaudere concedimus privilegio, quo & reliqua Ciſtercienſis ordinis clauſtra gaudere dinoſcuntur. Quod ut ratum permaneat & perpetua firmitate vallatum, præſentes litteras noſtro, & capituli Trevirenſis conſenſu ſuper his adhibentes, ſigillis fecimus roborari. Actum & datum Treviris anno Domini MCCLI. kalend. Octobris.

DI.

N O T Æ.

(a) *Irmengardis Comitiſſa Lucenburgenſis ſuis ſumptibus devotiſſime inchoavit.*] Anno 1216. Hiſtoriam fundationis deſcripſit Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. IV. p.* 425. *ſeqq.* Bona, quæ in dotem dedit Irmegardis (ſeu, uti etiam vocatur, Ermeſinda) ejuſdem teſtamento deſignantur, quod edidit Bertholet *Tom. V. in prob. p.* 29. nempe „ Pro hæreditate dictæ Abbatiæ in ſuſtentationem „ perſonarum dedi decimam de Hemſtide & de „ Heſkerodt. Item dedi decimam de Attreten. „ Item dedi terragium de Honſcheidt. Item de„ di medietatem omnium pertinentium ad Dele, „ ſicut eam emi ab R. Advocato Arlunenſi. Item „ dedi quidquid Richardus de Welr, qui fuit „ major Præpoſitus Trevirenſis, habuit apud Bech„ kirche. Dedi etiam quidquid emi ab Advocato „ de Arlo apud Heſplenge in annuo proventu. & „ jure quod tenebat Advocatus jam dictus Item „ dedi in kurte de Sanvveiler prope Lucelburg „ reditus viginti librarum Lucelburgenſium dena„ riorum, ſecundum æſtimationem ſive aſſigna„ tionem Roberti Domini de Aix & Domini Joſ„ fridi de Sterpignic. Item dedi clauſtro jus „ colligendi vel recipiendi ligna pro igne facien„ do, talia eſt in eiſdem locis, qualis & in qui„ bus locis accipiunt homines de Hyſſe. Hæc quæ „ ſcripta ſunt legavi clauſtro prænominato pro „ hæreditate habenda.

(b) *Margareta Comitiſſa Lucelenburgenſis feliciter conſumavit.*] Erat Henrici II. Barri Comitis filia, nupta Henrico II. Comiti Luzemburgenſi, prememoratæ Irmegardis nurus.

DI.

1254. 25. *Julii.* Monaſterium de Throno S. Mariæ offert ad aram S. Martini Mogunt. cenſum trium librarum ceræ pro donata eidem eccleſia in Werheim. (*a*)

(*a*) Gudenus *Cod. dipl. Mogunt. p.* 646.

REverendis & dilectis in Chriſto, prepoſito, decano totique capitulo Maguntino, abbatiſſa & conventus de Throno S. Mariæ Ord. Ciſt. Mag. dioc. devotas orationes in Chriſto. Quia parochialis eccleſia in Wernhem, venerabili patre archiepiſcopo Maguntino & vobis auctoribus, noſtris communibus uſibus eſt donata perpetualiter obtinenda; Nos in recognitionem gratiæ hujusmodi nobis facte liberaliter promittimus, & nos preſentis ſcripti ad hoc vobis teſtimonio obligamus, quod ſingulis annis in feſto beati Martini patroni veſtri dabimus in perpetuum tres libras cere ſuper altare veſtrum, ad tres candelas, que in feſto ipſo ad honorem Dei & dicti ſancti cum reliquis candelis incendantur. Promittimus etiam, quod excommunicatis & interdictis auctoritate ſedis Maguntine, nec vivis communicabimus, nec defunctis. Et ſi fecerimus contrarium, eligimus de hoc per veſtre eccleſie judices coherceri. Datum anno Domini MCCLIV. in die diviſionis apoſtolorum.

N O T A.

(*a*) Thronenſe nobilium Sanctimonialium monaſterium in Catimelibocenſium nemoroſo loco ſitum, licet olim ratione parochiæ Werhemenſis, ſub qua ſitum erat, ad diœceſin Moguntinam ſpectaſſet, hodie tamen locus unà cum parochia Trevirenſi Archi-Epiſcopo, qua Ordinario, paret in ſacris Catholicis; territorium verò commune eſt Trevirenſi Naſſovicæque ditioni. Lutheri diſciplinâ in has ſe partes inſinuante, Virgines, libertate & nuptiarum illecebris cum ſuo Priore captæ, Lutheraniſmò initiatæ ſunt, Getlaco Urant ſcribâ velificante. Loco itaque à Monialibus deſerto, bona monaſtica dominis temporalibus ceſſerunt; Archiepiſcopo Trevirenſi illam, quæ Electoratui obtigit, partem in utilitatem Archiepiſcopalis ſeminarii Treviris vertente.

DII.

1255. Inſtitutum Monialium S. Agnetis Treviris.

ARnoldus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, dilectis in Chriſto filiabus magiſtræ, cæteriſque ſororibus apud S. Gervaſium in Treveri Domino famulantibus ſalutem in omnium ſalvatore. Religioſorum vitam ſervare volentibus, neceſſe eſt per approbatam a patribus ſanctarum inſtitutionum viam incedere, ne pedes affectionum per devia decurrentes a ſalutis ſemita valeant aberrare. Sane dilectæ in Domino filiæ, veſtro ſancto propoſito congaudentes, quo relicta ſæculi vanitate ad cœleſtis ſponſi caſtos amplexus feliciter aſpiratis, formam vivendi & inſtituta quædam ſalutaria vobis date curavimus, quæ ſuſcipientes humiliter, & devote ſervantes, gratiam in præſenti & gloriam accipietis a Domino ſempiternam. Hæc igitur ſunt, quæ vobis ſtatuimus obſervanda: Non dicatis aliquid veſtrum proprium; ſint vobis omnia communia, & unicuique veſtrum diſtribuatur a veſtra magiſtra, quod fuerit neceſſarium, ſicut in actibus apoſtolorum legitis: erant illis omnia communia, & diſtribuebatur unicuique ſicut opus erat. Si aliquid alicui collatum fuerit, in poteſtate ſuæ magiſtræ, ut in rem communem redactum, cui neceſſarium fuerit, præbeatur, & quæ rem collatam celaverit, furti judicio condemnetur. Quanto autem amplius rem communem quam propria curaveritis, tanto vos amplius noveritis perfeciſſe charitatis vinculum. Cuſtodite, & unanimes habitetis in domo Domini, & ſit vobis cor unum & anima una in Domino; lites & diſcordiæ ante finem diei purgentur, ne ira creſcat in odium, & trabem faciat

DII.

ciat de feſtuca & animam homicidam. Ægrotantes ſic tractandæ ſunt, ut citius recreentur, & gratulentur, ſanæ quia valent, quando non valent illæ. Orationibus inſtate horis & temporibus conſtitutis, & cum oratis, hoc vertetur in corde, quando profertur ex ore. Ubicunque fueritis, caſtitatis pudicitiam obſervate, carnem veſtram domantes jejunio & abſtinentia eſcæ ac potus, quantum valetudo permittit. In inceſſu, ſtatu, & motibus veſtris omnibus nihil fiat, quod veſtram non deceat ſocietatem. Capillos ex nulla parte nudos habeatis. Extra clauſuram veſtram, quocunque neceſſe ire fuerit, non minus eant quam tres. Non affectetis veſtibus placere, ſed moribus; & honorate in vobis Deum, cujus templum eſtis; nec litteras occultas, vel occulta quælibet munuſcula non accipiatis. Magiſtræ veſtræ tanquam matri omnes humiliter obedite, caventes ne in illa Deus offendatur. Ipſa vero circa omnes ſe ipſam bonorum operum præbeat exemplum; corripiat inquietas, conſoletur puſillanimes, ſuſtineat infirmas, & ſit mitis ad omnes, & plus amari appetat, quam timeri, ſemper cogitans ſe reddituram pro vobis eſſe Deo rationem: ſi verò ipſam neceſſitas diſciplinæ ſubditis dicere dura verba compellit, non propter hoc veniam poſtulet a ſubjectis, ne dum nimia ſervatur humilitas, regendi frangatur authoritas. Si quæ vero ſororum alteram quocunque læſerit, ſi veniam a læſa petere non vult ex animo, ſine fructu eſt in monaſterio. Sorori autem novitiæ dum ætatis ſuæ duodecimum exegit annum, probationis annus tertius decimus ſtatuatur, quo pacto tenebitur taliter profiteri, profeſſionem factam firmiter in perpetuum ſervatura: *Ego promitto omnipotenti Deo & B. M. Virgini & omnibus Sanctis in manu Magiſtra ſororum domus S. Gervaſii, quod paupertatem, caſtitatem & obedientiam fideliter in perpetuum obſervabo, informationes Domini Rev. Patris Arnoldi Trevirorum Archiepiſcopi & ſuorum ſucceſſorum humiliter impletura.* Nobis autem & ſucceſſoribus noſtris magiſtræ inſtitutionem liberam reſervamus: & ludos quoslibet religioni ſacræ contrarios firmiter inhibentes, ne vanæ levitatis effectus cauſa vel occaſio ſit exceſſus. Datum in Treverenſi civitate anno Domini MCCLV. (a) (a)

N O T A.

(a) Salutaribus his diſciplinis annorum decurſu interlapſis, ad ſervandum hoc laudabile inſtitutum novis remediis opus fuit, quorum memoriam facimus ad annum 1460. Inter Præfectas virginum, quæ primis annis Magiſtræ, poſtea Canoniſſis introductis Prioriſſæ nuncupantur, plures è nobili ſtirpe. Inter has *Agnes de Moelenheim* ex Parthenio Vallis Angelorum Bonnenſi anno 1460. huc evocata. *Agnes Palatina*, ex Bavariæ Ducibus, quæ anno 1509. vitâ abiit. *Eliſabetha Waldecker* vitam deſeruit an. 1504. *Urſula ab Eſch* obiit anno 1527. *Eva de Novo-caſtro* humana reliquit an. 1534: *Helena Palatina* Bojorum è ſtirpe Ducum an. 1555. ad ſuperos abiit. *Anna ab Homburg* circa annum 1576. defuncta eſt. *Maria ab Elz*, Jacobi Archiepiſcopi neptis anno 1579 præ ſenio regendi impar alteri clavum lubens ceſſit. *Barbara de Piesport* deceſſit anno 1648. cui ſucceſſit *Catharina Ottilia Wimplinga*. Hæc poſt quadriennium moriens locum fecit *Anna Catharina de Naſſau*, quæ Prioratum ſexennio geſtum reſignavit *Maria Joanna ab Emmerich*. &c.

DIII.

1256. 11. Febr. Supplicatio ac monitio Eccleſiarum Trevirenſium ad Arnoldum Archiepiſcopum, ut permittat eas gaudere ſuis libertatibus, & ipſe ſuos exceſſus velit emendare.

Reverendo in Chriſto patri ac domino Arnoldo Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo, ſui humiles & devoti majoris, S. Paulini & S. Simeonis eccleſiarum prælati & capitula reverentiam, tam debitam, quam devotam. Licet eccleſiæ & perſonæ eccleſiaſticæ civitatis Trevirenſis veſtris temporibus non ſolum per extraneos, ſed per vos, & per veſtros, ultra modum ſint oppreſſæ, & eccleſia Trevirenſis prin-

DIII.

ceps provinciarum facta ſit miſerabiliter ſub tributo; in Dominum tamen cogitatum noſtrum jactavimus, qui quærentes ſe non derelinquit deſolatos, & ſperamus, quod B. Petri principis apoſtolorum navicula, multorum ventorum procellis in nobis hactenus agitata, ad portum ſalutis debeat pervenire, & eccleſiæ Trevirenſes ea gaudere libertate, & quiete, quam veſtri prædeceſſores, & noſtri, divina cooperante gratia, quæſierunt. Et utinam hæc per vos, & per veſtram patientiam, qui poteſtis, perducantur feliciter ad effectum. Inde eſt, quod veſtram rogamus paternitatem, & per præſentes litteras vos monemus humiliter & devote, ne vos archidiaconorum vel aliorum prælatorum civitatis & diœceſis Trevirenſis jurisdictionem perturbetis, ſed eos uti ea jurisdictione libere & quiete permittatis, qua hactenus ſunt eum anteceſſoribus uſi; ac venerabilem virum dominum Henricum * archidiaconum Trevirenſem tenere ſynodum ſuam apud Andernacum libere permittatis. Item monemus vos, ut infra dominicam, qua cantatur: Oculi mei, proximo venturam piam ordinationem voluntatis extremæ felicis recordationis Theodorici avunculi veſtri quondam archiepiſcopi Trevirenſis obſervetis, & ea, quæ eccleſiis Trevirenſibus a tempore veſtræ creationis recepiſtis de bonis in Elegrin reſtituatis. Item vos monemus, ut domum quandam ſitam apud Andernacum, quam legavit dominus Meffridus bonæ memoriæ avunculus veſter quondam S. Paulini præpoſitus, eccleſiæ Trevirenſi, quam minus juſte detinetis, infra dictam dominicam reſtituere curetis, & redditus, quos ex ea percepiſtis. Item vos monemus, ut eccleſiam Trevirenſem infra dictam dominicam de hoſpitali ſuo fructibus & bonis ipſius diſponere libere permittatis, & ea, quæ ex eo a tempore veſtræ creationis recepiſtis, ſine diminutione reddatis. Item vos monemus, ut ſtationes eccleſiis Trevirenſibus debitas, quas a tempore veſtræ creationis ſolvere non curaſtis, ſine diminutione perſolvatis.

* de Bolandia

Item vos monemus, ut fructus decanatus eccleſiæ Trevirenſis, quos jam per multa tempora recepiſtis, capitulo Trevirenſi reddatis. Item vos monemus, ne fructus de beneficiis vacantibus ulterius colligi faciatis, quos jam longis temporibus ſine cauſa, ut credimus, collegiſtis, & ſi gratiam ſuper hoc habere prætenditis, ipſam nobis exhibere publice faciatis. Item cum libertas & quies eccleſiæ Trevirenſis quam plurimum ſit oppreſſa, eo quod vos nunquam veſtram ſynodum obſervatis, vos rogamus & monemus, ut vos cum locus & tempus affuerit, eam, ſicut debetis, obſervetis. Item cum per veſtros officiatos & caſtrenſes canonici, ſacerdotes, & clerici civitatis & diœceſis Trevirenſis captivati fuerint, graviter & offenſi, & bona eccleſiarum & perſonarum privatarum, canonicorum, ſacerdotum & clericorum officiati veſtri & caſtrenſes, Dei timore poſtpoſito, invaſerint, ſuper quibus dictarum perſonarum damna, gravamina, injurias & offenſas in ſcriptis ſæpius recepiſtis, quæ omnia pluries emendare promiſiſtis, vos monemus, ut infra dominicam Oculi ſupradicta reſtitui faciatis, & offenſas & injurias emendare. Item vos monemus, ut ea, quæ de bonis prælatorum, canonicorum & clericorum minus juſte a tempore veſtræ creationis recepiſtis, eccleſiis & perſonis, quibus debentur, ſine qualibet diminutione reddatis. Tantum ad petitionem & admonitionem noſtram veſtra ſuper prædictis paternitas operetur, ut pia circa nos veſtræ charitatis viſcera ſentiamus, & vos impoſterum ſemper nos inveniatis filios humiles & devotos. Has monitiones publice in eccleſia Trevirenſi facimus, quia metu legitimo nuncios idoneos ad vos apud caſtrum eccleſiæ Ehrenbreitſtein, quod quaſi pro domicilio inhabitatis, transmittere non audemus. Nos prælati ſigillis capitulorum noſtrorum una cum eis uſi ſumus. Datum die ſabbathi poſt feſtum B. Agathæ virginis anno Domini MCCLVI. (a)

(a)

N O T A.

(a) Hæc non viderat Brovverus, dum *Annal. Lib. XVI. n. 45.* Arnoldum à juſtitiæ, pietatis ſapientiæque ſummâ laude ſimpliciter commendat, eumque ſecundiſſimâ virtutis famâ pontificatum geſſiſſe, memorat; atque *N.* 46. ſubjungit omnia Diœceſis Collegia, eorumque Religioſorum

DIII.

ſorum ita ſibi pace gratiâque demeruiſſe, ut eorum, ubiubi opus, ad quoslibet uſus prompta atque fidiſſima teneret obſequia. Illud tamen minimè negandum, ſapientiæ & multæ in Imperio auctoritatis laudem Arnoldo deberi. De ipſo Jo. Geerbrandus à Leidis *Lib. XXIII. Cap. 9. p. 200. Convenientes officiales imperii ſtatuerunt arcanum conſilium, ut de commoditate Regis* (Wilhelmi) *tractarent, quatenus magnifici viri octo, Trevirenſis Epiſcopus. . . . . & Henricus Dux Lotharingiæ & Brabantiæ. . . . conſiliarii fierent ejusdem Regis, & juvenilem animum ejus à bellorum procella temperarent & avocarent.* Conf. Diſſert. huic ſæculo præmiſſam §. 1.

DIV.

1256. .. *April.*

Inſtitutio parochiæ in Vianden.

Bertholet Hiſt. de Luxemb. Tom. V. in probat. p. 46.

ARnoldus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, univerſis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſubſequentibus adhibere fidem. Cum ad officii noſtri debitum ſpectare dinoſcatur, ut quæque noxia amovere, & prompta pericula extinguere ſtudeamus, ea habita conſideratione, matricem eccleſiam de Rode, quæ propter ſui pinguedinem duobus ſacerdotibus competenter poteſt ſufficere, dividimus, ſtatuentes eccleſiam cum univerſis, tam decimis, quam aliis juribus, ad eccleſiam hactenus ſpectantibus, usque ad aquam quæ Oure vulgariter dicitur, ad fratres militiæ templi, ibidem manentes, quoad jus patronatus pleno jure pertinere, ac ipſorum uſibus cedere; ita tamen, quod vicario ibidem deſervienti competens portio aſſignetur, qui jura noſtra & archidiaconi loci perſolvere & hoſpitalitatem valeat ſuſtinere; capellam caſtri de Vienna ab ipſa eccleſia dividentes, eam parochialem eccleſiam deinceps eſſe volentes, univerſa quæ a dicta aqua complectuntur verſus dictum caſtrum, quæ usque nunc præfatæ eccleſiæ de Rode fuerant annexa, ad dictam capellam, nunc eccleſiam, ſpectare decernimus & ordinamus, ea potiſſima ratione, quod cum presbyter hactenus apud Rode reſidentiam faciens perſonalem, prout debebat, promptiſſimis decedentium periculis, & parvulorum baptiſmis, propter diſſidentium & circa habitantium inſidias, quæ peremptionem corporum frequentius induxerunt, ſuccurrere non valebat. Ipſam capellam, nunc eccleſiam, ad comitis Viennenſis, qui pro tempore fuerit, collationem volumus & ſtatuimus pertinere; ita etiam, quod Templarii minimas decimas in caſtro & villa Viennenſi percipiant, ſicut hactenus percipere conſueverunt. Hoc etiam addito, quod eccleſia Viennenſis ſingulis annis viginti ſolidos Turonenſes eccleſiæ de Rode quatuor terminis reddere teneatur, in memoriam, quod ipſa a dicta eccleſia de Rode extitit ſeparata. Ita ordinata & ſtatuta ſunt a nobis univerſa & ſingula præmiſſa, laude, conſenſu & voluntate magiſtri Falconis de S. Michaele, domorum militiæ templi in Francia, cui dictus locus de Rode ſubeſſe dignoſcitur, & (a) comitis, & comitiſſæ Viennenſium accedente. Datum anno Domini MCCLVI. menſe Aprili. (a)

DV.

N O T A.

(a) *Comitis & Comitiſſæ Viennenſium accedente.*] Philippus tum Viennenſis Comes, & Maria de Perveis & Grimbergue Comitiſſa; in quorum nepote Godefrido III. maſcula ſtirpe Viennenſium Comitum defecit.

DV.

1260.
18. *Decemb.*

Gerardus de Luxemburgo Trevirenſibus dat inducias.

(*a*) Kyriander *pag.* 234.

GErardus de Luzenburgo, dominus Durbuichti univerſis præſentes litteras viſuris notum facimus, quod nos pro noſtris & pro nobis ſuper controverſia, quæ vertitur inter nos ex una parte, & commune civitatis Trevirenſis ex altera, dictæ communitati damus inducias firmas & ſtabiles usque ad proximam purificationem B. M. V. ſine aliquo dolo; & hoc litteris hiſce patentibus teſtatum facimus. Datum anno Domini MCCLX. ſabatho ante feſtum B. Thomæ apoſtoli. (*b*) (*b*)

NOTÆ.

(*a*) *Gerardus de Luzenburgo, Dominus Durbuichti.*] Filius natu minor Walerami Comitis Luxemburgenſis, & Ermeſindæ Comitiſſæ; qui fratre ſuo natu majore Henrico II. in Comitatu Luxemburgico ſuccedente, pro portione ſua hæreditaria obtinuit Comitatus de Durbuy & de Rouſſy, unà cum dominio de Vilance.

(*b*) Vacabat ſedes Archiepiſcopalis Treverica. Arnoldo de Sleida & Henrico à Boland, defuncto jam Arnoldo, in diſcordia electis. Vid. Geſta Trev. Marteniana *p.* 256. In Imperio autem erat magnum illud, quod vocant, interregnum; unde omnia incertitudinibus plena. Quare minimè mirum, Trevirorum civitatem, priſtini ſtatûs & fortunæ memorem, jam de libertate cogitâſſe.

HENRICUS
A VINSTINGEN
ARCHIEPISCOPUS.

DVI.

1261.
5. *Nov.*

Urbanus IV. PP. revocat gratiam a Prædeceſſore ſuo Henrico Archiepiſcopo factam.

Geſtá Trevir. (*a*)

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio (*a*) Henrico de Bollandia archidiacono Treverenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Felicis recordationis Alexander papa prædeceſſor noſter, dilecto filio electo Treverenſi, conferendi perſonis idoneis, etiamſi alias beneficiatæ non forent, abbatias, prælaturas, dignitates, perſonatus, officia, & alia eccleſiaſtica beneficia, quæ in civitate, ac diœceſi, ſeu provincia Treverenſi tanto tempore vacaverant, quod ipſorum collatio erat ad ſedem apoſtolicam, ſecundum Lateranenſis ſtatuta concilii legitime (*b*) devoluta, conceſſiſſe dicitur per ſuas litteras liberam facultatem. Quarum prætextu idem electus perſonatus, dignitates, (*b*) officia

NOTÆ.

(*a*) *Henrico de Bollandia Archidiacono Treverenſi.*] Idem ille eſt, qui Arnoldo Archiep. anno 1259. 5. Novemb (ſic Geſta Trev. Marteniana *p.* 255.) defuncto, cum Arnoldo de Sleida in diſcordiis electus fuerat; quorum amborum electione caſſatâ, Alexander PP. IV. Henricum noſtrum de Finſtingen Metenſis Eccleſiæ Decanum Trevirenſem Archiepiſcopum ordinavit. Cujus facti circumſtantias vide in iiſdem Geſtis *p.* 257. *ſeq.* Quibus adde chartas ſequentis Notæ.

(*b*) *Devoluta conceſſiſſe dicitur.*] Cùm eo ævo alternativa menſium nondum obtineret, non potuere Rom. Pontifices Archiepiſcopis noſtris dare facultatem, quam eis hodie unà cum pallio tribuunt, providendi de beneficiis ſuæ Archidiœceſis, quorum collatio vigore dictæ alternativæ ad Rom. ſedem pertinet. Dederunt ergo tum jus, nomine & auctoritate ſedis Apoſtolicæ conferendi beneficia ad hunc devoluta.

DVI.

officia & beneficia hujuſmodi prout aſſeritur, conferre præſumit perſonis minus idoneis, & alias beneficiatis, quæ in eccleſiis, in quibus perſonatus, dignitates, officia, & beneficia prædicta habentur, vel in illis, in quibus prius beneficia obtinebant, nequeunt reſidere, ſicque oporteret aliquas ex prædictis eccleſiis debitis obſequiis defraudari.

Nos itaque id tolerare nolentes, & conſiderantes quod abbatiæ, prioratus, dignitates, perſonatus, officia & beneficia ad collationem noſtram ſpectantia utilius per nos, quam per electum, conferri poterunt ſupradictum; diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædicto electo ex parte noſtra inhibere procures, ut per hujuſmodi litteras, quas penitus revocamus, de cetero procedere non præſumat, eum, ſi neceſſe fuerit, quod a tali præſumptione deſiſtat, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo, ac ſententias, & proceſſus, ſi quos vel quas prætextu litterarum ipſarum fieri vel haberi contigerit, decernendo irritos, & inanes. Non obſtante, ſi præfato electo a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit per litteras apoſtolicas, quæ de indulto hujuſmodi plenam, & expreſſam non fecerint mentionem. Datum Viterbii nonas Novembris pontificatus noſtri anno primo.

DVII.

1261. 24. Nov.

Urbanus IV. PP. committit Epiſcopis Wormatienſi & Spirenſi, nec non Abbati in Rodenkirchen, ut adverſus Henricum Archiep. Treverenſem inquirant.

Geſta Trevir.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Wormacienſi & Spirenſi epiſcopis, ac dilecto filio abbati monaſterii de Rodinkirche Præmonſtratenſis ordinis, Moguntinenſis diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Ad audientiam noſtram pervenit, quod Henricus Treverenſis electus, qui pallio non obtento ſe præſumit in ſuis literis archiepiſcopum nominare, de novo quoddam pedagium ſeu telonium in flumine Rheni proprio motu conſtituit, & ligatus excommunicationis ſententia, in quam propter hoc incidit, divina officia celebrare, immo, quantum in eo eſt, potius prophanare præſumit, & ſimonia, perjurio, ſacrilegio, homicidio, & aliis diverſis criminibus irretitus, bona eccleſiæ Treverenſis adeo dilapidat enormiter, & conſumit, quod ipſa eccleſia, niſi per apoſtolicæ ſedis celere remedium ſuccurratur eidem, incurret irrecuperabile detrimentum. In tantum quoque ipſius contemptus ad Deum ſuperaſcendit, & homines, quod idem nec illius judicium, nec horum ſcandalum pertimeſcens publice rapinis, & incendiis ſe immiſcet, & alia multa committit enormia, horrenda dictu, & auditu plurimum deteſtanda. Cum igitur, quod de inſtitutione dicti pedagii ſeu telonei proponitur, non poſſit in illis partibus non eſſe notorium; diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos omnes, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alios, ſeu alium, ſi de hoc de plano vobis plene conſtiterit, ipſum propter hoc excommunicatum ſingulis diebus dominicis, & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, usque ad ſatisfactionem condignam publice nuntietis, & faciatis ab omnibus artius evitari. Et accedentes ad eccleſiam Treverenſem, ſi ſecure poteritis, alioquin publicæ citationis edicto propoſito, in loco, unde ad ejuſdem electi poſſit notitiam pervenire, ipſum electum ad noſtram præſentiam evocantes, & habentes præ oculis ſolum Deum, contra eum ſuper aliis omnibus, & ſingulis prædictis criminibus, ſi ſuper ipſis eum inveneritis apud bonos, & graves reſperſum infamia, inquiratis ſollicite veritatem; & quæ inveneritis, nobis per veſtras literas fideliter tranſmittatis, præfigendo dicto electo terminum peremptorium competentem, quo perſonaliter noſtro ſe conſpectui repræ-

DVII.

ſentet, pro meritis recepturus. Ceterum ſi electus ipſe de ejusmodi dilapidatione ſuſpectus fuerit inventus, administrationem bonorum temporalium ſedis Treverenſis interdicatis eidem, ipſamque committatis aliquibus perſonis idoneis de capitulo Treverenſi. Diem autem præfixionis hujus, & quidquid inde duxeritis faciendum, nobis per veſtras literas, tenorem continentes præſentium, fideliter intimetis; non obſtante, ſi vobis, aut alicui veſtrum a ſede apoſtolica ſit indultum, quod inviti exequi non teneamini negotia, quæ vobis ab ipſa pro tempore committuntur. Datum Viterbii X. cal. Decemb. pontificatus noſtri anno primo. (a) (a)

NOTA.

(a) Qoid acri diutinæque liti, multis impoſtcrum documentis recenſendæ, adverſùs Henricum de Finſtinga Archiepiſcopum cauſam dederit, brevibus refert *Maſenius in Epit. Annal. Trev. Lib. XVI. p. 476.* nempe: Defuncto Arnoldo Archiepiſcopo Clerus in diſſidio elegit, hinc Arnoldum de Sleida, inde Henricum Bolandinum, utrumque Archidiaconum. Qui cum Romæ cauſam agerent; *ille* per conſtitutos procuratores, *hic* per ſe ac Theodoricum S Matthiæ Abbatem, Henricus de Finſtinga, Metenſium Decanus, Romæ tum præſens, ubi familiari utriusque partis uſu, quæ cuique obſtacula ponerentur, didiciſſet, præcipuis ex Cardinalium ſibi faventium Collegio, & per hos Pontifici perſuaſit, utriusque electionem nullam eſſe. Cúmque ipſe laudatus pro hoc munere Alexandro Pont. eſſet, hic utriusque diſſidioſam electionem nullam, Henricum de Finſtinga verò ex jure devoluto pronuntiavit Archiepiſcopum. Repulſam indigniſſimè tulit Arnoldus, omnemque idcirco in Theodoricum S. Matthiæ Abbatem, quem obfuiſſe maximè ſuſpicabatur, indignationem effudit, utque potentiùs ei noceret, Finſtingii partes amplexus, obſtitiſſe & huic maximè Theodoricum, atque etiamnum adverſari, perſuadet. Unde cùm jam exceptus ille ab orbe Cleroque eſſet, militem in S. Matthiæ poſſeſſiones diripiendas duxit; pallio non obtento, Philippum Metenſem Epiſcopum confirmare, ſynodum etiam in Eccleſia Metropolitana celebrare præſumpſit; multáque alia ſiniſtrè egit, quæ poſtquam ad Urbani IV., tum Rom. Pontif., aures delata eſſent, hic vigore præſentis Brevis Commiſſarios nominavit ad informandum.

DVIII.

1261. 21. Decemb. Literæ Cardinalis Hugonis Pœnitentiarii Romani ad Priorem Prædicatorum Treviris, ut Henricum Archiep. ad cautelam abſolvat a cenſuris Eccleſiaſticis.

Martene Coll. ampl. Tom. IV. p. 468.

Frater Hugo &c. dilecto in Chriſto religioſo viro priori fratrum Prædicatorum Treverenſium ſalutem &c.

Ex parte venerabilis viri Henrici Treverenſis electi, fuit nobis humiliter ſupplicatum, quod dubitet pro violatione fidei nomine juramenti datæ, ſeu transgreſſione, vel receptione telonei, vel pedagii; aut pro eo quod excommunicationis ſeu ſuſpenſionis ligatus ſententiis ſe ingeſſerit divinis, excommunicationis ſeu irregularitatis ſe vincula incurriſſe; cupiens, quod ſuper his ad cautelam ſanctæ ſedis apoſtolicæ providere curaremus. Ne igitur prædictæ cautelæ quid deſit, ut creditis, in hac parte, auctoritate domini papæ, cujus pœnitentiariæ curam gerimus.... veſtræ committimus..... * Poſtquam quod dictæ ſuſpenſionis vel excommunicationis ſententiæ, ſi quæ fuerint latæ, & juridicæ fuerint, relaxare poſſitis, eum ab excommunicationis ſententia, ſi quam incurrerit ex receptione dicti telonei, poſtquam ipſum teloneum reſignaverit, juxta formam eccleſiæ abſolventes; demum ipſius confeſſione diligenter audita, provideatis ei ſuper aliis præmiſſis, de quibus confeſſus vobis fuerit, eidem imponentes pœnitentiam ſalutarem, ac ſuper irregularitate, prædicto modo contracta, eum abſolvatis, prout ſecundum Deum animæ ſuæ ſaluti videritis expedire. Datum Viterbii XII. kal. Jan. pontificatus D. Urbani papæ IV. anno I. (a) (a)

* Prætorquam,

DIX.

NOTA.

(a) Apparet hinc verum fuiſſe, quod in commiſſorio ſuo de 22. Novemb. nuper de telonio per Henricum Archiep. exacto narravit Urbanus PP. Porro quam petierat Henricus abſolutionem ad cautelam, eam Fr. Daniel Prior Dominicanorum Conventûs Treviren ſis 8. Aprilis 1262. effectivè impertitus eſt.

DIX.

1262. 6 *April.*

Urbanus IV. PP. committit Wilhelmo & Rorico Fratribus de Ordine Minorum, ut contra Henricum Archiepiſcopum Trev. inquirant. (*a*)

(*a*) Geſta Trevir.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Wilhelmo de Waltmanshuſe gardiano fratrum Minorum in Weſel Treverenſis diœceſis, & fratri (*b*) Rorico de Warnesberch de ordine Minorum fratrum in conventu Treverenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Venerabilibus fratribus noſtris Wormacienſi, & Spirenſi epiſcopis, & dilecto filio abbati monaſterii de Rodinkirchen Præmonſtratenſis ordinis, Moguntinenſis diœceſis, inquiſitionem contra Henricum Treverenſem electum ſuper ſimonia, ſacrilegio, perjurio, homicidio, & aliis diverſis criminibus, quibus irretitus eſſe dicitur, & quod occaſione cujusdam pedagii ſeu telonei, quod in flumine Rheni proprio motu de novo conſtituit, procederent contra eum, habito fratrum noſtrorum conſilio, per noſtras literas nos meminimus commiſiſſe. Sed quibusdam, ut intelleximus, eisdem epiſcopis, & abbati falſo ſuggerentibus, quod inquiſitio ipſa, præhabito eorundem fratrum noſtrorum conſilio, non proceſſit, ipſi prætextu hujusmodi non procedunt ea, qua decet, diligentia in eadem. Unde ipſis in virtute obedientiæ noſtris dedimus literis diſtrictius in præceptis, ut in negotio inquiſitionis hujus ſine difficultate ac dilatione qualibet procedere ſtudeant, juxta priorum continentiam literarum. Verum, quia, ſicut accepimus, dictus electus cum epiſcopis, & abbate prædictis, tam per ſe, quam per ſuos, tamquam male ſibi conſcius, & proceſſum inquiſitionis formidans, de novo eſt propter hoc amicitiæ fœdere copulatus; Nos affectantes ut ſine ſuſpicione cum effectu in prædicto inquiſitionis negotio procedatur; diſcretioni veſtræ in virtute obedientiæ, ac ſub pœna excommunicationis, per apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus facientes vobis prædictas literas exhiberi, detentores ad exhibitionem earum, ſi opus fuerit, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo, & proceſſu legitimo, ſi quis per eos eſt habitus, obſervato, in negotio ipſo ſollicite procedatis juxta continentiam earundem, omiſſo duntaxat articulo de pedagio ſeu teloneo, quem dilecto filio plebano eccleſiæ S. Mariæ in Confluentia Treverenſis diœceſis per literas noſtras ſpecialiter duximus committendum. Volumus tamen, quod etiam in negotio hujusmodi, quoad articulum ipſum de eodem pedagio procedatis, ſi plebanus ipſe infra menſem poſt monitionem noſtram, non proceſſerit in eodem. Non obſtante, quod ordini veſtro a ſede apoſtolica ſit indultum, ut ipſius perſonæ de cauſis cognoſcere, vel mandata exequi minime teneantur, quæ ipſis a ſede committuntur eadem. Datum Viterbii VIII. idus Aprilis, pontificatus noſtri anno primo.

DX.

NOTÆ.

(*a*) Cùm Wormatienſis & Spirenſis Epiſcopi & Abbas de Rodenkirchen inquiſitionem, ſibi ſub X. Kal. Decembris anni præteriti commiſſam, tardiùs exequerentur, & deſuper ſolùm ſub 23. Maij hujus anni ad ſedem Romanam referrent, uti infrà videbimus; Rom. Pontifex commiſſionem in hos monachos Ordinis Minorum Conventualium tranſcripſit. Geſta Trev. apud Martene *Coll. Ampl. Tom. IV. p.* 261.

(*b*) *Rorico de Warnesberg.*] Habuimus Boemundum I. *de Warnesberg* Archiepiſcopum Trevirenſem, cujus regimen cœpit anno 1281. Illuſtris ejus familia, ſub hodierno nomine Baronum *de Warsberg*, etiamnum Treviris floret. Veroſimile eſt, Roricum de eadem fuiſſe; eò magìs, quòd infrà in Brevi Apoſtolico de 30. Novembris 1262. ambo hi fratres *natalibus conſpicui* prædicentur.

DX.

1262. 8. *April.*

Literæ Prioris Fr. Prædicatorum exequentis mandatum Hugonis Cardinalis Pœnitentiarii.

Martene *Coll. ampl. Tom. IV. p.* 468.

REverendo in Chriſto patri ac domino H. Dei gratia Trevereuſi electo, & in archiepiſcopum conſecrato fr. Daniel prior humilis fr. Prædicatorum Treverenſium orationes in Domino devotas.

Litteras & mandatum R. patris D. *Hugonis * H. tituli ſanctæ Sabinæ presbyteri cardinalis gerentis curam pœnitentiariæ domini papæ recepimus in hæc verba. F. Hugo miſeratione divina tituli S. Sabinæ presbyter cardinalis, dilecto in Chriſto viro religioſo priori fratrum Prædicatorum Treverenſium ſalutem in Domino. Ex parte venerabilis viri *21. Decemb. 1261. H. Treverenſis electi &c. * *ut ſupra.* Hujus auctoritate mandati, vos juxta formam eccleſiæ ad cautelam abſolvimus ab excommunicatione, ſi quam incurreratis ex receptione telonei, quod nuper homines veſtri in Confluentia de conniventia veſtra, ut creditur, dicuntur recepiſſe, cum nobis conſtet, quod vos Confluentinis expreſſe mandaſtis, ne de cetero colligerent teloneum antedictum, & vos abſolvimus ad cautelam ab omni excommunicatione, de qua ex virtute ejusmodi litterarum abſolvere vos valemus: diſpenſantes vobiscum ad cautelam ſuper irregularitate, ſi quam incurriſtis, ſuſpenſus, vel excommunicatus ingerendo vos divinis, cum ſuper eis, & aliis veſtram audiverimus confeſſionem, & vobis pœnitentiam injunxerimus ſalutarem. Datum anno Domini MCCLXII. in vigilia paſchæ.

DXI.

1262. 9. *April.*

Commiſſio Apoſtolica ad Plebanum Eccleſiæ S. Mariæ in Confluentia, ut informet ſuper negotio telonei ibidem ab Archiepiſcopo Rheno impoſiti.

Geſta Trevir. (*a*)

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio (*a*) plebano eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Confluentia Treverenſis diœceſis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Ad audientiam noſtram perlato, quod Henricus Treverenſis electus de novo quoddam pedagium, ſeu teloneum in flumine Rheni conſtituerat motu propriæ voluntatis, & quod idem electus erat diverſis criminibus irretitus, venerabilibus fratribus noſtris Varmacienſi & Spirenſi Epiſcopis, & dilecto filio abbati monaſterii de Rodeinkirchen Præmonſtratenſis ordinis Maguntinenſis diœceſis, litteras noſtras direximus, inter alia continentes; ut cum id quod de inſtitutione ejusmodi pedagii ſeu telonei proponebatur, non poſſet in illis partibus non eſſe notorium, ipſi, ſi hoc de plano eis plene conſtaret, eumdem electum propter hoc excommunicatum, ſingulis diebus dominicis & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis usque ad ſatisfactionem condignam publice nuntiarent, & facerent ab omnibus arctius evitari. Verum epiſcopi, & abbas prædicti, ſicut intelleximus, in hujusmodi negotio ea, qua decet, diligentia non procedunt. Quia vero cordi nobis eſt, ut in eodem negotio procedatur, & de impoſitione prædicti pedagii ſeu telonei per facti evidentiam tibi plene conſtare poterit; diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus (*b*) in ejusmodi negotio dicti pe- (*b*)
dagii

NOTÆ.

(*a*) *Plebano Eccleſiæ S. Mariæ in Confluentia.*] Apparet hinc iterum antiquitas hujus Parochiæ & Plebaniæ, quæ ſub regimine Archiepiſcopi Franciſci Ludovici unita fuit Alumnatui ſeu ſeminario Archiepiſcopali in Urbe Confluentina eodem erecto.

(*b*) *In ejusmodi negotio dicti pedagii vel telonei procedas.*] Quod & feciſſe videtur Plebanus. *Conf.* infrà Interrogatoria Clementis PP. de 5. Jan. 1267. *Not. b.* Mirum autem videatur, qui Rom. Pontifex voluerit, aut certè potuerit, ſe immiſcere huic negotio? Sed mirari deſinemus, ſi atten-

DXI.

dagii vel telonei procedas per te vel per alium, invocando ad hoc, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſæcularis juxta directarum ad epiſcopos & abbatem prædictos continentiam litterarum, inquiſitione facienda contra eumdem electum, ſuper hujuſmodi criminibus eis totaliter reſervata; non obſtante aliqua abſolutione, ſiqua eſt ab eodem electo ab excommunicationis ſententia, quam pro impoſitione præfati pedagii ſeu telonei incurrit, absque auctoritate apoſtolicæ ſedis obtenta. Datum Viterbii VIII. idus Aprilis, pontificatus noſtri anno primo.

NOTÆ.

ttendimus, ipſos Rom. Reges telonii cauſas adversùs Epiſcopos eò detuliſſe. Sic certè Chron. Colmar. *P. II. p.* 61. „ Cum Regi (Alberto I.) „ viſum fuiſſet, quod Rhenum potenter teneret, „ & ſe confirmatum crederet, mandavit Archi„ epiſcopo Moguntino, Archiepiſcopo Colo„ nienſi, atque cæteris accipientibus telonium „ ſupra Rhenum, ne incurrerent indignationem „ Regiæ Majeſtatis. Epiſcopi Regi reſponderunt: „ Telonia noſtra longo tempore debite accepimus, „ & anteceſſores noſtri longo tempore recepe„ runt, & eos Reges Romanorum minime turba„ runt. Unde & nos hæc telonia nolumus volun„ tarie reſignare. Rex, his auditis, ſignificavit „ Papæ, quod domini Archiepiſcopi ſupra Rhe„ num fluvium, per telonium iniuſtas actiones „ facerent, & totam terram graviter perturbarent. „ Epiſcopos Papa corrigere tardavit. Rex tamen „ quomodo eos ſuis corrigeret, cogitavit, & de „ conſilio ſuorum eos diffidavit.

DXII.

1262. 23. *Maij.*

Literæ & Proceſſus Epiſcoporum Wormatienſis & Spirenſis, necnon Abbatis de Rodenkirchen adverſus Henricum Archi-Epiſcopum Trevirenſem.

Martene *Coll. ampl. Tom. IV. pag.* 469.

* Eberhardus & Henricus.

SAnctiſſimo patri ac domino ſacroſanctæ Romanæ ſedis ſummo pontifici * E. & H. miſeratione divina Wormac. & Spirenſ. epiſc. & abbas de Rodinkirchen Præmonſtratenſis ordinis, Maguntinæ diœceſis, cum debita ſubjectione, & reverentia devota pedum oſcula beatorum.

Literas veſtras recepimus in hæc verba: *ut ſuprà in prima litera papali. de* 21. *Nov.* 1261. Sane de hoc, quod dicebatur ſe archiepiſcopum nominaſſe, ad excuſationem ſuam prætendit, quod non ex propoſito, ſed ſecundum conſuetudinem Alemanniæ, qua electi in archiepiſcopos & epiſcopos conſueverunt, confirmatione obtenta, archiepiſcopi & epiſcopi nominari, hoc forſan poterat acidiſſe. Nam & in quodam apoſtolico reſcripto, nobis oſtenſo, fuit archiepiſcopus nominatus; & cum non inveniſſemus eum de novo conſtituiſſe teloneum vel pedagium ſupradictum; & ſi juxta conſuetudinem ſui prædeceſſoris, nomine ſuo aliquod receptum fuerat, receptionem pedagii ſeu telonei remiſerat, antequam veſtrum, vel noſtrum mandatum ſuper iis ad ipſum perveniſſet; & ſi culpam aliquam in recipiendo contraxit, (*a*) abſolutionem ſuper hoc, & diſpenſationem a reverendo P. D. Hugone veſtræ ſanctæ curiæ ſummo pœnitentiario obtinuit ad cautelam, ſicut per literas fuit nobis oſtenſum. Et cum nullus compareret, qui dictum electum infamaret, nec eum inveniſſemus ſuper dictis criminibus aliqua reſperſum infamia, dictorum religioſorum prælatorum, canonicorum (*b*) decani Chriſtianitatis, & ſacerdotum Trever. ſuper bona fama, & converſatione dicti electi ex abundanti accepimus juramenta,

NOTÆ.

(*a*) *Abſolutionem ſuper hoc & diſpenſationem à Rev. P. D. Hugone &c.*] Vid. chartas de 21. Decemb. 1261 & 8. Aprilis 1262.

(*b*) *Decani Chriſtianitatis.*] Hæc eſt prima, quæ mihi occurrit, hujus officii expreſſa memoria; eſt autem *Chriſtianitas* Capitulum rurale: hîc illud, quod vocatur S. Petri minoris; ad quod pertinent parochiæ Urbis Trevirenſis, & aliquot circumvicinæ.

DXII.

menta, per quæ etiam nobis conſtitit, quod licet dictus electus in ſacerdotem ſit promotus, & in archiepiſcopum conſecratus, nullam adhuc miſſam, quia pallium non habuit, celebravit; nec etiam ipſum invenimus ſuper prædicta dilapidatione ſuſpectum. Poſtremo conſiderantes quod ulterius in ipſo negotio quidquam facere non poteramus, (c) ipſum negotium vobis remittimus, ſicut habuimus in mandatis, veſtram ſanctitatem ſuper hoc conſulentes. Factum, & datum Cellæ, Maguntinenſis diœceſis, anno Domini MCCLXII. feria tertia poſt aſcenſionem Domini continuata a die præcedenti. (c)

N O T Æ.

(*c*) *Ipſum negotium vobis remittimus.*] Pontificem hac relatione minimè fuiſſe contentum, ex infrà dicendis apparebit, maximè ad diem 30. Novemb. hujus anni.

DXIII.

1262. 27. *Maji.*

Secundæ Literæ Hugonis Cardinalis Pœnitentiarii ad Priorem Dominicanorum poſt recidivationem Henrici Archiepiſcopi.

Martene *Coll. ampl. Tom. IV. p.* 471.

FRater Hugo miſeratione divina tituli S. Sabinæ presbyter cardinalis, viro religioſo priori Prædicatorum, &c.

Venerabilis in Chriſto patris domini H. Treverorum electi petitionis ſeries continebat, quod idem in flumine Rheni apud oppidum de Confluentia Treverenſis diœceſis, (*a*) in quo ipſe jurisdictionem ſpiritualem & temporalem obtinet, percipit interdum pedagium ſeu teloneum, quod bonæ memoriæ Treverorum archiepiſcopus prædeceſſor ſuus percipere aliquando conſuevit. Verum idem electus dubitans ne hujusmodi pedagium ſeu teloneum fuerit impoſitum ab antiquo, & ne per ipſius perceptionem incurrerit excommunicationis ſententiam, in imponentes nova pedagia generaliter promulgatam, poſtulavit ſibi ſuper hoc per ſedem apoſtolicam ſalubriter provideri. Nos itaque auctoritate domini papæ, cujus pœnitentiariæ curam gerimus, præſentium vobis auctoritate committimus, quatenus electo injungentes eidem, ut a perceptione prædicti pedagii ſeu telonei omnino deſiſtat, ipſum ab excommunicatione, ſi quam propter hoc incurrerit, ad cautelam, juxta formam eccleſiæ, abſolvatis; & injungentes ſibi ſuper hoc, quod animæ ſuæ ſaluti videritis expedire, diſpenſetis cum eo ſuper irregularitate, ſi quam contraxit, hujusmodi ligatus ſententia ſe divinis officiis immiſcendo. Datum Viterbii VI. kalendas Junii, pontificatus domini papæ Urbani IV, anno primo. (*a*)

DXIV.

N O T A.

(*a*) *In quo ipſe jurisdictionem temporalem obtinet.*] Quo tempore, quave ratione, quibusve incrementis Archiepiſcopo jus in Urbem Confluentinam quæſitum fuerit, ad annum 1018. *Not. d.* & ad ann. 1156. *Not. a.* indagavimus. Hic autem tanquam res notoria aſſeritur, jurisdictionem temporalem propriam Archiepiſcopo in urbem competere.

DXIV.

1262. 10. Nov.

Papa iterato mandat Fratribus Minoribus ſub ſententia excommunicationis, ut ſine negligentia in negotio inquiſitionis procedant.

Geſta Trev.

*Ober-weſel

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Wilhelmo de Waltmanshuſen gardiano fratrum Minorum de* Wezele Treverenſis dioeceſis, & fratri Rorico de Warnesberch de ordine fratrum Minorum in conventu Treverenſi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Per exigentiam ſollicitudinis paſtoralis, quam nobis diſpenſatio divina commiſit, contra Henricum Treverenſem electum, ſuper diverſis articulis volentes inquiri, (a) certas ad hoc perſonas providimus aſſumendas, de quarum induſtria & conſtantia firmam fiduciam habebamus. Quia vero perſonæ ipſæ (b) minus ſtudioſe, præter ſpem noſtram, negotium proſequebantur injunctum, ipſius executionem vobis in virtute obedientiæ, ac ſub pœna excommunicationis, ſub certa forma duximus injungendam, non dubitantes illud in veſtris manibus debere proficere, quod apud dictas perſonas deficere miſerabiliter videbamus, conſtantia, quam veſtri natales conſpicui, ſacra religio, & zelus divini nominis pollicebantur, apoſtolicæ ſedis de vobis ſuper hoc firmam certitudinem inducente. Sed ecce, quod, ſicut apud illos, ſic apud vos noſtra videtur fiducia deſtraudata, dum, prout intelleximus, (c) ſicut illi, ſic & vos, ipſum negotium non memoriæ, ſed neglectui commendaſtis. Hinc eſt, quod nos diſcretioni veſtræ per iterata ſcripta in virtute obedientiæ, ac ſub pœna prædicta, quam ex tunc vos incurrere volumus, ſi mandatum noſtrum in hac parte neglexeritis adimplere, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus in negotio ipſo, ſaltem nunc tanta ſollicitudine procedatis, juxta traditam vobis formam, quod præcedentem inobedientiam improbaſſe probemini per obedientiam ſubſequentem, & nos vobis ſuper hoc aliter ſcribere non cogamur. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum apud Urbem veterem II. calendas Decembris, pontificatus noſtri anno ſecundo.

DXV.

NOTÆ.

(a) *Certas ad hoc perſonas.*] Epiſcopos Wormatienſem & Spirenſem, unà cum Abbate in Rodenkirchen. ſuprà 18. Nov. 1261.

(b) *Minus ſtudioſe.*] Minùs ſtudioſa hæc, Archiepiſcopo favorabilis, relatio eſt de 23. Maij 1262.

(c) *Sicut illi, ſic & vos, ipſum negotium non memoriæ, ſed neglectui commendaſtis.*] Qualiter fratres Wilhelmus & Roricus ab executione Apoſtolicæ commiſſionis à Cuſtode & Guardianis Fratrum Minorum provinciæ Trevirenſis, nec non à Fratribus Prædicatoribus, qui partes Archiepiſcopi manifeſtè tuebantur, ſub interminatione carceris fuerint impediti, latiùs referunt Geſta Trevirorum apud Martene *Tom. IV. p. 262.* Hanc commiſſionem cùm poſtea deprecarentur, eis à Papa his verbis reſponſum eſt: *Si nos duos Archiepiſcopatus duobus de fratribus veſtris transmiſiſſemus, ipſos ſine dubio, contradictione qualibet amota, cum magnis gratiarum actionibus recepiſſetis. Si igitur ad recipiendas dignitates vel Prælaturas, quæ vobis à ſede Apoſtolica conferuntur, obedientes eſtis & parati, non eſt rationi conſonum, ut alia mandata, quæ vobis ab eadem ſede ad honorem Dei & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ diriguntur, recipere & executioni mandare non debeatis.* Dedit præterea Urbanus PP. ad Priores Ordinis FF. Prædicatorum ſub 13. Aprilis 1263. ſpeciales literas, ſeverè præcipientes, ne ullo modo hoc inquiſitionis negotium impediant.

DXV.

1263. 23. *Jan.*

RICHARDUS ROM. REX
facit Miniſterialem Eccleſiæ Trevirenſi Odam de Trys.

Gebauer *Vita Richardi Reg. Rom. p.* 391.

RIchardus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus. Univerſis ſacri imperii Romani fidelibus preſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Volentes eccleſiam Trevirenſem ſpeciali gratia proſequi & favore, dilectam nobis in Chriſto (*a*) Odam filiam Conradi de Schonecke militis, dilecti fidelis noſtri, uxorem nobilis viri Verneri de Trys, miniſterialem noſtram, cum omni ſua poſteritate (*b*) ab obſequiis miniſterialibus, ad que nobis & ſacro tenebatur imperio, abſolventes, dicte eccleſie Trevirenſi & beato Petro eandem cum omni jure, quod nos & imperium habebamus in eadem, & in ſua poſteritate habere poteramus, liberalitate regia donamus & concedimus; ab eadem eccleſia perpetuo pacifice poſſidendam; ita quod dicta Oda cum ſuis poſteris dicte eccleſie Trevirenſi adinſtar aliorum ſuorum miniſterialium ſit adſtricta. In cujus abſolutionis, donationis ſive conceſſionis noſtre teſtimonium & memoriam evidentem preſentes literas exinde conſcribi, & ſigillo majeſtatis noſtre juſſimus communiri. (*c*) Datum Treviri XXIII. Januarii indictione VI. anno Domini * MCCLXII. regni vero noſtri anno VI. (*c*) * MCCLXIII.

N O T Æ.

(*a*) *Odam filiam Conradi de Schonecke.*] Conf. literas feudales Werneri de Trys de 8. Novemb. 1277.

(*b*) *Ab obſequiis miniſterialibus, ad que nobis & ſacro tenebatur Imperio, abſolventes.*] Hinc apparet, quàm parum his in partibus obſervatum ſit, quod in Speculo Saxonico *Lib. I. C.* 46. *n.* 2. traditur: *Daſ der König ſeine Dienſtmanne in der Laien-fürſt gewalt nicht geben, noch ihre ſchild niedrigen könne, weil ſie des Reichs Dienſtmanne waren.* Cauſa autem, ob quam Trevirenſis Eccleſiæ interfuerit, Odam ſibi fieri miniſterialem, apparebit ex jam cit. charta anni 1277

(*c*) *Datum Treviri.*] Richardum unquam, & præſertim in tertio ſuo itinere Germanico, Treviris fuiſſe, omnes latuit hactenus, & lateret adhuc, niſi illuſtrium amicorum interpoſitione hoc noſtrum Richardinum diploma cum cl. Gebauero, Richardi acta nuper colligente, communicâſſem.

DXVI.

1263. 24. *Martii.*

Papa monet Fratres inquiſitores, ut inquiſitionem adverſùs Archi-Epiſcopum usque ad finem proſequantur.

Geſta Trevir.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis fratribus Wilhelmo & Rorico ordinis fratrum Minorum in conventu Treverenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sollicitudinem & devotionem veſtram plenis laudibus extollentes, vosque proſequentes plenis actionibus gratiarum, ſuper eo, quod negotium inquiſitionis, quam contra Henricum, qui pro Treverenſi electo ſe gerit, per vos fieri mandavimus, nunc demum (*a*) in ſpiritu promptitudinis aſſumentes, Incœpiſtis, ſicut intelleximus, & utique acceptamus, juxta formam vobis traditam procedere in eodem. Diſcretio- (*a*)

N O T A.

(*a*) *In ſpiritu promptitudinis aſſumentes incœpiſtis.*] Referunt Geſta Trevirorum Marten. *p.* 264. Fratres Wilhelmum & Roricum, omni timore poſtpoſito, ad civitatem Trevirenſem in domum Ordinis ipſorum reverſos, ſuper negotio inquiſitionis audacter & intrepidè proceſſiſſe. Henricum Archiepiſcopum citâſſe, ſuper articulis in literis Apoſtolicis contentis diligenter inquiſiviſſe, & pauca vel nulla de contingentibus omiſiſſe.

DXVI.

ſcretionem veſtram rogamus, & hortamur attente, per apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatenus in negotio ipſo, ſicut laudabiliter incœpiſtis, usque ad felicem exitum procedentes, frivolæ appellationis objectu non obſtante, quæ inveneritis, & quæ feceritis, nobis per veſtras literas quantocius nuntietis. Nos enim manus mundas eſſe volentes, quæ ſordes diluunt aliorum, gratum habebimus plurimum & acceptum, ſi per veſtrum ſtudium obtineri poterit, quod idem Henricus a ſuis inſolentiis corrigatur, idque vobis apud Deum proficiat ad meritorum cumulum, & apud nos & ſedem apoſtolicam ad plenitudinem gratiarum. Datum apud Urbem veterem, IV. cal. Aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

DXVII.

1263. .. *April.*

Appellatio Prioris S. Matthiæ à Decreto Archi-Epiſcopi contra Abbatem inquirere volentis. (*a*)

(*a*) Geſta Trevir.

CUm vos reverende pater domine Henrice Trevirorum electe, ſitis excommunicatus, item cum ſuper criminibus quibusdam inquiſitio pendeat contra vos, coram inquiſitoribus a ſede apoſtolica ad hoc deputatis; præterea cum nos velitis compellere priorem & conventum S. Eucharii Treverenſis, ut deponant contra dominum (*b*) Theodericum abbatem eorum ſuper quibusdam criminibus falſis, & ſibi impoſitis mendaciter, cum alias tam apud nos, quam apud dominum papam eum habuerint recommendatum; & quia vos, domine, excommunicationis vinculo ligatus, & pendente dicta inquiſitione contra vos, prædictos priorem & conventum S. Eucharii Treverenſis compellatis, ut contra prædictum dominum Theodericum abbatem ipſorum, qui eſt bonæ famæ, vitæ, & opinionis integræ, deponant ſuper criminibus falſo & mendaciter confictis contra eum, ideo ego Henricus clericus monaſterii S. Eucharii Treverenſis ſupradicti, procurator dictorum prioris & conventus, ſentiens eos a vobis propter cauſas prædictas indebite gravari, nomine ipſorum & pro eis, & nomine procuratorio in ſcriptis, ſedem apoſtolicam appello, perſonas eorum monaſterii, & bona dicti monaſterii protectioni ſedis apoſtolicæ ſupponendo, & apoſtolos cum inſtantia peto. Quos ſi mihi dare denegatis, iterum ſedem apoſtolicam appello, offerens me, nomine dicti prioris & conventus ea, quæ in facto conſiſtunt, coram judice, & in loco competenti, probaturum. Facta fuit hæc appellatio ſabbato poſt inventionem S. crucis, poſt primam, menſe Maij ante capellam domini archiepiſcopi, in loco, qui vocatur ſuper curiam, coram dicto venerabili patre, præſentibus decano S. Paulini, ſcholaſtico ejusdem loci, & aliis quam pluribus fide dignis.

DXVIII.

N O T Æ.

(*a*) Videns Henricus inquiſitionem adverſum ſe procedere, in Abbatem S. Matthiæ, ad cujus ſuggeſtiones eam decretam ſuſpicabatur, furorem convertit. Quare omni ſtudio ad ejus amotionem intendens, in illum faciebat inquiri, Priorem & Conventum ab Abbatis ſui obedientia abſtrahere conatus. Qua in re cùm nihil ſe proficere videret, diem dixit Abbati in domo FF. Prædicatorum Treviris, in ordine ad tentandam concordiam. Sed cùm & hæc infructuoſa cederet, fecit Archiepiſcopus Abbatem & Conventum ad Capitulum Majoris Eccleſiæ citari; cui citationi non paruere Abbas & Monachi, præſentem contra eandem interponentes appellationem, Martene *Tom. IV. p. 265. ſeqq.*

(*b*) *Theodericum Abbatem.*] Fratrem Simonis Præpoſiti Majoris Eccleſiæ Treverenſis.

DXVIII.

1263. 17. April.

Urbanus Papa Fratres inquiſitores Wilhelmum & Roricum iterato monet, ut ab inquiſitionis negotio adversùs Archiepiſcopum non deſiſtant.

Geſta Trev.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Wilhelmo & Rorico fratribus ordinis Minorum, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Sæpe ſagittant in occultis immaculatum doloſa labia detractorum, ſæpe venenum aſpidum damnabili calliditate diffundunt, ut lædant calumnioſis flatibus innocentem. Hi ſunt, quos propria vexat iniquitas, ut in agro bonarum mentium ſemina detractionis effundant. Ab horum invviis profecto non deviant; ſed eorum annumerari numero promerentur, qui obloqui, & ſcribere detrahendo præſumunt, quod Henricum, qui ſe gerit pro Treverenſi electo, ab inquiſitionis examine commiſſo vobis per litteras apoſtolicas contra eum, liberare proponimus, ſi pecuniam, in qua eccleſiæ Romanæ tenetur, duxerit perſolvendam; qui etiam, ut audivimus, ad hujusmodi mendacii promotionem adjiciunt, dictum Henricum pecuniam ipſam habere paratam, ut verum eſſe, quod iidem aſſerunt, alii ſuſpicantes, credant liberationem ipſius eſſe vicinam, & per hoc circa negotium inquiſitionis ejusdem, quod laudabiliter incœpiſſe dicimini, proſecutio veſtra tepeſcat. Porro ſi non intendimus ipſi Henrico debitum eccleſiæ prædictæ dimittere, non eſt præſumendum, quod ob id in ipſo velimus offendere Deum ultionum, eumdem Henricum liberando talem ab his, in quibus ipſum habere credit idem dominus debitorem.

Novimus etenim quod nos liberatio hujusmodi arctius obligaret, dum ipſius peccata nobis imponeret contra nos, quod ſummopere, quantum nobis ex alto permittitur, vitare intendimus, in judicio deferenda, colloque noſtro ejus culpas avertere, quas noſtras per hoc procul dubio faceremus. Nec oportet nos in negotio præfato tepeſcere, prætextu debiti memorati, præſertim cum qualiscumque de ipſo exitus habeatur, nihilominus tamen ad hujusmodi debitum nobis eidem eccleſiæ Romanæ Treverenſis eccleſia tenetur; propter quod non eſt veriſimile, quod inchoatam contra eum intendamus proſecutionem juſtitiæ prætermittere; immo ſi plenam domum argenti, & auri nobis idem Henricus liberaliter expanſis manibus largiretur, non pateretur noſtra conſcientia nos ipſius, qui taliter diffamatur, diſſimulare delictum, cum vitium ſimoniæ, quo publice dicitur irretitus, in ipſo tanto amplius deteſtemur, quanto ampliori eum benevolentia proſequi ſolebamus. Ideoque devotionem veſtram rogamus, & hortamur attente, per apoſtolica ſcripta vobis in virtute obedientiæ præcipiendo mandantes, quatenus aures ab hujusmodi mendaciis avertentes, in prædicto negotio juxta formam vobis traditam cum debita diligentia celeriter procedatis, ita quod non contingat ipſius peccata de veſtris requiri manibus, ſed exinde ſollicitudo veſtra meritum ſibi comparet apud Deum, nosque illam commendare merito valeamus. Datum apud Urbem veterem XV. cal. Maij pontificatus noſtri anno ſecundo. (a)

DXIX.

N O T A.

(a) Quæ cauſam dederunt præſenti excitatorio, ſic referunt Geſta Trevirorum apud Martene *Tom. IV. p.* 277. „ Inquiſitores in inquiſitionis „ negotio procedentes, Electum undique fatigabant . . . . Finxit igitur (Electus) rumores, „ quos per interpoſitas perſonas apud Fratres Prædicatores & Minores fecit occulté publicari, „ videlicet, quod idem Electus pecuniam, in „ qua Romanæ Eccleſiæ tenebatur, propter quam „ etiam fuit excommunicationis vinculo innodatus, promptam haberet & paratam, eamque „ per mercatores Romanos, qui tunc juxta eum „ erant, ad Romanam Curiam tranſmittere deberet . . . . Sicque inquiſitionis negotium penitus „ adnihilari debere.

DXIX.

1263. ..*Maij.* (a)

Appellatio Monachorum S. Matthiæ à decreto Archiepiſcopi, quo Abbatem ſua dignitate privare intendit. (*a*)

Geſta Trev.

Coram vobis prælatis & dominis Treverenſibus, nos Engilbertus prior monaſterii S. Eucharii Treverenſis nomine monaſterii noſtri, & pro nobis, tamquam cujus intereſt, proponimus, quod cum vir religioſus Theodericus abbas noſter, ex legitimis cauſis ad ſedem apoſtolicam a domino Henrico electo Treverenſi appellarit, & poſtmodum etiam conventus monaſterii noſtri ſimiliter ex cauſis legitimis a dicto domino electo ad ſedem apoſtolicam appellaverit, dictus dominus electus hujuſmodi appellationibus non deferens, ad privationem dicti domini abbatis noſtri procedens, & ſuæ libito voluntatis defacto minus juſte nos priorem & conventum monaſterii noſtri moneri fecit per Everardum * presbyterum S. Laurentii Treverenſis, feria ſexta ante pentecoſten, ut per electionem canonicam infra octavas pentecoſtes nobis provideremus de abbate, alioquin ipſe dominus electus ipſi monaſterio de abbate provideret. Et cum ſtatutum ſit in concilio generali, ut ultra tres menſes cathedralis vel regularis eccleſia prælaro non vacet, infra quos, juſto impedimento ceſſante, ſi electio non fuerit celebrata, qui eligere debuerant, eligendi careant poteſtate ea vice. Quia dictus dominus electus, etiamſi rite præfatus dominus abbas noſter ab eo eſſet privatus abbatia, contra dicta ſtatuta concilii generalis nos arctavit, & arctat ad eligendum: ideo nos prior pro nobis, & nomine monaſterii noſtri coram vobis, & ſub reſtimonio veſtro infra dictam monitionem in ſcriptis ad ſedem apoſtolicam appellamus; & quam ciro copiam dicti domini electi habere poterimus, ex dicta cauſa ad ſedem apoſtolicam appellabimus coram eo. Facta eſt hæc appellatio in refectorio eccleſiæ Treverenſis, poſt miſſam in ipſa celebratam, in præſentia venerabilium virorum dominorum Simonis majoris præpoſiti, Wilhelmi ſenioris, Reszneri, & Wilhelmi junioris de Dajuls canonicorum majoris eccleſiæ, & aliorum quamplurimorum elericorum Treverenſium.

* Parochum.

NOTA.

(*a*) Illâ, quam mox antè retulimus, appellatione ſpretà ac laceratâ, & Priore S. Matthiæ propter ejus interpoſitionem per Archiepiſcopi ſatellites, non ſine publico ſcandalo, duriùs habito; Abbas juſtè metuens, ne ſimilia ſibi & graviora ſuo monaſterio inferrentur, in Lotharingiam ceſſit, ubi ſub Ducis protectione in caſtro *Syrck* ſedit, cauſam ſuam inde defenſurus. Hoc Abbatis ſeceſſu, tanquam Abbatiæ ſuæ derelictione lætus Archiepiſcopus, mandavit monachis, ut alium ſibi eligerent Abbatem. Ab hoc autem præcepto præſens fuit interpoſita appellatio.

DXX.

1263. 13. *Sept.* (a)

Archiepiſcopum adhuc rebellem Pontifex præcepit anathemate feriri. (*a*)

Geſta Trev.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus univerſis epiſcopis ſuffraganeis Treverenſis eccleſiæ, gratiam & communionem eccleſiæ apoſtolicæ habentibus, ac dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, conventibus & capirulis, rectoribus, canonicis & clericis eccleſiarum provinciæ Treverenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Henricus gerens ſe pro electo Treverenſi

NOTÆ.

(*a*) Cùm ſententia Abbatis Glandarienſis & Cantoris Trevirenſis, ſuperiùs relata, noſtum produxiſſet effectum, nec Abbas & Monachi S. Mathiæ reſtituerentur, hæc Suffraganeis Eccleſiæ Trevirenſis reſcripſit Pontifex.

DXX.

verenſi prnpter deteſtabilem exceſſum, quem cnntra dilectns filios S. Mathiæ, & S. Mariæ ad martyres mnbaſteriorum Treverenſium abbates ſuperbæ temeritatis auſu cnmmiſit, & aſſeritur in locum ipſius abbatis S. Mathiæ, poſt inhibitinnem auctoritate litterarum nnſtrarum ſibi factam, (*b*) Wilhelmum de Meyſenburch monachum S. Maximini Treverenſis temeritate prnpria intrudendn, & adminiſtratinnem ejusdem monaſterii S. Mariæ cnidam illius mnnaſterii mnnachn illuſnrie cnmmittendn, in excommunicatinnis ſententiam, in eum, ſi contra inhibitionem veniret hujusmndi, auctnritate litterarum ipſarum rite prnlatam, dicitur incidiſſe. Cum igitur eum excommunicatum denuntiari, præmiſſis veris exiſtentibus, mandemus, & ab nmnibus usqne ad ſatisſactinnem cnndignam arctius evitari, & aggtavari hujusmodi ſententiam contra ipſum, prout ejus protervitas videbitur prnmereri; univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, per apnſtnlica vobis ſcripta diſtricte præcipimus mandantes, quatenus ad requiſitionem judicum, quibus denuntiatinnem hujusmodi committendam duximus, vel ſubdelegatnrum ſuorum, dictum Henricum tamquam excommunicatum artius evitetis, & faciatis vns epiſcopi & archidiacnni a veſtris ſubditis evitari. Alinquin ſententiam, qnam iidem judices in vos propter hoc rite protulerint, ratas habebimns, & faciemus auctnre Domino usque ad ſatisfactionem cnndignam appellatione remnta invinlabiliter obſervari. Datum apud Urbem-veterem Idus Septembris. Pontificatus nnſtri anno tertin.

N O T Æ.

(*b*) *Wilhelmum de Meyſenburch.*] Illuſtris hæc erat familia in Luxemburgenſibus. Ex hac Walterus de Meiſenburg cernitur anno 1176. ſubſcripſiſſe donationi ab Henrico Comite Luxemb. factæ Eccleſiæ S. Pauli Virduni de villa Burlebach. Ex eadem alius Walterus de Meiſenburg reſignato Canonicatu Metropolitanæ Trevirenſis circa annum 1239.' Ordinem Dominicanorum Treviris amplexus, doctrina & virtute multùm floruit.

DXXI.

1263. Executio prædicti mandati Apoſtolici per Abbatem S. Martini, & Joannem Cantorem.

Geſta Trevir.

JOhannes D. G. abbas S. Martini Glandarienſis, Metenſis diœceſis, & Jnannes cantor eccleſiæ Trevirenſis. p. p.

Licet igitur contenta in dictn authentico eſſent notoria & manifeſta, ita quod non pnterant celari aliqua tergiverſatione in civitate, diœceſi, & in tnta provincia Treverenſi; vnlentes tamen nihilnminus ſuper contentis in en inquirere veritatem, Wilhelmum de Meyſenburch mnnachum S. Maximini Treverenſis, qui monaſterium S. Mathiæ Treverenſis detinet occupatum, citari ſecimus ad certam diem, ad quam quemdam cum mandato transmiſit procuratnrem, non nt ſe defenderet, ſed ut nnſtrn judicin illuderet. Fuit enim dictus procuratnr prn offenſa manifeſta excommunicatus, & publice in civitate Treverenſi excommunicatus, propter qund ipſum non duximus admittendum. Et quia dictus Wilhelmus monachus per totam diem ſibi aſſignatam, & in ſequenti usque ad hnram ſextam expectans, per ſe vel per procuratorem idnneum non comparuit, Theoderico abbate S. Mathiæ Treverenſis per procuratorem legaliter inſtitutum, & Engelberto prinri dicti monaſterii S. Mathiæ pro ſe, & conventu ejusdem monaſterii cnram nnbis cnmparentibus, & quantum debnerunt expectantibus: ideo dictum Wilhelmum monachum reputavimus cnntumacem, & ejus contnmacia non obſtante, teſtes duximus recipiendos ſuper negotin nnbis demandato. Et cum ipſorum dicta publicaſſemus, & diem ad definiendum aſſignaſſemus, cum ſemper dictus Wilhelmus monachus per contumaciam eſſet abſens, Dei præſentia ejus abſentiam replente, cum omnia, quæ in mandatn apoſtnlico continentur, invenerimus eſſe vera, Theodericum abbatem dicti monaſterii S. Mathiæ,

DXXI.

thiæ, & Robertum abbatem S. Mariæ ad martyres per diffinitivam ſententiam reducimus in omnibus in eum ſtatum, in quo erant, quando prædictus Henricus electus Trevereuſis incœpit inquirere contra eos. Ac ipſum Theodericum abbatem, priorem & monachos in poſſeſſionem ejusdem monaſterii S. Mathiæ, & omnium pertinentiarum ejus reſtituimus in omnibus, nec non Roberto abbati monaſterii S. Mariæ ad martyres adminiſtrationem ſimiliter reſtituimus ejusdem, & Wilhelmum monachum a dicto monaſterio S. Mathiæ, & Ægidium de Manderſcheit monaſterii S. Mariæ ad martyres monachum prædicti ab adminiſtratione ejusdem ſententialiter amovemus. Item Wilhelmum monachum prædictum conſtituimus eſſe ineligibilem ad adminiſtrationem ordinis cujuscumque. Item eidem Wilhelmo monacho intruſo in dicti monaſterii S. Mathiæ abbatiam firmiter injungimus, ut usque ad feſtum beati Martini hiemalis proximo venturum, monaſterii ſancti Mathiæ * dicto Theoderico abbati & monachis ipſius dimiſſo, ad S. Maximini monaſterium, cujus monachus exiſtit, revertatur. Et decernimus eum arctæ cuſtodiæ mancipandum in ipſo monaſterio S. Maximini, donec expiaverit per condignam pœnitentiam tantum crimen in prædicto monaſterio S. Mathiæ commiſſum; ac ipſum Wilhelmum monachum decernimus in conventus ſui monaſterii S. Maximini conſortio, in choro & capitulo ultimum perpetuo permanere. Et ſi ſuper hoc abbas & conventus S. Maximini ſe nimium difficiles redderent, dictum Wilhelmum monachum in alio monaſterio ejusdem ordinis vicinarum partium, videlicet civitatis, diœceſis, aut provinciæ Treverenſis, juxta præmiſſum modum decernimus retrudendum.

* ſuppleud. *regimine.*

Item ſupra dictum Wilhelmum monachum intruſum, & Walterum de Meyſenburch filium fratris ipſius Wilhelmi, qui per ſe & ſuos dictum monaſterium S. Mathiæ detinet occupatum, ad faciendam reſtitutionem omnium ablatorum a die qua dictus Wilhelmus fuit intruſus in dictum monaſterium S. Mathiæ, quorum ablatorum ſumma eſt quinque millia marcarum denariorum Colonienſium, quæ ad ipſos & occupatores eorum pervenerunt, ſicut nobis conſtat per prædictorum Theoderici abbatis & conventus juramentum, in eisdem quinque millibus marcis, ipſis Theoderico abbati & conventui * ſententialiter condemnamus.

* ſuppleud. *reſtituendis.*

DXXII.

1263. 10. *Sept.*

Rom. Pontifex Wilhelmi Meiſenburgii intruſi Abbatis S. Mathiæ contractus omnes infirmat.

Geſta Trevir.

Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio abbati S. Martini Glandarienſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Res nimis horrida noſtris ſenſibus, & quæ juſtæ indignationis zelo viſcera noſtra commovit, nuper noſtrarum aurium moleſtavit auditum, inſinuato nobis, quod Henricus, qui pro Treverenſi electo ſe gerit, quaſi glorietur cum male fecerit, & in rebus peſſimis delectetur, dilectum filium Theodericum abbatem monaſterii S. Mathiæ Treverenſis ordinis S. Benedicti, non ſine multa præſumptione de ipſius monaſterii abbatia removit, & quemdam monachum nomine Wilhelmum, ſuæ ut creditur pravitati conformem, in locum ejusdem abbatis intruſit: & quod dictus intruſus ab iniquis ipſius Henrici actibus non declinans, & ſciens quod modicum tempus habeat, bona dicti monaſterii vendit, obligat, diſtrahit, concedit, alienat, & tamquam ille, cui non eſt cura de talibus, indifferenter pro ſua voluntate conſumit. Nos igitur indemnitati ejusdem monaſterii providere ſalubri remedio, & perverſorum obviare malitiis cupientes, diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes venditiones, obligationes, diſtractiones, conceſſiones & alienationes hujusmodi factas vel faciendas, ſeu quoscumque tractatus cujuslibet alterius generis, ſuper rebus & bonis ejusdem monaſterii per dictum intruſum præſumtos, vel inpoſterum præſumendos, cum

DXXII.

cum quibuſcumque perſonis, adjectas quoque pœnas in eis, & interpoſita juramenta ſeu ſcripturam quamlibet inde confectam, denunties auctoritate noſtra, in locis, in quibus expedire videris, & per alium ſeu alios denuntiari facias, aliquatenus non tenere, ac nullius omnino exiſtere firmitatis; contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtante aliqua ſedis apoſtolicæ indulgentia, per quam effectus præſentium impediri valeat, vel differri. Datum apud Urbem-veterem XII. cal. Novembris, pontificatus noſtri anno tertio.

DXXIII.

1263. 24. Sept.

Literæ Papales contra Henricum Archiepiſcopum, quod ſe immiſcuerit negotio diſcordis electionis in Eccleſia Metenſi.

Martene Coll. ampl. Tom. IV. p. 473.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Metenſis eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, & duabus electionibus, una videlicet de Philippo tunc theſaurario, & alia de quodam Theobaldo cantore ipſius eccleſiæ, in diſcordia inibi celebratis, idem Philippus ac Verricus archidiaconus, & Albericus canonicus ejusdem eccleſiæ ipſius Philippi electores, occaſione hujusmodi electionum ad ſedem apoſtolicam appellarunt, ac felicis recordationis Alexander papa prædeceſſor noſter, hujusmodi ſibi appellationibus præſentatis, dilectum filium noſtrum O. ſanctæ Mariæ in via lata diaconum cardinalem deputavit in hujusmodi negotio auditorem: qui tum dictum cantorem & omnes alios, qui dicti Philippi electioni ſe vellent opponere, & ſua crederent intereſſe, in audientia publica citari fecit, ut coram eo præfixis ſibi terminis comparerent. Porro prædicto negotio taliter ad ſedem ipſam devoluto, & coram dicto cardinali pendente, Henricus, qui ſe gerit pro electo Treverenſi, loci metropolitanus, auctoritate propria, immo temeritate potius, Philippum & cantorem prædictos ſuper eodem negotio ad ſuam præſentiam evocavit: & tandem, licet ſibi de dictis appellationibus conſtitiſſet, ſicut per acta coram ipſo habita probatum extitit coram nobis; ipſe tamen eidem ſedi non deferens, dicto cantore ſuo juri cedente, dictam electionem celebratam de præfato Philippo, de facto, cum de jure nequiverit, confirmavit, & ei fecit munus conſecrationis impendi. Verum dilectus filius Herbertus de Vireio, canonicus Metenſis, qui pro dicto cantore ac ſuis electoribus contra dictum Philippum, prædictum negotium apud ſedem proſequebatur, eamdem, audito quod præfatus cantor ſuo juri ceſſerat, cauſam, quam contra dictum Philippum pro eodem cantore ac ſuis electoribus aſſumſerat, nomine ſuo, tamquam canonicus Metenſis, incœpit coram cardinali proſequi ſupradicto, petens per varios libellos confirmationem hujusmodi, & quicquid per dictum electum ſuper hoc taliter attentatum fuerat, utpote poſt appellationes prædictas, & coram dicto cardinali negotio ipſo pendente, de facto præſumpta caſſari, & irritari, immo potius caſſa & irrita nuntiari. Eodem itaque coram memorato cardinali legitime ordinato & examinato negotio, ac omnibus rite peractis, nos audita ipſius cardinalis relatione fideli, & cum fratribus noſtris negotio ipſo plene diſcuſſo; quia tam per ea, quæ coram cardinali eodem, quam per illa, quæ acta ſunt poſtmodum coram nobis, de prædictis appellationibus conſtitit evidenter; quodque poſt ipſas appellationes memorato prædeceſſori præſentatas, & ſuper ipſis auditorem deputatum ab eo, nec non & diverſas citationes ab eodem auditore factas; ſicque poſtquam ſæpefatum negotium erat ab examine dicti Treverenſis electi prorſus exemtum, & apud ſedem ipſam coram eodem auditore pendebat, idem electus electionem de dicto Philippo celebratam confirmare præſumſit, & ipſum fecit temerarie conſecrari: confirmationem hujus-

modi,

DXXIII.

modi, & omnem memorati Treverenſis electi proceſſum in hac parte taliter attentatum, de prædictorum fratrum noſtrorum conſilio ſenteutiando caſſamus, anuullamus, irritamus; immo caſſos, nullos, irritos nuntiamus, declarautes Philippo memorato uti pouticalibus, vel exercere pontificale officium, aut adminiſtrationem prædictæ Metenſis eccleſiæ iu ſpiritualibus vel temporalibus gerere uou licere; & ue prædicta exequatur, eidem ſententialiter inhibemus. Nulli ergo hominum, &c. Datum apud Urbem-veterem VIII. kal. Octobris pontificatûs noſtri anno III.

DXXIV.

1263. 27. Sept. Urbanus PP. mandat Arnoldo Archidiacono Trevirenſi, ut eos, quibus mandata ſua adversùs Epiſcopum direxit, adjuvet.

Geſta Trevir.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, filio dilecto Arnoldo archidiacouo Treverenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sicut nolumus indigna præcipere, ita cum digna præcipimus, ea volumus efficaciter adimpleri. Satis credimus iu illis partibus eſſe notum, qualiter Henricus, qui pro Treverenſi electo ſe gerit, dilectum filium Theodericum abbatem monaſterii S. Mathiæ Treverenſis ordinis S. Benedicti, nou ſine multa temeritate ab eodem monaſterio amoverit, & alium peſtileutem monachum, nomine Wilhelmum, intruſerit in eodem. Cum itaque nos coutra intruſorem, & iutruſum hujusmodi, & fautores eorum diverſa mandata perſonis ſub certa forma pro dicto abbate ipſiusque monaſterio dirigamus; diſcretionem tuam rogamus, monemus, & hortamur attente, per apoſtolica tibi ſcripta præcipiendo mandantes, quatenus illis ſubditis tuis, quos a nobis vel delegatis noſtris contigerit ſuper his hujusmodi mandata recipere, ſic faveas, ſic aſſiſtas, quod ipſi tuo muniti favore injunctum eis mandatum apoſtolicum iu hac parte ſiue trepidatione aliqua exſequantur. Tu quoque id exequi libere ſtudeas, ſi quando tibi auctoritate uoſtra fuerit demandatum, preces & mandatum noſtrum lu hac parte taliter impleturus, quod odiſſe iuiquitatem, & diligere juſtitiam comprobedoris, noſque devotionem tuam proiude poſſimus merito commendare. Datum apud Urbem-veterem, V. calendas Octobris, pontificatus noſtri anno III. (a) (a)

NOTA.

(a) Eodem die & anno ad Abbatem Glandatienſem reſcripſit Pontifex, ut hac de re moneat Arnoldum nec non Theodericum Treviren ſes Archidiaconos.

DXXV.

1263. Compoſitio de damnis in Schwarzenberg cum duplici feodo.

NOtum ſit univerſis preſentes literas iuſpecturis, quod inter uos Heuricum Dei gratia Trevirorum electum, pro nobis & omnibus uoſtris fautoribus & amicis, & ſpecialiter Wilhelmo de Nigro-monte, & nos Conradum & Emychonem natum ejus comites ſilveſtres, pro nobis ſimiliter & omnibus noſtris fautoribus & amicis ſuper omnibus diſſenſionibus & quibuslibet, que inter nos hacteuus vertebantur, firma pax & ſtabilis compoſitio iutervenerit, ita quod Invicem contra quemcunque homiuem, vel quoscunque homines, preter utriusque partis conſanguineos & fideles mutua auxilia, cum requiſitum fuerit, impendemus, & factis nobis electo a Wer-

DXXV.

Wernero de Godemberch, Godeboldo de Wigerbach, Giſiberto de Smideburch & Arnoldo de Kare, captis in conflictu de Nigro-monte, qnos jam ab ipſa captivitate dimittimus liberos & abſolutos perinde & homagio, ad quod nobis & eccleſie Trevirenſi inpoſterum erunt adſtricti, renuntiatum eſt expreſſe pro nobis & pro noſtris omnibus dampnis univerſis, que in conflictu de Nigro-monte habita ſunt hinc inde, ita quod nullus ex utraque partium unquam occaſione eorundem dampnorum, guerre vel captivitatis de cetero moleſtetur, nec de noſtrorum Conradi & Emechonis comitum caſtrenſibus aut hominibus noſtris, & ſpecialiter Wernero, Godeboldo, Giſiberto & Arnoldo predictis domino noſtro Trevirenſi electo, Wilhelmo de Nigro-monte predictis, ac ipſorum ſautoribus & amicis occaſione guerre vel captivitatis hujus dampnum aliquod vel gravamen penitus inſeretur, vel contra ipſos ab eisdem Wernero, Godeboldo, Giſilberto & Arnoldo auxilium impendetur. Quod ſi factum fuerit, nos Emicho comes predictus ad dictum & reportationem Willeri & Wilbelmi dominorum de Lapide inſra menſem, poſtquam requiſiti ſuerimus, eidem domino electo predicto tenebimur emendare; & ſimiliter eisdem comitibus & ipſorum hominibus de noſtri electi caſtris aut hominibus nullum dampnum & gravamen inferetur. Bona quoque Wilhelmi de Nigro-monte predicti, quecunque nos comites predicti occaſione quacunque occupavimus, ſibi libere relinquemus, omnem ab ipſis noſtram occupationem tollentes, ita quod de bonis, que idem Wilhelmus in feodo caſtrenſi habet a nobis, reſidentiam nobis ſaciet, prout ipſius anteceſſores nobis facere conſneverunt, niſi ipſum ſuper hoc penſata neceſſitate ſua de gratia ſupportare velimus. Super dampnis vero, que per nos comites, & Willerum ac Wilhelmum predictos ad invicem ſunt illata, viri nobiles Wilhelmns dominus de Henzemberch & Wilhelmus dominus de Lapide, inquiſita ſuper ipſis dampnis plenius veritate, usque ad feſtum beati Joannis proximo venturum ortam exinde queſtionem, ſi poterunt, decident, alioquin reportata ab ipſis nobilibus domino electo Trevirenſi predicto hujus veritate, idem dominus electus usque ad feſtum Remigii ſequens eandem queſtionem ſine dolo & captione qnalibet juſte & amicabiliter terminabit. Cujus queſtionis deciſionem pars utraque inviolabiliter obſervabit. Et ſi nos electus predictus propter incumbentes neceſſitates usque dictum terminum deciſioni ipſius queſtionis intendere non poſſimus, ipſam poſtmodum, quamprimum poterimus, terminabimus ſine dolo. Hanc autem pacem & compoſitionem nos electus, fide data; Conradus & Emicho comites predicti, pro nobis & noſtris omnibus, juramento preſtito, promittimus inviolabiliter obſervare, & nullo unquam tempore contravenire. Promittimus etiam nos Conradus & Emicho predicti, quod Godefridum filium & fratrem noſtrum infra menſem poſt reditum ſuum ad terras iſtas formam hujus compoſitionis preſcripte procurabimus & obtinebimus inviolabiliter ſervaturum, & ad obſervationem ipſius, prout nos adſtringimus, ſe obligaturum, alioquin a ſolutione ducentarum librarum Trevirenſium, in quibus nos electus tenemur Emicho comiti predicto ratione homagii nobis ab ipſo ſacti, prout in alio inſtrumento ſuper hoc confecto plenius continetur, liberi erimus & abſoluti, & tamen ipſe Emicho comes in homagio nobis manebit adſtrictus, ac nihilominns Ludolpbus & Bruno de Smydeburch milites & Theodericus juſtitiarius de Kyre, qui ſuper hoc nobis electo fide data promiſerunt, requiſiti ex parte noſtra in ſuis domiciliis civitatem Trevirenſem intrabunt, manſuri ibidem in haſtagio, donec idem E. comes bona ad eſtimationem ducentarum librarum Trevirenſium nobis aſſignet & demonſtret, que a nobis & noſtris ſucceſſoribus cum omni ſua poſteritate in feodo caſtrenſi tenere debebit. Et ut hec premiſſa rata & inconvulſa permaneant, preſens ſcriptum nos electus, Conradus & Emicho comites predicti noſtrorum ſigillorum munimine duximus roborandum. Nos vero Henricus abbas monaſterii S. Maximini Treviren. Cono dominus de Feneſtingen, & Wilhelmus dominus de Lapide ad petitionem eorundem electi & comitum eidem ſcripto ſigilla noſtra appendimus in teſtimonium premiſſorum. Datum anno Domini MCCLXIII. (*a*) (*a*)

DXXVI.

N O T A.

(*a*) Adde infrà unionem Boëmundi Archiep. cum Friderico Duce Lotharingiæ de 1. Auguſti 1299.

DXXVI.

1263. 10. Nov. **Quod Henricus Electus Trevirenſis tenebit bona in Sargouwe & Contz ùt predeceſſores ſui. Jura in Monclair recognoſcunt Gyotus & Caſtrenſes ibidem.**

NOtum ſit univerſis preſentes literas inſpecturis, quod inter nos Henricum Dei gratia Trevirorum electum ex parte una, & Gyotum dominum de Monclair, Joannem de Va, Joannem de Mediolaco, Reynoldum de Monclair, & Ludowicum de Kamere caſtrenſes de Monclair ex altera, ſuper omnibus diſcordiis & guerris, quas ad invicem habuimus, talis concordia & pacis compoſitio intervenit, quod nos omnia dampna & injurias, que & quas in conflictu de monte nigro, captivitatibus perſonarum, rerum ablationibus, hoſpiciis, vel aliter quomodocunque viciſſim intulimus pro nobis, ceteris caſtrenſibus & aliis hominibus, fautoribus & amicis noſtris, hinc inde remiſimus & remittimus puro corde. Et nos electus predictus bona noſtra & eccleſie Trevirenſis in Sarcouwe, prout pie recordationis quondam dominus Theodericus, bona vero noſtra & eccleſie Trevirenſis in Cuntz, prout ejusdem recordationis quondam dominus Arnoldus Trevirenſes archiepiſcopi predeceſſores noſtri poſſederunt, libere poſſidebimus & quiete. Et ego Gyothus dominus de Munclair bona mea in Sarcouwe, ſicut ego & predeceſſores mei temporibus dicti quondam Theoderici Trevirenſis archiepiſcopi poſſedimus, ſimiliter poſſidebo, & omnia jura, que dictus dominus electus & eccleſia Trevirenſis in caſtro Moncleir obtinent, vel obtinere debent, ipſi domino electo publice recognoſco, & ſecundum quod in cyrographo vel cyrographis ſuper hoc confectis fuerit inventum, recognita cum compoſitione (ſiquidem inter predictum quondam dominum Theodericum Trevirenſem archiepiſcopum & predeceſſores meos vel me conſcripta apparuerit & ſigillata) fideliter obſervabo. Concorditer elegimus viros nobiles Arnoldum de Sirckes & Arnoldum de Syersberch milites, qui inquiſita plenius veritate quemlibet noſtrum in ſuum jus & poſſeſſionem bonorum noſtrorum in Saracouwe reſtituant per juramentum ſuum; cui reſtitutioni modo premiſſo faciende ſtare tenebimur, & ipſam inviolabiliter obſervare. Ego vero Johannes de Va predictus de bonis dicti domini electi & eccleſie Trevirenſis in Sarcouwe me nullatenus intromittam, & ſi forte ſocius meus Gerlacus dictus de Bix miles ipſa bona invadere ſeu auferre voluerit, ipſum, quantum ad hoc, per me vel meos nullatenus adjuvabo. Hanc concordiam & pacis compoſitionem nos electus, Gyothus dominus Muncleir, Johañes de Va, Johannes de Mediolacu, Reynoldus & Ludovicus predicti pro nobis ceterisq; caſtrenſibus de Muncleir pariter acceptamus. Et nos Gyotus dominus de Muncleir, & nos ejusdem caſtrenſes ſupra nominati, eam juramento ſuper hoc preſtito corporali promittimus inviolabiliter obſervare; & ſi ipſam infregerimus, fidei violatores reputari volumus & perjuri. Et illuſtres viri dux Lotharingus & comes Lutzillimburgenſis contra dictum dominum electum nos nullatenus adjuvabunt. Nos quoque dux Lotharingus & comes Lutzillimburgenſis predicti, ea que ex preſcriptis de non ferendo auxilio nobis facienda incumbunt, promittimus & volumus efficaciter adimplere. In cujus rei teſtimonium & certitudinem pleniorem nos electus, Gyotus dominus de Moncleir predicti noſtra, nos vero dux & comes Lutzillimburgenſis predicti ad preces eorundem Gyoti domini de Moncleir & caſtrenſium predictorum noſtra ſigilla preſentibus literis duximus apponenda. Actum anno Domini MCCLXIII. ſabbato ante feſtum beati Martini.

DXXVII.

1263. 23. *Maij.*

Papa nullas declarat ſententias ab Archiepiſcopo contra Abbatem ſancti Matthiæ latas.

Geſta Trevir.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati S. Martini Glandarlenſis Metenſisdiœceſis, & cantori eccleſiæ Trevirenſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Inquiſitionem faciendam contra Heoricum, qui ſe gerit pro electo Treverenſi, ſuper diverſis criminibus, fratribus Wilhelmo & Rorico de ordine Minorum per noſtras litteras ſub certa forma duximus committendam. Verom idem Henricus, qui multipliciter Inquiſitionem hujusmodi nititur impedire, ad excogitatam malitiam ſe convertens, poſtquam dicti executores ipſum propter hoc ad ſuam præſentiam evocarant, circa feſtum reſurrectionis dominicæ proximo præteritum prout accepimus, contra S. Mathiæ & S. Mariæ ad martyres monaſteriorum Trevirenſium abbates conſanguioeos alterius inqoiſitorum ipſorum, ut forte per hæc impediret proceſſum inquiſitionis hujusmodi, vel iidem abbates, per quos ſoper hujusmodi crimioibus veritas ſciri poterat, ſe ſubtraherent a ferendo teſtimonio contra ipſum, aut ipſos ad hoc inhabiles redderet; ad inquiſitionem auctoritate propria incœpit procedere ſuper quibusdam criminibus, ſuper quibus contra eos infamia nulla laborabat, & in ipſos, quanquam pro debitis, in quibus Romanæ tenetur eccleſiæ, foret excommunicationis vinculo ionodatus, propter quod alios ligare non poterat, vel ad inquiſitionem procedere contra eos, ſeu juriſdictionem aliquam exercere, occaſione hujusmodi excommunicationis ſententiam dicitur promulgaſſe [in] eluſionem mandati apoſtolici & ſcaodalom plurimorum. Nolentes itaque ut inquiſitio facienda adverſus dictum Henricum, cujus ex his creſcit infamia, & augmentatur ſuſpicio contra eum, occaſione hujusmodi retardetur; diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenos hujusmodi proceſſum & ſententiam ipſius Henrici denuntiantes penitus non tenere, ipſum, quod a ſimili eorumdem abbatum, & quorumlibet aliorum ſubditorum eccleſiæ Trevirenſis gravamine omnino deſiſtat, monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota cogatis. Ceterum ſi dictus Henricus aliquos propter hoc intruſit in abbatias monaſteriorum ipſorum, de quo ſi verum eſt, in illis partibus plene conſtat, introſos hujusmodi ab eisdem monaſteriis ſine dilatione qualibet amovere curetis, eisdem abbatibus ad abbatias ipſas plenarie reſtitutis, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Noo obſtante, ſi eidem Heorico, aut aliquibus aliis a ſede apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras apoſtolicas, quæ de iodulto hujusmodi plenam, & expreſſam non fecerint mentionem; ſive qualibet alia indolgentia ſedis ejusdem, de qua cujusque toto tenore de verbo ad verbum oporteat in ooſtris litteris pleoam, & expreſſam mentionem fieri, per quam effectus præſentium impediri valeat vel differri, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis ioteresſe, alter veſtrum nihilominus ea exequatur. Datum apud Urbem-veterem, X. cal. Junii, pontificatûs noſtri anno ſecundo. (*a*)

(*a*)

DXXVIII.

N O T A.

(*a*) Confer inſtrumentum Appellationis de menſe Aprili hujus anni ſuprà relatum. Commiſſionem autem hoc Apoſtolico ſcripto contentam Abbas Glandarienſis & Cantor Eccleſiæ Trevirenſis executi ſunt inſtrumento, quod præſenti immediatè ſubjicimus.

DXXVIII.

1263. **Abbates ab Henrico Archiepiſcopo intruſi per Commiſſarios Apoſtolicos exauctorantur, & ejecti reſtituuntur.**

Geſta Trevir.

Nos Joannes Dei gratia abbas S. Martini Glandarienſis Metenſis dioceſis, & Joannes cantor eccleſiæ Treverenſis, judices ſive executores a ſede apoſtolica conſtituti, proceſſum inquiſitionis habitum a domino Henrico electo Treverenſi, contra Theodericum S. Eucharii, & Robertum S. Mariæ ad martyres abbates Treverenſes, ſuper quibusdam criminibus, & ſententiam excommunicationis, ſi quam tulit in eosdem, pronuntiamus non tenere, de mandato ſedis apoſtolicæ ſpeciali nobis injuncto in hac parte, pro eo, quod, cum idem electus pro quadam pecuniæ ſumma, in qua Romanæ tenetur eccleſiæ, eſſet excommunicationis vinculo innodatus, alios ligare non poterat, vel ad inquiſitionem procedere contra eos, ſeu juriſdictionem aliquam exercere, & (a) Wilhelmum de Meyſenburch monachum S. Maximini Treverenſis, cui dictus electus contulit abbatiam ſancti Eucharii Treverenſis, de facto in ipſam intruſit in eamdem, quod eſt notorium & manifeſtum, in his ſcriptis amovemus, & Ægidium de Manderſcheit monachum S. Mariæ ad martyres, cui dictus electus commiſit adminiſtrationem abbatiæ S. Mariæ ad martyres, ſimiliter amovemus ab ipſa adminiſtratione, & dictos Theodericum abbatem ad abbatiam S. Eucharii, & Robertum abbatem ad abbatiam S. Mariæ ad martyres Trevirenſes plenarie reſtituimus, monentes ipſum electum prædictum, quod a dictorum abbatum, & quorumlibet aliorum ſubditorum eccleſiæ Treverenſis gravamine infra triduum omnino deſiſtat. Item prædictos Wilhelmum S. Maximini, & Ægidium S. Mariæ ad Martyres monaſteriorum monachos, monemus, ne ſe de dictis abbatiis intromittant; alioquin prædictum electum, quem ex tunc tenore præſentium excommunicamus, & etiam prædictos Wilhelmum & Ægidium S. Mariæ, quos in his ſcriptis ſimiliter excommunicamus, publice denuntiamus excommunicatos, & ab omnibus præcipimus artius evitari. Invocabimus etiam contra prædictos electum Wilhelmum & Ægidium monachos, ſi neceſſe ſit, auxilium brachii ſæcularis. Item priorem & conventum S. Mariæ ad martyres, ut Roberto ipſorum abbati obediant, & intendant, alioquin prædictum priorem, quem in his ſcriptis excommunicamus, & conventum, quem ſuſpendimus, publice denuntiamus excommunicatum & ſuſpenſum, & ab omnibus præcipimus artius evitari. Datum anno Domini MCCLXIII. in craſtino dominicæ, qua cantatur Reſpice in me.

N O T A.

(a) *Wilhelmum de Meyſenburch.*] Ejus in Abbatiam S. Mathiæ introductionem ſic narrant Geſta apud Martene *p.* 275. „ Anno igitur MCCLXIII. in die SS. Marcelliani & Marci præfatus Electus cum multitudine magna & manu armata venit ad monaſterium S. Mathiæ, ducens ſecum Wilhelmum de Meyſenburch monachum S. Maximini, nec non Abbatem (Henricum à Duna) totumque pene conventum ejusdem monaſterii S. Maximini. In ipſo autem impetu introitus Electi, præcurrentes milites & miniſtri ipſius Electi, nec non nobilis viri Valteri de Meſteburch, conſanguinei dicti Wilhelmi monachi, & quatuor tranſgreſſoribus monachis prædictis, invadentes oſtia turrium, violenter ea infringentes, aperuerunt. .... Electus verò eum ſuo Wilhelmo de Meyſenburch monacho veniens, eumque in choro in ſede Abbatis locans, poſtmodum etiam ipſum in Capitulo in ſede Abbatis collocavit. Cumque Electus convocari feciſſet fratres, volens inducere eos, ut dictum Wilhelmum monachum pro Abbate recipientes, eidem tanquam Abbati obedirent, omnes unanimiter ad ipſum venire recuſabant, exceptis quatuor tranſgreſſoribus prædictis. Alii autem fratres communiter cum pueris intrantes chorum, lacrymabiliter & cum magna voce cœperunt clamare ad Deum, & cantantes antiphonam *Media vita*, projecerunt ſe proni in terram, dicentes orationes ad hoc debitas & conſuetas. Cum autem in terra ſic jacerent, nihil mali ſperantes, ſed ſupernum auxilium implorantes, ecce unus de quatuor tranſgreſſoribus, qui erat ſuper eos in turri ſuper * thronum, dimittens magnum lapidem, eum, qui collectam dicebat in choro, ipſo jactu pene ceciderat, ſicque de ipſo jactu lapidum omnes fratres ipſius monaſterii cum pueris coacti ſunt miſerabiliter & contemtibiliter exulare. Venientes igitur ad Eccleſiam majorem, à Prælatis & Canonicis ipſius Eccleſiæ conſilium & auxilium ſuper eorum

* Chorum

DXXVIII.

„ rum miſerabili exilio petierunt. Qui benigne „ & laudabiliter ab eis recepti, ipſique, ut dignum fuit, condolentes, in ipſa majori Eccleſia antiphonam *Media vita* cum debitis orationibus & campanis pulſatis unà cum eis ob vindictam fideliter decantabant. Prælati verò & Canonici prædicti conſiderantes manifeſtam injuriam prædictis fratribus factam, & quod tam „ miſerabiliter de ipſorum monaſterio contra juſtitiam eſſent expulſi, miſerti ſunt eorum, aſſignantesque eis in ipſorum dominio habitationem laudabilem & honeſtam, unicuique ipſorum fratrum præbendam, tanquam uni de ſuis Canonicis, quandiu ibi eſſent, dari & aſſignari fecerunt de eorum reditibus & præbenda.

DXXIX.

1263. 6. *Julii.*

Quod bona in Rilant ſint Domini Trevirenſis, & quod pro LXXX. libr. Trev. Gerardus de Orley ſit Caſtrenſis in Novo-caſtro.

HEnricus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, notum facimus univerſis, quod cum quondam verteretur inter nos ex una parte, & Gerardum de Urley militem, ac ſuos heredes ex altera, ſuper quibusdam bonis apud Rilant ſitis, & eorum attinentiis, que a nobis jure feodali devolvi noſcuntur, tandem per modum compoſitionis inter nos & ipſum taliter eſt conventum: quod idem Gerardus, pro ſe & ſuis heredibus, bonis renuntiavit eisdem, & nos ipſum in noſtrum caſtrenſem recepimus apud novum caſtrum, propter quod ſibi dabimus infra anni preſentis ſpatium octoginta libras Trevirenſium denariorum, ubi nobis & noſtris ſucceſſoribus reſidentiam faciet continuam & perſonalem. Cum autem ſibi aſſignaverimus pecuniam ſupradictam de ſuo, nobis allodio ad eſtimationem dicte pecunie bona equivalentia reſignabit, que a nobis ipſe & ſui heredes pro caſtrenſi feodo recipient & tenebunt. Si vero usque ad anni preſentis terminum non perſolverimus eidem pecuniam ſupradictam, arbitrati ſumus, & volumus, ut ad predicta bona cum uſufructu reſpectum habeat, & ea teneat, donec ſibi fuerit ſatisfactum. In cujus rei teſtimonium, preſens ſcriptum noſtro & civitatis Trevirenſis eſt roboratum ſigillis. Teſtes qui huic facto interfuerunt, Wilhelmus de Dauels, magiſter Laurentius ſcholaſticus can. Trev. Rudolfus dominus de Malberch. Godefridus de Luzhenn, Hermannus de Leya milites, & alii quamplures. Actum & datum anno Domini MCCLXIII. in octava apoſtolorum Petri & Pauli.

DXXX.

1263. 9. *Sept.*

Literæ ſummi Pontificis ad Scabinos & Civitatem Treverenſem ſuper negotio Abbatum S. Matthiæ & S. Mariæ ad Martyres. (*a*)

(*a*)

Geſta Trevir.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis omnibus fidelibus eccleſiæ Treverenſis, ſcabinis, & univerſitati Treverenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quoniam timorem Domini, & zelum ad eccleſiaſticam libertatem mentibus veſtris infuſos eſſe didicimus, vobis cum fiducia porrigimus preces illas, quæ beneplacito divino concordant, & defen-

N O T Æ.

(*a*) Similis omnino tenoris literas Papa ſub eodem dato direxit ad Henricum Comitem Luxemburgenſem, quæ & fructu ſuo non caruere. „Volens, inquiunt Geſta Trevir. apud Martene Tom. IV. p. 302. Comes Luxemburgenſis tanquam verus Chriſtianus mandatis Apoſtolicis per omnia obedire, miſit in continenti litteras ſuas Domino Falconis-Petræ, mandans ei ſub obtentu gratiæ ſuæ, ut ſi vellet vitare ſubverſionem & devaſtationem totius terræ ſuæ, quod tabu-

DXXX.

defenſionem implorant eccleſiaſticæ libertatis. Sane inter alia, quæ mentem noſtram ſauciant, non minimum ipſam exaſperat horrendus exceſſus ſuperbæ temeritatis auſu commiſſus contra dilectos filios S. Mathiæ & S. Mariæ ad martyres monaſteriorum Treveren. abbates ordinis S. Benedicti, per Henricum ſe pro electo Treverenſi gerentem, qui in locum ejusdem abbatis monaſterii S. Mathiæ damnabili præſumtione quemdam intruſiſſe, & ejus conventum exulare, compellere dicitur, adminiſtrationem dicti monaſterii S. Mariæ cuidam ejusdem monaſterii monacho committendo. Cum itaque ſuper hoc * dictis filiis abbati S. Martini Glandarienſis Metenſis diœceſis, & cantori Treverenſi noſtras ſub certa forma literas dirigamus, univerſitatem veſtram attente requirimus, & rogamus, quatenus pro noſtra, & apoſtolicæ ſedis reverentia, ſuper hoc, & eorumdem judicum requiſitionem (*b*) opportunum ac debitum auxilium largiri curetis, ita quod vobis mediantibus ſuper correctione tanti exceſſus noſtris beneplacitis ſatisfiat, & nos vobis propter hoc ſpeciales gratias referemus. Datum apud Urbem-veterem V. idus Septembris, pontificatûs noſtri anno tertio.

* dilectis

(*b*)

DXXXI.

N O T Æ.

„ tabulam, libros, ac omnia alia ornamenta ad dictos Theodericum Abbatem & conventum ſpectantia, quæ ad eum pervenerant, redderet, Dominus autem Falconis-*Petræ* recepto primo mandato Henrici Comitis, ſperans, quod ipſum negotium ſuper hujusmodi negotio non deberet amodo ſollicitare, nec literas ſuas ſibi dirigere, prima vice inobediens exiſtens, mandatis ſuis non curavit obedire. Secunda vice miſit unum de ſuis nobilibus, una cum fratribus dicti monaſterii, quos Theodericus Abbas miſerat ad Comitem cum literis executorum, mandans ei ſerioſè & durè, ut tertio mandato ſuo non exſpectato ſe finaliter de prædictis Abbate & conventu expediret.... Dominus vero Falconis-Petræ videns, quod nullo modo poſſet effugere manus Comitis, nolens etiam pro re aliena totam terram ſuam ſubjicere periculo, tabulam cum omnibus, quæ in dicto caſtro erant, dictis fratribus mediante nuntio D. Comitis integraliter & illæſa tradidit.

(*b*) *Opportunum ac debitum auxilium largiri curetis.*] Præſtiterunt id effectivè Scabini & cives Trevirenſes. Quod ita narrant Geſta *pag.* 288. *ſeqq.* „ Fratres S. Mathiæ vocatis ſcabinis & civibus humiliter ipſos deprecabantur, ut ſicut in mandatis ab ipſa ſede acceperant, malefactores prædictos, videlicet Wilhelmum intruſum, omnesque ſibi faventes brachio ſæculari ab ipſo monaſterio S. Mathiæ, quod inique poſſidebant, ejicere & expellere niterentur. Quod intelligens Electus, timensque ſibi ex hoc ingens periculum imminere, mandavit Wilhelmo intruſo ſuisque complicibus, ut monaſterio S. Mathiæ dimiſſo, ad ſuum monaſterium videlicet S. Maximini in continenti redirent..... Videns autem Wilhelmus monachus ſuique fautores, ipſos in ipſo monaſterio S. Mathiæ aliquatenus non poſſe ſtare......cippum, qui retro tumbam B. Mathiæ Apoſtoli ſtabat, in quem fideles eleemoſynas ſuas projicere conſueverant, confringentes aperuerunt, & quidquid in ipſo invenerunt, totaliter abſtulerunt. Sed & candelis magnis, quæ ante tumbam & altare dicti Apoſtoli ſtabant, depoſitis & confractis, loco earundem ligneos truncos adinſtar candelarum repoſuerunt..... Cives prædicti accurrentes omnes tam magni, quam parvi, arma ſua apprehenderunt; Wilhelmum enim intruſum ſuosque complices de præfato monaſterio S. Mathiæ, ipſos graviter lædendo dejicere & expellere propoſuerunt.... Inter hæc nuntiis plurimis ad monendum ipſos currentibus, audito ſono magnæ campanæ præ nimio timore turbati, & territi malefactores prædicti .... fugam viriliter ſicut latrones, per devia nec vias rectas capientes, nemine eos perſequente reierunt, &c.

DXXXI.

1264. 18. *Junii.*

Urbanus Papa IV. literas ſuas, in Theoderici Abbatis gratiam hactenus relatas, veras eſſe declarat, non ſubreptitias, adversùs contrariarum literarum falſos fabricatores.

Geſta Trevir.

URbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis de Villario, & de Gorzia, Ciſtercienſi, & S. Benedicti abbatibus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Dilecti filii Theodericus abbas & conventus monaſterii S. Mathiæ Treverenſis ordinis S. Benedicti, transmiſſa nobis petitione monſtrarunt, quod cum olim dilecti filii fratres Wilhelmus & Roticus de ordine Minorum, quibus inquiſitionem faciendam ſuper diverſis criminibus contra Henricum Treverenſem electum ſub certa forma commiſeramus per litteras noſtras, eumdem Henricum propter hoc ad ſuam præſentiam evocaſſent; idem Henricus inquiſitionem ipſam niſus eſt multipliciter impedire, & contra eumdem abbatem conſanguineum alterius inquiſitorum ipſorum, ut per hoc impediret proceſſum inquiſitionis hujusmodi, vel idem abbas, per quem ſuper hujusmodi criminibus haberi poterat teſtimonium veritatis, ſe ſubtraheret a ferendo teſtimonio contra ipſum, aut eum ad hoc inhabilem redderet, ad inquiſitionem auctoritate propria incœpit procedere, ſuper quibusdam criminibus, ſuper quibus nulla idem abbas infamia laborabat; & in eum, quamquam idem Henricus pro debitis in quibus Romanæ eccleſiæ tenebatur, foret excommunicationis vinculo innodatus, propter quod alios ligare non poterat, vel contra eumdem abbatem ad inquiſitionem procedere, ſeu jurisdictionem aliquam exercere, excommunicationis ſententiam promulgavit, in eluſionem mandati apoſtolici, & ſcandalum plurimorum.

Cumque id ad noſtram audientiam perveniſſet, nos dilectis filiis abbati S. Martini Glandarienſis Metenſis diœceſis, & cantori eccleſiæ Treverenſis noſtris dedimus litteris in mandatis, ut proceſſum hujusmodi, & ſententiam ipſius Henrici denuntiantes penitus non tenere, ipſum, quod a ſimili ejusdem abbatis, & quorumlibet aliorum ſubditorum eccleſiæ Treverenſis gravamine omnino deſiſteret, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita coarctarent. Et ſi dictus Henricus propter hoc in abbatiam dicti monaſterii aliquem intruſiſſet, intruſum hujusmodi amoveret ſine difficultate qualibet, ab eodem dicto Theoderico abbate ad abbatiam ipſam plenarie reſtituto, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Verum etiam cum hujusmodi mandatum noſtrum ad ipſius Henrici notitiam perveniſſet; (a) idem quadam die ſubmiſit quosdam ſatellites ſathanæ, (a) qui prætextu orationis monaſterium ipſum ingreſſi fraudulenter, tandem turres, in quibus campanæ pendebant, favente cuſtode, proditorie aſcenderunt, ſicque munitionibus ejus captis, dicto quoque abbate extra prædictum monaſterium pro ipſius negotiis tunc agente, monachos ibidem inventos exinde cum lapidibus auſu ſacrilego ejecerunt; ac protinus idem Henricus eosdem ſatellites ſubſecutus, Wilhelmum monachum monaſterii S. Maximini Treverenſis ejusdem ordinis infamem, diſcolum, & perverſum, in abbatem dicti monaſterii S. Mathiæ de facto intruſit. Propter quod idem Theodericus abbas una cum monachis ejusdem monaſterii S. Mathiæ coactus fuit aliquandiu miſerabiliter exulare.

Sane hujusmodi exceſſibus ad audientiam noſtram perlatis, nos prædictis abbati Glandarienſi & cantori per alias litteras noſtras injunximus, ut ſuper his veritate comperta, dictum Theodericum abbatem S. Mathiæ, quoad omnia reducerent ad eum ſtatum, in quo erat, quando dictus Henricus incœpit inquirere contra eum, ipſum, & monachos ſupra dictos in poſſeſſionem

nem

N O T Æ.

(a) *Idem quadam die ſubmiſit quosdam ſatellites.*] Hiſtoriam hujus invaſionis latius deſcripſimus ſuprà ex Geſtis ad chartam Abbatis Glandarienſis & Cantoris Trevirenſis, *in Not.*

DXXXI.

nem ejuſdem monaſterii S. Mathiæ ac omnium pertinentiarum ejus quantocius reducendo, prædicto intruſo amoto penitus ab eodem, & arctæ cuſtodiæ in dicto monaſterio S. Maximini retrudendo, & quousque expiaſſet per condignam pœnitentiam tantum crimen, conventus ejuſdem monaſterii ſui conſortio reſtitutus, ultimus in choro & capitulo perpetuo permanſurus, conſtitueretur per eosdem judices ineligibilis ad adminiſtrationes ordinis cujuscumque, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Quarum litterarum auctoritate dictus Theodericus abbas ad abbatiam ejuſdem monaſterii S. Mathiæ fuit plenarie reſtitutus, & contra dictum Wilhelmum, juxta formam mandati apoſtolici, ad dictas pœnas dicti judices ſententialiter proceſſerunt, quas ipſe damnabiliter vilipendens, & de prædicto monaſterio S. Mathiæ per noctis adjutorium effugiens, libros ejuſdem,
(b) ornamenta, & res alias ſecum (*b*) ad caſtrum Falconis-Petræ ſacrilegis manibus aſportavit, in quo aggreſſoris more viatoribus inſidians, clericos, & laicos indifferenter ſatagit deprædari.

Porro idem Wilhelmus monachus tacito de præmiſſis, & falſo prætendens, ac mendaciter aſſerens, quod Henricus idem ſuper homicidio, dilapidatione, incontinentia, & quibusdam aliis criminibus contra eumdem Theodericum inquirens, ipſum, occaſione hujusmodi criminum, a regimine dicti monaſterii S. Mathiæ, ſuadente juſtitia, duxerat amovendum, & ipſum W. eidem monaſterio canonice præfecerat in abbatem; quodque abbas Glandarienſis, & cantor prædicti, ſeu Theobaldus de Turre canonicus Treverenſis, ipſum Theodericum * juſtitiam reſti- *ſecundum
tuerant ad abbatiam eamdem, & dictum Wilhelmum inde amoverant, in eum excommunicationis ſententia promulgata; propter quod idem Wilhelmus ad ſedem apoſtolicam appellârat,
ſuper hoc (*c*) ad decanum eccleſiæ (c)
S. Caſtoris in Confluentia Treverenſis dioceſis, quasdam ſub nomine noſtro confectas reportaſſe dicitur litteras inter alia continentes, ut vocatis qui vocandi eſſent, & auditis hinc inde propoſitis ſuper præmiſſis, quod canonicum foret, appellatione remota, ſtatuere procuraret, faciens, quod decerneret per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Quarum litterarum prætextu dictus decanus peremptorie citaſſe dicitur dictum abbatem ad certam diem coram ſe, prout dictaret ratio, ſuper his proceſſurum, cordibusque ſimplicium ſuggerit idem Wilhelmus, quod nos eum ad abbatiam reſtituimus
ſupradictam; ſicque (*d*) nonnulli fidem (d)
adhibentes hujusmodi mendaciis, ipſi Wilhelmo propter hoc præſtant favorem

N O T Æ.

(*b*) *Ad Caſtrum Falconis-Petra.*] Adde ſupra *Not.* in literas Urbani PP. de 9. Sepr. 1263.

(*c*) *Ad Decanum Eccleſiæ S. Caſtoris in Confluentia.*] Tenorem falſi reſcripti Apoſtolici, ad Decanum S. Caſtoris prætensè directi, exhibent Geſta apud Martene *Tom. IV. p.* 292. Citatus autem coram dicto Decano Theodericus Abbas per procuratores comparuit, per quos imprimis obtinuit copiam falſarum literarum Apoſtolicarum, quam ad Romanam Curiam tranſmiſit. Deinde verò, cùm Decanus adhuc negotium adversùs Abbatem proſequeretur, procuratores abbatis appellârunt ad ſedem Apoſtolicam, hæc ſuæ provocationis motivs allegantes: „ *Primò*, quia „ eſtis fautor Domini Henrici Electi Trevirenſis, „ qui Electus auctoritate ordinaria proceſſit con„ tra D. Theodericum. *Secundo*, quia eſtis Con„ ſiliarius dicti Domini Electi. *Tertiò*, quia de „ veſtro conſilio dictus Electus proceſſit contra „ D. Theodericum Abbatem. *Quartò*, quia vos „ fuiſtis dictator ſententiæ, qua procedebatur „ contra dictum Theodericum. *Quintò*, quia „ vos fuiſtis recitator hujus ſententiæ dictatæ con„ tra dictum D. Theodericum. *Sextò*, quia „ vos ſubjectus & ſubditus eſtis dicto D. Electo. „ *Septimò*, quia in * nos ſpiritalem & tempora- * vos
„ lem dictus Electus habet in omnibus plenam ju„ risdictionem, de cujus facto agitur. *Octavò*, „ quia vos fuiſtis & eſtis principalis fautor Wil„ helmi monachi S. Maximini Trevirenſis, qui „ ad vos literam impetravit. *Nonò*, quia ex „ parte Curiæ Trevirenſis, cui præfuiſtis & præ„ eſtis, invitati fuerunt Prior & conventus mo„ naſterii S. Eucharii Trev., ut dicto Wilhelmo „ monacho intenderent & obedirent. *Decimò*, „ quia expreſſè vos geſſiſtis pro parte dicti Wil„ helmi monachi. *Undecimò*, quia publicè de„ fenſiones pro dicto Wilhelmo monacho pro„ poſuiſtis.

(*d*) *Nonnulli fidem adhibentes hujusmodi mendaciis ipſi Wilhelmo præſtant favorem.*] Commiſit autem deinde Urbanus PP. Abbatibus de Villario Ciſtercienſis, & de Gorzia S. Benedicti Ordinis, Metenſis Diœceſis, ut in crimen & auctorem falſi inquirant, quod & hi fideliter executi ſunt; uti latiùs videre eſt apud Martene *pag.* 295. *ſeqq.*

DXXXI.

rem non modicum, bona ipſius monaſterii S. Mathiæ temere occupantes.

Cum igitur non ſit veriſimile, quod nos contra hujusmodi litteras ad abbatem Glandarienſem, & cantorem prædictos obtentas a nobis, quæ de noſtra certa conſcientia emanarunt, aliquas litteras eidem Wilhelmo vel pro ipſo duxerimus concedendas, propter quod litteræ hujusmodi obtentæ, ſicut dicitur, ad decanum eumdem, creduntur ſubreptitiæ & falſæ. Diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prædictas, & quascumque alias litteras ſimiles ab eodem Wilhelmo ſuper hujusmodi negotio ſub noſtro nomine fabricatas, nobis facientes exhiberi, detentores ad exhibitionem earum, ſi neceſſe fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compellendo, easdem nobis transmittere non tardetis; faciatis nihilominus eumdem (e) Theodericum abbatem interim pacifica ipſius monaſterii & omnium pertinentiarum ejusdem poſſeſſione gaudere, contradictores per cenſuram eamdem, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum apud Urbem - veterem XIV. cal. Julii, pontificatus noſtri anno tertio. (e)

NOTÆ.

(e) *Theodericum Abbatem pacifica ipſius monaſterii poſſeſſione gaudere.*] Dilapio, ut ad præcedentem chartam *Not. b.* relatum, Wilhelmo uſurpatore ejusque complicibus è monaſterio S. Mathiæ, monachi ad illud quidem mox redere; needum tamen Theodericus Abbas, idque metu Archiepiſcopi. At cùm hic pluries à Pontifice ad Curiam Romanam citatus, tandem menſe Decembri 1264. illuc ſe contuliſſet, Abbas in monaſterium ſuum reverſus eſt, magno Cleri populique Trevirenſis applauſu. Geſta *pag.* 291. Urbano PP. IV. interim, Henrico Archiepiſcopo vix Romæ adventante, è vivis erepto.

DXXXII.

1265. 27. *Martii.*

Literæ oppidanorum Confluentinorum ad R. Pontificem de miraculis B. Rizæ in Eccleſia S. Caſtoris Confluentiæ ſepultæ.

SAnctiſſimo patri ac domino S. Romanæ ſedis ſummo pontifici, ſchultetus, milites, ſcabini ac omnis univerſitas oppidi Confluentini Trevir. diœceſis cum omni reverentia & devotione pedum oſcula beatorum. Quoniam pater miſericordiarum propter nimiam charitatem ſuam eccleſiam conjunctam & ſibi gratificatam in ſanguine filii ſui fovere, & auxilio non deſinit ſublevare, monilibus gratiarum & operibus virtutum ipſam indeſinenter exornans, ponit in ea non ſolum munitiones doctrinæ, ſed etiam mœnia decoris in operationibus virtutum, ut ipſam contra poteſtates inimicas roboret, & exaltet, dotes & donationes ejus pro diverſitate temporum mirifice ſemper augendo, manum ſuam in prodigiis, ſignis & miraculis ad gloriam ipſius per merita ſanctorum extendens. Ideo paternitati veſtræ notum facimus, ne per ſilentium ingrati beneficiis Dei eſſe videamur, quod in eccleſia beati Caſtoris oppidi Confluentini Trevir. diœceſis canonicorum ſecularium per merita venerabilis memoriæ cujusdam Rizæ, cujus corpus in memorata eccleſia dignoſcitur eſſe ſepultum, multa ſigna & miracula Dominus operatur, in gratia ſanitatum diverſimoda circa languores hominum & infirmitates genera curationum exhibendo, quodque conceſſum erat apoſtolis, non dubitamus vere fidelibus, & ſide dignis divina largitate pro fidei declaratione concedi. Nos enim, qui habitationes in eodem loco habere dignoſcimur, quosdam vidimus recenter ſanitati reſtitutos, & alios membrorum naturalem uſum, quem ab infantia numquam habuerunt, ad memoriam prædictæ Rizæ felicis recordationis adeptos, prout hæc apud honeſtos & fide dignos tam clericos, quam laicos notoria dignoſcuntur, qui præfatam notitiam habent eorum tam in ægritudine, quam in ſanitate, in quibus præfata, & alia plura ſigna ſanitatis monſtrantur. Conſcripta etiam reperiuntur in eadem eccleſia per viros fide dignos a pluribus retro annis alia multa miracula, quorum

DXXXII.

rum adhuc quidam teſtes vivi ſuperſunt, quibus præſentibus & videntibus diverſis virtutum effectibus monſtrata ſunt, parati, ſi providentia veſtra decreverit, per ſacramentum ſuper eis teſtimonium perhibere veritati. Nos etiam rogati eadem miracula fideliter tranſcripta ſigillo univerſitatis oppidi noſtri communivimus; non uſurpata nobis cognitione, ſed ut eis perlectis reverentia veſtra deliberare poſſit, ſi placet, quanta fides facti valeat adhiberi. Supplicamus ergo paternitati veſtræ una cum prædicto capitulo, quatenus, ne theſaurus hujus ſanctitatis diutius occultetur, ad fidei glorificationem, & fidelium devotionem excitandam ordinetis de negotio, quod diſcretio providentiæ veſtræ viderit expedire; hoc tamen præcipue cognoſcentes, quod fratres ejusdem eccleſiæ tot annis negotium iſtud, & miraculorum oſtenſionem ſive denuntiatione qualibet occultare voluerint, ne vanæ gloriæ, aut ambitioni ſeu cupiditati rerum temporalium aliquid poſſet adſcribi, & præſentes, nihil in hac cauſa niſi gloriam Dei quærentes, nullatenus vobis rem inſinuari procurarent, niſi de ſilentio divinæ animadverſionis flagella formidarent; conſtanter autem aſſerunt, quod ſi ſcirent negotium ad vanitatem ſeu queſtum temporalium depravandum, quantum poſſent, ſicut anteceſſores eorum, diſſimulando tacerent. De ipſa vero venerabili matrona, & ejus vita ſeu converſatione propter antiquitatem temporum nihil aliud intelligere potuimus certi, niſi quod fuit nobiliſſima de ducum ſeu imperiali genere deſcendens, & poſtquam hæreditaria ſucceſſione, ſeu viri ſolatio deſtituta plenariam rerum poteſtatem habuit, Chriſtum ſibi fecit hæredem, venerabilibus eccleſiis & piis locis omnia, quæ habuit, conferendo, ſicut in privilegiis ipſius, & antiquis libris dignoſcitur contineri. Ipſam quoque eccleſiam beati Caſtoris multis & magnis villis, & poſſeſſionibus, & curtibus cum hominum familia multa valde magnifice dotavit, & cultum divinum cum diverſa ſuppellectili glorioſius ampliavit, in qua poſtmodum ſepulturam elegit, ad cujus tumulum, quæ prædicta ſunt miracula, per ejus meritum Dominus operatur in argumentum & magnificentiam meriti, ſicut pie credimus, & fidelibus ad devotionis gratiam promerendam. In hujus teſtimonium ſigillum univerſitatis oppidi noſtri præſentibus literis eſt appenſum. Datum Confluentiæ anno Domini MCCLXV. feria ſexta proxima ante feſtum palmarum. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Factâ deinde à Gregorio PP. X. Henrico à Finlingen Archiepiſcopo licentia transferendi corpus B. *Rizæ* (quæ & *Rycheza* vocatur) in locum honoratiorem, in Clero ſuo ſignatus 6. Kal. Maij an. 1286. illud in medio Eccleſiæ S. Caſtoris collocavit. Inſtituta deinde fuit in eadem eccleſia confraternitas hujus Beatæ. Fratrum & cenſuum eidem quæſitorum nomina de annis 1327. 1339. &c. uſque 1480. deſcripta leguntur in quinque rotulis & alio libro oblongo, in Archivo S. Caſtoris. In libro autem Memoriarum, qui in choro ſervatur, ad diem 30. Auguſti hæc notantur: *Obijt B. Riza, quæ dedit curtim fructuoſam apud Covernam cum omnibus appendicijs, familia multa & vineis, unde fratribus potum.* Dicitur B. Riza habitaſſe in Coverna, obi adhuc hodie *St. Ritzen Cammer.*

DXXXIII.

1267. 5. Jan. Interrogatoria Clementis PP. IV. facta Henrico Archiepiſcopo Treverenſi.

Martene Coll. ampl. Tom. IV. p. 476. (*a*)

PONtificatus domini Clementis papæ IV. anno ſecundo nonis Januarii, idem dominus papa (*a*) Treverenſi electo in ipſius præſentia conſtituto, fecit interrogationes ſubſcriptas.

Quantum temporis eſt, quod fuit proviſum de eo eccleſiæ Treverenſi? Reſpondit, quod ſex anni.

Quare

N O T Æ.

(*a*) *Treverenſi electo in ipſius præſentia conſtituto.*] Erat jam Henricus Romæ ab initio anni 1265.

DXXXIII.

Quare ceſſavit taoto tempore petere pallium? Reſpondir, quod numquam ſuit in mora; quod ſecir illum peti tempore domini Alexandri, & vacante eccleſia a collegio *, & rempore domini Urbani ab eodem. A vobis vero non petiit, quia dictum ſuir ei, quod oon daretur ſibi inquiſirione pendente.

* Cardinalium.

An aliquam miſſam celebraverit? Reſpondir, quod noo, quia oon habebat pallium.

(b) Per quos ſcivit captionem (b) Conradi plebani Confluentiæ? Dixir, quod per adverſarios ſuos, & poſtea per quemdam clericum, qui vocatur Thomas. Hic eſt ſuus clericus.

An ipſe teneat caſtrum Confluentiæ? Reſpondir, qnod ſic; ſed eſt ibi quidam officialis, qui ipſo invito ſtat in officio.

(c) An reneat (c) caſtrum, in quo eſt captus abbas ſancti Mathiæ cum duobus monachis ſacerdotibus? Dixit quod illi, qui ceperunr abbatem, teneot caſtrum ipſo invito.

Quid ſecir pro liberatione ipſius abbaris, poſtquam a nobis monitus fuir, quod eum facerer liberari? Reſpoodit, quod per duos fratres Prædicatores, quos illuc miſit, mandavit officiali Treverenſi, guardiano fratrum Minorum & priori Prædicatorum Confluentiæ, quod præciperent illis, qoi prædictum abbatem captivaverant, ſub pœna ſeudorum, quæ tenebant ab eccleſia Treverenſi, quod eum dimitterent, & ſi nollent ſacere, denuntiarent ens excommunicatos in civitare, & diœceſi Treverenſi; & denuntiarent eisdem, quod niſi dimitterent, ipſe privaret eos dictis ſeodis.

Requiſitus ſi aliud fecit? Dixit, quod plures alios ouotios ad hoc miſir.

Quot ſunt dies ex quo audivit captiooem Conradi prædicti? Dixit, quod in ſeptimana poſt ſeſtum natalis Domini.

Quid fecit pro liberatione ejus? Reſpoodit, quod paravit nuntium, quem vult illoc mittere pro eo liberando.

Ao percipiatur teloneum in Confluentia, pro quo fuit aliquando excommunicatus? Dixit quod oon, ſed cooductus recipitur ibi.

An illud veodiderit uoo anoo 90. marcas argeoti? Reſpondit, quod reloneum vendidit unum tanrum annum.

An Philippum tunc Metenſem electum confirmaverit, & ſecerit conſecrari? Reſpoodit quod ſic.

DXXXIV.

N O T Æ.

(b) *Conradi Plebani Confluentia.*] Confer ſuprà Commiſſionem Apoſtolicam in hunc Plebanum de 5. Aprilis 1262. Cujus commiſſionis executione Plebanus ſibi odium Archiepiſcopi ejúſque perſecutionem conciliâſſe videtur.

(c) *Caſtrum in quo captus eſt abbas S. Mathia.*] De hac captivitate ſic Geſta apud Martene *Tom. IV. p.* 306. „ Cum autem idem Abbas
„ ad partes Rheni deſcenderet coofilium habitu-
„ rus cum quodam magno advocato ibidem exi-
„ ſtente, duo fratres dicti de Paſſendorff *, mi-
„ lites ejusdem Electi officiati, ipſum Abbatem
„ invadentes, cum duobus ſuis capellanis cepe-
„ runt, cumque in caſtro Eccleſiæ Trevirenſis
„ dicto Thurum (de quo ſupra ad annum 1248.)
„ deduxerunt, ibique ipſum ferreis compedibus
„ vinctum & oneratum per tres annos & dimi-
„ dium & novem dies uoa cum duobus capella-
„ nis ſuis continuè detinuerunt. Cum autem di-
„ cti Abbatis captivitas ad notitiam Domini Pa-
„ pæ perveniſſet, ſatis turbatus eſt & commotus, vo-
„ cansque ad ſuam præſentiam Trevirenſem Ele-
„ ctum, monuit eum rogans, ut pro liberatione
„ dicti Abbatis laboraret. Electus verò omnem
„ ſe adhibiturum pro ipſius Abbatis liberatio-
„ ne diligentiam pollicebatur; ſed non perdu-
„ xit ad effectum, quod promiſit. Intelligens au-
„ tem Papa, quod Henricus Electus nec fideliter
„ nec diligenter laboraverit pro dicti Abbatis li-
„ beratione, & quod magis de ipſius detentione
„ quàm liberatione gauderet, inquiſivit ab eo,
„ quare pro liberatione Abbatis, ſecundum quod
„ promiſerat, non laboráſſet? qui ſic reſpondens
„ dixit: Quia officiati mei, ex quo non ſum in
„ terra juxta eos, pro litteris meis nihil faciunt,
„ niſi quod placet ipſis; ſed ſi placeret Paterni-
„ tati veſtræ, ut de veſtra licentia ſpeciali liceret
„ mihi intrare fines epiſcopatus, ipſum Abbatem
„ cum duobus ſuis ſociis à vinculis abſolutos re-
„ ſtituerem libertati. Audiens autem Papa, quod
„ libenter de Curia recederet, per juramentum
„ ei promiſit, quod nunquam de Curia poſſet
„ exire, donec Abbatem & duos ſocios vivos
„ vel mortuos ſibi ad Curiam Romanam præſen-
„ taret. Sicque Dominus electus vivente Papa
„ (Clemente IV.) non potuit obtinere, ut per
„ aliquod tempus liceret ſibi recedere de Roma-
„ na Curia.

* Henricus & Thietardus.

DXXXIV.

1267. 6. *April.* **Reverſales fratrum de Hunolſtein, de non vindicanda injuria, ſibi à Civibus Trevirenſibus illata.**

Kyriandes *pag.* 234.

NOs Nicolaus & Joannes fratres, & Hugo cognatus noſter, milites advocati de Hunolſtein, univerſis præſentes literas inſpecturis volumus eſſe notum, quod captivitatem, quam Treverici cives contra me Nicolaum fecerunt, adverſus ipſos cives, civitatem eorum vel aliquos, ſeu aliquem de civitate nunquam vindicabimus, nec captivitatis ipſius prætextu civibus iisdem nos & noſtri moleſtiam aliquam unquam exhibebimus, renuntiantes pro nobis & noſtris expreſſe, omni dolo & fraude remotis, cuilibet vindictæ & ultioni propter prædictam captivitatem memoratis civibus in poſterum faciendis; & ad hæc inviolabiliter obſervanda per præſentes literas nos firmiter obligamus, corporalibus noſtris interpoſitis juramentis. In cujus rei veritatem præſentes literas inde confectas venerabilium virorum domini Simonis majoris præpoſiti & archidiaconi Trevirenſis, domini Theodorici de Hagmhe, domini Rudulphi de Ponte militum, & mei Nicolai ſigillorum munimine civibus Trevirenſibus tradidimus roboratas. Nos vero Joannes & Hugo ſupradicti, ſigilla propria non habentes prædictis ſigillis contenti ſumus. Præterea nos major præpoſitus Theodoricus de Hagmhe, Rudulphus de Ponte ſigilla noſtra ad petitionem dictorum Nicolai, Joannis & Hugonis præſentibus literis duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLXVII. feria quarta ante ramos palmarum. (*a*) (*a*)

N O T A.

(*a*) Has reverſales Civibus Trevirenſibus datas, ſicut & literas induciarum ſuprà ad annum 1260. relatas, profert Kyriander ad probandum, quòd tempore magni, ùt inquiunt, interregni populus Trevirenſis bella cum finitimis proprio nomine & independenter à voluntate & auctoritate Archiepiſcopi geſſerit. Notat autem Brovverus *Annal. Trev. Lib. XVI. n.* 82. hanc Hunolſteiniorum capturam factam occaſione belli, quod inter Henricum Spanheimenſem Comitem ex una, & Civitatem Trevirenſem ex altera parte vigebat.

DXXXV.

1267. **Excuſationes Archiepiſcopi Trevirenſis traditæ Clementi PP. IV.**

Martene *Coll. ampl. Tom. IV. p.* 477.

ANno Domini MCCLXVII. ut impetrata venia, ſalva reverentia, ſalvaque dignitate, ſalva quoque plenitudine poteſtatis apoſtolicæ ſanctitatis, loquatur dominus Henricus eccleſiæ Trevereuſis electus: ante omnia proteſtatur in proceſſu habito contra eum, per quem ad depoſitionem ejus intenditur, non fuiſſe illum ordinem judiciarium obſervatum, qui in talibus ſecundum ſacros canones eſt ſervandus. Per modum accuſationis contra eum non proceditur, cum a nemine in publico accuſetur; neque denuntiationis, cum a nemine ſit delatus. Et ſi per aliquos forſitan defertur, quod per modum inquiſitionis agitur contra eum; attendat veſtræ ſanctitatis immenſitas, quod humani transcendit conſilii ac providentiæ longe metas, quod fundamentum, unde & qualiter, & ex quibus talis inquiſitio trahit ortum: an per canones & veritatem evangelicam talis inquiſitio approbetur. Nam inquiritur contra ipſum ſuper aliquibus, de quibus apud canonicos ſuæ eccleſiæ, vel quoscumque alios bonos viros & graves, numquam extitit diffamatus.

Sunt namque ex iis, quæ ſibi imponuntur, aliqua, quæ ſi continerent plenariam veritatem, prout poteſt ex qualitate horum colligi, in partibus

DXXXV.

ſuis non potuit aſpergi infamia, vel notari.

Sunt & quædam alia, ſuper quibus licet malivoli maledici ſui capitales, & quaſi notorii inimici, non ex zelo juſtitiæ, ſed ex malignitatis ſomite, ipſum in curia iſta per ſe, & per alios niſi fuerunt diffamare, etiam ex quo de facto, quamquam non de jure, ex falſis cauſis, injuſtis, & inſufficientibus, contra ipſum inquiſitio fuerit inchoata, qnod ſicut novit ſcrutator cordium, & cognitor ſecretorum, in nullo deliquerit contra eos, propter quod in ipſum turbari debuerint, vel moveri, propter quod ipſum diffamare debuerint, vel per alium, vel alios facere diffamare. Sed ex hoc forſitan turbati ſunt, licet indebite & injuſte, quod eorum violentias, & exceſſus corrigere nitebatur: tamen apud bonos, juſtos & rectos corde, non quærentes quæ ſua ſunt, ſed Chriſti, ſuper iis non extitit diffamatus. Unde, pater ſanctiſſime, vos noviſtis ceteris melius, quod ſuper talibus prætextu talis infamiæ nec poteſt, nec debet fieri inquiſitio, jute ac juſtitia prohibente.

Quare prædictus electus, proteſtatione præmiſſa, quod ſalvum ſit ſibi jus ſuper omnibus, & ſingulis ſupra ſcriptis, & aliis quibuſcumque exceptionibus & defenſionibus ſibi competentibus, & competituris, proteſtatur, & aſſerit, quod per aliquod juramentum ab eo præſtitum, vel præſtandum, reſponſionem factam, vel inpoſterum faciendam, renuntiare juribus, exemptionibus ſeu defenſionibus ſuis, vel ratificare proceſſum contra ipſum habendum, vel habitum non intendit: imo quidquid juravit ſuper bis, quidquid reſpondit vel eſt inpoſterum reſponſurus, fecit & facit invitus, & coactus ob veſtræ ſanctitatis præceptum, cujus gratiæ ſe ſemper, & ſua ſubjicit, cui ullo umquam tempore contradicere non intendit, ſperans firmiter & indubitanter confidens, immo eſt ſibi certo certius, quod cum ſitis pater miſericordiæ, juris & juſtitiæ conſervator, qualitercumque proceſſum fuerit contra eum, vel impoſterum procedatur, quod ipſe gravetur finaliter contra juris injuriam, circumſpecta veſtræ ſanctitatis benignitas nullatenus patietur, quin ipſum de jure, qui jnra cunctis redditis, qui juſtitiam conſervatis, in omnibus ſuis juribus benigne, plenarie & effectualiter audiatis.

Salvis igitur proteſtationibus ſupradictis, ad præceptum veſtrum ad ea, quæ ſibi imponuntur injuſte & indebite, ſic reſpondit. Et primo ſuper eo quod ſibi de captivitate Theoderici dicti abbatis ſancti Matthiæ imponitur, ita dicit, quod dictus Theodericus ipſo mandante, ſciente, vel ratum habente, non extitit captivatus, imo in abſentia, prout ſcivit, & potuit, ut liberaretur dedit operam efficacem, hoc excepto, quod non gnerram præcepit ob hanc cauſam fieri, nec ſecit :. tamen ſi de veſtra proceſſerit voluntate, paratus eſt perſonaliter ad locum accedere, & liberationem ipſius totis viribus diligenter, & ſollicite procurare, exerendo etiam contra detentores ſæculare brachium, ſi hoc ei duxeritis injungendum. Nec per aliquem cogitetur, vel falſo ſuadeatur, quod electus procuret propriam, ſi hoc contigerit, fieri captionem, ut non procedatur contra ipſum in inquiſitionis negotio tempore captionis. Nam paratus eſt fidem facere juramento, & cavere pro poſſe ad veſtrum beneplacitum & mandatum, quod nec fraudem adhibebit in hoc negotio neque dolum: immo in tantum confidit de Chriſti miſericordia, qui ſperantes in ſe minime derelinquit, quod dummodo montes ſecure tranſeat, in bac parte reputat ſe convictum, ſi ultra montes per aliquem capiatur.

Idem reſpondet & dicit per omnia de captione Conradi perpetui vicarii eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Confluentia, qui nuper fuiſſe dicitur captivatus, hoc excepto, quod cum non tantum temporis ſit effluxum, adhuc non dedit operam, quia nec potuit, ſuper liberatione ipſius, niſi in hoc quod litteras ſuas ut liberari debeat, deſtinavit: veruntamen in abſentia, & præſentia paratus eſt dicere in utroque legaliter poſſe ſuum, & ſecundum quod ei duxeritis injungendum. Nec inimicis ſuis & æmulis aſſerentibus, quod nullus in civitate vel diœceſi Treverenſi mandata veſtra audeat exequi apoſtolica, ſanctitas aures præbeat levitatis, nam paratus eſt publicare, & publicari facere litteras veſtras, monita, & mandata per civitatem & diœceſim, ſicut de veſtra proceſſerit voluntate.

Super eo vero quod Philippum olim Metenſem epiſcopum inſufficientem, & minus idoneum dicitur confirmaſſe, breviter ſic reſpondet; quod cum ipſe

eſſet

DXXXV.

eſſet tunc temporis variis & diverſis negotiis Treverenſis eccleſiæ prædicitus, & prædicti Philippi tunc electi inſtanter confirmatio peteretur; quia ipſe vacare non poterat, ne confirmatione dilata eccleſia Metenſis in temporalibus & ſpiritualibus detrimentum pateretur, tribus diſcretis, providis & honeſtis, ſcilicet præpoſito ſancti Caſtoris, & præpoſito Dorcenſi canonicis eccleſiæ Treverenſis, & officiali Argentino, examinata forma electionis, ut decuit, perſonæ electæ examinationem faciendam commiſit: qui facta examinatione diligenti, ut aſſerebant, in qua viros juriſperitos alios ſibi aſſociare curarunt, concorditer & unanimiter retulerunt, quod eum ſufficientem invenerant & idoneum ad onus prædictæ dignitatis portandum; & quod præſentibus omnibus canonicis, qui tunc erant in eccleſia Treverenſi præſentes, de eorum conſilio & aſſenſu, nemine contradicente, in capitulo, ut moris eſt, confirmavit eumdem. Non credit circa hoc deliquiſſe: ſi tamen ſanctitati veſtræ contrarium videretur, ſibi quod juſtum fuerit injungetis; nam paratus eſt vobis obtemperare in omnibus, & humiliter obedire.

Ad id vero, quod ſibi imponitur, quædam de teloneo apud Confluentiam recepiſſe, reſpondet, quod dictum teloneum prædeceſſores ſui, qui fuerunt pro tempore, perceperunt, & quod cum ipſe, confirmatione obtenta, ad eccleſiam acceſſiſſet, invenerit prædeceſſores ſuos fuiſſe in quaſi poſſeſſione percipiendi ejusmodi teloneum, aliquibus aſſerentibus, quod hoc eidem eccleſiæ competebat de jure, tam auctoritate privilegiorum temporalium, quam conſuetudinis, cujus principii memoria non exiſtit. Aliis aſſerentibus in contrarium, quod ſine peccato non poterat percipi, etſi ab imperatoribus ſit conceſſum. In hoc ergo dubio de conſilio ſapientum, ſpecialiter domini Hugonis, & aliorum virorum religioſorum & honeſtorum, quamvis primo anno promotionis ſuæ incepiſſet uti quaſi poſſeſſione prædicta, ipſum tamen poſtea percipere prætermiſit, & quod non perciperetur ulterius diſpoſuit, & præcepit, & auctoritate litterarum prædicti domini Hugonis, tunc curam veſtræ pœnitentiariæ gerentis, ad cautelam extitit abſolutus, ſi ex hoc, quod percepit, aliquam ſententiam incurriſſet, ſicut per ejusdem domini Hugonis patet litteras, & illorum quibus & commiſit, quarum tenor talis eſt:

Fr. Hugo &c. *ut ſupra ad an.* 1261. Et licet ſecundas litteras prioris fratrum Prædicatorum non habeat præ manibus, tamen paratus eſt facere fidem vobis, quod per dictum priorem ſecundum formam prædictarum litterarum domini Hugonis fuerit abſolutus. Verum poſt prædicta, habito quorundam juriſperitorum conſilio, ſibi dictum eſt per eosdem, quod male faceret, eo quod teloneum percipere omiſiſſet. Nam ſi id quod de conceſſione imperiali & conſuetudine dictum eſt, verum erat, ſine injuria percipere hoc debebat, & potiſſime cum jam dicta eccleſia & prædeceſſores ipſius in quaſi poſſeſſione percipiendi fuiſſent, unde eam dimittere non debuit, quousque per ſententiam ſeu ſedem apoſtolicam inhiberetur eidem: quare ſupplicat veſtræ ſanctitati, quatenus ſuper hoc indemnitati ſuæ eccleſiæ, prout expedire videritis, dignemini providere.

Præterea dicit, & aſſerit, quod cum quidam inimici ſui domino Urbano papæ fere eo tempore, quo idem electus primo venit ad curiam apud Veterem-urbem tunc temporis reſidentem, ſuggeſſerunt, eumdem electum propter dictum teloneum & alias cauſas fore excommunicationis ſententia irretitum; idem dominus papa per fratrem Martinum pœnitentiarium fecit illum abſolvi ab omni vinculo excommunicationis, quo tunc teneretur aſtrictus, antequam civitatem ingrederetur, vel ſe ejusdem domini papæ conſpectui præſentaret, & ſic munere abſolutionis ſibi impenſo, dictus dominus Urbanus eum ad pedem admiſit & pacis oſculum, tamquam ab omni excommunicationis ligamine abſolutum. Quare cum ſemper poſtea ſe pro abſoluto geſſerit, & nunc gerat, ſicut ille, qui nec ſe ſentit ligatum aliqua ſententia, nec ſuper hoc habet conſcientiam ſcrupuloſam, & vos dixeritis ei viva voce, non præcipiendo, ſed per preces, quas præceptum reputat, ex innata vobis humilitate, qua nihil ſplendidius aparet in principe, porrigendo, quoniam ad officium veſtrum non veniat, nec intret eccleſiam coram vobis, ad ſerenandam veſtram conſcientiam & placandam S. V. idem electus ſupplicat humiliter & devote, quatenus, cum hoc

Hiſtoria Treviren/is dipl. Tom. I.

credat, imo pro certo ſciat cedere in infamiam & debilitationem jurisdictionis & poteſtatis ipſius, in confuſionem amicorum & devotorum ſuorum, in ejusdem manifeſtum præjudicium & evidens detrimentum, in vanam inimicorum gloriam, ſublimationem & exaltationem indebitam omnium æmulorum, ſi poſt prædicta non eſt ad plenum veſtræ conſcientiæ ſatisfactum ad eam ſerenandam, non dicit ſuam, cum non habeat, nec, ut credit, habere debeat ipſam læſam; ſed paterno compatientes affectu taliter dignemini providere, & veſtram ex prædictis conſcientiam informare, nec contingat ipſum pro nihilo diffamari, vel dici ligatum, cum conſtet eumdem de mandato ſpeciali prædicti domini Urbani fuiſſe generaliter ab omni ſententia abſolutum, ſuper quo exhibet litteras dicti fratris, tenorem hujusmodi continentes: Frater Martinus &c. *ut ſupra.*

Ad illud, quod objicitur, quia conductum recepit apud Confluentiam loco telonei, & ſic mutato in fraudem nomine, idem percipit nunc ut ante; dicit, quod aliud eſt conductus, qui vix aliquando valorem XL. marcarum tranſcendit; aliud eſt teloneum, de quo in anno quandoque quingentæ, quandoque octingentæ, quandoque etiam conſueverunt percipi mille marchæ, & utrumque ſimul, teloneum ſcilicet & conductum, prædeceſſores ſui, qui fuerunt pro tempore, perceperunt. Ipſe vero electus teloneo dimiſſo, conductum quandoque percipit, quia nec de ipſo audierat quæſtionem referri: immo dicentes teloneum de novo impoſitum, aſſerunt ſemper conductum fuiſſe receptum, & quod quin conductus deberet recipi, niſi forſan procuratoribus æmulis (numquam) extitit dubitatum. Tamen quam cito dictus electus audivit, quod ſibi falſo maledici imponebant, eum conductum recipere loco & nomine telonei, in fraudem nomine ſic mutato, in continenti præcepit, quod nomine conductus nihil perciperetur ulterius, quousque manifeſtata veritate publice appareret, qualiter unquam labia perverſorum doloſe concinnant, & obſtruunt veritatem. Et ſi tunc perceptum eſt, vel percipitur ex conductu amplius, quam deberet, vel etiam quod deberet, contra voluntatem ejus percipitur & mandatum; & ſi ſanctitati veſtræ videbitur expedire, per ipſum nec recipietur, nec ulterius repetetur. Nam qui mille marcas annuas dimiſit de conſilio honeſtorum virorum, ſatis eſt veriſimile, quod ad mandatum veſtrum libenter velit dimittere quadraginta. Aliqualiter tamen affligitur & compatitur eccleſiæ Treverenſi, quod aliis prælatis teloneum & conductus, qui magis dicuntur novi, quam illi, quos conſuevit percipere eccleſia Treverenſis, in eodem flumine, ſcilicet Rheni, inferius & ſuperius ſine querela, & in pace percipientibus, ſola ſua Treverenſis eccleſia ſic læditur. Nempe inimici & æmuli feſtucam videntes vel videre credentes in oculo eccleſiæ Treverenſis, trabem portantes in proprio non ſentiunt, nec attendunt. Quidquid tamen ſit, voluntas veſtra in omnibus impleatur. Si tamen de omnibus mandaretis inquiri æqualiter, qui deberent remanere, vel percipi decernentes, facilius hæc portaret eccleſia Treverenſis, ut quæ ſimilem ſentit vitam cum ceteris convicinis, ſimilem ſentiret in legibus diſciplinam.

Ad id vero, quod imponitur, prædictum electum in quodam inſtrumento fuiſſe confeſſum, ſe quoddam mutuum a mercatoribus Senenſibus de ſocietate Bonaventuræ & Franciſci ſexcentas marcas pro ſuis negotiis & eccleſiæ recepiſſe, promiſiſſe, & juraſſe ſe certa die ſub certis pœnis & conditionibus ſoluturum, & quia non ſolvit, pœnas & perjurium incurriſſet: reſpondet, quod etſi continerent veritatem omnia ſupradicta, cum ex qualitate eorum ſatis colligitur manifeſte, quod ſint inimici & æmuli, procurantes quod de prædictis eidem electo quæſtio moveretur, ſi contra ipſum ſcirent aliqua gravia, non celarent. Dicit inſuper, quia iſte modus procedendi contra prælatum novus eſt, nec hactenus uſitatus. Multi enim prælati alii multos conſimiles & difficiles inierunt contractus in curia, de quibus non fit inquiſitio aliqua, nec umquam usque ad hæc tempora fuit facta; ſed mirum, inimici & æmuli magis diligunt ſalutem animæ prædicti electi, vel videntur diligere, quam ſuam propriam vel ſuorum; & licet ex qualitate dictorum ſit liquidum & apertum, quod dictus electus ſuper his in ſuis partibus apud bonos, & graves eſſe non potuit diffamatus, non tamen iſta recenſuit,

ut

DXXXV.

ut prædictum articulum dubitaret, ſed ad declarandum potius caritatem illorum, quia talia ſibi procurarunt. Sane cum a mercatoribus jure ordinario in curia veſtra impetatur, ſatis conveniens videtur, debere inquiſitionem ceſſare ſuper tali contractu, ſi centineret etiam veritatem.

Ex quo tamen vobis placet, quod & ſuper hoc articulo reſpondeat, ita dicit: quod contractus ille contentus in inſtrumento illo, quod producitur contra eum, non verus, ſed ſimulatus exiſtlt, quia nullus ex mercatoribus ſocietatis prædictæ, vel aliquis alius pro eisdem ſibi de prædictis ſexcentis marcis nusquam ullo tempore adnumeraverint; nec illo tempore, quo dictus contractus mutui dicitur celebratus, actum fuit inter electum & mercatores prædictos, ut mercatotes ei in veritate illam pecuniam numeraſſent, vel inpoſterum numerarent; imo expreſſe inter eos contrarium agebatur; ſcilicet, quod quamvis eidem electo non numeraſſent, nec intenderent numerare, idem electus, licet ab eisdem mercatoribus vel recepiſſet, vel recipere ſperaret ex cauſa mutui, nihilominus eisdem mercatoribus certo loco, & certo termino prædictas ſexcentas marcas ſolvere teneretur, non ab eisdcm mercatoribus retinendas, nec ſuas in perpetuum faciendas, immo alii perſonæ per manus dictorum mercatorum tradendas, cui prædictus electus ſe obligaverat, & ſe eodem modo dictis mercatoribus obligabat, ad utilitatem ejusdem perſonæ; non in veritate ex cauſa mutui, quicquid videatur in verborum ſuperficie contineri, ſed ex cauſa donationis; non ſicut ſcriptum eſt, pure, ſed ſub certa conditione ſacta, quæ quomodo poſtea non extitit, nec exiſtit.

Et eſto ſine præjudicio, quod contractus illius mutui eſſet verus, & electus ſpe futuræ mutationis ſe, ſicut ſæpe conſuevit fieri, obligaſſet; tamen ſibi per mercatores vel alios pro eisdem nihil fuit de dicta pecunia numeratum.

Et ſi forſan diceretur, quod talis exceptio apponi nequeat a modo mercatoribus; ſaltem inquiſitionis promotori objici poterit ſeu opponi, vel etiam, ſalva reverentia, & venia implorata, ipſi inquiſitori. Nimirum licitum eſt electo ſe innocentem & immunem oſtendere a peccato, dicens: Domine non peccavl, non dejeravi, ſi non ſolvi, quod in veritate non habui nec recepi: in quo ſeundum Deum & veritatem obligatus non fui, licet ex eo, quod ſperabam me tecepturum, & ſub illa ſpe me verbaliter obligaſſem. Et quamvis credat electus contra prædicta ſatis eſſe veſtram conſcientiam informatam, ita quod ſine ſcrupulo conſcientiæ poteſtis & debetis, ut ſibi videtur, hunc articulum pertranſire; ſupplicat tamen quatenus ſuper his, ſi placuerit, confratribus veſtris ſecreto, & ſingulatim ad partem, & in communi, & etiam cum ipſis mercatoribus conferatis: nam, ipſis auditis, ſperat electus, quod ſanctitati veſtræ erit planiſſime ſatisfactum. Oportet etiam fieri plenam fidem de prædictis per teſtes omni exceptione majores. Et ſi forte aliqua de prædictis nimis propoſita generaliter videantur, paratus eſt ſufficienter ſpecificare, & declarare, quando iſtud ei duxeritis injungendum.

Et ſicut patet ex prædictis, quod ex cauſa mutui in inſtrumento contenti, non fuit, nec eſt mercatoribus obligatus; & ſic juramentum, vel aliæ conditiones, ſeu pœnæ eumdem per conſequens non aſtringunt, quia perempto principali, omnia alia tamquam acceſſoria enervantur.

Ea vero, quæ in dicta reſponſione continentur, vel tantum ex illis, quod quoad abſolutionem dicti electi faciendam ſufficere debeat, quatenus tactum eſt, de pecunia ſeu marcis non fuiſſe numeratum, & ad hæc pertinentibus probari poſſunt, ſicut ctedit dictus electus firmiter, per dominum Portuenſem epiſcopum, & fratrem Johannem monachum de ordine Ciſtercienſi, tunc camerarium ſuum, & mercatores Renerum, Bonaventuram, Franeiſcum, & alios eorum ſocios, & Ancherium tabellionem; & quod dicta pecunia, ſi ſolveretur, debebat reddi domino Portuenſi, cui ex cauſa puræ donationis promiſſa fuerat, & non debebat remanere penes mercatores; & etiam reverendi patres dominus Octavianus, & dominus Jordanus camerarius veſter, magiſter Johannes quondam auditor cameræ, datus auditor a felicis recordationis domino Urbano, domino Portuenſi epiſcopo, &c. ſupradictis, Robertus Barro, ſuper his aliqua audierant.

Hæc ſunt nomina teſtium, per quos

DXXXV.

dictus electus intendit probare conditionem, de qua mentio fit in actis, & pecuniam non fuiſſe numeratam, contentam in inſtrumento, maxime infra terminum etiam in inſtrumento contentum:

Dominus Portuenſis, frater Johannes monachus Ciſtercienſis ordinis, tunc camerarius ſuus, Lodowicus ſcholaſticus S. Salvatoris Metenſis, magiſter Henricus de Achenheim canonicus S. Thomæ Argentinenſis, Andreas filius Gerardi militis de Berge Metenſis diœceſis, Renerus & Franciſcus, & alii ſocii eorum, cives & mercatores Senenſes, & Ancherius tabellio.

Item alios intendit producere, quorum nomina ſcire poteritis per teſtes prædictos & clericos ſuos, qui tunc temporis in curia fuerunt.

Item petit ut interrogentur reverendi patres domini cardinales, dominus Octavianus, & dominus Jordanus, quid ſuper hoc audierint. Proteſtatur etiam de aliis defenſionibus.

Quantum autem ad probandum conditionem prædictam & ad ipſam pertinentia, nominat camerarium prædictum dominum Portuenſem, Lodowicum ſcholaſticum ſancti Salvatoris Metenſis, magiſtrum Henricum canonicum S. Thomæ Argentinenſis, & Andream filium domini Gerardi de Bergue, & alios quos iſti, vel aliquis iſtorum nominarint, de quibus ad præſens recordari non poteſt electus ſupradictus: ſed proteſtatur etiam de aliis exceptionibus & defenſionibus.

Ad id vero quod eidem imponitur, quod in præſentia veſtra apud Urbemveterem præſumpſerit conſecrationi cujusdam eccleſiæ intereſſe; reſpondet, quod non ex ſe, quod ſine dubio verum eſt, ſed ex parte felicis recordationis domini papæ fuit ad hoc per ſuos nuntios invitatus, & de aliis prælatis, qui interfuerunt tunc temporis, credit idem; nec credidit in hoc, ex quo ex parte ſua invitabatur, peccare, maxime quia iſtud non tamquam archiepiſcopus, ſed tamquam epiſcopus faciebat. Et niſi audiret a vobis aliud, ita credit, quia quicumque eſt electus in archiepiſcopum, & confirmatus, & conſecratus, poteſt in aliena provincia, ſi ad hoc fuerit invitatus, dedicare baſilicas, celebrare ordines, chriſma conficere, & omnia, quæ ſunt epiſcopalis ordinis, quamvis etiam pallium non receperit, exercere. Quid igitur, ſi ad hoc per ſummum pontificem invitetur, de cujus potentia non eſt dubitandum? petit tamen veniam, ſi videatur vobis, quod in hoc peccaverit, & paratus eſt veſtris ex hinc obtemperare mandatis.

Ad ultimum, quod ſibi falſo objicitur; quod pallium non petiit ſibi dari, per interemtionem reſpondet, dicens: quod ipſum petiit pluries, & inſtanter, & tandem dictum fuit ſibi per aliquos cardinales, quod fruſtra circa hoc laborabat, quia quamdiu pendebat inquiſitio contra ipſum, pallium nullatenus obtineret.

Omnia & ſingula ſupradicta, quæ ad objecta reſpondet, aſſerit eſſe vera; & ſi in aliquo de prædictis forſitan dubitaveritis, offert, quia paratus eſt, quantum ad ea, quæ factum tangunt, vobis facere plenam fidem.

Supplicat igitur præfatus electus, veſter fidelis, humilis & devotus, quatenus ſibi & eccleſiæ ſuæ, quæ occaſione inquiſitionis factæ contra ipſum, diu languit, ac quaſi viduata permanſit, quæ in temporalibus & ſpiritualibus multa damna & pericula ſuit paſſa, & quotidie patitur, & incurrit, paterno compatientes affectu, veſtræ placeat ſanctitati huic inquiſitioni finem imponere, & talibus ac tantis periculis obviare.

Supplicat etiam eccleſia Treverenſis, & petit inſtanter, ut prædictum electum ſuum pallii munere dignemini decorare, & ipſum palliatum ad ipſam deſolatam remittere expeditum. Quæ autem ſit illa eccleſia, quæ ipſius electi expeditionem felicem deſiderat, & affectat? Reſpondetur, quod clerus & populus univerſus, ſicut patet per litteras, quæ ſanctitati veſtræ hic præſentialiter offeruntur.

Circa articulum confirmationis domini Philippi electi Metenſis epiſcopi, hoc addit Treverenſis electus, quod etiamſi ambo fuerint canonici in Metenſi eccleſia, non tamen ſteterunt ſimul, immo pro majori parte dictus Philippus fuit in ſtudio, & dictus electus in curia; & quando erant Metis, raro videbant ſe; & quando videbant ſe ad invicem, non litteraliter, ſed vulgariter loquebantur: ſed nec tunc attendebat electus ad litteraturam ipſius Philippi, quia nec de hoc multum curabat: nec eſt conſuetum, quod ad experientiam ſcientiæ alterius habendam quis ſe reddat multum ſollicitum

&

DXXXV.

& attentum, cum nec ſibi illius examinatio ſit commiſſa: ſed ipſum videat in eccleſia bene legere, & cantare. Sed etiã quando fuit confirmatus dictus Philippus, ſciebat ipſum eſſe capellanũ domini papæ, unde & ſupponebat, quod competentis eſſet litteraturæ. Et etiam audivit ab aliquibus, quod non erat examinandus, quia ex quo quis per dominum papam in capellanum recipitur, approbatus, & idoneus reputatur, nec indiget examinatione. Ipſe tamen nihilominus commiſit examinationem perſonis diſcretis, idoneis, & honeſtis, ſicut in cedula, quam dominationi veſtræ fecit porrigi, continetur; de quibus nihil ſiniſtri, nil fraudis ſive malitiæ, vel negligentiæ ſive ignorantiæ poterat ſuſpicari. Nec hoc fecit dictus electus in fraudem, immo ad exonerationem ſui, & onus ipſius Philippi examinandi, quia illi, quibus hoc commiſit, & illi quos ſecum aſſumſerunt, tanta pollent ſcientia, quod ipſe tunc electus credebat, quod melius examinaretur per eos, & rectius, quam ſi ipſe in propria perſona examinaret eumdem.

Scit etiam & vidit multos confirmari in Alemannia, & in aliis multis partibus, qui forſan non ita ſufficientes reputantur, ſicut idem Philippus: etiam credit quod & hoc ſciat veſtra dominatio, & etiam domini cardinales, & per hoc apparet, quod circa hæc etiam poteſt dici, quia defectus, ſi quis eſſet notorius, non foret ſibi imputandus; & quia, quantum ad confirmationem prædictam, nec malitioſus, nec negligens reperitur. Ideo etiam, & proponit idem electus, quod ſi de his, quæ conſiſtunt in facto, & in hac vel alia cedula, quam ſanctitati veſtræ fecit præſentari, continentur, ſunt aliqua, de quibus dubitatis in aliquo; ex quo determinari ſibi feceritis, quid ſit illud, paratus eſt ei, & offert ſe eſſe paratum de omnibus & ſingulis, quæ in facto conſiſtunt, per legitimas probationes fidem facere infra dilationem congruam, ſibi ſuper hoc aſſignandam.

Proteſtatur dictus electus Treverenſis, quod ipſe non credit, nec ſcit ſe aliqua excommunicationis ſententia fore ligatum; & ſpecialiter proteſtatur, quod non credit ſe aliquam excommunicationem incurriſſe occaſione telonei de Confluentia, cum ipſe nullum teloneum de novo impoſuerit, & ſit notorium, quod prædeceſſor ſuus hujuſmodi teloneum percipere conſuevit in loco prædicto, & in hac poſſeſſione, vel quaſi percipiendi hujus telonei invenerit eccleſiam Treverenſem: ex abundanti tamen, & ad majorem cautelam hujuſmodi litteras exhibet, & proteſtatur quod adhuc habet alias litteras in Alemannia ſuper abſolutione hujuſmodi, quas infra dilationem competentem paratus eſt exhibere.

DXXXVI.

1267. ## Refutationes reſponſionum & excuſationum Henrici Electi Trevirenſis.

Martene Coll. ampl. T. IV. p. 486.

Timui ego quod nudus eſſem, & abſcondi me . . . Et poſt pauca, Adam maligna ejus excuſatione repulſa, a Deo de paradyſo juſtiſſime eſt ejectus, factus miſer.

Primo contra timidam proteſtationem electi Trevirenſis, cujus ſcelera pene totus orbis undique ad ſedem confluens apoſtolicam agnovit, in quæſtione prima ſcelus retulit, & deinde contra excuſationes ſuas videatur, & divinæ ſe conformant . . . ſententia ſubſequetur.

Quia de perpetratis in curia diffamatio canonica expectetur abſentium, aut ſuper evidentibus vel incidentibus, ſeu variationibus in judicio factis, abſque delatore novo minime proceditur; & in alio judicio, etiam civiliter intentato, crimine qualicunque manifeſtato, major judex punire non debeat, nec dubitant, qui proponunt, nec inſiſtunt, nec dubitandum eſt, quod evangelicus homo recedat ab evangelica & canonica veritate.

De modo autem procedendi ceſſante non dilatoria, cum, pluries datis articulis poſt juramentum de plena & mera veritate dicenda, & confeſſiones, & rei evidentiam, & præſumptio-

DXXXVI.

ptiones, teſtes & inſtrumenta, & alios proceſſus legitimos, non reſtet niſi ſententia definitiva proferenda ſive depoſitionis, ſive amotionis aut repulſionis a pallio, quod bene providebit modeſtia judicantis; nec reputabit inimicos, qui odio peccata habent, non hominem, qui de inſolentiis non corripuit aliquem canonicum Trevirenſem, in quos conſtat eum jurisdictionem aliquam habere, ſuperfluum eſt curare. Sed quia invitus juravit & reſpondit, plane credendum eſt: tamen judicium redditur in invitum, & timor, in quem quis ex propria culpa incidit, non excuſat, & multo minus timor judicis, qui percutiens non intendit lædere, ſed ſanare. Sane quoad excuſationes electi, dicit Auguſtinus, quod homo tegit, Deus detegit, qui non ſinit in terra ſuum ſanguinem operiri, verificatur de occultis: de manifeſtis vero, non poteſt abſcondi civitas, quæ poſita eſt ſuper montem.

Ecce enim, quod de abbate S. Mathiæ dicit electus, & occultare ſacrilegium ſuum putat, per hoc quod ait, quod paratus eſt ad liberandum ipſum in partes illas perſonaliter procedere, & exercere contra detentores brachium ſæculare, ſi hoc ſibi duxeritis injungendum, quod hactenus ſe in eos non exercuiſſe confitetur. Item quod gardiano Minorum, & priori Prædicatorum & officiali ſuo mandavit, ut ſub pœna privationis feodorum, &c. denuntiarent excommunicatos captivatores, nec aliud fecit. Ex his quatuor quadruplex apparet ejus malitia & culpa; cum enim affectat reditum, quem & publice ſemper requiſivit, in magno ſe ponit periculo, qui dicit, quod repatriare velit, ac pro uno monacho laborare: ac ſi dicat: Faciam mala, ut eveniant nobis bona: immo, ut quod legitur Job 12. *deridetur juſti ſimplicitas*, in vobis & veſtris minimis impleatur. Veraciter conſtat his verbis eum veſtram deridere evidentius puritatem, & innuere manifeſte, quod quia hic detinetur, & abbas debeat illic detineri.

Ad ſecundum quod ait, ſe exercere brachium ſæculare, ſi ei duxeritis injungendum; per conſequens dicit, & patet ſe non exercere, ſi ſibi non duxeritis injungendum, ſed cum a jure veſtrum brachium habeat ſpecialiter ille locus, XV. quæſt. VI. *Auctoritatem*, non ſolum ſuperfluum, ſed malignum, & hoc culpabile eſt, quod jure communi conceditur, nolendo velle precibus, immo ſine precibus, impetrare.

Ad tertium quod ait, quod hactenus non exercuit, patet ejus & negligentia & culpa; quia poterat & debebat omnibus viribus ſine mora ad liberationem ipſius laborare; & ratihabitio, quæ ſecundum canones locum habet, etſi non eſſet ejus nomine perpetratum, ut notat extra de reſtit. ſpol. *Cum ad ſedem* circa finem, tacita ex ore ſuo eluceſcit, XVI. quæſt. VI. §. *Is autem*. Extravag. de ſe . . . ex parte.

Ad quartum, quod ait: ſe illud tantillum, ſcilicet comminationem cujusdam pœnæ & denuntiationem excommunicationis, propter quam quis amplius non ligatur, mandaſſe per nuntios, & non dicit, quod per literas, quæ nec apparent, gardiano &c. detegitur etiam dolus ejus, quia mandando verbotenus, immo ſicut videatur eum id feciſſe ſic mandando, potiùs deberet reprehenſionem incurrere, qui ſine ſcripto excommunicatos nuntiari & interdici mandabat, & verbotenus privilegiatis, idem eſt, ac ſi non mandaſſet, etſi negavit, quod demandaſſet. §. Qui ſatisdo. ca. *ſi fidejuſſo &c.*

Item ejus prævaricatio contemtus eſt apoſtolici præcepti. Cum enim in feſto B. Agnetis, fuit annus, eidem electo præceperitis & indixeritis viva voce, ut infra duos menſes abbatem vivum vel mortuum vobis in curia præſentaret, & ipſe terminum illum duxerit acceptandum; nam cum primo, requiſito quot eſſent dietæ, præcepiſſetis ei, quod infra ſex ſeptimanas vobis eum redderet, archiepiſcopus Terragonenſis, qui tunc præſens erat, obtinuit, ut ad id faciendum ſibi concederetis duos menſes, non eſt tam fera ejus excuſatio admittenda. Extr. de re judic. *Quod ad conſultationem*.

Item cum electus propoſuerit in ſcriptis, & adhuc proponat coram vobis, quia dominus Boemundus erat ſuus capitalis inimicus, ac per hoc proceſſum habitum curiæ contra eum per fratres Minores ejus conſanguineos; ex hoc de inimicitiis ſuſpectos, procuraverit revocari, nec contra ſe recipiat electus, quod abbatis S. Mathiæ, avunculi ipſius domini Boemundi, etiam eſt & præſumitur inimicus, pro-

DXXXVI.

propter quod ſoper hoc ei noo eſt credendum in æternum, quantumcunque vocem ſubmittat, quin procuraverit eum capi, vel in ſuo caſtro ſaciat aut diſſimulet detineri.

Item in capite ejusdem abbatis electus eſt capitalis inimicus; ejecit enim eum & ſuum conventum de ſuo monaſterio proditionaliter, & intruſit alium in iocum ipſius, ſicut patet per litteras domini Urbani papæ & proceſſus earum & rationes electi, ubi dicit: Theodorici abbatis S. Mathiæ: ... ſi enim ſcriptura notat Deum diſigere Moyſen, quia eum vocaverit ex nomine, econverſo notum eſt illum oon diligi, cujus nomen injurioſe ſupprimitur, & nomen præcipuæ dignitatis.

Item electus combuſſit curtes ejus, & ioterfectus ſuit quidam monachus apud S. Mathiam per ſamulum electi ipſo præſente, ſicut patet per inquiſitiooem revocatam.

Item idem abbas detioetur in caſtro electi, Turoni ſcilicet, per Dietardum de Paſſeodorf, cui electus matrimonialiter copulavit neptem ſuam, ſororem Gerardi de *Libenges*, quam & matrem ejusdem Dietardi nuper mandavit per ſuas, quas habetis, litteras ſalutari & confortari.

Illud ergo caſtrum de Turon, quod Arnoldus archiepiſcopus duci Bavariæ juſte abſtulit, nullum habet habitatorem, niſi familiam illius, qui eſt pro tempore archiepiſcopus Trevirenſis. Attendatur igitur, ſi receptator eſt ſacrilegorum, etiam ut ſacrilegus puniendus. ff. de recept. L. 1. & 2. ... De ſacrilegio Magiſtri C. quia idem reſpondet, quod de abbate, idem ex præmiſſis tribus rationibus concluditur contra eum. Etiam ex hoc quod brevitatem temporis allegat, ſcilicet, quod hactenus non potuit ejus liberationem procuraſſe, deprehenditur ejus malitia. Cum enim fuerit captus in craſtino animarum, & in Confluentia, ubi ſe temporale & ſpirituale dominium ln ſecuodis litteris domini H. confitetur habere, quæ quidem Confluentia a curia ultra 20. dietas non diſtat; qua fronte dicit, quod propter brevitatem temporis noo potuit procurare, ſed nec * primum introitum præparavit. Quid autem audita captivitate ejus captivatoribus & pluribus aliis de Cooflueotia mandaverit, apparet per litteras, quas habetis, quibus mandabat cauſam ſuam nunc eſſe in meliori ſtatu, quam unquam antea extitiſſet.

* al. prævium.

Item in utriusque oominatione, ſicut de abbate prædictum eſt, poſſunt inimicitiæ deprehendi, cum etiam cunctos, qui oon ſunt ejus ſautores, electus reputet & nominet inimicos.

Quod autem ait, quod eo invito officiatus eſt in Confluentia, obviat quod confitetur, conductum ibidem ſe actualiter recipere, & ſe temporalem ſimulque ſpiritualem loci illius eſſe dominum eſt confeſſus, in quo ſunt tria millia loricatorum, & multa alia millia armatorum, duæ eccleſiæ magnæ collegiatæ canonicorum, conventus Prædicatorum & Minorum, abbatiæ, hoſpitale ſolemne, domus Theotonicæ, duo caſtra ſua, unum interius, & aliud ſupra oppidnm. Quomodo veriſimile igitur eſt, quod officiatus ſit per violentiam, quam nec exprimit. Si invito; in hoc ſonat, id eſt, petiſſet, & de manu ejus reciperet hic conductum; aut ſi invito ſonat, id eſt quandam noluntatē, non proficit, cum ad actum nō proceſſerit reſiſtendi; & ſibi imputet, qui talem præſecit ad tales, ut dicit, reditus colligendos, cum ſioe oova deditione etiam antiquitus aut ignoranter teneatur de delicto ſuæ familiæ publican. ff. de public. rec. lib. prim. 1. reſp. in fine.

De Dietardo autem affini ſuo, qui pauper eſt & impotens, qui in corde archiepiſcopatus caſtrum illud Turoo, quod fortiſſimum eſt de Alemannia, violenter occupaverit, &c. ut in primo articulo fortius, quod in affini, & cum aliis præſumptionibus, quæ ſuperius ſunt expreſſæ. Sed etiam abuſio, nec poteſt dici qood eo invito, cum ipſe ſibi commiſerit caſtrum ipſum, prout apud Peruſium cotam vobis eſt confeſſus, invito nihilominus, quandoque conſertur, & offertur, nec excuſatur. XLV. diſtinct. *Et qui emendat.* Et LVI. diſtinct. *Si evangelica* XV. quæſt. 1. *Meritò.*

De facto domini Philippi facti qualitas malitiam electi non ſinit occultari. Dicit enim electus, quod ipſe examinavit negotium electionis, & ne propter vacationem diutinam Meteoſis eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus pateretur detrimentum, impeditus trinam examinationem perſonæ tribus hominibus exquiſitis, ſcilicet de tribus provinciis commiſit, ut dicit; de Colonienſi diœceſi præpoſito *Deiſſay*, diſtanti a Trevirenſi ultra quatuor dietas; de diœceſi Trevirenſi præ-

poſito

Digitized by Google

DXXXVI.

poſito S. Caſtoris in Confluentia, diſtanti ultra duas dietas; de diœceſi Maguntina illi Argentinenſi, diſtanti ultra tres dietas, ut ultimus a primo ad ſeptem dietas (diſtaret,) ne poſtmodum cum Metenſem devoraſtent eccleſiam, poſſent iſti tres vultures convenire ac dicere ſuper hoc veritatem; & ipſemet electus, ut dicit, electionem ejusmodi confirmavit. Sed cum examinatio perſonæ fiat quaſi in momento, quomodo propter tantam morulam Metenſis perire debebat eccleſia? Et quomodo qui potuit vacare examinationi negotii totius, etiam & confirmationi illi modico tempore vacare non potuit? Aut ſi forſitan ad horam alicubi declinaverat, non potuit in tanto articulo expectare? Dolum ſiquidem ex perſpicuis indiciis probari oportet. Quin etiam, ne conjecturis opus ſit, electus dolum ſuum dilucide confitetur. Dicit enim quod commiſit, ut ſe exoneraret, & Philippum, cujus onus, juxta legem Chriſti, porta redebuerat, oneraret, quid apertius dici poteſt? Extra de off. del. *Paſtoralis.*

Inſuper præpoſitus *Deiſſey* conſanguineus electi, qui nondum erat in clericum tonſuratus, particeps criminis ſimoniæ Metenſis, in proſecutione cauſæ deceſſit apud Urbem-veterem; & præpoſitus S. Caſtoris in Confluentia erat electo ad ratiocinia obligatus, propter quod de patria modo fugit; iſtique duo ſine diſpenſatione habebant quatuordecim eccleſias cum cura animarum, quæ poſſent, ſi neceſſe eſſet, cum calculo numerari. Officialitas autem Argentinenſis non datur aliquoties litteratis, & omnes erant notorij idiotæ, quod patet, quia dicit electus, quod juriſperitos ſecum ſumpſerant, & addit alios, id eſt, penitus alienos prætendit; quodque in Alemannia etiam in culminibus dignitatum deteriores Philippo ſint quamplures de conſuetudine, ſicut dicit, prædictos tres vero nominat, vel quia non ſunt in rerum natura, vel quia non poſſent de facili reperiri.

Item ſi dictus Philippus duodecim annis, quibus iſte electus ſuit Metenſis decanus, hic ſubdecanus, magis quoque ſcite debuit inſufficientiam Philippi, qui cum ſimplex canonicus in ſcholis ſtuduit, videtur modicum profeciſſe. Examinationem reliqua noo excluduot.

Item quando fecit eum, ſicut aſſerit conſecrari, ſaltem examinare eum debuit. L. *Notum* XXIII. diſt. quæſt. Epiſc. ubi de hoc.

Item cum dicat, eum examinandum non fuiſſe, ſicut credit, prout in veritate in confirmatione non erat examinandus, quia notus; ſed in limine repellendus, poſtquam malitioſe examinationem ſe commiſiſſe confitetur; & hoc eſt, quod dicit, quia exonerare ſe volebat. Præterea de cauſa, quæ ad eum aliquatenus non ſpectabat, ut patet per definitivam ſententiam domini Urbani, ſe ſcienter & ſubdole intromiſit; propter quod ei, ſicut dicit, crimina ſunt etiam fortuita imputanda; & ſine hoc non excuſatur de facto examinantium, præcipue exterorum, & ille præcipue, qui noverat eum talem, ac ex conſuetudine, quam prætendit, patet quam ſit pœnitens, & quid in caſu ſimili attentaret. Dici etiam poteſt ſecundum magiſtrum Remundum, quod metropolitanus non poteſt examinationem delegare. Art. qui dicitur *de dolis a principe.* Extra. de off. jud. del.

De teloneo vero & conductu, & duabus litteris domini Hugonis, & una prioris Prædicatorum Treverenſiũ, quæ appatet, & alia, quæ non apparet, ſed ponatur; primo conſiderandũ eſt, quod narratio, quam facit electus in cedulis, & illa, quam facit in litteris, nec non ipſæ litteræ ad invicem ſibi contradicunt. Fabricat enim in cedulis, qnod anteceſſores ſui teloneum & conductum pacifice poſſidebant, & quod de conſilio domini Hugonis teloneum recipere prætermiſit. In prima vero littera domini Hugonis aſſerit ſe electus violatorem fidei, perjurum, & novi telonei receptorem, vel ſaltem alterius iſtorum. Si forte hæc disjunctio *aut* non reſolvitur in conjunctam, quæ in hoc caſu videtur potius reſolvenda, hac in utraque littera non conſilii ſed neceſſitatis verba continentur expreſſe, & hoc factum prioris ſubſequens manifeſtat. Mandavit enim dominus Hugo, qui plene de illo teloneo, tamquam qui fuerat legatus in Alemannia, noverat, ut non prius relaxaretur ſententia, quam teloneum reſignaſſet; poſt quam reſignationem prior Prædicatorum abſolvit eundem; & ſic poſtquam dimiſit teloneum, non de conſilij libertate, ſed de mandati & facti a priore excuſatione. Item

DXXXVI.

Item in cedula dicitur, qood dubitabat, utrum licitum eſſet teloneum. In prima littera dicit, ſe certum, quod erat illicitum, quia novom, etiamſi juris ignarus, & de irregularitate, quam propter ſeotentiam incurrerat, aut de humanis excommunicationibus forſitan dubitaſſet. Nec enim verbum *dubitat*, quod eſt io ipſa littera, refertur niſi ad illa, qoæ regit tranſitive, ibi ſcilicet dubitet ſe incurriſſe maculam irregularitatis &c. Sed de violatione fidei, perjurio, & rapina telonei nullatenus dubitabat, oec poterat dubitare, unde illa disjunctio *aut* electi crimina oon disjungit, ſed ad facta refertur potius aliena; ſed ſi dicatur, quod de his etiam dubitabat, hoc erat, ne de his puniretur in hoc judicio, cum ante menſem emanaſſet inquiſitio ſuper his contra ipſum, & de hoc illam cautelam tam ipſe, quam favens ſibi pœnitentiarius etiam hoc ſciens, quia de fratrum conſilio mandabatur inquiri, credidit præcavere, & iſta dubitatio ex proteſtatione electi, qua ſe timere vos dicit, & is ſenſus patet ex concluſiooe litterarum domini Hugonis, & uſu earum. Non enim mandabatur, ut dimitterentur crimina ad cautelam, quaſi bonarum eſſet mentium ibi dubitare, &c. aut qood relaxarentur ſententiæ ad cautelam, licet prior Prædicatorum hoc fecerit, mandati fines improvidus excedendo: propter quod etiam primi inquiſitores mandatum receperant, quod ex determinatione cauſæ per primos ioquiſitores ſatis patet; ſed & primarum litterarum domini Hugonis prædictus intellectus per ſecundas litteras ejusdem domini Hugonis comprobatur. Nam detur quod vult: vel recidivaverat in teloneum, propter quod ſecundas impetravit litteras, & quod recidivaverit, patet per ioquiſitionem Warmacienſis epiſcopi & collegarum ſuorum ante ſecundam litteram domini Hugonis expeditam, qua dicit, quod teloneum dimiſerat, & erat per dominum Hugonem abſolutus, & ſic reatum perjurii incurrit, cum in forma eccleſiæ per priorem abſolutum ſe aſſerat per primas litteras ad cautelam, quæ abſolutio ſine juramento ooo procedit. Extra de ſent. excom. *Venerabili*; cui quid injunxit per juramentum patet per eaſdem litteras ubi ſubjungitur: cum conſtet quia mandaſtis; & idem patet per primam inquiſitionem remiſſam, qua uſus eſt, &c. Vel oon recidivaverat, ſed quod in primis litteris aſſeruerat, in dubium deducere voluit in ſecundis: ſimili variatione utens, ubi loquitur de conductu, quem ſimpliciter & pure primo confeſſus, in dubium nunc reducit, quæ qualiter ſibi mutuo adverſentur, poteſt quilibet intueri, nec dubitandi verbum aut cautela poteſt aliter intelligi, quam ſuperius eſt expreſſum. In his enim, quæ per ſe mala ſunt, mentem in diverſa rapi diabolica eſt tentatio, nec de factis ſuis maxime recentibus poterat dubitare, & in dubio, debebat etiam in alio homine excommunicationem evitare, licet etiam poſtquam dubitavit, ut dicit, recidivavit in hunc morbum: immo etiam, poſtquam teloneum abjuravit & dimiſit. Quod autem ſententia lata fuerit pro manifeſta offenſa, apparet per utramque litteram Hugonis, quia, ſicut dictum eſt, ante relationem mandabatur teloneum reſignari; & per factum prioris Prædicatorum, quo ait: cum conſtet &c. Nam in offenſa dubia aliter caveretur. Extra de verb. ſig. *Ex parte*. Et qoalitercunqoe ab excommunicatione fuerit abſolotus, ſatisfactionem de præterito non impendit, nec prætendit. Remanſit ergo proditio etiam in mora, quid de talibus? Extr. de pœnis. *Tua* XIV. quæſt. V. *Pœnale*.

Poſtremo ſciendum eſt, quod neutræ ſibi proſint litteræ nec proceſſus, quin ut fingat eum qualemcunque vult, placeat indicanti. Primæ litteræ domini Hugoois non valent in hoc jodicio, valeant autem impetranti, juxta menſuram ſuæ fidei, in externo. Emanavit enim inquiſitio contra eum ſuper his criminibus & aliis primo anno domini Urbani, decimo kalend. Decembris, & prima littera domini Hugonis duodecimo kalend. Januarii poſt ſequentis, de hac non faciens mentionem. Extra de officio leg. *ſtuduiſti*. ſ. præſentatio & textum. Secunda vero littera domini Hugonis primæ derogans, quoad utilitatem electi, non quoad damnum, poſtqoam jam erat prima inquiſitio per Warmacienſem epiſcopum & collegas ſuos, præſente electo & procurante, totaliter expedita & remiſſa; quæ expedita ſiquidem fuit feria tertia poſt aſcenſionem Domini, & ea electus uſus eſt in Peruſio coram vobis, quid magis con-

DXXXVI.

contrarium ? quid magis Imputandum, quam de tribus his ſcriptutis ab eadem parte ptoductis, duabus ſcilicet domini Hugonis cum ſuis proceſſibus & remiſſione dicti Warmacienſis epiſcopi & ſuorum collegarum ? & hæc ſecunda littera domini Hugonis. fuit data poſt hæc, ſcilicet ſecundo kalendas Junij.

Item utriusque litteræ domini Hugonis forma eſt contra jus manifeſte ; non enim ſufficit reſignare teloneum, niſi ſatisfaciat de ablatis. Extr. de ſent. exc. *Soler.* ibi non ante relaxetut ſententia, quam ſufficiens &c. & abſolntio injuſta, nam ſi. Extr. de offic. jnd. ord. *Ex parte.* ubi de hoc. Ibi ſcilicet qualiter abſolutus. Sed etiam poſito, quod ſit abſulutus ab excommunicatione, non tamen a crimine, pro quo fuit excommunicatus, quia non emendavit, etiamſi deſtitit ; nec abſolvendi ab ipſo prior aliquid habuit in mandatis : non ſulum enim qui tecipit, ſed qui recepit, lege notatut. Mandavit inſupet dominus Urbanus electum denuntiari excommunicatum pet magiſtrum Conradum plebanum S. Mariæ in Confluentia, aliqua abſolutione, quæ auctoritate ſua non proceſſerat, non obſtante ; hanc clauſulam intelligens cauſative, id eſt, quia non proceſſerat. Extra de verbor. ſignif. *Abbate.* Cum littera domini Hugonis contra jus & contra factum inquiſitionis, & contra formam litterarum dominl Urbani, qnibus, donec ſatisfeciſſet de teloneo, mandabatur excommunicatus nuntiari, & hoc tacito, obtenta non ptæſumatur de propria conſcientia emanaſſe.

De conductu vero, quod confitetut in te, reſponderi poteſt, quod ſicut damnatut novum teloneum, ſic pedagium vel conductus, quocunque nomine conſeatur : qnod autem ait, etiam falſo, duplici contritione ſolere conteri terram illam, & telonei & conductus, prima eſt telonei conditio, quod, qui teloneum recipiunt, debent ob hoc conducere ſolventes, ut probatur in auth. de mand. ptinc. cap. *Oportet.* Etiam expreſſum XXIII. quæſt. VIII. *Tributum.* Nec excuſat de conductu quantitas quam prætendit, cum major ſit offenſa inclinari tentatione minima, quam majori, & qui in modicn infidelis eſt, etiam infidelis eſt in majori. Luc. XV. Veriſſimum tamen eſt, quod conductum ſuper teloneum duplicavit. Abſolutionem fratris Martini ad debita cameræ reſtringi per concluſionem & teſtrictionem pes ſe patet.

De his, qnæ contra inſtrumentum conditione ſcilicet & alias prætendit, etiam, quod ſi principale non tenet, etiam acceſſorium non tenebit. Quod obſervatur In acceſſoriis, quæ per ſe ſtare non poſſunt, ſecus in aliis, ut XX. quæſtione tertia *Conſitnit.* Et fortius in illis, quæ neque per ſe, neque cum aliquo poſſunt conſiſtere principali, ſicnt eſt in peccatis ; conſideretur quam falſo & vatie & contradictorie loquitur in hac parte. Ait enim, quod ſimulatus fuit contractus ; & poſtea ſubjungit, qnod titulo donationis illam pecuniam promiſit alteri, & ſe ad donandum alteti & ſolvendum mercatoribus obligavit, non quidem retinendam pet mercatores, ſed alteri dandam per mercatores, & pro electo. Si igitut alteri pro ipſo mutnari voluit, & mandavit, numquid ſibi mutuatum pleuins intellexit ? C. *de duobus reis.* L. *ſi propter mutuam.* ubi eſt caſus : voluitne de alterins corio tam longam corrigiam elatgiri, cum in ſimili caſu rei donatio non valeat alienæ. C. de don. L. *ſi facultates.* Sed etſi petebatur ab ipſo, qui ſolvere curaverat ex cauſa mutui, & ipſe mutuum inficians, confitetur juraſſe, id eſt, ſe ſoluturum, non ex cauſa mandati vel donationis, numquid ex ſua confeſſione de perjurio plane liquet ? nec inquiritur ſuper hoc perjurio contra eum : ſed pet ſe patet nemine requirente, nec ſuper hoc articulo alibi quid dependet : Nonne ſunt hæc ſimulationi vel dolo contraria ? præcipue cum in alio judicio ſit deciſum ; quod exceptioni doli & non nnmeratæ pecuniæ, quoad perſonam ſuam de cetero non ſit locus, etiam mitum eſt, quod contra juramentum audet hoc iterum tefricare, niſi quia eſt perjurii dulcis panis.

Item cum juſtam cauſam debiti ſeu donationis exptimat, de non numerata pecunia nunc non eſt mœrendum. C. *de non numerata pecunia.* L. *Adverſus.*

Item variavit hic multipliciter, & dejeravit, Primo apud Peruſium juratus vobis totaliter denegavit, & ſtatim convictus pet inſtrumentum confeſſus pure eſt, verum eſſe, ſcilicet ſe ſolviſſe. Poſtmodum in ſimili judicio coram camerario juratus confeſſus

eſt

DXXXVI.

eſt contenta in inſtrumento, ſed adjecit, non pure; & deinde coram magiſtro B. conditionem tam ſine cauſa, quam impoſſibilem a jure, ac turpiſſimam declaravit, de qua alibi grandis ſermo & interpretabilis. Contradictoria nunc loquitur, cum ait cauſa donationis obligatus, & poſtmodum conditionem talem exprimit quaſi veram jurisdictionem, & contractum innominatum oſtendit. ff. de donation. L. Hoc *jure.* §. *Labeo.* Licet enim ſub conditione poſſet fieri donatio, puta tali, quæ dependet ab inſidiis fortunæ, vel alia, quæ poſſit ad utrumlibet ſe habere; ubi tamen talis exprimitur conditio, quæ naturæ donationis contradicit, hæc ſibi adinvicem mutuo adverſantur, ut in dicta lege, unde ab inſtrumento non cancellato, &c. Ex iis contradictoriis allegatis & juri incognitis, etiam non eſt aliquatenus recedendum. Sed &, ſicut dicit, veſtra conſcientia poteſt eſſe ſuper his plenius informata. Non autem ut ſit adeo ſuſpectum mutuum ſicut donum tam immenſum, & tam recens per octo dierum ſpatium curiæ attentatum.

De adinventa vero ſtipulatione ſine cauſa ſimiliter attendatur. Quæ enim cauſa eſt, cur mercatores, qui lucra ſectantur, non ſolum jactarent ſexcentas marcas, ſed donec electus obtineret a tertio XII. millia marcarum indebita, non tantum differrent ſua repetere, ſed remitterent debitum? hæc eſt leonina ſocietas, ut mercatores, quos confitetur pro ſe illi tertio promiſiſſe, omnia damna ſubirent, tam electus, quam ille tertius omnia lucrarentur. Poſt hæc videatur modus, qui ſine rubore prætenditur, ſcilicet negotiationis uſurariæ cupiditatis, & alterius ſemen doloris, qui ſe dat intelligere, quamvis non aliter exprimatur; & tam turpia ſunt, quod nunc nec contra ſe audiendus eſt, imo graviter puniendus. Ultimo conſideretur de pignore adjecto, qualiscunque fuerit ille contractus: nemo enim dubitat quin ſpiritualia, vel in pura, vel in conditionali ſtipulatione deducere in pactionem, vel in cautionem, ſpeciem habeat ſimoniæ. Extr. de pact. c. ult. de ſimili conditione habetur Extr. *de rerum permut.* cap. ult. Nam & ubi eſt conditio, ſive contractus per conditionem reſolvitur, ſæpius eſt uſura. Extr. de pignor. *Illo.* Imo conditio exprimit ſimoniam. Extr. de Simonia *Cum eſſent.* 1. quæſt. n. *ſicut Epiſcopum.* Etſi ſimonia ibidem alias non eſſet, propter conditionem erit, ſolaque ſpecies ſtipulationis conditionalis faciet ſimoniacum ſicut uſurarium XIV. quæſt. 3. cap. 1. Nec prodeſt, ſi dicatur non juravit non petere pallium, & cetera propter illud, ſed propter aliud, quia ubi unum propter alterum, utrobique tantum; & probatur ob. per Aug. XV. quæſt. 1. Iterato præterea in conditionali debito ab initio poteſt intervenire pignus. ff. de proprio herede. Lib. quæſt. 1. prima reſponſio & ff. ex quibus capite *ipſos* & L. impoſitionem. Ubi de hoc. Sed ſiquis creditor pignore ejusmodi uteretur poſſet furtum committere. Inſt. de obligar. quæ ex delicto. §. *nos ſe itaque ſuus creditor.* Ergo in illo caſu ponamus ſic, in quo uti & non uti par eſſet delictum; ubi re obligata non utitur quis contra voluntatem domini, par erit pœna: ſed in ſimonia talis eſt caſus, qui ſit affirmative & negative. Extr. *de ſimonia.* Ergo non petere pallium & non recipere ordinem vel conſecrationem, quæ in cautione deducta ſunt, quantumcunque fuerit conditionale debitum, ſimonia eſt; & recipere, perjurium eſt; & ſola cautio ſimonia eſt, & uti non ex pactione. 1. quæſt. in. ſiquis. præbendas contra voluntatem domini * ſimonia eſt, ſicut & remittere ſimonia eſt. Ext. de reſtitutione. Neceſſitas & gratuitum dici non poteſt, ubi facta fuit obligatio etiam pignoris ff. ad Trebel. L. ſi legatur, & reſpondeo in fine. & ff. de verb. ſignif. L. horum. Eſt autem dominus hujusmodi pignoris Deus, cui ſic diſplicet, quod tales perſonaliter flagellavit, & ſi non eſſet aliud, niſi quod Deum fecit ſervum, ponendo eum & ſuam gratiam in pignore, criminoſus nimis eſſet. Iſaiæ XLIII. *Servire me feciſtis in peccatis veſtris.* I. Quæſt. *per eos.* Quicquid enim ſit de conditione reſolvenda, ab initio tenuit cum mala intentione, cum opere ſecuto, obligatio ſacramentorum. Nec poteſt dici, quod non fecerit pro pecunia, ut in prædicto canone, L. V. quæſt. I. *immerito.* De hujusmodi vero, cum ſint juris facti & notorii, probationes non recipiuntur. Et non poteſt dici factum in fraudem de contractu ad contractum, ubi uterque contractans tenere poterat. Nam eum mandati vel donationis obligatione teneri potuiſſet, non poteſt dici factum in fraudem, multa poſſent intervenire crimina, ut Ex. de donat.

* *retinere;*

DXXXVI.

uat. *Inter dilectos.* Nec valet, quod magnos nominat, ut referant, quod audierunt, cum non valeat teſtis de auditu; alii quos nominat, vel ſunt de ſua ſamilia, & turpes, ut Andreas, Henricus & Ludovicus, vel mortui, ut Joannes camerarius; vel actores, vel participes, ut etiam patet in dicto Henrico, quem nominat in conditione & in teſte, & de illo magno viro; & mercatores, qui jam per ſocium jurarunt, & conditionem negarunt, non ſunt in teſtes admittendi, niſi velit eis deferre juramentum. Sed eſto, quod juxta ſuum dictum donationem hujusmodi etiam ſub conditione valeat allegare, ut ſic inſtrumentum valeat impugnare, certiſſimum eſt, quod per teſtes quoscunque & quotcunque probare nequeat ipſum. Eſt enim hic unus de caſibus, qui probandus eſt per ſcripta, ex quo quingentos excedit ſolidos. ut cap. de donat. Lib. ple. in fine. Et ſic contra eum remanet illa lex, cap. de non un. parte generaliter & ſuis adinventionibus res concludit. Dominus ſit benedictus, & an pecunia numerata fuerit non intereſt donatoris, ut in prædicta lege *ſi propter.* Item concordare poſſunt inſtrumentum & donatio, & debent, Ex. de teſt. Item quicquid ſit, perjurus fuit ab initio, quia non juramenta, ſed perjuria, &c. non poteſt perjurium effugere.

Item juramentum ſalvare poterat reſignando. ff. de re jure qui petit. Inſuper conditionis propoſitæ fines ſibi ipſi contradicit. Cum enim dicit, quod ſatisfieret, & quoniam ſolveretur quod ad debitum retorquetur, & alibi, quia voluit dare, quod daretur, cum nihil deberetur. Item non tantum conditionem, ſed alium contractum allegat, ſcilicet donationis. Præterea cum dicat, quod pallium a domino petiit Alexandro, conſtat, quod in morte ejus non defecerat conditio, cui ſaltem tempus inerat, quod tanta ſumma indebita potuiſſet commode precari. Immo nunquam defecit conditio, ſiquæ fuit, quia duo millia marcarum, de quibus tangit conditio, habuit a rege Richardo, in quibus ſortem ſuam de ſexcentis marcis ſolvere plene poterat, & negotiari de reſiduo, ſicut ſolet. Nec deficiet forte conditio, donec poſſe deſinet adimpleri, nec prætenditur, quod certa die debuerit adimpleri, ſive fuerit numeratum, ſive ſimulatum, ſuper quo, quantum ad ſuam perſonam deciſum, ſive per novum doni ſui mandatum vel negotium geſtum, aut obligatio naturalis aut civilis; ſemper illa pactio turpiſſima intervenit & contractus donationis & mandati, qui confitetur contractum mutui, quod per inſtumentum probatur, aliquatenus non excludit. Immo quod donavit & ſolvi mandavit mutuo recepit. Et quicquid ſit de cauſa in libello mercatorum edita, confeſſus eſt iſte cauſam debiti, nec juramentum negat, immo totum inſtrumentum confeſſus eſt, adjiciens: non pure; credendum enim eſt ſibi, quod nec hoc nec aliud agit pure, ſed impure & immunde.

Item cum quatuor teſtes nominet ad probandam conditionem, quorum unus eſt mortuus, per tres alios, etiamſi eſſent idonei, nequit publicum reprobare inſtumentum ſuo ſigillo maxime roboratum, ut not. Ex. de fid. inſt. *Cum Johannes.* Item de pallio neglecto patet; nec ſufficit petiiſſe, niſi modum habuit in petendo, de quo loquitur can. C. di. *Priſca.* Quem modum ſe habuiſſe usque nunc non prætendit, niſi quod nunc dicit, quod inſtanter; & ideo deficiente modo nihil egit. Ex. de reſtit. ſpol. *Piſanis.* Quod autem modus ſibi defecerit, ex hoc patet, quod ipſe perſonaliter non petivit poſtquam venit, nec alter pro eo. Immo nec videtur ſibi placuiſſe, ſi in ejus abſentia ſit petitum. Item ſaltem ultima mora, qua a vobis non petiit pallium, ſibi nocere debet. ff. de p. L. ibidem. A ſingulis enim apoſtolicis debuit petere. art. 26. XII. quæſt. II. *Longinquitate & conſtanti fine.* Nec prodeſt, ſi dicat, quod propter inquiſitionem non petiit: uam ſive ſit in culpa, ut ff. ex quibus cauſ. L. *ſi cui* §. *tamdiu.* ff. *ſiquis.* Can. Lib. 2. §. *Siquis*, ſive in negligentia, ſubveniendum non eſt ei. Cum enim integer eſſet ſtatus ejus, maxime appellatione interjecta. ff. de injuſto un. vel in per tex. L. *Si quis exhæredato.* §. *ſed etſi decurione.* §. *ſi provocavit.* & VIII. Q. II. Nonne jus ſuum non debuit negligere? Inſuper petere potuiſſet antequam inciperetis inquirere contra eum, quia ad hoc habuit quinque menſes, nec debuit divinare utrum nolletis ſibi dare. Et Dominus vos conſervet, quia eandem excuſationem inveniret, quam de duobus veſtris prædeceſſoribus adinvenit, ſi offerret ei ſimilis ſe facultas. Sciendum etiam eſt,

quod

DXXXVI.

quod die lunæ poſt aſcenſionem Domini, modo ſunt duo anni, proceſſum factum revocaſtis. Præterea quicquid ſit, ſemper remanet ratio illius Can. c. diſtinct. *Quoniam.* & ſemper eſt in mora quantumcunque potuit petere, & a vobis non petiit, niſi nunc demum, quando redarguebatur, & ſententiam ſuper hoc expectabat. Et credendum eſt, quod juravit non petere, ut in ſordibus plus ſordeſcat.

Item cum in præſcriptionibus conſideretur ultima & immediata poſſeſſio, ut Ex. de cap. poteſt; & in hoc caſu, quo ſecundum illum canonem IV. diſt. *Quoniam.* propter negligentiam trium menſium præſcribitur contra metropolitanum, attendendum eſt de ultimo & immediato jure ad vos per hanc negligentiam devoluto. ff. de *di. & tempore* præſcribitur. L. *in uſucapione* & c. *ne de ſtatu* def. *ſi Mater.* cum ſicut protractum eſt, agere, hoc eſt, petere pallium potuiſſet, & in talibus præſcriptionibus canones ſunt pro titulis & bona fide. Ex. de conſuetis præbendis. *Nulla.* Ex. de. eb. *ne per defectum.* Apparet etiam, quod fortiter non petiit, nec anchoræ ſpei innixus fuit, qui tanto tempore tacuit, voſque hoc jus, per tropum loquendo, per biennium & amplius pacifice quaſi poſſediſtis nemine reclamante. Quis enim dubitat, ſi potuit petere a vobis ut debuit, & non petiit, quoniam neglexerit? aut quis majus tempus dabit ei in hac ultima negligentia, quam canon det in prima expreſſum? quod non C. de longi temp. præſcrip. L. I. Sed eſto quod duplicaretur ei tempus, quid prodeſſent ſex menſes, cum & major ſit præſentis negligentia, quam abſentis? Non prodeſt ei, quod ab anteceſſoribus petiit, ut dicit, ſi infra tempus non petiit a vobis per legem proxime dictam. In perſonalium autem præſcriptione non requiritur poſſeſſio. ff. de petit. hæred. L. & in fine. & negligentiam ſemeſtrem omnes doctores appellant præſcriptionem, ut notat Extra. de præſcript. cum non liceat etiam pro innocenti. *Ex tranſmiſſa.* Sed nec plus tenemini dare pallium poſt hujusmodi negligentiam ejus, quam ſi ei dediſſetis liberaliter, nam ſolutio & curſus temporis ſunt paria. ff. de adim. in fin. L. c. Videte ergo, ſi ſana conſcientia poteſtis denegare, immo ſi poteſtis dare. Nam ſi ſibi non debetur, & patet, quod non debetur; & datis ei, de novo creaſtis eum in archiepiſcopum, & de eo tenemini in diſtricto examine reſpondere.

Item quia nunquam celebraverit miſſam, etiam poſt moram pallii, & in ſtatu dubio ſe ingeſſit conſecrationibus, licet in primæ inquiſitionis litteris ſpecialiter fuiſſet articulus contra eum, ſed quia non obtento pallio ſe præſumebat archiepiſcopum nominare, & ad hoc conſuetudinem Alemanniæ allegavit, ſicut primi inquiſitores reſcripſerunt, quis poteſt illam opinionem non jus prætendere, quod proceſſerit tamquam epiſcopus, aut quod fuerit vocatus, cum etiam vocentur monachi ad miſſas principales & electi? Nec ſequitur, quod ob hoc debeant altaria conſecrari.

Diverſas quoque fecit reſponſiones, & verum non poteſt eſſe quod diſſonat, ut dicit Hyeronimus ſuper prologum Joſue, & de hoc non exceptatur accuſator. cap. de teſtibus. *Ullum.*

Poſtremo omnes excuſationes etiam juſtas, ſicut dictum eſt, amputat decretalis Ex. de Accuſ. *cum dilecti.* Ex præmiſſis igitur colligitur, quod ille tam de abbate S. Mathiæ Trevirenſi, quam de magiſtro Conrado capellano veſtro ſacrilegus diriſorie dicit, quod in terram ſuam paratus eſt ire, & ad liberationem utriusque tam pro viribus laborare.

Item quod brachium ſæculare, quod habet a jure, malitioſe dicit, quod non exercebit niſi ſibi præcipiatis; & quod hactenus non exercuit, nec ad liberationem ſibi ad certum terminum indictum quidquam fecit, niſi quod commutationem cujusdam pœnæ temporalis, & denuntiationem excommunicationis jam latæ a can. ex qua quis amplius non ligatur, quibusdam privilegiariis & officiali ſuo commiſit, ut dicit, qui officialis merito propter dictum eſt ſuſpectus, cum abbatis pro nepote ſuo domino Boemundo electus, juxta propriam allegationem præſumptus, etiam quia privavit eundem abbatem & alium intruſit in abbatiam proditionaliter, verus ſit capitalis inimicus. Quin etiam patet, quod non vult eum abbatem nominare, & quia in ſuo caſtro, & per ſuum vaſallum detinuit, quod patet, ubi ſe mandaſſe dicit, quod privaretur feudis, ſed per Dietardum ſuum affinem detinetur, cujus matrem & uxorem nuper per ſuas litteras ſalutabat, & etiam confortabat.

DXXXVI.

De magiſtro C. vero, quia electus temporalem & ſpiritualem in Confluentia ſe dominum confitetur; ubi cum oppido fortiſſimo duo habet caſtra munitiſſima, unum infra oppidum; aliud ſupra, in quibus ambobus detentus eſt ſucceſſive; nec mora poteſt excuſari de loco illo ad XX. dietas hinc remoto, & ratihabitio tacita locum habet, & ſpecialiter in publicano, etiamſi ejus nomine non ſit actum, inimicosque capitales omnes adverſarios ſuos electus reputat, & conſtat, quod in curia ipſum excommunicatum pro novo teloneo nuntiavit. Ex tribus quoque dictis cauſis aliis de abbate idem penitus eſt cenſendum, nec prodeſt nec præſumitur, quod hæc facta ſint eo invito, quod etiam patet ex iis, quæ contra hoc fecit; quia minus quam tria nihil.

Item de facto domini Philippi patet, quodſi commiſit examinationem, malitioſe commiſit, cum totum reſiduum examinaverit, & ipſe confitetur, quod per dolum fecit, ſed ut ſe exoneraret, & Philippum oneraret, & quia ipſe, qui fuerat ejus decanus, ſcire præſumitur ejus inſufficientiam, & quia ipſe eum quantumcunque notum, & ob hoc in confirmatione non examinandum, ſed in limine repellendum, in conſecratione debuit examinare. Quanquam tenetur defacto examinatorum, præcipue exterorum, ac conſuetudo, quam de præficiendis deterioribus Philippo prætendit, docet quoniam ſit pœnitens, & quid in caſu ſimili veſtra conſcientia de eo exoptaret, nec potuit committere ſcilicet fratrem Remundum.

Item de facto telonei & conductus, quia novum teloneum recepiſſe eſt confeſſus, nec de hoc peccato abſolutionem prætendit, quia nec de hoc domini Hugonis faciunt litteræ mentionem, quin etiam contra jus ſunt obtentæ, licet de excommunicatione propter hoc lata bis varie & contradictorie, ac præter formam mandati abſolutum ſe prætendat, & poſt inquiſitionem de fratrum conſilio emiſſam, prima littera domini Hugonis, & poſt eam expeditam & remiſſam ſecunda littera ipſius domini Hugonis recidivationem in teloneum & perjurium denotans eſt uſus ejus. Inſuper relationi inquiſitorum, qua uſus eſt electus, obvians, ejusdem domini Hugonis eadem littera ſecunda emanavit, & quod cedulæ & litteræ adinvicem adverſantur, & in prima littera domini Hugonis confitetur ſe violatorem fidei & perjurum pro novo teloneo, quin prædonem & irregularem, quod idem eſt teloneum, quod guidagium vel conductus; nec refert, immo plus aggravat inclinari minori tentatione quam majori. Nec de facto ſuo recenti maxime poteſt aliquis, quin perpetraverit, dubitare.

In his verò, quæ per ſe mala ſunt, mentem in diverſa rapi non excuſat; nec illa disjunctio *aut* refertur ad electi crimina, ſed ad ſententias alienas. Et falſa pietas, quam habet, quia Trevirenſis eccleſia non percipit teloneum, ſicut alii, conſonat quibusdam Pariſienſibus perſonis, quæ bonas cappas clericorum, non eorum abſentiam lacrymantur.

Item perjurus apparet, quia ibi dicit, quod vel fecit pro liberatione abbatis, ubi quod & alibi dicit, quod, ut ſcivit & potuit, ut liberetur, dedit operam efficacem.

Item quod de facto inſtrumenti & confeſſionis, quod exceptione non numeratæ pecuniæ, vel doli, ſeu ſimulationis contra inſtrumentum proponendo, cum de hoc ſit deciſum quoad perſonam ejus, perjurus apparet manifeſte.

Item conditio donationis, quam confitetur, & ipſa conditio in ſe ipſa ſibi contradicit, & venditionem vel contractum innominatum exprimit, qui nihilominus in ſe turpis eſt, nec audienda, nec deficit: & quidquid ſit de hoc, pactum pignoris turpiſſimum, ſcilicet de non petendo pallium, &c. ſimoniam induxit, quia in conditionali debito poteſt pignus intervenire, & eo poſſet aliquis male uti & juramentum temerarium ſervare poterit reſignando: nec refert perjurium eſſe vel confiteri pro mutuo non ſoluto vel pactione doni aut mandati minime perſoluti; & quia in civili judicio crimen quod liquet, a ſuperiore punitur, nec reſtat in hoc caſu inquiſitio facienda, ſed tantum pœna canonica infligenda, nec eſt ab inſtrumento pro contradictoriis allegationibus & juri non cognitis recedendum, & mutuum, & donatio, ſeu mandatum ſe ſe compatiuntur, nec per teſtes probari poteſt donatio tam immenſa; ſed nec numerus teſtium, etiamſi eſſent idonei, cum tamen tres ſint de familia electi, & turpes & participes, ſufficiens contra inſtrumentum prætenditur, cum ille frater Joannes

came-

camerarius quartus teſtis, qui poſtea fuit Carthuſienſis prior in Campania, ſit defunctus, & ita, etſi non jus, probatio deficit ſibi juris, cum non habeat niſi tres teſtes tales, ſicut dicit & patet, & ſi plures nominavit variana, in quatuor ſolum ſtetit.

De facto pallii, quod ſaltem a vobis usque modo non petiit, etiam ultima mora imputatur, nec ſibi plus debetur, quam ſi jam habuiſſet, & dando eum crearetis de novo in archiepiſcopum, quod indecet.

Quod ſe violatorem fidei, perjurum, prædonem & irregularem, vel ſaltem eorum aliquid, immo omnia, confitetur.

Quod juratua variavit multipliciter, & verum non poteſt eſſe, quod diſſonat, & qui variat ſine accuſatione punitur.

Quod nunquam celebravit miſſam, & poſt moram & redargutionem pallii conſecrationibus ſe ingeſſit.

Quod dilapidavit eccleſiam Trevirenſem & pro alienis debitis obligavit, ut patet ex ſuis rationibus de ſexcentis marcis illis.

Quod abſolutiones domini Hugonis non proſunt, ſed obſunt; ſed nec abſolutio fratris Martini, quæ quantumcunque generaliter incipiat, cauſa tamen & retruſio docent, quòd ad debitum cameræ reſtringatur.

Recidivationem in teloneum expreſſius edocet inquiſitio Warmacienſis epiſcopi & ſuorum collegarum, qua uſus eſt electus in Peruſio, in qua continetur, quod teloneum dimiſerat & fuerat per dominum Hugonem abſolutus. Ergo cum poſtmodum abſolutionem novam impetraverit, patet quod de novo recidivavit contra juramentum in prima abſolutione priori Prædicatorum præſtitum. Sufficit vero ipſi ſententialiter pallium, quod nunc petiit, denegari, quia hoc planum eſt, tantum cum narratione præmiſſorum, & per conſequentiam ab eccleſia ſententialiter amoveri, nec ſuper criminibus pronuntietur, niſi velit circumſpectio judicantis. Extra de dol. cap. *veritatis*.

Illaqueatus eſt homo ille verbis oris ſui, & Dominus ipſum in ſtultum finem adduxit; cetera ſuppleat diſcretio veſtræ reverendiſſimæ ſanctitatis, nec tædeat, ſi reſpondendo plura ioſeri oportebat, quia viciſſitudo multitudinem, & multitudo quodammodo obumbrationem inducere conſuevit; nec a noſtris, quorum fundamentum, articulis recedatis, quia non poſſet eos vel eorum aliquem infringere totus mundus, licet aliquis de contrario glorietur, cujus gloria ſua eſt in vento, cum hoc ſolum ſufficeret, impœnitenti non eſſe parcendum, quia qualicunque mortali etiam impœnitens appareat, qui conſuetudinem in peccatis allegat, ac ex ore ſuo pateat inſufficiens ad regimen tantæ eccleſiæ, qui propter carentiam pallii per ſex annos non celebravit miſſam, ſaltem pro defunctis, ſi viventes non diligit, ſicut patet.

Anno Domini MCCLXVI, indictione IX. pontificatus domini papæ Clementis IV. anno II. 3. nonas Julii dominus Petrus archidiaconus Senonenſis, dicti domini papæ camerarius & capellanus, ex parte ipſius domini papæ & præcepto ſibi facto oraculo vivæ vocis ab eodem domino papa, præcepit & dixit domino magiſtro B. Lagvicelli capellano ipſius domini papæ, quod ipſe audiat & definiat ſummarie cauſam, quæ vertitur inter Franciſcum Guidi mercatorem Senenſem ex una parte, & dictum Henricum Trevirenſem ex altera, ſuper quadam ſumma pecuniæ, & eodem die in continenti facto mandato ſeu præcepto ipſi domino magiſtro B. a memorato domino camerario. Ego G. publicus S. R. E. auctoritate notarius, de mandato domini magiſtri B. præſentem commiſſionem in Peruſino cartulario modo poſui & fideliter ſcripſi, & eodem die, ſcilicet tertio nonas Julii, comparuit Baldo ſocius & procurator dicti Franciſci Guidi ex una parte, & dictus dominus Henricus electus Trevirenſis pro ſe ex altera. Et tunc dictus auditor aſſignavit eidem electo diem, ſcilicet in craſtinum mane ad declarandum illud verbum *non pure*, quod verbum *non pure* continetur in reſponſionibus factis per dictum electum ad interrogationes factas per dominum Petrum archidiaconum prædictum. Qua die in mane comparuerunt partes principales, & dictus dominus Henricus electus ad certificandum auditionem prædictam ſuper ipſo verbo *non pure*, prout ad hoc terminus fuerat aſſignatus, tradidit cedulam quamdam cujus tenor talis eſt: Dominus electus Trevirenſis certificando verbum illud, quod dixerat coram vobis domino camerario, ſcilicet, quod *non pure*, ſicut continetur in inſtrumento producto

coo-

DXXXVI.

cootra eom, promiſerat; & dicit, & exponit verbum illud *non pure*, quod antequam fieret illud inſtrumentum, & quando factum fuit, actum fuit expreſſe inter ipſum dictum electum & dictos mercatores, quod illas ſexcentas marcas, de quibus fit mentio in dicto inſtrumento, oon teneretur ſolvere idem electus in eodem termino vel poſtea, oiſi prius ſibi plenarie ſatisfieret a domino Richardo rege Alemanniæ de doodecim millibus marcarum ſterlingorum, quos dare voluit idem rex prædeceſſori ejusdem eiecti ante obitum ipſius; & quod tunc poſt ſolutionem hujusmodi ſibi plenarie factam, & non ante, oec aliter, teneretur idem electus ſolvere dictas ſexcentas marcas, aut aliquid de eisdem mercatoribus prædictis; immo liber & immunis eſſet ab omni promiſſione & juramento, ſi quod feciſſet vel faceret de ſolvendis dictis ſexcentis mareis mercatoribus prædictis, oon obſtaote quocunque inſtrumento publico, ſeo quibuscunque litteris, confectis, ſeu conficiendis, ſuper hujusmodi ſolutiooe facienda in termino præfixo, ſeu etiam præfigeodo.

Item actum fuit expreſſe inter eundem eiectum & præfatos mercatores ac reverendiſſimum patrem dominom Joannem nunc Portuenſem epiſcopum, tunc ſancti Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem & camerarium cardinalis ejusdem, ac Henricum de Hargeoum, antequam dictum fieret inſtrumentum, & quando confectom fuit, quod idem cardinalis baberet dictas ſexcentas marcas, & quod ſibi ſolverentur tuoc demum & noo ante, nec etiam aliter, quin videlicet procoraſſet idem cardioalis ac feciſſet, quod dicta doodecim millia marcarum ſterlingotum ſolvereotur, & darentur plene & integre a præſato rege electo prædicto, & nihilominus dixit, quod *non pure*, ſed ſub conditione prædicta, confeſſus fuit.

Poſtmodom dictos Franciſcus produxit in judicio quoddam inſtrumentum pro vero & publico, ponendo & probando, ſigillo cereo pendenti roboratum, cujus inſtrumenti dictus Henricus electus petiit copiam, quæ fuit ei coonceſſa.

Item libellus mercatoris & contractus, ut de perjurio puniatur.

Poſt hæc electus doli & noo numeratæ pecuniæ exceptionl, qua ſoum juramentum propoſuit, quaſi perſonæ ſuæ non competere per interlocutoriam declaraſtis, & poſtquam in rem tranſiit, quoad injudicatam, easdem cireinat aures, ut dobitationi de ſuo perjurio uiterius non ſit locus. Articuli vero notorii aliis ac nunc confeſſati, ſuot iſtis

Quia ſcienter & malitioſe præfecit in Metenſi eccleſia idiotam.

Quia pro pecuoiario pretio vel obſequio curavit non petere pallium, &c. Quia multis perjuriis irretitus; quia percepit novum teloneom, & idem eſt guidagium vel conductum; quia propter hoc excommuoicatus, oihilominus ingeſſit ſe divinis. Quia neglexit petere pallium ſaltem a vobis; quia ſine pallio impetrato conſecravit altare in curia, quia dilapidavit eccleſiam Trevirenſem, & pro alienis debitis obligavit, & litteras ſuas inde dedit. Quod ſacrilegus eſt de abbate S. Mathiæ & ſuis monachis & de magiſtro Conrado de Confluentia. Quia nunquam celebravit miſſam; quia patet ioſufficiens, quod propter defectum pallii ſe non celebraſſe propoſuit. Quia ſuper his omnibus eſt impœnitens, qui bibens ſubſannationem ſicut aquam, conſuetudioem in horum flagitiorum majoribus allegavit & revocati proceſſus aggravatione factum eſt. Extra ad petitionem & factum Philippi III. Q. VI. LXXXI. diſt. *Tantus Daniel.*

DXXXVII.

1267. 19. Decemb. Clemens PP. IV. Henricum Electum Trevirenſem ab officio & beneficio ſuſpendit.

Ad perpetuam rei memoriam.

Lunig Spicil. Eccleſiaſt. Cont. II. p. 89.

Via rectitudinis plures ducit io devium, piures a patrum terminis trahit in exterminium effrons malitia prælatorum, qui de ſua præſumentes potentia, dum peccandi ſibi pro libitu vindicaot libertatem, a ſubditorum animis Dei prorſus timorem abigunt, qui non eſſe timendum æſti-

DXXXVII.

æſtimant, quod a ſuis vident paſtoribus non timeri. Verus ergo vicarius Jeſu Chriſti, cui cura debet eſſe in omnibus, cum ſit datus a Deo ſuper cunctis eccleſiis ſpeculator, licet in tanta nequeat multitudine populi Chriſtiani ſingulorum vultus agnoſcere, debet ſaltem diligenter attendere, & fideliter indagare præſentium famam & vitam, ne cum tandem ad manum venerit munerantis, ab eo grex perditus requiratur, tanquam qui gregem ipſe perdiderit, & ab ejus cuſtodia furem vel mercenarium non amovit.

Hinc eſt, quod felicis memoriæ prædeceſſor noſter Urbanus, cum ad ejus perveniſſet auditum, quod Henricus Trevirenſis electus, pallio non obtento, in ſuis litreris archiepiſcopum ſe nominare præſumens, in Rheni flumine telnnium ſive pedagium proprio motu inſtituerat, hoc ipſo ligatus excommunicatinnis ſententia, divina celebrabat officia, immo, quantum erat in ipſo, potius profanabat; erat inſuper ſimonia, perjurio, ſacrilegio, homicidio & aliis criminibus irretitus; bona Trevirenſis eccleſiæ dilapidans & conſumens; inquiſitiones ſuper præmiſſis omnibus primum venerabilibus fratribus noſtris Wangienſi & Spirenſi epiſcopis, & dilecto filio abbati de Rodequira, Præmonſtratenſis ordinis, ſub cerra forma commiſit, quorum proceſſus ſibi exhibitos prædeceſſor idem reputans defectivos, idem negotium fratribus Rullo & Rorico, ordinis fratrum Minorum, iterato commiſit: qui licet diu juxta datam ſibi peritiam magis forte fideliter quam prudenter in negotio laboraſſent: quia tamen juris apices in omnibus non attenderant; nos eorundem proceſſum nobis exhibitum de fratrum noſtrorum conſilio juſtitia caſſavimus exigente, prædicentes eidem electo tunc in noſtra præſentia conſtituto, quod inqniſitionem contra ipſum ab eodem prædeceſſore commiſſam, per nos vel alios, prout videremus expediens, proſequi volebamus. Cumque poſtmodum ſub certis articulis ſibi traditis reſpondiſſet, nunc a nobis, nunc ab aliis, quibus hoc interdum commiſimus, requiſitus, a nonnullis Trevirenſis eccleſiæ canonicis ſæpe excitati, ut reſponſiones ipſius diſcuteremus ad plenum, cum per eas, ut firmiter aſſerebant, ab ejusdem jugo peſtifero dicta poſſet eccleſia liberari. Sane licet id diſtulerimus multo tempore, negotiorum undique diffluentium impediti concurſu, reſponſiones tandem colligentes ejusdem ad accuſationes ab eodem oblatas, tam ſuper articulum de reſcripto prædeceſſoris noſtri contentis, quam ſuper aliis, quæ poſtmodum noſtro rempore emerſerunt, collationem cum fratribus noſtris habuimus diligentem.

Et quidem omiſſo, quod ſe, non habens pallium, archiepiſcopum nominaverat: quod licet eſſet erroneum, ſimplicitati vel errori ſcriptoris poterat imputari; a teloneo, quod impoſuiſſe dicitur, ſumamus initium. Ex confeſſione liquet ipſius, quod uno illud anno magno vendiderit pretio, & perceperat; quod utique novum eſſe non poteſt ambigi, niſi conceſſione ſeu privilegio principis, aut continuata perceptione a tempore, cujus non extet memoria, valeat excuſari. Qund ſi novi pedagii fuit impoſitor, latas dudum contra tales a Rnmanis pontificibus, & annis ſingulis innovatas ſententias, non evaſit; nec juvare ſe poterat, ut videtur, litteris bonæ memoriæ H. tituli S. Sabinæ presbyteri cardinalis, a quo vel cujus auctoritate fuerat abſolutus; qui licet ſedis apoſtolicæ pœnitenriarius generalis exiſteret, & a ſententiis poſſet abſolvere generalibus, ſi non obſtaret; ab hac tamen nequivit abſolvere, cum ſuper eam facta eſſet per noſtrum prædeceſſorem, ut diximus, certis perſonis commiſſin ſpecialis, pro qua etiam mandabatur citari, ut veniret ad curiam, pro meritis recepturus; cum nec generalis legatus in cauſis commiſſis aliis ſpecialiter quicquam poſſit, & in omni jure generali per ſpecialem derogetur. Sed nec abſolutio fratris Martini pœnitentiarii minoris eidem urilis videbatur, ratione conſilii; non obſtante, quod ejus littera contiuebat, ſe de dicti prædeceſſoris noſtri ſpeciali mandato ab omni eum excommunicationis ſententia abſolviſſe, cum de mandato non conſtet: & ſi conſtaret, hujusmodi generalitas illam ſpecialem ſententiam non includeret, de qua non extitit cogitatum, niſi de ſpeciali comiſſione prædicta facta fuiſſet mentio in mandato. Sed nec ad iſtam ſententiam, de qua agimus, abſolutio poteſt extendi, ſuper qua abſolventis intentio minime ferebatur, quum prorſus incredibile, quin etiam deteſtabile videatur, ut ligatus pro certa pecuniæ quan-

DXXXVII.

quantitate, quam papali debebat cameræ, & a tali abſolutus ſententia, niſi prædictam pecuniam certa die non ſolveret, non in illam ſolummodo, ſed in alias relaberetur ſententias, ſicut habet ſeries litteræ fratris Martioi prædicti. Unde rectus non patitur intellectus, quod de aliis ſententiis ſenſerit, quam de illis, quæ eum fortaſſe pluries olim ob dictam pecuniam, quam ſoluturum juraverat, prout dicitur, fuerant promulgatæ. Ex quo poteſt concludi ulterius, quod nec ab illis extitit abſolutus, ſi de aliis tacuit, cum talis abſolutio prodeſſe nequeat, cum obreptitia ſit cenſenda. Quam etiam veritatem intelligens nullatenus exhibere deberet. Quod vero ad defenſionem dicebatur ipſius, latam contra impoſitores ſententiam eum non tangere, cum prædeceſſor ipſius dictum pedagium percepiſſet, & ſic non ipſe impoſitor dici poterat, ſed impoſitoris ſucceſſor, ſatis valide & ad ejus defenſionem ſufficiens aliqui reputabant, cum nec nominis dicatur impoſitor, quicumque nominat alium ſuo nomine, ſed qui primus impoſuit ipſum nomen. Ad quod poterat reſpondere, quod de factis licitis & illicitis non eſt dandum judicium uniſorme. Quæ enim licite prædeceſſor obtinuit, quodam jure continuo ad ejus tranſeunt ſucceſſorem: unde & una perſona a talibus æſtimatur. Ubi vero de illicitis agitur ſeu delictis, deceſſorem cum ſucceſſore non unam perſonam dicimus, ſed capita poſt ſingulorum inſpicimus, qui delinquunt. Et idcirco promiſſoris, qui vim promiſit non facere, vis alia dicitur, quam heredis, nec eſt proprie continuitas in illicitis. Unde vitioſa poſſeſſio alteri vel ei altera non accedit. Sane quotquot ſuccedunt novum ponentes pedagium, cum ſcelus proprium proſequantur, impoſitores utique ſunt cenſendi. Nam in Machabæorum hiſtoriis de filiis legitimis Alexandri legitur, quod impoſuerunt ſibi diademata ipſi & filii eorundem poſt ipſos; quod profecto ſic debet intelligi, quod cum in regnis per violentiam occupatis jus aliquod non haberent, novam ſinguli committebant injuriam, & ideo ſinguli ſibi diademata imponebant. Hoc etiam ſatis approbat canon antiquus, qui epiſcopis prohibet, ex uſu etiam gravamen ſeu ſervitium imponere ſubditis, evidenter inſinuans, quod præcedens uſus illicitus, proſequentem uſum hujusmodi, impoſitorem non prohibet nominari. Civili autem cautum eſt ſanctione, quod licet exercitor pro magiſtri delicto, quem non ipſe ſed alius præpoſuerat, teneatur interdum ignorans; ſi tamen ſcit & patitur ipſe, adeo impoſuiſſe videtur, ut ſecundum communem & celebrem intellectum, non quaſi pro impoſito ab alio teneatur, ſed potius a ſe ipſo. Si ergo, ut dicit, percipiebat novum pedagium prædeceſſoris, ſucceſſor, utique qui ſcivit & paſſus eſt percipi, impoſuiſſe dicendus eſt verius, quam impoſitum percepiſſe.

Secundo videbatur electus pernicioſe fuiſſe negligens, cum per VI. annos & amplius in pallii, quod inſtanter petere debuiſſet, petitione ceſſaſſet: & hoc ipſo jure juxta ſacrorum canonum ſanctiones dignitate commiſſa carere debebat, qui licet felicis recordationis Urbani & Alexandri temporibus prædeceſſorum noſtrorum, ſe id petiiſſe per ſuos nuntios ſpeciales aſſereret, addens, quod etiam vacante eccleſia id petierat a collegio cardinalium; confeſſus eſt tamen, quod noſtro tempore non petierat, quia a fratribus noſtris aliquibus ei dictum extiterat, ut dicebat, quod contra ipſum inquiſitione pendente, nullo modo daretur eidem.

Tertio videbatur inexcuſabilis, qui, prout confeſſus eſt coram nobis, * Ph. quondam Metenſem epiſcopum confirmavit & conſecrari mandavit, quem negare non poterat, pati intolerabilem litterarum defectum, cum id eſſet in partibus illis notorium, nec eum latere poterat, qui decanus Metenſis eccleſiæ fuerat multo tempore, in qua idem Ph. erat canonicus cum eodem. Nec ſufficere videbatur ad excuſationem ipſius, quod non ipſe examinaverat, ſed examinandum commiſerat perſonis probis & diſcretis: cum patenter indigni examinandi non ſint, ſed a limine potius repellendi. Nec excuſat negotiorum inſtantia, quam allegat, quum ipſius defectum tam patulum, quamvis plenarie ſibi notum, deprehendere facile etiam in tranſcurſu potuiſſet, & aliis in judicio publicare. Quanti ſimiliter reatus exiſtat, indignos eccleſiis privilegiatis præficere, ſatis indicat generale concilium, dum teſtatur nihil magis eccleſiis Dei officere: ex quo ſequitur nihil ſuperio-

* Philippus de Florenges.

DXXXVII.

ribus arctius evitandum, nihil in tranſgreſſoribus acrius puniendum.

Quarto vero reperiebatur culpabilis, quia cum per VI. annos & amplius ſacerdos fuerit, nec unam miſſam, prout habet ejus confeſſio, celebravit: quod quam gravis ſit culpa, ſatis indicat generale concilium, quod tam graviter illos arguit, ac etiam puniendos oſtendit, qui non celebrant ter vel quater in anno. Et qnod dixit ab initio ſe excuſans, quia pallium non habuetat, frivolum eſſe liqnet, cum ante receptum pallium, licet quædam pontificalia non debnerit exercere, licite tamen & libere poterat celebrare. Sed non prodeſt, quod addidit, quod habuerit conſcientiam aliquantulum ſcrupuloſam, qoia eo peccavit gravius, quod ſalutari remedio ſibi non providit.

Quinto conſtabat per confeſſionem ipſius, quod piæ memoriæ prædeceſſori noſtro Urbano altare quoddam in Urbe-veteri cooſecrante, ipſe inter epiſcopos aſſiſtentes eidem una cum eis conſecrationis peregit officium; quod ſibi videbatuc inhibitum, pallio nondum habito, cum non ratio, cur cum alio debeat alibi conſecrare, qnl in ſua exiſtens diœceſi vel ptovincia præſumere talia non deberet.

Sexto reus perſurii videbatur, quod per publicum inſtrumentū ſigillo toboratum eſusdem evidentius apparebat, quod certam quantitatem argenti, in transacto jam din termino, quibusdam Senenſibus mercatoribus ſolvere debuiſſet, quibus adeo ſatisfacere non curavit, quod etiam eisdem conquerentibus coram nobis, contendere quam cedere maluit; cum eis litem in judicio conteſtatus, ad ſui defenſionem propoſuit, quod contractus hujusmodi extitit ſimulatus, conditionalis etiam, & non purus, facti proceſſum in hunc modum proponens: dixit ſiquidem, quod licet dictum contineat inſtrumentum ſe fuiſſe confeſſum, quod ſexcentas marcas acceperat, nec ſpe futuræ munerationis ſibi faciendæ illud confeſſus fuerat, immo cum alio tractatum babuerat, quod a rege Richardo XII. millia marcarum argenti ſibi dari efficaciter procuraret, quæ prædeceſſori * noſtro idem rex dare voluerat; & ſi hoc, ut prædictum eſt, ille, cum quo tractaverat, procuraret, tunc idem electus ſexcentas marcas dare debebat ei per manus mercatorum dictorum, & ideo ſe dictis mercatoribus alligavit in ſexcentis marcis prædictis, quas tamen oec ipſi mercatores dare illi tertio, nec ipſe electus mercatoribus tenebatur, donec eſſent præmiſſa per illum tertium efficaciter procurata. Verum continetur in inſtrumento prædicto, quod ſi marcas prædictas in termino præfixo non ſolveret, nec pallium, oec conſecrationem peteret, nec reciperet, donec eſſec prædicta quantitas perſoluta, & ad prædicta complenda juramento prædicto proprio ſe obſtrinxit. Ex his autẽ grandis objectio contra enm inſurgere videbatur: nam ſi, quæ aſſerit, non probaverit, cum ſtare oporteat inſtrumento, convincitur de perjurio manifeſto; ſi vero probaverit, quod proponit, commiſiſſe videtur evideotiſſime ſimoniam, quam committi teſtantur canones, ſeu detur vel promittatur, ſeu recipiatur pecunia, ut ſpirituale quid fiat. Cum igitur iſte receperit mutuum ſub conditione ſaltem, ut dictum eſt, & donec ſolviſſet, ad non recipiendam conſecrationem, & pallium non petendum ſe juramento conſtrinxerit, cenſendus eſt ſimoniacus, ut videtur: nec proderit, ſi dicatur, quod defecit conditio, & idcirco contractus eſt habendus pro infecto. Nam in contractibus conditionalibus & poteſt ſuſpendi obligatio, & pure ſimonia committi, ſicut ln uſurariis judicamus. Nam & qui promittit pecuniam, ſi eccleſia ſibi det, & qui promittic uſuram, ſi forte non ſolvat certa die, reus eſt criminis, etiamſi conditio non exiſtat. Nec eſt in caſu hujusmodi ſimonia ſolius intentionis, quæ debetur per pecuniam, cum ſit intentio non occulta, ſed certis pactionibus denudata.

Septimo dicebatur quod excommunicationem incurrerat, qnia abbatem S. Mathiæ & duos ejus monachos ſacerdotes in caſtro ejus captivos nec liberaverat, nec procuraverat liberari. Ad quod reſponderat, ſe feciſſe quod poterat, quia officiali Trevirenſi & priori fratrum Prædicatorum & gardiano fratrum Minorum in Confluentia mandaverat, quod monerent eum, qui caſtrum tenebat, ut eos redderet, alioquin denuntiarent excommunicatum eum, & comminarentur eidem, quod feudis, quæ a Trevirenſi tenebat eccleſia, privaretur. Ex his vero ſuam malitiam ſatis detegere videbatur:

* ſuo.

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

DXXXVII.

tur : nec enim fidelltet fecerat, quæ facete debuiſſet ; nam licet habeat communis opinio, quod dictus abbas, quem ipſe reputat inimicum, captus fuerit ſaltem in favorem ipſius, & ipſe electus plus non fecerit ; cum tamen excommunicationem exequi per alium potuiſſet, & excommunicaſſe, & excommunicationis aggravaſſe ſententiam multis modis, non caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, tam manifeſto facinori deſinens obviare.

His igitut & aliis, quæ ad præſens diſcuti poterant, diligenter inſpectis, licet multis prudentibus videtur, quod nos contra memoratum electum procedere gravius valetemus, quia cum aliqua de facto propoſuit, quæ eum in aliquo forſitan relevarent ; ut eo juſtius quo & certius in negotio procedamus, ad aliqua infra certum probanda terminum eum admittere proponentes, prout requiret juſtitia, & æquitas ſuadebit, ne in ipſius manibus Trevirenſis eccleſia interim naufragetur, ab officio & beneficio eum ſuſpendimus, ſummam aliquam taxaturi, quæ eidem ad proſecutionem negotii de reditibus ſæpefatæ Trevirenſis eccleſiæ miniſtretur, per eos, qnibus adminiſtrationem ejusdem eccleſiæ in ſpiritualibns & temporalibus committemus ; poteſtatem nobis plenam & integram reſervantes, ex eisdem, de quibus jam liquet contra eumdem electum multis aliis probationibus, aut proceſſibus inſpectis, quando & quotiens nobis expedire videbitur, ad alia procedendi, etiam graviora ; allegationibus juris ejusdem juxta factum, de quo conſtiterit, audientia minime deneganda. Datum Viterbii XIV. cal. Januatii anno III. (*a*)

N O T A.

(*a*) Henrico ita ab adminiſtratione Eccleſiæ Trevirenſis ſuſpenſo, Pnntifex eam regendam commiſit Bernardo de Caſtineto, qui è diœceſi Magalonenſi & villa Mnntis-Peſſulani originem trahens, fuit unus è quatuor Auditoribus cauſarum palatij Apoſtolici, deſtinatis ad omnes cauſas audiendas, quæ ad Romanam curiam undecunque deferebantur, exceptis cauſis electionum Epiſcoporum & Abbatum. Hunc Innocentius V. anno 1275. ad cathedram Eccleſiæ Albienſis ſublimavit. Vid Galliæ Chriſtianæ *Tom. I. p.* 21. De ejus actis Trevirenſibus ſic Geſta *p.* 313. *ſeq.* „ Qui veniens cum civitatem Treverenſem ingredi non auderet, timens ne amici electi Treverenſis aliquod malum ſibi inferri procurarent, „ apud Lucemburch & apud Yvodium propter ſecuritatem reſedit, primo quia citari fecit coram ſe Officialem Treverenſem, repetensque ab illo ſigillum curiæ Treverenſis illud cuidam Canonico Treverenſi ſua auctoritate commiſit. . . . . Magiſter igitur Bernardus quamdiu ſtetit in partibus iſtis, manſit in Yvodio & in Lucemburch . . . . . . Electus vero Treverenſis defuncto Papa Clemente gaviſus eſt, feſtinansque arripuit iter revertendi ad terram ſuam. Veniens igitur non audebat intrare fines Epiſcopatus Trevirenſis, ſed in terra nativitatis ſuæ, videlicet Finiſtaugis permanſit. „ &c.

DXXXVIII.

1269. 14 *Sept.*

Compromiſſum Capituli S. Simeonis Treviris & Gerlaci de Arrenfels in Archiepiſcopum Trevirenſem ſuper exactionibus in Höningen.

NOs capitulum eccleſiæ ſancti Simeonis Treverenſis, & ego Gerlacus dominus de Arrenfels Trevirenſis diœceſis, notum facimus univerſis, quod cum ego Gerlacus facerem exactionem in aliquos homines dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis apud Hoingen, & ſuper hoc nos capitulum referremus ipſi domino Gerlaco quæſtionem, eo quod ad nos dictos homines liberos & abſolute pertinere diceremus, quos idem dominus Gerlacus ad ſuam advocatiam de Hoingen ſpectare dicebat, pariter in hoc conſenſimus, quod coram domino noſtro archiepiſcopo Trevirenſi juri ſtabimus ſuper eisdem, quocunque noſtrum inſtante, quod ſi forte ego Gerlacus prædictus medio tempore a dictis hominibus anno quolibet infra quatuot marcas denariorum Colonienſium extorquerem, ultra quas nihil extorquere debebo, hoc nobis capitulo& mihiGerlaco in jure noſtro quoad pro-

DXXXVIII.

proprietatem & poſſeſſionem dictorum hominum in nullo penitus præjudicabit, nec in aliquo me Gerlacum militem juvabit, ſed ſalva permanebunt utriusque noſtrum jura in dictis hominibus, & quæſtiones ſuper eisdem, & hoc ego Gerlacus obſervabo per pœnam in literis ſuper compoſitione inter me & dictum capitulum facta contentam. In cujus rei memoriam nos capitulum ſigillum noſtrum, & ego Gerlacus meum ſigillum literis præſentibus appoſuimos, & tam noſtri capituli, quam mei Gerlaci rogatu ſigillum curiæ Trevirenſis præſentibus etiam eſt appenſum. Actum & datum per chyrographum anno Domini MCCLXIX. ſabbatho ante feſtum beati Remigii.

DXXXIX.

1269. 5. Octobr. Compoſitio inter Gerlacum de Iſenburg Dominum in Arrenfels & Capitulum S. Simeonis ſuper diverſis juribus in Höningen.

Nos capitulum ſancti Simeonis Treviris, & ego Gerlacus miles dominus de Arrenfels Trevirenſis diœceſis: Notum facimus univerſis, quod ſuper vinis nobis capitulo a dicto domino Gerlaco ablatis, & receptis apud Hoingen, & ut libere ſcultetum ponere & deponere poſſemus apud Hoingen, & ſuper hominibus, quos habemus apud Hoingeo, & ſuper multis damnis & injuriis nobis a dicto domino Gerlaco illatis, & ſuper faſione ſive ſequeſtro denariorum noſtrorum depoſitorum apud viros religioſos, abbates de Hymmerode, & de Rumirsdorff quæſtionem eidem domino moveremus. Tandem inter nos capitulum, & me Gerlacum militem prædictum compoſitio ſuper præmiſſis facta eſt in hunc modum: quod ego Gerlacus pro omnibus ablatis vinis dicto capitulo debeo dare ducentas marcas Colonienſium denariorum, de quibus centum marcas debeo dare ipſi capitulo in pecunia numerata in terminis infra ſcriptis, videlicet a feſto beati Martini hyemalis proxime venturo in annum viginti quinque marcas, & in revolutione ejusdem feſti immediate viginti quinque marcas, & ſic in revolutionibus annorum immediate ſubſequentium in dicto feſto beati Martini perſolvam in quolibet termino viginti quinque marcas capitulo jam dicto, ita quod intra quadriennium dictæ centum marcæ a me Gerlaco aut a meis ſucceſſoribus dicto capitulo ſint perſolutæ, pro reliquis vero centum marcis faciam homagium & fidelitatem præpoſito dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis nomine ipſius eccleſiæ, & mei ſucceſſoris, & aſſignabo de meis bonis dicto capitulo ad valorem centum marcarum infra annum jam inſtantem; ſi vero mihi non placuerit eſſe hominem dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis, aſſignabo in bonis meis dicto capitulo (a) decem marcarum reditus & proventus ſingulis annis per ipſum capitulũ percipiendarum, donec ipſi capitulo centum marcas dedero in pecunia numerata, de quibus reditus comparare valeat in uſus dictæ ſuæ eccleſiæ convertendos. Item ego Gerlacus & ſucceſſores mei libere permittemus dictum capitulum ponere & deponere ſcultetum apud Hoingen pro ipſius capituli voluntate, nec ipſum aliquatenus impediemus in ſua jurisdictione. Item inquilinus curtis dicti capituli apud Hoingen liber erit in perpetuum a me & a meis ſucceſſoribus ab omni exactione, quam diu fuerit inquilinus. Et ego Gerlacus miles prædictus recognoſco per præſentes, me nihil juris habere in inſtitutione & deſtitutione ſculteti ipſius capituli apud Hoingen. Item pro parte dictæ vineæ, quam occupavi ædificando caſtrum meum in eadem, in ipſa villa dabo bona æquivalentia ipſam partem vineæ vel æſtimatio-

(a)

N O T Æ.

(a) *Decem marcarum reditus & proventus ſingulis annis.*] Nempe à ſumma capitali centum marcarũm pendebantur decem in reditu annuo, ut impoſterum videbimus frequenter.

mationem ejus ad decimam booorum hominum curtis dicti capituli apud Hoingen, & hoc faciam ioſra paſcha proxime veoturum. Item ſuper hominibus aliis de Hoingen, quos nos capitulum dicimus eſſe noſtros, ſuper quibus inter nos capitulum, & dictum dominum Gerlacum eſt contentio, ſtabimus juri coram domino noſtro archiepiſcopo Trevirenſi ſub forma literarum ſuper hoc conſcriptarum. Item ego Gerlacus depono ſequeſtrum abſque omni dolo in continenti prædictorum apud dictos abbates depoſitorum, & de vino, quod famuli domini Colonienſis apud Bunnam dicto capitulo abſtulerunt. Promitto etiam, quod nunquam per me vel per meos faciam vel procurabo fieri impedimentum dicto capitulo in vinis, ſculteto inquilino, & in bonis ipſius capituli, quæ habet apud Hoingen, & ejus pertinentiis, nec damnum aliquod inferam, vel inferri faciam capitulo memorato, & ad omnia, & ſingula ſupradicta ego Gerlacus miles ſæpedictus me firmiter obligo per præſentes, & per legitimam ſtipulationem promitto me prædicta ſine fraude & dolo quulibet perpetuo ioviolabiliter obſervaturum; & ad majorem firmitatem fide præſtita corporali promitto, omnia ſupradicta me inviolabiliter obſervaturum perpetuo. Ad hæc ſi forte, quod abſit, vina dicti capituli auferrem in aliqua ipſorum parte, vel in toto impedirem, quominus dictum capitulum libere puſſet colligere & deducere vina ſua, & diſponere de aliis rebus ſuis apud Hoingen, & eorum facere voluntatem; libere de eisdem & perſonaliter, ſi mea præſentia haberi poterit, alioquin publice in eccleſia de Hoingen ego Gerlacus monitus literis aut certo nuntio per dictum capitulum aut per officialem curiæ Trevirenſis, a die monitionis dicto modo factæ, ſi infra ſex menſes non reſtituero ipſum vinum, aut res alias ipſius capituli cum damnis inde habitis capitulo prædicto, & non depoſuero impedimentum, quotieſconque me hoc facere contigerit, promitto me dicto capitulo toties daturum & ſoluturum cenrum marcas nomine pœnæ, & inſuper volo me denunciari fidei violatorem, vulens, ut ſententiæ excommunicationis in perſonam, & interdicti in familiam & terram meam ex tunc ut nunc donec damna per me illata reſtituero, & pœnam commiſſam perſolvero dicto capitulo, per officialem curiæ Trevirenſis, qui pro tempore fuerit, innovatæ firmiter obſerventur. Prædictam compoſitionem, & ordinationem nos capitulum & ego Gerlacus miles ſæpedictus concorditer & unanimiter acceptamus. In quorom memoriam nos capirulum noſtrum ſigillum, & ego Gerlacus ſigillum meum literis præſentibus appoſuimus, & rogatu mei Gerlaci, venerabilium virorom Roberti majoris, Joannis S. Paulini eccleſiarum Trevirenſium decanorum, curiæ Trevirenſis nobilium virorum: domini Godefridi comitis Senenſis, domini Henrici de Iſenburg patris mei, & domini Brunonis de Brunesberg conſanguinei mei ſigilla præſentibus ſunt appenſa. (b) Si vero aliqua ſigilla perſonarum in præſenti compoſitione nominatarum huic compoſitioni non fuerint appenſa, tam nos capitulū, quam ego Gerlacus miles prædicti volumus, & arbitramur, quod ſigilla eidem compoſitioni appenſa plenum ipſi compoſitioni, & literis præſentibus ſuper ea conſcriptis nihilominus dent vigorem, & hoc noſtris ſigillis ſpecialiter proteſtamur. Datum & actum anno Domini MCCLXIX. ſabbatho poſt feſtum beati Remigii in Octobri. (b)

DXL.

N O T Æ.

(b) *Si vero aliqua ſigilla perſonarum in præſenti compoſitione nominatarum. &c.*] Sic periæpe multorum nomina in inſtrumentis allegabantur, quorum teſtimonia poſtmodum deſecerunt.

DXL.

1271. *5. Aug.*

Gregorius X. ſuſcipit cauſam Theoderici Abbatis S. Matthiæ, reſcribendo eapropter Abbati S. Martini Glandarienſis.

Geſta Trevir. * electus 1. Sept. 1271.

GRegorius epiſcopus * ſervus ſervorum Dei, dilecto filio abbati S. Martini Glandarienſis, ordinis S. Benedicti, Metenſis diocefis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Sua nobis dilectus filius Theodericus abbas monaſterii S. Mathiæ Treverenſis ordinis S. Beoedicti conqueſtione monſtravit, quod Henricus & Thietardus de Paſſendorff fratres, milites, & eorum complices laici Treverenſis diocefis eumdem abbatem, Godefridum, Alexandrum & Hugonem presbyteros monachos ſuos, nun ſine violenta injectione manuum in eos, Dei timore poſtpoſito, temere capientes, ipſos per trienniũ & amplius detinuere captivos. Et licet milites & laici prædicti per dilectum filium magiſtrum Bernardum de Caſtineto capellanum noſtrum, tunc in partibus illis apoſtolicæ ſedis nuntium, ejusdem ſedis auctoritate moniti fuerint diligenter, ut abbatem & monachos nominatos reſtituerent libertati, ac per ipſum eadem anctoritate vinculo excommnnicationis aſtricti, pro eo, quod monitiooi hujusmodi non parebant, cum hujusmodi eorum exceſſus adeo fuerit notorius, quod nulla poterat tergiverſatione celari, ipſi tamen hnjusmodi, & eam, qua ſacri canones tales aſtringunt, excommunicationis ſententias, damnabiliter contemnentes, ipſos tandin detinuerunt taliter captivos, donec coactus extitit ldem abbas, eis exſolvere qnamdam non modicam pecuniæ quantitatem, & fidejuſſoriam cautionem præſtare, quod ipſos abſolvl faceret a ſententiis ſupradictis. Sicque dictis abbate & monachis a captivitate hnjusmodi liberatis, Conradus plebanus eccleſiæ S. Mariæ in Confluentia Treverenſis diocefis, de mandato dicti nuntii, ſe ſuper hoc ab eadem ſede poteſtatem habere dicentis, milites ipſos, nulla paſſis injuriam ſatisſactione impenſa, a dictis ſententiis, juxta eccleſiæ ſormam abſolvit. Quare dictus abbas, qui occaſione captivitatis & detentionis hujusmodi damna gravia & expenſas ſe aſſerit incurriſſe, nobis humiliter ſupplicavit, ut providere ſibi in hac parte paterna ſollicitudine curaremus. Quocirca diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi tibi de hujusmodi manuum injectione, captione, & detentione conſtiterit, dictos ſactilegos, niſi per te moniti ſuper injectinne, captione & detentione hujusmodi ſatisfecerint competenter, in priſtinas reducas ſententias, & tam diu, appellatione remota, excommunicatos publice nunties, & facias ab omnibus arctius evitari, donec ſuper his ſatisſecerint competenter, & cum tuarum teſtimonio litterarum ad ſedem venerint apoſtolicam abſolvendi. Ipſos quoque, ſi alia præmiſſa inveoeris eſſe vera, quod præſatam pecuniam eidem abbati reſtituant, & de prætetitis damnis, & expenſis ſatisſaciant, ut tenentur, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, prævia ratione compellas, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio & timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatione ceſſante, compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum apud Urbem-veterem nonas Auguſti, pontificatus noſtri anoo primo. (a) (a)

DXLI.

N O T A.

(a) Henricus Archiepiſcopus in fines Trevirorum reverſus, uti diximus ad Bullam Clementis PP. de an. 1267., interpoſitis perſonis ſtudebat Abbati S. Matthiæ conciliari; unde non ſolùm ejus ac ſociorum procuravit liberationem, ſed & Abbatis fratrem, Ducis Lotharingiæ juſtitiarium, magnâ pecuniæ quantitate ſibi devinxit „ Cum „ autem (addunt Geſta Trevir. *p.* 315.) diver„ ſa vice ſuper tractatu pacis hinc inde quere„ rentur, Abbas timens, ne poſtquam electus „ pallio obtento gratiam curiæ acquireret, omnia, „ quæ ſibi promiſerat, infringeret; propoſuit quod „ nullam pacem faceret hic in terra, niſi ipſa pax „ facta vel facienda per curiam Romanam ratificare„ tur..... tandem ab utraque parte in hoc „ ipſum voluntarie conſenſerunt.

Gregorio igitur X. in Rom. Pontificem electo, Theodoricus Abbas in fine Aprilis anni 1272. Romam pervenit, ubi poſtquam totam rei ſeriem Gregorio expoſuiſſet, hic omnia per Bernardum de Caſtineto in Archidiœceſi geſta confirmavit, Henrico Finſtingio interim ad curiam venire metuente; donec duorum Cardinalium & aliorum fautorum ſuorum hortatu ad eam ſe conferret, ubi Abbati reconciliatus eſt laudo compromiſſoriali, quod ad diem 21. Sept. an. 1278. edimus.

DXLI.

1272. 26. *Maij.*

Contractus matrimonialis inter Robinum de Covern, & Eliſabetham de Eppenſtein.

Gudenus *Cod. dipl. Mogunt. pag.* 738.

Noverint univerſi preſentem litteram inſpecturi, tam poſteri quam moderni, quod ego Godfridus de Eppenſtein, & (*a*) Fridericus de Coverna & Novi-caſtri dominus pueros noſtros Robinum & Lyſam matrimonialiter conjungimus, in ipſa conjunctione condicionem & ordinem hujusmodi obſervando.

Ego Godefridus de Eppenſtein do Robino, filio domini Friderici de Coverna, cum Lyſa ſeniori filia mea ſeptuaginta marcas Colon. monete legalis, in redditibus annuatim percipiendis in dominio meo de Weda, vel in Brubach, ubi vicinius adjacet dominio Covernenſi, vel ſeptingentas marcas Colon. monete curribilis & legalis, quas ſi in promptu dedero, converti volo in hereditatem, comparandam infra flumen Are & Brubach, ubi amicis hinc inde melius videbitur expedire.

(*b*) Has (*b*) ſeptingentas marcas, vel ſeptuaginta in redditibus a die qua Robinus Lyſe carnaliter ſe conjunxerit, & matrimonium inter ipſos contractum fuerit conſummatum, infra annum Robino pro dote filie mee, ut tactum eſt ſuperius, aſſignabo; in quibus Robinus, ſi filia mea ſine prole deceſſerit, uſumfructum, quam diu vixerit, obtinebit. Quo mortuo ad heredes legitimos libere revertetur, dictam vero Lyſam do Robino hereditariam, ut poſt obitum meum & uxoris mee, cum ceteris fratribus & ſororibus percipiat debitam porcionem & conſuetam.

Ego vero Fridericus dominus Novi-caſtri & Coverne do Lyſe, ſeniori filie domini Godefridi de Eppenſtein junioris, in dotem cum filio meo Robino centum marcas in redditibus annuatim in curia Kerletge; nummum pro nummo, in annona, vino, & ceteris fructibus, que proveniunt in curia memorata; ita ut tempore meſſium & vindemiarum quatuor probi viri ſumantur hinc inde, qui eſtiment proventus dicte curtis ſecundum eſtimacionem terre debitam & conſuetam; & ſicut iſti quatuor eſtimaverint primo anno, ſic deinceps Robinus & Lyſa centum marcas in nummis & proventibus ibidem recipient. Et quicquid ſupra centum marcas reſiduum fuerit de ipſis proventibus, michi Friderico & uxori mee cedat libere prout decet.

Quam curiam dictus Robinus & Lyſa inhabitent, & poſſideant ſub hac forma: ſi caſtrum Iſenburg & redditus ſibi adherentes recuperavero quoquo modo, ipſum caſtrum cum centum marcarum redditibus dicte Lyſe cum filio meo in dotem aſſignabo. Et ſi curiam in Kerletge non aſſignans, nec caſtrum recuperans Iſenburg, mille marcas in prompto perſolvero; cum iſtis mille marcis volo, quod hereditas comparetur, infra caſtrum Brubach, & flumen Are, prout amicis hinc inde viſum fuerit expedire; que ſit, & cadat in dotem Lyſe; in qua etiam, ſi Robinus filius meus deceſſerit ſine prole, Lyſa, quamdiu vixerit, poſſidens habitabit, ea defuncta, dicta bona ſeu hereditas ad me, & meos heredes legitimos revertetur. Has mille marcas, ſeu centum marcarum redditus, a die qua Robinus Lyſe carnaliter ſe conjunxerit, infra annum Lyſe in dotem pro Robino, prout tactum eſt ſuperius, aſſignabo.

Item Robinum filium meum, poſt mortem meam, & uxoris mee Irmengardis conſtituto unicum heredem & dominum caſtri & dominii de Coverna; cui Fridericus filius meus ſenior renunciavit publice & expreſſe. Ceteros filios meos, quos habeo, vel habere me contigerit, omni fraude & dolo excluſis, ad hoc inducere laborabo, ut predictis bonis renuncient, ſicut major.

Item, ſi domina Irmengardis uxor mea me defuncto ſupervixerit, & alium virum duxerit in maritum, ipſa, relicto caſtro de Coverna, maritum ſuum ſequetur; & Robinus filius ejus ſe de caſtro & dominio cum ipſius caſtri attinenciis

N O T Æ.

(*a*) *Fridericus de Coverna.*] Habebat Fridericus caſtrum & dominium ſuum *de Coverna* (*Couveren*) ad ſiniſtram Moſellæ ripam, quinto ſuper Confluentes lapide; quod utrumque modò juris Trevirenſis eſt.

(*b*) *Septingentas marcas, vel ſeptuaginta in redditibus.*] Erant ergo hic iterum uſuræ decem pro centum.

DXLI.

nenciis intromittens, ex tunc in antea hereditarie poſſidebit. Si vero domina Irmengardis continens manſerit, virum alium non ducendo, caſtrum Coverne & domoium cum ſuis attinenciis, & alia caſtra & bona mei Friderici poſſidebit pacifice & quiete.

Ut igitur omnia ſuperius per nos ambos racionabiliter tractata & promiſſa, nec non juramento roborata, inviolabiliter obſerventur; Ego Godefridus de Eppenſteio ex parte mea pono fidejuſſores pro mille marcis, quod Robino tradam filiam meam predictam, & compleam omnia, que promiſi. Fidejuſſores autem mei ſuot hij: Gerbardus frater meus archidiacoous Treverenſis. Comes Dycherus de Katzenelenbogen. Dominus Gerlacus de Lymburg. Wernherus de Falckenſtein. Fridericus de Schonenberg. Fridericus de Derne. Cuno de Riffenberg. Lodewicus de Are. Conradus dapifer de Wede. Godefridus de Hymmelſtos de Brubach, milites: qui, ſi premiſſa non implevero, ut condictum, ex parte
(c) domini de Coveroa moniti, (c) mona-
(d) ſterium Meynfelt (d) intrabunt more fidejuſſorio, inde non exituri, quousque premiſſa plenius obſerventur, vel mille marcas in fidejuſſione expreſſas domino Friderico de Coverna plenariter perſolvamus.

Item ego Fridericus dominus de Coveroa ſimiliter promitto pro me, filium meum Robinum tradere Lyſe predicte in maritum, & omnia adimplere que promiſi. Et ſuper his pono fidejuſſores Heinricum comitem de Virnenburg. Egidium de Are. Marſilium ſcultetum Treverenſem. Theodericum de * Bazzenheim, & Lodewicum fratrem ejus. Engelbertum de Gunterene, & fratrem ejus Johanoem. Heinricum de Lymene. Gobelinum de Coverna, & Henemannum fratrem ejus. Hermannum de Hadamar. Marſilium de * Dinelich. Johannem de Brunshorne, & Dichardum de Paffendorff milites: qui, ſi premiſſa omnia non implevero, ex parte domini Godefridi de Eppinſtein moniti, ſimiliter monaſterium intrabunt more fidejuſſorio, inde non exituri, quousque omnia & ſingula implevero que promiſi, vel mille marce in fidejuſſione expreſſe, ſi violator promiſſi extitero, domino Godefrido de Eppinſtein modo ſimili perſolvantur.

* Baſſenheim

* Divelich.

In cujus rei robur & teſtimonium preſentem litteram ſigillis virorum venerabilium & nobilium, domini Gerhardi archidiaconi Treverenſis, dicti de Eppenſtein; de Virnenburg & Katzenelenbogen comitum; de Eſche, de Are, de Stirpeoiche, de Oſeldingen, de Lymburg, dominorum, & militum, nec noo noſtris, fecimus communiri.

Datum & actum apud Covernam, preſentibus fidejuſſoribus, & omnibus quorum ſigilla preſentibus ſunt appenſa; & aliis quam pluribus clericis & laicis. Anno Domini MCCLXXII. feria quinta poſt diem B. Urbani.

DXLII.

N O T Æ.

(*c*) *Monaſterium Meynfelt.*] Oppidum juris Trevirenſis, duabus circiter horis Covernâ diſtans, in quo Fridericus de Coverna partem Advocatiæ (*der Vogtey*) obtinebat. Vid. infrà chartam de 8. Novembr. 1277. De eodem oppido 10. Septemb. 1285. facta fuit compoſitio inter Archiepiſcopum Treviren. & Henricum Comitem de Virnenburg ſub mediatione Boëmundi Primicerii Metenſis, Henrici de Bolandia Archidiaconi Treviren. Wilhelmi Domini de Henzenberg, Diethardi de Paffendorff, Petri de Eich, & Henrici de Polliche „ ſuper *Advocatia* & ædifi„ cio ſeu conſtructione murorum ſeu ædificio„ rum in monaſterio in Meynevelt, ac quibus„ cunque damnis habitis occaſione fidejuſſionum, „ obligationum & ablatorum quorumvis ex ea, „ nec non *jurisdictionibus*, hominibus, ac qui„ buscunque quæſtionibus &c. & convenium, ut „ Comes omni juri, quod ei ejusque heredibus „ in advocatia & conſtructionibus ædificiorum „ prædictis, nec non omnibus damnis &c. renun„ tiaret erga numeratam ſibi ſummam ducenta„ rum marcarum.„ Ubi obiter notanda diſtinctio, quæ in recitatis verbis, & deinde in eodem inſtrumento adhuc diſtinctiùs fit inter *advocatiam* & *jurisdictionem.* Add. infrà dipl. Ludov. R. de 8. Decemb. 1314.

(*d*) *Intrabunt more fidejuſſorio.*] Id eſt, tanquam obſides & obſtages, quorum hoc erat onus & incommodum, ut ſuis impenſis in loco obſtagii vivere tenerentur. Qui non modò ipſi ibi ſuis ſumptibus vivebant, ſed & quotidie cum aliis pro lubitu epulabantur creditores, tam lautè excipiendi à debitoribus & fidejuſſoribus, ut vel maximè huic oneri ſuccumberent. Heineccius *Elem. Jur. German. Tom. I. Lib. 2. §. 458.*

DXLII.

1272. 21. *Sept.*

Laudum duorum Cardinalium, quo conciliatur Henricus Archiepiſcopus Theoderico Abbati.

Geſta Trevir.

IN nomine Domini amen. Illarum corda pacifica perſonarum, quæ veritatis rectitudinem ſapiunt, & doctrinæ Chriſti, docentis pacem erogandam hominibus, diſpicia, licet aliquando humani generis inimico ſuperſeminante zizaniam odii ſomite lacerentur, proceſſu tamen temporis, malignitatis expulſa caligine ſummæ, per quam boni totius ſuccreſcit commoditas, illuſtrantur, ſicque fit, ut jurgiorum diſpendioſa prolixitas debitæ brevitatis moderamine refrenentur. Porro venerabilis in Chriſto pater Henricus Dei gratia Treverenſis electus, & religioſus vir Theodericus abbas monaſterii S. Mathiæ Treverenſis, ac frater Alexander monachus ejusdem monaſterii, attendentes, quod ex diſſentionis materia ſuborta dudum inter ipſum electum ex una parte, & prædictos abbatem & conventum ex altera, de quibus idem frater Alexander componendi & compromittendi ſpeciale mandatum habebat, non niſi turbationes & rancores & ſcandala oriuntur; advertentes etiam, quod ex bono pacis poteſt utrique parti utilitas provenire; in nos miſeratione divina Guillelmum tituli S. Marci presbyterum, & Ottobonum S. Adriani diaconum cardinales, de omnibus litibus, quæſtionibus, diſcordiis & querelis, injuriis, damnis, gravaminibus & expenſis, quæ ſunt & fuerunt, ac eſſe potuerunt aliquatenus inter ipſos usque in hodiernum diem, tanquam in arbitros, arbitratores, amicabiles compoſitores, ordinatores, laudatores & diffinitores alte & baſſe compromittere curaverunt, conceſſa nobis ab ipſis partibus plenarie poteſtate de & ſuper prædictis litibus, quæſtionibus & diſcordiis, controverſiis & querelis, injuriis, damnis, gravaminibus & expenſis laudandi, arbitrandi, componendi & ordinandi, diſponendi, declarandi, decernendi, pronuntiandi, diffiniendi & ſententiandi, partibus præſentibus vel abſentibus, vel una earum abſente, vel altera præſente, eis citatis vel non citatis, diebus feriatis, vel non feriatis, eis quoque ſcientibus vel ignorantibus, ordine juris ſervato, alte & baſſe, qualitercumque, quomodocumque, ubicumque vel quandocumque nobis placeret & expediens videretur, prout in compromiſſo inde confecto plenius continetur.

Nos itaque in nos hujusmodi compromiſſo ſuſcepto, deliberatione habita diligenti, auditis etiam & intellectis omnibus, quæ ſuper prædictis litibus, quæſtionibus, controverſiis, diſcordiis & querelis, damnis, gravaminibus, injuriis & expenſis, partes prædictæ dicere & oſtendere voluerunt, & utriusque partis diligenter inveſtigata & cognita voluntate, eisque præſentibus coram vobis & hujusmodi noſtrum laudum, arbitrium, compromiſſum, ordinationem, mandatum, compoſitionem, diffinitionem, decretum & ſententiam acceptantibus, approbantibus & eis conſentientibus. Renuntiantibus etiam in præſcriptis omnibus & ſingulis, omni juris & legum auxilio, canonici & civilis, nec non exceptioni doli & facti, ſuri & clericali privilegio; conſtitutioni de duabus diætis editæ in concilio generali, omnibus etiam indulgentiis & ptivilegiis, Inſtrumentis & ſcripturis, publicis & privatis, litteris quoque apoſtolicis, impetratis vel impetrandis, & omni alii exceptioni, actioni, defenſioni & rei, quæ objici poſſet contra hæc omnia, vel aliquod eorundem; pro bono pacis & concordiæ partium prædictarum, laudamus, arbitramur, componimus, dicimus, ptonuntiamus, mandamus, decernimus & hac arbitrali ſententia diffinimus, quod præmiſſo utrinque mutuo pacis oſculo, in ſignum ſolidæ amicitiæ inter ipſas partes omni tempore conſervandæ, rancores, inimicitiæ, injuriæ & offenſæ, qui & quæ fuerunt hactenus inter ipſos, remittantur hinc inde, nullo umquam tempore ſuſcitandæ, & altera partium alteram in ſuis agendis bona fide pro poſſe juvabit, prout ſecundum Deum honeſtati eorum & utilitati eccleſiæ Trevirenſis & monaſterii ſupradicti viderint expedire. Et ſi altera partium de altera aliquod ſiniſtrum, vel grande malum & notabile aliquando perciperet, ei per aliquem aut aliquos procurandum, illud, quam cito poterit, revelabit, & bona fide impediat juxta poſſe.

Idemque electus eosdem abbatem & conventum occaſione aliquarum littera-

DXLII.

terarum a ſede apoſtolica vel legato ipſius impetratarum, vel impoſterum impetrandarum, ſuper ſubventione, ſive ſubſidio ei faciendo per ſe vel per alium nullatenus moleſtabit, nec ipſarum occaſione aliquem per ſe vel per alium, aut alios directe vel indirecte exiget, vel exigi faciet ab eisdem; & quod pro bono pacis & concordiæ occaſione damnorum, expenſarum & intereſſe, quæ & quas iidem abbas & procurator ſe & dictum monaſterium feciſſe & habuiſſe & incurriſſe dicebant, mille libras Treverenſes idem electus eisdem abbati & ſuo procuratori, conventus & monaſterii prædictorum nomine ſtipulantibus, & promiſſionem recipientibus, ſolvere tenebitur. Quarum ſexcentæ libræ infra tres menſes, poſtquam ipſe electus proximo intraverit civitatem Treverenſem, & ad adminiſtrationem eccleſiæ Treverenſis reſtitutus fuerit; reſiduum vero ab illo tempore in annum continue numerandum, niſi de ipſius abbatis ſpontanea voluntate terminus utriusque vel alteriusque ſolutionis prorogatus fuerit, perſolvantur; ad quas mille libras ſic ſolvendas dictum electum eisdem abbati & procuratori dicti conventus nomine hac arbitrali ſententia condemnamus.

Idemque abbas eidem electo obedientiam & reverentiam, tamquam patri & domino ac prælato ſuo exhibeat, & fidelitatem obſervet. Utramque partem ab omnibus litibus, quæſtionibus, diſcordiis, controverſiis & querelis, injuriis, damnis, gravaminibus & expenſis, quæ ſunt & fuerunt, ac eſſe potuerunt quibuscumque modis vel occaſionibus inter ipſos usque in hodiernum diem per eandem ſententiam abſolventes, ſuper ipſis utrique parti perpetuum ſilentium duximus imponendum.

Mandantes nihilominus & injungentes eidem abbati, quod omnibus litteris apoſtolicis, & aliis inſtrumentis, actis & munimentis & proceſſibus habitis per easdem contra electum præfatum omnino renuntiet. quibus omnibus idem abbas in continenti renuntiavit expreſſe. Quæ omnia & ſingula ſupradicta ſecundum formam & obligationem in compromiſſo contentas, & ſub pœna ibidem expreſſa, quam partem non ſervantem hujusmodi noſtrum laudum, arbitrium, ordinationem, ſententiam, vel mandatum totiens incurrere volumus, & ab eo exigi poſſe cum effectu, parti ſervanti ſolvendam, quotiens contra prædicta ſeu aliquod eorundem ventum vel actum fuerit, ſeu aliquid attentatum, arbitrando, laudando, componendo, declarando, diſponendo, ordinando, ſententiando & diffiniendo dicimus, præcipimus, decernimus, mandamus & volumus per utramque partem inviolabiliter obſervari. Quæ quidem omnia & ſingula iidem electus, abbas & procurator, prout in compromiſſo & ſuperius exprimitur, ſe omni tempore firmiter & inviolabiliter obſervaturos in noſtra præſentia juraverunt. In cujus rei teſtimonium prædicta omnia per Wilhelmum infra ſcriptum notarium ſcribi & publicari fecimus, & ad majorem certitudinem ſigillorum noſtrorum munimine roborari. Lata & pronuntiata ſunt hæc apud Urbem-veterem in camera præfati Domini Guillelmi cardinalis, ſub anno Domini MCCLXXII. indict. XV. Pontificatus domini Gregorii papæ decimi anno primo, menſis Septembris XXI. die Mercurii; præſentibus dominis Boëmundo primicerio, Henrico circatore, & Henrico dicto Mucchet canonico Metenſi, & Guillermo de Heyengen clerico, teſtibus ad hoc vocatis ſpecialiter & rogatis. Et ego Guillelmus dictus nepos de Ipra ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ publicus auctoritate notarius, prædictis omnibus interſui, & ut ſupra legitur, de mandato dictorum dominorum cardinalium ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, ac meo ſolito ſigno ſignavi. (a) (a)

DXLIII.

N O T A.

(a) Quis fuerit fructus hujus reconciliationis, ita refertur in Geſtis Trev. *p.* 320. „ Cum fuiſſent conciliati, idem electus per eosdem Cardinales ac alios ſuos promotores, quos habebat in Curia gratiam ejusdem Curiæ adeptus, pallium ſuum, quo jam diu caruerat, ſibi dari obtinuit, ac non poſt multos dies cum ipſo pallio ſuo ad terram ſuam Archiepiſcopus eſt reverſus..... Venientes itaque Trevirim dominus Henricus Trevirorum Archiepiſcopus & Abbas, factum eſt, ut multo meliores eſſent amici, quam antea fuerant inimici. „ Porro literas, quibus Gregorius PP. Henricum Abbati reconciliatum à ſuſpenſione liberat, hìc proximè ſubjungimus.

DXLIII.

1272. ## Relaxatur ſuſpenſio Henrici Archiepiſcopi, & conceditur ei libera adminiſtratio Archiepiſcopatûs Trevirenſis.

Martene Collect. ampl. T. IV. p. 324.

GRegorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Henrico Trevirenſi electo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Felicis recordationis Urbanus papa prædeceſſor noſter perlato ad ipſius auditum, quod tu Trevirenſis electus, pallio non obtento, te in tuis litteris archiepiſcopum nominaras, in Rheni flumine novum pedagium motu proprio inſtitueras, & hoc ipſo excommunicationis ligatus ſententia divina celebrabas officia, immo quantum erat in te, potius profanabas, ac exiſtens ſimonia, perjurio, ſacrilegio, homicidio & criminibus aliis irretitus, bona Trevirenſis eccleſiæ dilapidabas & etiam conſumebas.

Inquiſitionem ſuper iis primo venerabilibus fratribus noſtris Wormatienſi & bonæ memoriæ Spirenſi epiſcopis, ac dilecto filio abbati de Rodinkirchen Præmonſtratenſis ordinis ſub certa forma committens, tandem eorum proceſſus ſibi exhibitos reputans defectivos, negotium hujuſmodi fratribus Guilelmo & Rorico de ordine Minorum iterato commiſit. Et licet illi diu in eodem negotio laborarint; tamen quia juris apices non ſervarunt, felicis recordationis Clemens papa prædeceſſor noſter proceſſum per eos habitum de fratrum ſuorum conſilio juſtitia exigente caſſavit, & prædicens tibi, tunc in ſua præſentia conſtituto, quod inquiſitionem ab eodem prædeceſſore Urbano commiſſam proſequi per ſe, vel per alios intendebat ſub certis articulis ſibi traditis, nunc per ſe, nunc per alios, quibus id commiſit, interdum tuas reſponſiones audivit: ex quibus contra te multipliciter invehi videbatur.

Et a teloneo, quod impoſuiſſe dicebaris, ſumens initium; ac tibi allegando primo excommunicationem imponens, pro eo quod ratione telonei a tuo prædeceſſore impoſiti, quod uno anno, ſicut conſtitit ex tua confeſſione, vendideras magno pretio, ex hujuſmodi venditione. Secundo negligentiam, quod per ſex annos & amplius in pallii petitione ceſſaras. Tertio te propterea inexcuſabilem arguebat, quod Philippum quondam Metenſem epiſcopum, patientem notorie intolerabilem, ut dicebat, defectum in litteratura, confirmans conſecrari mandaras. Quarto inſuper ex tua confeſſione, qua confeſſus fueras, quod nec unam miſſam per totum hujuſmodi ſex annorum ſpatium, quibus tamen ſacerdos exstiteras, celebraras, te graviter culpabilem reputando. Quinto tibi per eundem Clementem illud etiam ſimili modo gravem imponebatur ad culpam, quod dicto prædeceſſore Urbano altare apud Urbem-veterem conſecrante, tu inter epiſcopos alios exiſtens, eidem una cum ipſis conſecrationis officium, quod tibi pallio non obtento videbatur inhibitum, peregiſti. Habet præterea ſexto loco hujuſmodi allegationum adjectio, quod tu quibuſdam mercatoribus Senenſibus certam quantitatem pecuniæ ipſis ſub tuo juramento debitam in præfixo ad hoc termino, tunc etiam jam tranſacto, adeo non curaſſes ſolvere, quod ſuper hoc coram eodem prædeceſſore Clemente cum ipſis etiam litem conteſtatus, litigare potius, quam cedere maluiſti, perjurii eras crimine involutus; & cum in inſtrumento ſuper hujuſmodi quantitate confecto contineretur expreſſe, quod non ad petendum pallium, donec quantitatem ſolviſſes eamdem, te aſtrinxeras juramento, idem prædeceſſor Clemens ſubinferens, hoc non carere vitio ſimoniæ, ac te cenſendum proinde ſimoniacum; arguens & adjiciens ſeptimo, te pro eo, quod dilectum filium abbatem S. Matthiæ monaſterii, ac duos ejus monachos ſacerdotes in caſtro tuo captivos nec liberaveras, nec procuraveras liberari, excommunicationem aliam incurriſſe. Licet varias excuſationes pro parte tua ſuper præmiſſis inductas videretur idem multiplici confutare, quia tamen, ſicut expreſſe continet ſeries hujuſmodi proceſſus ipſius, aliqua propoſuiſti de facto, quæ te in aliquo poterant relevare, ipſe, ut eo juſtius, quo & certius, in negotio procederet, ad aliqua infra certum probanda terminum admittere te proponens, prout requireret juſtitia, & æquitas ſuaderet; & ne interim in tuis manibus, ut ſuis verbis utamur, naufragaretur eccleſia Treverenſis, te ab officio beneficioque ſuſpendit, ſummam, ſicut in proceſſu hujuſmodi ſuſpenſionis expreſſit, aliquam taxaturus,

DXLIII.

rus, quæ tibi de redditibus ipſius Treverenſis eccleſiæ deberetur ad proſecutionem ejusdem negotii miniſtrari, poteſtate ſibi nihilominus reſervata contra te ad graviora, nullis aliis expectatis probationibus, procedendi, quando & quoties expedire videret, ſicut hæc omnia in litteris prædeceſſoris ipſius ſuper hoc confectis perſpeximus plenius contineri.

Sane licet coram eodem prædeceſſore noſtro Clemente pro parte tua reſpondendo diverſimode ad præmiſſa dictum fuiſſet ad primum : te ratione telonei, quod tu non impoſueras, quanquam aliquid de ipſo impoſito a tuo prædeceſſore perceperis, excommunicationis ſententiam, quæ contra imponentes in terris ſuis nova pedagia tantummodo promulgatur, nullatenus incurriſſe, cum in veritate novi pedagii non fueris nec dici poſſis impoſitor; ſed impoſiti ab eodem prædeceſſore tuo potius proſecutor, ſicut nec qui nominat aliquem nomine ſibi ab alio impoſito, nominis impoſitor dicitur, ſed ille ſolum, qui a principio impoſuit ipſum nomen; tamen in contrarium fuerat replicatum, te fuiſſe impoſitorem novi pedagii ea poſſe ratione convinci, quia licet in licitis teſtator & hæres perſona una & eadem exiſtimentur, in illicitis tamen inſpiciuntur capita ſingulorum, ita ut alia promittentis vim non facere, alia hæredis ejus violentia cenſeatur; & cum non ſit continuitas in delictis, ſicut apparere dicebatur ex eo, quod juſta vel injuſta poſſeſſio non accedit; inferebatur ex iis prædeceſſoris tui delictum, qui teloneum primo impoſuerat, nullum tibi debere ſuffragium excuſationis afferre, quo minus tu ex illo aliquid exigendo idem principaliter videbaris commiſiſſe delictum, principalis ſaltem pro tuo tempore impoſitor dici poſſes, ſicut & pueri Alexandri, unusquisque loco ſuo, ſibi omnes diademata impoſuiſſe leguntur, in quo intelligi dicebat allegans, quod ſinguli regnum per violentiam occuparunt, & per hoc colligi poſſe, quod ſucceſſorem prædeceſſoris impoſitio non excuſat, quin & ſibi diadema impoſuiſſe leguntur, ac per conſequens impoſitor dici poſſit; quod quidem ex antiquo canone, qui epiſcopis prohibet ex uſu gravamen ſeu ſervile officium imponere ſubditis, poſſet argui evidenter; cum per hoc idem canon patenter inſinuet, propter præcedentem uſum illicitum, & proſecutorem uſus ejusdem ab impoſitoris nomine nullatenus excuſari. Adjiciebatur etiam, quod ſicut navis exercitor eum, quem magiſter navi præpoſuit, fungi magiſterio, patiendo ipſum, impoſuiſſe videtur, ſic immo multo fortius tu, qui dictum teloneum non ſolum paſſus exigi fueras, verum etiam tu ipſe exegeras, illud impoſuiſſe debebas non immerito reputari.

Ad quæ videbatur nomine tuo efficaciter reſponderi, & dici poſſe ad primum: quod licet verum ſit, quod in delictis a pluribus ſive ſimul & eodem tempore, ſive ſucceſſive ac in temporum diverſitate commiſſis, cum delinquant ſinguli, ſingulorum capita ſunt ſpectanda, nec unus alterum excuſet, aut relevet, quominus ſit quilibet puniendus; propterea ſequitur, quod delictum incipiens, & poſtmodum etiam ſcienter proſequens ſemper ad pœnam teneatur eandem, ut eſt videre in illis, quorum alter raptam, ſciens delictum raptoris, ſervavit. Quanquam enim non diſſimile ſit rapere, & raptam ſcientem delictum raptoris ſervare; pœna tamen eſt diſſimilis utriusque ſaltem in amiſſione bonorum, quibus privatur rapiens, ſed non ſervans. Similiter & in caſu, de quo agitur, licet in obſervando ſcienter teloneum a tuo prædeceſſore impoſitum forſan delinquere dici poſſes, non tamen propterea ſententiam, quæ impoſitionem telonei tanquam principium delicti proſequitur, incurriſti. Cujus rei ratio ex illo textu legis aperte colligitur, in quo expreſſe cavetur, quod juſtius eſt eum, qui princeps fuerit delicti, teneri, quam eum quæri, ad quem fuerint res ex delicto prolatæ.

Sic itaque dici rationabiliter poteſt, quod lata contra impoſitorem, tanquam delicti principem, excommunicationis ſententia te, ad quem ex impoſito pervenit aliquid, non involvit; nec quod dicitur, quod non eſt in delictis continuitas, iis obſiſtit. Non enim ex impoſitione ſeu delicto tui prædeceſſoris, continuitas, ſeu delictum continuandi licentia, vel juris alicujus acceſſio quæritur, ſed ſolum impoſitioni novi telonei, contra quam ſolam fertur eadem ſententia, impoſitura repellitur, & ipſius ſententiæ oppoſitio confutatur.

DXLIII.

Sed nec confutationi hujuſmodi contradicit, quod allegatur de pueris Alexandri; ſiquidem illud ſecundum viam juris neceſſario ſuum recipit intellectum, ut per hoc, ſicut inducebat allegans, exprimi ſingulorum violentiæ viderentur. Nam ſi aliquis rei poſſeſſorem immobilis, puta fundi, de illius poſſeſſione violenter ejecit, hæres violenti pacifice illam adeptus, licet rem violentiæ affectam vitio ipſam non ſit dubio poſſidere violentam; tamen dici proprie non poteſt ſe violentiam commiſiſſe. Unde ad id, quod pervenit ad ipſum, non interdicto vi, ſed in factum actione tenetur. Et in violentia rei mobilis, verum eſt raptorem in bonorum raptorum hæredem etiam in id, quod pervenit ad ipſum, non eſſe licitam actionem, quia violentiam non commiſit, ſed ad rei proſecutionem conditionem ſufficere, reputaſſe. Aut igitur quod de pueris prædictis inducitur, ſic eſt neceſſarium intelligi, quod ipſorum ſinguli, & eorum filii poſt eoſdem, in rei veritate ſingulas violentias in adeptione regni ſubditis forſan vel poſſeſſoribus aliquibus inter prædeceſſorem & ſucceſſorem mediis reſiſtentibus commiſerunt, aut hiſtoriographus, ipſos ſibi diademata impoſuiſſe narrando, non ipſorum delicta, ſed ſingulares uniuscujusque notat violentias; ſed ad facti veritatem exprimendam apertius, videlicet quod ſinguli pro regibus ſe geſſerunt, conſuetum loquendi, quem ad idem jura etiam frequenter attendunt, ſecutus eſt morem. Sic enim vulgariter quilibet, maxime rex, ſibi coronam ponere dici ſolet, cum regale aliquid facit, ſeu pro rege ſe gerit in aliquo, vel per ſolemnitatem in menſa forſitan corona utitur, ſeu alias coronatus incedit; nec tamen propter hoc notatur impoſitionis initium, quod ad veritatem coronationis primæ, cum quis in regem aſſumitur, coronatur & inungitur, eſt ſolummodo referendum.

Per hoc etiam addit, quod de canone antiquo fuerat oppoſitum, dicebatur ſufficienter eſſe reſponſum. Nam, & ibi vulgarem modum loquendi, ſecundum quem talliam ſeu collectam imponere dicitur, qui eam exigit, vel extorquet, quanquam ſimilis a multis prædeceſſoribus, vel ab ipſo exacta fuiſſet, canon potius ſequi videtur, quam impoſitionis novæ principium voluiſſe notare, nec enim novi gravaminis impoſitio dici poteſt, quam uſus præcedit maxime antiquatus.

Quod autem de præpoſito a magiſtro apponitur, prorſus eſt a caſu noſtro diverſum. Nam ibi executor magiſtri, cui navis mandavit anchoram gubernandam, factum ratum habere poteſt, cum ille omnia authoritate ac nomine ſuo agat. Unde factum illius in eo, quod alterum navi præpoſuit per patientiam ratum habendo, præpoſitum ab eodem non immerito ipſe impoſuiſſe videtur, quia ratihabitio, quæ ſecundum legislatoris Pauli ſententiam intervenire poteſt, non verbis tantummodo, ſed & actu retrotrahitur, & mandato ſimilis æſtimatur. At in caſu, de quo agitur, tu factum prædeceſſoris tui, ſcilicet impoſitionem telonei, ratam habuiſſe dici non potes, quia ipſam, utpote non tuo geſtam nomine, ſed gerentis, ratificare, ut tu ipſum a principio impoſuiſſe videreris, nec verbis explicitis potuiſſes; ſicut enim jura clamant, ratum habere non poſſumus, quod noſtro nomine non eſt geſtum. Unde ex tua præſumpta telonei venditione ratihabitio nihil agit, ut tu impoſuiſſe, quod tuus prædeceſſor impoſuit, videaris.

Negligentiam quoque tibi ſecundo circa pallii petitionem objectam aſſerendo contrarium excuſabas, cum diu præſens in curia illud, & facto ipſo expreſſe petieris, & varia, de quibus curiæ conſtare dicebas, impedimenta ſuffecerunt, per quæ pallium nequiviſti tanto tempore obtinere.

Aſſeruiſti præterea factum in tertia objectione ſupponi, videlicet te Metenſem electum, patientem intolerabilem in litteratura defectum confirmaſſe ſcienter. Quod tu proponens te ipſius examinationem & confirmationem perſonis idoneis commiſiſſe, aperte negabas, nec teſtimoniis aut alio probationum genere vel tua fuerat confeſſione probatum. Cum tamen ſi etiam de hoc evidentius conſtitiſſet, pœna tibi ſit longe major impoſita, quam a jure ſit in caſibus hujusmodi expreſſa, cum jura eos, qui defectum, de quo prædicitur, patientem confirmando delinquunt, a primi ſucceſſoris ejus, quem taliter confirmarunt, confirmatione ſuſpendant. Tu vero quadriennio, & amplius, generaliter a ſpiritualium & temporalium ad-

DXLIII.

adminiſtratione ſuſpenſus, nec ſucceſſorem prædicti electi Metenſis confirmare, nec alium prout ad Trevirenſem ſpectat præſulem potuiſti.

Quartum inſuper, in quo pro eo arguebaris fore culpabilis, quod nec unam miſſam per VI. annos & amplius celebraras, tam propter illarum partium obſervantiam, quæ te celebrare nondum obtento pallio prohibebat, quam propter quædam, quæ conſcientiæ tuæ ingerentia ſcrupulum (licet petendo circa ea remedium negligens non fuiſſes) te abſtinere a celebratione miſſarum, medio tempore ſuggeſſerunt excuſando conſtanter.

Id quod quinto fuit oppoſitum, pro eo quod memorato prædeceſſori Urbano conſecranti altare inter alios epiſcopos aſtitiſti, dicebas inter cetera propterea excuſabile reputandum, quia ſi nondum, ut præmittitur, obtento pallio in miſſa ejusdem prædeceſſoris Urbani cum aliis prælatis exiſtens, vocatus ex parte prædeceſſoris ipſius, ſicut in talibus fieri conſuevit, acceſſiſti ad ejus præſentiam una cum prælatis eisdem, non magnus in hoc notari poteſt exceſſus, ſed potius obedientia commendari, præſertim cum licet pallio non obtento id tibi principaliter agere in tua provincia non liceret; ſatis tamen veriſimiliter credere poteras, quod in aſſiſtendo eidem, ubi nihil tanquam principalis agebas, ſed ad decentiam potius aſſiſtere videbaris, te ipſius authoritas excuſaret.

Ad ſextum, per quod ex eo de reatu perjurii & ſimoniæ vitio vocabaris, quia dictis mercatoribus pecuniam, quam per inſtrumentum publicum te ab ipſis mutuo recepiſſe, certoque ipſis reddere termino, adjecto, quod non peteres pallium, donec ſolviſſes eamdem, juramento præſtito promiſiſſe monſtrabant, transacto eodem termino non ſolviſti; repetita facti veritate, quæ circa hoc fuerat coram eodem prædeceſſore Clemente propoſita, & per fide digniorum aſſertionem coram nobis eſt plenius revelata, a prædictis perjurio & ſimoniæ vitio dicebaris immunis; quia contractus inter te & dictos mercatores habitus omnino nullus fuerat, nec aliquid veritatis habuerat, nec ſpe futuræ munerationis tibi faciendæ ab ipſis intervenerat; ſed cum quidam tertius promitteret ſe facturum, quod claræ memoriæ rex Richardus in Romanorum regem electus duodecim millia marcas, quæ prædeceſſori tuo dare voluerat, tibi daret, tu de illis ſexcentas marcas eidem tertio, & non antea perſolvendas, cum idem tertius prædicta marcarum millia tibi ſolvi efficaciter promiſiſſet; quod cum non fuerit procuratum, tu nec dictas ſexcentas marcas ſolvere tenebaris, nec eas non ſolvendo perjurium incurriſti, profecto nec vitium ſimoniæ; pro eo quod, donec illas ſolveres, te in contractu, qui ex nulla ſui parte in veritate conſtitit, videbaris ad non petendum pallium obligaſſe, præſertim cum hoc non ſit prohibitum, quia ſimoniacum, ſed quia per conſtitutiones argui poteſt forſitan prohiberi, cenſendum ſimoniacum videatur. In quo etiam ſi peccaſſes in aliquo, ſatis videri poteras tanti temporis ſuſpenſione punitus.

Verum illud quod ex omiſſa dictorum abbatis, & monachorum liberatione tibi ſeptimo fuerat objectum, te ſcilicet propterea in ſententiam canonis incidiſſe, tu pro eo frivolum reputans, quod ſicut coram prædeceſſore noſtro Clemente fuerat allegatum, poſſe tuum feceras ad liberationem, nec omiſſio, quod contra te videbatur ab allegante ſupponi, probata extitit, vel etiam probari potuiſſet, nec liquidum eſſe de jure quod exacta exigeretur in hoc diligentia, ſed bonam fidem de cujus contrario non conſtabat, dicebas ſufficere, ut dictam canonis ſententiam evitares.

Tandem humiliter ſupplicaſti tibi, immo potius Treverenſi eccleſiæ, quæ occaſione ſuſpenſionis hujusmodi multis diſcriminibus patuit, damna incurrit gravia, & niſi remedio celeri ſuccurratur eidem, adhuc graviora veretur, miſericorditer ſubveniri; præſertim cum memoratus prædeceſſor Clemens, quanquam contra te allegationibus multum inſiſteret, ac confutariis replicationibus contra tuas nunc propoſitas excuſationes in ſæpefato proceſſu videretur inniti: hoc tamen non tam aſſerendo feciſſe, quam diſcutiendo de hujusmodi negotii meritis videatur, ac te per excuſationes easdem etſi non excuſatum, pro eo, quia ſibi adhuc nequaquam de facto, quod proponebatur, nec de illius veritate conſtabat; tamen eum conſtaret excuſabilem reputaſſe. Quod ex eo videtur liquido apparere, quia, ſicut

DXLIII.

cut præmittitur, te ad ipſarum ſeu aliquarum ex eis probationem admittere intendebat, licet id facere nequiverit, ſicut Domino placuit, morte præventus, nec ad definitionis proceſſit calculum; ſed te potius ex quadam ſua, ſicut præmiſſa verba: *ne in manibus tuis interim Treverenſis naufragaretur eccleſia* ſatis patenter indicant, proviſione ſuſpendit. Hujusmodi quoque ſupplicationibus ſuppliciter & reverenter inſiſtens, miſericordiam non judicium poſtulaſti; adjiciens, quod etſi forſan in præmiſſis aliquatenus exceſſiſſes, ſatis tamen poterat exceſſus hujusmodi tam diffuti temporis ſuſpenſio expiaſſe.

Nos itaque attendentes, ſuſpenſionem eandem, quæ ad proviſionem dictæ Trevirenſis eccleſiæ fuit ex intentione ipſius prædeceſſoris noſtri Clementis inducta, in ejus grave diſpendium redundare; conſiderantes quoque temporis inſtantis circumſtantias varias, propter quas eccleſia totaque Trevirenſis provincia tua multum dignoſcitur præſentia indigere; nec omittentes in conſiderationis noſtræ ſcrutinio, quod ejusdem ſuſpenſionis opprobrium cum multa humilitate & patientia toleraſti; deliberatione cum fratribus noſtris habita, ſuſpenſionem ipſam de ipſorum conſilio relaxamus, tibi nihilominus concedentes expreſſe, ut adminiſtrationem ejusdem Trevenſis eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus, tam quoad ea, quæ ſunt ordinis, quam ad ea, quæ ſunt juriſdictionis, præmiſſis non obſtantibus, ex quibus nullum tibi volumus parari præjudicium, vel obſtaculum interponi, libere gerere valeas, ſicut prius. Nulli ergo omnino hominum &c. hujuscemodi relaxationis & conceſſionis &c.

DXLIV.

1272. **Inſtitutum monialium de Engel-port.**

IN nomine Domini amen. Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus, quod Emelricus miles de Munrean advocatus & dominus fundi, qui dicitur Leinherre in Fanckel, ob ſpem retributionis æternæ contulit monaſterio in Cumerle, quidquid proprii habuit ſuper aquam, quæ flumen dicitur, videlicet curiam & locum, in quo clauſtrum nunc eſt ſitum, quod dicitur Angelica-porta, & vineam in Fanckel, cum omni jure ſuo, quod ipſe poſſedit, cum aqua, cum paſcuis & jure & nemore, ut conventum ibidem ponerent, & clauſtrum initiarent, quia ipſi hoc innotuit, quod ſervitium Deo gratum ibidem deberet exhiberi, & ſic miſſæ ſunt ſorores aliquæ in locum; ſed cum non proficerent, ad propria redierunt. Vir autem nobilis Philippus dominus de Wietenbergh, qui in proprio fundo in * Ardania initiaverat eccleſiam, & tres filias ſuas ibidem locaverat, videns iſtum locum magis convenientem, comparavit eum duabus * de Cummeda pro XXX. marcis, & una arce in Bacharaco, & ibidem tranſtulit prædictas filias ſuas cum aliis ſororibus anno Domini MCCLXII. cal. Febr. & cooperante domino conventum ordinavit, cum conſenſu & voluntate filiorum prædicti Emelrici, videlicet Philippi & Emelrici militum & advocatorum in Fanckel. Prædictæ vero ſorores usque ad id tempus fuerunt in ordine Prædicatorum, ſed quia ordo non recepit eas, ad Præmonſtratenſem ordinem ſe converterunt, ſubdentes ſe abbati Steinſeldenſi, & in die B. Auguſtini anno MCCLXXII. ſolemnem profeſſionem in manum D. Corvini abbatis Steinſeldenſis fecerunt. Poſtea vero cum D. Henricus Trev. archiepiſcopus de curia Romana rediret, ſuo negotio perfecto, commiſit eas Cunrado abbati de Seina & ſuis ſucceſſoribus in temporalibus & ſpiritualibus regendas, anno ut ſupra MCCLXXII. (a)

* Ardenna

* villis

(a)

DXLV.

N O T A.

(a) Situm eſt hoc parthenon Cochemium inter & Treiſum, in valle duobus rivis irriguâ, Nobilium virginum hodiedum florens hoſpitium.

DXLV.

DIPLOMA

1273. 3. *Jan.*

RUDOLPHI IMP.

pro S. Maximino, ne quis advocatus advocatiam aut alia ad monaſterium pertinentia alienare valeat absque Abbatis conſenſu.

Mertene *Coll. ampl. Tom. I. p.* 1376.

RUdolphus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus univerſis S. I. R. fidelibus præſentes llteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cum divorum imperatorum & regum Inclytæ recordationis anteceſſorum noſtrorum geſta pia mente revolvimus, & internæ conſolationis oculis perſpicimus, ut eorum juſtis exemplis noſtra coaptemus veſtigia in voto gerimus, aut in deſiderio continemus, ſperantes, quod ex eo quod eccleſias & eccleſiaſticas perſonas, divino cultui deputatas, liberas atque a preſſuris ereptas pleniori præ cæteris gratia confovemus conceſſa, nobis deſuper ſalus & gratia debeat ampliari. Hinc eſt, quod nos cum monaſterium ſancti Maximini, qui in ſuburbio Trevitorum requieſcit, ſpeciali proſequamur gratia & ſavore, volumus ac mandamus auctoritate regia firmiter & diſtricte, nequis advocatorum dicti monaſterii advocatiam ipſi monaſterio attinentem, vel quascunque res alias vel ab ipſo monaſterio venditionis, collationis vel donationis titulo alienare valeat ullo modo, niſi prius eisdem abbati & conventui oblata & exhibita fuerint ad emendum, quas infra legitimum tempus iidem abbas & conventus, ſi volent, emere tenebuntur. alioquin tunc licebit eisdem venditoribus eas vendere, quibuscunque perſonis; quæ monaſterio prænotato recalcitrare non valeant, in ſolvendis & exhibendis bis omnibus, ad quæ ſæpedicto monaſterio ſint aſtricti. Inhibentes ſimiliter ſicut ante, nequis bona poſſidens, unde prædicto monaſterio homagium fieri eſt conſuetum, ipſa bona vendere valeat vel pignori obligare, niſi abbatis ad hoc accedente conſenſu & licentia ſpeciali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ inhibitionis infringere, vel eidem in aliquo auſu temerario contraire. Quod qui facere forte præſumſerit, gravem noſtræ indignationis offenſam ſe noverit incurſutum. In cujus rei teſtimonium, & perpetuum roboris firmamentum, præſens ſcriptum exinde conſcribi & majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Datum Argentinæ III. nonas Januarii indict. II. anno Domini MCCLXXIII., regni vero noſtri anno primo.

DXLVI.

1273. 23. *Aug.*

Feudum ligium caſtri Moylsberch & aperibile.

NE ea, que ſunt in tempore, lapſu temporis a memoria labantur, homini conveniens eſt, ut ſcripti patrocinio perhennent. Hinc eſt, quod ego Ditherus dominus de Molsberch, & Lyſa uxor mea tam preſentibus quam futuris, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, volumus eſſe notum, quod nos unanimi voluntate & liberorum noſtrorum ad hoc accedente conſenſu, (a) caſtrum noſtrum proprium & liberum (a) Mols-

NOTÆ.

(a) *Caſtrum noſtrum Molsberch.*] Situm ex altera parte Rheni in finibus Limburgi; illud modò feudi jure ab Archiepiſcopatu Trevirenſi tenent Barones à Walderdorff.

DXLVI.

Molsberch contulimus, & conferimus & donamus beato Petro & eccleſie Trevirenſi, nec non venerabili patri domino Henrico Trevirorum archiepiſcopo, & eidem caſtrum tradimus antedictum, ita quod ipſe & eccleſia Trevirenſis & ſucceſſores ſui eodem caſtro utantur ad voluntates ſuas & eccleſie neceſſitates, prout aliis caſtris ſuis & eccleſie Trevirenſis liberis & abſolutis uti Trevirenſes archiepiſcopi hactenus
(b) conſueverunt. (b) Hoc tamen adjecto, quod ego, uxor mea, & liberi mei, ſive maſculini ſexus ſive feminini, nec non, ſi liberi nobis non fuerint, heredes mei proximiores utriusque ſexus, qui pro tempore fuerint, idem caſtrum ab archiepiſcopo Trevirenſi, qui pro tempore fuerit, recipiemus in feudo & tenebimus, ita quod de eodem caſtro non valeamus aliquatenus exheredari. Obligamus etiam omnia bona, que tenemus ab archiepiſcopo & eccleſia Trevirenſi, quod nos prefatum caſtrum reddemus ab omni contradictione liberum, & de eodem caſtro ipſi domino archiepiſcopo faciemus debitam (c) warandiam. In cujus rei (c)
& facti evidentiam prefato domino noſtro archiepiſcopo & eccleſie Trevirenſi ſigilla honoratorum virorum & nobilium, domini Henrici de Bolandia archidiaconi Trevirenſis, Godefridi comitis Seynenſis, Henrici comitis de Virneburch, domini Henrici de Iſemburch, meo & uxoris mee preſentes literas tradimus communitas. Actum preſentibus domino Gerardo de Eppenſtein archidiscono Trevirenſi Tythardo de Paffindorff, Friderico filio Walpodonis, Henrico de Stockheim, Everhardo dicto Plezh, Reynardo de Foſſato, Hermanno de Hadenmar, Wilhelmo de Horcheim, & Henrico de Holebach militibus. Anno Domini MCCLXXIII. decimo kalendas Septembris.

N O T Æ.

(b) *Hoc tamen adjecto quod &c.*] Hæc adjectio ſeu exceptio indicat, regulam ſtare in contrarium; proinde feuda Trevirenſia eo etiam tempore nullatenus fuiſſe hæreditaria; imò maſculina.

(c) *Warandiam.*] id eſt, evictionem præſtabimus.

DXLVII.

1273. 11. Sept. Quod caſtrum Byſchofſtein eſt feudum ligium Eccleſiæ Trevirenſis.

Henricus de Bolandia Dei gratia archidiaconus in eccleſia Trevirenſi & prepoſitus Cardonenſis univerſis preſentes literas inſpecturis & legi auditurís ſalutem in Domino ſempiternam. Cum nos emerimus medie-
(a) tatem (a) caſtri Byſchofſtein, & aliam medietatem edificaverimus noſtris ſumptibus & expenſis, ad honorem Jeſu Chriſti, & matris ejus virginis glorioſe, pro remedio anime noſtre, ipſum caſtrum Byſchofſtein legamus & donamus eccleſie Trevirenſi, habitationem ejuſdem caſtri nobis ad vitam noſtram reſervando, ſic videlicet, ut archidiaconus vel archidiaconi ſuccedentes nobis in archidiaconatu in perpetuum habeant & teneant ipſum caſtrum, & de ipſo caſtro faciant archiepiſcopis Trevirenſibus, qui pro tempore fuerint, homagium & fidelitatem, & erunt homines ſui ligii de ipſo caſtro. Volumus etiam ipſum caſtrum eſſe ligium archiepiſcopis Trevirenſibus & eccleſie Trevirenſi in perpetuum. Hanc legationem & donationem fecimus in generali capitulo Trevirenſi, & in preſentis reverendi patris & domini noſtri Henrici Dei gratia Trevirorum archiepiſcopi & venerabilium virorum Theoderici majoris prepoſiti Trevirenſis, Roberti majoris decani, Wilhelmi cantoris, Cunonis ſcholaſtici, Werneri prepoſiti S. Caſtoris in Confluentia, Boemundi primicerii Metenſis, Arnoldi de

N O T A.

(a) *Caſtri Byſchofſtein.*] De hoc caſtro vide carmen Venantii Fortunati, quod ad annum 563. retulimus.

DXLVII.

de Bowilre, magiſtri Henrici de ſancto Nabore, Gerardi de Duna, Walteri de Urley, Ezberti cellerarii, Siberti & Arnoldi fratrum de Ulmena, Lutteri de Elge, Joannis dicti ſapiens, & Henrici de Garlandia canonicorum Trevirenſium, & aliorum fide dignorum. In cujus rei teſtimonium preſentes literas conſcribi fecimus, & predicti patris ac domini noſtri Henrici Trevirenſis archiepiſcopi & capituli Trevirenſis ac venerabilium virorum Theodorici majoris prepoſiti Trevirenſis, Roberti majoris decani, Gerardi de Eppenſtein, noſtro, & Walrami de Sleyda archidiaconorum Trevirenſium, Boemundi primicerii Metenſis & canonici Trevirenſis predictorum, ac officialis curie Trevirenſis ſigillis, que preſentibus ſunt appenſa, rogavimus communiri. Anno Domini MCCLXXIII. feria ſecunda poſt nativitatem beate virginis.

DXLVIII.

1275. 13. Febr.

Poynce Troyſin de Maleroth totum allodium ſuum in Elaynges & Beuanges, ſub ſigillo Henrici Comitis Lutzillimburgenſis, ab Eccleſia Trevirenſi in feudum accipit.

E Poynces Troiſins ſires de Maleroit ſais coniſant a touz ceans, que ces letres varont, & oront, que jai repris en fiez & en hommaige mon aluet que je ting a Elanges devant Thyonville, & mon aluet que je ting a Beuanges deles Richermont & caot, que je jai entiermant en hommes, en raotes, en droytures, & en toutes autres choſes, de mon honorable peyre en deu & ſignor Heinrit per lay gratce de Deu Archeveke de Trieuez, & añ doy eſtre ſes hom, je meu oir à lu, & a touz les Archevekes, qui apres lu ſeront en legliſe de Trieuez. En temoignage de la queil choſt a je mis mon ſaiel en ces preſentes letres, & ai priei & requis a noble homme mon tres chier ſignor Henric Conte de Lutzellimbourg, que il meiſt ſon ſaiel pour tesmognier ces choſes devant dites. Et nos Heioris Coms de Lutzellimburg devant nommez, per ſa prieire, & per ſa requeſte don devant dit Poinze Troyſin, avons mis noſtre ſaiel en ces meimes letres, que furent faites l' an de graice MCCLXXV. loy mardi apres loy mi karame.

DXLIX.

1277. 11. April.

Feudum caſtri Kempenich cum omnibus pertinentiis.

UNiverſis preſentes literas inſpecturis ac legi audituris. Nos Gerardus dominus de Kempenich notum eſſe volumus, quod noſtrum (a) caſtrum Kempenich cum allodio attinente & aliis univerſis pertinentiis, juribus, jurisdictione, dominio, hoonore, redditibus & proventibus ad ipſum caſtrum ab antiquo ſpectantibus libere & ſpontanee reſignamus reverendo patri & domino noſtro Henrico Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo & eccleſie Trevirenſi de expreſſo conſenſu & voluntate domine Beatricis uxoris noſtre. Qua reſignatione facta idem dominus noſter archiepiſcopus dictum caſtrum

NOTÆ.

(a) *Caſtrum Kempenich.*] Quod ex poſt pleno jure ad Electoratum Trevirenſem tranſiit, deinde Dominis ab Elt jure antichretico conceſſum pro ſumma duodecim millium aureorum.

DXLIX.

ſtrum cum omoibus ſois attinentlis
(b) predictis, (b) oobis & noſtris heredibus conceſſit in homagium perpetuum pateroe liberalitatis affectu, de quibus nos & noſtri heredes dicto domino noſtro archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus archiepiſcopis Trevirenſibus erimus ad fidelitatis debitum perpetuo adſtricti. Dictum etiam caſtrum cum attinentiis ejusdem prefata domioa Beatrix uxor noſtra, quoad vixerit, nomine dotalicii 'poſſidebit de dicti domini noſtri archiepiſcopi pleno aſſeoſu & libera voluntate. Io cujus rei memoriam & debitam firmitatem preſentem cartulam inde confectam noſtro & nobilis viri Wilhelmi domini de Manderſcheit ſigillis communiri fecimus & communimus. Datum aono Domini MCCLXXVII. feria tertia poſt dominicam, qua cantatur: Miſericordia Domini.

N O T Æ.

(*b*) *Nobis & noſtris heredibus.*] Quanquam hæc expreſſio per ſe indeterminata ſit, eò quòd hæredum nomine etiam, generaliter loquendo, fœminæ veniant; hic tamen ea reſtringitur per ſubjectam materiam, feudum nempe, cujus natura eſt, ne fœminæ ſuccedant. Add. Vultejum *Concil. Marpurg. Vol. IV. Conſ.* 11. *n.* 59. *ſeqq.* Quam interpretationem juvant, quæ de dotalitio ſpecialiùs hic pacta leguntur.

DL.

1277. 8. *Nov.* Quod caſtrum Trys teneatur ab Eccleſia Trevirenſi, confitetur Wernerus de Trys.

(a) WErnerus de Trys miles dictus Urie, & Uda uxor ejus omnibus in perpetuum. Ne facta modernorum, que digna ſuot memoria poſterorum, fruſtrentur ignorantia, decet & expedit & ſigillorum & ſcripti munimine, vivoque teſtimonio roborari & perennari. Hinc eſt, quod nos Wernerus & Uda uxor ſua jam predicti, univerſis & ſingulis, preſentibus & poſteris, preſentes literas inſpecturis, vel audituris, notum eſſe cupimus, publice recognoſceotes & proteſtantes, nos recepiſſe & tenere cum omni ſolemnitate ad hoc debita & conſueta a reverendo patre & domino noſtro Henrico Dei gratia
(b) Trevirorum archiepiſcopo, (b) eo jure, quo bone memorie Everhardus quondam pater mei Werneri predicti, & alii progenitores mei, in linea aſcendenti teouerunt ab eccleſia Trevirenſi burggravionatum hereditarium caſtri de Trys, ita videlicet, ut per cuſtodes, homines ſcilicet jam dicti domini noſtri arcbiepiſcopi & eccleſie Trevireoſis, cuſtodiam turris caſtri jam prefati tempore noctis per tres cuſtodes & non pauciores viciſſim ut aſſocios noctis vigilias & excubias obſervantes, ſed tempore lucis ſeu diurno per duos ad minus, nunquam de ipſius turris cuſtodia diſceſſuros, ſub expenſis noſtris fideliter debeamus procurare, & cuſtodes eſſe debent homioes prefati domini ooſtri archiepiſcopi & eccleſie Trevireoſis, & non aliorum dominorum, & primo ipſi cuſtodes dicto domino archiepiſcopo, & cooſequenter etiam Wernero predicto oomine ipſius archiepiſcopi & eccleſie Trevirenſis fidelitatem, prout moris eſt, cum ſolemnitatibus debitis & conſuetis facient & preſtabunt, jurantes fidelitatem hujus tactis corporaliter evangeliis ſacroſanctis;

N O T Æ.

(*a*) *Wernerus de Trys & Uda uxor ejus.*] Trys ſeu Treis, caſtrum juris Trevirenſis juxta tractum Hunnorum, *dem Hundsrück*. Ejusdem juris tum quidem necdum fuerat, poſtea tamen factum eſt, caſtrum Schœneck, eodem tractu ſitum, ex quo nata Uda. Vid. ſupra dipl. Richardi R. de 23. Jan. 1263.

(*b*) *Eo jure, quo bona mem. Everhardus pater mei Werneri & alii progenitores mei tenuerunt.*] Ex eis, quæ ſequuntur, apparet, jus hoc ſpeciale fuiſſe; tale nempe, ut & fœminæ in Burggraviatu ſuccederent; aliàs enim minimè opus fuiſſet caveri, ne Werneri liberi *utriúsque ſexus* aliis quàm Miniſterialibus Eccleſiæ Trevirenſis darentur in matrimonium; eo ſcilicet fine, ne hoc feudum in manus deveniat aliorum.

DL.

ſanctis; tempore autem guerre & neceſſitatis plures cuſtodes ſupra dictam turrim ponere poterimus, & licebit, alios verò vigiles & cuſtodes tam porte, quam caſtri predicti, & capellanum celebraturum ibidem ſolemnia divinorum, dominus noſter, jam predictus dominus archiepiſcopus Trevirenſis vel ſui pro tempore ſucceſſores vel eccleſia Trevirenſis ponere & procurare tenebuntur, & habere, ſecundum que eis viſum fuerit expedire. Turrim autem predictam predicto domino noſtro archiepiſcopo vel ejus pro tempore ſucceſſoribus, quando & quociens ipſis placuerit & neceſſe eis fuerit, tenebimur aperire & aſſignare; itaque ipſi de eadem turri valeant ſe juvare. (c) Adjectum eſt &, quod nos (c) liberos noſtros utriusque ſexus tam genitos, quam gignendos nullis aliis quam miniſterialibus prefate eccleſie Trevirenſis debebimus vel poterimus matrimonialiter copulare, ne cuſtodia dicte turris vel burggravionatus in prejudicium eccleſie Trevirenſis & in leſionem, deteriorationem, vel diminutionem juris ipſius eccleſie ad manus devolvatur, vel deveniat alienas, nec aliquis liberorum noſtrorum aut heredum, vel quicunque alius burggravionatum predictum tenere poterit vel habere, qui non ſit miniſterialis eccleſie Trevirenſis. Que omnia & ſingula tam ſupraſcripta quam infraſcripta nos Wernerus & Uda uxor ejus predicti fide corporali preſtita in manus ſepedicti domini noſtri Henrici archiepiſcopi Trevirenſis & ſub debito ſacramenti corporaliter a nobis preſtiti pro nobis noſtrisque liberis ac heredibus ſucceſſoribus promiſimus & promittimus dicto domino noſtro archiepiſcopo Trevirenſi pro ſe ſuisque ſucceſſoribus & eccleſie Trevirenſi ſolemniter ſtipulanti fideliter adimplere & inviolabiliter obſervare, ſponte eligentes & acceptantes, ut ſi quod Deus avertat, contra premiſſa vel infraſcripta vel aliquod eorundem nos vel noſtros liberos aut heredes tanquam immemores noſtre ſalutis, fidei & preſtiti juramenti venire contingat, ex tunc ſtatim ipſo facto ſine ſpe reſtitutionis & gratie ſimus privati, & cadamus jure predicti burggravionatus dicti caſtri, & ab omni jure, quod tenuit Eberhardus pater mei Werneri predicti & progenitoris mei in ipſo burggravionatu, & ab omni feudo & jure feudi, quod tenemus a dicto domino archiepiſcopo Trevirenſi & ab eccleſia Trevirenſi & ab aliis quibuscunque dominis eccleſiaſticis & mundanis. Et ex tunc domini infraſcripti, dominus Henricus videlicet de Bolandia archidiaconus in eccleſia Trevirenſi, Gerardus dominus de Wiltenberg, Henricus dominus de Pirremunt, & Conradus dominus de Schonecke ſororius mei Werneri in deteſtationem & penam noſtri criminis, fidei violate videlicet & perjurii, nobis favore, conſilio vel auxilio non aſſiſtent, ſed manum nobis ſubtrahent adjutricem contra ſepedictum dominum noſtrum archiepiſcopum, vel ejus pro tempore ſucceſſores & eccleſiam Trevirenſem. In cujus rei teſtimonium & robur perpetue firmitatis preſentes literas prenominato domino noſtro Henrico archiepiſcopo & eccleſie Trevir. tradidimus & tradimus ſigillorum noſtrorum preſentibus appenſorum munimine roboratas. Sigilla etiam predictorum dominorum preſentibus appendi rogavimus & obtinuimus cauſa firmitatis & certitudinis amplioris. Nos vero Henricus de Bolandia archidiaconus in eccleſia Trevirenſi, Gerardus dominus de Wiltenberg, Henricus dominus de Pirremunt, & Conradus dominus de Schonecke prenominati, premiſſa omnia & ſingula ſic eſſe proteſtamur & vera, & ad preces prefatorum Werneri & Ude Uxoris ſue ſigilla noſtra nos appendiſſe recognoſcimus huic ſcripto. Actum & datum Confluentie anno Domini MCCLXXVII. VI. idus Novembris.

DLI.

N O T Æ.

(c) *Liberos noſtros nullis aliis, quam Miniſterialibus Eccleſiæ Trevirenſis poterimus matrimonialiter copulare.*] Adſtricta fuiſſe Miniſterialium matrimonia, jam alibi diximus. Conf. Eſtor *de Miniſterial. Cap. II. Sect.* 3. *parte* 2. §. 96. *ſeqq.*

DLI.

1277. 8. *Nov.*

Obligatio partis Advocatiæ Monaſterii Meynfelt pro 500. marcis Aquenſium Henrico Archiepiſcopo Trevirenſi per Fridericum Dominum Novi-Caſtri.

(a) UNiverſis preſentes literas inſpecturis & audituris (*a*) Fridericus de Novo-caſtro, Irmegardis uxor ipſius, Fridericus & Robinus eorum liberi, ſalutem, & cognoſcere veritatem. Ne facta modernorum, que digna ſunt memoria poſterorum, fruſtrentur ignorantia, decet & expedit ea ſigillorum & ſcripti munimine, vivoque teſtimonio perennari. Hinc eſt, quod nos preſentium inſpectoribus & auditoribus univerſis cupimus eſſe notum, & tenore preſentium publice proteſtamur, quod nos partem advocatie, quam bone memorie Henricus quondam dominus de Coverna avunculus noſter tenuit in feodo ab eccleſia Trevirenſi, & nos tenemus, & tenere nos recognoſcimus iu oppido Monaſterienſi in Meynſelt ac locis & villis circumjacentibus cum omnibus juribus ſuis & attinentiis, quibuscunque nominibus cenſeantur, de communi conſenſu, unanimi & ſpontanea voluntate ſingulorum & omnium noſtrum, titulo pignoris obligavimus & preſentibus obligamus reverendo patri ac domino noſtro Henrico Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo & eccleſie Trevirenſi, pro quingentis marcis Aquenſium denariorum legalium & uſualium, ſecundum que currunt contra apud Confluentiam XII. ſol. pro marca qualibet computatur; quas quingentas marcas ab eodem domino noſtro Henrico archiepiſcopo Trevirenſi recepimus & recepiſſe nos confitemur integraliter ad plenum in pecunia numerata tradita nobis & aſſignata; renuntiantes plane ſimpliciter & expreſſe exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non aſſignate nobis & non recepte pecunie, doli, condictioni ſine cauſa, actioni & exceptioni in factum, literis impetratis & impetrandis, privilegiis, fructibus, ac redditibus provenientibus & percipiendis de advocatia predicta vel obligationis prefate, quos in ſortem vel ſortis attenuationem minime volumus computari, (*b*) (b) ac omni alii auxilio juris canonici vel civilis, quod nobis vel noſtris liberis aut ſucceſſoribus hereditariis contra preſcripta vel infraſcripta vel aliquod eorundem poſſet aliqualiter ſuffragari; & fide corporali preſtita in manus jam dicti domini noſtri archiepiſcopi Trevirenſis pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus & eccleſie Trevirenſi ſolemniter ſtipulanti predictam obligationem pignorantiam predicte advocatie ratam & firmam habere, authorizare, defendere & (*c*) disbrigare & per nos vel per (c) alios verbo vel facto, de jure vel de facto, arte, modo, ingenio, ſive cauſa, non contrafacere vel venire. In cujus rei teſtimonium & munimen preſentes literas prenominato domino noſtro archiepiſcopo & eccleſie Trevirenſi tradidimus & tradimus, ſigillorum noſtrorum preſentibus appenſorum munimine roboratas. Sigilla etiam nobilium virorum Godefridi comitis Seynenſis, & Godefridi domini de Eppenſtein, & Joannis domini de Brunshorn militum preſentibus appendi rogavimus & obtinuimus, cauſa firmitatis & certitudinis amplioris. Nos vero Godefridus comes Seynenſis, Godefridus dominus de Eppenſtein, & Joannes D. de Brunshorn prenominati premiſſa omnia & ſingula ſic eſſe proteſtamur & vera, & ad preces prefatorum Friderici domini de Novo-caſtro, Irmegardis uxoris ſue, & natorum ſuorum Friderici & Robini ſigilla noſtra nos appendiſſe recognoſcimus huic ſcripto. Nos vero Fridericus & Robinus fratres prenominati, quia ſigilla propria non habemus, ſigilla eccleſiarum ſancti Caſtoris & ſancti Florini in Confluentia, que ad preces noſtras preſentibus ſunt appenſa contenti ſumus & uſi. Et nos capitula predictarum eccleſiarum, a fratribus jam predictis rogati, ſigilla noſtrarum eccleſiarum appendiſſe nos recognoſcimus huic ſcripto. Actum & datum Confluentie anno Domini MCCLXXVII. VI. idus Novembris.

DLII.

N O T Æ.

(*a*) *Fridericus de Novo-Caſtro.* Aliam ejus chartam jam dedimus ad diem 26. Maij 1272.

(*b*) *Ac omni alii auxilio juris Canonici & Civilis.*] Ex iis, quæ præcadunt, manifeſtum eſt, denotari jus Romanum, jam receptum his partibus. Adde inſtrumentum venditionis caſtri Marberg de anno 1279. nec non literas feudales Jofridi de Berthringen de eodem anno, ubi ſimilia juris Romani indicia adhuc uberiùs proſtant.

(*c*) *Disbrigare.*] A vexa & lite liberare.

DLII.

1277. 8. Nov. Fridericus de Novo-caſtro recognoſcit, quòd caſtra Coverna, inferius & ſuperius, ſunt ligia Trevirenſis Eccleſiæ; nec alienabuntur ſeu nocebunt Eccleſiæ Trevirenſi. &c.

FRidericus dominus de Novocaſtro, Irmegardis uxor ejus, Fridericus & Robinus oati ipſorum, omnibus in perpetuum. Ne ſacta modernorum, que digna ſunt memoria poſterorum, fruſtrentur ignorantia, decet & expedit ea ſigillorum & ſcriptl munimine vivoque teſtlmonio perennari. Hinc eſt, quod oos Fridericus, Irmegardis uxor ſua, & nati predicti, notum eſſe cupimus preſentium inſpectoribus & auditoribus univerſis, quod oos conjunctim & diviſim duo caſtra de Coveroa ſeu contermina & vicina, videlicet caſtrũ inſerius & caſtrũ ſuperius, quod Altemburg vulgariter appellatur, cum continentibus edificiis, adherentibus ipſis caſtris, juribus & redditibus, que jure ligio ſeudali tenemus & recognolcimus nos tenere a reverendo patre & domino ooſtro Henrico Dei gratia Trevirorum archieplſcopo, & ab eccleſia Trevireoſi, quocunque caſu & neceſſitate contingentibus, nunquam alicul hominum poterimus titulo pignoris obligare, vel aliquo alio alienationis genere transferre niſi ſoli domino archiepiſcopo predicto vel ſuis ſucceſſoribus, qui pro tempore ſuerint, vel eccleſio Trevireoſi, nec alium vel alios infeodare poterimus de eisdem; & ſi de facto oos aliquem, vel aliquos de caſtris predictis & attineotiis eorundem inſeodare cootingeret, talibus infeodatis nihil juris penitus acquiretur per conceſſionem hujus feodalem, & ſtatim ipſo facto talis Infeodatio ſeu conceſſio feodalis caſſa ſit & vana, isrita & inanis, & nullius roboris, vel momenti. Et ſi neceſſitate cogente nos dicta duo caſtra vel unum ex ipſis vel Ipſorum attinentils juribus & redditibus vendere debebimus in ſuturum, vel in alium quocunque titulo alienationis transſerre, nos prius ipſa caſtra vendenda juxta bonorum virorum eſtimationem rationabilem offeremus & offerre teoebimur prefato domino ooſtro archiepiſcopo Trevirenſi, & ejus pro tempore ſucceſſori & eccleſie Trevirenſi pro pretio competenti. Et ſi jam dicta caſtra ſibi per nos oblata, ſecundum que jam ſuperius expreſſum eſt, comparare recuſaverint, ex tunc nos cum eisdem caſtris noſtram utilitatem ordinare poterimus, ſecundum quod nobis viſum fuerit expedire, ſine leſiooe tameo & prejudicio jurium domini ooſtri archiepiſcopi Trevirenſis, & eccleſie; Ita ſcilicet, ut ſuis juribus & debitis non fraudentur obſequiis, ſed ſeudum predictum ſine deterioratione qualibet & diminutione maneat, & in aliquo non ledatur. Nec de ipſis caſtris eidem domino noſtro vel ſuis, ſucceſſoribus eccleſie Trevirenſis, & ſuis, ac univerſis & ſingulis eccleſiis, In dioeceſi Trevirenſi conſtitutis, collegiatis vel non collegiatis, eccleſiaſticis, ſecularibusve perſonis damna, violentias, injurias, oppreſſiones, & moleſtationes aliquas per nos aliquatenus Inferemus vel inſerri per alios patiemur machinationibus quibuscunque. Ad que omnia & ſingula tam ſupraſcripta quam infraſcripta fideliter adimplenda, & inviolabiliter obſervanda nos adſtrinximus & adſtringimus fide preſtita corporali & ſub debito preſtiti corporaliter ſacramenti, eligentes & acceptantes ultronea voluntate, ut ſi, quod abſit, oos vel quemlibet noſtrum contra premiſſa, vel aliquod premiſſorum, & Inſerius dicendorum tanquam immemores noſtre ſalutis quocunque modo, Ingenio, arte ſive cauſa venire contingat, fidem noſtram preſtitam & ſacramentum noſtrum temere violando, & nos moniti noſtros exceſſus & noſtra forefacta infra quindenam ab ipſius monitlonis tempore computandum contempſerimus & diſtulerimus emendare, ſatisfactione debita pariter & condigna, ſine dolo & fraude, ex tunc Ipſo facto cadamus & cadere debeamus ſine ſpe reſtitutionis & venie ab omnibus & ſingulis bonis feodalibus, que tenemus a domino noſtro archiepiſcopo ſepedicto, & ab eccleſia Trevirenſi, & ab aliis dominis quibuscunque, ſive ſint eccleſiaſtici ſive mundani. Et nihilominus Ipſe dominus archiepiſcopus Treviren. predictus, vel qui pro tempore fuerit, nos omnes & ſingulos excommunicare poterit nulla citatione & monitiooe premiſſa & denuntiatione

publi-

DLII.

publice, vel facere denunciari excommunicatos, perjuros & violatores fidei, quam preſtitimus corporaliter in manus domini archiepiſcopi memorati, ſupponendo terras noſtras omnes & ſingulas eccleſiaſtico interdicto; & inſuper in deteſtationem noſtri criminis omnes & ſingulos noſtros caſtrenſes & fideles de Coverna a fidelitate & juramento, quibus nobis tenentur aſtricti, eſſe volumus abſolutos, & abſolvimus per preſentes; itaque ex tunc ipſi domino noſtro archiepiſcopo Trevirenſi, vel alii, qui pro tempore fuerit, & eccleſie Trevirenſi ſint & maneant obligati ſimili fidelitate, & ſimili juramento, quibus, vel qualibus nobis hucusque fuerunt adſtricti. Volumus, eligimus & acceptamus, quod in penam noſtri perjurij, & fidei violate domini & nobiles infraſcripti omni nos deſtituant auxilio, conſilio, pariter & favore, ſi contra predicta vel aliquod predictorum, quod Deus avertat, contigerit nos venire, omni dolo tam & fraude excluſis penitus & remotis. In cujus rei teſtimoniũ & robur perpetue firmitatis preſentes literas prenotato domino noſtro archiepiſcopo & eccleſie Trevirenſi tradidimus & tradimus, ſigillorum noſtrorum preſentibus appenſorum munimine roboratas. Sigilla eriam nobilium virorum domini Henrici comitis Lutzellimburgenſis, Henrici & Walrami natorum ipſius comitis, Wilhelmi comitis Juliacenſis, Godefridi comitis Seynenſis, Henrici domini de Schoneck, Godefridi domini de Eppenſtein, Joſfridi domini de Eſch, Egidij domini de Ure, & Walteri domini de Meyſenburg preſentibus appendi rogavimus & obtinuimus cauſa firmitatis & certitudinis amplioris. Et nos comites & nobiles prenominati premiſſa omnia & ſingula ſic eſſe proteſtamur & vera, & ad preces prefatorum Friderici, Irmegardis uxoris ſue, & natorum ſuorum ſigilla noſtra appendiſſe recognoſcimus huic ſcripto, publice proteſtantes ſub ſigillis noſtris, que preſentibus ſunt appenſa, quod ſi ſepedicti Fridericus & Irmegardis uxor ſua, ac nati eorum vel omnes, aut aliqui ex ipſis, contra preſcripta venerint, vel aliquod preſcriptorum, nos ipſis conſilio, auxilio vel favore nullatenus inſiſtemus.

Nos vero Fridericus & Robinus fratres prenominati, quia ſigilla propria non habemus, ſigillis eccleſiarum ſancti Caſtoris & S. Florini in Confluentia, que ad preces noſtras preſentibus ſunt appenſa, contenti ſumus & uſi. Et nos predictarum eccleſiarum capitula rogati a fratribus jam predictis ſigilla predictarum eccleſiarum appendiſſe recognoſcimus huic ſcripto. Actum & datum Confluentiæ anno Domini 1277. 6. Idus Novembris preſentibus venerabilibus viris DD. Henrico de Bolandia, D. Boemundo archidiacono Trev. Wernero prepoſito S. Caſtoris, Joanne decano S. Florini, magiſtro Gyſone plebano S. Marie eccleſiarum in Confluentia, nec non nobilibus viris Godefrido comite Seynenſi predicto, domino Godefrido de Eppenſtein, Joanne de Brunshorn, Dytardo de Paffindorff, Ludovico de Are, Petro de Eich militibus, & quamplurimis aliis fide dignis, ad hoc vocatis pro teſtimonio ſpecialiter & rogatis.

DLIII.

1278. **Feodum caſtri Henzemberg per W. Buszel de Lapide receptum.**

EGo W. dictus Buſezel miles de Lapide, notum eſſe cupio univerſis, & confiteor per preſentes, quod ad mandatum reverendi patris domini Henrici Dei gratia Trevirorum archiepiſcopi, & ad hoc ſpecialiter deputatus, caſtrum de Heynzemberch a viris nobilibus domino Wilhelmo & Joanne fratre ſuo dominis ibidem vice ac nomine predicti domini archiepiſcopi recepi tanquam verum allodium eorundem cum reſignatione clavium & turris ibidem, adhibitis juribus & conſuetudinibus aliis debitis & conſuetis. Quo facto dictum caſtrum eisdem

DLIII.

dem fratribus reddidi & recommiſi (a) eiſdem & eorum heredibus jure feodali perpetuo poſſidendum, ſicut receperam in mandatis. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Datum anno Domini MCCLXXVIII.

NOTA.

(a) *Eiſdem & eorum heredibus jure feodali.*] Id eſt, hæredibus maſculis, uti dictum ad literas feudales de 11. Aprilis 1277. *Not. b.*

DLIV.

1279. 4. Jan. Nicolaus PP. III. monialibus Juviniacenſibus in Archidiœceſi Trev. concedit, ut in agnatorum ſuorum bonis ſuccedere poſſint.

Calmet Hiſt. de Lorraine. Tom. II. in prob. p. 510.

Nicolaus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus abbatiſſæ & conventui monaſterii de Juvigneio ordinis S.Benedicti, Trevirenſis diœceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Devotionis veſtræ precibus benignum impertientes aſſenſum, autoritate vobis præſentium indulgemus, ut poſſeſſiones & alia bona mobilia & immobilia, quæ perſonas liberas ſororum ad monaſterium veſtrum mundi relicta vanitate convolantium, profeſſionem facientium in eodem, ſi remanſiſſent in ſæculo, jure ſucceſſionis vel alio quocunque juſto titulo contigiſſent, & ipſæ potuiſſent libere aliis elargiri, feudalibus dontaxat exceptis, petere, recipere ac retinere libere valeatis, ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, II. nonas Januarij. Pontificatûs noſtri anno II.

DLV.

1279. 15. Jan. Venditio caſtri Mailberg cum villis Sutze, Schadevelt, & advocatia de Wittelich, cum fidelibus, & attinentiis, per Hugonem & Joannem dominos de Vinſtingen pro 1400. libris Metenſibus.

Univerſis tam preſentibus, quam futuris has literas inſpecturis ac eas legi audituris, nos (a) Hugo miles & Joannes armiger domini de Vinſtingen, notum eſſe volumus, quod nos conſideratione diligenti prehabita, circa ea, que nos & coheredes noſtros a preſentis tedij relevare, & futuras utilitates non modicas nobis & coheredibus noſtris inferre poterunt, ſingula plenius attendentes, caſtrum noſtrum, quod

NOTÆ.

(a) *Hugo miles, & Joannes armiger.*] Duplex potiſſimùm erat differentia *armigeri* à *milite*. & prima quidem, quòd impubes de militum genere natus, privatim ſe in armis exercens, pro milite necdum habitus, armiger tantùm vocaretur. Deinde & illi armigeri ſolùm appellabantur, qui ex militari genere orti, & armis quidem ſufficientes declarati, cingulum militare nondum acceperant. Conf. Metthing *Stat. milit. German. Sect. V. §. 9. Not. d. p. &c.*

DLV.

quod habemus in Maylberg cum villis, videlicet Sutze, Stadevelt & Alve attinentibus eidem, nec non advocatiam noſtram de Wittelich cum villis quibuscunque, & univerſis ac ſingulis redditibus, proventibus, honore, dominio directo ſive indirecto, hominibus, caſtrenſibus, vaſallis, manſionariis, feudalibus, cujuscunque conditionis exiſtant, vel quibuscunque nominibus appellentur ſeu cenſeantur, terris, agris cultis & incultis, pratis, ſylvis, nemoribus, paſcuis, vineis, aquis, aquarumque decurſibus, viis & inviis, piſcationibus, jurisdictionibus ac quibuscunque aliis juribus, corporalibus, & incorporalibus, & cum omnibus aliis ſuis attinentiis, ſeu appendiciis ad ipſum caſtrum, nec non advocatiam prediċtam quolibet ſpectantibus, unanimi voluntate & concordi conſenſu noſtro & Gerlaci conſanguinei noſtri, ac coheredum noſtrorum nomine, vendidimus & vendimus pleno jure & omni integritate reverendo patri & domino Henrico Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo ac eccleſie Trevirenſi & tradimus ſeu quaſi adipiſcenda, tenenda perpetuo & poſſidenda pacifice & quiete pro mille & quadringentis libris Metenſium denariorum, bonorum & legalium, de quibus bene & integraliter nobis eſſe ſatisfactum confitemur & recognoſcimus per preſentes, ab ipſo domino archiepiſcopo in pecunia numerata ante confectionem preſentium literarum, & in urgentes ac evidentes noſtras & coheredum noſtrorum neceſſitates proinde converſis; abſolventes caſtrenſes, manſionarios, infeudatos & alios homines cujuscunque conditionis exiſtant, ad nos ratione dicti caſtri & advocatie ſpectantes, ab omni obligatione homagii & fidelitatis, quam nobis preſtiterunt vel preſtare debebant; volentes & mandantes, ut dicto domino archiepiſcopo ſuisque ſucceſſoribus dicta homagia, fidelitates, ac obligationes, prout ſunt aſtricti, preſtent in futurum. Renuntiantes expreſſe & ex certa ſcientia pro nobis & coheredibus noſtris, (b) exceptioni non numerate pecunie, non tradite, non ſolute nobis, doli mali, actioni in factum, conditioni ob cauſam, & ſine cauſa, beneficio reſtitutionis in integrum, & ſpecialiter illi juri, quo poſſemus dicere, nos eſſe deceptos ultra medietatem juſti pretii, & quod deeſt juſto pretio ſuppleri, privilegiis & quibuscunque aliis literis conventionalibus a ſede apoſtolica, imperatoribus vel regibus, delegatis vel ſubdelegatis, aut quibuscunque judicibus ordinariis conceſſis vel concedendis, impetratis vel impetrandis, cujuscunque tenoris exiſtant, & omni jure conſuetudinario preſenti & futuro, qualitercunque inducatur, & ſic inductum, noto vel ignoto, ſcripto vel non ſcripto, facto aut faciendo & generaliter & ſpecialiter omni juris beneficio canonici vel civilis, etſi ipſius renuntiatio foret neceſſaria ſpecialis & expreſſa, quam pro expreſſa pro nobis dicto Gerlaco & noſtris coheredibus volumus haberi, per quod contra preſcripta vel aliquod premiſſorum nos & dictus Gerlacus noſtrique coheredes ſeu ſucceſſores quavis occaſione ſeu arte vel ingenio venire poſſemus & debemus, & dictam venditionem ſeu quodlibet premiſſorum quandolibet annullare, ſeu & in aliquo retractare. Ne autem hujusmodi venditio valeat impoſterum ab aliquibus infringi vel aliqualiter reſcindi, in omnium premiſſorum memoriam perpetuam & debitam firmitatem, preſentem cartulam inde confectam noſtris ac venerabilium virorum domini Boemundi majoris archidiaconi, & Wilhelmi cantoris eccleſie Trevirenſis, nec non nobilium virorum domini Henrici comitis Semipontis, & domini Hugonis de Litzelſtein ſigillis rogavimus & obtinuimus roborari. Et nos Boemundus archidiaconus, Wilhelmus cantor, Henricus & Hugo comites predicti, ad dictorum Hugonis militis & Johannis armigeri conſanguineorum dominorum de Vinſtingen inſtantiam & rogatum ſigilla noſtra literis preſentibus duximus apponenda. Datum anno Dominice Incarnationis 1279. feria tertia proxima poſt octavam Epyphanie Domini.

DLVI.

N O T Æ.

(b) *Exceptioni non numerata pecunia.*] Hæc, & quæ ſequuntur, manifeſta iterum ſunt Juris Romani, apud nos pedem figentis, veſtigia; quibus omnino ſimilia ſunt, quæ anno proximo occurrunt in literis Henrici Comitis Salmenſis; nec non in chartis San-Simeoneis an. 1281. & 1287. Demum S. Caſtoris de an. 1282.

DLVI.

1279. 18. *Febr.*

Feodum XV. librarum Trevirenſium in Griveldingen.

NOs Jnfridus dominus de Berthringen omnibus in perpetuum notum eſſe volumus, quod a reverendo patre & domino noſtro Henrico Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo recepimus centum & quinquaginta libras Trevirenſium denariorum bonorum & legalium pro homagio perpetuo, de quibus nobis plene & integraliter ſatisfactum eſſe confitemur & recognoſcimus per preſentes in pecunia numerata. Ipſique domino noſtro archiepiſcopo & eccleſie ſue Trevirenſi reſignavimus & reſignamus atque aſſignamus de conſenſu & bona voluntate
(a) Jofridi filii noſtri (a) quindecim libras denariorum Trevirenſium perpetuorum redditunm in bonis noſtris allodialibus apud Griveldingen, ipſos redditus quindecim librarum conſtituentes, nos dicti domini noſtri archiepiſcopi & eccleſie ſue Trevirenſis nomine poſſidere, ac ipſos redditus ab eodem domino noſtro archiepiſcopo in feodum recepimus & recipimus, ac ab ipſo & eccleſia ſua Trevirenſi nos & heredes noſtri habemus, tenemus & poſſidemus, tenebimus & poſſidebimus jure feodi, & ei & ſucceſſoribus ſuis archiepiſcopis Trevirenſibus pro dictis redditibus & ratione eorundem fidelitatem & homaginm fecimus, & nos ac noſtri heredes dictorum redditum poſſeſſores facere tenebimur in futurum. Et fide corporaliter preſtita pro nobis ac heredibus noſtris omnia & ſingula premiſſa perpetuo promittimus inviolabiliter obſervare, renuntiantes expreſſe & ex certa ſcientia exceptioni non numerate pecunie, non tradite & non ſolute, doli mali, actioni in factum, condictioni ob cauſam & ſine cauſa, ac generaliter & ſpecialiter omni juris beneficio canonici & civilis, etiam ſi ipſius renuntiatio foret neceſſaria ſpecialis & expreſſa, quam pro expreſſa volumus haberi, per quod contra preſcripta vel aliquid premiſſorum nos noſtrique heredes quavis occaſione vertere poſſemus vel debemus. Et ego Joſridus miles natus predicti domini de Bertringen expreſſum & voluntarinm meum conſenſum ad omnia & ſingula, prout ſuperius ſunt expreſſa, adhibeo per preſentes. In cujus rei memoriam perpetuam & debitam firmitatem nos Joſridus dominus de Bertringen predictus ſigillum noſtrum literis preſentibus appoſuimus. Ego vero Jnfridus filius ipſius, ſigillum proprium non habens, nobilium virorum domini Arnoldi de Sirckes, nec non Theoderici domini de Bruche conſanguinei mei ſigilla rogavi hys literis appendi, quibus uſus ſum & contentus. Et nos Arnoldus de Sirckes & dominus de Bruche jam dicti, ad inſtantiam & rogatum Jofridi militis nati domini de Bertringen prenotati, ſigilla noſtra preſentibus literis inde confectis duximus apponenda. Datum anno Domini MCCLXXIX. ſabatho proximo ante Dominicam, qua cantatur: Invocavit me.

DLVII.

N O T A.

(a) *Quindecim libras denariorum Trevirenſium perpetuorum redditum.*] Similes uſuræ defunces occurrunt ſuprà in charta Godefridi de Eppenſtein de 26. Maji. 1271. *Not. b.* Add. infrà chartam de 13. Jan. 1294. *Not. a.*

DLVII.

1280. *1. April.*

Henricus Comes Salmenſis vendit Henrico Archiepiſcopo Trevirenſi omnia, quæ habet in Berincaſtell & Monterville, ac renuntiat ædificio Berncaſtell, & recognoſcit, ſe caſtrum Hunolsſtein in feudum habere.

(a) NOs (a) Henricus comes de Salmis, Henricus & Joannes armigeri nati ipſius univerſis preſentes literas inſpecturis notum eſſe volumus, quod omnia bona noſtra & poſſeſſiones, que & quas habemus & habere poteramus apud Berencaſtel & Montervilie cum univerſis & ſingulis redditibus, proventibus, bonore, dominio directo vel indirecto, & quibuscunque aliis juribus, corporalibus & incorporalibus & attinentiis ſuis, libera & abſoluta ab omni onere debitorum & quavis alia obligatione, que tenemus & habemus in feudo a reverendo patre ac domino noſtro Henrico Dei gratia Trevirenſi arcbiepiſcopo, pleno jure vendidimus & vendimus unanimiter eidem domino noſtro Henrico archiepiſcopo, nec non ecclefie Trevirenſi, ac tradidimus ac tradimus, ſeu quaſi tenenda & poſſidenda pacifice & quiete, pro quingentis libris Trevirenſium denariorum bonorum & legalium, de quibus bene & integraliter nobis eſſe ſatisfactum recognoſcimus per preſentes a domino archiepiſcopo predicti in pecunia numerata ante confectionem preſentium literarum, ſuper quibus omnibus ſibi a nobis venditis eidem domino noſtro archiepiſcopo & ecclefie Trevirenſi facere & preſtare permittimus, fide data & juramento a nobis preſtito corporali, * ſwarandiam debitam & conſuetam, caſtro Hunoltſtein cum juribus & attinentiis ſuis, ac bonis aliis, nobis & heredibus noſtris ſalvis. Item omni juri & actioni, quæ nobis comperunt, ſeu competere poterant, & impoſterum poſſunt quomodolibet contra prefarum dominum noſtrum arcbiepiſcopum, & ſucceſſores ſeu eccleſiam Trevirenſem, occaſione caſtri per dictum dominum archiepiſcopum noſtrum edificati apud Berncaſtel pene renuntiamus & * effeſtucamus, ac ſuper damnis & injuriis, ſique nobis per hujus caſtri conſtructionem fuerit illata, ipſum dominum noſtrum archiepiſcopum, ſucceſſores ſuos, eccleſiam Trevirenſem preſentibus acquitamus, ac omne jus, quod nobis competere poſſit in dicto caſtro, ratione edificationis ejusdem caſtri, plenarie transferimus in predictum dominum noſtrum archiepiſcopum & ſuos ſucceſſores, nec non eccleſiam Trevirenſem, nihil nobis ibidem reſervantes, pro ducentis & quinquaginta libris Trevirenſium denariorum bonorum & legalium nobis ab ipſo domino noſtro archiepiſcopo traditis integraliter & ſolutis. Si quas literas & habuimus & habemus a predeceſſoribus dicti domini archiepiſcopi, vel apparent, vel in futurum appareant, videlicet, quod nullum caſtrum in perpetuum edificari deberet in monte, ubi dictum caſtrum jam eſt conſtructum, ſub quacunque forma verborum, nullius vigoris eſſe volumus aut momenti, nec aliquatenus eccleſie Trevirenſi prejudicari, (b) quibus etiam literis ex nunc renuntiamus. (b) Preterea ſi Nicolaum advocatum de Hunolcſtein, fidelem noſtrum dilectum, bona ſua, que a nobis apud Beryncaſtel & Montirville in feodo tenet & babet, vendere contigerit prefato domino archiepiſcopo aut ſucceſſoribus ſuis, vel permutare, aut quocunque alio titulo alienationis transferre in eundem, venditionem, permutationem ac alienationem hujusmodi ex nunc gratas ac ratas habemus

&

* aſſecuramentum.

* abdicamus.

N O T Æ.

(a) *Henricus Comes de Salmis, Henricus & Joannes nati ipſius.*] Duæ Comitum Salmenſium familiæ; una *in Arduenna*, cujus in Henrico VI. anno 1416. extinctæ jura tranſierunt in familiam Comitum de Reifferſcheidt, in qua hodiedum ſubſiſtunt; altera *in Lotharingia*, ex qua Henricus noſter, ejus nominis IV. Cujus filius natu major, hac etiam chartâ nominatus, Henricus ſcilicet V., patris in Comitatu Salmenſi ſucceſſor, conjugem habuit Loretam Comitis Burgundiæ filiam; Joannes ejus frater autem Margretham de Vaudémont. De hac gente vid. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. III. Liſte Genealog. p. 36. ſeqq.*

(b) *Quibus etiam literis ex nunc renuntiamus.*] Dedimus eas literas ſub finem prioris ſeculi.

DLVII.

& habebimus per omnia, bona fide, noſtrum expreſſum conſenſum ex nunc adhibentes; ita tamen, ut dictus advocatus tantundem de bonis ſuis a nobis in feodo recipiet, que nos & ſucceſſores noſtri a memorato domino archiepiſcopo cum caſtro Hunolſtein & aliis bonis noſtris tenebimus jure feodali; renuntiaotes exceptioni non numerate pecunie, non tradite, nec ſolute, doli mali, actioni in factum, condictioni ob cauſam, & ſine cauſa, beneficio reſtitutionis in integrum, & ſpecialiter illi juri, quo poſſemus dicere, nos eſſe deceptos ultra medietatem juſti pretii, & quod deeſt, de juſto ſuppleri, privilegio, & quibuscunque aliis literis a quibuscunque judicibus ordinariis vel delegatis ſub quacunque forma verborum impetratis vel impetrandis, omnique juris beneficio canonici & civilis ac conſuetudinis, etiamſi ipſius renunciatio foret neceſſaria ſpecialis & expreſſa, per quod contra preſcripta vel aliquod premiſſorum nos noſtrique heredes quavis occaſione venire poſſemus vel debemus; promittentes fide & juramento corporali preſtitis, quod premiſſa omnia & ſingula rata & grata habemus & habebimus, & quod nunquam contraveniemus ullo tempore in futurum, & quod de cetero dictum dominum archiepiſcopum noſtrum & ſuos ſucceſſores vel eccleſiam Trevirenſem non inquietabimus, perturbabimus aut moleſtabimus per nos ſeu alios quoscunque ſuper premiſſis ſeu aliquo premiſſorum. Teſtes: venerabilis pater & dominus Conradus Dei gratia epiſcopus Argentinenſis, Boemundus primicerus Metenſis; Henricus comes Semirepontis, Henricus comes de Forbach, Waleramus & Eberhardus fratres filii dicti comitis de Semiriponte, Gerardus de Gepkinga, Boemundus de Grimburg, Egidius de Warnesberg milites; & quamplures alii fide digni ad hoc vocati ſpecialiter & rogati. In cujus rei memoriam perpetuam nos Henricus comes de Salmis & ad noſtram Henrici & Joannis fratrum ipſius comitis de Salmis filiorum predictorum inſtantiam & rogatum dominorum epiſcopi Argentinenſis, primiceri Metenſis, Henrici comitis Semiripontenſis, Henrici comitis de Forbach, Walerami & Eberhardi fratrum natorum dicti comitis de Semiriponte predictorum ſigilla his literis ſunt appenſa in premiſſorum perpetuam firmitatem. Actum & datum anno Domini MCCLXXX. kalendis Aprilis.

DLVIII.

1281. 30. Jan.

Robinus de Coverna vendit collegio S. Simeonis Advocatiam, jurisdictionem, aliaque jura in Lehmen.

EGo Robinus dominus de Coverna notum facio univerſis, tam præſentibus quam futuris has literas inſpecturis, & legi audituris, quod de conſenſu dominæ Lyſæ uxoris meæ, & Friderici militis domini de Novo-caſtro fratris mei vendidi & vendo advocatiam, cenſus, ſervitia, jurisdictionem, reditus & proventus, & omnia jura ad dictam advocatiam ſpectantia, quæ hactenus habui, tenui & poſſedi, & quæ anteceſſores mei domini de Coverna habuerunt, & tenuerunt de bonis eccleſiæ ſancti Simeonis Trevirenſis in Lymene, & locis & villis adjacentibus, ſeu in curte ipſius eccleſiæ in Lymene cum omnibus ſuis attinentiis, decano & capitulo dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis pro quinquaginta libris Trevirenſium denariorum bonorum & legalium, excepta carrata vini, quæ debetur Aleph armigero de Noyve, quondam a domino de Coverna infeudata, quam carratam vini dabunt ſeu dari facient dicti domini ſancti Simeonis per nuntios ſuos dicto Aleph armigero ſeu ejus nuntio, ita quod nuntii mei nullatenus ad dictum vinum recipiendum venient ad dictam villam de Lymene, in menſura communi de Lymene, & de tali vino, de quo hactenus conſuevit dicta carrata vini perſolvi. Hoc acto, quod elapſis quatuor annis ex nunc currentibus poſt dictos quatuor annos, & non ante, a feſto purificationis beatæ Mariæ virginis tunc venturæ, infra feſtum beati

DLVIII.

Joannis Baptiſtæ proximo tunc ſubſequens dictam advocatiam, jura & bona potero egn vel hæredes mei cum mea pecunia propria, dicta bona alibi pro ea non nbligandn vel alienando, reemere a dictis dominis pro quinquaginra libris Trevirenſium denariorum tunc bonnrum & legalium in civitate Trevirenſi perſolvendis. Si vern poſt dictos quatunr annns a feſto purificatinnis prædicto usque ad feſtum ſancti Joannis Baptiſtæ præfatum prædictas quinquaginta libras prædictis dominis in civitate Trevirenſi de pecunia mea propria, ut prædictum eſt, non perſolvero ſeu reſtituern, ex tunc amplius facultatem non habebn reemendi. Quam pecuniam profirenr mihi integre numeratam & perſnlutam, renuntians exceptinni non numeratæ pecuniæ, in factum, dnli mali; renuntin etiam nmni juri & actioni, & nmni juris beneficin & auxilin, quæ babeo in prædictis bonis, & per quæ dictam venditinnem poſſem reſcindere, aut aliquatenus cnntraire. Et ego Lyſa uxnr dicti Rnbini dictæ venditinni conſentin, renuntians privilegin dnris, ſeu dnnationis propter nuptias, & omni juri & actinni, omnique juris beneficio & auxilio, quæ habeo in prædictis bonis, & per quæ dictam venditionem poſſem infringere, vel aliquatenus retractare, pnmittens juramento præſtito corpnrali, præmiſſam venditionem ratam habere, & ea, quæ acta ſunt, & ſuperins ſcripta veraciter pnofiremur, & ea dnlo quolibet excluſn bona fide pnmittimus nos Rnblnus & Lyſa conjuges prædicti inviolabiliter obſervare. In cujus rei teſtimonium & memoriam ſigilla reverendi patris domini archiepiſcopi Trevirenſis & curiæ Trevirenſis, & dicti Friderici militis dnmini de Novo-caſtro præſentibus ſunt appenſa. Et nos Fridericus prædictus dictæ venditioni conſentientes, ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum in teſtimnnium prædictorum. Et nos Henricus Dei gratia archiepiſcopus Trevirnrum prædictæ venditioni pro evidenti utilitate dictæ ecclesiæ ſancti Simeonis plenarie conſentimus, quanquam dictus Rnbinus prædictam advocatiam a nobis tenuerit in feudo, ſigillum noſtrum una cum ſigillo curiæ noſtæ Trevirenſis ad preces Robini & Lyſæ cnnjugum, ac Friderici militis prædictorum præſentibus literis duximus apponendum in teſtimonium omnium præmiſſorum. Datum anno MCCLXXXI. feria quinta ante purificationem beatæ Mariæ virginis.

DLIX.

1281. 24. *Maij.*

Concordia inter Henricum Archiepiſcopum & cives Confluentinos.

NOs Wernerus Moguntinus, Sifridus Cnlnnienſis archiepiſcnpi, & frater Mathias magiſter fratrum domus Teutnnice per Alimanniam, notum facimus univerſis preſens ſcriptum viſuris & audituris, quod cum ſuper cnntroverſia & diſcordla orta lnter venerabilem patrem dominum Henricum ar-
(*a*) chiepiſcopum Trevirenſem, & (*a*) milites, ſcabinos & opidanns Confluentinos in nns ſit cnmpromiſſum, lta, quod aſſumptis nnbis, quos ad hnc videremus expedire, quicquid ſuper dicta contrnverſia & diſcnrdia ordinaverimus, ſtatuerimus & dixerimus, jure vel amicitia, partes teneantur invinlabillter nbſervare. Nns hujusmodi compromiſſn in nos recepto, & dicte controverſie & diſcordle ſtatu ac circumſtantiis lntellectis, & inſpectis diligenter, de conſilin bonorum & diſcretnrum virorum, in nomine Domini taliter pronuntiandum duximus, ſtatuendum & ordinandum. In primis ergo prnnuntiamus, quod ipſi milites, ſcabini

NOTÆ.

(*a*) *Milites.*] Incolæ urbis Confluentinæ erant, ſicut nunc, ita olim, Cives, Scabini & Milites, id eſt, Nobiles; unde adhuc hodie *der Ritter-Burgermeiſter*, de quo impoſterum.

DLIX.

(b) ſcabini & opidani Confluentini dicto domino Henrico (b) archiepiſcopo tanquam domino ſuo obediant, intendant, & reverentiam exhibeant, prout de jure tenentur, & ſuis anteceſſoribus facere conſueverunt, & juramenta, colligationes ſive confederationes, que vel quas idem dominus archiepiſcopus aſſerebat, ipſos milites, ſcabinos & opidanos in ſuum & eccleſie ſue prejudicium de novo feciſſe, ipſi milites, ſcabini & opidani penitus revocent, & ex eis renuntient plene & abſolute, & deinceps talia non attemptent, juramenta, colligationes ſive confederationes faciendo, communiter vel ſpecialiter inter ſe, vel cum aliis, in prejudicium ipſius domini Henrici archiepiſcopi aut ſucceſſorum ſuorum. Item pronuntiamus, quod idem dominus Henricus archiepiſcopus & ſui ſucceſſores utantur & gaudeant omni jure tam ſpirituali quam temporali in ipſo opido Confluentino, quo actenus ſunt gaviſi. Item pronnntiamus, quod opidum, milites, ſcabini & opidani Confluentini ſimiliter utantur & gaudeant omni jure in ipſo opido Confluentino, prout hactenus ſunt gaviſi. Nec ipſe dominus archiepiſcopus vel ſui ſucceſſores predictos milites, ſcabinos & opidanos Confluentinos ſuper eo impediant deinceps, gravent vel moleſtent; nec etiam vice verſa ipſi milites, ſcabini & opidani dictum dominum archiepiſcopum aut ſucceſſores ſuos ſuper hujusmodi jure ſimiliter impediant vel moleſtent. Item pronuntiamus, quod idem dominus archiepiſcopus (c) caſtrum ſuum in opido (c) predicto edificare & firmare poterit pro ſue libito voluntatis, & predicti opidani etiam opidum ipſum muro firmare & munire ſimiliter poterunt, prout ipſis videbitur expedire. Item pronnntiamus, quod per hanc noſtram pronunriationem omnis rancor, ex predicta diſcordia ortum habens, hinc inde plene & ſimpliciter ſit ſopitus, nec queſtio vel impetirio aliqua fiat deinceps ſeu moveatur, univerſaliter vel ſingulariter, occaſione controverſie vel diſcordie ſupradicte. In cujus rei teſtimonium & robur preſentibus literis ſigilla noſtra duximus apponenda. Nos autem Henricus archiepiſcopus Trevirenſis predictus, & nos milites, ſcabini & opidani ſupradicti preſentem ordinationem & pronuntiationem predictorum venerabilium patrum dominorum Moguntinenſis & Colonienſis archiepiſcoporum ac fratris Mathie magiſtri prenominati acceptantes, laudantes & ratum habentes ipſam inviolabiliter promittimus obſervare, ad hoc nos tenore preſentium literarum obligantes, quibus ſimiliter ſigilla noſtra in teſtimonium & robur premiſſorum fecimus apponi. Actum & datum ſabbatho poſt feſtum aſcenſionis Domini, Anno Domini MCCLXXXI.

DLX.

N O T Æ.

(b) *Archiepiſcopo tanquam domino ſuo obediant.*] Nulla hic diſtinctio militum & civium. Quòd autem, & qualiter Archiepiſcopus Trevirenſis dominus factus fuerit urbis Confluentinæ, jam diximus alibi, ad diplome Henrici II. Imp. de anno 1018. *Not. d.* & chartam fundationis Abbatiæ Arnſteinianæ de an. 1156. *Not. a.* Adde diploma Alberti R. de an. 1300. *Not. a.* nec non chartam de 1. Octobris 1283.

(c) *Caſtrum ſuum in oppido prædicto.*] Hodie adhuc *die Burg* vocetur domicilium Archiepiſcoporum in urbe Confluentina, juxta ripam Moſellæ prope pontem, ei à Baldevino Archiep. ſuperpoſitum. Caſtrum hoc munitum fuiſſe, extantes hodiedum foſſæ, quibus includitur, aliaque munimentorum veſtigia docent. Conf. Browerus *Annal. Trev. Lib. XVI. n.* 103. *ſeq.* Eum autem in finem propriè videtur hoc caſtrum extructum, ut ex illo potentiùs imperaretur urbi.

DLX.

1282. 10. *Julii.*

Sententia, qua curtis in Coverna adjudicatur Eccleſiæ S. Caſtoris in Confluentia contra Robinum de Coverna.

IN nomine Domini amen. Orta nuper materia quæſtionis inter venerabiles viros, decanum & capitulum S. Caſtoris in Confluentia ex una parte, & nobilem virum Robinum dominum de Couerna ex altera, ſuper juribus hominum curtis ejuſdem eccleſiæ S. Caſtoris ſitæ in Couerna, dictis decano & capitulo aſſerentibus & conquerentibus, quod idem nobilis extorquere niteretur, & ejus anteceſſores domini de Couerna extorſiſſent ab iisdem hominibus quandam ſummam pecuniæ minus juſte. Placuit reverendo patri ac domino noſtro Trevirorum archiepiſcopo, & prædictis partibus in hujusmodi quæſtionis negotio procedi de plano & ſine ſtrepitu judicii, & decidi. Unde officialis Trevirenſis de ſpeciali mandato ipſius domini archiepiſcopi quosdam teſtes ſuper juribus partium recepit in forma juris, & diligenter examinavit, & ipſorum depoſitiones in ſcriptis redigi fecit. Poſtmodum dicto domino archiepiſcopo ipſam cauſam nobis decano eccleſiæ S. Florini in Confluentia committente per literas in hæc verba: H. Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus dilecto filio decano eccleſiæ S. Florini in Confluentia ſalutem in Domino. Cauſam, quam decanus & capitulum eccleſiæ S. Caſtoris Confluent. ſuper quibusdam juribus & hominibus dictæ eccleſiæ ſuæ habent contra Robinum de Couerna, quibusdam teſtibus in eadem cauſa ex parte dictorum decani & capituli productis, ab officiali curiæ noſtræ Trevirenſis de ſpeciali noſtro mandato examinatis, necdum tamen eorum atteſtationibus publicatis, tibi committimus & mandamus, quatenus partibus convocatis in ipſa cauſa procedas, & eam debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari. Teſtes autem, ſiquos partes adhuc producere voluerint, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, ſimili cenſura compellas veritati teſtimonium perhibere. Datum anno Domini MCCLXXXI. ſabbatho ante feſtum beatæ Catharinæ virg. Nos receptis atteſtationibus prædictis & probationibus, quas partes coram nobis facere voluerunt, & depoſitionibus ipſorum coram nobis ſolenniter publicatis, dicto nobili vocato legitime ad omnes actus, in quibus exigitur citatio ſpecialis, & ad diem præſentem ad diffinitivam ſententiam audiendam, & ſe per contumaciam abſentanse, parte altera legitime comparente coram nobis in quolibet terminorum & ſententiam ferri cum inſtantia poſtulante; viſis & auditis & plenius intellectis actis cauſæ, Dei præſentia replente abſentiam contumacis, ſecundum ea, quæ vidimus & audivimus, (*a*) de conſilio juriſperitorum, (*a*) ſententialiter declaramus Dei nomine invocato: proprietatem dictorum curtis & hominum ad prædictos decanum & capitulum pertinere, & quod idem nobilis eſt advocatus ipſorum curtis & hominum, & quod ipſe nobilis propter hoc prædictos decanum & capitulum defendere teneatur in ſuis juribus, & arctare homines ejusdem curtis ad ſolvendum jura ipſis decano & capitulo debita, ſuper hoc ab ipſis decano & capitulo vel ſchulteto, ſeu officiato ipſorum requiſitus. Et quod ipſi homines, qui ſic compulſi fuerint per eundem, ipſi nobili tenebuntur ad emendam, quæ emenda non debet excedere quantitatem cenſus ipſis decano & capitulo debiti; & quod idem nobilis habet inſtallare, ſeu in ſedem ponere ſcabinatus ſcabinos de novo creatos ipſius curtis, & quod ipſe ſcabinus inſtallatus propter hoc debebit eidem nobili ſolvere quoddam jus, quod banveyrtel vini appellatur, vel loco ejus denariorum ſummam, quæ ſex denarios uſualis monetæ non excedet; & quod eidem nobili tantum ſemel in anno tenebuntur homines, bona ipſius curtis tenentes, circa nativitatem Domini, dum placitum tenuerint, ſolvere ſive dare tres ſolidos & dimidium denarii uſualis monetæ in Couerna. Declaramus etiam, quod dictis juribus dictus nobilis in dictis curte & hominibus contentus eſſe debet; ſuper omnibus

NOTA.

(*a*) *De conſilio Juriſperitorum.*] Romanorum certè, ad quorum placita hæc ſententia exactè conformata eſt.

DLX.

bus aliis eidem perpetuum ſilentium imponentes, ac prohibentes eundem ab omnibus aliis captivitatibus, extorſionibus violentis, ſive exactionibus, injuriis, dictis hominibus inferendis; eo tamen ſalvo, quod non prohibemus eidem nobili recipere alia ſervitia, ſive dona, ſi quæ iidem homines impendere voluerint, & duxerint libera voluntate ſine extorſione qualibet violenta. Lata & lecta eſt hæc ſententia feria ſexta ante feſtum beatæ Margaretæ virginis anno Domini MCCLXXXII. in refectorio dictæ eccleſiæ S. Florini. Præſentibus Engilberto decano, Godefrido ſcholaſtico, Henrico theſaurario, Henrico de Molenarcke, Simone de Porta, Henrico de Stockheim, Hermanno dicto Wipoden, Henrico de Waldecke, Henrico de Eich, Theoderico de Montabur, S. Caſtoris; Ricardo, Conrado theſaurario, Henrico de Waldecke, & Gerlaco de Maelberg S. Florini eccleſiarum in Confluentia canonicis, & aliis quampluribus clericis & laicis fide dignis. In cujus rei teſtimonium, munimen, & perpetuam firmitatem ſigillum noſtrum una cum ſigillis teſtium ſubſcriptorum præſentibus ſunt appenſa. Et nos Eng. decanus, God. ſcholaſticus, Henricus theſaurar. Simon & Henricus de Stockheim, Ricardus, Conr. theſaurarius, Henricus de Waldecke, & Gerlacus de Moalberg, teſtes prædicti, recognoſcimus, quod anno, die & loco prædictis interfuimus prolationi prædictæ ſententiæ; in cujus rei teſtimonium ſigilla noſtra appendi fecimus iſti ſcripto.

DLXI.

1282. 15. Octobr. **Thedericus de Indagine allodium ſuum in Huntzienbach in feudum offert Abbatiæ Tholeyenſi.**

(a) NOs Thedericus (a) dominus de Indagine univerſis, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, notum eſſe volumus, quod viva voce, corpore incolumis, & dum facere potuimus, voluntate noſtrorum heredum, omne noſtrum allodium, quod habuimus in Hunzienbach, in manus virorum venerabilium, domini abbatis & conventus ecleſie S. Mauritii in Theolegia, damus, dedimus & reſignamus, puro corde. Ipſi vero abbas & conventus noſtram dilectionem & noſtrorum attendentes, dictum allodium nobis & noſtris in feodo contulerunt. Et pro eodem allodio & feodo dictis abbati & conventui homagium fecimus, & ipſorum perpetualiter fidelis devenimus & ſumus, & unus de noſtris heredibus, ſemper propinquior poſt mortem noſtram, fidelis deveniet & erit, & homagium faciet; & hoc durabit perpetualiter. Et ſciendum, quod feodum dictum ab omnibus abbatibus, qui in Theolegia pro tempore erunt & fuerint, recipere debemus & tenemur, ſicut moris eſt. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum inde confectum (b) noſtri ſigilli munimine contulimus roboratum. Datum anno Domini MCCLXXXII. V. feria ante Luce Evangeliſte. (b)

DLXII.

NOTÆ.

(a) *Dominus de Indagine.*] Latinum nomen eſt equeſtris familiæ Archidiœceſis Trevirenſis, quæ in antiquis documentis *Haen*, vel *Hayn* aliisque affinibus Theodiſcis vocabulis effertur. Nomen ducit à veteri caſtello Hayn, ſuis in ruderibus hodieque ſuperſtite, mille ferè paſſibus ab eorundem Dominorum de Hayn (hodie *Hagen* dictorum) moderna nobili ſede *zu der Motten*, quæ tribus circiter horis à Tholeyenſi monaſterio Saravum verſùs abeſt. Certat hæc gens cum pluribus de generis antiquitate. Nobis certè jam anno 1181. in charta Himmerodienſi occurrit *Hugo de Indagine.* Quo autem tempore moderno nomine *ab Hagen* cœperit compellari, non definiam. Inter plura, quæ vidi, vetera monumenta, hujus familiæ memoriam facientia, non memini, recentiori hoc vocabulo eam à me lectam ante Sæculum XIV. Unde apparet, aliam eſſe à cognomine gente Dominorum ab Hagen *im Hayn der drey Eychen*, quæ Sæculo XII. à caſtro Müntzenberg, per Cunonem ab Hagen in Wetteravia exſtructo, Müntzenbergica dicta eſt, atque tandem anno 1256. extincta Hanovienſes & Falckenſteinos ſucceſſores nacta. Vid. Kopp *de inſigni Differentia S. R. I. Comitum & Nobil. immed. p.* 264.

(b) *Noſtri ſigili munimine.*] Sigillum appendens eſt memoratorum Baronum ab Hagen *zu der Motten*, quindecim teſſeras oblongas exhibens.

DLXII.

1283. 2. Febr.

Feodum Curiæ Mannewilre ſub Randecke, pro LX. marcis acquiſitum.

EGo Enbricho dictus de Lewenſtein, una cum Loderade collaterali mea, ad notitiam uoiverſorum, preſens ſcriptum intuentium, cupio pervenire, quod curiam meam in Manewilre ſub Randeckin ſitam, agros, prata & omnia attineotia ejusdem curie reſigno venerabili domino meo archiepiſcopo Trevirenſi & eccleſie ſue, ita videlicet, quod omnia bona predicta ego & heredes mei titulo feodali habere dinoſcimur pro ſexaginta marcis Aquenſium denariorum legalium. Nihilominus, quod ſi ego predictus Embricho decedo, Loderadis uxor mea ſupradicta poſſidebit in bonis prehabitis diebus vite ſue pacifice & quiete, (*a*) quia bona prefata ſunt allodialia. In cujus rei teſtimonium hanc cedulam ſigillo meo duxi roborandum in evidentiam ampliorem. Datum anno Domini MCCLXXXIII. in die purificationis beate Marie virginis. (*a*)

N O T. A.

(*a*) *Quia bona præfata ſunt allodialia.*] Hæc ratio, ob quam Archiepiſcopus in conditiones, juri feudali communi & Trevirenſi contrarias, in præſenti feodo, merè oblato, ſpecialiter & expreſſè conſenſit, cœteroquin locum non habituras.

DLXIII.

1283. 5. ſept.

Feodum Theoderici Reizer de Campo prope Ezheim juxta Morchingen, pro XXX. libr. Treviren.

EGo Theodericus dictus Reizer miles, ootum eſſe volo univerſis preſentes literas inſpecturis, quod pro XXX. libris Trevirenſium denariorum mihi traditis integraliter & ſolutis a reverendo patre & domino meo Heorico Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo ratione homagii & fidelitatis ſibi & eccleſie Trevirenſi a me preſtitis & debitis medietatem majoris campi mei ſeu terre mee arabilis, que nuncupatur vulgariter Aichte, ſite in villa Ezheim, in loco qui vocatur *in dem Wilre* verſus Morchingen ab eodem reverendo patre & domino meo Henrico Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo in feodo perpetuo recepi & recipio per preſentes, & ab ipſo ſuiſque ſucceſſoribus ego meique heredes recipere, ac homagium & fidelitatem eis preſtare & obſervare tenebimur in futurum. In cujus rei teſtimonium preſentes literas memorato domino meo Henrico Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo, ſigillo nobilis viri domini mei Henrici comitis de Salmis, rogatu meo preſentibus appeoſo, trado & tradidi communitas. Et nos Henricus comes de Salmis ad petitionem & rogatum prefati Theoderici dicti Reizer militis ſigillum noſtrum preſentibus apponendum duximus io teſtimonium premiſſorum. Actum & datum anno Domini MCCLXXXIII. dominica ante nativitatem beate virginis.

DLXIV.

DLXIV.

1283. 1. octobr. Quodſi probetur per duos oppidanos Confluentinos aliquem contra Archiepiſcopum vel jus ſuum conſpirare aut facere, corpus & res ejus ſint in manibus Archiepiſcopi.

Nos ſcabini & univerſitas oppidi Confluentinenſis pro bono pacis & concordie ac ſtatus tanquillitate communi deliberatione prehabita, nobis propter hoc ſpecialirer convocatis & convenientibus in loco publico & conſneto, ſuper curiam, videlicet ante eccleſiam ſancti Florini in Confluentia, maliriis hominum volentes obviare in futurum, accedente coſenſu reverendi patris ac domini noſtri Henrici Dei gratia archiepiſcopi Trevirenſis ſtatuimus & ordinamus, quod Henricus ſenior, Conradus dictus Botz milires, Gobellinus de Peſsgil, Jordanus de Wildringen, Wilhelmus & Walterus de Porta fratres, Grewinus ſcabinus, Tillemannus, Gordanus & Wicmarus calcifices, Hildegerus carnifex, Conradus dictus Clywes, & Marewardus textores, & Eberhardus piſtor, expulſi & proſcripti ſive pro reis dijudicati nullatenus revertantur ad oppidum Confluentinenſe nec admittantur, ſeu ab aliquo recipiantur ibidem, & ſi reverſi fuerint, per ſculterum & oppidanos capiantur & domino archiepiſcopo Treverenſi, qui pro tempore fuerit, tradantur; ſiquis autem ipſos reos defenſaverit, vel colloquium ſen tractatus aliquos habuerit cum eisdem ſine licentia ſculteti, & illius, quem ad hoc dominus archiepiſcopus depuraverit, vel ſiquis ſcultetū non juverit ad dictos reos capiendos, ſi reverſi fuerint ſine licentia domini archiepiſcopi, vel alias dictum ſcultetum in exhibenda & exequenda juſtitia impediverit, vel auxilium requiſitus noo preſtiterit, vel ſe armaverit, ſeu campanam ad convocationem faciendam pulſaverit, ſeu pulſari mandaverit ſine licentia ſculteti ſeu ejus vices gerentis ſculteto abſente, aut ſiquis dominum archiepiſcopum Trevirenſem in caſtro edificando cum ſuis pertinentiis impediverit vel ſuos, aut etiam oovas coſpirationes, confederationes, ſocietares ſeu conſilia ac nova ſtatuta in prejudicium domini archiepiſcopi Trevirenſis & jurium ſuorum ordinaverit vel alicui tractatui hujusmodi interfuerit, aut impedimentum aliquod jurisdictioni ſue preſtiterit, aur ipſum D. archiepiſcopum, quandocunque aur quotienscunque voluerit oppidum ſuum Confluentinum iotrare cum amicis ſuis, armatis vel non armatis, pacuis vel multis, impediverit, quominus libere ſibi & ſuis pateat ingreſſus & exitus pro ſue libiro voluntatis, aut ſi quis in mortem Judeorum damnum & diſpendium rerum & perſonarum earundem conſpiraverit, aur quovis ingenio vel arte machinatus fuerit, & convictus de predictis, vel aliquo eorum, per duos idoneos teſtes cives ſive oppidanos Confluentinos fuerit, bona ſua quecunque cedanr domino archiepiſcopo ex runc ipſo facto, & perſona ipſius ſir in ejusdem domini arbitrio & poreſtate. Salvis alias conſuetudinibus & juribus noſtris, licitis & honeſtis. Que omnia & ſiogula ſacramento a nobis corporali preſtito promittimus perpetuo inviolabilirer obſervare. Io cujus rei memoriam preſentes literas noſtris ac venerabiliū virorum Henrici de Bolandia, & Wirici archidiaconi in eccleſia Trevirenſi capitulorumque SS. Caſtoris & Florini eccleſiarum In Confluentia, oec non oobilium virorum Godefridi Seynenſis, Eberhardi de Catzenelnbogen, Henrici de Spaynheim, Adolphi de Naſſowe, Gerardi de Dietz, Henrici de Virnenburg comitum, ac Henrici domini de Iſenburg, ſigillorum munimine, que ad preces noſtras ſunt appenſa, fecimus & rogavimus roborari. Er nos archidiaconus, capitula, comires & Henricus de Iſenburg predicti, rogatu dictorum civium ſeu oppidanorum ſigilla noſtra preſeotibus appoſuimus, in teſtimonium premiſſorum. Actum & datum preſentibus predictis dominis & quampluribus aliis nobilibus & fide dignis. Anno Domini MCCLXXXIII. in die B. Remigii epiſcopi. (a) (a)

DLXV.

NOTA.

(a) Adde concordiam de 24. Maii 1281.

DLXV.

1284. *12. April.*

Feodum Jofridi ab Aixe de Winterich & Liſer.

EGo Jofridus dominus de Aixe miles notum facio univerſis, quod pro ducentis libris Trevirenſium denarinrum, quas dedit & perſolvit mihi reverendus pater & dominus meus Henricus Dei gratia Trevirorum archiepiſcnpus, recepi ab ipſo in feodum & homagium, quidquid habeo apud Winterich & apud Lyzere *, & in appendiciis locorum predictorum. Et ſciendum eſt, quod ego & heredes mei predicta debemus a predicto dnmino archiepiſcopo & ſucceſſnribus ſuis in feodum & homagium in perpetuum poſſidere. In cujus rei teſtimnnium ſigillum meum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCLXXXIIII. menſe Aprilis, feria quarta poſt paſcha.

* ſupra Berncaſtellum ad Moſellam

BOËMUNDUS I.
A WARNESBERG
ARCHIEPISCOPUS.

DLXVI.

1287. *26. Martij.*

Eccleſiæ S. Simeonis Trev. per Officialem Archidiaconi adjudicatur ſylva de Nalbach adversùs Boëmundum de Sirsberg loci Advocatum.

IN nomine Domini amen. Cum venerabilis vir dnminus Wilhermus eccleſiæ ſancti Simeonis Trevirenſis præpoſitus conqneſtus fuiſſet, nomine ſuo & eecleſiæ ſuæ prædictæ, coram nfficiali curiæ venerabilis viri domini Wernheri archidiaconi in eccieſia Trevirenſi, quod Boëmundus miles de Nagilbach & ſui ipſum minus juſte ſpoliaſſent pnſſeſſione percipiendi fructus & proventus ſylvæ ſuæ ſitæ iu confinio villæ de Nagilbach, ſpectantis ad eccleſiam prædictam jure dominii ſeu quaſi, in cujus poſſeſſione ſeu quaſi ſe dicebat percipiendi fructus & proventus ejusdem, & ex violentia cnmmiſſa ſe conquereretur ſuſtinuiſſe damna & intereſſe ad æſtimationem quinque librarum Trevirenſium denariorum, dictusque officialis procedens ſuper dicta conqueſtione, nbſervato ordine ſtatutorum concilii Trevirenſis, prædictum militem pluries citando coram ſe ad certos dies, prncuratorem dicti dnmini præpoſiti admiſerit ad declarationem damnnrum & intereſſe dictæ violentiæ usque ad æſtimationem prædictam, & nb hoc præciperet prædicto militi, ſeu mnneri faceret eundem Boëmundum, ut de pnſſeſſione dictæ ſilvæ gaudere permitteret dictum præpoſitum, & reſtitueret eidem fructus & proventus ſilvæ prædictæ ad æſtimationem prætaxatam, ipſum militem excommunicandn & præcipiendn nihilominus a divinis ceſſari, contra eundem Bnhemuudum & ſuos complices, ſi prædictis non obediret, ſeu obtemperaret infra craſtiuum beati Dyoniſii; tandem ſupplicatum extitit præfatn officiali, iterato ex parte prædicti præpoſiti, quod cum ipſe præpoſitus eccleſiæ S. Simennis Trevirenſis, (*a*) penſinnarius curtis de Nagilbach, ſuo, & prædictæ (*a*)

NOTÆ.

(*a*) *Penſionarius curtis de Nagilbach.*] Diſtribuebantur hoc tempore inter Canonicos non reditus, ſed ipſæ curtes & bona Eccleſiæ; itâ ut, qua curte quis loco præbendæ fruebatur, ejusdem *penſionarius* diceretur. Conf. Placitum de 21. Febr. 1292.

DLXVI.

dictæ eccleſiæ ſuæ nomine graviter conquerendo monſtraſſet dicto officiali, quod dictus Bohemundus de Sirsberch miles ipſum dictum præpoſitum, nomine quo ſupra, fructibus ſeu proventibus cujusdam ſylvæ ſitæ in confinio curtis ſeu villæ de Nagilbach impediviſſet, moleſtaſſet & perturbaſſet, ac violenter prohibuiſſet in fructibus prædictæ ſylvæ percipiendis, ſpectantibus ad curtem prædictam, cujus curtis ac ſylvæ prædictus præpoſitus, nomine quo ſupra, dicebat ſe proviſorem exiſtere, & in ipſius poſſeſſione dictam eccleſiam ſuam eſſe & fuiſſe a tempore, cujus non exſtat memoria, & propter hoc dictus præpoſitus & eccleſia prædicta damnum ſuſtinuiſſent ad valorem quinque librarum Trevirenſium denariorum, ac dictus officialis dicti damni declarationem ab ipſo domino præpoſito ſecundum juris ordinem juxta ſtatuta concilii Trevirenſis recepiſſet, prout ſuperius eſt prætactum, quatenus dictum Bohemundum militem cenſura, qua conveniret, ut de violentia, injuria & moleſtatione prædictis dicto domino præpoſito & eccleſiæ ſancti Simeonis prædictæ illatis, ac de quinque libris declaratis damnis, nec non expenſis inde habitis ſatisfacere compelleret, prout dictaret ordo juris, & ad deſiſtendum a prædictis inquietatione ſeu perturbatione in futurum; dictus Bohemundus miles animo litem conteſtandi reſpondit ſe præmiſſa facere non debere, exhibens petitionem in jure coram dicto officiali, cujus tenor talis eſt: „Dicit in jure coram vobis, domine judex, Bohemundus miles de Nagilbach, advocatus villæ prædictæ, nomine ſuo & hominum ſuorum, quorum advocatus exiſtit, contra præpoſitum ſancti Simeonis & capitulum eccleſiæ prædictæ, quod ipſe miles & ſui homines prædicti ſylvas de Nagilbach & in confinio villæ de Nagilbach tenent & poſſident, & tenuerunt & poſſiderunt jure dominii ſeu quaſi, & eorum anteceſſores a tempore, quo non exſtat memoria, & jus paſcendi porcos in ſylvis prædictis, & alia animalia, nemine alio jus paſcendi animalia habente in ſylvis prædictis; propter quod dicit, nomine quo ſupra, præpoſitum & capitulum S. Simeonis nullum jus in dicta ſylva paſcendi porcos vel alia animalia habere, offerens ſe præmiſſa in facto conſiſtentia probaturum, ſi a parte adverſa negentur, & ad probandum præmiſſa ſe petit admitti. Datum anno Domini MCCLXXXVI. feria VI. poſt circumciſionem Domini.„ Super qua ſupplicatione ſimiliter lite conteſtata, juratoque a partibus hinc inde de calumnia ſeu veritate dicenda, factis poſitionibus ex parte dicti præpoſiti, nomine quo ſupra, & reſponſionibus ex parte dicti Bohemundi ad easdem ſubſecutis, teſtibus productis ex parte ejusdem præpoſiti in forma juris, & eorum atteſtationibus publicatis, propoſuit dictus Bohemundus miles excipiendo peremptorie in forma, quæ ſequitur: „Præterea excipiendo peremptorie proponit dictus dominus Bohemundus contra intentionem dictorum præpoſiti, decani & capituli ad repellendum eosdem a ſua intentione, quod ipſi non ſint audiendi pro eo, quod dictus Bohemundus per ſe vel per alium ſuo nomine poſſeſſionem ſeu quaſi paſcendi porcos pro ſuæ libitu voluntatis in ſylva de Nagilbach, in qua poſſeſſione dictus præpoſitus aſſerit ſe fuiſſe nomine eccleſiæ ſuæ, illam, ſi quam habuit, legitime impedivit, & præſcriptionem, ſi quam ex dicta poſſeſſione adeptus fuiſſet, jam dudum legitimo modo pluribus vicibus interrupit, & offert ſe dictus miles ea, quæ in facto conſiſtunt, legitime probaturum, ſi negentur a parte adverſa, & ad probandum ſe petit admitti, non adſtringens ſe ad omnia præmiſſa probanda, ſed quæ ſibi proſint, quæ probaverit de præmiſſis.„ Quibus propoſitis diem aſſignavimus ipſis partibus coram nobis, videlicet feriam ſecundam ante feſtum beatæ Mariæ Magdalenæ ad interloquendum ſuper dictis rationibus, utrum ſint admittendæ, vel non admittendæ, & ad procedendum ulterius, ut jus erit. Datum anno MCCLXXXVII. ſabbatho ante dictum feſtum, a feria V. præcedente continuata. Super qua exceptione ſimiliter teſtes producti fuerunt ex parte dicti Bohemundi militis, & eorum dicta publicata, demum concluſa in dicto negotio; & die præfixa ad definiendum inter prædictas partes ſuper dicto negotio videlicet feria ſecunda poſt dominicam *Oculi* dictus do-

 minus

DLXVI.

minus archidiaconus commiſit dictam cauſam, ſeu cauſas nobis Ægidio de Rapaix officiali ſeu judici venerabilis viri domini Henrici de Vinſtingen archidiaconi in eccleſia Trevirenſi in hæc verba: „ Warnerus Dei gratia ar-
„ chidiaconus in eccleſia Trevirenſi
„ viro diſcreto Ægidio de Rapaix cle-
„ rico Trevirenſi ſalutem in Domino
„ ſempiternam. Cum noſtræ curiæ
„ judex diverſis negotiis noſtris im-
„ peditus non poſſit ad præſens inte-
„ reſſe cauſæ, quam procurator de-
„ cani & capituli eccleſiæ S. Simeonis
„ Trevirenſis nomine ipſorum, & pro
„ ipſis proſequitur contra dominum
„ Bohemundum militem dictum de
„ Nagilbach, de tua diſcretione con-
„ fiſi, tibi committimus dictam cau-
„ ſam, juxta ipſius cauſæ retroacta
„ audiendam, & fine debito deciden-
„ dam, & quod decreveris, facias
„ per cenſuram eccleſiaſticam firmi-
„ ter obſervari, & ſi qui teſtes no-
„ minati fuerint, qui ſe gratia, odio,
„ vel ſavore ſubtraxerint, eosdem com-
„ pellas per cenſuram eccleſiaſticam
„ authoritate noſtra veritati teſtimo-
„ nium perhibere. Datum ſub ſigillo
„ noſtri archidiaconatus anno Domini
„ MCCLXXXVII. feria V. poſt domi-
„ nicam *Invocavit me.* „ Et acceſſorem nobis conſtituit officialis curiæ dicti domini Warneri archidiaconi, videlicet magiſtrum Joannem Gyleti advocatum curiæ Trevirenſis, qui citari fecimus prædictas partes coram nobis ex abundanti peremptorie ad feriam tertiam poſt dominicam *Judica me Domine.* Unde conſideratis omnibus in dicto negotio, quæ nos movere poterant & debeant pro utraque parte, communicatoque jurisperitorum conſilio, ex ſuperabundanti recepto juramento ex parte dicti præpoſiti ſuper damno & intereſſe ad æſtimationem quatuor librarum Trevirenſium denariorum, noſtra taxatione præhabita, quamvis alias declaratum fuerit, procuratorem dicti Bohemundi in perſona dicti domini ſui, & ipſum Bohemundum in perſona dicti procuratoris ſui condemnamus præfato præpoſito in prædictis quatuor libris ratione intereſſe & damnorum violentiæ ſeu prohibitionis prædictæ fructuum & proventuum percipiendorum ex parte dicti præpoſiti, nomine quo ſupra, ex dicta ſylva quoad poſſeſſorium judicium, quod tantummodo actum eſt ſuper eadem ſilva, ſilentium perpetuum eidem Bohemundo militi imponentes & prohibentes, ut nec per ſe, nec per alium, ſeu alios, ſuper his præſumat eccleſiam S. Simeonis prædictam, aut dictum præpoſitum penſionarium, aut quemcunque alium nomine ipſius eccleſiæ aliquatenus in poſterum moleſtare, quæſtione expenſarum nobis reſervata. Datum anno Domini MCCLXXXVII. feria IV. poſt dictam dominicam *Judica*. continuata ſeu prorogata de conſenſu partium a feria tertia prædicta præcedente. (*b*) (*b*)

DLXVII.

N O T Æ.

(*b*) Præter Juris communis placita Archidiaconis noſtris non volaticam ſolùm & levem, ut alibi, olim competiiſſe juriſdictionem, vel ex hac ſententia apparet. At cùm Officiali Archiepiſcopi controverſiarum omnium, quæ cauſæ cognitionem poſtulant, & ab Eccleſiaſtica juriſdictione pendent, ordinario judice conſtituto, incongruum videretur, duos diverſos judices Eccleſiaſticos, atque ità diverſa tribunalia in una eadémque civitate reperiri, ſenſim abiit Archidiaconorum noſtrorum in *contentioſis* juriſdictio, cujus nullum hodie ſupereſt veſtigium. Adde notata ad fundationem Hoſpitalis Bidburgenſis de 17. Decemb. 1300.

DLXVII.

1289. 6. Decemb.

Gerardus Comes Eccleſiam de Ditze reſignat Boëmundo Archiepiſcopo.

(a) REverendo patri ac domino ſuo (a) Boëmundo Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo G. comes de Ditze ſervitium ſuum promptum ſemper & paratum. Reverende paternitati veſtre conſtare volumus, quod nos una cum domina Elizabet conjuge noſtra, pari conſenſu ac libera voluntate, (b) eccleſiam noſtram de Ditze, quam de novo fundavimus, & adhuc intendimus veſtro mediante beneplacito dotare, cum noſtro vero patrimonio in Haſilbach & in Vromedorf, una cum jure patronatus in Aldindorf, ad eſtimationem XII. marcarum Colonienſium denariorum, & amplius, una cum jure vobis conſtituto de facto predicta bona ad majorem certitudinem faciendam ad manus veſtras reſignamus per preſentes, & dictam eccleſiam noſtram, ut clerici impoſterum divinum officium ibidem facientes bona predicta pro ſui ſuſtentatione libere poſſideant & quiete. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCLXXXIX. in die beati Nicolai.

(b)

NOTÆ.

(a) *Boëmundo Trevirorum Archiepiſcopo.*] Erat Boemundus ex Equeſtri Warnesbergiorum gente, quæ etiamnum Treviris ſub nomine Baronum de *Warsberg* floret. Habet ea nomen & originem à caſtro *Warensberg* vel *Warnesberg*, in Lotharingia medio inter S. Naborem & Bolichen itinere; ipſum verò caſtrum ità nominatum eſt à ſylva *Waren*, in qua ſitum eſt.

(b) *Eccleſiam noſtram de Ditze.*] De eâ hæc Maſenius *Metrop. Trev. MS. Lib. II. Cap.* 33. „ Oppidum perquam amœno ad Loganam amnem „ tractu, olim Diethelſe, nunc Dietz, appella„ tum, Comitatûs ampliſſimi, quique ob rerum „ copiam aureus quondam nuncupatus fuit, ca„ put eſt. Duæ intra murorum ambitum rupes „ aſſurgunt, ſuis arcibus coronatæ. Eccleſia Col„ legialis declivi intermedia conſiſtit ſitu, tradi„ turque fundator ejus fuiſſe Gerardus Comes „ ſenior, qui vitâ abiit anno 1343. ſepultus „ juxta ſacrarium; ejúsque inſtitutum Boemun„ dus primus ejus nominis Archiepiſcopus collau„ davit. Canonici Saltza quondam, è ſatrapia „ Molsbergenſi, huc ad ſecuriorem magiſque „ opportunum religioni locum tranſlati feruntur. „ Verùm Canonici deſertâ fide catholica cum majo„ rum inſtitutis vectigalia & ſucceſſores amiſerunt, „ Naſſovicos temporalium iſtic rerum Dominos „ ſecuti, quibus ſpiritualis Paſtor, potior in re„ ligione eſſe debuerat.

DLXVIII.

1291. 1. Junii.

Liberatio oppidi Meyen per Rudolphum Romanorum Regem.

RUdolfus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis ſacri imperii fidelibus gratiam ſuam & omne bonum. Digna conſideratio nos inducit, ut petitiones eorum, quos grata devotio, & exhibiti gratitudo ſervitii noſtro jugiter culmini repreſentant acceptos, affectu debito compleamus, ut que poſtulant aſſequantur, ut noſtris ob hec ſe prebeant obſequiis promptiores. Sane cum venerabilis Bohemundus Trevirorum archiepiſcopus princeps noſter kariſſimus ſue preclare fidei puritate, qua erga nos & ſacrum Rom. imperium ſemper permanſit devotus ac ſtabilis, nos inducat, quod omnibus his libenter intendere debeamus, que ſibi noſcimus profutura, nos ipſius devotis precibus inclinati favorabiliter, oppidum ſuum in Meyene (a) ex plenitudine (a)

NOTÆ.

(a) *Ex plenitudine regiæ poteſtatis libertamus.*] Fervebat hoc tempore in Germania ſtudium condendarum urbium, ad quas homines variis propoſitis privilegiis provocabantur. At principes tum nondum id facere ſe poſſe exiſtimabant, ſine Imperatorum vel Regum conſenſu; adeoque jus concedendi civitates ab iis videbatur precibus impetrandum. Exempla ejus rei domeſtica in Montaborio, Berncaſtello, Witlichio, Saraburgo, & Billicho ſuppeditat Brovverus *Annal.*

DLXVIII.

tudine regie poteſtatis libenter & liberaliter libertamus, & eidem loco omnem immunitatem concedimus, qua imperatores, & reges Romanorum predeceſſores noſtri dive memorie munitiones conſueverant liberare, indulgenres & concedentes eidem loco & civibus ejusdem, nec non ceteris perſonis quorumcunque locorum ad dictum locum ſe transferre volentibus, ut omni jure, honore & honeſta conſuetudine, (*b*) quibus cetera noſtra & imperii oppida muniuntur, gaudeant & utantur. Et hoc damus predicto archiepiſcopo & ſuis ſucceſſoribus, ad quus dictum oppiduin devolvi contigerit, plenam & liberam poteſtatem per ſe vel vicarium animadvertendi in facinoroſos, & punire ſcelera, (*c*) nec non juſtitias altas exercere, ſalva juſtitia & jurisdictione in predicto oppido jure vel conſuetudine competente. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei in aliquo auſu temerario contraire; quod qui fecerit, noſtre majeſtatis offenſam ſe noverit graviter incurſurum. Datum Franckenfort IIII. kalend. Junij, indict. IV, anno Domini MCCLXXXXI. regni vero noſtri anno decimooctavo.

NOTÆ.

nal. Trev. Lib. XVI. n. 131. *ad an.* 1291. Extero Hertius *de Superiorit. territ.* §. *XVIII.* Heineccius *Elem. Jur. Germ. Lib. I. Tit.* 1. § 110.

(*b*) *Quibus cetera noſtra & Imperii oppida muniuntur, gaudeant & utantur.*] Inter ea jura potiſſimùm erant, (I.) ut civitatibus ſingulis liceret habere collegium Decurionum, ea, quæ ad utilitatem reip. decúsque urbis pertinerent, curaturum. (II) Ut negotiationibus potiſſimùm cives vel municipes inſtarent. (III) Fruerentur jure opificia & artes elegantiores exercendi. Hertius & Heineccius *ll. cc.* (IV.) Quod hac conceſſione oppidi incolæ (juxta ævi morem ſervitutibus ut plurimùm obnoxii) libertate donarentur. Et in hoc potiſſimum intendere videtur Rudolphus R. verbis *liberamus* & *libertamus*, quibus in hoc dipl. utitur. Conf. Hertium *de Paræmiis Juris Lib. II. Par.* 11. quæ eſt: *Keine Henne fleugt über die Mauren.*

(*c*) *Nec non juſtitias altas exercere.*] Hac ſignificatione tunc intendebatur in eam poteſtatem ſeu ſuperioritatem, quæ deinde territorialis evaſit & appellata eſt. Coccejus *Jur. Publ. prud. XXI.* §. 22.

DLXIX.

1292. 13. Jan. Feudum Johannis de Mailberch, Retzenroth & Grimeldroch pro ducentis libris Trevirenſibus.

EGo Johañes domicellus de Mailberch ad univerſorum notitiam cupio pervenire, quod ducentas libras Trevirenſes mihi a reverendo in Chriſto patre domino Boëmundo Dei gratia Trevirorum archiepiſcopo pro homagio ſibi & eccleſie Trevirenſi per me tacto traditas & perſolutas aſſigno ſibi & eccleſie Trevirenſi ſuisque ſucceſſoribus in univerſis bonis & redditibus meis, que & quos habeo & teneo in villis Ricenroth & Grimeldroch, ſitis juxta Wittelich, que bona & redditus hactenus fuerunt purum allodium meum & meorum anteceſſorum. Conſtituens per preſentes univerſa bona & redditus, que & quos in dictis villis habeo, ex nunc perpetuo feodalia predicto domino archiepiſcopo & eccleſie Trevirenſi, ac me & meos ſucceſſores a predicto domino archiepiſcopo & eccleſia Trevirenſi in feodo recipere debere, & jure feodali tenere. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum duxi preſentibus apponendum. Datum anno Domini MCCLXXXXII. feria ſecunda poſt epiphaniam Domini.

DLXX.

DLXX.

1292. .. *Febr.*

Fundatio PP. Carmelitarum Arluni.

Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. V. in prob. p. 76.*

BOemundus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus religioſis viris in Chriſto ſibi dilectis priori provinciali & fratribus ordinis B. Mariæ de monte Carmeli in Allemannia ſalutem in Domino ſempirernam. Patris cæleſtis electi gratia, ſemper ad hanc ſub ſapientia paupertati exrreme iatenti eſtis & vigiles, ut illa vobis ut proximis proficiat per indulgentiam divinæ pietatis; ſic enim vitæ ſanctitas apud nos dignos conſtituit, ut devotionem veſtram in omnibus, quæ ad Dei laudes & animarum profectum deſideratis, gratioſa exhibitione favoris proſequamur. Cum autem, ſicur profecto didicimus, vobis a viris diſcretis præpoſito juſticiario, majoribus ſcabinis, & univerſitate oppidi de Arluno noſtræ diœceſis quidam locus ſive area ibidem, ad conficiendam manſionem ſit collatus; nos ut divini nominis cultus augmentetur, hujuſmodi collationem ratam habentes & gratam, vobis, ut in prædicto loco ſive area, dummodo feodalis ſive cenſualis non exiſtat, monaſterium ſeu oratorium, cimeterium, & liberam habere ſepulturam ſecundum tenorem indulgentiæ vobis a ſede apoſtolica conceſſæ valeatis, tenore præſentium damus licentiam, ac liberam concedimus facultatẽ; ita, ut noſtris & ſubditorum noſtrorum excõmunicationis, interdicti & ſuſpenſionis ſenrenrias, mandara ac ſtatura teneamini in dicto loco obſervare, ſicut alii noſtri ſubditi, & execurioni debire demandare. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini MCCXCII. menſe Februario. (a) (a)

N O T A.

(a) Conf. Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. V. p. 290. ſeqq.* Carmelitarum Ordinem ante Sæculum XIII. in Europa non fuiſſe, certum eſt, Eliam Prophetam ejus eſſe auctorem, hodie fortè nemo ſibi aut aliis perſuaſerit.

DLXXI.

1292. 21. *Febr.*

Placitum ſuper juribus & reditibus Eccleſiæ S. Simeonis in Igel.

IN Dei nomine amen. Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo feria ſecunda ante dominicam, qua cantatur: *Invocavit me.* in præſentia mei Joannis notarii fidelis & jurati curiæ Trevirenſis, ab officiali dictæ curiæ ſpecialirer deſtinati apud curtim eccleſiæ ſancti Simeonis Trevirenſis in villa de Egele juxta Treverim ad audiendum & auſcultandum pronunriari & declarari a ſcabinis ejuſdem curtis jura & reditus, debita & debitos, & conſuetudines obſervandas ab hominibus ſeu incolis dictæ curtis decano & capitulo dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis, & ipſi eccleſiæ ſeu penſionario eorundem. Waltherus dictus Rüfere, Walrherus (a) juxta ſalicem de Egele, Gobilo & Paulus fratres de Luyſch, ſcabini & jurati dictæ curtis, ſub debito fidelitatis & juramenti præſtiti ab eiſdem dictis decano & capitulo ac penſionario ipſius eccleſiæ, præſente Jacobo Driutwini canonico & tune penſionario ejuſdem loci de Egele dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis, (a)

N O T Æ.

(a) *Juxta ſalicem de Egele.*] Sic appellabant celebrem illam hodiéque exſtantem pyramidem in Igel, quæ eſt Romanum Secundinorum monumentum, deſcriptum à Brovvero in *Proparaſc. Annal. Trev. Cap. XVIII.* Bertholet *Hiſt. de Luxembourg Tom. I. p.* 360. *ſeqq.* & aliis. *Igel* hodie vocatur locus, olim *Egele* ſeu *Aigle*, ab aquila in monumenti apice poſita. Adde Donationem Eberhardi Archiep. de an. 1052.

Hiſtoria Trevirenſis dipl. Tom. I.

Mmmmm

DLXXI.

meonis, ab eodem Jacobo interrogati, ſuper his pronuntiaverunt & declaraverunt per eorum juramenta: inprimis eccleſiam debere & poſſe habere in eadem villa de Egele unum torcular, ubi homines tempore vindemiarum debeant & poſſint torquere vina ſua eis obvenientia de bonis, quæ habeant ab eccleſia prædicta. Item navigium ad transeundum aquam Moſellæ commune cum abbate & conventu monaſterii beatæ Mariæ in Lucillemburg; & ſimili modo locum pro molendino, & ipſum molendinum commune cum eisdem. Item quod dicta eccleſia ſancti Simeonis debet habere villicum in dicta villa, qui debet colligere cenſus & reditus dictæ eccleſiæ,
(b) (*b*) coram quo etiam homines dictæ curtis ſancti Simeonis juri ſtare debent; & idem villicus cuſtodiet nemus ſitum ſupra dictam villam de Egele pro parte eccleſiæ ſancti Simeonis, quod eſt commune eccleſiæ ſancti Simeonis & monaſterii beatæ Mariæ in Lucellemburg prædicti, ita quod nullus ſecet vel recipiat ligna in dicto nemore, niſi de voluntate penſionarii, vel villici dictæ curtis, etiamſi ſit manſionarius, ſeu incola dictæ curtis. Glandes vero ſi in dicto nemore eſſe contigerit, juxta examinationem ſcabinorum curtis eccleſiæ ſancti Simeonis prædictæ, dicti manſionarii pro eadem æſtimatione, ſi voluerint, habebunt; quod ſi eis pro ea æſtimatione habere non placuerit hujusmodi glandes, dicti penſionarius ſeu villicus nomine dictæ eccleſiæ ſancti Simeonis diſponent pro ſuæ libitu voluntatis de glandibus eisdem pro parte eccleſiæ ſancti Simeonis prædictæ quolibet anno. Item ſi aliquam planitiem in dicto nemore ſine arboribus, ſeu vacuam eſſe contigerit, nullus eandem occupare poteſt nec debet præter licentiam & voluntatem penſionarii ſeu villici prædictorum; & qui contrarium fecerit, incidet in pœnam, dicto penſionario ſeu villico prædictis ſolvendam. Actum præſentibus domino Henrico monacho & capellano religioſi viri domini abbatis monaſterii beatæ Mariæ in Lucillemburg prædicti, Petro Druitwini textore cive Trevirenſi, Ludovico centurione de Egele, Bartholomæo & fratre ipſius dictis de Quercu, & quampluribus aliis teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis & rogatis. In cujus rei teſtimonium ego Joannes prædictus curiæ prædictæ fidelis & juratus notarius ſigillum curiæ prædictæ præſentibus feci apponi. Et nos officialis ad relationem prædicti Joannis fidelis & jurati dictæ curiæ notarii, cui præmiſſorum audientiam vivæ vocis oraculo commiſimus, & de his & aliis fidem adhibemus, ſigillum curiæ noſtræ præſentibus appoſuimus in teſtimonium præmiſſorum. Datum feria ſecunda ante dominicam, qua cantatur: *Invocavit me.* Anno ab incarnatione Domini MCCXCII.

N O T Æ.

(*b*) *Coram quo etiam homines dictæ curtis S. Simeonis juri ſtare debent.*] Scilicet in cauſis ſeu rebus & prædiis ad curtem pertinentibus; quod de Jurisdictione *feudali* interpretantur, cujus indolem & effectus deſcribimus ad Declarationem Jacobi Archiepiſcopi de 30. Maij 1577.

DLXXII.

1293.
2. Octobr.

Feudum caſtri Wiltberch, & fides jurata Archiepiſcopo contra quoſcunque, excepto Rege Romanorum, ab Hermanno de Saushuſin.

EGo Hermannus de Sauershuſin miles notum facio univerſis preſentes literas inſpecturis, quod caſtrum meum Wiltberch tam ego, quam mei ſucceſſores, a venerabili in Chriſto patre domino meo Boemundo Trevirenſi archiepiſcopo ac ſuis ſucceſſoribus & eccleſia Trevirenſi ob grata beneficia, que idem dominus archiepiſcopus mihi impendit, immediate poſt inclitum dominum meum Romanorum regem in feudum perpetuo

DLXXII.

petuo tenebimus & recipiemus, promittens bona fide pro me & meis ſucceſſoribus, & ad hoc nos obligo per preſentes, dictum dominum meum archiepiſcopum & ſuos, nec non & ſuos ſucceſſores in dicto caſtro Wiltberch recipere, retinere & receptare, & ipſos juvare conſilio & auxilio, omni dolo & fraude excluſis, contra quoscunque eorum & eccleſiæ Trevirenſis adverſarios, injuriatores & inimicos, domino noſtro Romanorum rege duntaxat excepto, quandocunque & quotienscunq; ipſis & eccleſie Trevirenſi neceſſitas incumbit. In cujus rei teſtimonium ſigillum meum una cum ſigillis nobilium virorum dominorum F. & Th. dominorum Henzemberch militum, que ad preces meas preſentibus ſunt appenſa, duxi hys literis apponendum. Et nos F. & Th. domini de Henzemberch predicti, ſigilla noſtra ad petitionem dicti domini Hermanni preſentibus appoſuimus, in teſtimonium premiſſorum. Datum anno Domini MCCLXXXXIII. ſecunda die Octobris.

DLXXIII.

1294. 13. *Jan.*

Godefridus Comes Viennenſis aſſignat XL. libras Trevirenſes terræ prope Welſchbillig pro CCCC. libris Trevirenſibus, receptis à Boëmundo Archiepiſcopo.

(a) NOs (a) Godefridus comes de Vienna notum facimus univerſis, quod cum nos reverendum patrem & dominum noſtrum Boemundum Dei gratia Trevirorum archiepiſcopum, ac ejus predeceſſorem impeteremus ſuper dampnis, que quondam pater noſter comes Viennenſis ſuſtinuit & incurrit, cum & eſſet in adjutorio reverendi in Chriſto patris quondam domini Henrici archiepiſcopi
(b) Trevirenſis, ejus predeceſſoris, (b) ante civitatem Argentinam, & ſuper hoc pignora ipſius pluries recepiſſemus, nec non homines ſui epiſcopatus & ſpecialiter de oppido Confluentie captivaſſemus, tandem de noſtro communi conſenſu per noſtros amicos fuimus & ſumus pacificati, ita, quod omnibus dampnis, que dictus quondam pater noſter ſuſtinuit, & incurrit, cum eſſet in dicto adjutorio, aut que nos per eum ſuſtinuimus & incurrimus, occaſione predicta, illis pure & ſimpliciter ex certa ſcientia renuntiamus in his ſcriptis. Preterea recognoſcimus, nos homagium feciſſe de bona noſtra voluntate dicto domino noſtro archiepiſcopo & eccleſie Trevirenſi, & pro dicto homagio facto nos habuiſſe & recepiſſe a dicto domino archiepiſcopo quadringentas libras Trevirenſium denariorum,

pro

N O T Æ.

(a) *Godefridus Comes de Vienna.*] Ejus nominis ſecundus, Philippi Comitis de Vienden & Mariæ de Pervveis & Grimbergue filius, obiit anno 1312. relinquens ex Adelheide de Audenarde ſucceſſorem in Comitatu Viennenſi Godefridum III., in quo ſtirps maſcula Comitum Viennæ effloruit; non enim reliquit niſi duas filias, Mariam, nuptam Simoni Comiti Spanheimenſi, & Adelheidem, Ottoni Comiti Naſſavoiæ deſponſatam, cum quibus Viennenſis familiæ bona in has domos tranſiere.

(b) *Ante civitatem Argentinam.*] De hoc bello Argentinenſi ſic Geſta Trevirorum apud Martene *Coll. ampl. Tom. IV. p.* 258. „Henricus „ Electus (Trevirenſis) anno ſecundo ſuæ ſuſceptio„ nis Argentinenſi Epiſcopo ejus conſanguineo (Waltero ex illuſtri Gerolſeckiorum Sueviæ familia nato) „ in obſidione ejusdem civitatis Ar„ gentinenſis cum ingenti armatorum multitudine „ ſtrenuè & viriliter occurrit, cui in dicta expe„ ditione, fortuna favente, omnia in omnibus „ proſpere ſuccedebant. „ Totum hoc bellum accuratè deſcribit La Guille *Hiſtoire d' Alſace Tom. I. Liv. XX. pag.* 234. *ſeqq.* ex quibus hæc ſpecialiùs ad Henricum noſtrum pertinent. „ L'Evê„ que de Strasbourg étoit à la tête de l' armée, „ & l' Archevêque de Treves commandoit l' ar„ riere-garde. . . . L' Archevêque Henri piqué „ de cet affront, & voulant reparer la perte qu' „ il venoit de faire, choiſit ce qu' il avoit de „ meilleur dans ſes troupes, & s' étant joint aux „ ſeigneurs de Lictenberg & d' Hunneberg, il „ marcha pour attaquer Strasbourg. ... la perte „ fut grande de part & d' autre, & les Epiſco„ paux furent enfin contrains de ſe retirer. Aprés „ cet échec, que l' Archevêque de Treves ſouffrit le „ jour de ſainte Marguerite (1261.), on con„ vint d' une trêve de trois mois. &c.

DLXXIII.

(c) pro quibus ei & eccleſie Trevirenſi preſentibus aſſignamus (c) XL. libras redditum annuorum, de omnibus noſtris redditibus, caſtris ſuis de Mailberch & Pilliche vicinioribus, que nos & noſtri ſucceſſores ab eo & ejus ſucceſſoribus, nec non eccleſia Trevirenſi, in perpetuo in feodo tenebimus & recipiemus. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus apponendum. Datum anno Domini MCCLXXXXIIII. feria IV. poſt epiphaniam Domini.

N O T Æ.

(c) *XL. libras redditum annuorum.*] Decuncti uſuræ jam tertia quartave vice occurrerunt. Vid. ſuprà literas feudales Jofridi de Berthringen de 18. Febr. 1279. & ibi *Not.*

DLXXIV.

1294. 22. *Julii.*

ADOLPHUS REX ROM.

Boëmundo Archiep. Trev. obligat Cochem & Clotten pro 4553. marcis Colonienſibus.

NOs Adolphus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, univerſis preſentes litteras inſpecturis cupimus eſſe notum, quod tenemur venerabili Bohemundo Trevirorum archiepiſcopo, principi noſtro dilecto, & eccleſie ſue Trevirenſi in quatuor mille quingentis & quinquaginta tribus marcis Colonienſibus denariorum bonorum & legalium (a) ex cauſa expenſarum circa electionem & conſecrationem noſtras factatum, ac (b) in aliis noſtris & ſacri Romani imperii ſervitiis per eundem. Quam quidem ſummam pecunie ipſi archiepiſcopo & eccleſie Trevirenſi ſolvere & aſſignare promittimus bona fide. Et ut majori gaudeat ſecuritate, eidem archiepiſcopo, eccleſie Trevirenſi, & ſuis ſucceſſoribus obligamus titulo pignoris ſeu ypothece pro dicta pecunie ſumma caſtra noſtra (c) Cochme & (d) Clottene ſita ſuper flumen Moſelle, Trevirenſis dioeceſis, cum teloneo, juriſdictione & aliis omnibus juribus ſuis & pertinentiis univerſis, & tenore preſentium aſſignamus & tradimus obligata; conſtituentes ipſum archiepiſcopum ſuo & eccleſie ſue nomine ex nunc eorundem poſſeſſorem, titulo prelibato habenda, tenenda & poſſidenda tam diu pacifice & quiete, quouſque ipſi archiepiſcopo vel ſuis ſucceſſoribus (e) fuerit de dicto debito integraliter & plenarie ſatisfactum. Et eſt actum expreſſe, quod ſi nos vel noſtri ſucceſſores predicto archiepiſcopo vel ſuis ſucceſſoribus partem dicte ſumme pecunie in ſolutionem obtulerimus, ipſam tenebuntur recipere, & de ſumma principalis debiti pro rata deſalcare, & poſtquam predicto archiepiſcopo, eccleſie ſue, vel ſuis ſucceſſoribus de predicto debito fuerit integraliter & plenarie ſatisfactum, predicta

N O T Æ.

(a) *Ex cauſa expenſarum circa electionem & conſecrationem noſtras factarum.*] Brovverus *Annal. Trev. Tom. II. Lib. XVI. n.* 132. „ Nec verò ſegniter, inquit, Boëmundus pro „ Adolpho cliente ſuo & in armis impigro viro „ laborabat..... Et deinde: duxiſſe in eam pom„ pam Boëmundum ferunt equos mille trecentos „ phaleratos; Moguntinum, ducentos amplius.

(b) *In aliis noſtris & S. R. I. ſervitiis.*] Vid. Brovverum *cit. n.* 132. *in f.*

(c) *Cochme.*] De eo jam actum ſæpiùs: in charta Brauvveilerienſi anni 1051. *Not. c.* In Springiersbacenſi de anno 1136. *Not. c.* In alia item Springiersbacenſi de anno 1144. *Not. f.*

(d) *Clottene.*] De hoc in memorata Brauvveilerienſi. *Not. b.*

(e) *Fuerit de dicto debito integraliter ſatisfactum.*] Brovverus *l. cit. n.* 137. „ Boëmundus Adolphum auri inopem, novis ſemper pe„ cuniarum ſuppetiis atque inexhauſta copia pro„ ſecutus, accepti ſortem pignoris ita merſit, „ nulla uti ſpes reliqua, ſummam hanc exſolvi „ poſſe &c. Conf. Hahns *Teutſche Staats-Hiſtorie P. V. Cap.* 4. §. 3. *Not. b.* Adde infrà dipl. Alberti R. de an. 1298.

DLXXIV.

dicta caſtra cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis univerſis ad nos & Romanum imperium libere revertentur. Et eſt arbitratus idem archiepiſcopus, quod cum eidem vel ſuis ſucceſſoribus a nobis vel noſtris ſucceſſoribus de dicto debito fuerit plenarie ſatisfactum, ſi reſtitutionem dictorum caſtrorum denegaverint & recuſaverint facere, ex nunc, ut ex tunc, ſe renunciaſſe preſcripto debito & omni juri, quod ſibi & eccleſie ſue competit ex obligatione pignoris antedicti. In cujus rei teſtimonium & memoriam ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Actum & datum Confluentie anno Domini MCCLXXXXIIII. XI. kal. menſis Auguſti regni noſtri anno III.

DLXXV.

1298. 25. *Aug.*

ALBERTUS REX ROM.

Boëmundo caſtrum Cochem, ab Adolpho Rege Romanorum Eccleſiæ Trevirenſi hypothecatum, in proprietatem confirmat. (*a*)

(*a*) Browerus *Annal. Trev. Tom. II. p.* 171.

Albertus Dei gratia Rom. rex ſemper auguſtus. Cum ſereniſſimus quondam dominus Adolphus divæ mem. Rom. rex prædeceſſor noſter poſt creationem ſuam in regem conſideratis fructuoſis ſervitiis venerabilis Boemundi Trevirenſis archiepiſcopi principis noſtri dilecti & gravibus expenſis, quas in ipſius regis electione & poſt pro evidenti utilitate præfati domini Adolphi & regni fecerit, eidem Boemundo Trevirorum archiepiſcopo, eccleſiæ Trevirenſi ac ſuis ſucceſſoribus caſtrum de Cochime cum omnibus juribus ſuis & appendicibus obligaverit, tanta ſumma pecuniæ, ut vix ſpes eſſe poſſit luitionis, prout in literis prædicti anteceſſoris noſtri planius continetur. Nos attendentes, quod memoratus archiepiſcopus pro bono ac pacifico ſtatu regni & utilitate ſacri imperii frequenter & magnifice ſe & ſua expoſuerit, ei & ſucceſſoribus ſuis & eccleſiæ Trevirenſi regali largitate, donatione irrevocabili prædictum caſtrum Cochime cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis univerſis in augmentationem ſuorum feudorum donamus & conferimus per præſentes ea lege, ut liceat regi vel imperatori, ſi hoſtem illis in partibus eum habere contingat, intra munitionem eam ſe ſe recipere, atque ex eo caſtro in hoſtem incurſiones facere. Sigillum Alberti regis. Datum Aquisgrani octavo kalend. Septembris, regni noſtri anno primo.

DLXXVI.

NOTA.

(*a*) Diploma Adolphinum, ad quod hoc Albertinum ſe refert, mox dedimus ad annum 1294. Utramque autem chartam Adolphinam & Albertinam, extenſo eorum tenore confirmavit Henricus VII. Imp. Coloniæ anno MCCCIX. decimo ſexto Kalendas Febr. anno regni primo. Denuo anno 1398. menſe Julio Principum Electorum in hanc alienationem acceſſit conſenſus, quem ſinguli datis patentibus literis teſtatum fecêre.

DLXXVI.

1299. 1. *Aug.*

Unio inter Boëmundum Archiepiſcopum Trevirenſem & Fridericum Ducem Lotharingiæ de obſidendo communibus viribus caſtro Schwarzenberg.

Calmet. Hiſt. de Lorraine Tom. II. in prob.

NOs Boëmundus Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus notum facimus univerſis, quod nos promiſimus per præſentes, illuſtri viro (a) Friderico duci Lotharingiæ & marchioni dilecto noſtro fideli aſſiſtere in obſidione caſtri de Schwartemberg, (b) noſtrum quilibet tamen in ſuis expenſis, nec ab eo recedere quoquo modo, donec ipſum caſtrum per nos ſimul fuerit expugnatum vel conquiſitum, ac eo expugnato ſeu conquiſito cum mora & occaſione propoſitis, (c) ipſum caſtrum penitus devaſtare, deſtruere funditus & demolire; nec compoſitionem aliquam per nos ſingnlaré cum cohæredibus dicti caſtri de Sckwartemberg inire poterimus, unus noſtrum ſine altero occaſione prædicta in futurum. Præterea durante obſidione dicti caſtri, ſi violentia cuiquam noſtrum ex caſtro de Schwemberch, ſeu aliunde, in obſidione prædicti caſtri inferri contigerit a quoquam, illam mutuo defendere tenebimur bona fide. In cujus rei teſtimonium literas præſentes dicto illuſtri duci Lothorengiæ ſigillo noſtro tradidimus ſigillatas. Datum anno Domini MCCXCIX. in die B. Petri ad vincula.

DYTHE-

N O T Æ.

(a) *Friderico Duci Lotharingiæ.*] Matthæi II. Lotharingiæ Ducis & Catharinæ Luxemburgicæ filius; qui patri ſuo anno 1250. ſuccedens, ex Margretha Comitis Campaniæ filia Ducatûs Lotharingici ſucceſſorem reliquit Theobaldum II., defunctus ipſe anno 1303.

(b) *Noſtrum quilibet tamen in ſuis expenſis.*] Niſi hoc ità ſpeciatim fuiſſet conventum, tenebatur expeditionis ſumptus ferre, & belli damna ſarcire, qui alium in auxilium vocaverat; ut apparet ex charta Godefridi Cōmitis Viennenſis de 13. Jan. 1294.

(c) *Ipſum caſtrum penitus devaſtare.*] Quæ vaſtatio etiam deinde ſecuta eſt, uti videre licet ex conventione Dytheri Archiep. cum urbe Trev. de 2. Sept. 1304. Ex qua inſimul apparet, caſtrum illud vel fuiſſe, vel poſtea factum eſſe juris Trevirenſis. Confer tranſactionem de an. 1263. Et adde Promiſſionem Ruperti de Honcke Archidiaconi de an. 1393.

DYTHERUS
COMES A NASSAU
ARCHIEPISCOPUS.

DLXXVII.

1300. 17. Jan. **Feudum caſtri Manderſcheid Friderico de Duna à Dythero Archiepiſcopo Trevirenſi conceſſum.**

(a) (b) NOs Fridericus miles de Dune (*a*) dictus de Dœme, notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis ſive audituris, quod quia reverendus pater & dominus, dominus, (*b*) Dyetherus, Dei gratia Trevirorum archiepiſcopus, nobis bona foedalia, quæ Richardus quondam miles de Manderſcheid, dictus Magnus, tenebat a dominis de Vinſtinga, ſicut intelleximus vacantia, nobis, quantum ad dictum reverendum patrem ſpectabat, conceſſit in foedum, nos tenore præſentium recognoſcimus, & proteſtamur, nos debere ſingulis annis per dimidium annum reſidentiam continuam facere in caſtro de Manderſcheid ſupradicto, & ſuccurrere in armis dicto domino Trevirenſi & ejus ſucceſſoribus, (*c*) ſecundum decentiam noſtri ſtatus, quotiescunque ſuper hoc fuerimus requiſiti. (c) In cujus rei teſtimonium, quod ſigillum proprium non haberemus, ſigillis virorum diſcretorum & honeſtorum, videlicet domini Th. fratris noſtri canonici majoris eccleſiæ Trevirenſis, nec non Th. domini de Bruch ..... ſupradicti ad preces & inſtantiam dicti Friderici militis de Dœme ſigilla noſtra præſentibus in teſtimonium præmiſſorum appoſuimus. Datum Treviris anno Domini MCCC. feria ſecunda poſt octavam epiphaniæ Domini.

DLXXVIII.

N O T Æ.

(*a*) *Dictus de Dœme.*] Obſervat Gudenus *Sylloge var. diplom. in præf. pag.* 17. recepta fuiſſe his temporibus cognomina tracta à caſibus fortuitis, affectionibus, moribus, vitiis occaſionibusque aliis, ac per jocum & cavillationem perſonis attributa. Huc refero adjectum Friderico noſtro de Dhaun cognomen *de Dœme*; quod interpretor: *der Dumme.*

(*b*) *Dytherus Dei gratia Trevirorum Archiepiſcopus.*] Qua ratione is ad Archiepiſcopatum pervenerit, narrant Geſta Baldevvini *Lib. I. C.* 1. apud Martene *Tom. IV. p.* 376. „ Urbanus PP. VIII. .... Dytherum (Adolphi) Regis defuncti germanum, cauſa ejus (Alberti Ducis Auſtriæ) veſaniæ reſiſtendi, in Trevirorum Archiepiſcopum, non poſtulatum, nec ab aliqua parte Capituli electum, celeriter ſublimavit. Capitulum tamen elegerat Henricum de Virnenburg, cui major pars ſubditorum Eccleſiæ jam obediebat. Statim Eccleſiæ ſuæ terras plurimas & redditus pignorali cautione & litterali obligatione, conſtangiis gravibus damniſque datas, impignoratásque permaxima debita contraxit, de quibus parum dicitur perſolviſſe; & cum in honore eſſet, non intellexit, viriliterque contra Albertum Regem reſtitit. „ Paulo aliter Trithemius *Chron. Hirſaug. Tom. II. p.* 74. „ Dietherus ex Comitibus de Naſſavv, frater interempti Regis Adolphi, Ordinis, ut ferunt, Prædicatorum, non electus neque poſtulatus, ſed quodam conſilio & proviſione Bonifacii Papæ VIII. in odium Alberti Regis Archiepiſcopus Trevirenſibus ordinatur & miſſus eſt, qui veniens Treviris cum honore ſuſcipitur, & ut verus Archipræſul ab omnibus ſalutatur. Præfuit annis ferme octo, Alberto Regi ſemper quidem contrarius, ſed parum nocivus. „ Conf. Schilter. *de Libert. Eccleſ. Germ. Lib. V. Cap.* 10.

(*c*) *Secundum decentiam noſtri ſtatus.*] Videtur his verbis innui, Nobilem, per hoc, quòd Miniſterialis fieret, ſtatui ſuo nequidquam derogâſſe; quod tamen plures exiſtimant. Eadem clauſula occurrit in literis feudalibus caſtri Stolzenfels de anno 1305.

DLXXVIII.

1300. an. Octobr. **Ulricus de Hanau conſtituitur Imperii Advocatus & Præfectus provincialis per Wetterawiam, & in civitatibus Boppardienſi ac Weſſalienſi.**

Bernhards *Antiq. Wetterav. p.* 254. (*a*) Albertus Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, prudentibus viris ſcultetis, conſulibus ſeu ſcabinis in Oppenheim, (*a*) Boperdia, Weſalia, Franckenvort, Friedeberck, Wetzlaria, & in Geilnhuſen, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam & omne bonum. Cupientes ex ſinceri cordis affectu iis, quæ promotionem ſacri imperii reſpiciunt, tam ſolerter intendere, quod fidelium & devotorum noſtrorum ſalutare commodum feliciter dirigatur. Habito itaque maturo deli- (*b*) berationis concilio (*b*) de præficiendo vobis advocato generali & rectore, in hoc noſtrum reſedit conſilium & voluntas, quod nobili viro (*c*) Ulrico de (*c*) Hannovve fideli noſtro dilecto, de cujus circumſpectionis induſtria, ſtrenuitate & fidelitate fiduciam gerimus inconcuſſam, gubernationem veſtram & civitatum veſtrarum duximus committendam. Volentes pariter ac mandantes, quatenus eidem tanquam advocato veſtro, noſtro & imperii nomine, intendatis in omnibus, & fideliter pareatis, præſentium teſtimonio literarum. Datum in Wormat. XIII. kal. Novemb. indict. XIIII. anno Domini MCCC. regni vero noſtri anno tertio.

DLXXIX.

N O T Æ.

(*a*) *Boperdia, Weſalia.*] Vidimus ſuperiori Sæculo ad annum 1156. *Not. a.* Ludovicum Arnſtenium Præfectum Imperii per Einrichiam, & in adjacentibus urbibus Rhenenſibus, *Boppardiâ, Weſaliâ, Villâ S. Goaris, Laenſtein utroque, Confluentiâ.* Hic omittuntur *Confluentia, Villa S. Goaris & utrumque Laenſtein,* quippe quòd hoc tempore jam omnimodè tranſiſſent in poteſtatem dominorum, quibus hodieque ſubſunt; *Boppardiâ,* & *Weſaliâ,* quæ adhuc ſub Imperatore remanſerant, ſeriùs in jus Trevirenſis Eccleſiæ tranſcriptis.

(*b*) *De præficiendo vobis Advocato generali & Rectore.*] De horum Advocatorum & Præfectorum Imperialium, præſertim per Wetteraviam & in memoratis urbibus Rhenenſibus, origine, uſu & officio, conſiſtente potiſſimum (1.) In conſervatione pacis publicæ. (2.) Juris dicendi & exequendi poteſtate. (3.) Redituum Imperialium adminiſtratione, &c. Vid. latiùs Bernhards *Antiquit. Wetterav. Lib. III. Cap.* 1. 2. 3. 4.

(*c*) *Ulrico de Hannovve.*] Quinam ante hunc Advocatiam & Imperii Præfecturam geſſerint in Wetteravvia & memoratis civitatibus Rhenenſibus poſt Ludovicum Arnſtenii Comitem, non tam facile eſt aſſerere, defectu ſupparium monumentorum. Münzenbergios id ſub nomine Camerariorum Imperii uſque ad annum 1256. (quo hæc familia extincta eſt) adminiſtraſſe, refert Bernhard *cit. Lib. III. Cap.* 1. §. 5. Poſt hos ſub Richardo R. occurrunt Philippus à Falckenſtein & Philippus ab Hohenfels, de quibus Trithemius *Chron. Hirſaug. Tom. I. p.* 606. Richardus *Philippo de Falckenſtein fratri memorati Archiepiſcopi* (Moguntini Wernheri) *commiſit Wetteraviam, Franckenfurt, Friedeberg, Gielenhauſen, & reliqua illius provinciæ oppida. Porro Philippo de Hohenfels commendavit Wormaciam, Oppenheim, Moguntiam, Boppardiam, & cætera circa Rhenum oppida cuncta.* His ambobus ſubrogatus eſt unus noſter *Ulricus de Hanau;* quo anno 1306. defuncto, Rhenenſium urbium, Oppenhemii, Weſaliæ & Boppardiæ Imperialis Advocatia à Præfectura Wetteravviæ perpetuò ſejuncta videtur, illiúſque adminiſtratio ab Alberto I. Imp. demandata Conrado de Winsberg, qui in documento anni 1303. apud Lehman. *Chron. Spir. Lib. VII. C.* 4. *p.* 635. *Provincialis circa Rhenum* appellatur. Conf. eund. Lehman *Lib. IV. C.* 7. *p.* 255. Reliquos poſt Ulricum Hannovienſem Wetteraviæ ſucceſſivè Præfectos Imperiales, ſcilicet *Eberhardum de Breuberg, Godefridum de Eppenſtein, Ulricum de Hanau,* ejus nominis *III.* Item *Ulricum IV. de Hanau, Rupertum Comitem de Naſſau, Dietherum Comitem de Cazenelnbogen, Philippum Comitem de Naſſau, Hermannum de Rotenſtein;* demum *Joannem II. Archiepiſcopum Moguntinum,* quem Sigismundus Imp. anno 1417. & quidem, uti videtur, omnium poſtremum, Wetteravicæ Advocatiæ præfecerat, latiùs exequitur Bernhard *Antiq. Wetterav. Lib. III. C.* 5.

DLXXIX.

1300. 27 *Decemb.*

Fundatio Hoſpitalis in Bidburg.

(a) Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. V. in probat. p.* 83.

FRater Dietherus Dei & apoſtolicæ ſedis gratia Trevirenſis archiepiſcopus univerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Noveritis, quod cum quidam Deo devoti domum hoſpitalis apud oppidum Biedbourg conſtruxerint, ut ibidem debiles transeuntes pernoctent, infirmi reficiantur, hoſpitentur & recipiantur, & ad hoc certą ſua bona & redditus contulerint, ac reverendus in Chriſto pater Boëmundus Dei gratia quoudam Trevirenſis archiepiſcopus prædeceſſor noſter dictum hoſpitale, utpote pium opus ac divinum, approbarit & confirmaverit, certas etiam indulgentias omnibus pœnitentibus & confeſſis, qni ad dictum hoſpitale, elargiendo, mannm porrexerint adjutricem, conceſſerit & donaverit pleno jure. Nos etiam tam pauperum ejusdem loci, quam aliarum perſonarum devotarum Deo prædictarum, quam loci prædicti fide digniorum relationem attendentes, ad augmentationem etiam cultus divini, cui intendere volnmus & debemus, dictis pauperibus & perſonis in ipſo hoſpitali degentibus ac ipſi hoſpitali auctoritate Dei omnipotentis & noſtra concedimus, & perpetuo indulgemus, ut proprium ſacerdotem virum bonæ & privatæ vitæ quemcunque & undecumque fueric, nec non cemiterium proprium habere valeant & aſſumant, qui quidem ſacerdos, reclamatione ſeu contradictione rectoris matris eccleſiæ non obſtante, accedente etiam ſuper hoc Friderici archidiaconi loci aſſenſu, ibidem divina celebret, & eccleſiaſtica eisdem perſonis adminiſtret ſacramenta. Volumus etiam, præcipimus & ordinamus, ut plebanus de Biedbourg, qui pro tempore fuerit, in ſupplementum ſeu recuperationem juris ſui de dicto hoſpitali ex nunc in antea ſingulis annis habeat & percipiat decem ſolidos monetæ ibidem curſibilis nomine annui & perpetui cenſus; quibus perceptis ſen perſolutis nolumus ipſum hoſpitale, ſeu gubernatorem vel ſacerdotem ejusdem, ex parte dicti plebani loci ibidem in aliquo moleſtari vel inquietari quoqno modo. Præterea ad petitionem dictarum devotarum perſonarum & pauperum, deliberatione ſuper hoc habita diligenti, ſtatuimus & ordinamus, & præſentis ſcripti munimine perpetuo communimus, ut decanus chriſtianitatis in Biedbourg, nec non juſtitiarius ejusdem loci, qui pro tempore fuerint, jus perpetuum habeant prædictum ſacerdotem, nec non poſt nunc gubernatoris dicti hoſpitalis mortem, gubernatorem & miniſtrum ipſius hoſpitalis perſonam idoneam eligendi, & ipſam archidiacono loci præſentandi, qui pro tempore fuerit; qui (b) ſacerdos ab ipſo (b)
archidiacono, prout moris eſt, ligandi & ſolvendi poteſtatem recipiat, & dictus gubernator regimen & adminiſtrationem ipſius hoſpitalis ſimiliter ab eodem. Omnibus etiam pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictum hoſpitale manum porrexerint adjutricem, quadraginta dies de indulgentiis, de injuncta ſibi pœnitentia, authoritate Dei & noſtra miſericorditer

N O T Æ.

(a) *Frater Dietherus.*] Fratrem ſe nominat, eò quòd eſſet ex Ordine Dominicanorum monachus.

(b) *Sacerdos ab ipſo Archidiacono, prout moris eſt, ligandi & ſolvendi poteſtatem recipiat.*] Tria hic diſtinguenda ſunt: I. Inſtitutio *corporalis* ſeu miſſio in poſſeſſionem beneficii, quæ tam Jure communi, quàm noſtro conſuetudinario competit Archidiacono. II. Inſtitutio *authorizabilis* ſeu tituli attributiva, de qua loquitur regula Juris: *Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine Canonica inſtitutione obtineri*; & hæc, apud nos quoque, nunquam non ad ſolum Archiepiſcopum pertinuiſſe dignoſcitur. III. *Approbatio*, ſeu commiſſio animarum, quam hic nomine poteſtatis ligandi & ſolvendi indigitat Dietherus; quamque de conſuetudine, Juri communi adverſâ, Archidiaconis noſtris olim competiiſſe, hinc apparet.

DLXXIX.

ter relaxamus. Et nos Fredericus archidiaconus Trevirenſis & loci prædicti (*c*) præmiſſis omnibus & ſingulis libenter conſentimus, prædictumque hoſpitale ſub noſtram & ſucceſſorum noſtrorum protectionem & tuitionem divino pietatis intuitu recipimus ſpecialem. In cujus rei teſtimonium nos archiepiſcopus & archidiaconus prædicti ſigilla noſtra præſentibus duximus apponenda. Datum anno Domini MCCC. in die B. Joannis Evangeliſtæ.

N O T Æ.

(*c*) *Præmiſſis omnibus & ſingulis libenter conſentimus.*] Hæc & alia *propriam* quandam juris ſpeciem, non nudè *delegatam* ſignificare videntur. Scilicet ab origine quidem omnis Archidiaconorum poteſtas vicaria eſt & dependens à delegatione Epiſcoporum; cùm verò Epiſcopi vices ſuas Archidiaconis generaliter & pene ſemper committere ſolerent, & hi auctoritatem ſuam vi generalis & ſolitæ commiſſionis exercere, vicaria illa & delegata auctoritas paulatim in ordinariam mutari cœpit, ipſique Archidiaconi ea agere jure quaſi *proprio*, quæ priùs *vicaria* exercuerunt: ità ut nudum antè *officium* in *beneficium* & *dignitatem* mutatum, ſenſimque Archidiaconi Prælatis ordinariis annumerati ſint. At quemadmodum omnis eorum auctoritas ab uſu ortum & ab obſervantia jus habet, arg. *Cap.* 10. *X. de Offic. Archidiac.* ità ſicut conſuetudine apud nos creverat, ſic deſuetudine minuta eſt, præſertim conſtitutis ordinariis Officialibus & Vicariis Generalibus. Conf. Van Eſpen *Jur. Eccleſ. Univ. P. I. Tit.* 12. *Cap.* 1. *n.* 10. *ſeqq.* Atqui inter hæc apud nos obliterata jura Archidiaconorum ſunt, quæ eis olim competiiſſe, ex hoc documento colligitur.

DE

Sigilla Archiepiſcoporum Trevirenſium.

I. *Popponis.*




II. *Eberhardi.*



III. *Ioannis I.*




IV. *Arnoldi.*



V. *Henrici à Vinſtingen.*



VI. *Dietheri à Naſsovia.*



Digitized by Google

Sigilla Archiepiscoporum Trevirensium.

Baldewini Com. Luxemburg.

VII.



Boëmundi II. de Sara-ponte.

VIII.



Cunonis à FalkRenstein.

IX.



Ottonis à Ƶigenheim.

X.



Iacobi I. à SircK.

XI.



Ioannis II. Marchionis Badensis.

XII.



Google

III. *Tom. I. pag. 835.*

Sigilla Archiepiscoporum Trevirensium.


Iacobi II.
March. Badensis.

XIII.



Richardi à
Greiffenclau.

XIV.



Ioannis III.
à Metzenhausen.

XV.



Ioannis V.
Com. ab Isenburg.

XVI.



Ioannis VI.
à Petra.

XVII.



Iacobi III.
ab Eltz.

XVIII.



Digitized by Google

DE
SIGILLIS
ARCHIEPISCOPORUM TREVIRENSIUM.

§. I.

Sigilla non poſtremam in diplomatibus attentionem merentur; quin præcipuum de eorum fide caracterem conſtituunt. Duûm autem fere generum ſunt, quas edimus, cartæ: aliæ Regum & Imperatorum, aliæ Archiepiſcoporum noſtrorum. De ſigillis Imperatorum generatim diſſerere, aut eorum etiam formas, prout diplomatibus noſtris annexa ſunt, in ectypis ſpectandas exhibere, extra inſtitutum noſtrum eſt; maximè quòd id argumenti tantùm non exhauſerint Zylleſius, Heineccius, Schannat, Struvius, Præſul Gottwicenſis &c. Aliud eſt de ſigillis Trevirenſium Archipræſulum, quorum formas, hactenus reipublicæ literariæ incognitas, ad Hiſtoriam noſtram diplomaticam revocare, à propoſito noſtro minimè alienum eſt; unde illis particularem hanc tractatiunculam ſacrare, atque eorum icones, tabulis æneis comprehenſas, ſub oculos ponere, viſum. Viris clariſſimis Mabillonio *de Re diplom. L. II. Cap.* 18. *n.* 4. & Heineccio *de Sigillis Part. I. Cap.* 13. *§.* 1. non contigit Epiſcoporum ſigilla oculis uſurpare, Sæculo XII. antiquiora. Nos, hac in parte aliquantò feliciores, noſtra cum Sæculo XI. ordimur, fatentes nihilominus, nulla anterioris ævi nobis occurriſſe, ùt ùt ſtudioſè inquirentibus.

De ſigillis Imperatorum multi tractarunt; nos de Trevirenſibus, inde à Sæculo XI.

§. II.

Primum, quod exhibemus, *Popponis* eſt, qui Trevirenſem cathedram kal. Januarii anni 1017. aſcendit. Adhæret id cartæ hujus Archiepiſcopi, quam hoc Tomo *pag.* 364. N. CCXXVII. edimus ſine die & Conſule, quippe quibus autographum caret. Forma ſigilli rotunda, & talis per omnia, qualem in ære ſiſtimus. Materia, cera ordinaria, cui luculenta albedo ſuperducta videtur; cujusmodi etiam eſt ſequens Eberhardinum. Sigillum membranæ non

Sigillum Popponis Archiep.

appendet, ſed inferiori ejus parti in medio ità applicata eſt, ut hac bis térve perforatâ, ſciſſuræ cera èx utrόque latere cohæreat, & intrinſecus ſigillum impreſſum ſit. Nec parcè adhibita cera, quippe cujus ora ad ſpiſſitudinem medii digiti prominet. Exhibet ea Archiepiſcopi noſtri imaginem umbilico tenus, undo capite, ſiniſtrâ pedum tenentis, dextrâ ad benedicendum extênsâ; habitu pontificali & Archiepiſcopali pallio induti, in quo tamen (licèt ſigillum ſatìs integrum eſſet) nullas cruces advertere licuit. In ambitu hæc verba: POPPO TREVIRORUM DEI GRATIA ARCHIEPISCOPUS. Mos ille, diu ſervatus, ſigillis formam corporis ſui imprimendi, non ſolùm fuit Imperatorum, Principum, Epiſcoporum, ſed & aliorum virorum inferioris ordinis eccleſiaſtici, quin & fœminarum. Adelberonis Præpoſiti S. Paulini (qui cum Popponis anteceſſore Megingaudo de Archiepiſcopatu Trevirenſi acriter contendit; de quo nos ad annum 1037.) ſigillum exhibet Bertholet *Hiſt. de Luxemb. Tom. VI. dans les remarques ſur les ſceaux. pag. XIV. n.* 28. In eo integra Adelberonis effigies, veſte talari, dextrâ palmam, ſiniſtrâ librum tenentis, cum inſcriptione: *S. Adelberonis Prepoſiti ſancti Paulini Treveren.* Alterum, quod in ære ſiſtimus, ſigillum eſt *Eberhardi* Archiepiſcopi, qui Popponem in ſede Trevirenſi excepit. Pertinet id ad commutationem bonorum in marca Witliacenſi an. 1065. quam N. CCLXII. inter noſtras edimus. Forma ſigilli pene eadem, quæ Popponiani; niſì quòd Eberhardus volam manûs protendat, non geſtu benedicentis. Inſcriptio præcedenti, ùt videtur, per omnia ſimilis. In eo differentiam advertere licuit, quòd illud medio inferioris limbi applicatum ſit, hoc ad ſiniſtram ferè ejus extremitatem, quâ tibi diploma objicitur. Modus annectendi idem qui prioris. At hic mos non diu duravit, probabiliter, quòd fraudibus pateret: quàm facilè enim cera, membranâ ad ignem modicè incaleſcente, in poſtica parte abradi vel diſcindi poteſt, & ſigillum integrum aliò transferri? Talem impoſturam in diplomate Abbatis S. Donati de Scozula retexit Innocentius III. in *Cap. 5. X. de Fide inſtrum.* eandémque haud raro deprehendere alii.

Eberhardi.

§. III.

Tertio loco (quamvis ex ſat longo intervallo) ſiſtimus ſigillum *Joannis I.* anno 1190. in Archiepiſcopum electi. Differt id in pleriſque à præcedentibus: cereum quidem eſt, ſed lutei coloris, & figuræ ovalis; exhibet Archipræſulem integro corpore, ſellâ ſedentem, præter habitum pontificalem etiam mitrâ tectum, lævâ librum, dextrâ paſtoralem ferulam geſtantem, in qua tamen nihil ornamenti vel elegantiæ. Licet autem & illud in hujus & præcedentium Præſulum noſtrorum baculis advertere, quòd ne ſedentium quidem capita æquârint; dum econtra recentiora hæc peda paſtoralia tam longa ſunt, ut juſtam hominis ſtaturam tantùm non ſuperent. Similis formæ ſigilla aliquando vidi immediatorum Joannis I. prædeceſſorum *Arnoldi I.* & *Hillini*, quorum hic dextrâ pedum, ſiniſtrâ librum tenebat; ille dextram ad benedicendum extendebat, ſiniſtrâ pedum portans. Sigillum Joannis I., utì & deinceps omnia, membranæ non ſunt impreſſa (quippe qui mos teſte Eckhardo *Introd.*

Joannis I.

in

in rem diplom. ſect. II. Cap. 3. *ſ.* 72. poſt obitum Friderici I. Imp. in Germania penitus exolevit) ſed appenſa; & hoc quidem noſtrum non ex chorda, ſed è diſſoluta filorum ſericorum congerie, quorum pars rubri, pars flavi coloris. Deſumpſimus hoc ſigillum à documento anni 1212. cui teſtes intervenerunt „ Curadus major Prepoſitus & „ Archidiaconus, Tirricus Archidiaconus, Wilhelmus Decanus „ & Archidiaconus, Joannes Archidiaconus, Ottwinus Archi- „ diaconus, Cuno Cantor, Ingebrandus Cuſtos, Cuno, „ Gilbertus, Erneſtus, Wilhelmus, majoris Eccleſie Cano- „ nici. Laici quoque Jacobus Dapifer & Daniel frater ejus, Fride- „ ricus & Reinerus milites de Ponte, Richardus & Hermannus mi- „ lites de Palatio; ac alii quam plurimi, tam clerici, quam laici. Huic ſuccedit ſigillum *Arnoldi II.* quod etiam ovalis formæ eſt, licèt minoris, ex cera ordinaria, naturalis cerei ſeu flavi coloris. Sedet Archiepiſcopus mitrâ tectus, dextrâ benedicens, ſiniſtrâ pedum ſuſtinens, pallio & reliquo paſtorali habitu amictus. Cathedra ſeu ſella pontificalis, ſicut & illæ ſequentium Archiepiſcoporum Henrici ac Baldewini, crucem Andreanam refert, cujus ſuperiora cornua (inter quæ ſedile eſt, tapetibus inſtructum) in capita canina deſinunt, more illis ſæculis uſitatiſſimo, non Eccleſiaſticis ſolùm viris, ſed & Imperatoribus Regibúsque, utì probat Heineccius *cit. Cap.* 13. *ſ.* 6. Pendet ſigillum, non ùt præcedens è filo, ſed è membranæ fruſtulo, quod à carta ipſaità reſciſſum eſt, ut eidem unâ parte adhuc hæreat. Eſt autem hoc noſtrum ab autographo vernaculo anni 1248. quod Pacem Turonenſem dicimus — **Arnoldi II.**

§. IV.

Arnoldum II. utì in Archipræſulum, ità & ſigillorum noſtrorum ſerie ſequitur *Henricus à Vinſtingen.* Simili, qua deceſſor, pontificali ſellâ ſedens, pedum dextrâ verſat, librum ſiniſtrâ. Mitra admodum ſimplex eſt & depreſſa; neque id artificum inertiæ, aut defectui ſpatii (quippe quod in hoc ultimo abundat) tribuendum; tantùm enim abeſt, ut mitræ Epiſcopales in ejusmodi faſtigium, quale ſæculo ſequenti in Baldewino videmus, eo ævo excreverint, ut potiùs ab aliis mitris vix differant, quod etiam advertit clar. Heineccius *l. cit. ſ.* 4. Materia ſigilli cerea, utì præcedens, nisì quòd color magìs fuſcus ſit; cujusmodi etiam ſunt alia quinque ſigilla eidem documento (quod eſt anni 1263. nullo addito die vel menſe) nexa: ea ſunt Conradi & Emichonis Comitum Silveſtrium, Henrici Abbatis S. Maximini, Cononis de Fenſtengen & Wilhelmi domini de Lapide; quæ omnia ſeparatis membranularum fruſtulis tali ordine pendent, ut inter ea Archiepiſcopale medium ſit. Sextum ſigillum noſtrum eſt *Dietheri à Naſſovia:* truncum illud mutilúmque ſiſtimus, quia & authenticum, quod ſequimur, tale erat, nec aliud illæſum cernere nobis hactenus datum eſt. Illud ſatis apparet, ſpeciem eſſe ſedentis Archiepiſcopi, ſiniſtrâ pedum ſuſtinentis. Hoc notatu dignius, quòd in Archiepiſcopali pallio nunc cruces appareant, quas in prioribus diſtinguere non licuit. Ratio appendendi ſigilli eadem, quæ præcedentis, ſcilicet ex ſeparato membranæ fruſtulo. Materiam examinans, mirabar, non unius coloris ceram fuiſſe adhibitam: ſcilicet pars antica, in qua effigies Archiepiſcopi, flavi coloris erat; — **Henrici.** **Dietheri.**

poſtica, in qua contra-ſigillum, cerulei: per medium quippe transibat membranula, cui ſigillum utráque parte hæret. Sed ſpecialem hìc notam poſtulat *contra-ſigillum*, quod *ſecretum* quoque nominant, & *clavem* etiam nuncupatum legi. Solet illud majoribus ſigillis à tergo imprimi. Hoc nunc omnium primò inter noſtra occurrit, crucem repræſentans, Archiepiſcopatus Trevirenſis hodiernum inſigne, quam neque anteriora ſigilla, neque nummi, neque aliud mihi viſum Trevirenſe monumentum hactenus cernendam præbuerat. Inſcriptio ſecreti tota legi non poterat, non dubito tamen, quin fuerit *Secretum Dieteri Archiepiſcopi.* Pendent eodem documento alia quinque ſigilla, Gerlaci & Thomæ dominorum de Iſenburg, Roberti Comitis de Virnenburg, Hermanni domini de Helfinſtein & Pauli de Eich militum.

§. V.

Baldevvini. *Baldevvini Luxemburgici* cera inter noſtras ſeptimum locum tenet. Is elatiori mitrâ, totóque pontificali habitu, nec non Archiepiſcopali pallio ſplendidè veſtitus ſedet, dextrâ benedicens, ſiniſtrâ ſuſtinens paſtoralem baculum, & hunc quidem ſuperiori ſuâ parte, ubi flexus incurvatúſque eſt, ornamentis (quæ Sæculum XI. & XII. ignoràſſe videntur) auctum, vix tamen adhuc longiorem, quàm ſub Joanne I. Archiep. obſervavimus. Prima ſub Diethero videramus inſignia ſigillo, aut potiùs contra-ſigillo, addita, eaque ſolùm Eccleſiæ Trevirenſis; nunc & arma gentilitia ſpectamus, & utraque quidem in primariam ſigilli faciem illata: ſcilicet fecit ea Baldewinus ab utroque latere ſuæ Archiepiſcopalis cathedræ collocari; nec hoc contentus, in centro crucis Trevericæ, quæ univerſam contra-ſigilli aream occupat, Luxemburgicum leonem ſuum conſpici voluit. Mabillonius *de Re diplom. Lib. II. Cap.* 15. *n.* 2. hunc morem, gentilitia inſignia Epiſcoporum ſigillis, aut contra-ſigillis, apponendi, ſub medium Sæculi XIII. à ſe primùm obſervatum memorat; ſed is, uti nunc videmus, Sæculo XIV. apud nos demum invaluit. Materia ſigilli noſtri cerulea cera eſt; modus appendendi prioribus ſimilis, iſque deinceps ſemper ſervatus, ſcilicet vel è filo, vel ex membranæ reſegmine. **Boëmundi II.** *Boëmundi II. de Sara-ponte*, qui Baldewinum ſequitur, proprium ſigillum, licèt ſollicitè indagantibus, nullum occurrit; damus tamen in tabulis noſtris N. VIII. ſigillum, quo Archiepiſcopalis Curia ſub ejus regimine uſa eſt, quod quidem an ſub Boëmundo demum confectum, an verò ſub ejus prædeceſſoribus jam uſurpatum fuerit, pro certo non aſſeverabimus; quanquam poſterius nobis vel ideo etiam veroſimilius appareat, quòd in minore ſigillo claves (antiquius Eccleſiæ Trevirenſis ſymbolum) occurrant. Rotundæ illud formæ eſt, anticâ parte mediam imaginem Archiepiſcopi præſentans, poſticâ ſeu contra-ſigillo, manum, duas claves tenentem; illi circumſcriptum legitur: S. CURIE TREVERENS: Huic: MINUS CURIE TREVER. Appenderat hoc ſigillum Officialis Trevericus anno 1357. feriâ ſextâ poſt Jacobi Apoſtoli recognitioni Jacobi & Catharinæ à Kirperg conjugum, & Petri

eorum

eorum filii, qua hi domum ſuam de Schmidburg pro centum triginta tribus parvis florenis Trevirenſi Eccleſiæ in feudum offerunt.

§. VI.

Hactenus Metropolitarum noſtrorum imagines in ſigillis duraverant, quæ deinceps in noſtris penitus exulant; in noſtris, inquam: alibi enim adhuc initio Sæculi XV. talia vidimus ipſi, & ſibi viſa refert Heineccius *cit. Cap.* 13. §. 10. Sigillum *Cunonis à Falckenſtein*, Cunonis. quod N. IX. edimus, ab unione quatuor Electorum Rheni, Cunonis Trevirenſis, Friderici Colonienſis, Adolphi Moguntini & Ruperti Palatini de 23. Junii 1381. deſumptum eſt. Minoris id rotundæque figuræ, qualia deinceps omnia; ovali forma penitus ceſſante. Nihil eo præſentatur præter Trevericam crucem, & in hujus centro Falckenſtenianæ gentis arma; quæ enim in quatuor angulis inter crucis trabes frondent folia, nuda ornamenta ſunt, ad inſigne Archiepiſcopi ſeu Trevericum ſeu gentilitium nihil ſpectantia; id quod de ſequentium trium Præſulum ſigillis pariter obſervatum cupimus. Perigrapha SECRETUM Cunonis Archiep. Trev. memorat; uti omni ferè reliquâ ſpecie ex præcedentium Archiepiſcoporum contra-ſigillis ſervatâ, ità & ipſâ *ſecreti* denominatione ad *propria* Dominorum ſigilla (quæ *authenticis* opponuntur) translatâ. Adde Du Freſne *in Gloſſar. V. ſigilla ſecreti.* Quod eodem documento pendet Colonienſe ſigillum, ab hoc noſtro nullâ parte diſſimile eſt. At Moguntinum (ejusdem tamen cum noſtro magnitudinis & rotunditatis) figuram mitrati Præſulis, dextrâ crucem tenentis adhuc præſentat, â cujus unâ parte rota Moguntina, ab alterâ Leo Naſſovicus conſpicitur, hac quippe gente natus Adolphus. De ſigillis X. XI. & XII. nempe *Ottonis a Zigenheim*, *Jacobi à Sirck* & *Joannis Badenſis* nihil attinet memorare, quòd Cunoniano ſimillima ſint, ſi parum notabiles differentias excipias, quæ in circumſcriptionibus occurrunt. Ottonis, Jacobi I. & Joannis II.

§. VII.

Joannis Badenſis pronepos & ſucceſſor *Jacobus II.*, ſub initium Jacobi II. Sæculi XVI. munus Archiepiſcopale auſpicatus, majorem ornatum in ſigilla invexit: ſcilicet quadrifariam ea ità partitus eſt, ut in prima & quarta quadra crux rubra in area argentea (quæ propria Trevirenſis Eccleſiæ teſſera eſt) appareat, in ſecunda & tertia ſcutum Principis gentilitium; quem morem (jam â Cunone & Wernero in nummis non nunquam uſurpatum) poſteri conſtanter retinuere. In eo autem Jacobus Badenſis ſingulariſſimus fuit, quòd totum ſcutum in partem dexteram, quaſi in eandem procubiturum, inclinari fecerit. Perigrapham etiam irregulari planè inflexu expreſſit, in qua ratione alium, quàm Joannem â Metzenhauſen, non eſt viſus habere ſequentem. Quas poſt Jacobum II. edimus ceras, ſcilicet N. XIV. *Richardi à Greiffenclau*, N. XV. *Joannis à Metzenhauſen*, N. XVI. Richardi. *Joannis ab Iſenburg*, N. XVII. *Joannis à Petra*, demum N. XVIII. Joannis III. Joannis V. *Jacobi ab Eltz*, eæ, quantùm ad ſcuti quadripartiti formam, nul- Joannis VI. & lâ ratione à ſigillo Jacobi Badenſis differunt. Ornamenta tamen ex- Jacobi III.

trinſeca

trinſeca pro libitu adoptata ſunt : ſcilicet à Joanne Iſenburgico & Jacobo ab Eltz genii ſcutum ſuſtinentes ; à Joanne à Petra belluæ , dracones nempe & leones. Jacobi ſecundus & tertius annum incarnationis etiam addiderunt. Perigrapha Richardi à Greiffenclau adhuc integram vocem *ſecreti* retinuit, nimirum ab uſu antiquiore contra-ſigillorum, ùt diximus. Joannes à Metzenhauſen primus Electoris titulo in ſigillo uſus eſt. Recentiora ſigilla edere, non vacabat; cùm vix quidquam hiſtoricâ aut etiam heraldicâ obſervatione dignum in eisdem occurrere videretur, quod non ex horum Archipræſulum monetis colligi valeat ; has autem peculiari Diſſertatione proſequimur, quam Tomo ſecundo ſubjungere libuit. Sed & eandem de nummis Diſſertationem cum editis hìc & à nobis explicatis ſigillis ſtudioſè conferri cupimus, quòd altera alteri plurimam lucem in plerisque commodet.

Conferendæ cum ſigillis monetæ.

INDEX

INDEX PRIMUS PERSONARUM.

I.

Ordinis Eccleſiaſtici.

NB. *Primus numerus, intra ſigna parentheſis concluſus, annum ſignificat; ſecundus paginam.* *Litera* a. *primam*, b. *ſecundam paginæ columnam; aut ubi columnæ non ſunt, quemadmodum in Diſſertationibus, illa ſuperiorem, hæc inferiorem medietatem paginæ indicat.*

A.

Summi Pontifices.

Silveſter I. (314.) pag. 17. a.
Gregorius II. (729.) 117.
Nicolaus I. (861.) 197. a. (863.) 200. a. 201. (864.) 202. (866.) 206. 207.
Joannes VIII. (878.) 216. 217.
Agapitus II. (950.) 284.
Joannes XIII. (969.) 305.
Benedictus VII. (975.) 312. 314. 316.
Joannes XV. (987.) 326.
Silveſter II. (998.) 248. b.
Benedictus VIII. (1017.) 352.
Benedictus IX. (1038.) 373. 374. b. (1042.) 376. 377.
Leo IX. (1049.) 386. (1051.) 387. 389. a.
Alexander II. (1070.) 416. (1071.) 417.
Gregorius VII. (1074.) 386. a. b. 417. (1076.) 419. 420. (1077.) 421. (1078.) 423. 424. 425. (1079.) 428. (1080.) 347. a. (1082.) 430. (1083.) 432.
Urbanus II. (1091.) 439. (1096.) 447.
Eugenius III. (1148.) 473. a.
Paſchalis II. (1107.) 488.
Calixtus II. (1120.) 504. 506.
Innocentius II. (1131.) 517. 519. (1133.) 523. (1134.) 524. (1136.) 534. (1138.) 537. (1139.) 540. (1140.) 543. 546. 547. 548. (1142.) 548.
Eugenius III. (1150.) 561. (1152.) 563. 564.
Adrianus IV. (1155.) 574. (1157.) 580.
Alexander III. (1179.) 606. 608.
Clemens III. (1190.) 591. a.
Innocentius III. (1206.) 644.
Honorius III. (1219.) 654. (1223.) 699.
Innocentius IV. (1243.) 729. (1245.) 730. (1247.) 732.
Urbanus IV. (1261.) 740. 741. (1262.) 743. 744. 747. (1263.) 748. 750. 751. ſeqq.
Gregorius X. (1271.) 791.
Nicolaus III. (1279.) 809.

B.

Cardinales.

Bernardus S. R. E. Diaconus (1078.) 425. b.
Joannes Diaconus (1096.) 448. b.
Cryſogonus Diaconus ac Bibliothecarius (1120.) 505. b.
Almericus Diaconus & Cancellarius (1134.) 525. a.
Anſelmus Presbiter tit. S. Laurentii (1140.) 545. a.
Plures alii ibid.
Conradus Sabinen. Ep. cum aliis pluribus (1140.) 547. b. 548. b. (1142.) 549. b.
Albericus Oſtienſis Ep. & alii. (1147.) 556. b.

Imarus Tuſculanus Ep. cum aliis (1152.) 564. b. 566. b.
Guido Præneſtinus Ep. (1202.) 641. b. 642.
Cuith. Presbiter tit. S. Laurentii cum pluribus (1206.) 645. b.
Petrus Sabienſis Ep. & alii (1219.) 656. b.
Hugo Presbiter S. Sabinæ (1261.) 742. (1262.) 746. a.
Octavianus (1267.) 772. a.
Jordanus (1267.) 772. a.
Joannes Portuenſis Ep. (1267.) 784. a.
Guilhelmus Presbiter tit. S. Marci (1272.) 794. a.
Ottobonus Diaconus tit. S. Adriani (1272.) 794. a.

C.

ARCHIEPISCOPI.

Moguntini.

Lullus (753.) 98. a.
Heiſtulfus (825.) 169. a.
Hatto I. (910.) 258. a.
Fridericus (945.) 281. a. b.
Wilhelmus (961.) 292. a. (963.) 298. a. (966.) 302. b. 304. a. b.
Ruotbertus (973.) 309. a. b. 310. b. 311. b. 312. b.
Willegiſus (984.) 324. b. (990.) 327. a. (992.) 331. a. b. (993.) 332. b.
Erckenboldus (1017.) 150. a. 353. b. (1018.) 355. b.
Aribo (1023.) 359. a. (1026.) 362. a. 363. a.
Bardo (1036.) 367. b. (1039.) 375. b.
Luitbaldus (1054.) 397. a. (1056.) 399. a.
Ruothardus (1107.) 485. a. 486. a.
Adelbertus I. (1118.) 502. a. (1120.) 504. a.
Arnoldus (1155.) 580. a. (1160.) 73. a.
Sifridus II. (1211.) 650. a. (1220.) 658. b. (1232.) 713. b.
Gerardus I. (1257.) 621. b.
Wernerus (1281.) 814. a.
Adolphus I. (1381.) 839. a.

Trevirenſes.

Eucharius. 10. b.
Valerius. ibid.
Maternus. ibid.
Agritius. (314.) 10. a. 14. a. 17. a. b.
Maximinus. (336.) 14. a.
Paulinus (351.) 14. a.
Cyrillus. (455.) 31. a.
Voluſianus (467.) 17. a.
Jamblichus. (475.) 20. a.
Ruſticus. 52. a.
Aprunculus (525.) 149. b.
Nicetius. (532.) 149. b. (544.) 35. ſeqq.
Magnericus (573.) 52. a. 316. b.
Modoaldus (630.) 75. ſeqq.
Numerianus (664.) 82. ſeq.
Hildulphus (670.) 84. ſeq. 554. a.
Baſinus (675.) 86. ſeqq. 90. a. b. 153. a.
Leotwinus (698.) 90. ſeqq. 108. a. 321. b.
Milo (714.) 96. a. 108. a. b. ſeqq.
Weomadus (762.) 98. a. 124. b. (776.) 136. b. 153. a. 172. a.
Richbodus (791.) 98. b. 136. b. ſeqq. (804.) 155. a.
Wazo (804.) 155. b. 156. ſeqq.
Amalarius (809.) 163. b. (811.) 151. a. 155. b. 158. ſeqq. 163. a. b.
Hetti. (815.) 166. ſeqq. (816.) 167. a. (817.) 169. a. (847.) 184. a. b.
Teutgaudus. (847.) 186. ſeqq. 195. a. 206. a. b.
Bertulfus. (870.) 211. ſeqq. (883.) 222. a. b.
Ratbodus. (883.) 222. a. b. ſeqq. 233. b. 262. a. b. 322. a. (888.) 150. b. 152. a.
Rutgerus. (916.) 242. a. 248. b. ſeq. 263. ſeqq.
Rotbertus. (930.) 249. a. 275. ſeqq.
Henricus I. (956.) 246. a. 248. b. 289. ſeqq. 290. a. b. 301. a. b.
Theodoricus I. (966.) 302. ſeqq.
Egbertus. (975.) 242. a. 248. b. 285. ſeqq. 290. a. b. 301. a. b.
Ludolfus. (996.) 246. a. b. 249. a. 334. ſeqq.
Megingaudus. (1008.) 246. a. b. 355. a. b. 371. b.
Poppo. (1016.) 246. b. 351. ſeqq. 395. b. 835. b.
Eberhardus. (1047.) 247. a. 385. ſeqq. 406. 434. b. 836. a.
Cono. (1066.) 247. a. 410. ſeqq.
Udo. (1066.) 247. a. 412. ſeqq.
Egilbertus. (1078.) 242. a. 247. a. 424. ſeqq. (1102.) 477. b.
Bruno. (1102.) 242. a. 247. b. 465. a. (1106.) 466. b. 473. b. 478. ſeqq. 542. a. 577. b.
Godefridus. (1124.) 465. b. 468. a. 511. ſeqq.
Meginherus (1127.) 466. b. 469. b. 515.

Albe-

Albero. (1131.) 465. b. 467. a. 468. ſeq. 473. b. 578. a. 583.
Hillinus. (1152.) 465. b. 562. ſeqq.
Arnoldus I. (1169.) 465. b. 467. b. 602. ſeqq.
Joannes I. (1190) 242. b. 465. b. 473. b. 617. ſeqq. 836. b.
Theodoricus II. (1216.) 651. ſeqq.
Arnoldus II. (1242.) 466. a. 631. b. 726. ſeqq. 837. a.
Henricus II. (1261.) 466. a. 633. a. 740. ſeqq. 837. b.
Boëmundus I. (1287.) 820. ſeqq.
Dytherus. (1300.) 831. ſeqq. 837. b.
Baldewinus. (1307.) 838. a.
Boëmundus II. (1357.) 838. b.
Cuno. (1381.) 839. a.
Otto. (1418.) 839. b.
Jacobus I. (1439.) 839. b.
Joannes II. (1456.) 839. b.
Jacobus II. (1503.) 839. b.
Richardus. (1510.) 839. b.
Joannes V. (1547.) 839. b.
Joannes VI. (1556.) 839. b.
Jacobus III. (1567.) 839. b.

Suffraganei Trevirenſes.

Gratianus Archipresbiter. (1042.) 376. a.
Henricus Oſtienſis Epiſcopus. (1241.) 640. a.
Joannes Abbas S. Martini (1286.) 640. a.

Officiales.

N. Decanus S. Caſtoris Confluentiæ. (1264.) 763. b. (1267.) 766. a. 781. b. 788. b.
Joannes. (1289.) 640. a. b.

Eccleſiæ Trevirenſis Advocati univerſales.

Houdilbertus. (964.) 341. b.
Roricus. (1033.) 341. b. 365. a. b.
Theodoricus. (1065.) 341. b. 407. b.
Adalbertus (1075.) 342. a.
Reimbaldus. (1075.) 418. b.
Sigefridus Comes Palatinus. (1107.) 470. a.
Wilhelmus Comes Palat. (1136.) (1138.) 470. a.
Hermannus Comes Palat. (1148.) 579. a. (1157.) 470. a.
Conradus Comes Palatinus. (1157.) 579. b. (1161.) 470. a. 575. b.
Henricus Comes Palatinus. (1197.) 470. a. b.

Vicedomini.

Ludovicus. (1125.) 514. a. (1131.) 516. b. (1138.) 538. b. 539. b. 540. b.
Rupertus. (1162.) 599. a.
Henricus. (1251.) 734. a.

Advocati particulares.

Walterus. (929.) 273. b.
Rotherus. (938.) 276. b.
Vodilbertus (952.) 285. b.
Thiedfridus. (1036.) 342. a. 357. b. 367. a. 368. a.

Signifer.

Sigibodo. (952.) 285. a.

Mareſchallus.

Wilhelmus. (1152.) 570. b. (1158.) 586. b. 588. b. (1167.) 601. b.

Dapiferi.

Ludovicus. (1152.) 570. b.
Albertus. (1181.) 611. b.
Jacobus de Dune. (1212.) 651. b.

Pincernæ.

Fridericus. (1158.) 586. b.
Friderus. (1158.) 586. b.

Cancellarii.

Lambertus ſub *Rotberto Archiep.* 276. b.
Aderoldus ſub *eodem.* 286. b.
Angilbaldus ſub *Popone Archiep.* 380. b.
Wenricus ſub *Alberone Archiep.* 532. b.
Henricus ſub *Hillino Archiep.* 595. b.

Colonienſes.

Cunibertus. (623.) 73. b. (633.) 77. b. (644.) 80. a.
Bertholinus. (952.) 243. a. (762.) 72. b.
Guntharius. (863.) 200. a. 201. a. (864.) 202. b. (866.) 207. a.
Hermannus I. (897.) 236. b. (916.) 263. b.
Wicfridus. (948.) 283. a. b.
Bruno I. (963.) 295. a.
Warinus. (984.) 324. b.
Heribertus. (1017.) 353. b.
Peligrinus. (1023.) 359. a. (1026.) 362. a. (1035.) 367. b. (1036.) 367. b. 390. a.

Hermannus II. (1051.) 392. a.
Anno. (1065.) 406. a. 408. b.
Hermannus III. (1090.) 438. a.
Fridericus I. (1102.) 481. b. (1107.) 486. a. (1112.) 495. a. (1114.) 594. a. (1115.) 500. a. (1118.) 502. b.
Bruno II. (1132.) 517. a. 518. a. b.
Reinaldus. (1161.) 595. b.
Philippus. (1182.) 612. b.
Adolphus. (1202.) 643. b.
Engelbertus I. (1220.) 658. b.

Aquilejenſis.
Wolffgerus. (1210.) 648. b.
Arelatenſes.
Cæſarius. 35. b.
Rugnandus. (855.) 348. b.
Bituricenſis.
Rudolfus. (866.) 207. a.
Burdegalenſis.
Sicharius. (816.) 171. b.
Hamaburgenſis.
Adelbertus. (1058.) 398. b. (1065.) 406. a. 408. b.
Anſelmus. (1146.) 554. b.
Lugdunenſes.
Halmardus. (1049.) 387. b.
Gebuinus. (1079.) 387. b.
Magdeburgenſis.
Albertus. (1220.) 658. b. (1232.) 712. b.
Mediolanenſes.
Datius. (544.) 36. b.
Thado. (863.) 201. b.
Piſanus.
Lotharius. (1210.) 648. b.
Remenſes.
Mappinius. (550.) 38. a.
Sonnatius. (625.) 75. b.
Hincmarus. (870.) 212. a. 218. b.
Adalbero. (984.) 324. a. b. (986.) 325. a. b.
Rodulphus. (1115.) 499. a.
Salisburgenſis.
Theotmarus. (888.) 227. b.
Senonenſis.
Egil. (870.) 212. a.
Turonenſis.
Erardus. (870.) 212. a.
Vercellenſis.
Luitwardus. (885.) 224. b.
Veſontini.
Bernoinus. (825.) 169. a.
Arduicus. (870.) 212. a.
Viennenſis.
Ado. (870.) 212. a.

D.

Magnus Magister Ordinis Teutonici.

Matthias. (1281.) 814. a.

E.

Episcopi.

Albienſis.
Bernardus de Caſtineto. (1275.) 788. a.
Antiſiodorenſis.
Germanus. 50. b.
Argentinenſes.
Cuno. (1107.) 485. a. (1112.) 495. a. (1115.) 498. a.
Burchardus. (1146.) 554. b.
Walterus. (1261.) 827. a. b.
Conradus. (1280.) 813. b.
Aſſiſienſis.
Hugo. (1049.) 387. b.
Aſtenſis.
Wido. (1049.) 387. b.
Avernenſis.
Gallus. (535.) 149. b.
Auguſtani.
Bruno. (1017.) 354. a.
Hermannus. (1112.) 495. a. (1118.) 503. a.
Bambergenſes.
Eberhardus. (1017.) 354. a.
Rupertus. (1077.) 422. a. 423. a.
Otto I. (1102.) 481. b. (1107.) 485. a. 486. a. 487. a. (1112.) 495. a. (1118.) 503. a.
Everhardus II. (1161.) 595. b.
Eckbertus. (1220.) 658. b. (1232.) 712. b. 713. b.
Baſilienſes.
Rudolfus IV. (1107.) 485. a. (1112.) 495. a. (1113.) 498. a.
Ordicius. (1146.) 554. b.
Henricus II. (1220.) 658. b.
Bellovacenſis.
Conſtantius. (706.) 103. b.
Cameracenſis.
Nicolaus. (1155.) 574. a.
Cadurcenſis.
Deſiderius. (630.) 75. a.
Cenomanenſis.
Gauzlenus. (762.) 125. a.
Conſtantienſes.
Theodericus. (1047.) 375. b.
Gebhardus III. (1107.) 485. a. 486. a.
Udalricus I. (1112.) 495. a. (1113.) 498. a. (1116.) 501. a.
Hermannus. (1146.) 554. b.
Curienſis.
Wido. (1112.) 495. a.
Eichſtettenſes.
Eberhardus I. (1107.) 487. a. (1112.) 495. a.
Hartwicus. (1220.) 658. b.
Florentinus.
Gerhardus. (1049.) 387. b.

Friſingenſes.
Waldo (888.) 227. b.
Ellenhardus (1065.) 406. b. 408. b.
Conradus I. (1232.) 713. b.
Havelbergenſis.
H...... (1220.) 658. b.
Laudunenſes.
Genebaudus (762) 125. a.
Barthnlomæus. (1115.) 500. a.
Lauſonienſis.
Walterus. (1146.) 554. b.
Leodienſes.
Remaelus (650.) 73. b. 81. a. b.
Theodardus. (653.) 81. a.
Fulcarius (762.) 125. a.
Franoo. (860.) 195. a.
Stephanus. (916.) 263. b.
Richarius. (945.) 280. a.
Hugo (947.) 279. a. b. 280. a.
Farabertus. (948.) 283. a. b.
Notgerus. (984.) 324. b.
Reginardus. (1035.) 367. b.
Otbertus. (1102.) 481. b. (1107.) 488. a. (1112.) 495. a.
Radulphus. (1171.) 604. a.
Heincardus. (1220.) 658. b.
Hugo. (1227.) 702. a.
Meldenſis.
Wulfrannus. (762.) 125. a.
Merſeburgenſis.
Megingorus. (1131.) 516. a.
Metenſes.
Arnulphus. (625.) 73. b.
Abbo. (633.) 77. b.
Gudo. (644.) 80. a.
Clodulphus (671.) 74. a. 82. a.
Chrodegangus. (763.) 54. b. 124. b. 218. a.
Angilramus. (770.) 55. a. 62. a. 218. a.
Adventius. (862.) 199. a. (870.) 212. a. 218. a.
Walo. (876.) 54. b. (878.) 217. ſeq.
Rotbertus. (888) 150. b.
Adalbero I. (933.) 55. a. (948.) 283. a. b.
Theodoricus I. (980.) 593. a.
Theodoricus II. (1008.) 246. b. (1035.) 367. b. (1036.) 369. b. (1037.) 371. a. 593. a.
Adalbero III. (1054.) 397. a. (1056.) 399. a. (1065.) 58. b.
Hermannus. (1074.) 717. b. (1076.) 419. a. 421. a. (1078.) 247. b. (1079.) 427. a. 428. a. (1083.) 431. b. 432. a. 433. b. (1090.) 439. a. 440. b.
Poppo. (1091.) 439. a.
Adalbero IV. (1101.) 477. b. (1107.) 487. a. (1113.) 498. a.
Stephanus. (1120.) 505. a. (1131.) 516. b. 517. (1132.) 519. 520. a. (1136.) 531. b. (1139.) 542. b. (1152.) 568. a. 570. a. (1157.) 580. a. (1161.) 592. b. (1162.) 597. a.
Bertramus. (1193.) 622. b.
Conradus I. (1220.) 658. b.
Joannes I. (1238.) 720. a.
Philippus. (1267.) 766. b. 772. b. ſeq. 786. b.
Monaſterienſes.
Burchardus. (1101.) 477. a. (1102.) 481. b. (1107.) 485. a. 487. a. (1112.) 491. a. (1113.) 498. a. (1116.) 501. a.
Warnerus. (1138.) 539. b. (1139.) 542. b.
Hermannus II. (1182.) 612. b.
Theodoricus III. (1220.) 658. b.
Nannetenſis.
Odilhardus. (797.) 144. b.
Novarienſis.
Ebbo. (1113.) 498. a.
Noviomenſis.
Adalfredus. (762.) 125. a.
Nuenburgenſis.
Engelhardus. (1220.) 658. b.
Octodurenſis.
Rufus (549.) 37. a.
Oſnabrugenſes.
Wido. (1101.) 477. a. b.
Joannes I. (1107.) 485. a.
Oſtienſes.
Gerardus (1077.) 422. a.
Lambertus. (1120.) 505. a.
Paderbornenſes.
Dudo. (948.) 283 a. b.
Henricus II. (1101.) 477. a.
Pictavenſes.
Hilarius. 50. b. 51. a.
Venantius Fortunatus. (562.) 41. ſeqq.
Portuenſes.
Walpertus. (878.) 218. b.
Joannes. (1049.) 387. b.
Raceburgenſis.
Philippus. (1210.) 648. b.
Ratisbonenſes.
Aſpertus. (888.) 227. b.
Conradus III. (1228.) 658. b.
Sifridus. (1232.) 712. b. 713. b.
Rupenſis.
Geroldus. (1113.) 498. a.
Spirenſes.
Principius. (652.) 77. b.
Baſinus. (762.) 125. a.
Rutgerus. (1077.) 422. a. b.
Joannes. (1090.) 439. b. (1102.) 481. b.
Bruno. (1107.) 487. a. (1112.) 495. a. (1113.) 498. a. (1118.) 503. a.
Sigifridus. (1146.) 553. b.
Guntherus. (1146.) 554. b.

Ulricus. (1181.) 612. b.
Conradus. (1120.) 658. b.
Henricus II. (1257.) 632. a. (1261.) 741. a. (1263.) 745. b.

Spoletanus.
Henricus. (1049.) 387. b.

Sueſſonenſis.
Guido. (986.) 325. a.

Sylvæ candidæ.
Creſcentius. (1049.) 387. b.

Tarvennenſis.
Hunfridus. (870.) 211. a.

Taurinenſis.
Cunibertus. (1049.) 387. b.

Ticinenſis.
Ennodius. 35. b.

Trajectenſes.
Willibrordus. (698.) 90. b. 91. a. (726.) 115.
Baldricus. (948.) 283. a. b.
Poppo. (984.) 324. b.
Wilhelmus. (1076.) 419. a.
Conradus. (1080.) 429. a. (1083.) 431. a.
Burckardus. (1112.) 495. a.
Otto. (1220.) 658. b.

Trecenſis.
Lupus. 51. a.

Tridentinus.
Gebehardus (1116.) 501. a.

Tullenſes.
Auſpicius. (475.) 19.
Ebroinus. (664.) 82. a. (671.) 74. a.
Gairebaldus. (706.) 103. b.
Frotharius. (817.) 169. a.
Arnoldus (888.) 150. b.
Gerardus. (980.) 593 a.
Bruno. (1026.) 341. a. (1045.) 386. a.
Poppo (1074) 417. b. (1076.) 420. a. 421. a. (1078.) 247. b. (1079.) 427. a. 428. a. (1083) 432. a.
Ricuinus. (1112) 495. a.
Henricus. (1131.) 516. b. 517. ſeq. (1132.) 519. a. b. 520. a. (1135.) 531. a. (1136.) 531. b. (1150.) 562. a. (1152.) 568. b. 570. a. (1157.) 579. a. 580. a. 583. b. 584. a. (1161.) 592. a. (1162.) 596. b.
Rogerus. (1238.) 720. a.

Tuſculanus.
Benedictus. (1049.) 387. b.

Verdenſis.
Mazo. (1116.) 501. a.

Veronenſis.
Hecelo. (1101.) 477. b.

Virdunenſes.
Gilloaldus. (664.) 82. a. (671.) 74 a.
Hatto. (870.) 213. a.
Dado. (858.) 150. b. (906.) 254. a. (916.) 263. b.
Rambertus. (1026.) 362. a. (1036.) 367. b.
Teodericus. (1054.) 397. a. (1056.) 399. a. (1065.) 406. b. 408. b. (1071.) 417. a. (1076.) 419. a. (1078.) 425. (1079.) 426. (1083.) 431. 432.
Richardus II. (1112.) 495. a.
Henricus I. (1124.) 511. a. 512. b. 640. a.
Albero. (1132.) 519. a. 520. a. (1136.) 531. a. b. (1152.) 568. b. 570. a. (1157.) 579. a. 580. a. 584. b. (116..) 590. a.
Arnoldus. (1178.) 605. a.
Rudolphus. (1238.) 720 a.

Vulturnenſis.
Wido. (1049.) 387. b.

Wirceburgenſes.
Megingaudus. (762.) 125. a.
Adelbero. (1076.) 419. a.
Eginhardus. (1102.) 481. b.
Erlongus. (1107.) 485. a. 486. a. (1112.) 495. a. (1113.) 498. a.
Embrico. (1139.) 542. b.
Gebhardus. (1151.) 517. a.
Hermannus. (1232.) 713. b.

Wormatienſes.
Anno. (970.) 306. b.
Burchardus. (1017.) 354. a.
Acecho. (1030.) 585. a.
Cuno. (1101.) 477. b.
Buggo. (1139.) 547. b. (1146.) 553. b. 554. b. 585. a.
Conradus I. (1158.) 586. b. 587. a.
Henricus I. (1193.) 622. b.
Henricus II. (1220.) 658. b. (1232.) 712. b. 713. b.
Eberhardus I. (1257.) 632. a. (1268.) 741. a. (1262) 745. a.

Wurtenbergenſis.
Hehelinus. (1017.) 354. a.

F.

PRÆLATI METROPOLITANÆ ECCLESIÆ TREVIRENSIS.

Præpoſiti.
Rambertus. (1052.) 394. b.
Arnoldus. (1075.) 419. a. (1085.) 436. b. (1097.) 449. b.
Bruno. (1098.) 452. b.
Rambertus. (1107.) 484. b.
Godefridus. (1123.) 510. b. (1131.) 518. a. (1132.) 520. b. (1135.) 526. b. (1136.) 531. b. 533. a. (1138.) 539. b. 540. b. (1146.) 554. b. (1152.) 568. b. 570. a. (1156.)

(1156.) 576. b. (1157.) 579. b. 584. b. (1158.)586. a. 587. b. (1162.) 598. b.
Rudolphus.(1167.)601.b.(1169.) 602. b. (1177.) 605 b. (1178.) 606. b. (1181.) 610. b. 611. b. (1182) 614. b. (1197.)630. a.
Conradus. (1198.)621.b.(1202.) 642. a. (1209.)647. b. (1212.) 651. b. 837. a. (1216.)652. a.
Arnoldus. (1228.) 703. b.
Richardus de Welr. (ante 1254.) 735. a.
Simon. (1263.) 751. b. (1267.) 767. b.
Theodericus. (1273.) 802. b.

Decani.

S. Wolfgangus. (960) 250. a.
Godefridus. (1123.) 510. b. 514. a.
Folmarus. (1131.)518. a. (1132) 520. b. (1135.) 527. b. 530. b. (1136.)531. b. 533. a. (1138.) 539. b. 540. b.
Rudolphus.(1156.)576. b.(1157.) 579. b. (1158.) 586. a. 587. b. (1160.) 590. b. (1161.)592.b. 1162. 598. b.
Joannes. (1167.) 601. b. (1177.) 605. b. (1178.) 606. b. (1181.) 6·0 b. 611. b. (1182.) 614.b.
Wilhelmus. (1193.) 622. b. (1197.) 630. a. (1209.)647. b. (1212.)837. a.
Robertus. (1269.) 709. b. (1273.) 802. b.

Archidiaconi.

N. (538.) 30. a.
S. Cunibertus. (640.) 80. a.
Garibertus. (664.) 83. b.
Theganus. (830.) 151. a. 177.
Thiedo. (964.) 301. b.
Wichfridus. (975) 318. a.
Robertus. (981.) 323. a.
Hermannus. (981.) 323. a.
Gerhardus. (981.) 323. a.
Beringerus. (996.) 335. b.
Roricus (1052.) 393. b. (1063.) 406. a.
Arnoldus (1052.) 393. b.
Hungerus. (1075.)419. a.(1085.) 437. a. 1097.) 449. b.
Poppo. (1085.) 436. b. (1097.) 449. b.
Bruno. (1085.) 437. a. (1097.) 449. b.(1098.) 452. b.
Winricus. (1085.)437. a. (1097.) 449. b.
Rambertus. (1098.) 452. b.
Godefridus (1098.)452.b. 1107.) 484. b.
Bruno. (1107.) 484. b.
Godefridus. (1107.) 484. b (1120.) 505. b.
Theodoricus. (1107.) 484. b. (1123.) 510. b. (1131.) 518. a.
Arnulphus. (1123.) 511. a. (1131.) 518. a. (1132.) 520.b. (1135.) 526. b. 530. b. (1136.) 531. b. 533. a. (1138.) 539. b. 540. b. (1139.) 542. b. (1152.) 568. b. 570. b.
Bollo. (1131.) 518. a.
Milo. (1135.) 526. b. 530. b. (1136.) 533. b. (1138)540.b.
Alexander.(1136.) 531. a. (1152.) 568. b. 570. b. (1156.) 576. b. (1157.) 579. b. 584. b. (1158.) 568. a. 587. b. (1162.) 598. b.
Bruno. (1152.) 568. b. 570. b. (1156.)576. b. (1157.) 584. b. (1158.) 586. a. 587. b. (1162.) 598. b.
Rudolphus. (1156.) 576. b. (1160.) 590. b. (1162.) 598. b.
Joannes. (1156.) 576. b. (1157.) 584. b. (1158.) 586. a. 587. b. (1160.) 590. b. (1162.)598. b.
Folmarus. (1162.) 598. b. (1177.) 605. b. (1181.) 610. a. 611. b. (1182.) 614. b.
Godmo. (1182.) 614. b.
Theodoricus. (1198.) 621. b. (1212.) 651. b.
Ottvinus. (1198.) 621. b. (1212.) 651. b. 837. a.
Tirricus. (1212.) 837. a.
Ingebrandus. (1225.) 701. b.
Simon. (1251.) 734. b.
Gerardus de Eppenſtein. (1273.) 802. b. 803. b.
Henricus à Vioſtingen. (1287.) 822. a.

Archidiaconi tit. S. Petri.

Bruno. (1063.)405. a. b. 406. a. (1167.) 601. b.
Arnoldus de Schleida. (1251.) 734. b. (1260.) 740. a. b. 741. a. (1263.) 755. a.
Boëmondus (1277.) 808. b. (1279.) 810. b.
Fridericus. (1300.) 833. a. 834 a.

Archidiaconi tit. S. Lubentii.

Alexander. (1163.) 600. a.
Joannes. (1212.)651. b. (1216.) 652. a. 837. a.

Archidiaconi tit. S. Caſtoris.

Henricus de Bolandia. (1256.) 738. a. (1260.) 740. a. (1273.)

502.a.b. (1277.) 805.b. (1283.) 819. b. (1285.) 793. a.

Archidiac. tit. S. Mauritii.

Wernherus. (1287.) 820. a.

Cantores.

Wicautus. (1123.) 511. a.
Eberhardus. (1135.) 526. b. (1136.) 533. b. (1138.) 539. b. 540. b.
Henricus. (1152.) 568. b. (1157.) 584. b.
Wecelo. (1177.) 605. b. (1178.) 606. b. (1181.) 610. b.
Fridericus. (1197.) 630. b.
Joannes. (1198. 621. b.
Cuno. (1212.) 651. b. 837. a. (1225.) 701. b.
Joannes. (1263.) 752. a.
Wilhelmus. (1273.) 802. b. (1279.) 810. b.

Cuſtodes.

Rudolphus. (1123.) 511. a.
Fridericus. (1177.) 605. b. (1181.) 610. b.
Conradus. (1197.) 630. b.
Ingelbrandus. (1212.) 651. b. 837. a.

Scholaſtici.

S. Wolfgangus. (958.) 250. a.
Huenricus. (1080.) 347. a.
Petrus. (1098.) 452. b.
Raibaldus. (1123.) 511. a.
Winricus. (1135.) 526. b (1136.) 533. b. (1138.) 540. b.
Wernerus. (1138.) 539. b.
Baldricus. (1147.) 473. b. (1148.) 557. a. b. (1152.) 568. b. (1156.) 577. a. (1157.) 584. b.
Folmarus. (1178.) 606. b. (1181.) 611. b.
Ottvious. (1212.) 651. b.
Laurentius. (1263.) 760. b.
Cuno (1273.) 802. b.

Capitulares.

Thiebaldus ſacellanus Domini. (1075.) 419. a.
Widego. (1123.) 511. a.
Obertus. (1123.) 511. a.
Bruntumrus. (1123.) 511. a.
Meginerus. (1123.) 511. a.
Gerardus. (1123.) 511. a.
Hillinus de Falemania. (1131.) 518. a.
Ludolphus. (1138.) 539. b.
Anſelmus. (1138.) 539. b.
Hermannus. (1138.) 539. b.
Conradus. (1139.) 542. b.
Cadolinus. (1139.) 542. b.
Henricus (1139.) 542. b.
Reioerus. (1158.) 586. a.
Theodoricus. (1167.) 601. b. (1188.) 616. a.
Fridericus ab Iſenburg. (1188.) 617. b.
Cuno de Noviant. (1188.) 617. b. (1198.) 621. b. (1212.) 651. b. 837. a.
Wilhelmus de Davils. (1212.) 837. a. (1246.) 731. b.
Conradus à Petra. (1225.) 701. b.
Everhardus de Hunolſtein. (1225.) 701. b.
Walterus de Merſenburg. (1239.) 640. b.
Reinerus de Davils. (1246.) 731. b.
Joannes. (1246.) 731. b.
Richardus. (1246.) 731. b.
Wilhelmus. (1263.) 751. b.
Resznerus. (1263.) 751. b.
Wilhelmus de Davils. (1263.) 751. b. 760. b.
Theobaldus de Turre. (1268.) 763. b.
Gerardus de Eppeoſtein. (1272.) 793. a.
Wernerus. (1273.) 802. b.
Boëmundus. (1273.) 802. b.
Arnoldus de Bowilre. (1273.) 802. b. 803. a.
Henricus de S. Nabore. (1273.) 803. a.
Gerardus de Duna. (1273.) 803. a.
Walterus de Orley. (1273.) 803. a.
Ezbertus. (1273.) 803. a.
Sibertus de Ulmen. (1273.) 803. a.
Arnoldus de Ulmen. (1273.) 803. a.
Lutterus de Egle. (1273.) 803. a.
Joannes dictus Sapiens. (1273.) 803. a.
Henricus de Garlandia. (1273.) 803. a.
Henricus à Virnenburg. (1300.) 831. a.

G.

PRÆLATI ALIARUM ECCLESIARUM METROPOLITANARUM.

Colonienſis.

Decanus, Udo. (1202.) 643. b.

Magdeburgenſis.

Præpoſitus, Gerhardus. (1158.) 589. a.

Moguntinæ.

Præpoſiti. Theodoricus. (961.) 292. a. b.
Megingaudus. (1008.) 371. b.
Arnoldus. (1182.) 612. b.

Deca-

Decanus. Henricus. (1182.) 612. b.
Scholaſticus, Sifridus. (1182.) 612. b.
Cantor, Herimannus. (1182.) 612. b.
Archipresbiter, Rucherus. (1182.) 612. b.

Remenſis.
Præpoſitus, Fridericus Comes de Chyni. (1124.) 511. b.

H.

PRÆLATI CATHEDRALIUM ECCLESIARUM.

Leodienſis.
Archidiaconus, Rodulphus. (1209.) 647. b.

Metenſis.
Primicerius. Adalbero de Monſterol. (1085.) 437. a. (1091.) 439. a.
Boëmundus. (1272.) 794. b. (1273.) 802. b. (1280.) 813. b.
Decani. Richerius. (1135.) 530. b.
Philippus. (1152.) 568. b.
Henricus à Vinſtingen. (1260.) 742. a.
Cantores. Bernardus. (1135.) 530. b.
Theobaldus. (1263.) 754. a.
Scholaſticus, Hugo. (1135) 531. b. (1152.) 568. b.
Theſaurarius, Philippus. (1263.) 754. a.
Archidiaconi. Philippus. (1135.) 530. b.
Roſcelinus. (1152.) 568. b.
Werricus. (1263.) 754. a.

Tullenſis.
Primicerius, Udo. (1051.) 388. b.
Decanus, Hugo albus. (1152.) 568. b.
Archidiaconi. Hugo. (1139.) 541. a.
Henricus. (1152.) 568. b.
Haimo. (1152.) 568. b.
Roricus. (1152.) 568. b.
Bovo. (1152.) 568. b.
Hugo. (1157.) 583. b.
Petrus. (1158.) 588. a. (1161.) 592. b.

Virdunenſis.
Primicerius, Albertus. (1152.) 568. b.
Decanus, Wilhelmus. (1152.) 568. b.
Archidiaconi. Richardus. (1152.) 568. b.
Andreas. (1152.) 568. b.

Wormatienſis.
Præpoſitus, Conradus. (1158.) 585. a. b.
Decanus, Henricus. (1158.) 585. a. b.
Cuſtodes, Nibelungus. (1158.) 585. a. b.
Marcardus. (1218.) 653. a.
Scholaſtici, Hermannus. (1158.) 585. a. b.
Rolandus. (1218.) 653. a.
Cantor, Henricus. (1158.) 585. a. b.

I.

PRÆLATI COLLEGIATARUM ECCLESIARUM ARCHIDIOECESIS TREVIRENSIS.

S. Paulini.
Præpoſiti. Luzo. (981.) 323. a.
Adalbero Com. Luxemburg. (1008.) 346. a. b. (1036.) 368. a. (1037.) 371. a. 836. a.
Conradus. (1135.) 531. b. (1146.) 554. b. (1156.) 576. b. (1157.) 579. b. 584. b. (1158.) 586. a. 587. b.
Albertus. (1178.) 606. b. (1182.) 614. b.
Theodoricus. (1212.) 651. b.
Mefridus de Weda. (1242.) 738. a.
Decani. Borchardus (1212.) 651. b.
Joannes. (1269.) 790. b.

S. Simeonis Treviris.
Præpoſiti. Gerraſimus. (1048.) 385. b. (1052.) 393. b. (1053.) 396. b. (1061.) 404. a. 405. a.
Burchardus. (1075.) 418. a.
Poppo. (1085.) 436. a. (1092.) 440. a. (1097.) 449. a.
Heldericus. (1148.) 559. a. 560.
Baldricus. (1156.) 577. a.
Gerardus. (1181.) 611. b. (1182.) 614. b. (1188.) 616. a. 617. a.
Conradus. (1216.) 652. a.

(1054.) 397. a. (1065.) 406. b. 408. a. (1066.) 413. a. (1084.) 434. a. 435. a.
Henricus I. (1084.) 535. a. b.
Folcmarus. (1101.) 476. a. (1102.) 479. a.
Berengoſus. 473. b. (1107.) 485. a. 887. a. (1112.) 494. a. 497. a. (1113.) 498. a. (1116.) 501. a. (1118.) 502. a. (1125.) 513. a.
Gerardus. (1131.) 516. b. (1133.) 523. a. (1134.) 524. a. 527. a. (1136.) 532. a.
Sigerus. (1140.) 543. b. (1152.) 568. b. (1156.) 577. a. (1157.) 579. b. 584. b. (1158.) 586. a. 587. b. (1160.) 590. b. (1161.) 592. b. 595. b. (1162.) 598. b. (1165.) 604. a.
Arnoldus. (1166.) 604. a.
Conradus. (1177.) 604. b. 605. b. (1178.) 606. b. (1182.) 614. b. (1198.) 621. b. (1197.) 630. b.
Henricus III. de Duna. (1231.) 707. a. (1263.) 756. b. 759. a. 837. b.

S. Matthiæ.
Bertolſus. (1036.) 369. a. 532. a. (1037.) 371. b. (1152.) 568. b. (1156.) 577. a. (1157.) 579. a. (1158.) 586. a. 587. b.
Gerwinus. (1162.) 598. b.
Ludovicus. (1169.) 602. a. (1178.) 606. b. (1181.) 610. b. 611. b. (1182.) 614. b.
Godefridus. (1190.) 620. a. 621. a. (1197.) 630. b. (1209.) 647. b.
Eberhardus. (1230.) 704. a.
Theodoricus. (1261.) 742. a. (1263.) 749. a. 751. a. 752. a. 759. a. (1267.) 766. a. (1271.) 791. a. (1272.) 794. a.

S. Mariæ ad Martyres.
Petrus. (1136.) 532. a.
Ludovicus. (1156.) 577. a. (1157.) 579. a. (1158.) 586. a. 587. b. (1160.) 590. b.
Reimboldus. (1162.) 598. b. (1178.) 606. b. (1182.) 614. b.
Theodoricus. (1197.) 630. b. (1198.) 621. b.
Robertus. (1263.) 752. a. 753. a. 759. a.

S. Martini.
Engelbertus. (975.) 316. a.
Ebervinus. (1038.) 373. b. ſeq.
Otto. (1136.) 532. a.
Rainaldus. (1138.) 539. b.
Godefridus. (1157.) 579. a. (1158.) 586. a. 587. b. (1162.) 598. b.
Oliverius. (1178.) 606. b.
Reinerus. (1182.) 614. b. (1190.) 621. b.
Wilhelmus. (1197.) 630. b.
Theodericus. (1246.) 731. a.

Epternacenſes.
Berneradus. (781.) 64. a. (794.) 134. a.
Ravangerus. (971.) 308. a. b. (992.) 328. b. 330. a. (997.) 337. a.
Humbertus. (1041.) 375. b.
Regimbertus. (1056.) 398. b. (1067.) 414. a. 443. a.
Theofridus. (1090.) 115. a. (1195.) 444. b. (1096.) 445. a.
Gerardus. (1157.) 579. a.
Ludovicus. (1178.) 606. b.
Godefridus. (1190.) 620. a.

Mediolacenſes.
Wiomadus. (752.) 153. a. b.
Richbodus. (790.) 138. a.
Waſſo. (800.) 155. b.
Bertulfus. (869.) 212. a.
Ratbodus. (882.) 222. a.
Remigius. (981.) 249. a. b. 252. a.
Adelhelmus. (1157.) 579. a.
Syboldus. (1198.) 621. b.

Tholeyenſes.
Ebervinus. (1023.) 372. b.
Rodulphus. (1136.) 532. a.
Gregorius. (1157.) 579. a.

Lacenſis.
Albertus. (1198.) 621. b.

Luxemburgenſis.
Folmarus. (1122.) 509. b.

Schönavienſes.
Echbertus. (1160.) 474. a.
Hildelinus. (1156.) 577. a.

N.

Exterorum monasteriorum Ord. S. Benedicti Abbates.

Amorbacenſis.
Richardus. (1017.) 354. a.

S. Apri Tullenſis.
Hugo. (1135.) 530. a.
Godefridus. (1230.) 704. a.

S. Arnulphi Metenſis.
Bertrannus. (1135.) 530. b.

Augienſes.
Odalricus. (1113.) 498. a.
Fridelinus. (1146.) 554. b.

Belli-campi.
Durandus. (1135.) 531. a. (1152.) 568. b. (1157.) 583. a.

Belli-prati.
Odo. (1152.) 568. b.

Brauvillerenſis.
Tegenus. (1051.) 391. b.

Calmo-

Calmoſiacenſis.
Roricus. (1135.) 530. a. (1152.) 568. b.
S. Clementis Metenſis.
Herbertus. (1135.) 530. b.
Ferrarienſis.
Lupus. (847.) 185. a. (849.) 186. a.
Gemblacenſis.
Guibertus. (1190.) 620. a. 621. a.
Glandarienſis.
Joannes. (1263.) 752. a. 753. a. 758. a. 759. a. (1271.) 791. a.
Gorzienſes.
Ludovicus. (884.) 64. a.
Ermigaudus. (885.) 55. a.
Wigericus. (915.) 55. a.
Henricus. (1069.) 415. b. 446. a.
Wernerus. (1096.) 446. a.
Simon. (1264.) 762. a.
Granvallenſis.
S. Germanus. (Sæc. VII.) 74. b. 75. a. b.
Grunavienſis.
Wichmannus. (1156.) 577. a.
Huzinburgenſes.
Benedictus. (1146.) 553. b.
Lauriſchamenſis.
Odalricus. (1056.) 399. a. b.
Lorſanienſis.
Wolicandus. (1146.) 553. b.
S. Manſueti, Tulli.
Rainaldus. (1135.) 531. b.
S. Martini prope Divodurum.
Berhardus. (948.) 65. a.
Medianenſes ad Vogaſum.
Reimbertus. (707.) 84. a.
Sindrabertus. (759.) 84. a.
Madalvinus. (790.) 84. a.
Fortunatus. (803.) 84. a.
Morbacenſes.
Erlorfus. (1113.) 498. a.
N. (1148.) 554. b.
Romani monaſterii juxta lacum Larium.
Florianus. 35. a.
Rathelenſis. Nunc Carthuſienſium.
Folmarus. (1157.) 579. a.
Senonenſis.
Antonius. (1135.) 529. a.
Trajectenſes.
Gregorius. 89. a. b.
Albericus. 89. a. b.
S. Vincentii Metenſis.
Landulfus. (1135.) 530. b.
Witebergenſis.
Benedictus. (1146.) 554. b.

O.

Abbatissæ Ord. S. Benedicti.

In Horreo Treviris.
Modeſta. (659.) 87. b.
Irmina (698.) 90. 92. 93. 101.
Nivellenſis.
S. Gertrudis. (659.) 87. b.
Palatiolenſis. Nunc Collegiata.
Adela. (690.) 88.
Prumiæ inferioris.
Sophia. (1190.) 617. b.
Romaricenſis.
Judith. (1152.) 567. a.
S. Ruperti prope Bingam.
S. Hildegardis. (1146.) 559. a. 560. 561. (1154.) 572. (1160.) 474. a. 591. (1169.) 602. 603.

P.

Abbates Springirsbacenses Ord. Canon. Regularium S. Augustini.

Richardus. (1120.) 505. b. (1138) 539. b. (1144.) 550. a. (1152.) 568. b. (1154.) 572. a. b. (1156.) 577. a. (1157.) 579. b. (1158.) 586. a. 587. b. (1162.) 599. a.
Godefridus. (1178.) 606. b.
Abſalon. (1190.) 622. a.

Q.

Abbates Ord. Præmonstratensis Archidioecesis Trevirensis.

Arnſteinenſes.
Godefridus. (1142.) 548. a. 576. b.
Euſtachius. (1156.) 577. a. (1163.) 599. a.
Richolfus. (1179.) 599. a. (1185.) 600. b.
Wadegozienſes.
Wolframus. (1152.) 564. a. (1156.) 577. a.
Godefridus. (1179.) 606. a.
Romersdorfenſes.
Henricus. (1156.) 577. a.
Engelbertus. (1179.) 608. a.
Reinerus. (1202.) 642. a. (1210.) 648. a.
Bruno. (1228.) 703. b.
Seinenſes.
Rudolfus. (1229.) 703. b.
Cunradus. (1272.) 800. b.

R.

Abbates Ord. Præmonstratensis exterorum monasteriorum.

S. Crucis Metis.
Stephanus. (1162.) 597. a.
Steinfeldenſes.
Ehrenfridus. (1202.) 642. a.

Corvinus. (1272.) 800. b.

Stromburgenſis.

Gewardus. (1202.) 642. a.

S.

ABBATES ORD. CISTERCIENSIS IN ARCHID. TREVIRENSI.

Aureæ vallis.

Conſtantinus. (1138.) 539. b.

Himerodienſes.

Randulphus. (1136.) 532. a. (1138.) 539. a. (1140.) 548. a. (1152.) 563. a. 568. b. (1158.) 586. a. 587. b. (1162.) 598. b. (1167.) 601. a.

Giſilbertus. (1169.) 602. a. (1178.) 606. b. (1181.) 611. b.

Hermannus. (1190.) 591. a.

T.

ABBATES ORD. CISTERCIENSIS EXTERORUM MONASTERIORUM.

Clarevallenſis.

S. Bernardus. (1136.) 534. (1140.) 546. (1146.) 554. b. (1147.) 556. a. 559. b. 578. b.

Eberbacenſis.

Arnoldus. (1185.) 614. a.

Vilarienſis.

N. (1164.) 762. a.

II.
ORDINIS SECULARIS.

A.

ROMANORUM IMPERATORES.

Honorius & Theodoſius. (418.) 15. a.

Juſtinianus. (563.) 47.

B.

REGES FRANCORUM.

Pharamundus. (418.) 21. a.

Clodio. (428.) 21. a.

Merovæus I. (448.) 21. a.

Childericus I. (458.) 21. a.

Clodovæus M. (481.) 21. a.

Theodoricus I. (511.) 21. b.

Theodebertus. (534.) 22. a.

Theodebaldus. (547.) 22. a.

Chlotarius. (554.) 22. a.

Sigebertus. (561.) 22. a.

Childebertus. (575.) 22. b.

Theodebertus II. (596.) 53. a.

Chlotarius II. (613.) 53. a.

Dagobertus I. (622.) 53. b. (633.) 76. ſeqq.

Sigebertus III. (638.) 53. b. (644.) 80. ſeq.

Childebertus III. (656.) 53. b.

Chlotarius III. (657.) 53. b.

Childericus II. (660.) 53. b.

Theodericus II. (673.) 53. b.

Dagobertus II. (674.) 53. b. (675.) 86. ſeq. 89. b.

Theodericus III. (678.) 53. b.

Clodovæus III. (691.) 53. b.

Childebertus III. (695.) 53. b.

Dagobertus III. (711.) 94. b. 214. a. b.

Chilpericus II. (714.) 94. b.

Theodericus IV. (720.) 94. b.

Childericus III. (742.) 94. b.

Pipinus. (752.) 94. b. 103. a. 104. a. 109. a. 120. (762.) 122. (763.) 126.

Carolus M. & Carolomannus. (768.) 94. b. 95. a.

Carolomannus. (770.) 130.

C.

IMPERATORES ET REGES GERMANICI.

Carolus M. (800.) 146. ſeqq.

Ludovicus pius. (814.) 146. 164. ſeqq.

Lotharius. (817.) 147. a. 179. ſeqq.

Ludovicus Germanicus. (843.) 147. a. (868.) 209. ſeqq. (870.) 214. a.

Ludovicus junior. (879.) 148. a.

Carolus Craſſus. (882.) 148. a. 220. ſeqq.

Arnolphus R. (888.) 148. a. 226. ſeqq.

Zwenteboldus R. (895.) 232. ſeqq. 233. b.

Ludovicus infans. (900.) 235. a. b. 240. a. 257. b.

Conradus I. (911.) 240. a. 258. a. b.

Henricus I. (918.) 240. b. (923.) 267. ſeqq. 268. b. 272. b.

Otto I. (936.) 240. b. 275. ſeqq. 281. b.

Otto II. (961.) 240. b. 297. ſeqq.

Otto III. (983.) 241. a. 325. ſeqq.

Henricus II. (1003.) 348. ſeqq.

Conradus II. (1026.) 361. ſeqq. 372. a. b.

Henricus III. (1041.) 375. ſeqq.

Henricus IV. (1056.) 402. ſeqq. 476. a. b. 478. a.

Henricus V. (1107.) 485. ſeqq. 513. b.

Lotharius II. (1129.) 515. ſeqq.

Conradus III. R. (1138.) 537. ſeqq.

Fridericus I. (1152.) 563. ſeqq. 581.

Henricus VI. (1190.) 617. ſeqq.

Philippus Suevus. (1202.) 641. ſeqq.

Otto IV. (1209.) 647. ſeqq.

Fridericus II. (1219.) 655. ſeqq.

Henricus VII. (1230.) 706. ſeqq.

Con-

Conradus IV. R. (1242.) 726. ſeqq.
Richardus. (1256.) 739. ſeqq.
Rudolphus. (1273.) 801. ſeqq.
Adolphus R. (1292.) 825. ſeqq.
Albertus R. (1298.) 829. ſeqq.

D.

ARCHICANCELLARII.

Ricolfus *ſub Dagoberto I.* 79. b.
Mainarius *ſub Carolomanno.* 130. b.
Ercanbaldus *ſub Carolo M.* 133. b. 153. b. 156. b. 157. b.
Rado *ſub eodem.* 142. b.
Heliſachar *ſub Ludovico pio.* 164. a. 166. b. 168. b. 170. b.
Fridugiſus *ſub eodem.* 173. b. 176. b.
Agilmarus *ſub Lothario.* 180. b. 181. b.
Hilduinus *ſub eodem.* 182. b. 184. b. 187. b. 190. b. 191. b. 193. b.
Ercamboldus *ſub Lothario jun. R. Lothar.* 195. b. 198. b. 206. a.
Adventius *ſub eodem.* 210. b.
Luitbertus *ſub Ludovico Germ.* 209. b. 215. b. 219. b.
Grimaldus *ſub eodem.* 212. b.
Luitwardus *ſub Carolo Craſſo.* 219. b. 220. b. 223. b. 224. b.
Theotmarus *ſub Arnolpho R.* 227. b. 228. b. 229. b. 230. b. 231. b.
Ratbodus *ſub Zwenteboldo R.* 233. b. 234. b. 237. b. 238. a. b. 239. b.
Herimannus *ſub eodem.* 236. b.
Ratbodus *ſub Ludovico infante.* 253. b. 260. b.
Idem *ſub Carolo ſimplice.* 262. b.
Henricus *ſub eodem.* 261. b.
Rutgerus *ſub eodem.* 264. b. 265. b. 266. b.
Fridericus *ſub Ottone I.* 281. b.
Rotbertus *ſub eodem.* 282. b. 283. b. 284. b.
Bruno *ſub eodem.* 287. a. 292. b.
Wilhelmus *ſub eodem.* 288. b. 293. b. 303. b. 304. b.
Idem *ſub Ottone II.* 298. b. 299. b. 302. b.
Rotbertus *ſub eodem.* 308. b. 309. b. 310. b. 311. b. 312. b.
Willigiſus *ſub Ottone III.* 328. b. 329. b. 331. b. 332. b. 337. b.
Idem *ſub Henrico II.* 351. b.
Ludolfus *ſub eodem.* 354. b.
Erchenbaldus *ſub eodem.* 355. b. 356. b.
Aribo *ſub eodem.* 358. b.
Idem *ſub Conrado II.* 361. b.
Bardo *ſub eodem.* 375. b.
Idem *ſub Henrico III.* 376. b. 381. b. 382. b. 390. b. 392. b.
Adelbertus *ſub eodem.* 398. b.
Luitboldus *ſub eodem.* 399. b. 401. b.
Idem *ſub Henrico IV.* 404. b.
Sigefridus *ſub eodem.* 407. b. 410. b. 413. b.
Wezelo *ſub eodem.* 436. a.
Ruothardus *ſub Henrico V.* 485. b. 486. b. 487. b.
Adelbertus *ſub eodem.* 483. b. 503. b. 513. b.
Idem *ſub Lothario II.* 517. a.
Idem *ſub Conrado III.* 543. b.
Henricus *ſub eodem.* 552. b. 553. b. 555. a.
Reinaldus *ſub Friderico I.* 595. b.
Chriſtianus *ſub eodem.* 612. b.
Theodorus *ſub Ottone IV.* 649. a.
Siſridus *ſub Friderico II.* 658. b.
Idem *ſub Henrico VII.* 706. b.

E.

PROCANCELLARII.

Heriverus *ſub Dagoberto I.* 79. b.
Suavis *ſub Carolo M.* 133. b.
Ercamboldus *ſub eodem.* 142. b. 145. b.
Servatius *ſub eodem.* 153. b.
Amalbertus *ſub eodem.* 156. b. 157. b.
Durandus *ſub Ludovico pio.* 168. b. 170. b. 173. b. 174. b.
Remigius *ſub Lothario Imp.* 180. b.
Firmandus *ſub eodem.* 181. b.
Hrodmundus *ſub eodem.* 182. b. 187. b. 190. b.
Ercamboldus *ſub eodem.* 184. b. 191. b. 193. b.
Grimaldus *ſub Lothario R. Lothar.* 210. b.
Hebarhardus *ſub Ludovico Germ.* 209. b. 212. b. 215. b.
Arnolfus *ſub eodem.* 219. b.
Waldo *ſub Carolo Craſſo.* 219. b. 220. b.
Sigonius *ſub eodem.* 223. b.
Inquirinus *ſub eodem.* 224. b.
Waldo *ſub Arnolpho R.* 227. b.
Aſpertus *ſub eodem.* 227. b. 228. b. 229. b.
Egilbertus *ſub eodem.* 230. b. 231. b.
Idem *ſub Zwenteboldo.* 233. b. 236. b.
Viadeger *ſub eodem.* 434. b.
Walterus *ſub eodem.* 237. b. 238. a. 239. b.
Ruadmirus *ſub Ludovico infante.* 253. b.
Theodulfus *ſub eodem.* 260. b.
Hugo *ſub Carolo ſimplice.* 261. b.
Gozelinus *ſub eodem.* 262. b. 265. b.
Ratbodus *ſub eodem.* 264. b.
Dantlinus *ſub eodem.* 266. b.
Bruno *ſub Ottone I.* 281. b. 282. b. 283. b. 284. b.

Luidolfus *ſub eodem.* 286. b. 288. b. 292. b. 293. b.
Idem *ſub Ottone II.* 298. b. 299. b. 302. b. 303. b. 304. b.
Willigiſu a *ſub eodem.* 308. b. 309. b. 310. b. 311. b. 312. b.
Hildibaldus *ſub Ottone III.* 328. b. 329. b. 331. b. 332. b. 337. b.
Egilbertus *ſub Henrico II.* 351. b.
Witarius *ſub eodem.* 356. b.
Guntherius *ſub eodem.* 354. b. 355. b. 358. b.
Idem *ſub Conrado II.* 361. b.
Theodericus *ſub eodem.* 375. b. 382. b.
Eberhardus *ſub Henrico III.* 376. a. 381. b. 398. b.
Winitherus *ſub eodem.* 390. b. 392. b. 399. b. 401. b.
Idem *ſub Henrico IV.* 404. b.
Sigehardus *ſub eodem.* 407. b. 410. b. 413. b.
Gebehardus *ſub eodem.* 436. a.
Humbertus *ſub eodem.* 476. b.
Adelbertus *ſub Henrico V.* 485. b. 486. b. 487. b. 497. a.
Philippus *ſub eodem.* 483. b. 513. b.
Bruno *ſub eodem.* 499. b. 502. b. 503. b.
Teitmarus *ſub Lothario II.* 517. a.
Arnoldus *ſub Conrado III.* 543. b. 552. b. 553. b. 555. a.
Ulricus *ſub Friderico I.* 595. b.
Henricus *ſub eodem.* 604. b.
Godefridus *ſub eodem.* 612. b.
Conradus *ſub Ottone IV.* 649. a.
Idem *ſub Friderico II.* 658. b.
Sifridus *ſub Henrico VII.* 706. b.

F.

ALII REGES.

Bavariæ.
Ludovicus. (826.) 176. a. b.
Galliæ.
Carolus Calvus. (843.) 147. a. (860.) 196. a. 197. a. (869.) 147. a. ſeq.
Ludovicus Balbus. (878.) 215. a.
Carolus ſimplex. (916.) 240. a. 257. b. 261. ſeqq.
Italiæ.
Bernardus. (817.) 169. a.
Longobardiæ.
Alboinus. (565.) 49. a.
Glodoſuinda Regina. (565.) 49. a.
Lotharingiæ.
Lotharius junior. (856.) 147. b. 194. ſeqq.
Ludovicus Germanicus. (870.) 148. a.
Zwentipoldus. (895.) 148. b.

G.

DUCES ET PRINCIPES.

Auſtriæ.
Leopoldus. (1227.) 702. b.
Bavariæ.
Henricus. (1008.) 246. b.
Henricus rixoſus. (956.) 288. a. (984.) 324. a. 325. a. 326. a.
Henricus junior. (1047.) 383. a. b. 384. a.
Burgundiæ.
Conradus. (1146.) 554. b.
Campaniæ.
Grimoaldus. (714.) 109. a. b.
Drogo. (714.) 109. a. b.
Arnulphus. 109. b. 110. a.
Cheringæ.
Bertholdus. (1171.) 603. b.
Bertholdus junior. (1171.) 603. b.
Franciæ Rhenenſis.
Henricus. (886.) 290. a.
Conradus. (910.) 258. a.
Limburgi.
Henricus II. (1093.) 442. a. (1101.) 477. a. (1107.) 484. b. 486. a. b.
Henricus III. (1152.) 568. b. (1157.) 579. b. (1158.) 589. b.
Henricus IV. (1197.) 630. b. (1202.) 643. b.
Waleramus II. (1223.) 699. a. (1227.) 702. b. (1238.) 723. a.
Henricus V. (1231.) 707. b.
Waleramus III. (1231.) 707. b.
Lotharingiæ.
Reginarius (916.) 225. a. b. 237. a. 238. a. b. (912.) 261. a.
Giſelbertus. (919) 264. b. (923.) 268. b. (926.) 268. a. 269. a. (927.) 243. a. (928.) 271. 272. a.
Conradus. (944.) 243. a. (950.) 284. a. (956.) 288. a.
Bruno. (952.) 243. a.
Fridericus I. (959.) 243. a. 573. a.
Godefridus. (964.) 301. b.
Adelbertus I. (979.) 320. a. b. (1037.) 370. a. 372. b.
Theodericus I. (984.) 243. a. (1026.) 362. 573. a.
Carolus. (986.) 325. a.
Fridericus II. (1025.) 243. a. 573. a.
Alberrus de Alſatia. (1034.) 243. a.
Adelbertus II. (1047.) 414. a.
Gerardus de Alſatia. (1067.) 414. a.
Theodericus II. (1070.) 414. b. (1080.) 429. a. 573. a.
Balduinus. (1096.) 446. a.

Simon

Simon I. (1132.) 519. a. (1135.) 530. b.
Matthæus I. (1132.) 519. a. (1150.) 561. a. (1152.) 567. a. b. 570. b. 571. a. (1157.) 579. b. 597. b.
Theobaldus I. (1218.) 654. a.
Matthæus II. (1231.) 707. b.
Matthæus III. (1250.) 830. a.
Theobaldus II. (1303.) 830. a.
Lotharingiæ inferioris.
Gozilo. (1035.) 367. a. (1036.) 369. b.
Godefridus barbatus. (1047.) 414. a.
Godefridus Bullionius. (1069.) 415. a. (1088.) 437. a. (1096.) 446. a.
Henricus. (1251.) 739. b.
Palatinatûs Rheni.
Cancro. (763.) 124. b.
Erenfridus. (1023.) 359. a. b.
Otro. (1035.) 359. b. 391. b.
Henricus de Lacu. (1051.) 390. a. 391. a. 392. a. b. (1075.) 419. b. (1093.) 441. a. (1095.) 443. a. (1097.) 449. b.
Sigefridus. (1093.) 441. b. 442. b. (1107.) 483. b. 484. a b. (1112.) 492. a. (1113.) 493. a. b.
Godefridus. (1125.) 513. a.
Wilhelmus. (1131.) 516. b. 517. b. (1136.) 533. a. b. (1138.) 540. b. (1140.) 493. a. b. (1142.) 551. a.
Hermannus II. (1144.) 552. a. (1146.) 553. b. 554. b. (1148.) 579. a.
Conradus. (1157.) 579. b. (1161.) 594. a. 595. a. (1182.) 612. b. (1193.) 622. b.
Gerardus. (1158.) 589. b.
Henricus. (1197.) 629. a.
Ludovicus. (1227.) 702. a.
Otto. (1231.) 707. b. (1248.) 733. a.
Rupertus. (1381.) 839. a.
Saxoniæ.
Adelbertus. (1144.) 552. a.
Bernardus. (1198.) 28. a.
Sueviæ.
Otto. (1048.) 391. a.
Conradus. (1128.) 515. a. b.
Fridericus (1139.) 542. b. (1146.) 554. b. (1157.) 579. b. (1182.) 612. b.
Turingiæ.
Hedenus. (704.) 99. a. (716.) 111. a.
Tiringus. (716.) 111. b.
Ludovicus. (1161.) 595. b. (1171.) 604. b.
Hermannus. (1211.) 650. a.

H.

Comites Pagorum.

Albenſis.
Hugo. (910.) 260. a.
Andegavenſis.
Egidius. (764.) 127. a.
Nuno. (797.) 145. a.
Hugo. (807.) 157. a.
Arduennæ.
Gietbaldus. (768.) 59. b.
Hrotmarus. (ante 853.) 187. a.
Odacrus. (901.) 59. b.
Ricuinus. (922.) 295. b.
Rudolphus. (947.) 60. a.
Giſelbertus. (963.) 60. a. 296. a.
Waudricus. (699.) 60. a.
Henricus. (993.) 60. a. 333. b. (996.) 59. b.
Bedenſis.
Luitardus. (88-.) 62. a.
Stephanus. (895.) 62. a.
Widricus. (909.) 62. a. 256. a.
Godefridus. (963.) 295. a.
Otto. (978.) 319. a.
Henricus Luxemburgicus. (1047.) 383. a.
Caroſcavenſis.
Rotmarus. (ante 852.) 61. a.
Eiflenſis.
Verus Manfredus. (844.) 68. a.
Hermannus. (975.) (978.) 68. b. 318. a. 319. b.
Laudunenſis.
Caribertus. (720.) 112. a. b.
Lobedunenſis.
Warinus. (762.) 125. a. b.
Loganenſis.
Conradus. (902.) 258. b.
Conradus prioris filius. (910.) 71. b. 258. b.
Otto. (912.) 70. b.
Hermannus. (918.) 71. a.
Angozus. 71. a.
Giſo. (1008.) 70. b.
Rembaldus ab Iſenburg. (1158.) 587. a.
Meginenſis.
Eberhardus. (928.) 69. a.
Megingaudus. (888.) 69. b. (892.) 226. a. b.
Bertolfus. (1056.) 69. b. 402. a.
Meingowenſis.
Droco. (762.) 125. a.
Metenſis.
Matfridus. (926.) 268. a.
Albertus. (1036.) 414. b.
Metingowenſis.
Godefridus. (960.) (963.) 56. b.
Moſellenſis.
Adalhardus. (697.) (699.) 63. b.

Luitardus. (907.) 65. a. (909.) 63. b. 257. a.
Giſelbertus. (996.) 65. a. 336. a.
Becelinus. (1000.) 63. b. 338. b. (102..) 357. b. (1047.) 384. a. (1048.) 385. b.
Bertholdus. (1050.) 63. b.
Conradus. (119..) 64. b.
Nachgowenſis.
Cuonradus. (945.) 67. b. 280. b.
Emicho. (995.) (996.) 67. a.
Emicho. (1061.) 404. a.
Nitagowenſis.
Luithardus. (909.) 57. b. 255. a.
Ritzigowenſis.
Egilolfus. (963.) 297. a.
Trechiræ.
Bertholdus. (1018.) 355. a. (1047.) 70. a.
Bernardus. (1084.) 435. a.
Trevirorum Auguſtæ.
Arbogaſtes. (472.) 12. b. 18. 19.
Adelardus. (853.) 149. a. 190. a. (880.) 189. a. b.
Odoacrus. (895.) 149. a.
Wigericus. (902.) 149. a. 243. a.
Virdunenſis.
Godefridus. (986.) 325. a. 326. b.
Walrenſis.
Reinhardus. (982.) 54. b.
Waldefingæ.
Egilolfus. (962.) 294. b.
Wormatienſis.
Gumbertus. (779.) 125. b.
Megingaudus. (870.) 211. a. b. 226. b.
Wernharius. (870.) 211. b.

I.

HÆREDITARII COMITES ET DYNASTÆ.

Alſatiæ Comes.
Sigisbertus. (1162.) 597. b.
Altena Comes de
Arnoldus. (1146.) 553. b.
Arberg Burggrav.
Eberhardus. (1202.) 642. a.
Otto. (1202.) 642. a.
Are Com.
Theodorus. (1107.) 484. b.
Otto. (1142.) 552. a.
Udalricus. (1142.) 552. a. (1152.) 568. b. (1157.) 579. b. (1158.) 589. b.
Theodericus. (1157.) 579. b.
Gerardus. (1193.) 622. b. (1197.) 630. b. (1202.) 642. a. 643. b.
Arluni Com.
Waldramus. (1052.) 392. a.
Waldramus junior. (1052.) 393. a. 394. a. (1093.) 442. b. 699. a. b.
Folco. (1052.) 393. a. 394. a. (1093.) 442. b.
Wiricus. (1136.) 534. b.
Henricus. (1146.) 554. b. (1152.) 570. b.
Arnſtein Com.
Arnoldus. (1052.) 393. b.
Ludovicus. (1107.) 484. b. (1142.) 549. a. 575. (1163.) 600. b.
Barri Comites.
Fridericus. (943.) 279. a.
Rainaldus I. (1135.) 530. b. (1149.) 573. a.
Hugo. (1135.) 430. b.
Rainaldus II. (1135.) 530. b. (1154.) 573. b.
Berebach Com.
Rupertus. (1158.) 588. b.
Boinenburg Com.
Hennicho. (1158.) 586. a.
Boland.
G..... (1232.) 714. a.
Brabantiæ Com.
Henricus III. (1093.) 441. b.
Broel.
Wolkoldus. (1093.) 442. b.
Brunsberg.
Bruno. (1269.) 790. b.
Budingen.
Gerlacus. (1231.) 707. b. (1231.) 714. a.
Caſtel ſeu *de Caſtris* Com.
Folmarus. (1152.) 568. b. (1157.) 579. b. (1158.) 585. b. 586. a. 587. a. (1162.) 599. a. (1190.) 621. a. (1197.) 630. b.
Henricus. (1212.) 651. a. (1225.) 701. a. (1230.) (1233.) 704. a.
Cazenelebogen. Com.
Henricus. (1157.) 579. b.
Eberhardus. (1283.) 819. b.
Chiniacenſes Com.
Arnulphus. (1088.) 438. a. (1097.) 450. a. 512. a.
Otto. (1097.) 450. b. (1124.) 511. b.
Ludovicus. (1097.) 450. b. (1124.) 511. b.
Fridericus. (1124.) 511. b.
Albertus. (1124.) 511. b. (1152.) 568. b. (1156.) 577. b.
Claravallenſis Com.
Simon. (1157.) 579. b.
Columna.
Petrus. (1120.) 506. b.
Coverna.
Wilhelmus. (1181.) 611. b.
Henricus. (12--) 806. a.

Fride-

Frldericus. (1272.) 792. a. (1277.) 806. a. 807. a.
Robinus. (1272.) 792. a. (1277.) 806. a. 807. a. (1280.) 813. a. (1282.) 816. a.
Irmegardis. (1277.) 806. a. 807. a.
Fridericus. (1277.) 806. a. (1280.) 813. a.

Dagsburg Com.
Albertus. (1193.) 622. b.

Dhaun.
Adalbero. (1075.) 419. b. (1107.) 484. b.

Dietz Com.
Henricus. (1101.) 477. b.
Gerardus. (1107.) 486. b. 487. b.
Henricus. (1107.) 486. b. 487. b. (1161.) 595. b. (1171.) 604. b. (1182.) 612. b.
Gerardus. (1283.) 819. b. (1289.) 823. a.

Eppenſtein.
Godefridus. (1272.) 792. a. (1277.) 806. b. 808. a.
Liſa. (1272.) 792. a.
Gerardus. (1273.) 802. b. 803. b. (1292.) 793. a.

Eſch Com.
Godefridus. (1122.) 509. b.

Falckenſtein.
Cuno. (1209.) 647. b.
N. (1240.) 725. a.
Wernerus. (1272.) 793. a.
Philippus. (1261.) 832. a.

Forbach Com.
Henricus. (1280.) 813. b.

Frangipane.
Leo. (1120.) 506. b.

Geldriæ Com.
Agnes. (1166.) 600. a.

Grönningen Com.
Wernerus. (1101.) 477. b.

Guiſe.
Guido. (1115.) 499. b.

Hachenvels.
Hugo. (1075.) 418. a.

Hammerſtein.
Otto. (1023.) 359. b.

Hanau.
Ulricus. (1300.) 832. a. b.

Hare Com.
Lutherus. (1231.) 707. b.

Hasbaniæ Com.
Giſelbertus. (1035.) 366. a.

Heinsberg.
N. (1158.) 589. b.

Hengebach Com.
Bruno. (ante 1101.) 476. b.

Henneberg Com.
Otto. (940.) 290. b.
Bobo. (1146.) 553. b.

Heſch Com.
Godefridus. (1135.) 529. a.

Heynzenberg.
Wilhelmus. (1285.) 793. a.

Hirſuti Comites.
Cunradus. (1190.) 622. a. (1197.) 630. b. (1202.) 642. a.
Lotharius. (1202.) 643. b.

Hochſtaden. Com.
Gerardus. (1090.) 439. b.
Bernardus. (1131.) 516. b.
Theodoricus. (1193.) 622. b.
Lotharius. (1202.) 643. b.

Hohenloe.
Conradus. (1232.) 712. b. 714. a.

Hollandiæ Com.
Florentinus. (1157.) 579. b.

Hornich.
Ulricus. (1158.) 589. b.

Huringen.
Udalricus. (1146.) 553. b.

Iſenburg Com.
Reinboldus. (1093.) 442. b.
Gerlacus. (1136.) 533. b. (1138.) 539. b. 540. b. (1146.) 553. b. (1158.) 587. a. 588. a. (1181.) 611. a.
Reimboldus. (1138.) 539. b. 540. b. (1144.) 552. (1146.) 554. b. (1158.) 588. a. (1182.) 614. b. (1195.) 629. b.
Burchardus. (1171.) 604. b.
Henricus. (1181.) 611. a. (1195.) 629. b.
Bruno. (1182.) 614. b.
Fridericus. (1188.) 617. b.
Gerlacus. (1195.) 628. a.
Theodericus. (1240.) 725. a.
Henricus. (1169.) 790. b. (1273.) 802. b. (1283.) 819. b.
Gerlacus dictus de Arrenfels. (1269.) 788. a. 789. a. (1300.) 838. a.
Thomas. (1300.) 838. a.
Gerlacus. (1337.) 334. b.

Juliacenſes Comites.
Gerardus. (1101.) 477. b.
Wilhelmus. (1202.) 643. b.
Wilhelmus. (1277.) 808. a.

Katzenelebogen Com.
Dytherus. (1272.) 793. a.

Kempenich.
Richwinus. (1093.) 442. b.
Theodoricus. (1158) 489. b.
Florentius. (1158.) 589. b.
Gerardus. (1275.) 803. a.
Beatrix. (1275.) 803. b.

Kirberg Com.
Conradus. (1146.) 554. b. (1158.) 586. a.
Volmarus. (1157.) 579. b.

Lechelgiminde Com.
Theobaldus. (1171.) 604. b.
Leiningen Com.
Emicho. (1146.) 554. b. (1158.) 589. b. (1193.) 622. b. (1202.) 642. a.
Fridericus. (1197.) 630. b. (1210.) 648. b.
Lenceburg Com.
Udalricus. (1146.) 554. b.
Wernerus. (1146.) 554. b.
Limburg.
Gerlacus. (1272.) 793. a.
Löwenſtein. Com.
Adelbertus. (1146.) 553. b.
Loos Com.
Poppo. (11--) 599. b.
Loy Com.
Gerardus. (1182.) 612. b. (1193.) 612. b.
Lurenburg. Com.
Dudo. (1093.) 442. b.
Rupertus. 73. a. (1136.) 533. b. (1138.) 540. b. (1144.) 552. a. (1158.) 585. a. 587. a.
Arnoldus. (1136.) 533. b. (1138.) 540. b. (1144.) 552. a. (1158.) 585. a. 587. a.
Luxemburgi Com.
Sigefridus. (963.) 295. a. b. 297. b. (964.) 301. a. (971.) 308. a. b. (981.) 323. b. (992.) 328. a. 329. b. (993.) 333. a. b. (995.) 335. a. b. ſeq. (997.) 337. b.
Henricus. (975.) 317. a. (993.) 333. a. (996.) 335. a. b. ſeq. (1008.) 246. b. (1023.) 358. a. 359. b. (1035.) 366. b.
Fridericus. (993.) 333. a. (996.) 336. b. (1008.) 246. b. (1035.) 366. b. (1036.) 369. b.
Theodoricus. (993.) 333. a. (1036.) 369. b.
Adalbero. (993) 333. a. (1036.) 368. a. (1037.) 372. b.
Giſelbertus. (993.) 333. a. (1035.) 367. a. (1036.) 369. b. (1054) 397. a. (1056.) 400. a. b.
Cunigundis. (993.) 333. a.
Abenza. (993.) 333. a.
Juditha. (1037.) 372. b.
Henricus junior. (1041.) 375. a. (1047.) 383. a. b. 384. a. 397. a.
Conradus I. (1065.) 408. b. (1083.) 433. a. 509. b.
Clementia. (1083.) 433. b. (1122.) 508. b.
Wilhelmus. (1093.) 442. a. (1096.) 445. a. (1097.) 450. a. (1107.) 484. b. 487. a. (1112.) 496. a. (1122.) 507. a. (1127.) 515. a. (1128.) 507. a.
Henricus. (1095.) 443. a. (1097.) 451. a. (1101.) 478. a.
Henricus. (1096.) 508. b.
Adalbero. (1098.) 505. b.
Rudolphus. (1099.) 505. b.
Conradus II. (1122.) 509. b. (1128.) 507. a. (1131.) 516. a. b. (1135.) 527. a.
Henricus I. (1146.) 554. a. 555. (1147.) 556. a. (1152.) 568. b. 570. b. (1156.) 577. a. 578. a. (1157.) 579. b. (1166.) 600. a. (1169.) 601. b. (1171.) 603. b. (1176.) 752. a. (1178.) 605. a. 700. a.
Robertus. (1146.) 554. b.
Irmegardis. (1216.) 735. a. (1223.) 700. b. (1227.) 702. a. 718. a. (1239.) 725. a.
Waleramus. (1223.) 699. a. (1227.) 702. b.
Henricus II. (1223.) 700. a. b. (1239.) 725. a. (1148.) 733. a. 1263. 760. a. (1273.) 802. b.
Gerardus. (1223.) 700. a. b. (1260.) 740. a.
Catharina. (1223.) 700. a. b.
Margaretha. (1251.) 735. b.
Henricus III. (1277.) 808. a.
Waleramus. (1277.) 808. a.
Manderſcheid Com.
Wilhelmus. (1277.) 804. b.
Theodericus. (1554.) 724. b.
Merenberg.
Hartardus. (1163.) 599. a.
Minzenberg.
Cuno. (1193.) 622. b. (1210.) 648. b.
Montium Com.
Adolphus. (1090.) 439. b. (1101.) 477. b. (1131.) 518. a.
Adolphus. (1202.) 842. a. 643. b.
Muſal.
Adalbertus. (102-) 357. b.
Muſchbach Com.
Albertus. (1158.) 589. b.
Muſſiponti Com.
Riginoldus. (1131.) 516. b.
Naga.
Diepaldus. (1075.) 419. b.
Namurci Com.
Hadvigis. (1067.) 414. a.
Adelheidis. (1097.) 450. b. (1124.) 511. b.
Henricus I. (1146.) 554. a. 555. (1147.) 556. a. (1152.) 568. b. 570. b. (1157.) 579. b. (1166.) 600. a. (1169.) 601. b. (1171.) 603. b.
Naſſoviæ Com.
Walrabus. (1080.) 429. a.

Henri-

Henricus. (1160.) 590.b. (1161.) 595. b.
Robertus. (1161.) 595. b. (1178.) 599. a.
Henricus. (1206.) 646.a.b. (1231.) 712.b. (1235.) 716. a. 717. b. (1238.) 724. a.
Walramus. (1206.) 646. a.
Robertus. (1206.) 646. b. (1235.) 717. b.
Mechtildis. (1238.) 724. a.
Adolphus. (1283.) 819. b.

Neuerburg. Com.
Ulricus. (1197.) 630. b.
Eva. (1534.) 737. a.

Northemii Com.
Gertrudis. (1112.) 493. b.

Nurenberg Burggravii.
Conradus. (1171.) 604. b.
Ulricus. (1193.) 622. b.

Nuringen Com.
Gerardus. (1160.) 73. a.

Olbruck.
Burchardus. (1093.) 442. b.
Henricus. (1093.) 442. b.

Pirmont.
Henricus. (1277.) 805. b.

Reineck Com.
Otto. (1131.) 516. b. (1144.) 552. a. (1148.) 579. a.

Ruminiaco.
Nicolaus. (1115.) 499. b.

Saffinberg Com.
Adolphus. (1131.) 516. b.
Hermannus. (1161.) 595. b.

Salm in Arduenna Com.
Giſelbertus. (1035.) 367. a. b.
Hermannus II. (1095.) 444. b. (1122.) 507. b. 509. b. (1131.) 516. b.
Irmentrudis. (1097.) 451. a. b.
Otto. (1125.) 513. a.
Henricus I. (1135.) 529. a. b.
Conradus. (1160.) 529. b.
Henricus VI. (1416.) 812. a.

Salm in Lotharingia Com.
Henricus II. (1152.) 529. b. 568. b.
Henricus IV. (1280.) 812. b.
Joannes. (1280.) 812. b.

Sarbrücken Com.
Sigebertus. (1080.) 429. a.
Fridericus. (ante 1135.) 525. b.
Simon. (1135.) 525. b. (1146.) 554. b. (1157.) 578. b. 579. b. (1158.) 585. b. 587. a. (1161.) 594. a. (1181.) 610. b. (1182.) 612. b. (1197.) 630. b.

Schleiden.
Arnoldus. (1260.) 740. b.

Schonenberg.
Fridericus. (1272.) 793. a.

Seinenſes Comites.
Everhardus. (1152.) 569. a. (1157.) 579. b. (1161.) 595. b. (1202.) 642. a.
Henricus. (1152.) 569. a. (1157.) 579. b. (1158.) 588. a. b. (1202.) 641. a. 702. b.
Henricus magnus. (1202.) 641. a. 642. a. b. (1206.) 646. b. (1227.) 702. a. (1229.) 703. a. (1231.) 707. b. (1246.) 569. b.
Mechtildis. (1229.) 703. a.
Adelheidis. (1246.) 569. b.
Godefridus. (1269.) 790. b. (1273.) 802. b. (1277.) 806. b. 808. a. (1283.) 819. b.

Silveſtres Comites.
Conradus. (1263.) 755. a. 837. b.
Emicho. (1263.) 755. a. 837. b.

Spanheim Com.
Bertoldus. (1073.) 66. b.
Stephanus. (1075.) 419. b.
Meinhardus. (1131.) 516. b.
Godefridus. (1136.) 533. b. (1144.) 552. a. (1146.) 553. b. (1157.) 579. b. (1158.) 586. a. 589. b. (1181.) 610. b. (1195.) 629. b. (1198.) 621. b. (1202.) 642. a.
Henricus. (1197.) 630. b. (1206.) 646. b. (1227.) 702. a. (1229.) 703. a. (1231.) 707. b.
Simon. (1232.) 712. b.
Joannes. (1246.) 569. b.
Henricus. (1267.) 767. b. (1283.) 819. b.
Henricus. (1606.) 569. b.

Stromburg Com.
Bertolfus. (1054.) 397. a. (1056.) 399. b.

Sulzbach Com.
Berengerus. (1125.) 513. a.
Gevehardus. (1144.) 552. a.

Toneburg Com.
Theodoricus. (1101.) 477. b.

Tuvingen Com.
Henricus. (1157.) 579. b.
Rudolphus. (1206.) 646. a. b.
Hugo. (1206.) 646. b.
Rudolphus. (1206.) 646. b.
Wilhelmus. (1206.) 646. b.

Vadeveia Comes de
Gerlacus. (1178.) 606. b.

Veldenz Com.
Gerlacus. (1136.) 533. b. (1146.) 554. b. (1157.) 579. b. (1158.) 586. a. (1195.) 629. b. (1197.) 630. b.
Gerardus. (1197.) 630. b.

Vianden Com.
Fridericus. (1136.) 534. b. (1138.)

540. b. (1146.) 555. a. (1148.) 558. a. b. (1152.) 568. b.
Sigfridus. (1156.) 577. b. (1162.) 599. a.
Gerhardus. (1190.) 617. a.
Adelheidis. (1190.) 617. a.
Fridericus (1197.) 630. b.
Philippus. (1256.) 739. a.
Godefridus II. (1294.) 827. a.
Godefridus III. (1312.) 827. a.

Virnenburg. Com.
Bernardus. (1042.) 379. b. (1052.) 394. b. (1061.) 405. b.
Hermannus. (1093.) 442. b. (1107.) 484. b. (1112.) 494. b. (1144.) 552. a. (1157.) 579. b.
Gotfridus. (1195.) 629. b.
Fridericus. (1195.) 629. b.
Hermannus. (1238.) 724. a.
Philippus. (1238.) 724. b. 827. a.
Henricus. (1238.) 724. b. (1272.) 793. b. (1273.) 802. b. (1283.) 819. b. (1285.) 793. a. (1300.) 831. a.
Robertus. (1238.) 724. b. (1300.) 838. a.

Urſimonte Comes de
Godefridus. (1122.) 509. b.

Waſenberg Com.
Gerardus. (1101.) 477. b.

Weda Comites de
Meffridus. (1093.) 442. b.
Theodoricus. (1158.) 589. b.
Sifridus. (1161.) 595. b. (1210.) 648. b.
Georgius. (1210.) 648. b.
Meffridus. (1242.) 738. a.

Wertheim.
Poppo. (1182.) 612. b.

Wildenberg.
Philippus. (1272.) 800. a.
Gerardus. (1277.) 805. b.

Winsberg.
Conradus. (1303.) 832. b.

Zweibrücken Com.
Henricus. (1197.) 630. b.

Incerti.
Æginbaldus vir illuſter. (704.) 102.
Dirodoinus Comes palatii. (770.) 130. a.
Richardus Comes Oſtiarius Lotharii Imp. (842.) 181. a.

K.

NOBILES.

Aixe.
Robertus. (1246.) 735. b.
Jofridus. (1284.) 820. a.

Anſenburg.
Humbertus (1135.) 529. a.
Wilhelmus. (1238.) 719. a.
Joannes. (1238.) 719. a.

Arcba.
Wilhelmus. (1212.) 651. b.

Are.
Ludovicus. (1272.) 793. a. (1277.) 808. b.
Egidius. (1272.) 793. b.

Arras.
Garſius. (1193.) 623. a.
Nicolaus. (1193.) 623. a. (1197.) 630. b.

Baſſenheim.
Theodericus. (1272.) 793. b.
Ludovicus. (1272.) 793. b.

Bedendorff.
Hermannus. (1235.) 717. a.

Bettingen.
Gerardus. (1102.) 481. b.
Wiricus. (1152.) 570. b. (1157.) 579. b. (1158.) 588. a.

Berge.
Walterus. (1194.) 627. a.
Henricus. (1238.) 719. a.
Gerardus. (1267.) 772. a.
Andreas. (1267.) 772. a.

Bertringen.
Jofridus. (1279.) 811. a.
Jofridus filius. (1279.) 811. a.

Bix.
Gerlacus. (1263.) 757. b.

Bockesberg.
Conradus. (1182.) 612. b.

Bolland.
Poppo. (1161.) 595. b.
Warnerus. (1171.) 604. b.
Henricus. (1256.) 738. a. (1260.) 740. b. (1285.) 793. a. (1273.) 802. a.

Bourſcheidt.
Theodoricus. (1122.) 509. b.
Joannes. (1194.) 627. a.

Brubach.
Fridericus. (1158.) 588. a. b.

Bruch.
Fredelo. (1138.) 539. b.
Tiderus. (1194.) 627. a. (1197.) 630. b.
Theodericus. (1279.) 811. b. 1300. 831. b.

Brucke.
Walterus. (1158.) 586. a.

Brule.
Folcoldus. (1112.) 494. b.
Warnerus. (1112.) 494. b.

Brunsborn.
Henricus. (1158.) 586. b.
Joannes. (1272.) 793. b. (1277.) 806. b.

Budingen.
Bartmannus. (1182.) 612. b.

Burcowe.

Burcowe.
Bruno. (1157.) 579. b.
Burgen.
Eberhardus. (1158.) 586. a. 587. a. 588. a. b.
Chamenges.
Richardus. (1157.) 584. a.
Clotten.
Franco. (1238.) 724. b.
Covern.
Gobelinus. (1272.) 793. b.
Hennemannus. (1272.) 793. b.
Cröve.
Theodericus. (1212.) 651. a. b.
Davels.
Wilhelmus. (1246.) 731. b. (1263.) 751. b. 760. b.
Reinerus. (1246.) 731. b.
Derembach.
Gerho. (1235.) 717. a.
Deren.
Fridericus. (1272.) 793. a.
Dezem.
Becelinus. (1135.) 529. b.
Dille.
Adalbero. (1107.) 484. b.
Ingebrandus. (1198.) 621. b.
Divelich.
Marſilius. (1272.) 793. b.
Dudelindorff.
Anſelmus. (1052.) 394. b.
Dune.
Henricus. (1193.) 623. a.
Jacobus. (1197.) 630. b. (1212.) 651. b.
Daniel. (1197.) 630. b.
Gerardus. (1273.) 803. a.
Fridericus. (1300.) 831. a.
Egle.
Lutterus. (1273.) 803. a.
Ehrenbreitſtein.
Ludovicus. (1158.) 586. b. 588. a.
Eich.
Petrus. (1277.) 808. b. (1285.) 793. a.
Henricus. (1282.) 817. a.
Paulus. (1300.) 838. a.
Eltz.
Rudolphus. (1157.) 579. b.
Godefridus. (1238.) 724. b.
Sibertus. (1238.) 724. b.
Maria. (1579.) 737. b.
Eſch.
Gerardus. (1156.) 577. b. (1157.) 579. b. (1158.) 588. a. (1162.) 599. b.
Godefridus. (1194.) 627. a.
Udo. (1194.) 627. a. (1197.) 630. b.
Jofridus. (1277.) 808. a.
Falckenſtein in Arduenna.
Herbrandus. (1194.) 627. a.
N. (1263.) 760. b.
Fallemannia de
Anſelmus. (1152.) 562. b.
Florei.
Theodoricus. (1135.) 530. b.
Florenges.
Philippus. (1267.) 786. b.
Foſſato de
Reinardus. (1273.) 802. b.
Friesheim.
Theodericus. (1188.) 617. b.
Frummersdorff.
Hermannus. (1152.) 571. b.
Garlandia de
Henricus. (1273.) 803. a.
Gepkingen.
Gerardus. (1280.) 813. b.
Gerlevingen.
Walterus. (1152.) 571. b.
Godemberg.
Wernerus. (1263.) 756. a.
Grimburg.
Boëmundus. (1280.) 813. b.
Grombach.
Marquardus. (1158.) 589. b.
Gruoſtes.
Hermannus. (1035.) 367. b.
Gunterene.
Engelbertus. (1272.) 793. a.
Joannes (1272.) 793. a.
Hadamar.
Sifridus. (1235.) 717. a.
Hermannus. (1235.) 717. a. (1272.) 793. b. (1273.) 802. b.
Hagen ſeu ab Indagine.
Theodericus. (1158.) 586. a.
Hugo. (1181.) 611. b. (1197.) 630. b.
Theodericus. (1197.) 630. b. (1198.) 622. b.
Theodericus. (1267.) 767. b. (1282.) 817. a.
Haja.
Thiebaldus. (1102.) 478. a.
Ham.
Becelinus. (1052.) 393. b.
Bertholdus. (1102.) 479. a. 481. a.
Henricus. (1194.) 627. a.
Hedesdorff.
Henricus. (1229.) 703. b.
Hegere.
Udo. (1158.) 588. b.
Heingen.
Wilhelmus. (1238.) 719. a.
Helfenſtein.
Wilhelmus. (1161.) 595. b. (1162.) 599. b. (1177.) 605. b. (1178.) 606. b. (1181.) 610. b. (1198.) 621. b. 717. b.
Hermannus. (1300.) 838. a.

Hellenſtein.
Tegnehardus. (1161.) 595. b.
Henzemberg.
Wilhelmus. (1263.) 756. a. (1278.) 808. b.
Joannes. (1278.) 808. b.
F. ..... (1293.) 827. b.
Th...... (1293.) 827. b.
Hettingen.
Tybaldus. (1135.) 529. a.
Himelſtot.
Godefridus. (1272.) 793. a.
Holbach.
Anſelmus. (1235.) 717. a.
Henricus. (1273.) 802. b.
Holvels.
Iſenbardus. (1194.) 617. a. (1238.) 718. b.
Eliſabeth.
Thomas.
Ludolphus. } (1238.) 718. b.
Wilhelmus
Gobelo.
Hombecort.
Theodericus. (1135.) 529. a.
Homburg.
Anna. (1576.) 737. b.
Horcheim.
Wilhelmus. (1273.) 802. b.
Horreo de
Jacobus. (1225.) 701. b.
Huffalize.
Theodoricus. (1227.) 702. b.
Hunolſtein.
Hugo. (1198.) 622. b. (1197.) 630. b.
Wernerus. (1225.) 701. a.
Everhardus. (1225.) 701. b.
Nicolaus. (1267.) 767. a. (1280.) 812. b.
Joannes. (1267.) 767. a.
Kailre.
Egidius. (1251.) 734. a.
Kamere.
Ludovicus. (1263.) 757. a.
Kanecke.
Rudolphus. (1122.) 509. b.
Kare.
Arnoldus. (1263.) 756. a.
Kerpen.
Albero. (1158.) 588. a.
Thomas. (1197.) 630. b.
Fridericus. (1235.) 717. b.
Kirberch.
Fridericus. (1158.) 586. a.
Jacobus. (1357.) 838. b.
Petrus. (1357.) 838. b.
Kirecke.
Burchardus. (1238.) 724. b.
Kuns.
Jacobus. (1135.) 716. a.
Alardus. (1238.) 719. a.

Lanſtein.
Henricus. (1235.) 717. b.
Lehmen.
Henricus. (1272.) 793. b.
Lewenſtein.
Enbricho. (1283.) 818. a.
Leya de
Adelbertus. (1107.) 486. a. 487. a.
Fulchnandus. (1193.) 623. a.
Hermannus. (1263.) 760. b.
Libenges.
Gerardus. (1267.) 775. a.
Litzelſtein.
Hugo. (1279.) 810. b.
Lotauſe.
Bavo. (1035.) 367. b.
Lutemberg.
Henricus. (1161.) 595. b.
Luzbenn.
Godefridus. (1263.) 760. b.
Malberg.
Ravengerus. (1010.) 371. b.
Adalbero. (1042.) 379. b. (1052.) 393. b. (1061.) 405. b. (1075.) 419. b. (1097.) 449. b.
Cuno. (1075.) 419. b. (1097.) 449. b. (1098.) 452. b.
Simon. (1107.) 484. b.
Adalbero. (1107.) 448. b.
Cuno. (1146.) 554. b. 563. b. (1152.) 570. b. (1156.) 577. b. (1157.) 579. b. (1158.) 586. a. (1171.) 603. b. (1181.) 610. b.
Brunicho. (1194.) 621. a.
Rudolphus. (1197.) 630. b.
Rudolphus. (1263.) 760. b.
Gerlacus. (1282.) 817. b.
Joannes. (1292.) 824. a.
Malenpret.
Stephanus. (1037.) 367. b.
Malenroth.
Poince Troyſin. (1275.) 803. a.
Mameren.
Margretha.
Thilo.
Wilhelmus } (1238.) 718. b.
Jacobus.
Manderſcheit.
Albero. (1181.) 610. b.
Theodoricus. (1181.) 610. b. (1194.) 627. a.
Egidius. (1263.) 759. a.
Marceto de
Petrus. (1197.) 630. a. b. (1198.) 621. b. (1212.) 651. b.
Meiſenburg.
Walterus. (1176.) 752. a. (1194) 627. a. (1238.) 718. b.
Wilhelmus. 1263. 752. a.
Walterus. (1263.) 753. b. 759. a. (1277.) 808. a.

Merche.
Reinerus. (1135.) 529. a. b.
Theodoricus. (1231.) 707. a. (1238.) 718. b.
Albertinus. (1238.) 718. b.
Merckedesheim.
Adelbertus. (1075.) 419. b.
Merle.
Fridericus. (1193.) 623. a. (1197.) 630. b. (1198.) 621. b.
Mertelach.
Walterus. (1238.) 724. b.
Milen.
Roricus. (1158.) 588. b.
Miravel.
Gilbertus. (1181.) 610. b.
Bartholomæus. (1181.) 610. b.
Moelenheim.
Agnes. (1460.) 737. a.
Molsberg.
Anſelmus. (1084.) 434. a. (1118.) 502. a. (1125.) 513. a.
Adelheidis. (1206.) 646. b.
Ditherus. (1273.) 801. a.
Lyſa. (1273.) 801. a.
Monclair.
Gyotus. (1263.) 757. a.
Reinoldus. (1263.) 757. a.
Monſterol.
Petrus. (1133.) 583. a. b. 584. a.
Seguinus. (1133.) 583. a. b.
Gerardus. (1133.) 583. a. b.
Andreas. (1162.) 598.
Richardus. (1162.) 598.
Monte claro de
Joannes. (1198.) 621. b. 622. b.
Müllenarck.
Hermannus. (1228.) 703. b.
Henricus. (1282.) 817. a.
Mureau.
Emelricus. (1272.) 800. a.
Emelricus filius. (1272.) 800. a.
Philippus. (1272.) 800. a.
Naſſau.
Anna Catharina. (1653.) 737. b.
Natisheim.
Sifridus. (1238.) 724. b.
Neumagen.
Manfridus. (1152.) 570. b. (1157.) 579. b. (1181.) 610. b.
Everhardus. (1152.) 570. b. (1157.) 579. b.
Wlricus. (1158.) 588. a. (1181.) 610. b. (1197.) 630. b.
Alexander. (1181.) 610. b. (1197.) 630. b.
Henricus. (1181.) 610. b.
Thomas. (1197.) 630. b.
Hermannus. (1198.) 628. b.
Noviant.
Cunō. (1188.) 617. b. (1212.) 651. b.
Noviller.
Olricus. (1157.) 584. a.
Noyve.
Aleph. (1289.) 813. b.
Oreburg.
Burchardus. (1112.) 494. b.
Orley.
Gerardus. (1263.) 760. a.
Walterus. (1273.) 803. a.
Paffendorff.
Recherus. (1158.) 586. a.
Tythardus. (1158.) 586. a. 717. a.
Henricus. (1267.) 766. a. (1271.) 791. a.
Thietardus. (1267.) 766. a. 775. a. (1271.) 791. a. (1272.) 793. b. (1285.) 793. a. (1273.) 802. b. (1277.) 808. b.
Palatio de
Hermannus. (1152.) 568. b. 570. b. 571. a. (1156.) 577. b.
Gualterus. (1152.) 568. b. 570. b. (1158.) 586. b. (1167.) 601. b. (1181.) 610. b. 611. b.
Rainerus. (1177.) 605. b. (1181.) 610. b. 611. b.
Jacobus. (1181.) 611. b.
Richardus. (1212.) 651. a. b. 837. a.
Hermannus. (1212.) 837. a.
Parroya.
Simon. (1157.) 584. a.
Peppingen.
Godefridus. (1235.) 716. a.
Petra à. *von der Leyen.*
Eberhardus. (1138.) 539. b.
Henricus. (1146.) 539. b.
Wolframus. (1157.) 579. b. (1158.) 539. b. 586. b.
Conradus. (1188.) 617. b.
Everhardus. (1197.) 630. b.
Wernherus. (1197.) 630. b.
Hugo. (1225.) 701. b.
Pieſport.
Barbara. (1648.) 737. b.
Plez.
Everhardus. (1273.) 802. b.
Polch.
Joannes. (1238.) 724. b.
Henricus. (1285.) 793. a.
Ponte de
Ludovicus. (1181.) 610. b.
Fridericus. (1181.) 610. b. (1212.) 837. a.
Rudolphus. (1193.) 623. a. (1225.) 701. b.
Odo. (1198.) 621. b.
Reinerus. (1212.) 837. a.
Theodericus. (1251.) 734. a.
Rudolphus. (1267.) 767. b.
Porta de
Simon. (1282.) 817. a.

Pultersdorff.
Emmicho. (1112.) 494. b.
Ravenſtein.
Berngerus. (1157.) 579. b.
Reiffenberg.
Cuno. (1272.) 793. a.
Roccio de
Gerardus. (1122.) 509. b.
Joannes. (1178.) 606. b.
Rockingen.
Eugenbrandus. (1135.) 529. b.
Rodemacheren.
Arnoldus. (1194.) 627. a.
Rodenberg.
Wilhelmus. (1152.) 571. b.
Romersdorff.
Gerlacus. (1107.) 484. b.
Roulant.
Walterus. (1194.) 627. a.
Cuno. (1194.) 627. a.
Rouvels.
Daniel. (1194.) 627. a.
Rupe de. *von der Felſs.*
Arnoldus. (1194.) 627. a.
Cuno. (1194.) 627. a.
Herbrandus. (1238.) 719. a.
Ruttig vel de Ruceo.
Heſſo, (1107.) 484. b. 486. a. (1167.) 601. a.
Sarburg.
Theodericus. (1177.) 605. b. (1181.) 610. b.
Saurshauſen.
Hermannus. (1293.) 826. a.
Schindalca.
Hadewidis. } Gerhardus. } Hubertinus. } (1238.) 718. b.
Schippe.
Conradus. (1210.) 648. b.
Schmidburg.
Emicho. (1107.) 484. b.
Giſibertus. (12[illegible]) 756. a.
Ludolphus. (1263.) 756. b.
Bruno. (1263.) 756. b.
Schöneberg.
Otto. (1158.) 586. b.
C.... (1251.) 734. b.
Giſibertus. (1263.) 756. a.
Schöneck.
Conradus. (1263.) 748. a. (1277.) 805. b.
Oda. (1263.) 748. a.
Henricus. (1277.) 808. a.
Schönevels.
Theofridus. (1194.) 627. a.
Schwarzenvels.
Gerlacus. (1197.) 630. b.
Wilhelmus. (1263.) 755. a.
Seleim.
Hartmannus. (1075.) 419. b.
Siebenborn.
Tidericus. (1194.) 627. a.
Siersberg.
Arnolphus. (1181.) 610. b.
Arnoldus. (1263.) 757. b.
Boëmundus. (1287.) 821. a.
Sinzich.
Gerardus. (1216.) 651. b. (1230.) 706. a. (1231.) 709. a.
Sirck. ſive de Serico.
Arnoldus. (1152.) 571. b. (1156.) 577. b. (1157.) 579. b.
Arnoldus. (1263.) 757. b. (1279.) 811. b.
Spicesheim.
Godefridus. (1158.) 586. a.
Spizberg.
Lambertus. (1135.) 530. b.
Stalecke.
Burchardus. (1158.) 586. b.
Stale.
Udelbertus. (1010.) 371. b. (1042.) 379. b. (1052.) 393. b. 394. b. (1061.) 405. b.
Stein.
Everhardus. (1075.) 419. b.
Eberhardus. (1158.) 586. a.
Everhardus. (1251.) 734. a.
Joannes. (1251.) 734. b.
Willerus. (1263.) 756. a.
Wilhelmus. (1263.) 756. a. 837. b. (1277.) 808. a.
Sterpenich.
Joffridus. (1246.) 735. b.
Stockheim.
Henricus. (1273.) 802. b. (1282.) 817. a.
Suffail.
Simon. (1225.) 701. a.
Tilia de
Wernerus. (1238.) 724. b.
Trys.
Rudulphus. (1181.) 610. b.
Henricus. (1181.) 610. b.
Emelricus. (1238.) 724. b. 804. a.
Wernerus. (1263.) 748. a. (1277.) 804. a.
Uda. (1277.) 804. a.
Vab.
Berevinus. (1152.) 571. b.
Joannes. (1263.) 757. a.
Vallender.
Theodericus. (1230.) 706. a.
Viler.
Cuno. (1124.) 512. b.
Vinſtingen.
Cuno. (1263.) 756. b. 837. b.
Hugo. (1279.) 809. a.
Joannes. (1279.) 809. a.
Viſchbach.
Wiricus. (1135.) 529. a.
Tidericus. (1194.) 627. a.

Bece-

Becelinus. (1194.) 627. a.
Ulmen.
Sibertus. (1238.) 724. b. (1273.) 803. a.
Arnoldus. (1273.) 803. a.
Volcken.
Baldewinus. (1241.) 730. a.
Ure.
Cuno. (1181.) 610. b.
Arnulphus. (1181.) 610. b.
Alardus. (1222.) 679. b.
Egidius. (1277.) 808. a.
Wal.
Iſembardus. (1181.) 610. b.
Waldeck.
Henricus. (1282.) 817. a.
Eliſabetha. (1504.) 737. a.
Walencourt.
Arnulphus. (1181.) 609. a.
Wallerwert.
Wiricus. (1107.) 484. b.
Waltmanshauſen.
Wilhelmus. (1262.) 743. a. 747. a.
Waltpot.
Fridericus. (1273.) 802. b.
Waltrach.
Erneſtus. (1198.) 621. b.
Warsberg.
Roricus. (1262.) 743. a. 747. a. (1263.) 748. a.
Egidius. (1280.) 813. b.
Weiler.
Joannes. (1194.) 627. a.
Wigerbach.
Godeboldus. (1263.) 756. a.
Wiltz.
Walterus. (1194.) 627. a.
Wipenrode.
Fridericus. (1251.) 734. a.
Wolmeringen.
Godefridus. (1158.) 586. b.
Wrucheim.
Egenolfus. (1158.) 588. b.
Zolueren.
Wezelo. (1135.) 529. a.
Wezelo. (1194.) 627. a.
Robertus. (1194.) 627. a.
Gilbertus. (1212.) 651. b.
Alexander. (1235.) 715. a. (1258.) 716. b.
Hadewigis. (1235.) 715. b.

L.

ALIÆ PERSONÆ INSIGNES.

Adelbertus Scholaſticus S. Maximini. (940.) 251. b.
Adelbertus Scholarcha S. Matthiæ. (955.) 251. a.
Adelharius Scholaſticus & Hiſtoriographus Epternacenſis. (990.) 252. b.
Aichspalter (Petrus) Rudolphi Imp. medicus. (1289.) 640. b.
Alcuinus præceptor Caroli M. (778.) 128. a. (782.) 141. (804.) 163. b.
Anonymus Panegyriſta Trevirenſis. (307.) 13. a.
Arnoldus Præfectus ſcholæ S. Matthiæ. (1064.) 346. a.
Auſonius Orator & Poeta Trevirenſis. (367.) 13. b.
S. Bernardus. (1136.) 534. (1138.) 538. b. (1140.) 546.
Bertilindis illuſtris fœmina. (710.) 106. a. b.
Bertrada fundatrix monaſterii Prumienſis. (720.) 112. a. b. 113.
Cæſarius Prior Heiſterbacenſis. (1220.) 659.
Caſtineto (Bernardus de) Adminiſtrator Archiepiſcopatûs Trevirenſis durante ſuſpenſione Henrici à Vinſtingen. (1267.) 788. a. b. (1271.) 791. a. b.
Claudius Mamertinus Orator Trevirenſis ſub Maximiano Hercule. 13. a.
Conradus Argentinenſis primus Prior Dominicanorum Treviris. (1223.) 640. b.
Eberhardus Magiſter ſcholæ S. Matthiæ. (1076.) 346. b.
Erhardus ſcholaſticus ibidem. (1076.) 346. b.
Ermintrudis conſobrina S. Irminæ. (699.) 93. b.
Eumenius Orator Trevirenſis. (297.) 13. a.
Falco de S. Michaele Magiſter Templariorum in Francia. (1256.) 739. b.
Felix Exorciſta Trevirenſis. (314.) 17. b.
Florbertus ſcholarcha S. Matthiæ. (885.) 250. a.
Gerbertus monachus, pòſt Romanus Pontifex. (983.) 323. (986.) 324. 325.
Golſcherus ſcholarcha S. Matthiæ. (1038.) 345. b. ſeq.
Grimoaldus Major-domus. 80. a.
Harmonius Grammaticus Trevirenſis ſub Valentiniano. 13. a.
Hartmannus Prior Hemmerodienſis eruditione clarus. (1220.) 640. b.
Heribertus ſcholaſticus Epternacenſis. (952.) 252. a.

S.Hieronymus Treviris ſtudens. (370.) 13. b.

Hugobertus ſocer Pipini Heriſtallii. (706.) 103. a.

Humbertus Eremita in cœnobio S. Maximini. (945.) 280. b.

Jarlandus Bizontinus. (1147.) 473. b.

Joannes ſcholaſticus S. Matthiæ. (1063.) 346. a. (1076.) 346. b.

Lambertus de Legia ſcholaſticus S. Matthiæ. (1047.) 346. a.

Lambertus monachus S. Matthiæ. (1144.) 474. a.

Marinus Præfectus ſcholæ S. Maximini. (999.) 251. b.

Marquardus ſcholaſticus Epternacenſis. (932.) 252. a.

Petrus S. Mariæ ad Martyres Prior eruditione clarus. (1220.) 640. b.

Potho monachus Prumienſis. (1152.) 474. b.

Rathbodus præfectus ſcholæ S. Maximini. (1000.) 251. b.

Remigius ſcholarcha Mediolacenſis. (981.) 249. a. b. 252. a.

Richardus magiſter ſcholæ S. Matthiæ. (910.) 250. b.

Rudgerus Epternacenſis ſcholaſticus. (990.) 252. b.

Sigehardus monachus S. Maximini eruditione inſignis. (890.) 249. b.

Theodericus ſcholaſticus S. Matthiæ. (980.) 251. a.

Theodoricus Carnutenſis. (1147.) 473. b.

Theodorus magiſter ſcholæ S. Matthiæ. (996.) 251. a. 345. b.

Urſulus Grammaticus Trevirenſis ſub Valentiniano. 13. a.

Wandelbertus Prumienſis ſcholarcha. (851.) 151. b.

Wigibaldus. (710.) 106. a.

INDEX

INDEX II.
TOPOGRAPHICUS

Populorum, pagorum, urbium, oppidorum, caſtrorum, vicorum, villarum, monaſteriorum, ſylvarum, fluminum, rivorum &c.

A.

AFflighemenſe cœnobium in Brabantia. 492. a. b.
S. Agnetis parthenon Trevirenſis. 736.
Albegowa pagus. 58. b.
Albenſis pagus. 260. a.
Albulfi-villa palatium. 178. b.
Aicken vicus ad Moſellam. 393. a.
Alfheim prope Bredam. 105. a.
Aliſinza, *die Eltz*, rivus. 69. a.
Alſonzenſis pagus. 57. a. 168. a.
Altrepiæ monaſterium. 209. a. 696. a.
Ambitivus pagus. 121. b.
Andegavenſis civitas & curia. 154. b. 155. a. 157. a.
Andegavus pagus. 137. a. 144. a. 154. a.
Andernaci palatium regium. 26. a. 44. a. ſitum in pago Meginenſi. 69. a. Variæ ibidem curiæ & conventus. 26. a.
Andevanen ſeu Anven in provincia Luxemburgenſi. 433. a.
Andrilla rivus. 391. a.
Angerisgowa pagus. 72. a. 142. a.
Antverpia. 114. a.
Apulia pars Imperii Romano-Germanici. 582. a.
Aquisgranum ſedes Lotharingiæ inferioris. 243. a. Concilium ibidem habitum in cauſa divortii Regis Lotharii. 199.
Arduennæ ſylvæ amplitudo. 4. a.
Arduennenſis pagus. 59.
Arelatenſis urbis & provinciæ laus. 16. a.
Arenfels, caſtrum ad Rhenum, quando ædificatum? 789. b.
Argenti ærisque fodinæ quibus in locis Electoratûs Trevirenſis? 589.
Ariſtallium palatium. 133. b.
Arlunum, feudum Archiepiſcopatûs Trevirenſis. 699. ſeqq. Carmelitarum monaſterium ibidem. 825.
Arneſtadium urbs. 99. a.
Arnſtein caſtrum. 553. a. 575. a. b.
Arnſteinenſe monaſterium in quo pago? 73. a. Ejusdem ſundatio, jura & bona. 548. 552. 575. 599.
Arola, *die Aar*, fluvius. 68. b.
Arras caſtrum Trevirenſe. 505. a. 557. a.
Arſcbot palatium regium & villa publica. 25. a. 125. b.
Arzheim villa. 589.
Aſpelt Ducatûs Luxemburgen. 297. a.
Avans ad Moſam. 191. a.
Aureæ-vallis Abbatia ejúsque fundatio. 511.
Auſtria ſeu Auſtraſia, ejúsque fines. 21. b.

B.

BAcheracum ad Rhenum. 214. b.
Bagoloſo villa. 109. b.
Barrenſe caſtrum. 573. a.
Beda caſtrum, hodie Bidburg. 61. b. 725. a. 833.
Bedenſis pagus. 61. 234. a. 364. a. 383. a. 388. a. 451. b. 544. a.
Bellus-campus Abbatia. 583. a.
Bendorff ad Rhenum. 442. a.
Benrod villa S. Matthiæ. 369. a.
Berg in pago Moſellenſi. 63. b.
Berncaſtellum civitas. 368. a. 370. b. 371. a. 373. a. 621. a. 812. a.
Bettinga vicus. 182. a.
Bieresborn in quo pago? 60. b.
Billich vulgò Waſſer-billich ad confluentes Suræ & Moſellæ. 384. a.
Bingium in Nacbgowe. 67. b.
Biſchoffſtein caſtrum. 45. a. 802. b.
Biwer infra Trevirim ad Moſellam. 61. b. 273. b.
Bleialff. 357. a.
Bleſenſis pagus. 58. b. 413. b.

Blieſcaſſel cujus pagi? 58. b.
Bollendorff vicus. 110. b.
Bonæ-viæ monaſterium monialium propè Luxemburgum. 714.
Boppardia palatium regium & civitas. 27. b. 575. a. 623. b. 832. a.
Boſonville Abbatia Ord. S. Benedicti. 57. b.
Brauweiler Abbatia. 390. ſeq.
Brechen ſuperius & inferius. 71. b. 73. a. 231. a. 259. a. 293. b. 434. a. 502. b.
Breiſich ad Rhenum. 380. b.
Bremm ad Moſellam. 390. b. 449. b.
Bullionum. 416. b.

C.

CAlæ monaſterium Virginum Ord. S. Benedicti. 106. a. b.
ad Calidum furnum, locus in urbe Trevirenſi. 190. a.
Cannera fluvius. 65. a.
Caraſcow pagus. 60. b. 123. a. b.
Cardona ad Moſellam in pago Meginenſi. 69. a. 269. a. 604. b.
Caſeguidinenſe monaſterium. 74. b. 80.
Caſtelaun, in quo pago? 66. b.
Cazenelebogen in pago Loganenſi inferiore. 71. b.
Cella quatuor Coronatorum Martyrum Romæ donatur Eccleſiæ Trevirenſi. 114.
Cenomanicus pagus. 127. a.
Centenæ; in has pagi diſtinguebantur. 130. a.
Cervia vicus. 153. a.
Chiny caſtrum & Prioratus. 450. a.
Claravallenſe monaſterium. 538. a.
Clottenum ad Moſellam. 390. b. 438. a. b. 828. b.
Cochemium caſtrum & civitas ad Moſellam. 64. a. 390. b. 391. b. 534. 551. b. 552. b. 828. 829.
Colonia Ripuariorum metropolis. 12. b. Colonienſis Archiepiſcopatus ſub primatu Trevirenſi. 345. a.
Condruſi Treviris proximi. 3. b.
Confluentia in quo pago ſita? 70. a. Antiquæ hujus urbis denominationes. 25. a. Palatium regium. 25. a. b. Varii ibidem habiti conventus. 25. b. 197. b. Ab imperiali præfecto provinciali regitur. 575. a. 614. a. Trevirenſi Eccleſiæ acquiritur. 340. b. 354. Archiepiſcopis ſubeſt. 613. b. 746. a. 814. ſeq. 819. 832. a. Archiepiſcopi in ea reſident. 372. a. 379. b. Status politicus urbis ſæculo XIII. 775. b. 814. ſeq. 819. In ea telonium ab Archiepiſcopis antiquitus percipi ſolitum. 769. a. 770. a. Aliud Canonicis S. Simeonis datum. 385. a. 595. 613. 623. 714. S. Florini Collegiata in eadem urbe. 354. b. Alia S. Caſtoris. 815. In hanc reliquiæ D. Caſtoris transferuntur. 816. In eâdem corpus B. Rizæ miraculis claret. 764. ſeq. Parochialis eccleſia B. M. V. ibidem. 613. b. 744. a. 766. a. Caſtrum in urbe (*die burg*) quando & qua causâ exſtructum? 815. a. b. 819. a. Parva Confluentia (*Lützer-Coblentz*) 646. b. 730. b.
Contrua ad Moſellam. 43. a. b.
Coverna ad Moſellam. 69. a. 393. a. 589. a. 628. b. 792. a. 807. a.
Cous ad Moſellam. 370. b.
Creichgowe pagus. 483. a.
Creucenach in quo pago? 67. a.
Croeff ad Moſellam. 62. a. 234. a. 604. a.
Cruſft propè Lacum. 442. a.

D.

DAlem, caſtra Romanorum ibidem. 64. a. 294. b. 336. a. b.
S. Deodati Collegiata ad Vogaſum. 519. ſeq.
S. Deodati monaſterium Ord. S. Benedicti ibidem. 74. b. 82.
Dezem ad Moſellam, palatium regium ibidem. 24. b. 231. a.
Dietz, Collegiata ibidem. 823.
Domni-Apri-villa (*Domeure*) olim Benedictinorum, nunc Auguſtinianorum habitatio. 260. a.
Dortrechtum. 238. b.
Dronacus fluvius & vicus. 153. b. 232. b. 393. a.

E.

EHrenberg caſtrum. 594. b.
Ehrenbreitſtein caſtrum, frequens Trevirenſium Archiepiſcoporum domicilium. 730. b. 738. b.
Eiflenſis pagus. 68. 182. a.
Einrichæ pagus. 72. b. 142. a. b. 374. b. 388. a. 575. a. 599. a.
Elizazenſis pagus. 273. a.
Eltza fluvius. 391. a.
Embiladum (*Emmel.*) 231. a.
Enckrich ad Moſellam. 66. b. 390. b. 393. a.
Engelport parthenon nobilium virginum. 800.
Engers oppidum ad Rhenum. 72. a.
Enſch ad Moſellam. 365. b.
Epinalenſe Collegium Canoniſſarum. 593. 596.

Epter-

Epternacum. 24. a. 62. a. 555. a. Supplicatio ſaltatoria ibidem. 732. a. b.
Epternacenſis monaſterii origo. 74. a. 90. 92. 93. 624. Brevis ejus hiſtoria. 624. ſeq. Ejusdem jura & acquiſitiones. 99. 101. ſeqq. 104. 115. ſeq. 143. 234. 328. 337. 358. 375. 398. 443. 445. 475. 516. Vaſalli. 627. a. Sæcularibus traditum, Benedictinis reſtituitur. 308. De eodem Archiepiſcopatui Trevirenſi ſubjiciendo agitur. 626. ſeqq.
Erang ad Moſellam. 62. a. 392. a.
Ettelbrück cujus pagi? 59. b.

F.

S. FAronis monaſterium infra Meldenſem urbem. 124. a. b. 186. a.
Ferraria monaſterium Galliæ in diœceſi Senonenſi. 185. b.
Francofurti capella regia. 218. b.
Friſingen in provincia Luxemburgenſi. 297. a.

G.

GEmundæ conventus Epiſcoporum anno DCCVI. habitus. 103. b. 104. b.
Germanorum ſtultitia ex aſſerto Friderici I. Imp. 582. b.
Glena. 211. a.
S. Goaris oppidum & caſtrum. 70. a. 172. a. 173. 575. a. 832. a. Ibidem aliàs Collegiata. 691. a.
Gondorff ad Moſellam, originaria habitatio familiæ Leyanæ. 43. b.
Gorzienſe monaſterium Benedictinorum. 415. b.
Goslariam transfertur corpus S. Valerii. 395. a.
Grünhaus, S. Maximini villa *ad Valles* dicta, in Moſellenſi pago. 65. b.
Güls ad Moſellam in pago Meginenſi. 272. a.
Guntershauſen. 435. a.

H.

HAlberſtadienſem Epiſcopatum recuſat Albero dein Trevirenſis Archiepiſcopus. 537. a.
Hammerſtein caſtrum ad Rhenum. 356. b.
Hamulo caſtellum. 111. a. b.
Hasbacenſis pagus. 264. b.
Hayrich mons. 72. b. 73. a.
Heidengraben prope Romersdorff. 609. a.
Heisdorff in Ducatu Luxemburgenſi cujus pagi? 59. b.
Hemerodienſis clauſtri fundatio. 538. Ejusdem privilegia & bona. 548. 563. 601. 611. 646. 649. 654. 703. 710. 724.
Hentern villa. 369. a. 372. a.
Heringa (*Hayer*) ſupra Dillenburgum. 142. b.
Heriſtallum palatium. 263. b. 264. b.
Hönningen ad Rhenum. 380. a. 385. a. 440. a. 532. a. 789.
Horhauſen villa. 589. b.
ad Horrea palatium regium in urbe Trevirenſi. 23. b. Horreenſe monaſterium. 86. 499. 574.
S. Huberti monaſterium. 310. a. b.
Hunolſtein caſtrum. 812. a.
Hunsrück unde nomen? 66. a.

I.

IGel vicus ad Moſellam. 392. b. 393. b. 394. a. 825. a. b.
Ingelhemii palatium publicum. 129. b.
S. Irminæ Abbatia fundatur. 74. a. Vid. *ad Horrea*.
Iſenburgi palatium regium. 28. a.
Judiciacenſis pagus. 57. a.
apud Juncturas cœnobium in monte Vogaſo. 85. a.
Ivodienſis Comitatus. 287. b.
Ivodii ſchola ſacra. 74. b. Jus monetæ ibidem Archiepiſcopo Trevirenſi conceditur. 310. b.
Juvigni nobilis partheonon Archidiœceſis Treviren. 55. b. 447. ſeq. 809.

K.

KAs-keller juxta urbem Trevirenſem. 649.
Kaymt ad Moſellam. 594. a.
Kempenich caſtrum. 803. a.
Kenn villa, in quo pago? 62. a.
Kerich in pago Meginenſi. 69. a.
Kernæ ad Moſellam argentifodina. 589.
Kirchberg in quo pago? 66. b. 67. a.
Kirn in Nachgowe. 67. b.
Königsmacheren in Moſellenſi pago. 64. b.
Krufft prope Lacum. 493. b.
Kyle ſeu Gelbis fluvius. 271. a. 364. b.
Kylburg oppidum cum Collegiata. 725. b.
Kylwald in Bedenſi pago. 62. b.

L.

LAcus Abbatia Ord. S. Benedicti in pago Meginenſi. 69. b. Ejusdem fundatio. 441. 492.

Lampaden villa. 369. a. 372. a.
Langſur (hodie *Laſer*) monaſterio S. Mattbiæ donatur. 320.
Lanſtein ad Rhenum. 575. a. 594. a. 832. a.
Lelwen in pago Moſellenſi. 64. b. 153. b. 395. b.
Lehmen ad Moſellam. 393. a. 394. a. 615. a.
Leucken cujus pagi? 58. a.
Lendesdorff in Angerisgowa. 72. b. 220. a.
Limburgum in pago Arduennæ. 59. b. Caſtrum ibidem ab Henrico IV. Imp. deſtruitur. 477. a. b.
Limburgum ad Lahnam in pago Loganæ inferioris. 72 a. Fundatio Collegiatæ eccleſiæ ibidem. 358. ſeq. Olim ſub Archidiœceſi Moguntina. 258. a.
Liſer vicus ad Moſellam in quo pago? 62. a.
Lobidunenſis pagus. 125. a. b.
Loganeuſis pagus. 70. b. ſeq. 585. a.
Lomenſis pagus. 124. a.
Lonquich in quo pago ? 62. a.
Loſenich in pago Moſellenſi. 64. b.
Losma (*Losheim.*) 232. a.
Lotharingici regni origo. 147. b. Ejus diviſiones. 148. b. Lotharingiæ cum Germania nexus. 241. a. 339. a. Hujus regni Archicancellarii. 241. b. Lotharingiæ diviſio in ſuperiorem & inferiorem. 242. b. Superior quas terras complexa? 242. b. 243. a. Lotharingiæ regnum in minora territoria dilabitur, & quibus cauſis? 243. b. ſeq. Lotharingiæ Ducibus nullum in Treviros jus. 243. a. 339. b.
Lucia (*Leucken*) 301. a.
Luxemburgum cujus pagi? 56. b. Origo caſtri Luxemburgenſis. 245. b. Dat nomen Comitibus illud acquirentibus. 295. a. b. 401. b. Abbatiæ Münſterienſis Luxemburgi fundatio, jura & privilegia. 433. 507. 509. 600. 605. 700. Nonnullæ partes territorii Luxemburgenſis ſunt feudum Eccleſiæ Trevirenſis. 700. a. 725.

M.

MAcheren (Greven-) ad Moſellam. 392. b.
Magdeburgenſis Eccleſiæ primatus. 488. b.
Mailberg caſtrum. 723. a. 810. a.
Malmundarium in quo pago ? 60. a. Origo monaſterii Ord. S. Benedicti ibidem. 80. b.
Mambra vicus provinciæ Luxemburgenſis. 291. a.
Manderfeld palatium regium. 25. a. 191. a.
Manderſcheid. 310. a. 555. a. b.
Marche in territorio Luxemburg. 478. a. b.
Marciacum (*Merzich*) ad Saravum. 153. b. 392. b.
S. Mariæ ad Martyres Abbatia. 74. a. Fit ſchola literarum. 98. b.
Marienthal parthenon Ord. S. Dominici fundatur. 707. 718.
S. Martini ad litus Abbatia Treviris. 31. b. 316. ſeq. In illam reintroducuntur monachi S. Benedicti. 316.
Marvelis Comitatus. 73. a. Trevirenſi Eccleſiæ donatus. 374. ſeq.
Maſſarium palatium. 126. a. b.
S. Matthiæ Abbatia; ejus origo. 31. a. Acquiſitiones. 320. 363. 368. 370. 371. 394. 654. Ab Henrico à Vinſtingen Archiepiſcopo Treviren. dirè vexatur. 359. ſeqq.
Mayen jure civitatis donatur. 823.
S. Maximini Abbatiæ origo. 30. b. Ejus baſilica pluries reædificata. 41. b. 278. b. Hujus Abbatiæ privilegia. 164. 210. 276. 279. 283. 287. 298. 306. 326. 327. 350. 380. 396. 399. 406. 543. 726. 801. Acquiſitiones. 188. 226. 231. 234. 235. 255. 256. 261. 267. 268. 269. 270. 273. 279. 280. 284. 291. 294. 297. 309. 317. 318. 319 330. 334. 335. 338. 362. 366. 381. 383. 384. 387. 389. 434. 435. 437. 485. 502. 512. 612. Per Comites adminiſtratur. 223. b. Ejusdem monachi diſſolutè vivunt. 543. b. Regularis diſciplina in eam ſæculo X. reintroducitur. 278. b. Archiepiſcopatui Trevirenſi in temporalibus ſubjecta noſcitur & declaratur. 269 b. 541. 547. 554. 556. 577. ſeqq. 708. b. Abbas fit Capellanus Imperatricis. 292. ſeq. 412. ſeq. Caſtellum S. Maximini. 270. b. 434. b.
Medianum monaſterium Ord. S. Benedicti. 82. b. 84.
Mediolacum in quo pago? 58. a. Mediolacenſis Abbatiæ origo. 74. b.
Mediomatrices Treviris vicini. 3. a.
Meginenſis pagus. 69. 357. a. 402. a.
Meinfeldia. 45. b.
Mering vicus ad Moſellam. 64. b. 123. b. 618. a.
Merl in pago Moſellenſi. 64. b.
Mertert villa provinciæ Luxemburgenſis. 384. b.

Metæ ſedes Lotharingiæ Moſellanæ. 243. a. Concilium ibidem habetur in cauſa Lotharii Regis. 199. a. 201. b.

Metenſis Abbatia S. Arnulphi Abbati S. Maximini committitur. 497.

Metenſibus Epiſcopis quandoque uſus pallii commiſſus ſalvâ Metropolitani reverentiâ. 505. b.

Metenſis pagus. 56. b. 268. a.

Mettingow pagus. 56. b.

Minheim vicus ad Moſellam. 392. b.

Moguntiæ pons Rheno impoſitus. 307. a.

Moguntinus Archiepiſcopus ſub primatu Trevirenſi. 345. a. b.

Moingowi pagus. 125. a.

Molsberg caſtrum. 72. a. 801. a.

Monachium. 100. a.

Monaſterium Eifliæ, nunc Collegiata. 238. a. 239. 479. a. b. 691. a.

Monaſterium Meinfeldiæ. Vid. *Münſtermeinfeld.*

Monclair caſtrum ad Saravum, ejúsque origo. 58. a. 609. ſeq.

Mondorff. 363. a.

Montis-villa in quo pago? 93. a. 337. b.

Monſterol caſtrum & cœnobium. 583. b.

Mörſch provinciæ Luxemburgenſis. 56. a. 60. a. 188. a. b. 234. a. 290. a. 333. a.

Moſariorum pagus. 109. a. 115. b. 229. a. 237. b.

Moſella rectiùs *Muſella* dicitur. 42. a. 43. b. 45. a. 651. b. 680. b. ad Moſellam vini copia jam Romanorum tempore. 43. a. b.

Moſellenſis pagus. 63. 612. a.

Mulenberg caſtellum. 99. b.

Münſter-meinfeld, Collegiata. 31. b. 793. a. 806. a.

Mulay. 225. a.

Muſſi caſtrum. 590. a.

N.

NAchgowe pagus. 66. b. ſeq. 211. a. 304. a. 331. a. 404. a. 485. a. 486. a.

Nalbach. 385. b.

Naſſau caſtrum & oppidum. 72. a. 142. b. 585. a. 586. b. 619. b.

Neckerau prope Manhemium. 209. a. 215. a. 220. b.

Nemeſis rivus. 122. b.

Nennich villa. 369. a. 371. a.

Nervii Treviris conterminι. 2. b.

Neumagen in pago Moſellenſi. 65. a. 385. a.

Neuſtria. 21. b.

Niederberg prope Ehrenbreitſtein. 589. b.

Nitachowa pagus. 57. b. 255. a. b.

Nortgowe Comitatus. 273. b.

Notina, *die Netb*, fluvius. 68. b.

Nudochi pagus. 60. b.

O.

OCtendunc palatium regium. 26. b. 393. a.

Odenheimenſis cœnobii in Epiſcopatu Spirenſi, nunc illuſtris Collegiatæ, fundatio. 483. a. b.

Oesling. 59. a.

Olckenbach villa. 418. a.

P.

PAgi, in quos Archidiœceſis Trevirenſis dividitur. 24. ſeqq.

Palatia regia Trevirenſia. 22. ſeqq. Vid. *Villæ regiæ.*

Palatiolum infra Trevirim ad Moſellam. 23. b. 62. b. 392. b. 555. a. Ibidem monaſterium Virginum, nunc Collegiata. 74. a. 88.

Palentia, diſtrictus in inferiore Archidiœceſi Trevirenſi. 393. a.

S. Paulini baſilica; ejus origo. 31. b. Augetur opibus. 321. Noviſſimè reſtauratur. 322. b. Corpora Sanctorum in eâdem recondita. 221. 321. a. Præpoſitus S. Paulini gaudet jurisdictione civili. 322. a.

Polch in pago Meginenſi. 69. b. 393. a.

Premantia, *Primbs*, fl. 153. b.

Pronæa rivus. 122. b.

Prumia villa publica. 113. b. 128. b. In quo pago ſita? 81. a.

Prumienſis monaſterii fundatio. 112. 122. 694. b. 698. b. Templum reædificatum. 113. b. Hujus monaſterii jura & privilegia. 134. 136. 166. 175. 179. 183. 187. 191. 192. 194. 198. 204. 214. 215. 222. 227. 230. 402. Acquiſitiones. 142. 144. 154. 156. 157. 170. 172. 178. 181. 184. 205. 209. 211. 220. 233. 263. 348. 355. 405. 476. Schola. 151. b. Vaſalli nobiles. 697. b. ſeq. Prumienſis Abbas habet tres principales ſedes. 694. a. b.

Prumienſis Collegiata. 353. 691. a.

Prumiæ inferioris fundatio. 617. ſeqq.

Prunzfeld. 356. b.

Q.

Quinta rivus. 364. b.

R.

REcenſis pagus. 294. b.

Reifferſcheid in pago Eiflenſi. 68. b. 318. a. b.

Reil vicus ad Moſellam. 393. a.
Remi Treviris contermini. 2. b.
Remenſis Eccleſiæ & Trevirenſis ſocietas. 498. ſeq. 499. ſeq.
Remich ad Moſellam. 384. a.
Renenſis pagus. 114. a.
Renſe palatium regium. 27. a.
Reol in quo pago? 62. a.
Rettel (*Rotila*) in pago Moſellenſi. 66. a. Olim cœnobium Benedictinorum, nunc Carthuſienſium. 226. a.
Ripuarii Treviris dominantur. 12. b.
Ripuarienſis pagus. 238. b.
Rizogobenſis pagus. 275. a. 297. a.
Rodemacher in pago Moſellenſi. 65. b.
Rodenkirchen monaſterium Ord. Præmonſtratenſis. 697. a.
Rodiooicus pagus. 127. a.
Romarici mons & Eccleſia (*Remirmont.*) 567. Conventus generalis ibidem. 186. a. b.
Romersdorff Abbatia Ord. Præmonſtratenſis, ejus origo. 609. a. b. Jura & poſſeſſiones. 608. ſeq. 647. 648.
Romersheim vicus. 60. b. 112. b. 198. a. 618. a.
Rübenach in Meginenſi pago. 69. b. 226. b. 231. a.
Ruwer infra Trevirim, in quo pago? 62. b.
Ryngowe pagus. 436. a.

S.

SAla fluvius. 111. a.
Saiſnenſis pagus. 293. b. 413. b.
Salzenſis pagus. 111. a. b.
Saracbowa. 57. b. 429. a. b. 757. a.
Sarburgum. 58. a. 62. b. 301. a. 368. a. 371. a. 372. a.
Sarwerdenſis Comitatus. 565. b.
Schiffenburg clauſtrum, deinde domus Ord. Teutonici, prope Marpurgum. 515.
Schioe caſtrum. 609. b.
Schmidburg caſtrum. 839. a.
Schönavienſe Ord. S. Benedicti monaſterium in pago Einrichæ. 73. a.
Schönecken palatium regium. 24. b. 193. b. 693. a. In quo pago ſitum? 60. b. 61. a.
Schonenfeld Comitatus. 385. a.
Schwabenheim. 475. a. 513. a.
Schwalbach in pago Einrichæ. 73. a. 142. b.
Schwarzenberg caſtrum. 755. ſeq. 830.
Schweich in pago Moſellenſi. 64. b. 65. b. 112. b. 123. b.
Segni Treviris contermini. 3. b.
Semenſe caſtrum. 569. ſeq. 641. a.
Seinenſis monaſterii Ord. Præmonſtraten. fundatio. 641. 642. 644. ſeq. 702.
Selters. 502. b. 513. a.
Senonenſis Abbatia in Vogaſo. 529.
Sentiacum palatium regium. 26. b.
Siersberg cujus pagi? 58. a.
Sigina, *die Sayn*, fl. 72. a.
S. Simeonis Collegiata Treviris; ejus origo & fundatio. 379. a. Prædia & jura. 379. 380. 385. 394. 395. 402. 404. 418. 436. 440. 449. 451. 482. 532. 540. 570. 598. 615. 623. 647. 652. 653. 701. 710. 789. 813. 825. Hujus eccleſiæ Canonici nunquam habuerunt vitam communem. 396. b. 726. a. b.
Simmeren in quo pago? 66. b. 67. b.
Sirck caſtrum. 751. b.
Solubrium (*Soleuvre*) caſtrum. 56. a. 715. a.
Spirenſis pagus. 111. a. b.
Springirsbacenſis Abbatiæ fundatio & dotes. 483. 533. 550. 594. a. 622.
Stabulenſe monaſterium. 60. a. 478. a.
Stancheim ad Suram fl. 101. a.
Stenay oppidum. 225. a. 415. a. 437. a. 446. a.
Steinfeld monaſterium Præmonſtratenſium. 68. b. 641. b.
Stigavienſe cœnobium. 592.
Sura fluvius. 364. b. 370. a. 516. a. Ejus latitudo. 516. b.
Surenſis pagus. 60. b.
Suſterenſe monaſterium. 109. a. 233. a. b. 263. 283.

T.

TAlfanc vicus. 62. b. 272. a. 496. b. Tavena ad Saravum. 231. a. 384. a.
Teſteventi pagus. 105. b.
Texandriæ pagus. 105. a. 106. a. 107. a. 108. a. 116. a.
Theodonis-villa. 135. b. 136. b. 169. a. 275. a. 302. a.
Tholeyenſe monaſterium. 74. b.
Throni-Mariæ monaſterium monialium extinctum. 736.
Tiffertingen parthenon Ord. Ciſtercienſis, ejus fundatio. 715.
Trajectenſis Abbatia S. Servatii Eccleſiæ Trevirenſi donata & reſtituta. 229. 237. 264. 271. 281. 331.

Trechira pagus. 76. 354. b. 360. a. 435. a. 612. a. 630. a.

Treis caſtrum. 579. a. 804. b.

TREVIRORUM POPULUS. Treviri origine Germani. 1. a. Primitus liberi. 1. b. Inter Belgas clariſſimi & fortiſſimi. 1. b. 5. b. Populus duræ cervicis, & Ecclesiaſticorum oſor, à S. Bernardo appellantur. 537. a. Trevirenſis populi fines. 1. b. ſeqq. Sunt Arduennates. 4. a. Trevirorum decora ante-Romana. 4. b. ſeq. Lingua. 5. b. 18. b. Romanis ſubjiciuntur. 6. a. Cedunt Francis. 12. a. Parent Ripuariis. 12. b. Sub his reguntur per Comites. 12. b. Treviri ſub Auſtria. 21. b. Trevirenſis pagus. 232. a. Sæculo X. ceſſavit, jam *territorium* appellatus. 277. a. 149. a. Trevirenſis *Comitatus*. 303. a. Treverica *vallis*. 286. b. 322. a. 365. a.

TREVIRORUM CIVITAS. Auguſta. 7. a. Sedes Imperatorum. 6. b. Romanorum colonia. 7. a. In ea Curia & Senatus. 7. a. Urbis magnitudo, claritas, opulentia, magnificentia. 8. a. b. 9. a. 42. a. b. 190. Metropolis Belgicæ primæ & Galliæ univerſæ. 9. b. Sedes Præfecti Prætorio. 10. a. Quater vaſtata. 11. b. Amittit præfecturam Prætorii. 11. b. Romanorum fabricæ in Treviris. 12. a. Francis cedit circa annum CCCCLVIII. 12. b. Schola Trevirenſis ſub Romanis. 13. a. hujus privilegia. 13. b. Sub Francis. 13. b. Schola ſacra ibidem. 14. a. Præfectura Prætorii Treviri transfertur Arelatem. 15. ſeq. Treviris unita Franciæ magnæ. 21. b. Palatia regia in urbe Trevirorum. 23. Treviris in regno Lotharingiæ. 147. b. 148. a. Per quos olim recta? 728. b. 760. ſeq. Archiepiſcopo in civilibus paret. 149. b. 324. b. 594. b. Urbis portæ: Mediana. 190. a. Martis, ſeu nigra. 8. b. 379. a. 385. a. Vetus ſeu alba. 8. b. Amphitheatrum. 649. Treviris Imperatori adhæret adversùs Joannem I. Archiep. 650. In ſpecialem Imperii protectionem recipitur. 729.

TREVIRENSIS ECCLESIA, fundata ſub Romanis & quando? 10. b. 313. a. 315. a. Ejus zelus pro puritate fidei. 10. b. 11. a. Metropolitana & Primatialis ſub Conſtantino M. 13. a. 17. a. b. Ejusdem ſchola ſacra. 14. a. 74. b. Antiquiſſimæ baſilicæ Trevirenſes. 29. ſeq. 74. Primatus Eccleſiæ Trevirenſis. 31. b. 32. ſeq. 84. b. 150. a. 201. a. 242. b. ſeq. 305. 312. a. 313. a. b. 343. b. ſeq. 386. 416. 563. a. 581. ſeq. Ejus fines. 33. b. 344. ſeq. Hujus primatûs jura. 247. ſeq. 344. ſeq. 582. a. Jura Metropolitica. 74. a. 504. Trevirenſis Eccleſiæ immunitates & privilegia. 73. b. 96. b. 120. 132. 148. 149. a. 167. 236. 239. 253. 262. 282. 310. 312. 351. 382. Opes & acquiſitiones. 28. b. 95. a. 253. 271. 304. 310. 314. 354. 356. 365. 367. 374. 392. 593. 716. Archiepiſcopo in civilibus ſubjicitur. 96. b. 97. a. Treviris ſecûnda Roma. 582. b.

Tullum Leucorum. 38. a. b.

Tulpiacenſis pagus. 319. a. b. 355. b.

Tumbas (*Tomen*.) 170. a.

Turonenſe caſtrum ad Moſellam. 733. a. 734. b. 766. a. 775. a. b.

U.

UBii Treviris finitimi. 2. a.

Vienna (*Vianden*) Comitatus. 91. b. 739.

Vilantia villa. 181. b.

Villæ regiæ ſeu publicæ. 22. b. Albulfivilla. 178. b. Andernacum. 26. a. Aquisgranum. 145. b. 157. b. 168. b. 173. b. 176. b. 180. b. 195. b. 198. b. 206. a. 237. b. 337. b. 376. b. Ariſtalium. 133. b. 153. b. Arſchot. 25. a. Bopardia. 27. b. Brocmagad. 130. b. Compendium. 170. b. 325. b. Confluentia. 25. Decima. 24. b. Epternacum. 24. a. Francoſurtum. 209. b. 219. b. 229. b. Hariſtallum. 263. b. 264. b. Herolvesheim. 236. b. ad Horrea. 23. b. Ingelheim. 219. b. 231. b. 337. b. Iſenburg. 28. a. Leodium. 187. b. Longolare. 174. b. Longramp. 266. b. Manderfeld. 25. a. 191. b. Maſſarium. 126. a. Metæ. 210. b. Moguntia. 142. b. Ochtendunc. 26. b. Palatiolum. 23. b. 232. b. Prumia. 113. b. 128. b. Renſe. 27. a. Schönecken. 24. b. Sentiacum. 26. b. Theodonis-villa. 135. b. 136. b. 156. b. 181. b. 190. b. 265. b. 302. a. Trajectum. 230. b. Treviris. 23. a. 234. b. 237. b. 239. b. Triburia. 212. b. 219. b. 381. b. 412. a. Trisgodros. 125. b. Wadgaſſen. 253. b. Weilburg. 28. a. Weimodo 114. b. Werda. 477. b.

Google

Wermia. 186. a. Weſalia ſuperior. 27. b. Wormatia. 341. a.
Vilmar ad Loganam. 395. b. 589. b.
Virdunum cæde & ſanguine vaſtatum. 324. ſeq.
Virdunenſis S.Pauli Abbatia. 531. ſeq.
Virnenburg caſtrum in pago Eiflenſi. 68. b.
Uriacenſis ſylva, *la forêt d'Urés.* 80. b.
Urmitz ad Rhenum. 357. a.

W.

WAbrenſe caſtrum. 54. b.
Wabrenſis pagus. 54. a. b. 337. b. 447. b.
Wadegozia. 58. a. 253. b. Villa regia. 253. b. 429. a. 565. a.
Wadegozenſis monaſterii fundatio & jura. 525. ſeq. 564. 606. ſeq.
Waderlo ſupra fluvium Dutmala. 102. a.
Walderfangen cujus pagi? 58. a.
S. Walfroy; hujus eccleſiæ antiquitas. 31. a.
Waltrach in quo pago? 64. b.
Waſſerbillig in pago Moſellenſi. 63. b. 338. a.
Weilburgum Naſſoviorum. 258. b. Palatium regium ibidem. 28. a.
Weimerskirchen prope Luxemburgum. 268. a. 296. a.
Weiskürchen. 370. b.
Welſchbillig oppidum. 61. b. 392. b.
S. Wendalini oppidum. 74. b.
Werda villa regia. 477. b.
Werheim. 736. a.
Weſalia ſuperior ad Rhenum. 70. a. 832. a.
Wetteravia; præfecti Imperiales in ea. 832. a. b.
Wezlaria. 278. b.
Wiltingen. 369. a.
Winchringen in pago Moſellenſi. 65. b. 385. a.
Winterbach, locus primæ fundationis monaſterii Hemmerodienſis. 538. a. b.
Wirzburgum. 100. b.
Wisbaden in pago Einrichæ. 73. a.
Witliacum civitas. 555. b. 604. a. 810. a.
Wormatienſis pagus. 125. b. 178. a. 309. a. 331. a. 576. a.
Wurmeldingen in pago Moſellenſi. 63. b.

Z.

Zolwer ſeu Soloevre, vid. *Solubrium.*

INDEX III.
JURIDICUS
ET
ONOMASTICUS.

A.

ABbatiarum nomine olim etiam Collegiatæ ſeculares veniebant. 281. a. 354. b. ſeq.
Abbazium pro Abbatia. 257. a.
Abſeſtucare. 571. b.
Abſare. 673. a.
Abſentes quandoque privilegiis ſubſcripſerunt. 85. b. aut ea ſigillârunt. 790. b.
Abſt. homines qui? 680. a.
Abſtipulare. 579. a.
Accionarii, actores, agentes, vel quibus actio ſeu provincia aliqua demandata eſt. 183. a.
Acerra pro area. 349. b.
Achtæ Germ. *Achten*. 662. b. 664. b. 710. b.
Adulterorum pœnæ Eccleſiaſticæ. 722. b.
Aduncare. 487. b.
Advocati Eccleſiis conſtituti à Carolo M. 146. b. Confirmati à Ludovico pio. 341. b. Gerebant officium publicum, publicâ auctoritate eis demandatum. 269. b. 342. b. In quo eorum officium? 595. a. b. 614. a. Advocati regalium monaſteriorum bannum ſeu jurisdictionem ab Imperatore accipiebant. 397. a. 443. b. 480. a. 496. a. Diverſa eorum nomina & ſpecies. 341. b. ſeq. 468. a. 516. b. 526. a. Amplis feudis ab Eccleſiis honorantur. 674. b. Multa incommoda Eccleſiis inferunt. 306. b. 468. ſeq. 679. a. Horum anſæ. 342. b. Advocatorum Trevirenſis Eccleſiæ arrogata auctoritas conſtringitur. 468. ſeq. Archiepiſcopus Trevirenſis ſibimet Advocatum conſtituit. 579 a. Advocatia urbis & Eccleſiæ Trevirenſis Archiepiſcopo reſignatur. 470. 629. ſeq. Monaſteriis tribuitur facultas proprios ſibi advocatos aſſumendi & deſtituendi. 307. a. 328. a. 351. a. 360. b. Advocatorum S. Maximini & aliarum Eccleſiarum jura. 300. 306. ſeq. 328. 362. 396. ſeq. 399. 408. 443. 479. ſeq. 494. ſeqq. 801. Subadvocatos etiam habebant Eccleſiæ. 342. a. 360. b. 407. b. Quod quandoque prohibitum. 360. b. 362. b. 398. a. 567. b.
Advocatiarum duæ ſpecies. 526. a. Advocatiæ prætextu non poſſunt exſtrui caſtra in territoriis Epiſcoporum. 658. a. Advocatiæ particulares Archidiœceſis Trevirenſis ut plurimùm cum aliquâ, non tamen certâ, jurisdictionis ſpecie conjunctæ. 635. a. 793. a. b. Ab Archiepiſcopis vindicantur. 635. b.
Afforeſtari quid? 232. b.
Aba rivum ſignificat. 232. a.
Analogium. 349. a. b.
Ancinga modus agri. 55. a.
Annulus pro ſigillo. 130. b. 133. b. 136. b. &c.
Annus gratiæ abrogatur. 723. b.
Anticretici pacti natura ex Jure Germanico. 704. b. 716. b.
Antworden pro tradere. 733. a.
Apetturæ jus Trevirenſium. Archiep. 471. a. 569. b.
Apices pro literis ſeu ſcriptis. 192. a. 195. b. 199. a 216. a.
Appeliationes ad Romanam Curiam diſciplinæ eccleſiaſticæ & juſtitiæ damnoſæ. 532. b. 534. ſeqq. 537. b. Seriùs receptæ. 639. b.
Apport. 596. a.
Archicancellariatus Trevirenſis temporarius. 241. ſeq. 323. a. b. perpetuus. 242. b. 632. b.
Archicapellani nomen quando in uſum venerit? 79. b.

Archidiaconorum & Chorepiſcoporum nomina promiſcuè ſumuntur. ſ26. a. b. Eorum Curia & jurisdictio. 620. b. 639. a. 728. a. 731. a. 734. b. ſeq. 738. a. 820. ſeqq. 833. 834. Datur eis facultas abſolvendi ab excommunicatione. ſ06. b.
Archiepiſcopi titulus quando in uſu? 82. b. 121. a.
Archimandrites pro Archiepiſcopo. 296. b.
Area & *Arealis* quid? 301. a. 671. a.
Areola. 388. a.
Argentariarum jus. 472. b. ſ88. ſeqq.
Armigeri differentia à milite. 809. a. b.
Armorum jus eſt penes Archiepiſcopos Trevirenſes. 471. a.
Arpenna. 391. a. b. 438. b.
Auctoritas pro diplomate. 166. a. 167. a. 17ſ. a. 209. b.
Auditor quis in Eccleſia? 1ſ8. b.
Axiles quid? 664. b. 666. a.

B.

BAculum paſtoralem ab altari ſumere, eſt ſignum libertatis à ſeculari poteſtate. ſ08. a. ſ10. a.
Bann variæ ſignificationes 13ſ. b. 1ſ3. b. 176. a. 292. a. 322. b. 364. b. 397. a. b. Pro ſpecie mulctæ. 210. b. 232. b. 328. a.
Bannales pro hominibus, qui ſub alicujus banno ſeu jurisdictione degunt. ſ08. a. ſ10. a.
Baptiſmi ceremoniæ, harúmque Canonicæ cauſæ. 1ſ8. ſeqq.
Barloys vel *Varloys* qui? 683. a.
Benedictiones, ſpecies coacti muneris. 231. b. Item paſtus Monachorum. 261. b.
Beneficii diverſæ ſignificationes. ſ81. Beneficiorum ad ſedem Apoſtolicam devolutorum indultum Archiepiſcopis aliàs concedi ſolitum. 740. b. Singula ſingulis ſacerdotibus conferenda. 1ſ0. b.
Beneficiaria prædia. 289. b. 309. a. b.
Berbices piſcium genus. 116. a.
Bovarius, cui boum cura commiſſa eſt. 400. b.
Broilum. 670. b.
Budigun, genus judiciorum. 400. a.
Bullare i. e. ſigillare. 2ſ4. b.
Bunarium, *Bunuarium* ſeu *Bonarium*, modus agri. 190. a. 3ſ9. a.
Burdura. 677. b.
Burgban. 444. a.
Burggravius. 468. a.
Burglehn, vid. *Feudum caſtrenſe*.

C.

C*Alumnia* pro actione. ſ79. a.
Camba quid? 663. a.
Camerarius. ſ38. b. ſ39. b. ſſ4. b.
Camiſialia vel *Camiſola*. 434. b. 664. b.
Canones pœnitentiales in Archidiœceſi Trevirenſi. 9ſ. a.
Canones ſuppoſititii de judiciis Epiſcoporum. 1ſ0. a. 208. a.
Canonicis regula à Ludovico pio Imp. præſcribitur. 171. a. b. Qui deſerto Canonicatu profeſſionem in ordine regulari emittit, ad Canonicatum reverti nullo prætextu poteſt. 489. ſeqq. Canonicorum miniſtratoriæ officinæ. 171. a. b. Vita communis. 396. a.
Capaticum. 41ſ. b.
Capellani unde dicti? 219. a.
Capellanatûs regii jura & privilegia. 293. a.
Capituli Metropolitani conſenſus adhibitus in obligationibus Eccleſiæ Trevirenſis. 60ſ. a.
Cardinalium titulus datus Canonicis Metropolitanæ Trevirenſis. 313. b.
Carrata vini. 336. b. 380. a. 673. a.
Carrigium. 134. b.
Cartæ *privatæ* quæ dicantur? 279. b.
Caſa & caſati ſervi. 443. b.
Caſamentum, feudum, quod à caſa dominica dependet. ſſſ. b.
Caſare. ſ73. a.
Caſtelli opus, exactionis ſpecies. 282. b. 384. b.
Caſtra nova in fundis Eccleſiarum per Imperatorem haud erigenda. 713. a.
Caſtrenſes, *Burgmänner*, eorúmque jura & obligationes. 636. a. 72ſ. b. 804. b. 831. a.
Cathecumeni. 1ſ8. a. b.
Centena. 130. a.
Centenarii. 136. a.
Centum-gravii qui? 713. a.
Ceſpitaticum ſeu *Ceſpaticum*. 183. b. 204. b.
Chorepiſcopus, vid. *Archidiaconus*.
Chriſma in baptiſmo cur adhibeatur? 162. a.
Civitatum jura quæ? 824. a. b.
Clericorum vita & honeſtas ex ſtatutis Concilii Trevirenſis anni MCCXXXVIII. 721.
Colatorium quid? 34ſ. b.
Collectarum jus à quo tempore? 472. a.
Comitatûs jura dantur Trevirenſi Eccleſiæ. 149. a. 236. ſeq. 239. 2ſ3. 282. Comitatuum allodialium origo. ſ6ſ. a. b.
Comitatus Regis. 18ſ. a. b. Quot equites

tes è ſingulis Epiſcopatibus ad eum mittendi? 237. a.
Comitatus etiam palatia regia dicebantur. 22. b.
Comitialia opera. 407. b.
Commiſſus quid? 597. b.
Conciliis nationalibus Germaniæ non præſident Legati Apoſtolici. 313. a.
Concilia provincialia bis in anno habenda. 472. b. ſeq. 584. a. In provincialibus Trevirenſibus qui jus ſeſſionis habuerint? 473. a. 553. a. 568. 606. a.
Concilia diœceſana Trevirenſia. 473. a. Paulatim neglecta. 738. b.
Conductus per territorium Principum Eccleſiaſticorum. 634. a. 713. a. b.
Conductus pro commodo. 165. b.
Confirmatio Epiſcopi fit per Metropolitanum prævio examine. 766. b. 772. b. ſeq. 776. Add. *Conſecratio* & *Electio.*
Confiſcatio bonorum ex capite rebellionis. 181. a. b. Et propter quæ alia delicta? 304. a.
Congrua portio Vicariorum curatorum. 722. a.
Conjectus. 134. b. 166. b. 168. b.
Conjurationes per inſpectionem unguis vel gladii. 722. b.
Conſecratio Archiepiſcopi à quo olim facta? 149. b. ſeq. 427. a. b. Qualiter eum Suffraganei ordinent? 212. b. Quis deficiente competente Suffraganeorum numero? 213. a. Epiſcopi à quo facienda? 439. b. 466. a. Non differebat à confirmatione. 149. b. ſeq. Ultra tres menſes non differenda. 423. a.
Contra-ſigillum, vid. *Secretum.*
Cormeda (*Curmutb.*) 684. b.
Coroada ſeu *Curvada.* 384. b. 664. a. 708. a.
Coronationem Imperatoris Trevirenſis adjuvat. 632. b.
Cropaticum. 349. a.
Curia Archiepiſcopalis. 620. b. 639. a. Archidiaconalis. 620. b. 639. a. Feudalis. 471. b. 590. b.
Curtis & Curtile quid? 337. a. b. 343. a.
Curtis regia. 354. a.
Cuſturia. 668. a.

D.

Dagiſcalci. 397. a. 409. b. 495. b.
Datum & actum cartarum nonnunquam differunt. 300. b.
Decani Chriſtianitatum. 639. b. 745. a. b. Eorum officium. 639. b.
Decimæ cui debeantur? 150. b. Qualiter præſtandæ? 722. a. b. Quandoque per conſuetudinem numeratâ pecuniâ ſolvuntur. 710. b. Decima macelli. 225. a. 302. a. b. Dominicales decimæ. 231. b. 289. a.
Denariata, denario valens. 482. a.
Depoſitio Archiepiſcopi per quem olim facta? 150. a. 201.
Dietare. 573. b.
Dimiſſoriales, vid. *Formatæ.*
Dincklbaut. 441. a.
Disbrigare. 806. b.
Diſpenſatio Apoſtolica ſuper pluralitate beneficiorum. 729. Super impedimentis matrimonii à quo, & ex quibus cauſis? 367. ſeq. In pœnitentiis Canonicis jus amplius Archiepiſcoporum Trevirenſium. 416. b.
Diſtributiones quotidianæ Canonicorum. 726. a.
Diurnata, Diurnales. 407. b. 448. a.
Doitfede, capitalis diffidatio. 733. a.
Dominicus ſeu *indominicatus* manſus. 182. b. 287. b. 318. b. 443. b. 495. a.
Domus pro baſilica. 297. b. 301. b.
Dos pro donatione propter nuptias. 792. b. 814. a. Dotem maritus uxori dat, non uxor marito. 493. a.
Dotalitium ejúsque jura. 336. a.
Drappius pro panno. 131. a.
Duellum probationis ſpecies, & quæ ejus utilitas? 508. a. 510.
Dulgere, idem quod *Gurpire.* 154. a.
Duraſcura ſeu *Daraſcuva* quid? 662. b. 665. b. 671. a.

E.

Eccleſiæ in mundiburdio Regum ſunt. 197. b. Earundem exemptio à poteſtate Comitum. 148. b.
Eccleſiaſticorum bonorum alienatio an cum auctoritate Imperatoris fieri debuerit? 184. a.
Eſeſtucare. 369. a. 812. b.
Electio Epiſcoporum primùm ad Reges. 246. a. deinde ad Clerum & populum pertinuit. 246. a. ſeq. 262. 423. b. 464. 518. In Germania non fiebat niſi favente Imperatore. 149. b. 206. a. 212. ſeq. 247. b. Confirmatione nondum obtentâ vocantur jam Epiſcopi. 745. a. Electionis forma ſæculo XII. 518. Archiepiſcopi electio penes quem ſæculo IX.? 149. b. Electio Abbatis regalibus monaſteriis conceſſa. 97. b. 164. 222. 223. 278. 326. a. 350. b.

 Ele-

Elementa græca in Formatis quid, & cui uſui? 195. b. 196. b. 197. 501.
Epiſcopatus quæ ſervitia olim regibus exhibuerint? 393. b.
Epiſcopis objecta coram ſex aliis Epiſcopis expurganda ſunt. 428. a.
Excommunicationis uſus. 325. a. b. 727. 741. a. 742. a. 744. b. Remedium adversùs raptores Eccleſiarum. 506. ſeq. 520. b. 562. b. 568. a. Excommunicatio Archiepiſcopi. 200. b. 207. b. Excommunicatus qualiter non poſſit ſtare in judicio? 658. a. Abſolutio ab excommunicatione, vid. *Pœnitentiarius. Archidiaconus.*
Exemptio monaſteriorum à poteſtate Ordinarii ſæculo X. ignorata. 285. a. b. 624. b. Non probatur præſtatione censûs Eccleſiæ Romanæ. 507. b. 510. a.
Exorcizatio ante baptiſmum. 160. b.
Exſufflatio ante baptiſmum. ibid.

F.

F*Acula*, arida ligna. 668. a. 671. a.
Famonis diverſæ ſignificationes. 348. b. 349. b.
Farinarium pro molendino. 128. a. 137. a. 665. a.
Feudum aperibile. 558. b. 569. b. Caſtrenſe. 716. b. ſeq. Medians. 704. a. Oblati ſpecies. 569. a. Feudum dominus directus absque conſenſu vaſalli non poteſt alienare. 590. a. Privatio feudi ob neglecta ſervitia. 434. b. Feudales hæredes quinam? 629. b.
Feudorum Trevirenſium origo. 245. a. Natura. 636. b. Origine ſuâ non ſunt oblata. 445. a. 321. a. 340. b. Nec promiſcua, ſed maſculina. 637. 709. 717. b. 723. b. 802. a. 804. a. b. 818. a. b. Feudalis Curia Trevirenſium Archiepiſcoporum. 471. b. 590. b.
Fidejuſſores tollere quid? 134. a. 166. b. Fidejuſſorum nobilium obligatio. 793. b.
Fiſci jus. 166. b. 175. b. 216. b. *Fiſcus* pro re ad Fiſcum pertinente. 192. a. 209. b. 225. a.
Fiſcalini homines eorúmque conditio. 136. a.
Fiſtula quid, & cui uſui? 348. a.
Foreſtæ jus ad regalia pertinet. 243. b. 310. a. b. Foreſta qualiter efficiebatur? 232. a. b. 364. a. In præjudicium jus foreſtæ habentis non poteſt mutari ager. 480. b. 615. a. b.
Formatarum literarum formulæ. 37. 195. 196. 253. 254. ſeq. 500. His non eget Clericus ſecularis ad ordinem regularem in alia diœceſi tranſiens. 489. b. 491. b.
Fortuna pro theſauro. 519. a. 520. b.
Forum rei eſt, ubi invenitur. 713. b.
Fora nova non debent præjudicare antiquis foris Eccleſiarum. 713. a.
Francus pro homine laico libero. Ingenui Franci. 115. a. 179. b. 135. a. 175. b.
Francigenæ qui? 664. b.
Fraternitatis titulus quibus à Rom. Pontifice datur? 118. b.
Fredum. 175. b. 210. b. 328. a. Freda exigere. 134. a. 166. b.
Frito, quadrans, Germ. *Vierling*, nummi ſpecies. 605. a.
Frohn quid? 662. b.
Frosginus ſeu *Friſcilinga*, nondum juſti incrementi ſus vel vervex. 219. a. 398. b. 401. a. 674. a. 680. b.
Furti quæ pœna olim? 443. b. ſeq.

G.

G*Afergaria* quid? 107. a.
Gamaladioni quid? 130. a. b.
Gardus. 671. a. b.
Germanici idiomatis uſus quando apud Treviros in negotiis forenſibus primùm uſurpatus. 733. a.
Gewere, poſſeſſio. 733. a.
Glavis, menſura ligni. 663. a. 693. a. 695. b.
Gleba Sanctorum, pro eorundem cineribus & oſſibus. 261. a.
Glima eádem notione. 270. b.
Gvachta. 663. a.
Guerpire. 520. a. 567. a. vid. *Verpire. Werpire.*
Guidagium. 784. b.

H.

H*Æreditariam* dare filiam quid? 792. a.
Haiſtaldi qui? 664. a. 672. a.
Hear-Pferd. 668. a.
Heralis. 678. a.
Heregewede. 570. a. b.
Heredum legitimorum nomine quinam in feudis veniant? 637.
Here-ſture. 570. a. b.
Heribannum. 135. b. 176. a. 180. a.
Hoba vel *Huba*. 100. a. 440. b. 553. a.
Hocboſinnæ quid? 107. a.
Homagium & fidelitatem Vaſalli præſtant. 789. b. 802. b. 827. b.

Homi-

Homicidium mulctâ pecuniariâ punitum. 192. a.
Homo pro vaſallo. 789. b.
Hoſtilicium. 663. b. 666. a. 670. a.
Hunno. 397. b. 409. a. 495. a.

I.

IMperium immediatè à Deo principibus obvenit. 581. a.
Ina. 677. b.
Inbeneficiare quid? 581.
Incendiariorum pœnæ Canonicæ. 720. a.
Inceſtus pœnæ Canonicæ. 39. a. b. Civiles. 157. a. Inceſtuoſi ſacerdotis pœnitentia perpetua. 416. a.
Indominicatæ villæ. 219. a. 322. a.
Indulgentiæ ab Archiepiſcopo Trevirenſi conceſſæ. 715. b. 719. b.
Injuriæ Principi illatæ vindicatio ſingularis. 734. a. b.
Inſinuatio donationis ad acta publica, ejúsque forma. 155.
Inſtitutionis Canonicæ tres diſtinctæ ſpecies. 833.
Inſtructus quis? 158. b. 161. b.
Inſtrumentorum ſubſcriptioni pro propriis Eccleſiis Monachi adhibiti. 137. b.
Interdicti Eccleſiaſtici uſus. 554. a. 720. b. 723. a. 790. b. 808. a.
Invadiare. 531. a.
Inveſtitura Epiſcoporum inter Rom. Pontificem & Imperatorem controvertitur. 466. b. ſeq. Transactione controverſia tollitur. 467.
Joſum pro ſurſum. 170. b.
cum Judæis non licet Chriſtianis edere vel bibere. 151. a.
Juramenti uſus in judiciis. 438. a. 480. a. Abſolutio ab eodem 197.
Juriſconſultorum ubi non habetur copia, Trevirenſes non tenentur judicio ſtare. 699.
Juriſdictio Eccleſiaſtica Archiepiſcopi Trevirenſis etiam in vicina territoria protenditur. 343. b. Juriſdictionis prorogatio voluntaria. 736. b.
Juriſdictio fundalis. 826. a. b.
Juriſprudentia Treviris floruit ſub Romanis. 7. b.
Jus Romanum quando primùm in Francia. 144. b. 154. a. Ejus prima veſtigia Treviris. 611. a. Pleniùs ibidem deinde receptum. 638. 657. b. 704. b. 805. 810. a. 813. a. 814. a. 816. a. 821. ſeqq.

K

KArida idem quod *Carrata*. 335. a.
Karitas vox ſolemnis epuli funebris. 333. b.

L.

LEgationis pontificiæ jura Trevirenſibus Archiepiſcopia aſſerta. 312. ſeq. 472. b. 520. a. 536. 573. b. 580. A poteſtate aliorum Legatorum de latere Trevirenſis eximitur. 504.
Leva pro leuca. 80. b.
Leudes quid? 192. a.
Lex Romana quid ſæculo VIII. in Gallia ſignificârit? 144. a.
Lidi, *Liti*, vel *Luidi* qui? 103. b. 384. a. b.
Ligius homo. 558. b. 723. a.
Lüzel quid? 296. a. 646. b. 730. b.

M.

M*Allus*. 168. a. b.
Malobergus. 167. b.
Manaliti. 206. b.
Manantia, habitatio cum certa agri portione. 380. a.
Manentes, Gall. *manans*. 173. a.
Mannicum judicium, *Manntug*, Mannrichter. 569. a. b.
Manſionaticus. 134. b. 696. a.
Manſionarius. 362. b. 663. a. 672. b.
Manſiones facere quid? 166. b.
Manſus quot jugera contineat. 359. a. Æſtimatio ejus annua. 451. b. Abſolutus. 273. a. Abſus. 274. a. b. 662. b. 666. a. Indominicatus. 182. b. 273. a. 274. a. b. 275. a. 336. a. Ingenuilis. 274. a. b. 359. a. 433. b. 662. a. Judiciarius. 415. b. Ledilis. 274. b. 662. a. 669. b. Regalis. 280. b. Scararius. 667. a. Servilis. 274. a. 275. a. 276. a. 336. a. 662. a. Veſtitus. 433. a. b.
Mantella ſeu *Mantellus*. 389. b.
Manu dextera: quid ſignificetur hac clauſulâ? 380. b. Quid illa: *manibus porrectis*? 446. b. *Manu veſtitâ* facere, quid? 130. b.
Martyres olim dicti *Confeſſores*. 226. b.
Materiamen. 672. a.
Matrimonia adſcriptitiorum hominum adſtricta. 391. a. b. 401. a. 409. b. 496. a. 668. a. Uti & Miniſterialium. 668. a. 805. a. b.
Medena agrorum. 253. a. b.
Menſalia. 389. b.
Mercatus & moneta ſimul concedi ſolebant. 198. 238. b. 338. a. 392. a. 404. a.
Meritum pro reditu & proventu. 123. b.
Metropolitica jura Archiepiſcopi Trevirenſis. 74. a. 150. b. Sine Metropolitano Suffraganei in rebus eccleſiaſticis provinciæ nihil Canonicè

nonſicè agere valent. 212. b. Secus in civilibus. 341. a.
Militia olim propriis militantium ſtipendiis gerebatur. 169. b. Quando ſecus? 830. a.
Milliare bannitum civitatum. 713. a.
Miniſterialis, generale Officiatorum, tam maximorum, quàm infimorum nomen. 508. a. 516. b. 525. ſeq. 528. a. b. 601. a. 610. b. 613. a.
Miniſterialium conditio in nonnullis adſtricta eſt. 528. b. 668. a. 706. a. 748. b. 805. a. b. Non tamen derogat Nobilitati. 706. a. 831. b. Non poſſunt diſponere de rebus ſuis ſine conſenſu domini. 484. a.
Miraculorum auctoritas pro defenſione veræ fidei. 51. a.
Miſſa pro feſto. 131. a. 141. a. 676. a. Miſſæ non celebrandæ niſi in locis conſecratis. 151. a. Cur tres canantur in Nativitate Domini? 521.
Miſſaticum, Gallis *Meſſage*. 677. b.
Miſſi regii; quod eorum officium? 98. a. 146. b. 157. a. b. 169. 171. 172. b. Inter hos Archiepiſcopi Trevirenſes. 98. a. 169.
Miſſi Archiepiſcopales, horúmque functiones. 352. b.
Monachi Ordinario ſubjecti ſunt. 749. a. 758. a. Monachus apoſtata ab Abbate ad conventum non recipitur niſi de conſenſu Capituli. 186. a. b.
Monaſteriorum regalium privilegia & jura. 97. a. b. 307. a. b. Eorundem exemptio ab inferiore poteſtate ſeculari. 97. a. Quæ ſervitia Regibus exhibebant? 169. b. 359. a. b. 393. b. 401. b. *Monaſteriorum* nomen etiam Collegiatis ſecularibus datum. 322. b. 368. a. 396. a. 419. b. 440. b.
Monetæ jus. 198. 253. 312. 657. b. Archiepiſcopis Trevirenſibus conceſſum. 149. b. Nemini in præjudicium ſuperioritatis territorialis indulgendum. 657. b. 713. b. Falſæ monetæ percuſſio etiam pœnis eccleſiaſticis coërcetur. 723. a. Monetæ telonium. 312. a. b.
Monetarum Trevirenſium valor, & antiqua rerum pretia. 384. b. 493. b. 615. a. 616. b. 623. a. 663. b. 667. a. 670. a. 674. a. 677. b. 681. a. 704. a. b. 716. a. 806. a. 816. b.
Montem ſeu *rupem capere* quid? 118. b.
Moratum. 671. b.
Motarius i. e. rei veſtiariæ præfectus. 267. b.
Munitionum jus Trevirenſes Archiepiſcopi exercent. 471. s.
Mundiburdium, & quæ ejus vis? 97. b.

N.

Naccus quid? 248. s. 313. b. 504. b.
Nobilis viri titulus Ducibus & Principibus primùm proprius. 302. a. b. Deinde Comitibus datus. 621. a. 702. a. Demum etiam equeſtris conditionis viris. 718. b. 748. a. 800. a. 808. a. 811. b. 827. b.
Nummi *probabiles*. 329. s.
Nutritius i. e. moderator juventutis. 111. b.

O.

Occaſio pro exactione. 166. b. 168. a. 282. b. Item pro excuſatione. 171. b.
Oeconomus pro Advocato. 341. b. 342. a. 379. b.
Officialis Trevirenſis juriſdictio. 639. a. 728. b.
Oma ſeu *Ama*, vas quinque modiorum. 671. a.
Operum publicorum quæ ratio? 307. a. b. 328. b. 407. b.
Ordinationes Presbiterorum quibus temporibus ex Ss. Canonum inſtituto facienda? 458. a.
Oſtiolum inter miniſteria ſacra. 349. a.

P.

Palatii cuſtos pro Advocato. 468. a. 516. b.
Pallii uſus Trevirenſi conceditur. 352. b. 504. b. Quibus diebus deferendum? ibid. Pallio nondum obtento non nominatur Archiepiſcopus. 741. a. Secus in Germania. 745. a. 781. b. An Archiepiſcopus confirmatus & conſecratus, pallio non impetrato, in alia provincia pontificalia exercere poſſit? 772. a. 781. b. 787. a. 799. a. Pallii uſus quandoque Epiſcopis ſuffraganeis, ſalvâ erga Metropolitanum ſubjectione, conceſſus. 505. a. Epiſcopo ad dies vitæ datum. 217. a. b. Abſque Metropolitani licentiâ haud uſurpandum. 218. b.
Pagenſes. 144. b. 170. b.
Panis pro ſiligine. 398. a. 401. a.
Paraſredus. 134. b. 166. b. 360. b.
Paratas facere. 166. b.
Parium Curiæ judicium. 434. b. 587. s.

Parochia pro diœceſi. 212. b.
Pedetura quid? 92. a.
Perticata, menſura terræ. 677. a.
Petioles. 697. b.
Phalburgenſes qui? 634. a.
Pictura, modus agri. 322. a. 670. b.
Pignoris Germanici natura. 531. b.
Piſcatura majorum fluminum ad regalia pertinet. 214. b. 224. a.
Placitum, placitare. 171. a. 186. a. 397. b. 481. b.
Pœnarum Canonicarum redemptio qua ratione facta? 95. a.
Pœnitentiarius ſedis Apoſtolicæ an & quatenus ab excommunicatione latæ ſententiæ poſſit abſolvere? 785. b.
Ponderum exactiones. 596. a.
Pontaticum. 183. b. 204. b. 612. b.
Portaticum. 183. b.
Poſſeſſio ſine documentis non ſatis firmum præſidium. 96. a. b.
Poteſtates pro oneribus. 670. a.
Præbenda quid? 294. a.
Præbendarii qui? 397. a. 409. b. 495. b. 665. a. Præbendarii fundi. 309. a. b.
Præpoſiti officium eſt fratribus ſtipendia miniſtrare. 322. a. Non habet votum in Capitulo. 379. b.
Præpoſitus pro Advocato. 197. a. 261. b. 258. a. 341. b.
Præſcriptio Juris Germanici cujus temporis lapſu abſolvatur? 611. b.
Precariarum jus. 95. b. 127. b. 256. ſeq. Singulis quinquenniis renovabantur. 131. a. 141. b.
Precariæ, exactionum ſpecies. 601. a.
Presbiteri abſque Formatis ſeu dimiſſoriis non exeant è ſua diœceſi. 195. b.
Primatis titulus à Trevirenſi uſurpatus. 323. a. Primatûs Treverici jura. 247. b. ſeq. Adde Indicem Topographicum Verb. *Trevirenſis Eccleſia*.
Privilegia ab abſentibus ſubſcripta. 85. b.
Procuratorum regiorum & imperialium officium. 651. a.
Procurator pro advocato. 341. b.
Profeſſionem religioſam olim anno XIV. ætatis facere licuit. 737. b.
Proprendere, invadere. 184. b.
Propriſcus locus. ibid.
Pulveraticum. 183. b. 204. b.

Q.

QUatuor Temporum jejunium qualiter computandum? 452. ſeqq.
Quindena quatuordecim diebus & quindecim noctibus abſolvitur. 669. b. 675. a. 683. b.
Quirpire. 567. a. vid. *Werpire*.

R.

R*Augraven* unde nomen nacti? 66. a.
Reales cauſæ Clericorum ſubſunt cognitioni Archiepiſcopi Trevirenſis, etiam extra proprium territorium, in Archidiœceſi. 343. b.
Redhibitio i. e. mulcta. 168. a.
Regalia Principes de manu imperatoris accipiunt. 527. a.
Regionarius, ſpecies Notarii. 314. b. 315. b. 316. b. 327. b.
Regulares non ſuccedunt in bonis agnatorum, niſi ex ſpeciali privilegio. 809.
Regum poteſtas nullâ humanâ auctoritate tolli poteſt. 202. b.
Renuntiatio hæreditatis. 792. a. b.
Reſignatio beneficii vi morbi facta invalida eſt. 417.
Revadiare. 156. a. b.
Reveſtire pro reſtituere. 170. a.
Ripaticum. 183. b.
Ripuariorum leges Treviris obtinent. 12. b.
Romana lingua i. e. Gallica. 124. a.
Romanus Pontifex à nemine judicatur. 419. a. b. Cognoſcit de valore electionis Epiſcoporum Germaniæ & electi idoneitate. 411. b. Romanam ſedem non piget. revocare quod ſubreptitiè impetratum eſt. 546. a.
Rotaticum. 183. b. 204. b.
Ruſticorum conditio ſæculo XII. 526. b.

S.

SAcerdotes, qui non celebrant ter vel quater in anno, puniendi ſunt. 787. a. Sacerdotibus non permittitur habere fœminas in domo. 150. b.
Sagimen. 360. a.
Sal cur in baptiſmo adhibeatur? 160. b.
Sala quid? 105. a. 291. b.
Saleburgiones. 291. b. 295. b. 319. b.
Salica terra. 259. a. 668. b. 672. a. 675. b. Salicæ conditionis. 624. a. Salicæ decimationes *Sal-Zehenden*. 231. a. 235. b. 261. b. 289. a. 361. a. b.
Salutaticum. 183. b. 204. b.
Samarii ſeu *Sadmarii*. 183. a. 204. a.
Sarcilis, pannus groſſus. 665. b. 697. a.

Saſire, Gallis *Saiſir*. 567. b. 604. b.
Scabinorum judicium. 144. b. 157. b. 292. a.
Scandalia pro ſcandiliis. 313. b. Item pro ſandaliis. 348. a.
Scara. 134. b. 166. b. 328. a. 666. a. 669. a. 686. b.
Scararii. 328. a. b. 481. a. 663. a. 664. a. 665. a. 666. a.
Scaremanni. 328. a. b. 397. b. 399. b. 409. b. 434. a. 495. b.
Scaviones. 400. a. 409. a. 410. a. 495. b.
Schaff, repoſitorium. 105. b.
Scholarum cura Luxemburgi ad Archiepiſcopum Trevirenſem pertinet. 700. b.
Scholaſtici officium etiam in correctione morum occupatur. 557. b.
Scindalæ, ligneæ tegulæ. 670. a. 673. b.
Serutinium ante baptiſmum. 159. a. b. 160. b.
Scutati. 393. b.
Secretarium pro ſacriſtia. 217. b.
Secretum, ſpecies ſigilli. 371. b. 838. a. 839. a. 840. a.
Sedes pro loco ad conſtruendum ædificium. 285. a.
Seneſcali officium. 170. a. b.
Senior idem quod Gallis *Seigneur*. 188. a. 195. a. 200. a. 326. b. 675. a.
Sepultura: pro ea nullum pretium exhibendum. 150. b.
Servitium pro paſtu. 300. a. 409. a. 481. a. pro cenſu. 379. b. 398. a. pro mulcta. 400. a. pro expeditione bellica. 393. b. *Servile* ſervitium. 333. b.
Servitium ab Epiſcopis & monaſteriis Imperatori datur. 293. a. 294. b. 359. b. 393. b.
Seſſor. 595. a.
Seſſus, *Seſſio*, *Sezlein*. 584. a. 596. a. 725. b.
Sextarius. 689. b.
Siclum. 667. a.
Sicula, *ſitula* vel *ſicla*, menſura liquidorum. 285. b. 481. a. 673. a. 685. a.
Sigillum ſecretum. 371. b. vid. *Secretum*. Sigilla documentis appendentes non ſemper intervenerunt eorundem confectioni. 790. b. Add. *Abſentes*.
Solidus idem quod Gallis *ſol* vel *ſou*. 514. a.
Sombra. 514. a.
Spolii jus in Eccleſiis & Epiſcopatibus abrogatum. 633. b. 657.
Stabularia curtis, ubi ſtabula exſtructa. 440. b.
Staupum, menſura liquidi. 671. b. 680. b.
Steganographia in Formatis uſurpata. 195. b. 254. a.
Stratæ antiquæ in Epiſcopatibus non declinandæ. 713. a.
Strumentum pro inſtrumento. 145. a.
Sualis. 663. b.
Suffraganeus quid ſignificet? 163. a. Suffraganei concurrunt ad electionem Metropolitani. 247. b.
Sumbrinum, menſura ſicci, *ſimmer*. 685. a.
Sunne, reconciliatio. 733. a.
Sunnen, expiare. 733. b.
Superioritatis territorialis remotiora fundamenta. 148. b. 149. a. b. 239 b. Propinquiores ejusdem origines. 243. b. 253. 282. 322. a. 339. b. ſeq. 393. b. 633. b. ſeq. 657. ſeq. 707. 708. 711. 712. ſeqq.
Sylvæ uſu conceſſo non cenſetur jus venandi conceſſum. 410. a.
Synodus Trevirenſes. 150. b. 520. b. Adde verb. *Concilium*. nec non Indicem Hiſtor. voce *ſynodus*. E ſynodo Treviris reddebatur jus in cauſis eccleſiaſticis. 437. a. b.
Swarandia, vid. *Warandia*.

T.

T*Allia*, *Talliata*. 567. a. 573. b.
Telonium mercatui conjungi ſolebat. 198. a. 238. b. Non concedendum in Principum Eccleſiaſticorum territoriis. 657. b. Telonii novi impoſitores excommunicationi ſubjacent. 785. b. Telonii cauſa ad Curiam Romanam aliàs delata. 741. a. 744. b. ſeq.
Territorium propriè quid? 657. a. Mediatorum & immediatorum territoriorum differentia. 708. a. 713. b. Territoria clauſa Principum Eccleſiaſticorum. 658. b.
Teſtimonium Monachorum in cauſa propriæ Eccleſiæ. 137. b. 655. a.
Theodoſianus Codex ſæculo VIII. in Gallia receptus. 144. a. 154. a.
Trabaticum. 183. b.
Tribus & confraternitates urbis Trevirenſis eorúmque jura. 594. b. 707. a.
Tutela pactitia. 604. b.

U.

V*Adiare*. 409. a.
Vadium. 397. a. 528. a.
Valletus pro Miniſteriali. 652. a.
Vaſallorum ſervitia militaria. 434. b. Propriis ſumptibus militant. 434. b.

Debent

Debent feudo renuntiare, antequam bellum domino directo inferant. 555. a.
Vaſſus à Germanico *vaſſen*, quod eſt obligatione vincere. 206. a.
Venationis exactiones. 571. a. Venationum primitiæ & decimæ. 310. b. Venandi jus Nobilibus in ſuis territoriis competit. 310. b. 364. a. b. Quatenus venatori liceat canem ſuum in alieno inſequi? 364. b.
Vennæ vel *vinnæ* diverſæ ſignificationes. 214. b. 384. b. 668. a. 671. a. 675. b.
Vennen quid? 107. b.
Veragi ſeu veraces homines qui? 130. b. 144. b.
Verpire, vid. *Werpire.*
Vicarii, miniſtri publici. 136. a
Vicarii Apoſtolici jura. 313. b. 315. a.
Vicedominus pro Advocato. 211. b. 341. b. 342. a. 468. a.
Vicinitas prædii quanti æſtimata? 336. b.
Villæ regiæ. 22. b.
Vogtey Advocatia. 450. b.
Uniterus quid? 368. b.
Uſagium. 718. a.
Uſuagium pro utilitate. 568. a.
Uſuarium eâdem notione. 433. b. 508. b.
Uſuræ decunces receptæ. 789. b. 792. b. 811. a. 828. a.
Uſurariorum pœnæ. 722. b.
Uſusfructûs Germanici indoles. 267. a.

W.

W*Adimonium* pro mulcta. 480. b. 666. b. pro pignore. 401. a. 409. b.
Waida. 673. b.
Waldum pro ſylva. 170. a. b.
Warandia. 802. b. 812. a.
Warnitus, inſtructus. 797. b.
Watriſchafo. 105. b. 108. a.
Werpire ſeu *Wirpire.* 369. a. 438. b. 554. b. 571. b. 597. a.
Widriſcapus. 113. a.
Wildgravii unde nomen ducant? 66. a.
Wiltban, jus foreſti. 670. a.
Wiregildum. 398. b. 400. b. 409. a. 444. a.

INDEX IV.
HISTORICUS.

Plurima huc pertinentia quærenda in indice I. & II.

A.

ABbates in comitatu Imperatoris erant, multo ſumptu. 185. a. 186. b. 359. a. 503. a. 664. b. Non modicâ tamen ſuâ ſuorúmque utilitate. 185. a. 501. a. 555. a.
Abbatiæ & Eccleſiæ à Comitibus aliiſque potentioribus uſurpantur. 232. a. 245. a. 264. b. 272. a. 278. b. 330.
Annus à quo die cœperit apud Romanos. 454. a. apud Gallos. 259. b. apud Treviros. 461. apud Leodienſes. 460. b.
Arces ab Epiſcopis pro defenſione gregis ſtructæ. 46. a.
Archicancellariatûs Treverici per Galliam & regnum Arelatenſe origo. 632. b. ſeq.
Archivia monaſteriorum bene ſervata. 96. b. 624. a.
Arianiſmus quibus argumentis confutatus? 49. ſeqq.
Artifices ex Italia Trevirim vocati. 28. b. 37. a.
Aula Archiepiſcoporum Trevirenſium quando Nobilibus viris illuſtrari cœpta? 340. b. Ejus ſplendor ſæculo XII. 471. b. ſeq.

B.

BArbam an aluerint Francorum Reges, & in ſpecie Carolus M. 140.
Belli modus qualis medio ævo? 393. b.
Bella civilia, motus ac deprædationes ſæculi IX. 197. a. b.
S. Benedicti regula quo ſæculo his partibus recepta? 117. b. 118. a. Benedictinorum in Archidiœceſi Trevirenſi generalia ſtatuta. 704. ſeq. Benedictinorum potus poſtmeridianus. 303. a. b.
Beneficiorum illegitimè uſurpata pluralitas. 776. a.
Bernonis regula quæ? 461. ſeqq.

Bibliothecæ in palatiis Imperatorum. 13. b. 171. a.

Bohemiæ Rex Wratiſlaus ab Egilberto Archiep. Trev. in Regem ungitur. 432. b.

S. Bonifacio ſub Milone commiſſa fuit cura Trevirenſis Eccleſiæ. 504. b.

C.

CAnonicorum vita communis quando in Archiepiſcopatu Trevirenſi ceſſaverit? 396. a. b. 571. 726. Canonici reditus per curtes dividebant. 820. a. b.

Canonizationes Sanctorum quando cœperint in Romana Curia fieri? 378.

Capella regia Francofurtana Abbatibus S. Maximini conceditur. 218. ſeq.

Capillos Diis aut amicis offerendi mos. 36. a. b.

Carmelitarum origo. 825. a.

Carolingorum ſtemma quando exaruerit? 258. a.

Caſtrorum in Treviratu origines. 46. a. 245. b. 269. a. 270. a.

Cattorum hæreſis. 574.

S. Celſi corpus invenitur in cœmiterio S. Matthiæ. 321. b.

Chriſtianiſſimi titulo an Reges Merovingicæ ſtirpis uſi? 81. b.

S. Columbani regula juncta regulæ S. Benedicti. 82. b. 85. a.

Comitum vicarii & officiales. 307. a. Eorundem miniſteria ſæculo XII. 642. a. b. 793. a.

Congregatio Romani & Wolfranni Epiſcoporum. 124. a. b.

Concilium *Arelatenſe* anni CCCXIV. in eo S. Agritius Archiep. Trev. 10. a. 17. b. *Tullenſe* anni DL. in eo S. Nicetius Archiep. Trev. 38. a. b. *Remenſe* anni DCXXV. vel DCXXX. in eo S. Modoaldus Archiep. Trev. 75. b. *Theodonisvillanum* anni DCCCV. in quo Wazo Archiep. Trev. 155. b. *Aquisgranenſe* anni DCCCXIX. in quo Hertus Archiep. 171. a. b. *Theodonisvillanum* anni DCCCXXI. in quo idem Hettus. 169. a. *Aquisgranenſe* anni DCCCLXII. in eo Teutgaudus Archiep. 199. b. *Metenſe* anni DCCCLXIII. in quo idem Teutgaudus. 199. *Colonienſe* anni DCCCLXXIII. 213. b. *Triburienſe* an. DCCCVC. cui interfuit Rathodus Archiep. 235. b. *Confluentinum* an. DCCCCXXII. 285. b. *Moſomenſe* an. DCCCCVC. in quo Ludolphus Archiep. 249. a.

Concilia provincialia Trevirenſia bis in anno celebrari ſolita. 472. b. ſeq. Confer *Synodi Trevirenſes.*

Conventus Epiſcoporum & Comitum anno DCCLXII. apud *Triſgodros,* in quo Wiomadus Archiep. Trev. 125. a. Alius *Hariſtalli* an. DCCCCXVI. in quo Rutgerus Archiep. Trev. 263. b. Alius *Francofurti* anno DCCCCXLVII. in quo Rotbertus Archiep. 282. a. Alius *Noviomagi* an. DCCCCXLVIII. in quo idem Rotbertus. 283. a.

Cunonis deſignati Archiep. Trevirenſis interfectio. 411. b.

Curiales Imperatorum & Regum de eorum menſa paſcuntur. 293. a.

D.

DApiferatûs Trevirenſis officium quando ortum? 472. a.

Diplomatum genuinorum raritas usque in ſæculum X. & quæ ejus cauſæ. 95. b. ſeq. 167. a. b. Diplomatum jactura & concrematio. 96. Diplomata ſæculo XI. jam pro ſuſpectis habita. 480. a. Suppoſititia vel ſuſpecta. 17. 76. 78. 86. 117. 119. 120. 129. 132. 139. 153. 164. 174. 284. 286. 298. 299. 331. 337. 338. 358. Cauſæ multiplicitatis diplomatum. 131. b. 154. b. 219. b. 270. a. Data diplomatum. 77. a. b. 79. b. Annus incarnationis à quo tempore? 81. b. An à Merovingis Regibus integro nomine ſignata? 77. b. Monogrammatis quinam uſi? 77. b. 79. b. 133. b. Subſcriptiones teſtium quando cœperint? 81. b. Styli barbaries in diplomatibus ſæculi IX. 155. a.

Dominicanorum ordo Trevirim & Confluentiam introducitur. 730.

Dominiorum particularium in regno Lotharingiæ origo. 244.

E.

ECcleſiaſtica bona militibus in feudum conceduntur. 321. a. 428. b. 475. a.

Eccleſiæ à potentibus vexatæ & ſpoliatæ. 325. a. 497. a. 500. b. 679. a.

Electoratûs origo. 631.

Electoris titulo quis Trevirenſium primus in ſigillo uſus? 840.

Epiſcopi ſub Ducum & Comitum poteſtate multas calumoias ſuſtinent. 237. b. Ad quæ ſervitia militaria olim obnoxii? 393. b. 503.

F.

Feudorum Trevirenſium initia. 450.
Franci plerique ante Chlodovæi baptiſmum fidem Chriſtianam amplexi. 19. b.
Fraocici regni diviſiooes. 21. b. 146. 147. 624. b.
Fridericus II. Imp. primùm Eccleſiaſticorum Principum protector, pòſt eorundem oſor. 729. a. b.

G.

GRegorium VII. Rom. Pontificem inter & Henricum IV. Imp. graves diſſenſiones. 421. 423. ſeq. De illius depoſitione in Germaoia agitur. 419. a. Germania eâ de cauſâ multùm agitata. 423. ſeq. 425. ſeq. 430.

H.

HÆreſis Neſtorii, Eutichetis, Incorruptibilium. 47. 48. Waldenſium. 574. a.
Henricus IV. Imp. à Romanis excipitur. 431. a.
Henrici V. Imp. geſta in urbe Roma. 503.
Hieroſolymitana profectio cruciata ſæculo XI. 373. a.
S. Hildegardis Trevirenſi Eccleſiæ mala prænuntiat, quæ eventus probavit. 591.
Hunnorum in Galliam Belgicam irruptiones. 244. b. 269. a. 270. a. Ab Ottone M. anno DCCCCLV. devincuntur. 288. b.

I.

ILluſtrium familiarum in his partibus origo. 343. a. Plerumqne à caſtris nomina ducunt. 343. a. 817. a. 823. a.
Imperatricis inaugurationem Trevirenſis adjuvat. 494. a. Abbas S. Maximini ſit ejus Capellanus. 293. a. 381. a. 412. ſeq. Imperatrices inveſtiuntur Abbatia S. Maximini. 381. a. 399. a. 412. a.
Indictionum variæ ſpecies, & à quo die numerentur? 260. b. 284. a. b.
Inſigne Archiepiſcopatûs Trevirenſis. 838. a. b. 839. b.
Joannes PP. VIII. Ludovici Germanici & Epiſcoporum GalliæBelgicæque auxilium adversùs potentes Italiæ implorat. 216.
Italica rebellio adversùs Ludovicum pium Imp. 169. a. b. Hic Italiam armatus intrat. 179. b.
Juriſdictionis patrimonialis origo. 343. b.

L.

LAndscroniorum gens à quibus cœperit, & in quibus deſierit. 652. a. b.
Literarum ſtatus in Gallia ſæculo IX. 151. b.
Lotharingici regni origo. 147. b.
Lotharingiæ Ducibus nunquam fuit in Treviros imperium. 243. a.
Lotharius filius Ludovico pio Imperatori rebellis. 179. b. 181. a. b. 205. a. b. Patri reconciliatur. 181. b. Prumiæ ſepelitur monachus. 193. a.
Lotharii Lotharingiæ Regis divortium. 199. 200.

M.

MAjorum-domus apud Francos origo & poteſtas. 53. a. b.
Mareſchallatûs Trevirenſis officium quo tempore primùm appareat? 472. a.
S. Maximini inventio. 223. a. b. Miracula. 299. Ab hujus Divi interceſſioneReges & Imperatores ſperant propagandæ ſobolis incrementum. 294. b.
Metropolitanæ baſilicæ Trevirenſis origo. 29. a. b. Metropolitanus Clerus à quo tempore? 30. a.
Militia ſæcularis Clericorum, præſertim Epiſcoporum. 503. 536. b. ſeq. 555. a. b. 579. a. 827. b. Militia feudalis. 636. a.
Mitræ, dalmaticæ ad ſandaliorum uſus quando Abbatibus conceſſus? 118. a. b.
Monachorum ſcholæ. 98. b. Monachi faciliùs acceptant dignitates quàm tædioſas commiſſiones. 747. b.
Mooogrammatum uſus apud Reges Francorum. 77. b. 79. b. 333. b.

N.

NObilitas perſonæ non ſemper arguitur ex nomine, quod quandoque locum originis indicat. 297. b.
Normannorum incurſus in Treviros. 96. a. 220. 221. 223. 224. b. 624. a.
Nuotii Archiepiſcopales, qno tempore in uſu fuerint, quódque eorum officium? 449. a.

O.

Officia aulica Trevirenſia, in quo ſæculo primùm appareant? 472. a.

Officialium Trevirenſium origo. 639. a.

Opes antiquorum Archiepiſcoporum Trevirenſium. 28. b. 95. a.

Ottonum anni regiminis in diplomatibus admodum turbati. 275. b. 306. a. b. 307. b. 308. b. 320. a. b.

P.

PAgi: in hos regnum Franciæ dividitur. 54. a. Pagi Trevirenſes. 54. a. Quando pagi deſierint? 73. b. 149. a.

Palatia regia Trevirenſia. 22. ſeqq.

Palatina templa eur Abbatibus S. Maximini data? 294. a. 302. a.

Palatino Comite Wilhelmo anno MCXLII. defuncto, omnia ejus allodia in proprietatem regni devenerunt. 551. a. b.

Patritiatus antiquus urbis Trevirenſis. 594. b.

Pedorum Epiſcopalium diverſæ formæ. 836. b. 838. a.

Peregrinationes ad loca ſancta ſæculo IX. & qua potiſſimùm causâ ſuſceptæ. 196.

Pincernæ Trevirenſis officium à quo tempore. 472. a.

Portariorum miniſteria in cœnobiis ſtipendiis aucta, & qua causâ? 270. b.

Principis titulus quando primùm Archiepiſcopis noſtris ab Imperatore datus? 706. b.

Prumienſes ante obitum Lotharii Regis Lotharingiæ Ludovico Germanico adhærent. 209. b. 211. b. 214. a.

R.

RAptus puerorum ſæculo X. frequens. 299. a. b.

Reiffenbergii quando Seinam domicilium tranſtulerint? 642. b.

Remenſis & Trevirenſis Ecclesiæ conjunctio. 273. a. Add. Indicem Topographicum.

B. Rizæ ſanctitas & miracula. 764. ſeq.

S.

SCholæ in palatiis Principum. 13. b. In Curiis Archiepiſcoporum. 14. 34. 74. b. 75. b. 98. b. In Metropolitanâ Trevirenſi à S. Wolffgango inſtitutæ. 250. a. 346. b. In Collegiatis. 473. a. In Monaſteriorum cœnobiis. 98. b. 151. 250. ſeqq. In Prumienſi. 151. b. S. Maximini. 251. b. S. Marthiæ. 250. 345. b. S. Mariæ ad Martyres. 98. b. Epternacenſi. 252. Mediolacenſi. 252. a. Tholeyenſi. 346. b. Ivodienſis ſchola. 74. b. Luxemburgenſis. 700. b.

Sigillorum Trevirenſium hiſtoria. 835. ſeqq. Sigillorum diplomatibus appendendorum diverſæ formæ. 836. a. b. 837. a. 838. a. Sigilla Caroli craſſi cum perigrapha *Renovatio regni*. 224. a.

B. Simeonis ſanctitas. 373. b. 376. ſeq. Vita à quo ſcripta? ibid. ſeq. Canonizatio. 377. ſeq.

Solſtitia & æquinoctia qualiter ex decreto Concilii Nicæni numerentur? 456. a.

Suffraganeorum Trevirenſium ſeu in pontificalibus Vicariorum origo. 340. b. 373. 376. ſeq. 639. b. ſeq.

Synodi Trevirenſes: anno MXXXVII. 371. a. Circa annum MLXXI. 417. b. Ante annum MLXXXVIII. 437. b. Anno MCVII. 484. a. Anno MCXXXII. 472. b. 519. Anno MCXXXV. 471. b. 529. b. Anno MCXXXVI. 472. b. Anno MCXL. 545. b. Anno MCXLII. 473. a. Anno MCXLVIII. 473. a. 559. a. 574. a. b. Anno MCLII. 567. Anno MCCXXXIV. 720.

T.

TErritoria particularia cum propria jurisdictione quando & qua ratione enata? 342. b. ſeq.

Turingi Archiepiſcopo Moguntino rebellant. 411. a. b.

Trevirenſium Archiepiſcoporum opes. 28. b. Paupertas. 321. a. 324. b. 518. b. Creſcens eorundem potentia. 73. b. 96. b. 97. a. Sæculo VIII. officiis regni adhibiti. 98. a.

Trevirenſis Eccleſia fit Comitatus. 149. a. Ejus æra ſingularis. 461.

Finis primi Tomi.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google